NOBILISSIMI DN. HARTMANI PISTORIS IN SEUSELITZ & HIRSTEIN...

Hartmann Pistoris, Simon Ulrich Pistoris, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 K
30

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-10

Digitized by Google

Nobilissimi Dn.

Hartmani D. Simonis F. Piſtoris in Seuſelitz & Hirſtein, Trium Sereniſſimorum Saxoniæ Electorum Conſiliarii digniſsimi

QVÆSTIONUM JURIS
Tàm Romani, quàm Saxonici

LIBER SECUNDUS.

Non tantùm ex ipſius Autoris manuſcripto primo aliiſque monumentis limatus, ſed etiam notis haud contemnendis locupletatus.

Per Nobiliſſimum

Dn. SIMON-ULRICUM HARTMANI F.
Simonis N. Piſtoris in Seuſelitz Duorum Sereniſſimorum Electorum Brandeburgenſium conſiliarium intimum.

Acceſſit index geminus, Quæſtionum unus, alter materiarum locupletiſsimus.

M. DC. 

XXI.

BIBL. SOC. IESU COLL. ROM. IHS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum Gratia & Privilegio Sacr. Cæſ. Majeſt. & Sereniſſimi Electoris Saxoniæ.

LIPSIÆ,

Typis & Sumtibus HENNINGI GROSII Senior. Bibliopol.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO AUGUSTO, DUCI SAXONIÆ, SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARSCHALLO, ET ELECTORI: LANDGRAVIO THURINGIÆ: MARCHIONI MISNIÆ: BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI, &c.

Domino ſuo clementiſſimo

S. D.

QUÆ ME ALIIS, ET QUIDEM gravioribus muneris & curationis meæ diſtrictum negociis, ad ſcribendum cauſæ impulerint, Illuſtriſsime potentiſsimeque Princeps Elector, Domine clementiſsime in prioris libri prooemio à me expoſitum eſt. Ad eas nunc accedebat, quod, cum eadem in præfatione pollicitus fuiſſem, plura me deinceps elaboraturum: multi non precibus amplius mecum agere, ſed tanquam promiſſum ſuo jure exigere cæperunt, ut publicatione eorum, quæ in me receperam, fidem datam liberarem. Etſi autem ea lege id à me promiſſum fuerat, ſi quando majus concederetur ocium, ideoq; in proclivi mihi erat poſtulationem illorum elidere: quia tamen ſi res in litem deduceretur, dubius futurus videbatur judicij eventus: rectius me famæ atq; exiſtimationi conſulturum putavi, ſi quod tanquam debitum efflagitabatur, etiam indebitum ſolverem, quàm ſi exceptione fretus judicij aleam ſubirem. Animum præterea mihi addebat, quod cognoveram ſuperiora mea ſcripta qualiacunq;, multis viris doctiſsimis, deq; hujuſmodi laboribus candidè judicantibus (malignas enim malevolorum voces nunquam curandas duxi, quippe quas omnes unius hominis probati auctoritas facilè oppreſſerit) non diſplicuiſſe. Sentiebam enim hac ipſorum de me judicij non obſcuri cohortatione ad tentandum aliquid amplius, quaſi calcaria mihi admoveri.

Subijt igitur mentem cogitatio de quæſtionibus vel deciſionibus, quas olim judicijs operam navans collegeram, ſicut priore libro feceram retexendis & accuratiore addita lima, in lucem proferendis. Sed neſcio quo fato res longè aliter ceciderit, atq; ego in animum induxeram, urceoq; inſtituto, currente rota amphora exierit. Initiò enim juris quoddam reſponſum, quod in materia feudi hæreditario, ejuſdemq; revocatione, annis abhinc ferme decem nomine ſoceri mei D. Udalrici Mordyſij viri ingenij præſtantia, juris prudentia, eloquentia, & maximarum rerum uſu, nemini hac ætate ſecundi, confeceram, in manus denuo ſumebam, eo conſilio, ut iſtud ſub incudem revocatum cæteris deciſionibus edendis adjungerem, nihil minus cogitans, quàm feudales quæſtiones elucubrare. Verum cum hoc ipſum reſponſum revolvendo animadverterem, quàm non ſolum aliena à jure feudali, ſed & huic contraria prorſus ſecumq; ipſis pugnantia, magniſq; opinionum fluctibus immerſa, in hoc argumento literis prodita nobis reliquerint commentatores. (quod ſanè priſcis illis propter ſeculi iſtius mores meritò condonandum eſt) hoc igitur cum animadverterem, ſimulq; perſpicerem tam varijs ac diſcrepantibus interpretationibus cauſam potiſsimum præbuiſſe nodoſum iſtud reſponſum c Titius. ſi de feud. defunct. diverſis modis hactenus explicatum, ac vix ab uno & altero rectè intellectum, ad interpretationem ejus animum appuli. Quod cæptum, cum ſatis, ut videbatur, ceſsiſſet feliciter, aliam poſt aliam, ut fit opere fervente, exorſus fui quæſtionem huic propoſito affinem, donec quæſtionibus octodecim totum illum tractatum abſolviſſem. Eo ad umbilicum deducto, ad prius tandem regreſſus inſtitutum, conſtitui ex alijs, quas à me antea conſcriptas in promtu habebam, deciſionibus totidem adijcere, ut numerus quæſtionum primo libro reſponderet. Ab hoc verò propoſito iterum me averterunt viri quidam docti, qui, cum judicarent, me in extricanda illa materia operam non inanem collocaſſe, auctores erant, ut totum hunc librum ſecundum, quò magis ſibi conſtaret, eadem feudorum tractatione complerem. Hîc verò DEUM immortalem, quàm multa erant, quæ me illis ad finem perductis, non ſolum, ne feudales porrò perſequerer quæſtiones, ſed & ne beneficiorum materiæ me implicarem, præſertim in primo operis limine, cohibere meritò potuiſſent. Videbam enim vix ullam juris noſtri partem negligentius ab interpretibus (pace eorum hoc dixerim) eſſe tractatam: videbam nullam reperiri, in qua veritas in denſiſsimos opinionum quaſi vepres magis eſſet detruſa, ut icirco vel inveterato multorum errori mihi accedendum, vel, ſi quid contra proferrem, adverſus multos dicendum eſſet, quorum alterum vix in hominem ingenuum, ne dum

Digitized by Google

dum in J. C. Juſtitiæ ſacerdotem cadit: alterum cum magna conjunctum eſt invidia: quid? quod jus ipſum feudale non ita omnibus videtur numeris abſolutum, ut ſolidam quis inde cognitionem ejus petere, & tutò illi inſiſtere queat? A privatis nanq; primò collectum in multis mutilum, varium, ambiguum, atq; obſcurum, in multis etiam rigidum eſt & aſperum. Ideoq; inventi ſunt, qui iſtud rhapſodiam quandam appellarent. Aliqui cum interpretationem ejus ſuſcepiſſent, vitia illius notarunt: aliqui, utrum juris auctoritatem haberet, dubitarunt, vixq; interpretatione dignum cenſuerunt. Præterea ad eum redacta eſt ſtatum noſtra juriſprudentia, ut eorum, quæ contra receptas interpretum ſententias aſſeruntur, quantumvis conſentanea ſint veritati, in foro exiguus ſoleat eſſe uſus, atq; iccirco huic meo labori vix reſponſura videbatur utilitas. Deniq; cum prius à me literis mandata retexere duntaxat aggreſſus fuiſſem, animadvertebam, amicorum conſilio morem geſturo, opus prorſus novum fabricandum eſſe: quæ res majorem requirebat induſtriam, plus etiam temporis depoſcebat, atq; ocij, quàm muneris mihi injuncti ſuppeditarent negocia. Hæc, & id genus alia impedimenta cum mihi objicerentur: ſuperavit tamen quicquid iſtorum erat non tam amicorum cupiditati & cohortationi obſequendi voluntas, quàm ardens veritatis ſtudium. Nam cum teſte Cicerone, hominis propria ſit veri inquiſitio, atq; inveſtigatio, maximè autem ad J Cti officium pertineat, hujus ſuſcipere patrocinium: quantò magis in iſto illa argumento opinionum commentis eſſet offuſcata, & pœne obruta, tantò fortius ſuppetias ferendas, ipſamq; ab interitu vindicandam mihi duxi: Neq; verò ab hac animi mei inductione me deterruerunt offenſiones eorum, quibus cum mihi in arenam deſcendendum eſſe verebar, cum veritas ſummo etiam propoſito periculo, exemplo Papiniani, tuenda atque propaganda ſit. Ac bona ſimul in ſpe eram, plurimos eodem veritatis amore accenſos haud iniquo animo laturos, me ſolidis juris rationibus innixum, atque in verba cujuſquam jurare nolentem, ab ipſorum placitis quandoque recedere, meamque ſententiam liberè atque ingenuè proferre: cum præſertim nihil malignè vel arroganter, ſed omnia candidè, abſque ullo lædendæ cujuſquam exiſtimationis animo, veritatis tantum aſſerendæ gratia dicerentur à me, parato viciſsim, ſi qua in re hallucinatus & lapſus fuerim, ut humanum eſt errare, ab aliis quibuſvis pari candore admoneri, & ſi firmiores attulerint rationes, iis non cedere ſolum, ſed etiam magnas habere gratias. Hi enim ut lib. 2. Tuſcul. quæſt. ait Cicero, redargui refelliq; iniquo ferunt animo, qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt, eaque neceſsitate conſtricti, ut etiam, quæ non probare

 ſoleant,

ſoleant, ea cogantur conſtantiæ cauſa defendere : nos qui ſequimur probabilia, nec ultra, quàm id, quod veriſimile occurrerit, progredi poſſumus, & refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus. Hæc ille. Nam quis quæſo tanta ingenij dexteritate, tamq; lynceis oculis eſt præditus, ut non alicubi impingat, aut non experiatur aliquando, opinionem primò conceptam, quam optimis ſuffultam eſſe argumentis, ſeque illam amplectentem probè collimaſſe putaverat, infirmam admodum illam quidem fuiſſe, ſeque ipſum longè à meta aberraſſe? Quamobrem & de aliorum ſcriptis candidè ferre judicium, & noſtros etiam haud gravatim errores agnoſcere convenit. Sed de his ſatis, aut plura etiam fortaſsis, quàm neceſſe eſt. Jam quod ad libros illos de conſuetudinibus feudorum attinet, quibus potiſsimum inhærendum nobis fuit, etſi multa in ijs requiri non negamus; tamen cum longiſsimi temporis uſu, juris publicam obtinuerint auctoritatem, privatæ ſanè poteſtatis & arbitrij non fuerit, ijs quicquam derogare. Non enim de legibus, poſtquam inſtitutæ ſunt, & firmatæ, ſed ſecundum ipſas potius eſt judicandum, ut monet Auguſtinus diſtinct. 4. c. in iſtis. Tantum etiam abeſt, ut propterea vel auctores hujus juris vituperandi, vel etiam interpretatio ejuſdem prætermittenda ſit, ut præter, veniam quam veteres illi propter temporum ſuorum injuriam rectè merentur, vel hanc ob cauſam, quod antiquam feudorum conſuetudinem ita, ut ſeculi illius conditio, & res ipſa ferebat, monumentis ſuis comprehenſam & conſervatam ad poſteros transferre ſtuduerunt, honore & præmio dignos eſſe eos, quantoque à perfectione longius eſſet remota hæc ipſa juris pars, tantò magis in ea perpolienda, illuſtrandaque elaborandum exiſtimaverim : quò ſcilicet tam verbis ejus (à quibus interpretes recedentes in varias prolapſi fuerunt opiniones.) exactius perpenſis ; quàm etiam rationibus diligentius inveſtigatis, quæ obſcurè pronunciata eſſent, explanarentur : in varijs & ambiguis verus atq; certus eliceretur ſenſus : minus perfectè tradita complerentur, quæ verò rigidiora aliquantò viderentur, ad æquitatis reducerentur normam, atq; hac ratione ipſa in profundo demerſa veritas in lucem proferretur. Quod unum ſi aſſecutus forem, de utilitate amplius ſolicitè curandum mihi non putabam : ſiquidem, quemadmodum reliquæ virtutes omnes, ſic etiam veritas non utilitate metienda, ſed ſine ullis præmijs fructibuſue ſuapte natura expetenda eſt. Interim tamen ſperabam fore, ut quæ nunc nova viderentur, ac propterea minorem in judicijs habitura eſſent auctoritatem, ea progreſſu temporis aliquos reperirent patronos & defenſores, atq; exinde in foro etiam majorem ſortirentur uſum. Quæ cum dico, non hoc mihi ſumo quaſi ſolus ſaperem, reliquis volitantibus umbris : ſed cum intellige-

telligerem pleroſq;, qui hactenus in jus feudale commentati fuerunt, non eundem ad ſcribendum animum attuliſſe. Animadvertebam namq; priſcis illis, temporum ſuorum tenebras glaucoma objeciſſe: alijs deinde horum auctoritatem oculos ita perſtrinxiſſe perſpiciebam, ut non tam, quid verum, quàm quid ab illis dictum eſſet, ſpectantes, piaculum duxerint, latum, quod dici ſolet, unguem ab eorum traditis recedere: atq; iccirco omnem in eo poſuerint operam, quemadmodum aliorum opiniones conſuerent, vel hinc inde ſparſim tradita in compendium redigerent: alios videbam pingue fori fœnus ſequentes ea tantum, quibus clientuli ſui partes defenderent, approbaſſe, atq; iccirco de veritate adeò non laboraſſe, ut hanc ſæpius data opera obſcurarint: alios deniq;, cum recto tramite incederent, faſtidioſo quodam contemtu eorum quæ prius dicta fuerant, novitatiſq; ſtudio ſæpenumero eſſe ſeductos cognoſcebam: hæc, inquam, cum intelligerem, putavi eum, qui amotis omnibus affectibus & præjudicijs, viam veritatis obſtruentibus, hanc ſolam ſibi proponeret, & vel aperta juris reſponſa vel his deficientibus, rationes ſaltem probabiles in conſilium adhiberet, ac juxta has & illa ab alijs prius ſcripta ſedulò examinaret, & veluti ad æquam juſtitiæ trutinam perpenderet, poſſe abſq; ullo arrogantiæ & audaciæ crimine id conari, ut ad ſcopum rectè tendens veriora aſſequatur, & proferat. De tempore huic operæ impendendo, ſine quo diligentia parum proficit, plurimum me periclitari videbam. Quàm exiguum enim à cæteris mihi negocijs ſuperſit, quamq; id, quod his detractum quandoq; ſupereſt, animo in varias curas diſtracto, & multis occupationum intervallis interrupto, minus ad hoc ſcribendi genus accommodatum ſit, quod omnem cogitationum intentionem, omneſq; ingenij requirit nervos: quivis, quem vitæ noſtræ ratio & inſtitutum non penitus fugit, facilè æſtimare poterit. Verum enimvero cum nullum certum operi huic perficiendo præfinitum eſſet tempus, atq; iccirco laboris ſuſcepti perfectio omnis & abſolutio meæ relinqueretur voluntati & arbitrio, nonnihil me erigebat, quod ſperabam, quæ uno atq, altero anno abſolvere non poſſem, ea tertio deinceps & quarto ad calcem me deducturum. Itaq; ne temporis quidem incommoditas injectum veritatis ſtimulum eximere, aut remorari potuit. Sic igitur factum eſt, ut, poſtquam ſuperatis omnium difficultatum & impedimentorum ſcopulis arduum iſtud opus aggreſſus eſſem, aliter, atq; prioris inſtituti ratio ferebat, liber iſte feudalis in publicum prodiret. Qui cum præter opinionem meam in tam excreviſſet magnitudinem, ut juſtum voluminis modum excedere videretur, neque tamen ego numero quæſtionum priori libro præſcripto quicquam libenter detraherem: viſum fuit hunc ſecundum librum

brum

brum in duas dividere partes, præſertim cum peropportunè cecidiſſet, ut ſcrupuloſa illa feudi hæreditarij, & revocationis feudorum materia, integram conſtitueret partem. In quo ſi, quod maximè ſpectavi, lucis aliquid attuli, veritati ut opinionum nebulis quibus ea hactenus obducta, ac pœnè oppreſſa fuerat, diſsipatis, elucere denuo poſsit, ſatis uberem laboris fructum cepiſſe me putabo: ſin in nonnullis (id quod præter communem humanæ ſortis imbecillitatem, animo arduis occupato negocijs, facilè potuit contingere) ipſemet hallucinatus fuero, ſuffecerit me alijs, ne conniventibus amplius oculis materiam iſtam tractent, ſed ut diligentius enucleatis tam juris feudalis reſponſis, quàm etiam interpretum doctrinis, veriora in poſterum in medium afferant, anſam atque occaſionem præbuiſſe. Atque optima ſpe ducor, hoc quoque meum ſtudium à lectore benevolo & candido non improbatum iri. Sæpenumero enim in magnis & voluiſſe ſat eſt. Ut autem celſitudini tuæ, Illuſtriſſ. Princeps Elector, hunc meum laborem dicarem, eædem cauſæ fecerunt, quæ priori libro à me ſunt enumeratæ. Ad eas nunc accedebat, quod totum hunc librum non ut ſuperiorem ex antè à me conſcriptis congeſſerim, ſed novum penitus fecerim, eo tempore, quo alioqui opera mea Celſ. tuæ eſt addicta. Itaq; non ſolum hoc nomine omnes ejus fructus ad neminem rectius, quàm ad Celſ. tuam referri debere videbantur: ſed etiam quia re ipſa expertus eram, Celſ. T. pro innata animi heroici magnitudine atq; clementia, illum alterum librum ita benignè atq; liberaliter accepiſſe, ut grati animi officium hanc dedicationem poſtulare arbitrarer. Quamobrem ut Celſ. T. exiguum hoc munus eo benignitatis atq; gratiæ favore ac propenſione ſuſcipiat, qua à me offertur animi ſubmiſsi promtitudine & alacritate, ſubjectiſsimè etiam atq; etiam peto. Quod ſi impetrari à Celſ. T. patiêre, non ſolum me ipſum in hoc inſtituto plurimum confirmaveris, ſed & aliorum ingenia, qui majore præditi ſunt judicij acumine ac ſolertia, & tranquilliori fruuntur ocio ad tentandum majora, excitaveris. DEUS Opt. maximus Celſ. T. cum Illuſtriſſ. atq; inclyta familia non nobis tantummodo, ſed & toti Reipub. Chriſtianæ diutiſsimè ſuperſtitem, atq; incolumem conſervet. Dreſdæ penult. Maij. Anno 82. illo ipſo die, quo Celſ. T. iter ad comitia Auguſtana ingrediebatur, quod ut illi felix fauſtumq; ſit, & ea, quæ ibi ſuſcipientur, conſilia Eccleſiæ & imperio ſalutaria ſint, toto pectore precor.

Illuſtriſs. Excelſitati V.

Obſequentiſſimus & addictiſſimus

Hartman Piſtoris in Seuſelitz.

MAT-

MATTHÆUS WESENBECIUS
LECTORI S.

QVEMADMODUM REPUDIANDI ſunt, qui de monumentis aliorum conſectantur, quæ utcunque interpolata, pro ſuis nullo cum rei literariæ uſu venditent: ſic illorum meritò commendatur induſtria, quibus ſtudio eſt, nobiles cauſas, in diſciplina noſtra vel abditas, vel adhuc controverſas, ſolertius enucleare, donec veritas diu quæſita, tandem appareat, vel quid in unaquaq; probabile, ſequendumq́; ſit, latere diutius non poßit. Sic augentur opes juſtitiæ, & integrum poſteritati (ſi qua ſupererit) ἀποτέλεσμα præſtruitur. Quam in ſententiam multa luculenter ſcripſit, eruditißimus Academiæ Patavinæ anteceſſor, D. Tiberius Decianus, eo in libro, quem contra ſales D. Alciati, pro ijs edidit, qui conſultationes ſuas publicum accipere volunt: doctiß. item Ferdinandus Vaſquius in volumen controverſiarum illuſtrium, plurima huc ſpectantia congeßit: ut actum agere, vinoq; quod ajunt vendibili, hederam appendere, minimè videatur opus. Dicerem potius de his præſtantißimis D. Hartmanni noſtri laboribus, quem in occupatißimo licet vitæ genere tamen palàm eſt excitari divinitus, ut etiamnum abſconditos Juriſprudentiæ theſauros, ſuis operis eruat, atque ſtudioſis liberaliter communicet: niſi hoc ipſum quoq; communis pudor, in præſentia prohiberet. Quod igitur extra ſuſpicionem erit aſſentationis, non alienum fuerit admonere: tantam in hoc argumento ſæpe difficultatem objici ſcribentibus, ut in ſalebris hærentes, dum ſe nequeunt aliter explicare, Cæſaris authoritatem & manum regiam implorent. Ita Jaſon in l. ult. nu. 24.

poſt Angel. de Juriſd. omn. Jud. eam quæſtionem. An magiſtratus extra territorij fines ſui, ſubjectum citare poßit, tam judicat eſſe ſpinoſam, ut intrepidè fateatur, opus habere Imperatoria deciſione. Idem ſcribit in authen. ex cauſa. C. de lib. præter. nu. 1. poſt Fulgoſ. de hoc problemate. an d. auth. obtineat, in præteritione paterna. Alber. in l. æmilius : nu. 4. de minor. paria. legis illius themati tribuit. Eodem refertur & hoc ζήτημα. *Utrum non conficiens inventarium perdat Trebellianicam D. Andreas Geyl. obſer. lib. 2. obſervat. 138. nu. 2. Num peregrinus alibi collectis onerari queat. D. Mynſing. obſer. 22. centur. 5. Utrum ad tollenda interceßionum beneficia, ſufficiat generalis renunciatio, an verò ſpecialis requiratur Jacobus D. Thomingus. deciſ. 1. circa finem. In his igitur & ſimilibus, quæ longum eſſet nunc perſequi, feliciter extricandis, cui vires periclitari, laudeq; dignum quid efficere, propoſitum eſt, is reperiet arenam & palæſtram, in qua ſe cum multorum utilitate commodum exerceat.*

Circumferuntur etiam nunc ingentia communium opinionum volumina. In quæ ſi quem penitius inquirere juvet, ei proclive fuerit, delectu facto, copiisq; utrinq; recenſitis, demonſtrare, per errorem & falſo multis hoc nomen imponi: quo modo, niſi fallor, inutilium dogmatum permagna, quaſi ſentina forum exoneraretur. Admonendi quoq; ſumus, in illis popularibus ſententiis eſſe nonnullas, quæ à veritate diſtent, juribusq; vel bonis etiam rationibus coargui poßint. Quarum exempla quædam in hoc luculento ſcripto, noſter hic author commonſtravit: cujus ductum & auſpicia ſi ſequantur alii, cauſa nimirum erit cur prudentes deinceps, probatam & aſſertam veritatem potius, quàm falſas atq; erraticas opiniones in regno Juſtitiæ omniq; Jurisdictionis munere laudabiliter gubernando, libenter ſint amplexuri. Ineptè forſitã ago, qui fungar vice cotis, acutum. Reddere quæ ferrum valet exors ipſa ſecandi. Veruntamen ſtatuis quoq; Mercurialibus relinquitur locus. Tu benevole lector fruere nobiliß. D. Hartmanni lucubrationibus optimis atq; fructuoſiſſimis, & virum bonum commune totius orbis eſſe bonum, vel ab hoc exemplo disce.

IN

Digitized by Google

IN NOBILIS ET AMPLISS. JC.

Dn. HARTMANI PISTORIS

IN SEUSELITZ, ILLUSTRISS. DUCI Saxoniæ Electori AUGUSTO, à conſilijs intimi, Quæſtionum Juridicarum libros.

SCriptorem producit opus, velut ungue leonem,
Indicio prodens, Stylus eſt animi optimus index.
Exarat ille bonus feliciter omnia, gratum
Communis vitæ, tum poſteritatis ad uſum.
Nec pangit ſtudio niſi diſquiſita fideli,
Quæ didicit rectè, atq; alios veri ſtudioſos
Abſq; ambage viæ nullis erroribus artes
Ritè docere queat: par eſt fortuna labori:
Illum æterna manent juſtæ præconia laudis.
Ergo decor nomenq; tuum ò HARTMANNE vigebunt,
Donec erunt artes, & Iuſticiæ inclyta regna.
Doctaq; vel ſeris tua ſcripta nepotibus uſq;
Multorum grata cum commoditate legentur
Militiæ atq; domi: ceu felix norma regendi
Res utrobiq; hominum, ſancti & cenſura Senatus.
Opportuna togæ dum jura forenſia pandis.
Nec minus & caſtris accommoda: quatenus illis
Servitium atq; operas pro fructu divite feudi
Præſcribis Dominò dignas & fortibus auſis.
Qualis honor ſtellæ illuſtri radiantis olympo:
Tale tuum Juris ſcriptum conſulte, perenni
Luce micans, ſtudium autoris teſtatur abundè:
Teq; tuis, quanquam per ſe præſtantibus olim
Prælucere tamen majoribus, & proavitæ
Splendorem cumulare domus, pietate manuq;
Stirpis in exemplum venturæ: hæc propria laus eſt
Piſtoriæ gentis: quæ nobilitata parentum
Ingenio & meritis, certat virtutibus ultra
Ire ſuis, benè de cunctis ſemperq; merendo
Argumentum ingens generis, Soboliq; futuræ
Calcar ad eximij documenta imitanda laboris,
Cui operæ precium & ſibi debita præmia conſtent.

Matthæus Weſenbecius J. U. Doctor, &
Acad. Wittebergenſis profeſſor publ.

INDEX

Digitized by Google

INDEX QUÆSTIONUM JURIS, QUÆ HOC LIBRO SECUNDO CONTINENTUR.

QUÆSTIO I.

DE differentia inter feudum ex pacto & providentia, & feudum hæreditarium: quæ ſit vtriuſq; naturæ: & de varijs ac diſſidentibus interpretum opinionibus circa feudi hæreditarij explicationem: quàm item diverſa ex quavis harum opinionum promanarint doctrina, hactenus à pleriſq; confuſa: & an in dubio feudum pro hæreditario, an verò pro feudo ex pacto & providentia ſit reputandum.

QUÆSTIO II.

Titulus, An agnatus vel filius: vtrum de feudo ex pacto & providentia, an verò de feudo hæreditario intelligendus ſit, & quem vſum habeat inveſtigatio iſta: quibus item modis reſtringatur diſpoſitio illius tituli, & utrum is locum habeat in foro Saxonico.

QUÆSTIO III.

Feudum in cujus conceſſione tam de filijs, quàm de hæredibus dictum fuit, utrum pro hæreditario, an pro feudo ex pacto & providentia vel pro mixto æſtimandum, & quid judicandum ſit de feudo conceſſo hæredibus feudalibus ex corpore legitimè deſcendentibus. (Ehelicher geborne leibes lehens Erben.) *in quo item verè exiſtat differentia inter feudum ex pacto & hæreditarium.*

QUÆSTIO IIII.

Feudum novum vtrum cum conſenſu domini Pater alienare, vel alioqui de eo diſponere poſſit, in præjudicium filiorum.

QUÆSTIO V.

De vero intellectu difficilis atq; vulgati c. Titius, ſi de feud. defunct. cont. ſit inter dom. & vaſall. utrum in principio de duabus partibus feudi alienatis, an verò de una tantum quæratur, an alienatio legitima fuerit nec ne. Utrum in verſ. quod ſi Titius, de filiorum, an agnatorum revocatione agatur, & cur eo loco magis filiorum habeatur ratio: Cur item magis vivo alienatore jus revocandi concedatur, quam in præcedentibus. Deniq; an verſ. finalis ad omnia vel ad proximè præcedentia ſit referendus.

QUÆSTIO VI.

Feudum paternum ex pacto & providentia an conſentiente domino in præjudicium agnatorum alienari poſſit, & quatenus agnatis, defuncto alienatore, competat jus revocandi feudum ſive extraneo ſive agnato remotiori, vel uni ex multis in eodem gradu conſtitutis, ſive etiam proximiori ante alienatorem decedenti.

QUÆSTIO VII.

De agnatis conſentientibus alienationi, quatenus ſibi in jure revocandi præjudicent: & quid juris ſit, ſi ex multis in pari gradu exiſtentibus aliqui tantum conſenſerint: An item conſenſus iſte obſit hæredibus.

QUÆSTIO VIII.

Quanto temporis ſpacio agnati à jure revocandi excludantur, ſive feudum extraneo, ſive agnato remotiori venditum fuerit:

Digitized by Google

ſuerit : & vtrum præſcriptio contra unum impleta reliquis obſit. An item præjudicet filijs ejuſdem.

QUÆSTIO IX.

Agnatus hæres alienatoris an & quatenus feudum alienatum revocare poſſit, & quæ hoc caſu ſit ineunda æſtimatio portionis hæreditariæ, ſive inventarium confectum fuerit, ſive non : An item inventarium revocandi jus integrum conſervet hæredi.

QUÆSTIO X.

Feudo per agnatum revocato, vtrum hæres alienantis de evictione teneatur : & an precium ſaltem refundere cogatur.

QUÆSTIO XI.

Agnati utrum vivo alienatore feudum revocare poſſint.

QUÆSTIO XII.

De jure προτιμήσεως *agnatis feudum alienatum redimentibus competente : quodnam precium eo jure utentes refundere teneantur : An idem locum habeat in donatione : intra quantum temporis ſpatium jus hoc competat : quando tempus iſtud currere incipiat, & quomodo interrumpatur : vtrum tempore ab hoc jure excluſi, defuncto alienatore, feudum revocare poſſint : quatenus conſentientes alienationi ab hoc jure excludantur : & an in jure iſto locum habeat ſucceſſorium edictum.*

QUÆSTIO XIII.

Filij utrum poſſint revocare feudum ex pacto alienatum à patre cum conſenſu domini : idq; integrum ipſis non eſſe contra receptam interpretum opinionem defenditur ex jure tam communi quàm Saxonico.

QUÆSTIO XIIII.

Feudum paternum hæreditarium à poſſeſſore alienatum utrum agnati ſive filij hæredes revocare poſſint : & quid juris ſit, ſi inventarium confecerint, vel ſi hæredes duntaxat primi acquirentis fuerint : vel nihil in bonis hæreditarijs ſit reſidui, vel etiam hæreditas defuncti non fuerit ipſis delata : Quid item ſecundum jus Saxonicum in hoc articulo ſit ſtatuendum.

QUÆSTIO XV.

Si vaſallus ob culpam vel in ipſum dominum vel in alium commiſſam feudo privetur, vtrum iſtud ad dominum, an verò ad agnatos pertineat : & quatenus vaſallus delinquendo, agnatis præjudicare poſſit.

QUÆSTIO XVI.

Filijs vtrum noceat delictum ſive in dominum ſive in alium à patre commiſſum.

QUÆSTIO XVII.

Feudum alienatum ſine conſenſu domini vtrum ad dominum an verò ad agnatos pertineat.

QUÆSTIO XVIII.

Feudum ob non petitam inveſtituram amiſſum ad quem pertineat.

QUÆSTIO XIX.

De ſucceſſione feudali: vtrum gradus ſecundum jus civile, an verò juxta canonicum computandi ſint : An item agnati vſque ad ſeptimum gradum tantum, an in infinitum ſuccedant : Et vtrum jure Saxonico ad ſucceſſionem feudi admittantur, ſine inveſtitura ſimultanea, an verò jus iſtud ſuccedendi inter agnatos penitùs ſit ſublatum.

QUÆSTIO XX.

De natura ſimultaneæ inveſtituræ ſive conjunctæ manus, à qua omnis inter agnatos ſuccedendi ratio in foro Saxonico dependet.

QUÆSTIO XXI.

Simul inveſtiti an & quando ſecundum gradus prærogativam, an verò nulla graduum ratione habita jure Saxonico ſuccedant.

QUÆSTIO XXII.

Simultaneè inveſtiti an, & quando in ſtirpem, vel in capita ſuccedant.

QUÆSTIO XXIII.

Jus repræſentationis an & quatenus locum ſibi vendicet de jure Saxonico in ſucceſſione bonorum tam allodialium quàm feudalium, præſertim quando feudum fuit conceſſum, Nach rechter Sipzahl.

QUÆSTIO XXIIII.

Si ex duobus ſimul inveſtitis alter feudum ſuum alienaverit, vtrum invitus alteri

etiam

INDEX QUÆSTIONUM.

etiam alienanti conſentire teneatur, an verò jus ſuum integrum nihilominus ipſi maneat.

QUÆSTIO XXV.

De inveſtitura facta de feudo vaſalli adhuc viventis in caſum, quo is defunctus fuerit, vtrum contineat votum captandæ mortis jure communi improbatum: quæ ad eam potiſſimum requirantur, an valeat, ſi poſſeſſor filios habuerit, an item ad hæredes inveſtiti tranſmittatur: & de alijs circa eam notatu dignis ſecundum jus tam commune quàm Saxonicum.

QUÆSTIO XXVI.

Hæres domini an & quatenus teneatur habere ratam inveſtituram, factam de feudo vaſalli viventis, de jure tam communi quàm Saxonico: quando præſertim inveſtituræ inſerta fuit conditio (ſi nobis feudum apertum fuerit.)

QUÆSTIO XXVII.

Succeſſor epiſcopi an teneatur habere ratam inveſtituram anteceſſoris cum conſenſu capituli factam de feudo vaſalli adhuc viventis: & an ſufficiat conſenſum hunc ex intervallo accedere: quomodo item accipiendum ſit id, quod in tit. qui ſucceſſ. teneant. dicitur, ſucceſſorem teneri, quando inveſtitus conſentiente poſſeſſore in poſſeſſionem miſſus eſt.

QUÆSTIO XXVIII.

An is, qui fuit inveſtitus de feudo vaſalli adhuc viventis in caſum mortis ejus, poſſit revocare feudum à poſſeſſore alienatum: an item dominus hoc caſu de evictione teneatur de jure tam communi quàm Saxonico.

QUÆSTIO XXIX.

Duobus inveſtitis de feudo vaſalli adhuc viventis, uter alteri ſit præferendus, præſertim, quando ſecundus poſſeſſionem nactus fuerit: quid item juris ſit, ſi duorum alter ſimultaneam inveſtituram impetraverit: alter verò deinde vivente poſſeſſore in caſum mortis ejus inveſtitus poſſeſſionem eo defuncto fuerit adeptus: & eſt regula l. quoties: C. de rei vendic.

QUÆSTIO XXX.

Utrum inveſtitura facta de feudo vaſalli adhuc viventis valeat, ſi ea coram paribus curiæ facta non fuerit, neq; teſtimonio eorum probari poſſit.

QUÆSTIO XXXI.

Utrum jure Saxonico neceſſe ſit petere renovationem inveſtituræ factæ de feudo vaſalli adhuc viventis.

QUÆSTIO XXXII.

Mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus à natura, vel ex accidenti caſu, vtrum feudum paternum ſive novum ſucceſſione, aliave ratione acquirere, vel etiam ante quæſitum retinere poſſit, ſecundum jus tam commune, quàm Saxonicum.

QUÆSTIO XXXIII.

Clericus vel religioſus an & quatenus in feudo ſuccedat, vel iſtud quæſitum retineat.

QUÆSTIO XXXIIII.

Fœmina an & quatenus ſuccedant in feudo præſertim ſi iſtud fœmineum fuerit: & quod nam verè dicatur fœmineum. de intellectu item c. 1. de feud. fœmin. & in c. 1. an maritus ſuccedat vxori in benef.

QUÆSTIO XXXV.

Fœminæ ad ſucceſſionem feudi ex pacto inveſtituræ inſerto vel quia fœmineum eſt, vocatæ, vtrum unà cum maſculis, an verò hiſce demum deficientibus, ſuccedant, præſertim quando feudum hæredibus maſculis & fœminis conceſſum eſt, & agnatus in gradu remotiori lineæ tranſverſalis conjunctus eſt defuncto, fœmina in propinquiore deſcendentis lineæ gradu exiſtente: & de intellectu c. 1. de his qui pro ſe & hæredib. maſcul. item c. 1. §. ſimiliter. de capit. qui curi. vendid.

QUÆSTIO XXXVI.

Fœminæ ad ſucceſſionem feudi vocatæ, & per maſculum ſemel excluſæ, an perpetuò excluſæ cenſeantur: & de intellectu c. 1. §. quin etiam: Epiſcop. vel Abb.

QUÆSTIO XXXVII.

Filiabus quatenus & quanta dos ex feudis perſolvi debeat.

QUÆS.

QUÆSTIO XXXVIII.

Filiabus utrum debeatur legitima ex feudo, ſive iſtud ex pacto & providentiæ, ſive hæreditarium fuerit. Quid item juris ſit in feudo novo à patre emto.

QUÆSTIO XXXIX.

Filiæ contendenti cum agnato de feudo utrum, pendente lite poſſeſſio feudi adjudicanda ſit, præſertim quando rem feudalem eſſe conſtat: quid item juris ſit agnato jam poſſidente: & de intellectu c. 1. §. inter filiam: ſi de feud. defunct.

QUÆSTIO XL.

Naturales filii præſertim ſi fuerint legitimati à principe, an & quatenus ſuccedant in feudo.

QUÆSTIO XLI.

Filii legitimi facti per ſubſequens matrimonium utrum ſuccedant in feudo præſertim quando iſtud legitimè natis conceſſum fuit. Et de ordinatione provinciali excludente ejuſmodi legitimatos à feudi ſucceſſione. An item jure hoc conſtitui poſſit.

QUÆSTO XLII.

Impenſas meliorationis quatenus hæredes vaſalli repetere poſſint feudo ad dominum vel agnatos devoluto, & de intellectu §. ſi vaſallus, c. 1. hic finitur lex.

QUÆSTIO XLIII.

Cum fratre utrinq. conjuncto utrum ſuccedat filius fratris, qui ex altero latere tantum conjunctus fuit defuncto.

QUÆSTIO XLIV.

Utrum jure noviſſimo feudum ſine conſenſu domini ſubinfeudare liceat: & quatenus ſubinfeudatio iſta præjudicet domino, vel agnatis feudo ad ipſos devoluto, & de intellectu c. 1. §. ſin verò. qualiter olim feud. pot. alien.

QUÆSTIO XLV.

Subvaſallus alienans feudum utrum teneatur requirere conſenſum immediati domini, an verò ſuperioris.

QUÆSTIO XLVI.

Vaſallus an & quatenus teneatur domino indicare titulum, præſertim ſi feudum longiſſimo tempore poſſederit: & quomodo poſſeſſione iſta contra dominum requirentem titulum tueri ſe poſſit.

QUÆSTIO XLVII.

Juramentum fidelitatis, utrum ab omnibus hæredibus vaſalli, an item omnibus hæredibus domini defuncti præſtandum ſit: Et pluribus concurrentibus dominis ſervitia requirentibus à vaſallo, uter alteri præferendus, atq. unde dignoſcatur, quis eorum antiquior cenſendus ſit.

QUÆSTIO XLVIII.

Dominus conſentiens oppignorationi feudi utrum eo deinde ad ipſum devoluto, obligetur.

QUÆSTIO XLIX.

Dominus conſentiens ratione ſortis principalis, an cenſeatur conſenſiſſe ratione ejus quod intereſt.

QUÆSTIO L.

Vaſallus ob contumaciam an & quatenus feudum amittat, & de intellectu §. illud tamen, c. 1. quæ fuer. pr. cauſ. beneſi. admitt.

§ (o) §

NOMI-

NOMINA INTERPRETUM
QUI PRÆTER ALIOS IN HOC LIBRO ALLEGATOS, IN IPSUM JUS FEUDALE COMmentati & ab auctore citati ſunt.

A

Andreas de Iſernia.

Antonii Villani reſponſum feud. poſt Cannet.

B

Baldus.

Bartholomæus Camerar. c.1. An agnatus. & in c. imperialem d. c. proh. feud. alien. per Frider. Ejuſdem reſponſa feudalia quæ habentur poſt comment.

C

Carolus Molinæus in conſuet. Pariſ.

Conſilia feudalia.

Claudius de Seiſello in Speculum feudorum.

E

Eguinarius Baro in uſus feudorum.

F

Franciſci Curtii Junioris tract. feudalis.

Franciſci Duareni commentarius ad conſuetud. feudor.

Franciſci Hottomanni commentatio tripartita de feudis.

Franciſci Sonsbeckii comment. ad uſus feud.

Dn. Frider. Schenck. in uſus feudorum.

G

Guerini Piſonis Scacii præludia in uſus feudorum.

Guilielmi Hannetonij de jure feudor. lib. 4.

Guilielmi à Perno notabil. feudal. & conſilia.

I

Jacobus Alvarottus.

Jacobi de Ardizone epitome Juris feudorum.

Jacobi de Beluiſo in uſus feudorum.

Jacobi Cujacii de feudis.

Jacobini de S. Georgio tractatus feudalis.

Jaſon in præjud. feudor.

Joannes Antonius Cannetius in extravag. volentes & ſi aliquem.

Joannes Antonius de S. Georgio præpoſitus Eccleſiæ D. Ambroſii Mediolani.

Joannis Baptiſtæ Caccialupi repetit. c. 1. de feud. cognit.

Joannis Blanci Epitome feudorum.

Joannes Borchold. commentarius in conſuetudines feudorum.

Joannes Ferrarius Montanus in uſus feudorum.

Joannes Raynaudus in c. imperialem de proh. feud. alien. per Frider.

Joannis Thomæ de Marinis tractatus de generibus & qualitate feudor.

Joannes Thomas Minadous in conſtitution. Regni in aliquibus.

L

Laurentii Sylvani tractatus de feudi recognit.

Ludolphi Schraderi tractatus feudalis.

M

Martinus de Cecaratis Laudenſis.

Martini Frecciæ Commentarii feudal.

Matthæ. de Afflictis.

P

Paris de puteo de redintegratione feudorum.

Pauli Pici commentar. in librum primum feudorum.

Petri de bella Pertica tractatio feudal.

Petri Lorioti Commentarius in uſus feudorum.

Petrus Ravennates in uſus feudorum.

S

Sigiſmundi Loffredi paraphraſes feudales.

Ejuſdem conſilia.

V

Udalrici Zaſii epitome in uſus feudorum.

QUÆ-

Digitized by Google

QUÆSTIONUM IURIS LIBER SECUNDUS.

Quæſtio Prima.

DE DIFFERENTIA INTER FEUDUM EX PACTO ET PROVIDENTIA, ET FEUDUM HÆREDITARIUM: quæ ſit utriuſq; natura; & de variis ac diſsidentibus interpretum opinionibus, circa feudi hæreditarii explicationem: quàm item diverſæ ex quavis harum opinionum promanarint doctrinæ hactenus à pleriſq; confuſæ, & an in dubio feudum pro hæreditario, an verò pro feudo ex pacto & providentia ſit reputandum.

1. *Feudum ex pacto & providentia quid ſit, quid item hæreditarium, & à quibus auctoribus hæc diſtinctio ſit approbata.*
2. *Diſtinctio inter feudum ex pacto & providentia, & hæreditarium nullo jure feudali probatur, ſed ab interpretibus eſt inventa.*
3. *Diſtinctio iſta quibus nitatur rationibus.*
   Inveſtituræ verba potiſſimum conſideranda.
4. *Etiamſi naturæ feudorum adverſentur.*
5. *Diverſæ feudorum ſpecies conſtituuntur ex diverſis verbis inveſtiturarum.*
6. *Differunt aliquid concedere liberis vel hæredibus. & n. 8.*
7. *Inveſtiturarum verba cum effectu intelligenda.*
9. *Feudum ex pacto & providentia, quia commentitia ſunt vocabula, ideo variis modis appellatur.*
10. *Feudum ex pacto cur ſic dictum.*
11. *Feuda omnia regulariter ex pacto dicuntur.*
12. *Hæreditarium feudum etiam ex pacto & providentia appellatur.*
13. *Non tamen minus rectè propterea diſtingvitur, contra Puellum.*
14. *Vnum & idem vocabulum ſæpe generis & etiam ſpeciei ſignificationem habet, ut adoptio, jurisdictio, feudum ex pacto.*
15. *Feudum ex pacto nullam ex verbis inveſtituræ ſeparatam recipit naturam ſed propriam naturam retinet.*
16. *Feudum ex pacto non rectè diſtingvitur à feudo ſimpliciter conceſſo.*
17. *Feuda ex pacto non ſolùm dicuntur ea, quæ liberis ſive filiis conceduntur, ſed regulariter omnia, in quibus de hæredibus non eſt dictum.*
18. *Vtputa conceſſum alicui & deſcendentibus.*
19. *Item generi ſive poſteris.*
20. *Item ſibi atq; proli.*
21. *Item in cunctam generationem.*
22. *Item pro ſe & ſuis.*
23. *Feudum ex pacto non conſtituitur ex proprietate dictionis (filii) neq; in eo conſiſtit, quod de filiis dictum eſt.*
24. *Ad conſtituendum feudum ex pacto, neceſſe non eſt ut filii propriis nominibus appellentur.*
25. *Feudi ex pacto & providentia effectus qui ſint.*
   Feudum ex pacto quis non ab ultimo mo-

riente, ſed ex pacto primò acquirentis obtinere cenſetur.

26. *Feuda ex pacto quilibet ſucceſſor proprio jure obtinere cenſetur.*

27. *In feudis tot cenſentur eſſe conceſſiones quot perſonæ.*

28. *Feuda ex pacto cenſentur ſubjacere reſtitutioni de uno in alium.*

29. *Utilis rei vendicatio competit ſucceſſoribus feudi.*

30. *In feudo ex pacto alter alteri præjudicare non poteſt.*

31. *Feudum hæreditarium variis modis dicitur.*

32. *Feuda olim perſonalia fuerunt.*

33. *Feuda hæreditaria quandoq; dicuntur ad differentiam conceſſionis perſonalis.*

34. *Feudum qua ratione dicatur hæreditarium ex eo, quod quis cenſetur, id hæredibus ſuis acquiſiviſſe. & numero 79.*

35. *Feudum hæreditarium quandoq; dicitur ad differentiam ejus, quod de novo fuit acquiſitum.*

36. *Feuda omnia ſucceſſionis jure devoluta, hæreditaria dici poſſunt.*

37. *Feudum hæreditarium propriè dicitur, quod ex verbis inveſtituræ qualitatem hæreditariam accipit.*

38. *Feudum conceſſum hæredib. quibuſcunque, multi exiſtimarunt, non tranſire ad fœminas & extraneos hæredes: ſed contrarium magis communiter receptum eſſe oſtenditur num. 39. atq; hinc iſtud feudum ab altera ſpecie diſtinguitur, & merè hæreditarium appellatur n. 40.*

41. *Feudum conceſſum hæredibus hæreditarium dicitur, propter qualitatem hæreditariam quam inde aſſumit.*

42. *Feudum propter dictionem (hæredibus) non effici hærrditarium Bald. Dec. & quidam alij putarunt: ſed hanc ſententiam magis communiter improbatam eſſe oſtenditur. n. 44.*

43. *Dictio (hæres) in materia feudali intelligitur de filiis, ſine qualitate hæreditaria, declaratur, num. 46. ut locum non habeat quando ab homine exprimitur. Contrarium tamen probatur n. 101.*

45. *Quinimo dictio (hæres) in inveſtitura uſurpata. qualitatem & jus hæreditarium denotat & n. 59. contra n. 101.*

47. *Feudum hæredibus conceſſum, ad differentiam meri hæreditarij miſtum dicitur, & quomodo hoc intelligendum.*

48. *Feudum licet ſolum ad maſculos tranſeat, hoc tamen qualitati hæreditariæ non obſtat & n. 94.*

49. *Feudum ideo ſaltem hæreditarium dici, quia filius cogitur eſſe hæres, in cæteris verò propriam ipſius naturam retinere multi exiſtimarunt: Contrà verò alij, immutata priſtina natura, qualitatem hæreditariam ei tribuunt num. 57. & hanc opinionem tenendam multis firmatur. num. 82.*

50. *Textus in c. 1. An agnatus vel filius de feudo hæreditario intelligendus eſt ſecundum quoſdam: Contrà verò in feudo iſto locum habere eum non poſſe pleriq; putarunt nu. 71.*

51. *In feudo hæreditario ſufficit quem eſſe hæredem primi acquirentis: Imò quod etiam neceſſe ſit hæredem eſſe ultimò defuncti firmatur. n. 72.*

52. *Ad obtinendum feudum hæreditarium ſufficit quem eſſe hæredem in re certa, Contrà: quod debeat eſſe univerſalis hæres. n. 66.*

53. *Inventarium efficit, ne quis in feudo hæreditario factum defuncti præſtare teneatur Contrarium firmatur n. 73.*

54. *Feudum hæreditarium ſine hæreditate quis obtinere poteſt, hac ſibi non delata. Imò quod hoc caſu ad feudum quis aſpirare non poſſit, aſſeritur num. 67.*

55. *Item quando in bonis hæreditariis nihil eſt reſidui. contra n. 74.*

56. *Feuda in dubio judicantur eſſe hæreditaria Contrà; quod potius profeudis ex pacto ſint æſtimanda. n. 75.*

58. *Camerarij quanta ſit in materia feudali auctoritas.*

60. *Quando in inveſtitura dicitur de hæredibus, potius conſideratur proprietas illius dictionis, quàm propria feudi natura; & n. 91.*

61. *De feudo hæreditario pater teſtari poteſt*

62. *Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.*

63. *Feudum hæreditarium unà cum fideicommiſſo univerſali tranſit.*

64 *Feudum hæreditarium imputatur in legitimam.*

65. *In feudo hæreditario tam agnatus quàm filius*

filius hæres eſſe cogitur.
68. Exhæredatus feudum hæreditarium obtinere non poteſt.
69. Feudum hæreditarium quatenus cenſeatur conjunctum hæreditati.
70. Feudi hæreditarij ea eſt natura, ut quis in ipſo feudo hæres eſſe cogatur.
76. Verba inveſtituræ ſecundum propriam naturam feudi accipienda.
77. Qualitas extrinſeca minimè præſumitur
78. Contrahentes cenſentur ſe conformaſſe cum diſpoſitione juris.
79. Dictio (hæredibus) utrum ab homine an à lege exprimatur, plurimum intereſt
80. Feudum non ex eo dicitur hæreditarium, quod quis ex diſpoſitione c.1. An agnatus vel filius. hæres eſſe cogatur.
81. Interpretum varietas circa materiam feudi hæreditarij unde promanarit.
82. Iacob. de Belviſ. & Andr de Iſern. auctoritas quæ fuerit.
83. Baldi & Decij auctoritas in materia feudi hæreditarij improbata.
84. Opinio communis in judicando prævalere debet.
85. Antiquorum ſententia prævalet recentiorum opinioni.
86. Opinio eorum, qui rem ex profeſſo tractarunt, præferenda cæteris, qui perfunctoriè rem attigerunt.
87. Repetitionibus magis quàm conſiliis fidendum.
88. Opinio communis dicitur, quam majoris auctoritatis DD. tenent.
89. Feudo hæreditario qui nullam qualitatem hæreditariam tribuunt, horum opinio refragatur communi diſtinctioni.
90. Feudum hæreditarium cur longius recedat à probria natura feudi.
92. Feudum hæreditarium non ex eo dicitur quod quis hæres eſſe cogitur.
93. Feudum non dicitur eo reſpectu hæreditarium, quia quis cenſetur hæredib proſpexiſſe.
95. Feudum non propterea dicitur hæreditarium, quia de fil. is dictum non ſit.
96. Feudum hæreditarium quo reſpectu mixtum appellari poſſit.
97. Feudum hæreditarium quatenus naturam ſuam immutet, & quatenus eam conſervet.
98. In feudo hæreditario neceſſarius eſt conſenſus domini contra Cephalum.
99. Feudum nullum ſecundum juris feudalis rationem hæreditarium eſſe, & propterea, communem diſtinctionem reijciendam, multis oſtenditur.
100. Nihil ſine lege aſſeverandum.
102. Verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda, & ut naturæ rei conveniant: etiam contra propriam eorum ſignificationem.
Idq́ etiam in inveſtitura obtinet n. 103.
104. Dictio (hæres) æquè propriè de hærede ſanguinis ac de hærede hæreditatis accipitur.
105. Nemo præſumitur ſibimetipſi contrarius eſſe.
106. Nemo cenſetur elegiſſe viam, per quam voluntas ſua impugnari poſſit.
107. Verba ex veriſimili mente diſponentium interpretationem recipiunt.
108. Verborum ſubtilitate nimia voluntates contrahentium intervertuntur.
109. Hæredes ex conſuetudine loquendi vulgariũ dicuntur deſcendentes ex aliquo.
110. Verba ſecundum communem uſum loquendi intelligenda.
111. Jus feudale inter agnatam & filium differentiam conſtituit.
112. Dictio (hæres) cur in aliis magis, quàm in feudis, qualitatem hæreditariam denotet.
113. In dubiis quæſtionib. magiſtratus officium ſuum interponere debet.

INTER VARIAS FEUDORUM partitiones nulla eſt, quæ, cùm crebrius uſurpetur, præſertim quando de alienatione, & revocatione eorundem agitur, majorem tamen habeat difficultatem, quàm illa, qua feudum hæreditarium ab altera feudorum ſpecie, quam vulgò ex pacto & providentia appellant, diſtinguitur. Nam etſi diviſio hæc, nulla juris feudalis diſpoſitione ſuffulta, ab interpretib. eſt adinventa, quin etiam ipſi naturæ feudorum plurimùm adverſatur: pauci tamen ſunt, qui mentem eorum, à quibus illa profecta eſt, ſatis perceperunt, vel ut intellexerint, & eandem quandoq;' ſecuti fuerint, ſibimetipſis conſtiterunt. Ex quo tam diverſæ ſunt ortæ opiniones, tamq́; inter ſe diſſidentes, ut in utramq; partem multa diſſerantur, &, ut de Philoſophis ait Cicero, ab omnibus quæratur, certi nihil dica-

dicatur: atq; adeò longè ſit facilius, remotis hiſce incertarum opinionum præjudiciis, quid tenendum ſit, ex verbis juris feudalis definire. (quod ex recentioribus quoſdam factitaſſe videmus) quàm commentatorum veſtigiis inhærendo ſtatuere, cui potiſſimum ſit adſtipulandum. Quia verò ad eum ſtatum noſtra devenit juriſprudentia, ut nullius ferè quantumvis rectè ſentientis opinio in judicando valeat, niſi eadem claſſicorum interpretum auctoritate ſit præmunita, atq; ex hoc induſtria eorum, qui neglectis vel prætermiſſis interpretum doctrinis, animi ſui ſenſa tantummodo produnt, in foro verſantibus parum prodeſſe ſoleat: ideo nos interpretum veſtigiis inſiſtentes, dictis eorum diligentius ponderatis, non quid ſinguli chartis illeverint, (hoc enim in varietate iſta laborioſum magis, quàm ingenioſum foret,) ſed quæ fuerit in tanta opinionum fluctuatione majoris partis, atque præcipuorum, in hac quæſtione tractanda, ratio & ſententia, brevibus, quoad ejus fieri poterit, enucleabimus: & cenſorio inde addito calculo, nobis quid maximè verum videatur, proferemus. Nam quemadmodum illi, qui non conſideratis ijs, quæ à commentatoribus prius fuerunt tradita, ſaltem propria, ſæpius etiam (quod, alijs non commemoratis, occultari poſſe ſperant) aliena pro ſuis in medium afferunt, vix hominis ingenui officio, nedum munere ſuo perfunguntur: ſic inanem hi videntur mihi ſumere operam, qui verba duntaxat interpretum tranſſcribentes, nunquam, aut rarò ſuum interponunt judicium. Utrunque verò qui conjungit, & dextrè atq; ſincérè explicatis ijs, quæ ab aliis ſcripta reperiuntur, ſuo etiam nauigat remigio: is demum commodiſſimam docendi & ſcribendi viam, atque methodum tenere ſe profiteatur. Quamobrem & nos in hac non ſolùm quæſtione, ſed in iſthoc toto operis noſtri curriculo eandem ſtudioſè perſequi annitemur.

Feudorum autem illam, de qua cœpimus dicere, diſtinctionem interpretes ex verbis, quibus feudum conceſſum fuit, inveſtiturarum videlicet, deſumunt, & ex diverſitate eorundem diverſas etiam feudorum ſpecies conſtituunt.

Nam† cum plurimum differre vi- 1
deatur, utrum hæredibus, an verò liberis vel filiis concedatur aliquid: exiſtimarunt, quoties in inveſtitura de hæredibus diſertè dictum, & feudum alicui atque hæredibus eſt conceſſum, hæreditarium inde feudum conſtitui: ex pacto & providentia verò, quando, nulla facta hæredum mentione, quis feudum pro ſe atq; liberis vel filiis impetravit. Hanc feudorum partitionem *poſt Pileum*, & Bulgarum gloſſatores, *quos laudat auctores*, tradidit Andr de Iſern. *in c. 1. §. Hoc quoq; de ſucceſſio. feud. & in c. 1. An agnat. vel filius. ubi num. 3. dicit, hanc communem eſſe poſitionem, quem ſequuntur Martin. Laudenſ. Alvarot. Præpoſit. & Matth. de Afflict. ibi, idem Afflict. in præludiis feudorum num. 178. & in c. 1. num. 2. de eo qui ſibi & heredibus ſuis maſculis. Gulielmus à Perno in notabilibus feud. in 4. notab. num. 9. Sigiſmund. Loffred. in tit. de alienat. feud. pat. & in tit. An agnat. vel filius. Bartholom. Camerar. in c. imperialem. §. præterea ducatus, in princ. de prohib. feud. alien. per Frederic. Curtius junior in tract. feudal. part. 1. quæſtio. 8. num. 19. Zaſius in epitome feudor. part. 8. num. 60. Marinus Freccia in tractat. de ſubfeudat. lib. 3. different. 22. Joan. Ferrar. in tract. feudal. lib. 1. cap. 6. Didac. lib. 2. Variar. reſolutio. cap. 18. Joan. Thomas de Marinis de genere & qualitat. feud. lib. 1. tit. 1. & multis aliis in locis. Franciſc. Viuius in comm. opinion. ſub litera. F. Julius Clarus lib. 4. ſententiarum. §. feudum, quæſt. 9. Cacheran. deciſio Pedemont. 161.* De facto etiam conſulti diſtinctionem hanc ſecuti fuerunt,

Alex.

Alex. in conſil. 10. incip. Ponderatis his, quæ in themate narrantur. n.8.lib.3. & in conſil. 19. incip. Super eo, de quo quæritur, nu. 3. & in conſil. 21. incip. Viſo compromiſſo n. 10. & in conſil. 26. incip. Ponderatis his, n.4. & conſil. 28. incip. in cauſa & lite, nu. 18. vol. 5. Decius in conſil. 185. incip. in cauſa iſtorum nobilium, n.1. & 2. & in conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem. nu.7. & in conſil. 445. incip. In caſu ad me transmiſſo. nu.8. Pariſ. conſil. 5. incip. In præſenti cauſa feudali, n. 2. vol. 1. & in conſil. 72. incip. Ad veram reſolutionem præſentis conſultationis. n. 3. & ſeq. vol.4. & multis aliis in locis. Gozad. in conſil. 9. incip. in hac illuſtriſſimi domini mei. n.52. Molinæus in conſil. 50. incip. Viſis & examinatis, n.1. & complures alii infrà adducendi.

2 Ex † quibus pleriq; uno ore fatentur, diviſionem hanc non eſſe à juris feudalis auctoribus traditam, neque eam aliquo juris illius textu comprobari, ſed, ut dictum eſt, à Pileo & Bulgaro excogitatam eſſe, inde magiſtralem illam appellantes: & licet non deſint, qui illam ex verbis juris feudalis aſſerere, atq; defenpere conantur, *ut poſt alios Camerar. in loco citato*: tamen horum rationibus abunde reſpondet Joan Thomas de Marin. *lib.1. tit.1. de feud. ex pacto & providentia, & tit.5. de feud. hæreditario, in princ.* atq; ex iis, quæ infrà de ſingulis hujus diſtinctionis partibus dicemus, ſatis apparebit, non ſolùm nomen illud feudi ex pacto & providentia in jure feudali penitus non reperiri, ſed nec etiam hæreditarium feudum, cujus quandoq; in prædicto jure fit mentio, in ſententiam interpretum uſpiam eo jure accipi. Quod ideo hoc loco monere voluimus, ut, qui hanc diſtinctionem ſequi volunt, ſciant, etiam dicta interpretum, à quibus ea eſt profecta, diligentius eſſe attendenda, & quid de ſingulis ejus partibus tenendum, potius ex eorum ſententia, quàm ex feudorum jure, vel natura, à quibus diviſio hæc non parum recedit, dijudicandum eſſe. Multi enim potius reſpicientes ad jus, vel naturam feudorum, quàm quid ſenſerint auctores hujus diviſionis, haud parum aliena à mente ipſorum protulerunt, & cauſis ſe accommodantes, modò propria ſecuti, modò aliorum opinionibus arridentes, in diverſas eaſdemq; varias diſtracti fuerunt ſententias, unde maxima deſcendit opinionum varietas, & fluctuatio, quam qui recto judicio diſcernere volet, is ſanè neceſſe habebit, quæ fuerit eorum, qui primum hanc diviſionem in medium attulerunt, mens atq; ſententia, & in quo ab illa cæteri diſſentientes deflexerint, exactius cognoſcere.

Etſi † autem doctrina hæc communiter recepta, verbis juris feudalis firmari nequeat, non tamen ea propterea alia probabili ratione deſtituta videtur. Eſt enim juris indubitati, in feudis verba conceſſionis, ſive inveſtituræ, potiſſimum conſideranda, atque ex his magis, quàm ex propria ipſorum natura de qualitate eorundem dijudicandum eſſe, *c. 1. ibi, propter inveſtituræ tenorem, & illic Bald. & omnes feudiſtæ not. de duob. fratrib. à capit. inveſtit. c. 1. §. penult. & fin. Quid ſit inveſtitura. not. gl. in c.1. de feud. non hab. prop. natur. feud. & in c. nulla, per quos fiat inveſtitur. idem probatur in c. ſi cui, in extra ordinar. capit. ſub tit. de feud. & benefic. conſtit. Imperiali cujus meminit Bald. in præludiis feudor. 4. diviſio.* ex eo generaliter tradens, ſemper eſſe recurrendum ad tenorem inveſtituræ, quia vim contractus habet: & hanc unam maximam in feudis eſſe ait Martinus Laudenſis *in c. 1. in princ. col. 1. qui feud. dar. poſſ. & poſt eum Jaſ. in conſil. 136. incip. In præſenti conſultatione, n.2. vol. 4.* 3

Idq; † locum habet, etiamſi verba inveſtituræ propriæ naturæ feudorum repugnent: quippe cum illa tam juri, quam naturæ feudorum derogent, *ut probatur in d. c. 1. de duob. fratrib. à capit. inveſtit. & in c.1. de feud. non habent. prop.* 4

natur. feud. ideoq; inveſtituræ tenorem, utpote omni natura feudi potentiorem, magis inſpiciendum quàm generalem naturam feudi, neq; eum reſtringendum, ſed, prout verba ſonant, interpretandum eſſe, *docuit Bald. in d. c. 1. de duobus fratribus in c. 1. §. deniq. quæ fuer. prim. cauſ. benefic. amitt. & in conſil. 207. incip. quæſtio eſt ſpurius. col. 2. verſ. in contrarium. lib. 2. & in conſil. 251. incip. conſiderandum eſt quod quando emphyteuſis, eod. lib. 2. Roman. conſ. 33. incip. Viſo inveſtituræ tenore, & in conſil. 494. In cauſa propoſitæ conſultationis n. 1. Paul. de Caſtro in conſil 176 Videtur dicendum in princ. vol. 1. Decius in conſil. 395. n. 5. verſ. prædictis tamen non obſtantibus: cum multis ſimilibus in hanc ſententiam congeſtis per Curtium ſeniorem in conſil. 50. incip. Memoriæ recolendæ, n. 58. cum aliquot ſeqq. & Tiraquell. in l. ſi unquam, verb. libertis n. 8. C. de revocand. donation. & Roland. à Vall. in conſil. 67. incip. Primo quidem aſpectu. n. 1. vol. 1.*

5 Ex † quo efficitur, ut ex diverſis inveſtiturarum verbis diverſæ etiam & ſeparatæ feudorum ſpecies, quicquid alioqui natura eorundem requirat, conſtituantur, ut evidenter liquet ex multiplicibus & variis feudorum partitionibus, quæ maxima ex parte ex inveſtiturarum verbis deſumptæ, à feudiſtis proœmii loco traduntur in principio repetitionum vel tractatuum feudalium.

6 Multum † autem intereſſe, utrum feudum alicui & liberis, an verò ſibi vel hæredibus concedatur, ipſa vocabulorum diverſitas oſtendit. *l. ſi idem C. de codicill. quo argumento utitur Andr. de Iſern. in c. 1. an agnat. vel filius.* Rationi igitur conſentaneum videtur, ut ex hac ſermonis diverſitate ſeparatæ etiam feudorum ſpecies eruantur: cum †
7 præſertim, ut aliarum diſpoſitionum, ſic vel maximè inveſtiturarum verba cum effectu, & quidem ita accipienda ſint, ne ſuperfluitatem præ ſe ferant, ſed aliquid operentur, *l. ſi quando C. de teſtament. c. ſi papa de privileg. in 6. & eſt notabile dictum Bald. quod ſæpius in hoc citatur in Rubric. C. de contrahend. emptio. in 9. quæſtio: quod in verbis inveſtiturarum præcipuè conſiderandum eſſe docet Alvarot. in c. 1. num. 2. in tit. de feud. non hab. propriam naturam feudi.*

Comprobatur † hæc differentia, 8
utrum liberis vel hæredibus aliquid concedatur, ex eo, quod de operarum ſtipulatione reſpondit Jureconſultus *in l. cum patronus. §. cum libertus junct. § ſi liberi l. ut jurisjurandi de oper. libert.* Manifeſtum enim ibi differentiam conſtituit, utrum operæ promiſſæ ſint patrono & liberis, an verò hæredibus: quo textu motus, diverſitatem hanc non ſolum generaliter in quavis materia, ſed & in emphyteuſeos conceſſione obſervandam docuit Bart. *in d. §. ut liberi, & in l. quod dicitur num. 6. de verbor. obligatio. quem DD. communiter ibi ſequuntur, Angel. Alexand. & Jaſ. in l. Gallus §. etiamſi parente, de liber. & poſthum. Jaſ. in l. 2. num. 188. C. de jure emphyteu. & in l. ſi non ſortem §. libertus num. 35. de condict. indeb. & alii in hanc ſententiam adducti à Didaco in d. c. 18. n. 2. & 3. lib. 2. variar. reſolution.* Ex quibus plerique etiam inde feudorum diſtinctionem, de qua in propoſito ſermo nobis eſt habendus, conſtituunt. Accedit hiſce textus *in l. 5. ff. de religioſ. & ſumptib. fun. & in l. jus ſepulchri, C. eod. tit.* ubi ex verbis in conſtitutione ſepulchri uſurpatis diſtingvitur inter ſepulchrum familiare & hæreditarium, quæ jura pro diſtinctione iſta conſiderat Guielmus de Perno *in conſil. 6. incip. Viſo caſu, & ejus intellectis dubitationibus, & in conſil. 7. incip. Hic adverte, quia utiliſſimum eſt ſcire numer. 9. & in conſil. 22. incip. Primum dubium in illa quæſtione, num. 1. & Pinell. in l. 1. part. 3. num. 84. C. de bonis maternis.*

Ac licet ea, quæ de ſepulchro familiari & hæreditario in d. legibus traduntur, non omni ex parte diſtinctio-

ni no-

Digitized by Google

ni noſtræ conveniant, ex quo conſiderationem iſtam impugnat Thomas de Marinis *in tit. 1. de feudo ex pacto & providentia, num. 3.* ſufficit tamen, legibus illis doceri, multum referre, utrum quis ſibi ac hæredibus, an verò, hæredum nulla facta mentione, familiæ, vel alio nomine acquirat aliquid.

Nam vel ex hoc ipſo (quod ex LL. illis ſatis colligitur) haud parum firmatur diſtinctio, quæ ex diverſis inveſtiturarum verbis eſt extructa: ut proinde communis hæc interpretum ſententia, inter haſce duas feudorum ſpecies diſtinguens non autoritate ſolum, ſed & probabili juris ratione ſubnixa eſſe videatur.

Hiſce ita generaliter cognitis, ſingulas diſtinctionis noſtræ partes diligentius ſcrutabimur, & primo quidem loco de feudo ex pacto & providentia.

9 Nomen † illud jure feudali non probari paulo ante diximus, rectè igitur à Pinello *in L. 1. part. 3. num 84. C. de bonis maternis.* commentitium appellatur, *cui adſtipulatur Thomas de Marinis in d. tit. 1. de feudo ex pacto & providentia:* quinimo ita abſolutè ſine adjunctione quidam uſurpatum nec ſatis congruum eſt, neq; apud ullum probatum latinitatis auctorem reperitur: Quamobrem aliqui de feudo alicui & liberis conceſſo ſimpliciter verba facientes, nomen iſtud prætermiſerunt, *ut Zaſius:* quidam verò ad differentiam hæreditarii hoc appellarunt non hæreditarium, *ut Didacus, & Ferrarius:* alij familiare maluerunt nominare *arg. d. l. 5. de relig. & ſumpt. fun. ita poſt Bald. in l. cum virum num. 21. C. de fidei commiſſ. feudum hoc appellat Jaſ. in prælud. feud. num. 128. Marianus Socin. in conſil. 114. num. 10. lib. 2. Pinell. in d. l. 1. num. 84. quibus ſeſe opponit Thomas de Marinis in d loco,* quia tamen, ut idem Pinell. concedit, longe maxima interpretum pars, hoc nomine (ex pacto & providentia) utitur: ideo nos verborum diſceptationem curioſis relinquentes, potius cum interpretibus mentem ipſorum explicantes balbutire malumus, quam nova uſurpando vocabula, materiam hanc per ſe ſatis intricatam, magis obſcuram reddere.

Quæ verò horum vocabulorum (ex pacto & providentia) propria ſit ſignificatio, & quomodo ſigillatim inter ſe differant, exactius inveſtigare ſupervacaneum eſſe arbitror, cum, ut dictum eſt, ea commentitia, neq; etiam ita uſurpata ſatis ſint congrua, & de his latiſſimè egerint. *Camerarius in d. l. imperialem, §. præterea ducatus in princ. mihi pag. 763. & in c. 1. An agnat. vel filius, quæſtion. 1. & Thomas de Marinis in tit. de feud. ex pacto & providentia, numer 14 & ſeqq.*

Hoc ſaltem brevibus teneamus, 10
ſeudum ex pacto & providentia ideo ſic dictum eſſe, quod non ſolum ex pacto acquirentis, ſed & peculiari quadam concedentis providentia, atq; inſuper ipſo legis beneficio in deſcendentes tranſeat, *prout poſt Andre. de Iſernia, & alios, quos allegant, multis declarant Camerarius, & Thomas de Marinis in locis nominatis.*

Unde † pro declaratione hujus 11
doctrinæ colligitur, primo, nomina iſta ex pacto & providentia, non ſolum certæ alicui ſpeciei, quæ feudo hæreditario opponatur, convenire, ſed generaliter etiam omnibus feudis adaptari poſſe. Nam regulariter omnia feuda, qualiacunq; fuerint, beneficio principis concedentis, & pacto impetrantis acquiſita cenſentur *c. 1. §. cum verò Conradus, & §. hoc quoq; notandum. de his qui d tr. poſſ. Præpoſit. in c. 1. § hoc quoq; de ſucceſſion. feudi, & ibi etiam Martinus Laudenſis.*

Quinimo † etiam feudum hære- 12
ditarium, ex pacto & providentia acquiſitum, non incommode dici poſſet, *ut ſenſit Jacob. de Belviſio in c. 1. verſ. Quæritur an hæredes ejus vaſalli, de eo,*

quæ ſibi & hæredib. ſuis maſculis, dum ait, quod vaſallus ita recipiens feudum voluerit providere hæredibus ſuis, & dominus conceſſerit eo modo, ut alius non acquirat, niſi ſit hæres. *Idem ſenſiſſe videtur Andr. de Iſern. in c. 1. in 1. col. verſ. Item quæritur: de alienat. feud. patern. & clarius docuit Gulielmus à Perno in notab. ſecundo, in princip.* inquiens in omni conceſſione feudali ineſſe providentiam principis: & Camerarius *in d. §. præterea ducatus, qui pag. 767.* diſertè ait, graviter errare eos, qui ignorant, omnia feuda tàm hæreditaria, quàm non hæreditaria ex pacto & providentia eſſe, *& in c. 1. §. oppono primò. n. 1. An agnat. vel filius*, fateor, inquit, quod tam in hæreditario quàm in non hæreditario pactum primi acquirentis & providentia dantis concurrat. Atqui in uno differunt, quia non hæreditaria in ſua ſangvinis & propria ſtant natura: hæreditaria verò in hæreditariæ rei naturam ſunt converſa; unde licet ex pacto & providentia ad nos veniant, fit tamen talis deſcenſus ſub natura hæreditaria, quam retinent, *ſecundum Iſernam in c. 1. col. 2. de alien. feud. patern. Cum his facit etiam Pinell. in d. l. 1. parte tertia* ſentiens, omnia feuda æqualiter appellari ex pacto & providentia, cum à conceſſionis tenore pendeat nomen, & effectus feudi, *juxta c. 1. ibi, propter tenorem inveſtituræ, de duobus fratribus à capit. inveſtit. cum ſimilibus:* hanc ſententiam ſecutus eſt etiam *Thomas de Marinis d. tit. de feud. ex pacto & providentia n. 13. & Franciſcus Antonius Villanus in Reſponſo, quod habetur poſt Joann. Antonii Cannetii repetit. conſtit. Frider. & Jacob Regum Siciliæ, n. 29.* ubi ait: Feudum hæreditarium poteſt dici feudum ex pacto & providentia, ea ratione, quia ad agnatum defertur ex providentia concedentis, & ex pacto primi acquirentis: differt tamen à feudo ex pacto & providentia: quia ex quo eſt adjectum verbum (hæredibus) & ſic qualitas hæreditaria, neceſſe eſt, ut agnatus ſit hæres in feudo, & ſic qualitas iſta hæreditaria diverſificat feudum iſtud à feudo ex pacto. *Hæc ille.*

Quod † etiam ſecutus eſt Burſat. 13
in conſil. 148. n. 28. universè concludens, omnia feuda, cujuſcunq; fuerint formæ, generaliter conſiderata, eſſe ex pacto & providentia. Et licet Pinellus hoc ipſo diſtinctionem iſtam rejicere conetur, cum, ut inquit ipſe, etiam feudum, quod hæreditarium vocant, non aliunde, quam ex tenore conceſſionis id nomen ſortiri poſſit: & ſic omnia feuda æqualiter appellarentur ex pacto & providentia: hoc tamen argumentum non magis urget, quàm ſi quis ideo adoptionem ab arrogatione non rectè à Jureconſulto diſtingvi dixerit: quia vocabulum adoptionis generale utramq; ſpeciem ſub ſe continet, *l. 1. de adoption.*

Nam † ſicuti in aliis non rarum 14
eſt, ut unum & idem vocabulum generaliter acceptum omnes ſpecies comprehendat, & certam nihilominus ſpeciem deſignet, atq; idem nomen retineat, facta præſertim collatione cum alia ejuſdem generis ſpecie, ut ex jam dicto adoptionis vocabulo liquidò conſtat, & de juriſdictione idem tradunt interpretes *in rubric. & l. 1. de juriſdictio omni judic.* ita etiam vocabula hæc (ex pacto & providentia) generaliter intellecta, omnibus feudis rectè conveniunt: collata verò cum feudo hæreditario in ſpeciali ſignificatione, tale feudum denotant, quod, nulla hæredum facta mentione, ita conceditur, ut ex beneficio concedentis, non quidem hæreditario, ſed ſecundum juris feudalis diſpoſitionem, ſangvinis jure ad deſcendentes perveniat, *prout Camerarius, & Thomas de Marin. in locis paulo ante dictis latius declarant.*

Deinde † ex hoc ipſo infertur, 15
quod, etſi feudum ex pacto & providentia, collatum cum altera ſpecie, quam hæreditarium feudum efficit, de eo feudo accipiatur, quod ſine aliqua hæredi-

hæreditaria qualitate conceditur, tamen hunc effectum non tam ex verbis in inveſtitura uſurpatis, quia nimirum de liberis vel ſimilibus dictum fuit, ſortitur, (prout è contrario hæreditarium ſolis verbis inveſtituræ nititur) quàm quod idem ipſa feudorum natura exigat, & quod adeò feudum ex pacto non ſit peculiaris aliqua ſpecies feudorum, quæ ſeparatam à propria ipſorum natura rationem habeat, ſed magis tanquam generis nomen priſtinam, & originalem naturam retineat. Diximus enim ſupra, quòd feudum ex pacto, & providentia anteceſſorum ad deſcendentes devolvi cenſeatur, id omnibus feudis æquè convenire: ſic etiam, ne hæreditario, ſed potius ſangvinis jure tranſeat in ſucceſſores (in quo ab hæreditario potiſſimum differt) omnium feudorum proprium eſt: niſi peculiaria inveſtiturarum verba aliud exigant: præterea quæcunq; de feudo, quod naturam habet propriam, & pactis non immutatam, jure feudali diſpoſita reperiuntur, ea omnia ad feudum ex pacto, de quo in propoſito verba facimus, rectè concinnari poſſunt. Ideoq; haud præter rationem feudum hoc rectum appellavit Camerarius *in d. §. præterea ducatus, mihi pag. 767.* quia, *ut inquit, idem mihi pag. 774.* feudum in propria & ſimplici natura eſt feudum ex pacto & providentia, non hæreditarium. *idem docuit in c. 1. §. oppono primo num. 1. An agnat. vel filius,* ubi ait, feuda non hæreditaria in ſua ſangvinis & propria perſiſtere natura, quod ſequitur Thomas de Marinis *in d. tit. 1. de feud. ex pacto & providentia*, ex hoc feudum iſtud proprium nominans: & ante hos id ipſum docuit Martinus Laudenſis *in c. 1. §. hoc quoq; col. 4. de ſucceſſio. feud.* ubi ait, quod feudum regulariter ex natura feudi progrediatur ad deſcendentes, non ut hæreditarium, ſed ut ex providentia legali, ſive conſuetudinaria: quod ſi non alia, ſaltem hac de cauſa notatu dignum eſt, quoniam ad explicationem difficilis illius quæſtionis, utrum feudum in dubio pro hæreditario, an verò ex pacto ſit reputandum plurimum confert, ut infra videbimus.

Tertiò † hinc perſpicuum eſt, illos communem interpretum mentem non rectè percepiſſe, qui diſtingvunt inter feudum ex pacto & providentia, & feudum ſimpliciter conceſſum, *ut Bald in c. 1. An agnat. vel filius, quem ſequitur Cacheranus deciſio. pedemont. 162.* cum, ut jam firmavimus, feudum ex pacto & providentia nihil differat à feudo recto, neque ex verbis in inveſtitura uſurpatis quicquam novi aſſumat, ſed priſtinam naturam proprii feudi retineant. Ideoq; opinionem iſtam in ſpecie refutat Camerarius *in c. 1. quæſtio. 8. num. 83. An agnatus vel filius, eam falſam eſſe dicens.* 16

Quartò † ex his, quæ diximus, conſequitur, nomine feudi ex pacto & providentia, non ea ſolùm comprehendi, quæ quis ſibi atq; liberis acquiſivit, ſed generaliter omnia illa, quæ hæredum mentione non facta, ita conceduntur, ut jure ſangvinis magis quàm hæreditario tranſmittantur, quàm propriam naturam feudorum eſſe, paulò antè aſſeruimus. Ad feudum alicui & liberis ſive filiis conceſſum quod attinet, concors omnium opinio eſt, hiſce verbis feudum ex pacto & providentia conſtitui, ut apparet ex locis ſupra adductis. 17

Idem † juris eſſe, ſi quidem feudum alicui, & deſcendentibus conceſſum eſſet, *docet Alex. in conſil. 18. incip. In cauſa & lite ſuper feudo. num. 19. fol. 5. & Curtius junior in conſil. 3. incip. Placet mihi præmiſſa conſultatio, num. 3. & Pinellus in d. l. 1. parte tertia, num. 90. qui ait, hoc ſecurè tenendum. Idq; abſq; dubio procedere Thomas de Marinis in d. tit. de feud. ex pacto & providentia num. 74. profitetur.* 18

Eadem † ratione feudum alicui 19

vel

vel familiæ, ſive poſteris ejus conceſſum pro feudo ex pacto & providentia rectè reputabitur, *ut ſenſit Bald. in c.1.§. fin.num.1. Quæ fuer.qrima cauſa benefici-or: & in l.Executorem, num.34. C.de execut.rei judic. Alex. conſil. 30. incip. Quoniam omne datum optimum, num.15. vol.1. Curtius jun. in tractat. feud. part.5. num.5. Pinellus in d. loco. num.90. adducens. pro hoc l.3. de interd. & releg. & pluribus firmat Thomas de Marinis in d. tit. de feudo ex pacto & providentia n. 68.*

20 Sic † etiam feudum ſibi, atq; proli ſuæ acquiſitum, ex pacto & providentia rectè nuncupabitur, *ut docuit. Andr. de Iſern. in c.1. num.3. verſ. nam proles fœminei ſexus. de gradibus ſuccedend. in feud. & in c.1. num.3. verſ. filij tantum in fin. de ſucceſſio. feud. Pinellus & Marin. in locis citatis.*

21 Idem † obtinet, ſi alicui & in omnem ejus generationem conceſſum fuerit, *ut docuit Bald. in l.2. & ibi Jaſ. nu. 167. C. de jur. emphyteut. Pinellus & Marinus in locis adductis.*

22 Quinimo † etſi quis ſimpliciter pro ſe, atq; ſuis inveſtitus fuerit, nullo amplius vocabulo addito: jure tamen feudi ex pacto inveſtitura hæc cenſebitur: quamvis enim multi exiſtimaverint, verbis hiſce feudum hæreditarium conſtitui, *Alex. in conſil.26. incip. Ponderatis his, quæ in themate narrantur, num.5. fol.5. quem refert Sylvanus conſil. 30. incip. Facti quæſtio ſic habet num.18. vol.1. ſequitur Antonius Rub. conſil. 84. num.3. Alciatus in conſil. 160. num.9. Roland. à Vall. in conſil.55. vol.3. Arius Pinell. in d.l.1. num.90.* contrariam tamen ſententiam rectius amplexus eſt Thomas de Marinis *in d. tit. de feud. ex pacto & provident. num. 73.* reſpondens argumentis Alexandri: & hanc veriorem eſſe evidens eſt ex ijs, quæ paulò ante de natura feudi ex pacto & providentia aſſeruimus, & quæ deinceps etiam de feudo hæreditario, & feudo ſimpliciter acquiſito, nulla neque liberorum neque hæredum facta mentione, dicemus. Licet enim hoc etiam loco haud præter rationem in quæſtionem vocari poſſet, utrum feudum ita ſimpliciter ſine ulla hæredum & liberorum mentione conceſſum, pro hæreditario vel ex pacto ſit reputandum: quid item juris ſit, quando in inveſtitura non de alterutro horum tantum, ſed de utroq; tam de liberis, quàm de hæredibus dictum fuerit: tamen quia de his duabus quæſtionibus commodius agi poteſt, ſi prius utriuſq; feudi naturam penitius cognoverimus, ideo eas tum demum rectius aggrediemur, quando hæreditarij etiam feudi tractatum abſolverimus. Nunc verò haſce varias inveſtiturarum formas ea de cauſa in medium afferre voluimus, ut doceremus, verum eſſe illud, quod modò diximus, feudum ex pacto & providentia non ſolùm tum conſtitui, quando id liberis eſt conceſſum, ſed hoc etiam nomine generaliter omnia ea feuda venire, quæ ſine hæreditaria qualitate conceduntur, atq; adeò propriam feudorum naturam retinent: quod etiam clarè aſſeverat Camerarius *in. d. §. Præterea ducatus. dum ibi pag.774. poſt multa*, inquit ex quibus jam vides, feudum rectum paternum in propria & ſimplici natura eſſe feudum ex pacto & providentia, & proinde regulariter feuda ex pacto & providentia non hæreditaria eſſe omnia, quæ pro liberis aut alio modo conceduntur, in quibus de hæredibus non fit mentio. *Idem docuit Johann. Thom. de Marin. in tit. de feud. ex pact. & provid. n. 54. & in tit. de feud. hæredit. num. 12.* inde poſt Andream de Iſern. generalem conſtituens regulam, omnia feuda, in quibus de hæredibus dictum non eſt, eſſe ex pacto & providentia.

Quintò † ex his omnibus infertur, 23
feudum ex pacto non conſtitui ex proprietate dictionis (filiis) vel ſimilium, neq; in eo conſiſtere, quod de filiis vel liberis dictum eſt, ſed ſolùm ad diffe-

renti-

niam feudi hæreditarii ſic dici, quia
redum nulla ſuit facta mentio, atq;
cō filiis ſine hæreditaria qualitate
conceſſum. Cum enim hoc, ut filii
e qualitate hæreditaria vocati cen-
ntur, proprium ſit omnium feudo-
m, in aperto ſanè eſt, dictionem (ſi-
) & ſimiles ad conſtituendum feu-
m ex pacto nihil momenti afferre,
lid omne à propria ipſius feudi na-
ra dependere, quemadmodum infra
æſtione 3. pluribus oſtendemus, ubi
am hanc naturam feudi ex pacto &
ovidentia planius explicabimus.

Atque † hæc quidem, quæ de
o feudorum genere hucuſque dicta
erunt, modò ſanè intelligantur, ex-
catu non ſunt admodum difficilia:
l ne in hac materia ulla ſit opinio-
m conſenſio, non deſunt, qui hanc
ceptiſſimam concluſionem velli-
ndo, rem per ſe ſatis planam invol-
re, & intricatam reddere conati
nt.

Nam tempore Andreæ de Iſer-
a extiterunt, qui feudum ex pacto
m demum, quando propria libero-
n nomina fuerunt expreſſa, conſti-
exiſtimantes, contra opinati ſunt,
ſce feudorum formas, in quibus de
eris ſolum dictum fuit, inter feu-
m hæreditarium referendas eſſe,
orum opinionem defendendam
ſcepit Sylvanus *in d. conſil. 30. incip.
ſti quæſtio ſic habet, num. 14.* genera-
er concludens, omnia feuda eſſe hæ-
litaria, & feudum ex pacto & pro-
lentia ad differentiam hæreditarii
n rectè conſtitui: idemque ſaltem,
oad filios, ut videlicet horum re-
ctu omnia feuda dicantur eſſe hære-
aria, pluribus probat Cephalus *con-
244. incip. dubitatur an habentes feu-
m ex pacto & providentia, num. 43.*
rum quia argumentis à Sylvano ad-
ctis reſpondet Thomas de Marin.
*l. tit. 1. de feud. ex pacto & providen-
in fin.* & tam hæc, quam etiam con-
erationes Cephali, ex his, quæ in-

fra de natura feudi hæreditarii differe-
mus, facili negocio quis diſſolvere,
atque diluere poterit: ideo eadem ſin-
gulis reſpondendo huc repetere liben-
ter ſuperſedeo.

Denique † circa feudum ex pa- 25
cto & providentia, de quo hactenus
verba fecimus, hoc non eſt prætermit-
tendum, interpretes iſti feudorum ge-
neri illum potiſſimum tribuere effe-
ctum, ut ſuccedentes in feudo eiuſ-
modi, non quidem ab ultimo defun-
cto, ſed potius ex pacto cum primo
acquirente inito, illud obtinere exiſti-
mentur. *c. 1. de feud. fæmin. c. 1. de duob.
fratrib. c. 1. §. Conradus de his, qui feud.
dar. poſſ. c. 1. de eo, qui ſibi & hæredib. ſuis
& in c. 1. de cap. qui cur. vendit.* ex qui-
bus capitulis, *ut inquit Camerarius mihi
pag. 771.* patet, ex primi acquirentis
ſtipulatione & pacto feudum deinde
omnes ſucceſſores capere: Idque clarè
docuit Andr. de Iſernia *in c. Imperia-
lem. §. præterea ducatus col. 4. verſ. ſed ſi
dicatur. ibi, non enim habet à patre, ſed
munificentia dantis, de prohibit. feud. ali-
en. per Frideric. & in c. 1. §. quid ergo, col.
2. verſ. Quod autem in præſcriptio. de in-
veſtitur. de re alien. fact.* ubi difertè ait,
quod in talibus non habeat cauſam
unus ab alio, ſed omnes à concedente,
uſq; adeò, ut † ſuccedens in feudo di- 26
catur id ex pacto in prima conceſſione
interpoſito jure proprio obtinere
*c. Titius. ſi de feud. fuer. controverſ. c. 1.
§. ſed & res. per quos ſiat inveſtitur. c. 1. de
alienat. feud. pater. ubi hoc not. Andr. de
Iſerniæ, & DD. Socin. in conſil. 19. incip.
pro deciſione dictæ conſultationis, verſ.
quinimo. in 1. vol.* magiſq; cenſeatur feu-
dum jam ante quæſitum capere, quàm
de novo illud acquirere, *ut not gloſſ. &
DD. in c. 1. de feud. cognit.* nam quoties
feudum alicui, & ſucceſſoribus conce-
ditur, tum unicuique cenſetur ſaltem
ad vitam ita conceſſum, ut poſt mor-
tem primi ex eadem conceſſione per-
veniat ad ſecundum, & ſic dein-
ceps:

Atq;

27 atq; † adeò tot, intelligantur eſſe donationes,quot perſonæ, *quemadmodum declarat Andr. de Iſernia in c. 1. §. Hoc quoq; col. 2. verſ. Hac deferuntur à genere de ſucceſſio. feud. & in d. §. preterea ducatus. col. 4. verſ. conſentur plures donationes ad tempus facta, c. Imperialem de probibit. feud. alien. per Frederic. faciunt. not. per Bart. in l. ſi mihi & Titio, ff. de verbor. obligat.*

28 ex † quo fit ut non ſolùm unusquisq; ex propria donatione feudum capiat *arg. l. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub mod.* ſed ut feuda etiam ita conceſſa, reſtitutioni neceſſariæ de uno in alium ſubjacere æſtimentur, *ſecundùm Iſern. in c. 1. col. 2. de eo, qui ſibi & hæredib. ſuis & in c. 1. col. 2. ſi vaſall. feud. privet. & in c. 1. §. preterea, in penultima. col. quæ fuerit prim. cauſa, & in d. §. Hoc quoq; col. 3. & in c. 1. §. quid ergo, de inveſtitur: de re alien. fact.* uſq; eo, ut vaſallo poſſeſſore feudi decedente, & quaſi è medio ſublato, perſona ejus amplius in conſideratione non ſit, ſed feudum hoc ipſi domino apertum, & ab eo de integro ſucceſſori conceſſum ita ducatur,

29 ut † ſucceſſori eo nomine utilis competat rei vendicatio, *juxta doctrinam Andr. de Iſernia in d. §. præterea ducatus col. 3. verſ. cenſentur plures donationes, quam latius declarat Camerarius ibi, pag. 771. & in c. 1. quæſtio. 1. num. 9. An agnatus vel filius. & Thomas de Marinis in d. tit. 1. de feud. ex pacto & providentia, n. 15. & Joann. Anton. Cannetius in repetit. conſtitut. Friderici. 2. c. volentes §. procedit. etiam iſta lex n. 16. & ſeqq.*

30 Unde † efficitur tandem, ut alter alteri in feudo iſto nequaquam præjudicare poſſit, *c. 1. de alienat. feud. patern. c. Titius. ſi de feud. defuncti conten. ſit inter dom. & agnat. de quo ſuo loco plura videbimus.* Hic verò ſaltem iſta enumerare ideo placuit, ut ex receptis interpretum doctrinis, quid de feudo ex pacto & providentia hi ſenſerint, & quam ipſi naturam attribuerint, certius eò nobis ſit perſpectum. Quæri etiam in hac materia ſolet, utrum in feudo ex pacto & providentia locum habeat diſpoſitio *c. 1. An agnatus vel filius*, propterea filius volens obtinere feudum ex pacto & providentia, teneatur etiam adire hæreditatem defuncti, an verò, illa repudiata, feudum retinere poſſit: ſed quia hujus quæſtionis reſolutio ab eo dependet, an textus *in d. c. 1.* de hæreditario ſolùm feudo accipiendus ſit, de quo commodius agi poterit, poſtquam naturam feudi hæreditarij explicuerimus, ideò hanc etiam quæſtionem eò reſervabimus, ne bis idem repetere cogamur, & de feudo ex pacto & providentia hactenus.

Ad hæreditarium verò feudum quod attinet, vocabulum iſtud in jure noſtro feudorum, in hac præſertim ſignificatione, quemadmodum hoc loco uſurpatur, perinde ut & verba illa ex pacto & providentia, nuſquam reperitur: in extraordinariis quidem capitulis, *a* quæ Jacob. de Ardizo *cap. 148.* & Alvarottus poſt repetitiones ſuas collegit, feudi hereditarij ſit mentio *in §. cum feudum hæreditarium,* quem textum inter jura feudalia retulit Cujatius *lib. 4. tit. 78.* ſed neq; eo loco videtur hanc habere ſignificationem, quam interpretes ei tribuunt.

Nam † vocabulum hoc (hæreditarium) variis modis accipi poteſt: ne igitur ambiguitas illa ſcrupulum forte alicui iniiciat, vel etiam, quod quibuſdam in hac materia contigit, erroris cauſam præbeat, ſciendum, Hæreditarium quandoque dici ad differentiam perſonalis conceſſionis. 31

Nam cum olim feuda perſonalia eſſent. *c. 1. de his qui feud. dar. poſſ.* fuerunt deinceps beneficio imperatorum concedentium extenſa ad filios, & deſcendentes in infinitum *d. c. 1. §. & quia. §. Hoc quoq; de his qui feud. dar poſſ.* 32

Hoc igitur reſpectu hodie omnia feuda hæreditaria dicuntur, ex quo ſucceſſionis jure ab uno ad alium devolvuntur, *tot. tit. de ſucceſſ. feud. & de grad. ſuccedent. in feud.* 33

Hinc

Hinc † etiam deſcendit, ut is, qui implicitêr feudum accipit, cenſeatur illud non ſibi ſolùm, ſed & hæredibus uis acquirere volviſſe, *c. 1. de duob. fra- rib. & l. ſi pactum de probat.* quippe cum ræſumatur, ſeſe cum jure feudali deſcendentes ad ſucceſſionem feudi adnittente, conformare volviſſe. *l. Quanquam de rit. nupt. & l. ſi cui de ſervit.* quia tamen hoc caſu vox (hære- dibus) non exprimitur ab homine, ed ſolum ex ſubaudito intellectu juris eudalis colligitur, ideo, quemadmo- lum ab ipſo jure feudali uſurpatur, ro filiis duntaxat ſine aliqua hæ- editaria qualitate accipitur, *c. 1. §. etſi lientulus, de alienat. feud. c. 1. de eo qui fi- em fecit agnato de feud. pat.* & quod onſequens eſt, feudum hæreditari- m, de quo mox ſermonem exorſuri umus, minimè conſtituit, *ut docet Andr. de Iſern. in c. 1. in princ. An ag- at. vel filius, & in c. 1. §. hujus generis, in uibus cauſis feud. amitt.* ſed ideo ſal- em dicitur hæreditarium, quia non ſt perſonale, ſed pro deſcendentibus iam acquiſitum, ad hoſce ſucceſſio- is jure tranſmittitur. Et ita intelli- endæ ſunt doctrinæ Andr. de Iſern. reliquorum, docentium, quod in ubio quis credatur capere feudum ro ſe & hæredibus. Non enim hoc a accipiendum, quaſi omnia feuda erinde eſſent hæreditaria, ac ſi no- ien (hæredibus) foret expreſſum, d potius, quod eatenus ſolum ſint ereditaria, quia cogitaſſe etiam ac- uirens cenſetur de ſucceſſoribus, ad fferentiam perſonalis conceſſioni- s, quemadmodum hoc pulchrè de- arat Camerarius *in d. §. præterea du- tus, verſ. ſecunda ſpecies feudi hæredita- i, mihi pag. 782. & in c. 1. in princ. verſ. pono ſecundo, numer. 32. An agnat. vel ius,* ubi ait, quod, etſi is qui ſimpli- er acquiſivit feudum, cenſeatur et- m pro hæredibus ſuis cepiſſe, id ta- en ita intelligendum ſit, ne videatur rſonale eſſe, non autem ut ſit hæreditarium: quia, cum hoc ipſo jure ſubintelligatur, ex juris etiam diſpoſitione interpretationem recipit, *l. ſi cui de ſervit. & l. quanquam de rit. nuptiar. & ibid. quæſtio. 1. num. 31. verſ. Quartum caput,* ait, errare illos, qui ex eo, quod feudum pro hæredibus in dubio quæſitum videtur conſtituunt feudum hæreditarium, quia debet intelligi, ut non ſit perſonale. Quod ea de cauſa notatu dignum eſt, quoniam multi magni nominis viri errore quodam decepti, exiſtimarunt, feudum ex eo, quod quis illud pro ſe & hæredibus ſuis acquiſiviſſe putatur, non minus eſſe hæreditarium, quam ſi in inveſtitura de hæredibus expreſſè dictum fuiſſet, quorum nomina infra recenſebimus: cum tamen ex jam dictis ſatis appareat, plurimum inter hos duos caſus intereſſe, & quamvis hoc etiam reſpectu hæreditarium dici poſſit feudum, id tamen longè ſeparatam habere rationem ab illo feudo hæreditario, de quo poſtea dicturi ſumus: quam diverſitatem etiam explicavit Thomas de Marinis *in d. tit. 1. de feud. ex pacto & providentia. multis in locis. & in tit. 5. de feudo hæreditario n. 8.*

Deinde † hæreditarium etiam 35
feudum dici poteſt, quod à communi parente ſucceſſionis jure, ſine tamen qualitate hæreditaria fuit devolutum, ad deſcendentes, qui invicem ſunt fratres cohæredes, ad differentiam feudi quod fratre idſi de novo acquiſiverunt In hanc ſententiam videtur accipiendus textus *in d. §. cum feudum hæreditarium, in extraordinar. capitulis.* quod enim is non de eo feudorum genere loquatur, quod hæreditariam qualitatem annexam habet, hoc inde dilucidè cognoſcitur, quatenus ibi reſpondetur, factum unius in illo feudo alteri non præjudicare: quod utique ſi tale feudum eſſet, de quo paulò poſt dicturi ſumus, aliter ſeſe haberet: quare textus ille ad propoſitum noſtrum non pertinebit.

36 Hoc † etiam reſpectu omnia feuda hæreditaria dici poſſunt, quæ nulla apparente inveſtitura vel alio acquiſitionis titulo, ſucceſſionis tantummodo jure ad poſſeſſorem perveniunt, *ut ſenſit Campegius in conſil. ſecundo inter conſil. Albert. Brun. incip. Viſo themate tranſmiſſo num. 31. cujus doctrinam latius declarat Marinus Freccia lib. 3. differentia. 22. quem ſequitur Thomas de Marinis in d. tit. de feudo hæreditario n. 35.* Neq; ſanè mirum, cur in hiſce duabus ſpeciebus feudum hæreditarium etiam ſine hæreditaria qualitate dicatur, qua enim ratione jure feudali filius nullo hæreditario jure ſuccedens hæres nominatur *c. 1. §. etſi clientulus de alienat. feud. c. 1. §. ſimiliter verſi. profectò de l. corrad.* eadem etiam feudum hæreditarium in jam enumeratis ſpeciebus abſque hæreditaria qualitate non incommodè dici poterit.

37 Tertiò † propius ad propoſitum noſtrum accedendo, hæreditarium feudum dicitur, quod ex verbis in inveſtitura uſurpatis qualitatem hæreditariam induit: Sed neq; hoc unius eſt generis.

Quandoque enim feuda hæc hæreditaria propter verba inveſtiturarum, non ſolum ad maſculos, prout natura feudi requirit, ſed ſicut quævis aliæ res hæreditariæ, ad omnes etiam extraneos hæredes, qualeſcunque illi fuerint, hæreditario jure tranſmittuntur, ut puta, ſi feudum alicui & hæredibus quibuſcunq; conceſſum fuerit. de tali feudo hæreditario loquitur *Bald. in l. cum virum, col. 4. verſ. Extra quæro C. de fideicommiſſ.* ubi iſtud d. feudo familiari diſtingvit. In hoc tamen articulo, an videlicet verba generalia vel univerſalia ejus efficaciæ ſint, ut propterea feudum ad extraneos etiam hæredes tranſeat, Doctores adeò Doctoribus, imo iidem ſibiipſis contradixerunt, ut Molinæus *in addit. ad Alexand. conſil. 30. incip. quoniam omne datum optimum n. 11. vol. 1.* fateri non dubitaverit, ſe quanto plura in hoc puncto legerit, tanto minus diſcernere poſſe, quæ ſit opinio crebrior.

Multi † enim ex[illegible]marunt, propter verba illa univ[illegible]a feudum ad fœminas, vel extraneos hæredes minimè tranſire, ſed ea ſaltem ſecundum materiam ſubjectam ex natura feudi ad perſonas habiles, alioqui in feudo ſuccedentes reſtringenda eſſe, ut videtur ſenſiſſe Bald. *in d. l. cum virum,* dum *in fine* ait: fortè dici poſſet, quod illa adjectio (quibuſcunq;) referatur ad habiles, non prorſus extraneos. *clarius idem docuit in c. 1 §. donare qualiter olim poterit feud. alienar. quem ſequitur Martinus Laudenſis, ibi in fin. & etiam Præpoſitus: Jacob. de S. Georg. In tract. feudali in verbo: Et quibuſcunq. Zaſius in epitom. feudor. part. 8. num. 62. Aretin. & Socin. in l. Gallus. §. etiamſi parente, de liber. & poſth. Alex. in conſil. 30. incip. Quoniam omne datum n. 11. vol. 1. Decius in c. In præſentia col 19 de probat. & in conſil. 171. incip. In cauſa venerabilium, num. 5. & 6. & in conſil. 193. incip. Et pro tenui facultate, n. 5. in fin. & in conſil. 208. incip. Ad clariorem, n. 11. Corneus in conſil. 199. incip. In præſenti conſultatione. col. fin. vol. 2. Joann. Anton. Alexan. in conſil. 110. incip. circa primum dubium, n. 9. Barbat. in conſil. 63. incip. Sapienter ſcribitur. n. 11. col. 10. vol. 1. Gozadin. in conſil. 26. incip. In cauſa illuſtriſſimorum dominorum n. 33.* quam opinionem ſi ſequi voluerimus, hæc feudi ſpecies nihil differt ab ea, de qua mox ſermonem ſuſcipiemus, neq; has duas ſpecies diſtingvere neceſſe eſſet. 38

Contrariam † tamen ſententiam longè maxima interpretum pars eſt amplexa, quorum plerique nitentes verbis generalibus inveſtituræ (hæredib. quibuſcunq;) arbitrati ſunt, ejus momenti eſſe illa, ut propterea feudum ad omnes hæredes, ſive maſculi, ſive fœminæ, ſive etiã extranei fuerint, devolvatur. *Hoc etiam Bald. ſibi contrarius clarè docuit* 39

...in l. ...n. 34. quæſtio. de rer. diviſio. ...c. imperialem, in princ. col. pen. verſ. ...quaſi conceſſum eſt, de prohib. feud. alien. Alex. *in l. ſi patroni, in pen. col. ad Trebell. & in l. Quædam §. Nihil. inter... eſt, col. 1. de edendo. & in l. Gallus. §. Etiamſi parente, de liber. & poſthum. & in conſil. 7. incip. Attentis & ponderatis, numer. 6. vol. 7. & in conſil. 95. incip. Requiſitus numer. 7. eod. vol. & hanc ſententiam Alexandrum fixè tenere, licet incidenter, ut q. cauſæ inſerviat, contrarium ſenſiſſe videatur in d. conſil. 30. incip. Quoniam omne datum inquit in addit. Molinæus ibi: Eandem opinionem ſecutus eſt etiam Romanus in l. Id tempus. §. 1. de uſucap. & in l. etiam, ſolut. matrimon.* Jaſ. *in prælud. feudor. num. 8. & in l. 2. numer. 198. C. de jure emphyteut. & in l. Quædam. §. Nihil. in princ. de edend. & in conſil. 17. incip. Dubium facere videtur, num. 1. verſ. Quia per illam actionem. col. pen. vol. 3. & in conſil. 55. incip. Præſens quæſtio, tota vertitur. verſ. Præterea & tertio, col. 2. eod. vol. Hic adſtipulatur etiam* Claudius de Seyſel. *in d. l. Gallus §. etiamſi parente num. ubi opinionem hanc communem* eſſe ...it, de liber. & poſthum.* Felin. *in c. ...præſentia col. 11. de probat. & in c. Quia ...fin. de judic.* Bartholom. Socin. *in conſil. 266. incip. In cauſa quæ vertitur. ...verſ. Præterea Bald. idem ſecutus* ... Matth. de Afflict. *in d. c. 1. §. donare numer. 14. Quæ ...olim feud. poter. a...iar.* Ripa *in l. Ex facto. §. ſi quis ita. numer. 16. Ad Trebell in l. Quæſitum ...qui cum tutor. numer. 4. de privileg. ...itor : & opinionem hanc multis ...bat* Sigiſmund. Loffred. *conſil. 1. ...ip. Dubitatur an inveſtitura num. 33. ...ncq. ſententiam communionem* eſſe ...rit etiam* Curt. jun. *in tract. feud. ...t. tertia. in fin. numer. 63. & in conſil. 1. numer. 1. ubi ait, hanc eſſe veram & communem juris concluſionem, & in conſil. 32. ...ip. videretur prima conſideratione, numer. 8. & in conſil. 48. incip. Pro habenda reſolutione præmiſſæ dubitationis num. 3. & in conſil. 181. incip. Omiſſa argumentatione numer. 6. cum his facit etiam* Albert. Brunus *in conſil. 9. incip. Dubium videntur facere tenores. numer. 7.* & Paris. *in conſil. 23. incip. Prima in hujuſmodi conſultatione numer. 170. ubi ſimiliter hanc opinionem communem * nominat vol. 1. & in conſil. 72. incip. Ad veram reſolutionem. numer. 42. vol. 3.* Gozad. *in conſil. 8. incip. Et primò conceſsio facta num. 25. huic ſententiæ tanquam ab interpretibus communiter receptæ ſuffragatur etiam* Gratus *in conſil. 128. incip. viſis elegantiſſimis dubiis numer. 5. &* Marian. Socin. *in conſil. 103. incip. In cauſa iſtorum nobilium, num. 28. ubi aſſerit communem * eſſe D D. concluſionem, vol. 2. & conſil. 114. incip. In cauſa feudali inter nobiles numer 9. eod. vol. &* Sylvan. *in conſil. 30. incip. Facti quæſtio ſic ſe habet: num. 25. vol. 1. ait, hoc caſu clariſsimi juris eſſe ſecundum magis communem * ſententiam,* quod tale feudum ſit prorſus hæreditarium, & ad extraneos hæredes tranſeat : *idem teſtatus fuit* Cravett. *in conſil. 256. incip. In caſu tranſmiſſo agam brevibus, poſt n. 8. verſ. hic tamen videndum : & hanc opinionem crebriorem, & veriorem * eſſe, tandem fateri cogitur* Molinæus *in d. addit. ad Alex. conſil. 30. incip. Quoniam omne datum optimum in fin. quod affirmat etiam* Antonius *Gabriel. in commun. concluſio. lib. 6. concluſio. lib. 4. &* Roland à Valle *de lucro dotis, quæſtio. 54. numer. 27. ubi reprobata opinione Baldi in d. §. donare, ait hanc eſſe juri conſonam, & à D D. magis receptam. eandem etiam ſecutus eſt in conſil. 3. numer 67. & eam tanquam magis communem * in practica ſervari profitetur* Iulius Clarus *lib. 4. ſententiarum §. feudum quæſtio. 9. numer. 2.* Burſatus *conſil. 22. n. 2.* Franciſcus Beccius *in conſil. 88. num. 9. & Johann. Anton. Cannetius in c. volentes §. Idem videtur dicendum. num. 1.* Hanc igitur receptiſſimam interpretum ſententiam ſecuti, ſpeciem iſtam feudi ab altera, quæ ſubjungetur, diſtinximus, in

in medio interim relinquentes utra ex his diſſidentibus inter ſe opinionibus juris rationibus magis ſit conſentanea, *de quo poſt alios latè agit Joann. Anton. Cannetius in repet. c. ſi aliquem verſ. ſed non eſt omittenda.*

40 Feudum † autem hoc modo conceſſum pleriq; ex recentioribus ad differentiam alterius, de quo mox dicemus, appellant ſimpliciter, merè, vel abſolutè hæreditarium, *ut Marian. Socin. in conſil. 114. incip. In cauſa feudali inter nobiles numer. 9. vol. 2. Cravetta in d. conſil. 256. Julius Clarus in d. §. Feudum. quæſtio. 9. n. 2. & alij paulò poſt citati.*

41 Altera † ſpecies feudi hæreditarij, quod ex ipſis inveſtituræ verbis hæreditariam quandam qualitatem accipit, ex eo potiſſimum conſtituitur, quando in inveſtitura ſimpliciter, & ſine adjectione aliqua hæredum facta mentione, feudum alicui & hæredibus ejus eſt conceſſum, de qua ſpecie interpretes intelligendi ſunt, quoties de feudo hæreditario verba faciunt.

42 Eſt † autem hoc loco advertendum non deeſſe, qui opinentur, ex eo, quod hæredum in inveſtitura facta mentione, feudum alicui & hæredibus ejus conceſſum eſt, minimè hæreditarium feudum, neque adeò ſpeciem à reliquis feudis ſeparatam gigni, ſed vocabulum illud (hæredes) ſecundum juris feudalis interpretationem eandem habere vim & ſignificationem,
43 ac † ſi de filiis dictum eſſet, *c. 1. §. Etſi clientulus, de alienat. feud. c. 1. §. ſimiliter verſ. Profectò de l. Corrad.* neque propterea opus eſſe, ut hæreditario jure ſuccedatur, *ut docet Bald. in c. 1. de eo, qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis:* ubi improbata opinione Jacob. de Belviſ. *arg. l. ut jurisjurandi §. Si liberi ff. de oper. libert.* dicit, quod verbum (hæredibus) in inveſtitura uſurpatum ex ipſa feudi natura de hæredibus ſanguinis ſit accipiendum, abſque eo, quod ulterius habeat jus & nomen hæredis: quod latius proſequitur idem in conſilio quodam relato à Matth. de afflict. *in prælud. feudor. Et Bald. ſequitur Decius in conſil. 185. incip. In cauſa iſtorum nobilium, numer. 3.* ubi ait, feudum tum demum hæreditarium dici, quando ad extraneos tranſit, *& clarius in conſil. 78. & in conſil. 395. incip. In cauſa magnifici numer. 7. & ab hoc opinione non videtur fuiſſe alienus Matth. de Afflict. in c. 1. numer. 13. de feud. non hab. propriam naturam feudi, & hanc doctrinam Baldi communiter * receptam eſſe aſſeverare audet Marian. Socin. in conſil. 42. num. 4. vol. 3. Citantur etiam in hanc ſententiam à Decio, Sylvano, & Pinello, Fulgos. in conſil. 218. incip. Petrus quondam. Calderinus in conſil. 15. tit. de verbor. ſignificat. Alexan. in conſil. 30. num. 1. vol. 1. & in conſil. 26. incip. Ponderatis his, quæ in themate narrantur. num. 3. vol. 5. Gozad. in conſil. 26. incip. In cauſa illuſtriſſimorum dominorum numer. 30.* ſed hi ſaltem aſſerunt, feudum pro ſe atque hæredibus acquiſitum non ad hæredes extraneos, ſed ſaltem ad filios tranſmitti poſſe.

Iſtud verò minimè in cauſa eſt, quo minus feudum hæreditarium rectè dicatur: Cum omnes interpretes feudum hæreditarium ex illis verbis inveſtituræ alicui atque hæredibus conceſſæ conſtituentes ſentiant, etiam illud non ad extraneos, ſed ad filios duntaxat devolui, ut ex infra dicendis palam erit: Ut proinde auctoritates iſtæ, atque ſimiles ad propoſitum noſtrum nihil facere videantur.

Hæc † verò doctrina Bald. de qua 44
iam diximus, à communi interpretum ſchola iamdudum eſt exploſa, qui omnes uno ore concludunt, feudum pro ſe atque hæredibus conceſſum hæreditarium eſſe *Jacob. de Belviſ. in c. 1. verſ. Quæritur an hæredes, de eo, qui ſibi vel hæredib. maſcul. Andr. de Iſern. in c. 1. §. Hoc quoq. de ſucceſſio. feud. & in cap. 1. An agnat. vel filius: & alij feudiſtæ ſupra in principio in hanc ſententiam adducti. Alex*

in

conſil. 19. incip. ſuper eo de quo quæritur *um. 4. & num. 13. vol. 5. ubi num. 16.* ait, D communiter non adhærere opinioni Baldi, ſed potius contrariæ opinioni Jacob. de Beluiſ. & concluſionem Jacob. de Beluiſ. magis communiter * approbatam eſſe, dicit idem *in conſil. 10. incip. Ponderatis his. num. 8. vol. & communem * ſententiam D D. eſſe aſſerit Jaſ. in conſil. 57. incip. In cauſa mota reſpectabiles fratres : num. 1. lib. 1. & in conſil. 56. incip. viſo & diligenter conſiderato themate. in princ. lib. 3. Corneus in conſil. 199. incip. In præſenti conſultatione col. ſub litera. D. verſ. Et propterea non obſt. vol. 2. doctrinam hanc communem etiam appellat. Decius in conſil. 185. incip. cauſa iſtorum nobilium : num. 3. col. 2. in conſil. 445. incip In caſu ad me tranſmiſſo, num. 8. Curtius junior. conſil. 1. incip. unam amplector dubitationem num. 11. conſil. 138. incip. Habita diligenti & matura conſideratione num. 32. Socin. jun. conſil. 114. incip. In cauſa feudali inter nobiles. num. 12 vol. 2. Paris. conſil. 2. incip. conſultus ab illuſtriſſimo domino num. 17. 26 vol 1. & in conſil. 3. incip videtur prima fronte dicendum num 8. & num. vol eod. & communem * opinionem Baldo reſiſtere ait idem in conſil. 23. incip. prima in hujuſcemodi conſultatione num. & in conſil. 106 incip. circa principale potiſſimum quæſitum, num. 21. eod. vol. & in conſil. 1. incip. Præſens legitimatio facta, num. 134. vol. 2. Antonius ...beus conſil. 18. incip. Videtur prima fronte num. 1. & ſeqq. Alciatus in conſil. 199. num. 48. ubi ait, ita ſe habere communem * concluſionem, neque ſe vidiſſe unquam id in dubium refricari. Cravetta in conſil. 197. incip. Quanquam & ab... num. 5. & communem * eſſe mul... probat Gratus in conſil. 4. incip. Dubitatur an illuſtris dominus, n 41. vol 1. & ...van. in conſil. 30. incip. Facti quæſtio ſic habet. num. 11. vol 1. Roland. à Valle in conſil. 23. incip. viſis juribus num. 44 vol 1. in conſil. 10. numer. 18. vol 3. eandem communi calculo receptam & veriorem **

*eſſe affirmat. Didacus in d. c. 18. lib. 2. variar. reſolutio. & receptiorem * nominat etiam Pinell. in d l. 1. part. 3. numer. 85. C. de bonis Matern.* inde monens cavendum eſſe à multis & gravibus viris, qui in materia feudali, & ſimili generaliter tradere ſolent, nomen (hæredis) idem omnino inducere, ac ſi conceſſio fiat pro ſe & liberis : & opinionem hanc tanquam veriorem & magis communem * ſe vidiſſe in practica ſemper obſervari aſſeverat Julius clarus *d. § feudum quæſt 9. n. 4. & contra Baldum communem * eſſe opinionem ait Joann. Anton. Cannet. in repetit conſtitut. Friderici. 11 c. Volentes §. conſequenter diſſerendum eſt, & complures alij ſupra citati.* * * *

Nituntur † autem hi potiſſimum proprietate vocabuli (hæres) quod in feudi conceſſione uſurpatum, qualitatem, jus, atque ſucceſſionem hæreditariam exprimit, *l. Heres in omne de acquirend. hæredit. l Hæreditas de regul. juris. l. Nihil aliud juncta gl. de verbor. ſignific. l. Hæreditas de regul. juris. §. Quos autem inſtit de bon. poſſeſſ.* nam cum ſupra firmatum ſit, in feudis verba inveſtituræ maximè conſideranda, & ſecundum ea magis, quam ex propria natura de feudorum qualitate judicandum eſſe : conſentaneum ſanè eſt, quando in inveſtitura hæredum facta eſt mentio, feuda hæreditariam quandam qualitatem aſſumere, tum ex propria hujus vocabuli ſignificatione, tum ex ipſa tam concedentis, quàm acquirentis mente, qui de hæredibus dicentes, ad jus quoddam hæreditarium reſpexiſſe cenſentur. Id quod probatur etiam ex ijs, quæ de promiſſione operarum alicui atq; hæredibus facta *not. in l. cum patronus §. cum libert. juncto §. liberi l. Jurisjurandi de oper. libert.* & quod de ſepulchro alicui atq; hæredib. ſuis conſtituto reſpondit Juriſconſultus *in l. 5. de religioſ & ſumpt fun.* & quæ de emphyteuſi hæredibus acquiſita tradunt 45

Digitized by Google

interpretes *in d. §. liberi, & in l. Quod dicitur de verbor. obligat. & in l. Gallus. §. Etiamſi parente de liber. & poſthum. cum ſimilibus ſupra adductis.*

46 Neque † refert, quod in jure feudali vocabulum iſtud, (hæres) de tali ſucceſſore intelligatur, qui ſine aliquo hæreditario jure feudum obtinet, *d. c. 1. §. Et ſi clientulus. de alienat. feud.* Id enim tum rectè procedit, quando vox iſta (hæres) vel à jure feudali uſurpatur, vel ex illius diſpoſitione tacitè ſubintelligitur: at quando ab homine exprimitur, tum juxta regulam *l. Non aliter de leg. 3. & leg. 1. §. ſi quis navem de exercit. act.* magis propriè, & ita accipienda ne omni prorſus effectu careat, *l. ſi quando de leg. 1. l. ſi per alium. Ne quis eum c. ſi papa de privileg. lib. ſexto ut declarat Andr. de Iſernia in c. 1. §. Hujus autem generis col. 4. verſ. ſi ergo non probatur. Ex quibus cauſis feud. amitt. & Sigismund. Loffred. in conſil. 1. num. 125. & Camerarius in d. §. præterea ducatus mihi pag. 776. & Joann. Thomas de Marin. in d. tit. 5. de feudo hæreditario n. 8.*

47 Quia † tamen vocabulum iſtud (hæres) in eo naturam feudi imitatur, ut non de quibuslibet hæredibus, ſed ſolum de maſculis alioqui in feudo ſuccedentibus intelligatur *d. §. Etſi clientulus*, ideo ex recentioribus quidam, ut paulò antè monuimus, ad differentiam feudi hæreditarii, quod ad extraneos etiam hæredes tranſit, de quo ibidem diximus, hanc feudi ſpeciem feudum hæreditarium mixtum appellant *ut Paris. conſil. 65. incip. Paternum feudum dicitur num. 10. vol. 3. Marian. Socin. conſil. 114. incip. In cauſa feudali, num. 12. vol. 2. Cravet. in d. conſil. 26. incip. In caſu transmiſſo. Julius Clarius in d. §. feudum quæſtio. 9. num. 4. Pinell. in d. l. 1. parte tertia num. 85. Cacheranus in deciſio. Pedemont. 161. in fin. Burſatus in conſil. 89. num. 36. & in pluribus aliis locis.*

48 De quo, utrum mixtum, an verò ſimpliciter hæreditarium dicatur, non admodum laborandum eſſe arbitramur: modò hoc nobis detur, eò tantùm reſpectu mixtum appellari, quòd non perinde ut merè hæreditarium ad hæredes etiam extraneos, ſed ad deſcendentes ſolum tranſeat, prout conſiderant interpretes jam citati: quod verò in cæteris naturam feudi hæreditarii obtineat, & nihilominus feudum verè hæreditarium ſit: cum † hoc, quod 48
ad hæredes maſculos tantummodo devolvatur, non obſtet qualitati hæreditariæ, *ut contra Decium multis probat Gratus in d. conſil. 4. incip. Dubitatur an illuſtris dominus vol. 1. Cravetta in conſil. 256. incip. In caſu transmiſſo num. 31. Didacus in d. c. 18. lib. 2 variar. Reſolutio: & Camerarius in d. §. præterea ducatus, mihi pag. 778.* Ubi ait, non eſſe inconveniens, ut ſangvis & qualitas hæreditaria ſimul concurrant, & ſangvis reguletur à qualitate hæreditaria. Ideoq; etiam plerique interpretum ſupra adducti de feudo hæreditario verba facientes, de eo tantum loquuntur, quod alicui & hæredibus ejus eſt conceſſum, eidemque omnes qualitates hæreditario feudo convenientes, eo ſolo, quod ad extraneos non tranſeat, excepto, attribuunt: innuentes nimirum, ejuſmodi feudum, licet ad ſolos maſculos hæredes devolvatur, nihilominus verè & propriè eſſe hæreditarium: quo dato, nihil ſanè refert, utrum hæreditarium mixtum: an verò ſimpliciter hæreditarium nominetur *ut contra Decium conſideravit etiam Alba in conſil 3. num. 12.* inquiens, ita ſe habere opinionem crebrioribus votis approbatam: non enim aliter ſenſerunt ſcribentes, qui communiter conſentiunt, feudum pro ſe & hæredibus acceptum hæreditarium dici: & tamen omnes ubique non negant, quin in materia feudali verbum (hæredes) ad deſcendentes coanguſtetur.

Idem contra Pariſium firmavit Joann. Anton. Cannetius in d. repetit. conſtitut. Friderici 11. c. volentes §. conſequenter diffe-

... c9. Ille, poſtquam con-
... quod, etſi verbum ... in
...do non comprehendat extraneos,
...ſaltem deſcendentes, tamen hoſce
...mplectatur cum ſua qualitate hære-
...taria, *num 16.* ſubjungit: Ex quibus
...tet luculenter, quantum deviet à
...ris terminis feudalibus Pariſ. *conſil.*
... *vol. 3.* ubi dicit, feudum conceſſum
...ro ſe & hæredibus non eſſe ſimplici-
...er hæreditarium, ſed mixtum & hæ-
...editarium ſecundum quid, & per ac-
...dens, volens illud eſſe merum hære-
...itarium ſecundum quid, & per acci-
...ens, volens illud eſſe merum hæredi-
...arium, quando additum eſt verbum
...uibuſcunque.)

Nam iſtud eſt merum ſomnium, &
...ontra receptam omnium doctrinam,
...ui dicunt, feudum ita acceptum eſſe
...erè hæreditarium, & paulò pòſt *nu.*
... ait, nihil eſſe in ejuſmodi feudo,
...uod poſſit mixtum appellari, quaſi ſe-
...egatum ab hæreditate.

Hæc ille.

Ideoque videmus, quoſdam hoc
...udorum genus mixtum appellantes,
...hilominus omnes qualitates feudi
...ereditarii ipſi aſſcribere, ut apparet
... Burſato *conſil. 2. & 3. & multis aliis*
loci, de quo plura etiam dicturi ſu-
...us infra *quæſtio. tertia*, ubi videbimus,
... feudum hæredibus conceſſum rectè
...ixtum dici poſſit.

Cæterum etſi in hoc quidem
...ncors interpretum ſit opinio, feu-
...m alicui & hæredibus conceſſum
...ereditarium eſſe, tamen quatenus ex
...c qualitatem hæreditariam aſſumat,
... quæ ſit ejus natura atque efficacia,
...axima inter ipſos eſt diſſenſio.

Quidam † enim propriam feudi
...turam *d* magis conſiderantes, quàm
...oprietatem vocabuli (hæredis) quod
... inveſtitura uſurpatum feudum con-
...tuit hæreditarium, opinati ſunt, feu-
...m pro ſe atq; hæredibus acceptum,
...enus ſolum hæreditarium cenſeri,

...ateq; non tam in feudo, quàm in cæ-
...teris bonis allodialibus hæres eſſe co-
...gatur, interim verò qualitas illa hære-
...ditaria feudum ipſum nihil afficiat,
neque etiam in feudo jure hæreditario
ſuccedatur, ſed id propriam ſuam na-
turam retineat, & ſecundum illam ju-
dicandum ſit.

Diximus enim paulò ante, etſi de
hæredibus dictum ſit, id tamen ſecun-
dum naturam feudi de deſcendenti-
bus, & non de extraneis intelligendum
eſſe *c. 1 §. Etſi clientulus de alienat. feud.*
nam hinc rationi conſentaneum vide-
tur, ut, quemadmodum feudum in
hoc, ita in cæteris, licet hæredum facta
fuerit mentio, naturam ſuam retineat,
uno hoc excepto, quod ſucceſſor co-
gatur eſſe hæres. Hoc videtur voluiſſe
Bald. *in c. 1. de eo, qui ſibi & hæred. maſc.*
dum ait vocabulum (hæres) in feudis
non denotare qualitatem ſucceſſionis,
quia nimirum in feudo hæreditario ju-
re non ſucceditur, ſed tantum qualita-
tem ſucceſſoris, quod videlicet in bo-
nis allodialibus hæres eſſe debeat, feu-
dum vero proprio jure obtineat. idem
ſenſit *in c. 1. An agnatus vel filius*, dum
feudum pro ſe & hæredibus receptum
accommodat ad caſum illius capituli,
quod de eo loquitur, qui non in feu-
do, ſed in bonis allodialibus hæres eſſe
debeat; ideoq; *in c. 1. in fin. princ. verſ.*
Quæro utrum de ſucceſſio. feud. ait, etſi
feudum tranſeat ad filium vel hære-
dem, quod ſufficiat tamen titulus no-
minis, cum feudum non ſit propriè de
corpore hæreditatis. Ab hac ſententia
non fuit alienus *Alex. in conſil. 8. incip.*
Viſis ſubtiliſſimis, vol. 3. ubi *n. 5.* docet,
emphyteuſin, quam quis pro ſe & hæ-
redibus accepit, jure hæreditario non
tranſire: eandem ſecutus eſt Corneus
in conſil. 300. incip. multum latè & ſeriò
col. 4. ſub litera A & B. vol. 1. ubi ait,
quod, licet in feudo recepto pro ſe &
hæredibus filii cogantur eſſe hæredes,
non tamen id capiant jure hæredi-
tario.

Hac opinionem præ cæteris potiſſimum tuendam ſuſcepit Decius *in conſil. 185. incip. In cauſa iſtorum nobilium,* ubi *num. 5.* diſertis verbis inquit, quod licet feudum pro ſe & hæredibus acceptum ſit hæreditarium, non tamen mutet naturam feudi, ſed tantummodo requiratur, quod filius, qui velit ſuccedere, ſit hæres patris, in aliis verò feudum naturam ſuam retineat. *idem ſecutus eſt in conſil. 78. incip. Licet in caſu propoſito. n. 5. & in conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem*, ubi concludit, feudum hoc caſu eo ſolum reſpectu dici hæreditarium, quod filius & deſcendentes cogantur eſſe hæredes, non quidem in ipſo feudo, ſed in cæteris bonis allodialibus: & quod feudum nihilominus diverſam & ſejunctam gerat naturam ab hæreditate hiſce adſtipulatus eſt Pariſius *in conſil. 23. n. 175. & 178. vol. 1.* ubi *poſt Decium, quem allegat*, ait, quod feudum ejuſmodi non ſit ſimpliciter hæreditarium, ſed ſecundum quid, reſpectu videlicet illius qualitatis, ut ſucceſſor debeat eſſe hæres, excepta verò illa qualitate judicetur & conſideretur ſecundum naturam feudi ex pacto & providentia. *& in conſil. 65. incip. Paternum feudum dicitur n. 10. vol. 3.* accedit etiam huic opinioni Marian. Socin. *in conſil. 80. con. fin. incip. viſo ac diligenter perlecto. n. 17. & 18. & in conſil. 112. incip. Abunde profecto vol. 2.* ubi *n. 10. & 14.* ait, quod, licet aliquo reſpectu dici hæreditarium poſſit, quia ſcilicet requiritur, ut vocati ad illud ſint hæredes, tamen non ſit merè hæreditarium neq; ſucceſſores dicantur illud habere jure hæreditario, ſed à ſuis majoribus, & ex gratia imperatoria. *& in conſil. 72. incip. Propoſita quæſtione n. 31. vol. 1. & in conſil. 42. incip. Præſuppoſito quod nihil. n. 7. col. 2. vol. 3.* Suffragatus eſt his etiam Molinæus *in conſil. 50. incip. viſis & examinatis exemplis*, ubi *n. 43. & 49.* feudum, inquit, conceſſum pro ſe & hæredibus, hoc tantum reſpectu dicitur hæreditarium, quia non eſt liberum filio illud capere repudiata hæreditate, in veritate tamen non eſt hæreditarium, nec illud capit ut hæres, ſed jure feudorum: *quos ſequitur etiam Hyppolitus Riminald. conſil. 18. incip. Diutius fuit agitata, n. 60. & ſeqq. vol. 1. & alii complures in concluſionibus mox recenſendis adducti.*

Ex † hac opinione originem cæpit ſententia eorum, qui arbitrati ſunt, textum *in c. 1. an agnat. vel filius*, de hoc feudo hæreditario, non autem de feudo ex pacto & providentia intelligendum eſſe. Cum enim feudum pro ſe & hæredibus acceptum, ut opinantur jam commemorati, eo ſolum reſpectu, quia filius volens obtinere feudum cogitur eſſe hæres in bonis allodialibus dicatur hæreditarium, & idipſum *in d. c. 1.* dilucidis verbis diſponatur: videtur ſanè iſtud de hoc feudorum genere commodè accipi poſſe: *prout perſpicuè declarat Bald. ibi, quem ſequuntur Martinus Laudenſis. & Alvarottus qui (licet perperam) refert. Andr. de Iſernia hoc tenere. idem ſenſit Præpoſitus, & D. Baro Schenck. & Petrus Ravennat. ibi Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. ita quod ipſi inveſtiti. n. 2. ubi inter alios etiam citat Andr. de Iſernia, & poſt Imolam opinionem hanc communem* * *eſſe dicit: Hoſce etiam ſecutus eſt Zaſius in epitom. feud. tit. de ſucceſſio. feud. in quarta concluſione. Julius Clarus in lib. 4. ſententiarum § feudum quæſtio. 76. n. 3. ubi hanc ſententiam communiter* * *eſſe receptam fatetur. In eandem deſcenderunt plures alii, quos quæſtione ſequente, ubi de intellectu hujus capituli agendum erit, citabimus.* 50

Hinc † etiam defluxiſſe videtur opinio eorum, qui arbitrati ſunt, in feudo hæreditario ſufficere: ut quis ſit hæres primi acquirentis, licet non ſit hæres ultimo loco defuncti. Nam cum feudo hæreditario eam tantum tribuerint qualitatem, ut quis hæres eſſe cogatur, inde exiſtimarunt, ſatisfieri huic qualitati hæreditariæ, ſi ſemel quis hæres fuerit: *quod ſenſiſſe videtur Jacob. de* 51

Belvi-

... de eo, qui ſibi & hæredib... ... etiam Alvarottus vol. 4. ... vero ab extra ... ſunt hæredes pri... parentis directo vel per ... iam per... Alex. in conſil. 26. incip. viſo com... , num. 0 vol. 5. & in conſil. 30. in... Quoniam omne datum num. 17. vol. Curtius ſenior in conſil. 48. incip. Memo... recolendæ. col. 5. verſ. & clarius in pro... Decius in d. conſil. 208. incip. Ad ... ariorem rei demonſtrationem, num. 13. in conſil. 309. incip. viſo puncto. num. 5. ... lbertus Brunus in conſil. 15. incip. In ... uſa vertente inter ſpectabilem. num. 13. ... erſ. Tertiò, quia præſuppoſito: & alii in ... quenti quæſtione allegati.

Ex † hac etiam opinione profe... um eſt, quod neceſſe non ſit ut quis ... hæres univerſalis, ſed ad obtinen... um feudum hæreditarium ſufficiat ... uem eſſe hæredem in re certa ſaltem ... ſtitutum, *ut ſenſit Alex. in conſil. 128. ... cip. Conſideratis verbis, num 8. vol. 1. & ... conſil. 8. incip. viſis ſubtiliſſimis, n. 5. ... ol. 3. quem ſequitur Decius in conſil. 208. ... cip. Ad clariorem rei demonſtrationem ... um. 73. & in conſil. 78. incip. Licet in ca... , num. 4. Calcan. in conſil. 78. n. 20. Paris. ... conſil. 65. incip. Paternum feudum, nu. ... vol. 3. Molinæus conſil. 50. incip. viſis ... examinatis, num. 44.*

Hinc † etiam potiſſimum pro... anavit, quod multi exiſtimarunt, In... ntarium ejus eſſe efficaciæ, ut, etſi ... gulariter hæres factum defuncti præ... are teneatur, tamen ſucceſſor feudi ... æreditarii inventario confecto, diſpo... ioni defuncti ſtare non cogatur, & ... uod adeò hæredi factum defuncti in ... udo hæreditario minime obſit, in... ntario confecto. *Hoc docuit Bald. in ... l. Qui ſe patris:* nam cum de feudo ... æreditario loqui, (quicquid dixerit ... tius) non ſolum patet ex verbis ... ecedentibus, conſideratis a Decio ... ius reſponſis, ſed & ex eo, quod ſe... ndat in diſpoſitione *c. 1, An agna...* , quem textum ſolum de feudo pro ... & hæredibus recepto cum intel...

leviſſe, ſupra oſtendimus. *Bald. ſe... tu ... Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. verbo. Ita quod ipſi inveſtiti. num. 8. & ... verb. Et cum pacto de non alienando, nu. 143. Martinus Laudenſis in c. Titius col. fin. ſi de feud. defunct. controverſ. fuer. Alvarottus in c. 1. An agnatus vel filius, & in c. 1. de eo, qui ſibi & hæredibus maſcu. & eodem in loco etiam Præpoſitus, ibi, in hæreditario feudo non ſuccedat, niſi faciat inventarium. Zaſ. in tractat. ſuo feud. parte 8. num. 10. verſ. Quinto limita, D. Baro Schenck in c. 1. An agnatus vel filius eandem opinionem conſulendo deoſculati fuerunt complures, quos infra quæſtione 14. ubi de hoc peculiariter agendum erit, adducemus.*

Ex † hoc fonte defluxit etiam ſen- 54
tentia eorum, qui arbitrati ſunt, ſi alicui hæreditas delata non fuerit, quod tum abſq; hæreditate, & ſine ullo hæreditario titulo feudum hæreditarium obtinere poſſit, neq; factum defuncti de feudo præſtare teneatur. *Hoc ſenſiſſe videtur Jacob. de Belvis. in d. c. 1. An agnatus vel filius, quem ſequitur Bald. & Alvarot. ibi, & Jacob. de S. Georg. in tractat, feudali, verbo. Ita quod ipſi inveſtiti n. 5. Decius in conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem, n. 13. in fin. Ruin. in conſil. 17. incip. ſuper primo quæſito, n. 11. & in conſil. 149. incip. In primis eſt videndum, num. 8. vol. 1. Capitius deciſion. 199. n. 2.*

Idem † juris eſt, ſi in hæreditate 55
nihil fuerit reſidui, & de bonis hæreditariis defunctus poſt ſe nihil reliquerit: nam & tum feudum abſq; aliquo hæreditario jure ſucceſſorum obtinere, ideoq; diſpoſitione defuncti minimè devinctum eſſe, multi exiſtimarunt. *Ita poſt Jacob. de Belviſ. in c. Titius ſi de feud. defunct. fuerit controv. (quem pleriq; hujus ſententiæ auctorem laudant) docuit Joan. Raynal. in c. Imperialem §. pœna n. ... de prohibit. feud alien per Freder. & Martin. Laudenſ. in d. c. 1. An agnatus vel filius* qui, licet intelligat textum eo de ..., quo feudum receptum erat pro ſe & hæ...

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſe & hæredibus, tamen illum limitat, ut non procedat, ſi pater alienavit feudum paternum, & moritur nihil habens in bonis: *Idem tenet Jacob. de S. Georg. in tractat. feudali in verbo, Itaq; ipſi inveſtiti n.4. & Matth. de Afflict. in d. c. Titius n.16.* ubi diſertè loquitur de feudo hæreditario accepto pro ſe & hæredibus. *de quibus concluſionibus omnibus in quæſtione ſequente, & infra quæſtione 14. plura dicendi locus erit.* Præterea cum ſecundum hanc opinionem, cujus in enarratione jam verſamur, feudum eo duntaxat reſpectu dicatur hæreditarium, quia quis hæres eſſe cogitur, ſalva interim feudi natura, hoc verò, ut quis hæres eſſe cogatur, non tam ex proprietate vocabuli (hæredis) in inveſtitura uſurpati, proveniat, quam ex diſpoſitione *d. c.1. An agnatus vel filius,* & capitulum iſtud juxta communem omnium interpretum ſententiam etjam tum locum habeat, quando nulla hæredum facta mentione, feudum ſimpliciter conceſſum fuit:

56 Ideo † hinc profecta eſt opinio exiſtimantium, feudum ita ſimpliciter conceſſum, in dubio cenſeri hæreditarium: cum, ut dictum eſt, etſi ſimpliciter concedatur, tamen filius hæres eſſe cogatur: non ſolum propterea, quia in dubio quis ſibi & hæredibus ſuis proſpicere voluiſſe cenſetur *c. 1. de duobus fratribus à capit. inveſtit. l. pactum de probat. not gl. in c.1. verb. ſuccedent. Quibus modis feud. conſtituat.* ſed etiam quia hoc ipſum, ut quis volens obtinere feudum hæres eſſe cogatur, jus feudale *in d. c.1.* maxime requirit. Hujus opinionis quidam autorem prædicant Andre. de Iſern. *in c.1. §. Etſi libellus de alienat. feud. patern.* dum *ibi col. 3. in princ.* inquit, quod feudum quis cenſeatur acquiſiviſſe pro ſe & hæredibus, etiamſi de eis nihil dicatur: idem aſſerit *in c. 1. §. Hujus generis. Ex quibus cauſis feud. amitt.* ubi *col. 2. verſ. ſi ergò non probavit*, ait, ſi non probetur, quemadmodū feudum acquiſitum fuerit, quod tum præſuponatur, conceſſum, ſicut jus intelligit, id eſt, ſibi & hæredibus ſuis. *& in c. 1. in princ. verſ. Et quando conceditur Titio. An agnat. vel filius. & multis aliis in locis*, in quibus concludit, quod acquirens feudum in dubio non ſibi ſolum, ſed etiam hæredibus ſuis proſpicere cenſeatur: *idem clarius docuerunt. Bald. & Alvarott. in c. 1. An agnat. vel filius:* ubi ajunt, paria eſſe, utrum quis recipiat feudum ſimpliciter, nulla facta mentione liberorum, an recipiat pro ſe & hæredibus, *Paul. de Caſtro in conſil. 311. incip. viſis & diligenter conſideratis, nu. 5. col. pen. vol. 1. Alexan. conſil. 18. incip. Attentis narratis in themate, n.9. & in conſil. 26. incip. Ponderatis his, n.3. vol. 5. Cuman. conſil. 166. incip. copia teſtamenti. Brunus conſil. 18. incip. In cauſa vertente, num. 14. & conſil. 80. col. 5. verſ. Eſt diſtingvendum. Corneus in conſil. 309. incip. multum latè & ſerioſè col. 5. ſub litera O. vol. 1. Ruinus in conſil. 15. incip. Conſideratis diligenter omnibus. n.5. & conſil. incip. Circa caſum, de quo quæritur, num. 3. & in conſil. 17. incip. ſuper primo quæſito n.3. & in conſil. 38. incip. Quoniam de pluribus. n. 19. vol. 1. Curtius junior in conſil. 138. incip. Habita diligenti & matura conſideratione. nu. 15. Paris. conſil. 2. incip. Conſultus ab illuſtri. n.18. & conſil. 3. incip. Attingendo articulum petitorii. n.9. & in conſil. 5. incip. In præſenti cauſa feudali, n. 8. & in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. n.159. vol. 1. Rubeus Alex. conſil. 18. incip. Difficultas caſus mihi propoſiti. n. 3. & in conſil. 84. incip. Viſo & diligenter conſiderato. n.3. Afflict. in c. 1. n. 24. de alienat. feud. patern. & in præludiis feudor. n 99. & deciſio. 140. Gozadin. conſil. 4. incip. Prima facie videtur. n.11. Pernus in ſecundo notab. in prima col. ibi, in dubio autem & in conſil. 6. & in conſil. 8. Alciatus in conſil. 160. n.8. & in conſil. 179. n. 2. & in conſil. 180. Nevizan. conſil 9. incip. In cauſa magnifici domini: n 8. Roland. à Vall. conſil. 97. incip. Prima facie n, 39. vol. 1. & in conſil. 28. incip. Articulus ſuper quo interrogatus ſum. nu. 9. vol. 3. ubi hanc opinionem poſt*

alios

os communem eſſe dicit. Molinæus in ſil. 50. incip. Viſis & examinatis exem-.numer. 2 & 43. & Joann. Anton. Can-ius in c. volentes. §. Et pariſormiter di-dum eſt : ubi hanc concluſionem tan-im veram & magis communem* multis iatur defendere.*

Et de prima opinione hactenus.

Contra † vero alij, & ut apparet, mi auctores hujus diſtinctionis, pro-etatem vocabuli (hæres) exactius ſervantes, & ſecundum eam de qua-ite hujus feudi judicantes, exiſtima-it, feudum propterea, quia in con-ſione de hæredibus dictum fuit, ea-ius hæreditarium effici, ut, immu-a prima natura feudi non hæredi-ia, ad ſucceſſionem & ejus effectum od attinet, pro re hæreditaria repu-ur, atque adeò in ipſo feudo ab hæ-le jure hæreditario ſuccedatur. *hoc ſit Jacob. de Belviſ. in c. 1. An agnat. filius.* dum textum illum intelli-tantummodo procedere in feudo bente propriam naturam, innuens nirum, feudum hæreditarium pro-am naturam non retinere, *de quo ribus agit idem in d. c. 1. de eo. qui ſibi & redibus. maſcul. ejuſdem ſententiæ fuit dr. de Iſernia in d. c. 1. An agnatus vel us, & in c. 1. §. Hoc quoque de ſucceſſio: d.* quatenus ibi concludit, quod idum hæreditarium, ſicut quævis a res hæreditaria, in hæreditatis pe-ione veniat: *quod etiam docuit Bart. l. Jurisjurandi. §. Si liberi de oper. ert.* & quod hoc caſu in ipſo feudo is ut hæres ſuccedat, ait Andr. de I-rnia *in c. 1. §. Quid ergò. in fin. de inveſt. re alien. fact.* Idem expreſſis verbis didit Matth. de Afflict. *in c. 1. An ag-tus vel filius,* ubi *num. 2.* ait: feudum reditarium eſſe de hæreditate de-ncti, & quod nullus neque filius ne-e agnatus illud habere poſſit, niſi hæres in feudo, inde inferens, quod *t etiam ante ipſum Andr. de Iſernia ſenſit)* inventarij beneficium non re-levet in feudo hæreditario, quoniam, inquit, inventarium tantum inducit ſe-parationem bonorum, at feudum hæ-reditarium eſt de hæreditate defuncti: & quod in tali feudo perinde, ut in re hæreditaria hæres non plus poſſit quam defunctus, ſi viveret. *poſt Andr. de Iſern. ait in c. 1. §. Hoc quoque numer. 71. de ſucceſſio. feud.* rem etiam hæredita-riem appellat Præpoſitus *in c. Imperia-lem. in princ. col. 7. de prohibit: feud. ali-en. per Frederic.* inquiens, quod de feudo hæreditario quis poſſit diſpone-re, ut de re hæreditaria: & quod feudum alicui & hæredibus conceſſum dicatur quid hæreditarium, & in ipſo feudo ju-re hæreditario ſuccedatur, aſſeruit e-tiam Alexand. *in l. Quædam §. Nihil in-tereſt, col. 2. verſ. conſidera tamen quia. de edendo. & in conſil. 13. incip. Perſpectis his quæ in themate narrantur. numer. 9. vol. 5. ubi numer. 11. ſubjungit, hanc eſſe com-munem * DD. concluſionem: idem in conſil. 18. incip. In cauſa & lite ſuper feu-do. nu. 10. eod. vol. 5.* dilucidè ait, feu-dum hæreditarium ad hæredes pertine-re jure hæreditario: eo enim ipſo quod ſunt hæredes, dicuntur ſuccedere jure hæreditario in omni re hæreditaria. *l. Hæres in omne. ff. de acquirend. hæred. l. cum hæredes. in princ. de acquirend. poſſeſſ.* & conſequenter in ipſo feu-do: quia cum eſſet receptum pro ſe & hæredib. veniebat in petitione hæ-reditatis, ſicut quælibet res hæredi-taria; ſecundum veras concluſio-nes: Idem ſecutus eſt *in conſil. 19. in-cip. Perſpectis conſideratisque his omnibus. numer. 2. eod. vol. 5.* ubi ſæpius ait, feu-dum ejuſmodi eſſe quid hæreditari-um, & quod tunc quis feudum ut hæres jure hæreditario adipiſcatur, atque ex hoc unum & idem corpus & patri-monium inſeparabile fiat cum cæte-ris rebus hæreditariis, *& ibidem numer. 15. & 16. aſſerit, hanc eſſe magis commu-nem* Doctorum opinionem.* *

Rem hæreditariam etiam ejuſ-modi feudum nominat *in conſil. 28. incip.*

incip. In cauſa & lite ſuper feudo. num.19. vol.5. In hanc etiam ſententiam feudum hæreditarium accepit Jaſ. *in l.2. num.213.col.pen.verſ.Et quamvis Bald. C. de jur.emphyteut.* ſentiens feudum receptum pro ſe & hæredibus eſſe quid hæreditarium, ita ut quis pro libito voluntatis de eo poſſit diſponere, ſicut de re hæreditaria: *quod ſequitur Curtius junior in tractat.feudal.part.4. quæſtion. penultima num.132. & in conſil.1. num.13. & Johann. Campeg. in conſil. 11. incip. viſo themate tranſmiſſo, numer.8. & 9.inter conſil. Albert.Brun* ubi *num.4.* ait, quod ſecundum veram & communem * *opinionem Doctorum feudum receptum pro ſe & hæredibus cenſeatur quid hæreditarium, atq; factum unius aſcendentis præjudicet non ſolum ſibi, ſed etiam poſteris ſuis: & num.9. ſubjungit, quod tale feudum non poſſit haberi, niſi jure hæreditario: Et quod hoc caſu in ipſo feudo jure hæreditario quis ut hæres ſuccedat, multis in locis dicta Andr. de Iſernia in hanc ſententiam interpretando affirmat Sigiſmundus Loffred *in conſil.1. incip. Dubitatur an inveſtitura. num.30. num.46.num.52. num.59.num.132. & ſæpe alias: Id quod etiam conſtanter tenuit in Paraphas.feud. in c.1.§. Quid ergo. de inveſtitur. de re alien.fact. & c. Titius. ſi de feud. defunct.* idem ſenſit Paris. *in conſil.1. incip. viſa facti narratione, num 5.6.7.8. vol.1.* ubi ait, quod de feudo hæreditario idem judicatur quod de alia re hæreditaria: *& in conſil.16.incip. Si attendimus tenorem. num.44. vol.1. & in conſil.23.incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione, num. 192.eod vol.1.* & quod ejuſmodi feudum cenſeatur quid hæreditarium, nec ab aliis rebus hæreditariis differat, neq; ab eis ſeparari poſſit, quod item hæreditario jure in eo ſuccedatur, ait Riminald.*in conſil.305. incip. viſa narratione facti,num.17.& 20. vol.2.* ſic quod ejuſmodi feudum verè & propriè ſit res hæreditaria, & dicatur de viribus hæreditatis, multis probat Gratus *in d. conſil.4.incip.Dubitur an illuſtres.num.45. & 50. vol.1.* Ita etiam feudum hæreditarium interpretatus eſt D dacus *in d. c. 18.lib.2.variar.reſolutio:*ubi *num.4.circa principium* feudum hæreditarium appellat partem hæreditatis, & pluribus oſtendit, non ideò ſolum hæreditarium dici, quod filius cogatur eſſe hæres, ſed potius quia ipſum feudum ex verbis inveſtituræ inſertis veluti expreſſo pacto naturam hæreditariam aſſumſit, uſq; eò ut etiam confecto inventario ex ipſo feudo teneatur onera hæreditaria ſubire, *ut aſſerit ibidem verſ. octavo infertur.* hanc feudi hæreditarij naturam præ cæteris pulchrè declarat Camerarius *in d.c. imperialem §. Præterea ducatus de prohibit. feud. alienat. per Federic.* Nam de eo *pag.776.*ſic inquit. Quandocunq; in ipſa conceſſione feudi expreſſis verbis dictum fuerit (concedimus tibi feudum pro te & hæredibus) propter hanc hominis expreſſionem prima natura non hæreditaria in hæreditariam convertitur, ac ita convertitur, ut feudum ipſum, ſecundum propriam naturam efficiatur hæreditarium, *ſecundum Bart. in l.ut jurisjurandi § ſi liberi.de oper.libert. Iſern. in cap.1.§. Hoc quoq.de ſucceſſ feudi:* Dixi inquit, ſecundum propriam naturam effici hæreditariũ, quia tunc in ipſo feudo erit hæres, *ſecundum Iſern. in c.1. §. Quid ergo. de inveſtit. de re alien.fact.* Subjungit deinde, qualitatem hæreditariam non eſſe hoc loco conſiderandam, ſicut accidens ſeparatum à ſubſtantia rei, quod abeſſe & adeſſe poſſit præter ſubjecti corruptionem, ſed quod qualitas illa tranſeat in ſubſtantiam: quia qualitas (hæreditaria videlicet) addita ſic alterat naturam feudi, ut amplius non ſit illud, quod fuerat ante.*c.1.& ibi per Iſern. & D D. de vaſallo decrep. ætat.* ſed dimiſſa natura feudi recti verè feudum conditionatum fit. *c.1.de feud. non hab. prop.nat.feud.* atq; hinc infert Decium *in conſil.185.* cum ſua ſecta erraſſe, volentem, iſta ſtare ſimul, quod feudum non ſit hæreditarium, & ſucceſſor ſit hæres: ex quo ipſa

res eſt

s eſt hæreditaria, nec eſt qualitas acci-
ens. *Idem docuit in c. 1. in princ. num. 32.
rſ. oppono ſecundo. An agnat. vel filius.*
ı ait: quando feudum expreſſè ac-
ıitur pro ſe & heredibus, iſtud ex-
eſſum operatur, ut feudum haudqua-
ıam dicatur hæreditarium ſola ſuc-
ſſione, ſed etiam hæreditarium, ut
lıs ſit natura tranſmiſſione ad hære-
s, quaſi ſic expreſſè capiendo unus ut
eres alteri ſuccedat, *ut declarat Iſern.
c. 1. de alienat. feud. patern. in princ. &
§. Etſi libellum col. 3. in fin. verſ. ſed quid
cquiſivit.* ubi, quo ad hoc, iſta æqui-
rauit burgenſaticis. Idque latius
am proſequitur. *num. 48.* inquiens,
alitatem hæreditariam mutare ipſi-
feudi naturam, & ſubſtantiæ feudi
ſeparabiliter cohærere: eandem opi-
ınem tenuit etiam in reſponſo quod
modum Dialogi inter ſe & Canne-
m confecit, & habetur poſt Johann.
ton. Cannet. *repetit. c. volentes.* cum
ıen ibidem in principio profitea-
, ſe (ut ipſius verbis utar) non pe-
ıias, (ut plerique conſultorum fe-
unt) ſed potius propriæ animæ ſa-
em pro objecto habiturum eſſe, ut
ıum. 67. tum agens hanc quoque ve-
tem poſteris pro viribus patefa-
:.

Et † ſane cum Camerarius non
ım pro eruenda veritate in hoc ar-
ılo ita enixè laboravit, ſed & 24. an-
jura feudalia publicè interpretatus
rit, & in libris Iſerniæ reſtituendis
ım triennium conſumſerit, ſingulis
ıus 16. horas huic operæ impen-
do, ut de ſemetipſo refert *in d. §.
terea ducatus. verſ. Hactenus pag. 795.*
ıs auctoritati haud paulò plus tri-
ndum erit, quam cæteris, qui jura
lalia primis labris vix deguſtarunt,
on tam veritati ſtudentes, quam
æ ſervientes, ea tantummodo inde
mſerunt quibus ſe partes tueri ſu-
oſſe ſtatuerunt. Hanc etiam eſ-
ıaturam hujus feudi hæreditarii,
tis in locis docet Marin. Freccia.

lib. 3. de differentia feudorum ex pacto & providentia. Nam *differentia 2. num. 3.* ait: Feudum hæreditarium verè eſt propria res defuncti ſub regula tamen feudali, quoad dominum, quo aſſentiente, ab allodio nihil differt: & *differentia 6. in fin.* diſertè inquit: feudum hæreditarium, quando dominus præbet aſſenſum, cenſetur quo ad ipſos poſteros deſcendentes vel agnatos libera allodialis res & merè burgenſatica: *differentia 14.* aſſerit, quod quis feudum hæreditarium capiat jure hæreditario, & eodem modo æſtimetur, prout alia bona allodialia & ju: dicetur eſſe corpus patrimonij: *& differentia 16. numer. 1.*

Quod hæres in feudo conceſſo Titio & hæredib. in feudo ipſo ex præambula conceſſione dicatur eſſe hæres. *& differentia 20. num. 1.* Quod eodem titulo hæreditario, & eodem judicio defuncti ſuccedatur in feudo hæreditario tam ex teſtamento, quam ab inteſtato: & tandem *differentia. 33.* ex his, quæ antè de natura & effectu feudi hæreditarij dixerat, generalem firmat regulam, quod feudum hæreditarium judicetur, ut res allodialis, quando in diſpoſitione facienda per feudatarium accommodatur domini voluntas: nemo enim tunc læditur, cum fiat diſpoſitio ab eo, qui poteſt liberè diſponere accedente licentia domini. Hoſce denique ſecutus eſt Johann. Thom. de Marin. *in d. tit. 5. de feud. hæreditar.* ubi *numer. 34. poſt Camerarium* inquit, quod in feudo hæreditario filius ne dum in bonis allodialibus, ſed & in ipſo feudo hæres eſſe debeat, & hanc ejus ſententiam eſſe multis in locis apparet, præſertim ex ijs, quæ tradit ibidem *numer. 36. 37. & 39. & in tit. 6. de feudo hæreditario antiquo, ſive paterno. num. 26. 27. 29. & ſeqq.*

Hæreditarium etiam feudum ita declaravit Anton. ab Alex. *inter conſilia Loffredi, conſilio ultimo, nu. 52.* inquiens, feudum hæreditarium eſſe rem hære-

Dd dita-

ditariam, & reputari de viribus hæreditatis Et quod de feudo hæreditario idem quod de aliis rebus. hæreditariis, judicetur, ait Alba *in conſil. 2. num. 28. & conſil. 3. num. 14. & hanc eſſe veram & communem * opinionem dicit Joan. Anton. Cannetius in c. voënets. § conſequenter diſſerendum eſt, num. 16.* ſecundum eam concludens *num. 22.* quod feudum iſtud deferatur tanquam quid hæreditarium, & quod nullam habeat ſeparationem ab hæreditate: *quod ſequitur etiam Franciſcus Antonius Villanus in Reſponſo quod habetur poſt Cannetium num. 26.* & feuda iſta ſive hæreditaria, ſive mixta dicantur, præter domini aſſenſum, allodialia ſive hæreditaria bona cenſeri ex communi opinione dixit Burſatus *conſil. 3. num. 3.* Ut proinde ex hiſce omnibus liquidò conſtet, quod feudum hæreditarium à pleriſque interpretum non in eam ſententiam capiatur, quaſi filius volens obtinere feudum, ſolum cogatur eſſe hæres in bonis allodialibus, ſed quod propter hæredum mentionem in inveſtitura expreſsè factam, veluti pacto, quod in feudis potiſſimum attenditur, feudum, priſtina ipſius natura immutata, qualitatem hæreditariam aſſumſerit, ita ut filius in ipſo feudo hæres eſſe, jureque hæreditario ſuccedere cogatur, & iſtud pro re hæreditaria reputetur. Quæ quidem interpretum ſententia duntaxat nititur proprietate dictionis (hæres.)

59 Nam † cum de jure communi dictio iſta (hæres) tantæ ſit efficaciæ, ut rem acquiſitam pro ſe & hæredibus hæreditariam efficiat, ita ut in illa quis ut hæres jure hæreditario ſuccedat. *l. Hæreditas. de reg. jur. l. Hæres in omne, de acquirend. hæreditat. not. DD. in l. Quod dicitur. de verbor. obligat. & in l. Gallus. §. Etiamſi par ente, de liber. & poſthum.* in feudis verò verba inveſtituræ, & eorundem proprietas magis ſit conſideranda, quàm ipſa natura feudi, quæ ſecundum illa eſt interpretanda, *per jura ſupra adducta.*

Exiſtimarunt † inde interpretes, quando in inveſtitura de hæredibus dictum eſt, potius eſſe attendendam vim atque effectum illius vocabuli, quem jus commune ipſi aſſcribit, quàm quod dictio (hæres) ex jure feudorum, vel horum natura explicanda ſit: & quod adeò feudum pro ſe & hæredibus receptum ex proprietate iſtius vocabuli qualitatem hæreditariam ita aſſumat, ut in illo jure hæreditario ſuccedatur, non attento, quod aliàs ſangvinis vel familiæ ſolum in feudis ex natura ipſorum habeatur ratio. Nam hæc feudorum natura tum demum rectè perpenditur, ubi ex inveſtituræ verbis veluti per pactum non eſt immutata: & quando de verbis inveſtituræ conſtat, tum potior ipſorum, quàm naturæ feudi ducenda eſt ratio. *c. 1. de feud. non hab. propr. natur. feud.* 60

Ante omnia enim inſpicere debemus tenorem inveſtituræ, & qualitatem verborum. Quia verba contractus ſunt inſtar formæ, quæ dat eſſe rei, *ut ait Bald. in l. fin C. de ſuis & legit. hær. per text. in c. ſi cui. ibi, ut in feudis tradi ſolet, regulariter ſermonem inveſtituræ necnon verborum & ſenſum contrahentium intuentes, in extraordinar. capit. cum ſimilibus ſupra adductis.*

Hanc autem eſſe communem interpretum ſententiam, magis etiam elucet ex doctrinis, atq; concluſionibus, quas ex hac ipſa hæreditaria qualitate feudi extruxerunt.

Nam † hic traditum eſt, patrem de feudo ejuſmodi hæreditario teſtari, & in teſtamento diſponere poſſe, *ut ſenſit Alex. in conſil. 19. incip. Perſpectis conſideratisq; his omnibus n. 7. conſil. 28. incip. In cauſa & lite, n. 19. col. pen. vol. 5. Campeg. conſil. 2 incip. viſo themate col 4. conſil. 11. incip. viſo themate transmiſſo, cum aliis inveſtituris nu. 8. Decius conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem, numer. 8. conſil. 390. incip.* 61

Queni-

Quoniam ex facto jus oritur. numer. 5. Curt.junior in tractat. feud. 4. parte num. 1. Jaſ.in l. 2.num. 213. C. de jur.emphyteu-ic.Paris. conſil.1. incip.viſa facti narratio-e,num.8.& ſeq.col.2. conſil. 106. incip.cir-a principale & potiſſimum quæſitum nu. 9.col.4.vol.1. Natta conſil. 501.n.14. lib.3. Menochius conſil. 104. num. 19. vol. 1. Ri-inald.jun.in conſil.9.numer.88. Burſatus n conſil.3.num.2.& conſil.132.n.23.& con-l.49.num.47.

Ex † hoc etiam plerique docue-unt, quod feudum hæreditarium pe-nde, ut quælibet alia res hæreditaria petitione hæreditatis,veniat, *ut not. l.communiter approbata in l. Item viden-um.§.nunc. videamus.de petit.hæreditat. art. in l. ut jurisjurandi §. ſi liberti, de o-ris libert. Andr. de Iſernia in c. 1. in inc. An agnat. vel filius. not. D D. in l. patroni Ad Trebellia. Alex. in conſil.18. cip. Attentis narratis in themate num.* . ubi ait, quod feudum iſtud ſicut ælibet res hæreditaria, veniat in pe-ione hæreditatis, ſecundum veras onclusiones *vol. 5. & in conſil. 19. in-. Perſpectis conſideratiſq; his omnibus mer. 18. eod. vol. Jacob. de S. Georg. de dis in verbo. Et cum pacto quod de ipſo do. num. 7. Marinus Freccia.lib. 3.dif-ent. 8. Johann. Thomas de Marinis in tit. 5. de feudo hæreditario.numer. 37. & pluribus hoc declarat Camerarius in c. uæſtio.9.n. 85. An agnatus.*

Item † feudum hæreditarium u-cum fideicommiſſo univerſali tranſ-: ad fideicommiſſarium, modò ſit perſonis, ad quas poterat feudum nſire, *docuit Johannes Andr. in ad-.ad ſpecul.in tit.de locat. §. nunc aliqua, addit. incip. Quæſtio non eſt dubia: em ſequitur Bald. in l. cum virum col. C.de fideicommiſſ. Alex. in d.conſil.19. m.8.vol.5.not.Bart. & D D. in d.l.ſi pa-ni. Ad Trebell. Jacob. de S. Georg. de d.in verbo: & cum facto, quod de ipſo do num. 8. & 10. Ruinus conſil. 1. incip. deretur fortaſſis, numer.13. conſil. 8. in-.In propoſita quæſtione videtur, num.10. vol.1. conſil. 171. incip.Caſus iſte ne videa-tur, idem numer. 15. vol. 2. Campegius d. conſil.11.numer. 4. Albertus Brunus in con-ſil. 10. incip. viſa quæſtione.numer.13. & in conſil. 39. incip. circa ante dictum caſum contingit, numer. 9. Pariſ. in conſil. 2.in-cip. conſultus ab illuſtri. numer. 43. vol.1. & quod hoc communiter interpretes ſe-quantur, ait Curtius junior in tractat. feudal.part. 4. numer. 133. & in conſil. 155. incip. Pulchra & ſubtilis. numer. 3. Socin. jun. in conſil. 58. incip. Pro conſultatione num.16.vol.2.Thob. Non : in conſil. 1.in-cip. Ludovicus imperator. numer. 20. & ſeq. Burſat. in conſil. 3. incip. Dubiis dili-genter perſpectis numer. 3. & in conſil. 49. incip. Illuſtriſſimus quidem dominus, opi-nionem hanc communiorem,* * *& verio-rem eſſe aſſerens. Marinus Freccia. in ſexta differentia,* ubi addit rationem, quia feudum hæreditarium, quando dominus præbet aſſenſum, cenſetur quo ad ipſos poſteros deſcendentes vel agnatos res libera, allodialis, & mere burgenſatica: *idem tenuit Joann. Thom. de Marin. in d. tit. 5. de feudo hære-dit. n.39.* *

Quinimo † ejuſmodi feudum ut- 64
pote rem hæreditariam filio in legiti-mam imputari *ſenſit Alex. in d. l. ſi pa-troni ad Trebellia. & in conſil. 19. incip. ſu-per eo de quo quæritur, numer. 21. & in fin. vol. 5. Curtius junior in d. tractat. part. 4. numer. 134. Gratus in d. conſil. 4. incip. Dubitatur an illuſtres, numer. 17. vol.1.Vaſq.de ſucceſſio. part. 1. lib. 3. §. 30. part.2. num. 234. Marin. Freccia. diffe-rent. 14.* addens rationem, quia il-lud jure hæreditario capitur, & eo-dem modo cenſetur, prout alia bona allodialia: *quibus aſſentit Burſatus in d.conſil. 3. numer. 3. & in conſil. 89. incip. ſuper dubiis doctiſſimè ac luculenter edi-tis, num.32.ubi hanc opinionem communem* * *appellat.*

Hinc † etiam deſcendit, quod in 65
feudo hæreditario non ſolum filius, *de quo loquitur c.1. an agnat. vel fil.* ſed et-iam contra illius textus diſpoſitionem

 agna-

agnatus hæres eſſe compellatur, & quidem univerſalis: & quod ad hoc attinet, ut agnatus hæres eſſe cogatur, etiam hos, qui primam amplexi fuerunt ſententiam, paucis exceptis, invitos quodammodo concedere oportet, & denique omnes paulò ante citati, & porro mox adducendi uno ore idem concludunt, ut longiore probatione opus non ſit.

66 Quod † verò etiam cogatur eſſe hæres univerſalis, *diſertè docuit Johann. de Imol. in l. Quod dicitur. col. penult. de verbor. obligat. Alex. in l. Quædam. §. Nihil. numer. 7. de edend. & in conſil. 19. incip. ſuper eo de quo quæritur. num. 14. verſ. Non obſtat vol. 5. Salicet. in l. 2. quæſtion. 20. C. de jure emphyteutico. Riva lib. 2. Reſpons. cap. 26. numer. 18. Matthæus de Afflict. in deciſio. 335. numer. 17. Curt ſen. in conſil 82. incip. capio primum. Paris. in conſil. 3. incip. videtur prima facie dicendum numer. 25. & in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione, numer. 189. vol 1. Roland. à Vall. in conſil 10. num. 20. vol. 3. ubi poſt alios opinionem hanc communem * eſſe aſſeverat, & in conſil. 23. incip. viſis juribus. numer. 46. vol. 1. Molin. in addit. ad Alexand. conſil. 128. incip. Conſideratis verbis, ſub litera G. vol. 1. ubi* ait, Alexand in quibuſdam locis aliter ſentientem perperam pro ſe adducere Bart. ex quo colligere licet, quid judicandum ſit de interpretibus, qui auctoritate Alexandri ſubnixi, ſupra in contrariam ſententiam citati ſunt. *idem ſequitur etiam Didacus lib. 2. variar. reſolutio. cap. 18. n. 5. verſ. undecimo ego ex his infero.*

67 Et † hoc uſque adeò verum eſſe voluerunt quidam, ut, ſi agnato hæreditas non deferretur, vel alioqui hæres non eſſet, tum feudum is obtinere non poſſet, ſed iſtud vel ad hæredem (ſiquidem is feudi capax fuerit) vel eo non exiſtente idoneo, ad dominum reverteretur. *Barthol. Socin. in conſil. 10. incip. viſa quæſtione. inter conſilia Brun. num. 11. & 17. Curt jun. in tractat. feudal. part. 1. quæſtio 8. num. 20 verſ. quarto. ſub hac ſpecie Alciatus in conſil. 178. num. 3. & in conſil. 190. & in conſil 199. numer. 50. Roland. à Vall. in conſil. 23. incip. viſis juribus ad me tranſmiſſis. numer. 52. vol. 1. ubi refert idem tenere Alciatum in conſil. Status Montisferrati. 10. numer. 54. & Nicol. Alpran. inter. d. conſil. 13. in ſecunda part. numer. 90. & 123. & Carol. Simon. in conſil. ſuo. 39. num. 25. in fin. idem ſenſit Valla in conſil. 32. numer. 29. circa fin. vol. 3. Natta. conſil. 464. in fin. Johann. Ferrar. in uſi. feudor. lib. 1. cap. 6. verſ. Quinto loco poſſit referri. Joann. Thomas Minadous conſil 10 num. 10.* ubi hoc declarat de quo tamen videnda ſunt quæ tradit Camerarius *in reſponſo, quod in modum dialogi inter ſe & Cannetium confectum habetur poſt, Joann. Anton. Cannetij repetit. c. Volentes, & in c. 1. quæſtion. 14. num. 114. An agnatus vel filius.*

Ex quo † etiam ab iiſdem traditum eſt, quod filius exhæredatus feudum hæreditarium obtinere non poſſit. 68 *Andr. de Iſern. in c. 1. in princ. de ſucceſſio. feud. Angel. in §. Soluto in Auth. de nupt. quos ſequitur Paris. in conſil. 1. incip. Viſa facti narratione. numer. 7. & in conſil. 2. incip. conſultus ab illuſtriſ. numer. 29. vol. 1. Roland. à Vall. in d. conſilio 23. in fin. num. 53.*

Et licet quidam ſupra citati contra ſenſerint, tamen præterquam quod, ut dictum eſt feudo hæreditario qualitatem hæreditariam non tribuunt, atq; adeò ab opinione illa, de qua nunc loquimur, longius recedunt etiam in hoc eos deceptos eſſe, nemo eſt qui non videat, quod in ſententiam ſuam advocant Jacob. de Belviſ. *in c. 1. An agnatus vel filius:* cum tamen certum ſit, illum eo in loco de feudo ex pacto, non autem de hæreditario verba facere: id quod multos in hac materia in errorē duxit, dum in verba interpretum non ſatis attendentes, quæ illi de feudo ex pacto & providentia tradiderunt, minus conſideratè feudo iſti hæreditario accommodarūt, atq; hoc ipſo ſpeciem hanc

hanc feudorum omni penè qualitate hæreditaria nudare conati fuerunt.

69 Sunt † tamen ea, quæ hactenus diximus, feudum ejuſmodi ita eſſe, conjunctum hæreditati, ut unà cum reliquis hæreditariis bonis tranſeat, ita intelligenda, ſi bona illa hæreditaria conſentiente domino ad alium fuerint delata. nam alioqui, ſi conſenſus domini non intervenerit reliquis bonis hæreditariis ad alium delatis feudum hæreditarium nihilominus quis obtinere poſſet, ita tamen, ut in eo jure hæreditario ſuccedat, *quemadmodum declarat Joann. Thomas Minadous in conſil. 10. n. 21. & firmatur ex iis quæ paulò poſt reſtringendo naturam feudi hæreditarii dicemus.*

70 Hinc † etiam profectum eſt, quod in feudo hæreditario non ſufficiat quem eſſe hæredem in reliquis bonis allodialibus, ſed requiratur potiſſimum, ut in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedat, veluti poſt Andr. de Iſernia docet Camerarius *in c. 1. quæſtio. 8. n. 91. An agnat. vel filius, & in d. reſponſo, quod in modum dialogi inter ſe & Cannetium confecit*: ubi explicando doctrinem Andr. de Iſern. Ecce quam doctè, *inquit*, Iſern. docet propterea non poſſe quem in feudo hæreditario venire contra factum defuncti, quia eſt hæres ejus non in hæreditate burgenſatica, ſed quia eſt hæres in feudo, (audi, in feudo) hoc eſt, ut feudum tanquam rem verè hæreditariam ab ultimo moriente ſuſcipiat, ita ut abſq; eo, quod ſit hæres morientis ſaltem in feudo, non poſſit feudum capere. *Idem ſenſit Sigismund. Loffred. in d. tit. an agnat. vel filius. §. ubi verò. & in conſil. 1. n. 30 n. 46. & multis aliis in locis. Marin Freccia. lib. 3. different. 16. n. 1. Minadous in conſtit. In aliquibus, in textu conſtitutionis num. 49. Franciſc. Anton. Villanus in reſponſo, quod habetur poſt Cannetium. nu. 29. & deniq; omnes illi, qui qualitatem hæreditariam feudo hæreditario aſſcripſerunt.*

71 Ex † hac etiam hæreditaria qualitate, quam feudo huic hæreditario attribuunt pleriq; interpretes, exorta eſt opinio eorum, qui exiſtimarunt. *c. 1. an agnat. vel filius*, in feudo hæreditario locum non habere, ſed ſolum de feudo ex pacto & providentia interpretandum eſſe. Nam cum textus ille diſertis verbis inter hæreditatem defuncti, & feudum ab ipſo relictum diſtingvat, & agnato integrum relinquat, ut ſine hæreditate feudum obtineat: hæreditarium verò feudum rebus hæreditariis annumeretur, & jure hæreditario transmittatur, atque adeo ipſa natura feudi hoc exigente nemo, ſive agnatus ſive filius ille fuerit, id obtinere poſſit, niſi in ipſo feudo ut hæres ſuccedat: ex hoc ſanè evidens eſt, diſpoſitionem *d. c. 1. An agnatus vel filius*, feudo hæreditario minimè convenire, ſed de alio feudorum genere accipiendam eſſe. *Et hoc ſenſiſſe videtur gl. in d. c. 1 verb. repudiare, Jacob. de Ardizo in ſumm. tit. de ſucceſſio. feud. quod eſt caput 137. §. Item quæritur num quid repudiando: Jacob. de Belviſ. in d. c. 1. An agnatus vel filius, & in c. 1. de eo qui ſibi & hæred. maſcul. Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. in d. c. 1. Gulielmus à Perno notab. 1. n. 36. Camerarius in d. c. Imperialem. §. Præterea ducatus, verſ. Quarta ſpecies erit mihi pag. 787. Didacus in c. 18. lib. 2. variar. reſolut. Joannes Thomas de Marin. in d. titulo. 1. de feud. ex pacto & providentia, n. 30. & ſeqq. & plures alii, quos quæſtione ſequente in hanc ſententiam afferemus, ubi de intellectu d. tit. peculiariter agemus atq; oſtendemus, hanc ſententiam eſſe magis communiter receptam.*

Hinc † etiam multi arbitrati fuerunt, quod in feudo hæreditario non 72
ſufficiat quem eſſe hæredem primi acquirentis, ſed neceſſe ſit, ut tam agnatus quàm filius volens obtinere feudum, etiam ultimò defuncti hæres eſſe debeat, *ut ſenſit Andr. de Iſern. in c. 1. col. 3. in princ. An agnat. vel filius, & præ cæteris optimè declaravit Curtius jun in d. conſil. 138. incip. Habita diligenti & matura con-*

ra conſideratione. num. 24. Idem ſenſit Barthol. Socin. in conſil. 10. inter conſil. Albert. Brun. num. 11. ibi, niſi hæredes prædefuncti, qui habebat feudum. Paris.in conſil. 16. Si attendimus tenorem. num. 21. vol. 1. ubi multos refert, & ſequitur Natta in d. conſil. 464. in fin. & in conſil. 634. incip. Perlecto eleganti & copioſo conſilio. nu.9. lib.3. & Camerarius in d. c. imperialem. §. *Præterea ducatus, mihi pag. 789.* ubi ait: natura hæreditaria efficit, ut feudum transmiſſione debeatur, proindeque teneatur eſſe hæres morientis. hanc ſententiam eleganti ratione confirmat etiam Marin. Freccia. *in ſæpe citato loco, differentia. 10.* feudo hæreditario, inquit, iſta forma præſcripta eſt, ut omnis, qui vult in feudo ſuccedere, debeat eſſe hæres. Hæc autem forma non eſt perſonalis pro primo hærede, ſed pro omnibus hæredibus & ſucceſſoribus: unuſquiſque enim ſibi & hæredibus ſuis proſpexit: non igitur debet fieri in primo, quod eſt ad omnes tranſitorium, ſed potius, ſicuti forma aſſignata feudo adimplenda eſt in primo, ita & in omnibus ſucceſſoribus, ut ita is, qui ſuccedere vult, debeat habere qualitatem appoſitam in inveſtitura, ſcilicet ut hæres ſit illi, cui ſuccedere vult, cum etiam ultimo loco defunctus perinde pro ſe & hæredibus inveſtitus fuerit, ac primò acquirens, atq; adeò cauſa nulla ſubſit, cur qualitas hæreditaria huius reſpectu non eundem debeat habere effectum, quem ex prima inveſtitura aſſumſit. Eandem opinionem tanquam magis communem * & veriorem amplexus eſt Thomas de Marin. *in d. tit. de feud. hæreditario. num. 34.* aſſerens, falſum eſſe, quod quidam contra fuerunt opinati. *Quibus noviſſimè adſtipulatur Menochius conſil. 1. num. 318. vol. 1. dicens hoc crebrius affirmari. Burſatus in conſil. 49. incip. illuſtriſsimus quidam dominus. nu. 59.* & quod hæc opinio contra eos, quos in diverſam ſententiam ſupra recenſuimus, magis ſit communiter * recepta, ſatis ſuperque firmabimus quæſtione ſequent. & 14. ubi de revocatione feudi hæreditarii agendum erit.

Porrò † ex doctrina illa, quæ feudo hæreditario qualitatem tribuit hæreditariam, etiam nata eſt ſententia eorum, qui in feudo hæreditario inventarium nihil prodeſſe hæredi cenſuerunt, ut propterea, feudo ſibi reſervato, factum defuncti præſtare minus teneatur. *Hoc ſenſit Andr. de Iſern. in c. 1. in fin. Qui ſucceſſor. teneant. & in c. 1.* §. *Hoc quoq;. de ſucceſsio feud. & in c. 1. de alienat. feud. pater. quem ſequitur Matth. de Afflict. in c. 1. in princ. num. 4. de ſucceſsio. feud. & in c. 1. An agnat. vel filius. Curt. junior. in tractat. feud. part. 1. quæſtio. 8. num. 2. Camerar. in d. c. Imperialem.* §. *Præterea ducatus. mihi pag. 789. Didac. in lib. 2. Variar. reſolutio. cap. 18. verſ. octavo infertur. Marin. Freccia different. 9 & Thomas de Marin. d. tit. 5. de feudo hæreditario. numer. 39. Barbat. in conſil. 66. incip. Afferam in medium. verſ. Non obſtat in fin. lib. 4. Sigiſmund. Loffred. Neapol. conſil. 1. num. 52. & in conſil. 14. incip. In cauſa Magnificæ dominæ, num. 43. ubi ex fundamento ſupra adducto iſtud magis communiter * teneri dicit. Matth. de Afflict. deciſio. 26. n. 3. deciſio. 112. num. 3. deciſio. 240. num. 7. Curt. jun. in conſil. 1. incip. Primam amplector dubitationem diſcutiendam. num. 12. & in conſil. 138. incip. Habita diligenti & matura conſideratione. Et latius in conſil. 155. incip. Pulcra & ſubtilis oblata eſt dubitatio, ubi in ſpecie reprobat opinionem Decii aliter ſentientis. Cozad. in conſil. 8. incip. In hac cauſa illuſtriſsimi domini. num. 36.* In eadem ſententia fuerunt omnes illi, qui nulla inventarii facta mentione ſine diſtinctione aliqua generaliter concluſerunt, vaſallum de feudo hæreditario, ſicut de quavis re ſua hæreditaria, ad præjudicium ſucceſſoris quod attinet, diſponere poſſe, & quod hæres factum illius omnino præſtare ſit devinctus: *quod docuit Ioan.* 73

Campeg.

*...e. in conſil. 10. incip. viſo thæmate ...iſo. num. 8. & latius proſequitur ...is in conſil. 3. incip videtur prima fa- ...num. 18. & in conſil. 16. incip. ſi attendi- ...s tenorem prima inveſtituræ numer. ...vol. 1. Gravett. in conſil. 256. incip. in ca- ...tranſmiſſo agam brevibus. numer. 3. ...cron. Schurff. in conſil. feud. 136. & Syl- ...n. in conſil 30. incip. Facti quæſtio ſic ſe ...bet. numer. 33. & 34. ubi ait, hanc con- ...ſionem ab omnibus communiter * eſſe ...robatam: eandem tanquam com- ...nem * contra Decium pluribus propug- ...Gratus in d. conſil. 4. incip. Dubitatur. ...illuſtris. numer. 58. & in conſil. 55. incip. ...er attentis, in allegatione. numer. 34. ... 1. & Alciat. in conſil 160. numer. 15. ... 129. qui aſſerit, eam communi * o- ...ium conſenſu receptam eſſe: & commu- ...* calculo approbatam eſſe, multis au- ...ritatibus in medium adductis oſtendit ...ſatus in conſil. 40. num. 49. & ab aſſeſ- ...ibus Cameræ Imperialis cooptatem eſſe ...tatur Mynſingerus in obſervat. 67. cen- ...r. 3.*

Atque omnes iſti, qui in hanc ...ntentiam abierunt, hac potiſſimum ...oventur ratione, quoniam inventa- ...um hoc tantummodo præſtat, ne hæ- ...s, ultra vires hæreditarias aggrave- ...r oneribus hæreditariis: Feudum ...rò hæreditarium annumeratur inter ...s hæreditarias, & earundem jure ...nſetur, uſque eo, ut, etiamſi quis de ...udo iſto aliquid perſolvere teneatur, ...tra vires hæreditarias oneratus non ...ſe videatur non igitur circa hoc ge- ...us feudorum quippiam operari po- ...rit inventarium, ut proinde vel ex ...oc ipſo manifeſtum ſit, illos, qui ...uic adſtipulantur ſententiæ, feudo ...æreditario eam conferre qualita- ...em, ut habeatur inſtar rei hæreditariæ, ...inter illas numeretur, ut infra *quæſtio- ...e 14 ubi de revocatione feudi hæreditarij ...endum erit*, plurib. ediſſeremus, ubi et- ...am inſuper notum faciemus, alios, qui ...inventario in propoſito ſecus do- ...uerunt, dum ea, quæ reliqui de feu- do ex pacto & providentia tradiderunt, ad feudum hæreditarium accommodarunt, magno errore ſeductos fuiſſe, ac propterea minus illis eſſe aſſentiendum.

Sic † etiam ex errore profectum 74
eſt, quod multi auctore Jacob. de Belvis: opinati ſunt, quando nihil de bonis hæreditariis ſupereſt, tum ſucceſſorem feudum hæreditarium abſq; aliquo hæreditario jure obtinere.

Nam ut prætermittam ea, quæ de doctrina Jacob. de Belvis. tradidit Alex. *in conſil. 19. incip. ſuper eo de quo quæritur. numer. 14. vol. 5.* ex verbis illius ſatis ob oculos eſt, illum eò loci non de feudo hæreditario loqui ſed potius de feudo ex pacto & providentia, ut infra *quæſtione 14.* latius demonſtrabimus, ubi ſimul etiam oſtendemus, doſtrinam hanc feudo hæreditario, de quo nunc agimus, minimè accommodari poſſe. Si enim qualitatem hæreditariam, ut in opinione iſta præſupponimus, eatenus aſſumit, ut pro re hæreditaria reputetur, & quis in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedere cogatur: quomodo quæſo is, qui fatis debitum perſolvens, ejuſmodi feudum hæreditarium poſt ſe reliquit, nihil in bonis hæreditariis poſt ſe reliquiſſe dici poterit? Quin potius ex hoc ipſo, quod feudum hæreditarium extat, bona hæreditaria ſupereſſe intelligentur, & in ipſo feudo quis hæres eſſe adigetur: ut proinde juxta hanc ultimam ſententiam concluſio iſta minimè ſubſiſtere poſſit, ſed magis contra ſtatuendum, quod, etſi defunctus de cæteris bonis hæreditariis nihil poſt ſe reliquerit, in feudo tamen hæreditario quis hæres eſſe cogatur, *ut clarè ſenſit Joann. Thom. Minadous in conſil. 10. numer. 25. & docuit idem Camerar. in reſponſo ſuo, quod in modum dialogi inter ſe & Cannetium confectum habetur poſt Joan. Anton Cannet. repetit. c. volentes*, ubi ait, quod, etſi quis non poſſit eſſe hæres in bonis

burgenſaticis, tamen teneatur eſſe hæres in ipſo feudo, quod tanquam rem verè hæreditariam ab ultimo moriente ſuſcipit, *de quo plura etiam infra quæſtione.14. dicemus.*

75 Deniq; † ſecundum hanc opinionem, quæ qualitatem hæreditariam feudo pro ſe atq; hæredibus acquiſito aſſcribit, feuda in caſu dubio, quando videlicet incertum eſt, an ea hæredibus, an verò, his mentione præteritis, liberis conceſſa fuerint, pro hæreditariis minimè reputanda erunt, ſed jure feudorum ex pacto & providentia cenſebuntur. Eſt enim manifeſtum, feuda hæreditaria, *(quicquid dixerit Cannetius)* ſaltem juxta hanc ultimam ſententiam à propria feudorum natura longius recedere: interim verò feuda ex pacto & providentia propriam ſuam naturum retinere, ut ſupra in principio enarravimus. *& docuit etiam Martinus Laudenſis in c.1.§.Hoc quoq;.col.4.de ſucceſſio. feud.* Conſequens igitur omnino eſt, feuda, de quorum conceſſione non ſatis conſtat, in dubio magis ſecundum propriam naturam pro feudis ex pacto & providentia, quàm contra naturam feudorum pro hæreditariis dijudicanda eſſe.

76 Tùm † quia, ſicut cujuſuis alterius diſpoſitionis verba propriè ſunt accipienda. *l.Non aliter de leg.1.l.3.§. Hæc verba. de negoc.geſt.l.1.§.Hæc verba. Quod quiſq; juris*: ſic etiam inveſtiturarum verba, magis ſecundum propriam naturam feudorum, atque adeò de feudo proprio & recto intelligenda ſunt, quàm de feudo improprio & non recto. *Barthol.Socin.in conſil.253.incip. Viſis inſtrumentis col. penult.*

77 Tùm † etiam, quia qualitas extrinſeca, quam contra naturam feudorum habet feudum hæreditarium, minime præſumitur. *arg.not.in l.ſi ita.§. Chryſogonus, in fin.de verbor.obligat. & in l.ſi repetendi. C.de condict.ob cauſam*: ſed potius qualitas, quæ ex juris diſpoſitione ineſt, ſemper tacitè repetita intelligitur *arg. l.ſi cui de ſervitut. l. Quanquam de rit. nupt. Ripa in l.ſi unquam in 1. quæſtion. in fin. C. de revocand. donat. & ibi latè Tiraquell. in dictione libertis num.6.*

78 Tum † denique, quia contrahentes in dubio id cenſentur voluiſſe, quod jus vult, & voluntatem ſuam juri communi conformaſſe *c. Cum dilectus de conſuetud. l. Ex facto. ſecundo reſponſo de vulgar.& pupillar.l.hæredes mei.§.cum ita. Ad Trebell.* quamobrem feudum in dubio potius pro feudo ex pacto, quàm pro feudo hæreditario eſſe judicandum, immutata priſtina opinione, quam in præludiis feudorum tenuerat, rectius, quàm ſupra citati *pluribus firmavit Matth.de Afflict.in tit. Ex quibus cauſis feudum amittatur. numer.270. & ſeqq. Sigiſmund. Loffred. in paraphraſi feudali. c.1.§.& quia verſ. in eodem.§. de his qui feud.dar.poſſ.tit.1. Idem poſt alios, quos allegat. tenuit Jaſ.in l.2.num.188. & 194.C. de jur. emphyteut. (aſſerens, ita ſe habere communem * concluſionem. Decius in conſil.78.num 6.Curtius jun. in conſil.1. num. 11.& 12.Sigiſmund.Loffred. conſil.1. incip. Dubitatur an inveſtitura. num.99. & 129. ubi de intellectu verborum Andreæ de Iſern. latiſſimè diſputans, pluribus aperit, hanc etiam veram ejus fuiſſe ſententiam. Gulielm.à Perno in conſil.2. incip.ſolum eſt videndum.num.9. Barthol.Socin.in conſil. 10.incip. Viſa quæſtione. num. 11. inter conſil.Brun.ibi, & non ſimpliciter. Paris.in conſil.5.incip. In præſenti cauſa feudali.nu. 4.vol.1.& in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. num.133. & ſeqq. eod.vol.Gozad.conſil.4.incip. Prima facie videtur dicendum, numer.26. Hanc etiam ſententiam amplexus eſt ſecurè Camera.in d.§.Præterea ducatus. mihi pag.774.* ubi diſertè ait, regulariter omnia feuda, in quibus de hæredibus non fit mentio, eſſe ex pacto & providentia: *& clarius pag.782.* ubi agens de ſecunda ſpecie feudi hæreditarij, inquit, quod, licet quis feudum cenſeatur capere pro ſe & heredibus, tamen in dubio non ſit feudum

um hæreditarium, ut inſipientes feu- ſtæ dicunt: quia quoties vox (hære- ibus) non exprimitur ab homine, ſed enit ex ſubaudito intellectu legis, non acit feudum hæreditarium: *idem plu- ibus firmat in c. 1. quæſt. 21. An agnat. el filius idq́; ſecutus eſt Didacus in d. lib. variar. reſol. cap. 18. num. 3. in fin. & 4. Julius Clarus in d. tit. de feud. quæ- io. 9. n. 6. & hanc opinionem magis com- unem * & veriorem eſſe teſtatur Tho- as de Marin. tit. de feud. ex pacto & pro- identia. num. 54. id quod etiam pluribus robat & latiſſimè defendit Cacheranus: eciſio. 161. & Joann. Thom. Minadous nſil. 10. in princ.* inquiens, ſe non ſo- m auctoritate, ſed & ratione devi- tum exiſtmare, hanc ſententiam ve- iorem eſſe, quam etiam probarunt Aſſeſſores Cameræ Imperialis, *ut teſta- ur Mynſing. in 4. centur. obſervat. 2.* Nec uicquam obſtat, quod contrariam o- inionem defendentes conſiderant, eudum ſimpliciter acceptum etiam ro hæredibus acquiſitum cenſeri. *l. ſi actum de probat. c. 1. de duobus fratribus capit. inveſtit. l. cum patronus. §. 1. de per. libert.*

Feudum † enim in propoſito non opterea hæreditarium dicitur, quod uis non ſibi ſolùm, ſed & hæredibus cquiſiviſſe, juris interpretatione cen- etur: ſed potius quia immutata priſti- a natura feudi, qualitatem hæredita- iam ita arripit, ut ad hæredes jure æreditario tranſeat. Cum itaque hu- is efficaciæ non ſit juris illa præſum- io, ſecundum quam feudum etiam ro hæredibus quæſitum exiſtimatur, aperto eſt, feudum propterea hære- itarium minimè dici poſſe, neq; adeò egulam illam ad propoſitum noſtrum tinere. Plurimum enim, ut ſupra iam monuimus, intereſt, utrum vox hæredibus) ab homine exprimatur, n verò ex ipſa legis diſpoſitione acitè ſubintelligatur: quippe cum riore caſu immutata priſtina natura eudi, hæreditarium feudum conſti- tuat: poſteriore verò juxta ipſam feudi naturam juris interpretatione accipi- enda ſit, prout inter hoſce duos caſus dilucidam diſtinctionem ponit Andr. de Iſern. *in d. c. 1. §. Hujus autem generis. col. 2. verſ. ſi ergo non probatur, ex quibus cauſis feudum amitt.* & clarius explanat Camerar. Loffredus, & Thomas de Marinis *in locis paulò ante allegatis*, ubi ex hoc ſimul interpretantur verba Andr. de Iſern. ſupra pro contraria opinione adducta. Nam feudum (in- quit Camerarius) ex præſumtione illa juris eſt hæreditarium quidem, id eſt, ut non ſit perſonale: itaque intellige tu omnia dicta Iſerniæ & aliorum di- centium, quod in dubio quis cenſea- tur capere feudum pro ſe & hæredi- bus, non tamen ut in dubio ſit hæredi- tarium, uti impudentes feudiſtæ di- cunt, ſed quod cogitaverit habere hæ- redes, hoc eſt, ſucceſſores in feudo, *Idem copioſius explicat in c. 1. in princ. n. 32. verſ. oppono ſecundo. An agnatus vel filius*, ubi ait, plurimum differre, utrum hæredes à jure tacitè ſubintelligantur, an verò ab homine exprimantur. Nam in primo caſu tantummodo in eum fi- nem cenſetur cogitatum de hæredi- bus, ut feudum non ſit perſonale: at quando capitur expreſsè pro ſe & hæ- redibus, tum iſtud expreſſum opera- tur, ut feudum ipſum non ſolum ſuc- ceſſione, ſed etiam natura hæredita- rium ſit, & unus alteri ut hæres ſucce- dat. *in quam ſententiam plura affert ibi- dem quæſtio. 21. ita etiam hoc argumen- tum declarat Minadous in d. conſil. 10. in- cip. Dubitatur itaq; inprimis.*

Quinimò tantum abeſt, ut juris illa præſumtio, qua quis feudum et- jam pro hæredibus accepiſſe cenſetur, feudum hæreditarium conſtituat eo modo, quo in ultima opinione acci- pitur, ut nec etiam feudum hæredi- tarium juxta primam opinionem ef- ficiat, ut videlicet ſucceſſor feudi duntaxat hæres eſſe cogatur. Quid enim quæſo iſtud, ne conceſſio cum perſo-

perſona extingvatur, quod unicum præſtat præſumtio illa, commune habet cum eo, utrum ſucceſſor hæres eſſe teneatur, nec ne? ideoq; etiam Camerarius *in d. loco* hanc ſpeciem feudi hæreditarii, quæ opponitur conceſſioni perſonali penitus ſejunxit à feudo hæreditario, de quo in propoſito loquimur, & nos eum ſecuti in principio hujus quæſtionis meritò ſeparavimus. quàm rectè igitur hæc duo confundens, doctrinam Iſern. declaraverit Cannetius, ipſe viderit: vix ſanè elabi poterit, quin magni erroris atq; etiam contrarietatis arguatur, dum feudo hæreditario eam, quam nos defendimus, qualitatem aſſcribit, & tamen nihilominus in iſtam cum aliis proruit opinionem, quaſi feudum in dubio pro hæreditario reputandum ſit.

80 Pari † ratione facilè etiam evitari poterit alterum argumentum deſumtum *ex c. 1. An agnatus vel filius.* Nam cum non ſolum ſupra, ſed etiam multò copioſius in quæſtione ſequente, ubi de intellectu illius capituli egimus, demonſtraverimus, feudum longè alia ratione hæreditarium dici, quàm ut quis juxta diſpoſitionem illius c. hæres eſſe cogatur, & propterea textum illum ad hanc feudi ſpeciem non referendum, ſed magis ad feudum ex pacto & providentia: perquam manifeſtum eſt, ex capitulo illo nihil colligi poſſe, quod ad dignoſcendum feudi hæreditarii naturam quicquam faciat, & quod conſequens eſt, ſententiam eorum, qui inde feudum in dubio pro hæreditario eſſe ſumendum ſcripſerunt, nulla probabili ratione niti. Ex quo nec etiam auctoritatibus, quibus fulcitur opinio illa, utpote omni fundamento deſtitutis, aliquid tribuendum erit, cum præſertim appareat, quoſdam ex ſectatoribus illius novam penè feudi hæreditarii effinxiſſe ſpeciem, prorſus diverſam ab ea, quam interpretes communiter conſtituerunt, quæ ſubſiſtente ultima opinione penitus labefactatur, & deſtruitur: quoſdam verò ea, quæ hi de ſuo feudo hæreditario tradiderunt, ad hanc feudi hæreditarii ſpeciem, de qua ultimo loco diximus, accommodaſſe, atq; adeò materiam hanc, vel errore quodam, vel ſtylo non ad veritatem, ſed ad cauſarum favores inclinato mirè confudiſſe. Et de ſecunda etiam opinione, quæ iſti feudorum generi hæreditariam tribuit qualitatem & naturam, hæc ſufficiant.

81 Ex † quibus omnibus tandem non ſolum evidens eſt, verum eſſe id, quod ſecundo loco diximus, illos, qui primi auctores fuerunt diſtinctionis noſtræ, feudum hæreditarium ita interpretari, ut eidem propriam rei hæreditariæ qualitatem & naturam, ad ſucceſſionem videlicet quod attinet, aſſcribant, ſed & hoc inde manifeſtum eſt, quantum ab hac ultima ſententia illa: quam primo loco commemoravimus, diſtet, quamq; diverſæ ex his inter ſe longè diſſidentibus opinionibus oriantur doctrinæ, & quod adeò plurimum referat, utram ex illis duabus opinionibus quis ſectari velit, & hoc conſtituto, ut diverſas ex alterutra harum proficiſcentes doctrinas, diligenter ſecernat atque diſtingvat, ne haſce inter ſe diſcrepantes concluſiones confundat: quod multis in hac materia contigit, qui non ſatis conſiderantes, quæ fuerit interpretum feudi hæreditarii ſpeciem conſtituentium mens & ſententia, & quantum inter ſe differant diverſæ illæ opiniones, paulò ante adductæ, diverſas etiam manantes inde doctrinas, vel errore ducti mirè in unum chaos commiſcuerunt, & in ſententias à propoſito ipſorum longè alienas prolapſi ſunt, vel cauſis ſeſe accommodantes pro negocii occurrentis circumſtantiis, modò hanc modò illam ſecuti fuerunt opinionem, & materiam iſtam ſtudioſè involuerunt, quod unum tantæ opinionum varietati atq; fluctuationi cauſam præbuit.

Sed

ed ſi quis harum opinionum rationes
verſas, & quid ab alterutra harum
roſectum ſit, diligentius attenderit,
quod à nemine pene hactenus obſer-
tum videmus) huic non erit uſque
leò difficile, haſce interpretum varie-
tes diſcernere, & quid in hac mate-
a intricata, ſecundum receptiorem
terpretum ſententiam, tenendum
t, dijudicare. Idque ut demonſtrare-
us, & veluti oculis ſubjiceremus,
æc omnia præter morem noſtrum
opioſius & prolixius â nobis produ-
enda fuerunt.

Cum autem, *ut jam diximus*, tan-
im in eo poſitum ſit, utram quis ex
is inter ſe diſcrepantibus opinionibus
mplectatur: operæ precium erit accu-
itius conſiderare, cuinam in judican-
o potiſſimum ſit adſtipulandum.
am etſi hoc etiam ex iis, quæ ſupra
rca ſingulas concluſiones ex ultima
pinione deſcendentes commemora-
mus, aliquomodo appareat: majo-
s tamen perſpicuitatis gratia, quaſ-
m rationes ex utriuſque opinionis
ollatione deſumtas, paucis collige-
us. Sicut enim auri bonitas tunc fa-
limè noſcitur, quando alteri auro
omparatur: ita collatio ſententiarum
doctrinarum valdè illuſtrat verio-
m & perfectiorem doctrinam, *ut eſt
ud Herodotum lib. 7.*

Si † quis modò tam auctoritates,
uibus diſtinctio noſtra potiſſimum
titur, & unde ea eſt profecta, quàm
iam rationes utriuſque ſententiæ in-
icem componere velit, vereor me-
ercle, ne ultima ſententia priorem
ngè ſuperet, atque adeò in quæſtio-
bus ſecundum doctrinas interpre-
m definiendis palmam obtineat.
rimò, quia ultima hæc opinio ab il-
principium ſumſit, qui hujus diſtin-
ionis primi fuerunt auctores, & quos
materia feudali plerunque ſequi ſo-
mus, ut Jacob. de Belviſo, & Andr.
Iſernia, quorum maximam eſſe
ctoritatem nemini dubium eſt. Nam Jacob. de Belviſ. octies legit libros feudorum ut de ſe ipſe teſtatur *in tit. de his qui feud. dar. poſſ. 1. §. notandum.* fuitque conſiliarius Regis Roberti, *ut dicit Bald. in l. 1. C. de dotis promiſſ.* & ſic longè vixit ante Andr. de Iſernia: quippe cum hic interfectus fuerit tempore Joann. primæ neptis regis Roberti, ideoque hæc referens magnum feudiſtam eum appellat Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. lib. 3. Rub. 5. de revocand. alienat. num. 11.* Andreæ de Iſernia verò quanta auctoritas ſit, ex eo manifeſtum eſt, quod vulgò auriga & rex feudiſtarum dicitur: & eum omnium feudiſtarum facilè principem appellat Sigiſmund. Loffred. *in conſil. 1. incip. Dubitatur an inveſtitura. num. 207.* & à Neapolitanis Evangeliſtam nominari ait Thom. Grammat. *voto 32. n. 6.* Ideoque etiam verba ejus ab eodem Sigiſmundo Loffredo, Camerario & reliquis interpretibus exactiſſimè obſervari, atque examinari videmus. Et de eodem dicit Camerarius *in reſponſo, quod in modum dialogi inter fiſcum & ſe confectum habetur poſt repetit. Joann. Cannetii c. Volentes.* quemadmodum rectè dicitur, plus credendum eſſe Mariæ veraci, quàm Judæorum turbæ fallaci: ita & nos commodè dicemus, plus credendum eſſe Andreæ veraci, quem veluti Evangeliſtam in regno ſequimur, ubi ſcientia feudalis viget, quàm cæteris omnibus, qui ei contradicunt, *& in c. 1. §. oppono primo. num. 2. An agnat. vel filius,* ait, quod Iſerniam tanquam aurigam in feudis ea ratione habeamus, quia ipſe ſolus feuda novit, & ibidem *paulò poſt. num. 33.* motus auctoritate ejuſdem exiſtimat, hanc eſſe communem * opinionem, cum qua ipſe faciat. *

Fuerunt enim, inquit, ab eo tempore, quo vixit Andreas in hoc regno, & regno Siciliæ ad minus ſexcenti peritiſſimi viri, qui non paſſi fuiſſent, eundem Evangeliſtam nominari, ſi talia

Digitized by Google

ſi talia non mereretur, nec ipſum aurigam in feudis acutiſſimi ingenii illé Franciſcus de Aretio appellaret, nec ſummum feudiſtam cæteri illum eſſe confiterentur. Et ſubjungit deinde, ſi fortè dixero, quod major ſit Andreæ quàm Oberti auctoritas, errare me non putabo, cum Obertus bonas vel malas conſuetudines nobis cumulaverit, Iſernia ignota jura, vel quæſtiones à jure civili ad feudum tranſportaverit. *Hac ille.* Atqui prior opinio eos habet auctores, qui & propter ſingulares opiniones, & varietates ipſorum in materia iſta haud immerito ſuſpecti ſunt.

82 Nam † *Bald.* quem hujus opinionis ſectatores auctorem celebrant, à communi illa doctrina interpretum diſtingventium inter feudum ex pacto & providentia, & hæreditarium, penitus receſſit, *ut apparet ex iis, quæ tradit Matth. de Afflict. in prælud. feudor. & ſupra num. 44. oſtendimus,* opinionem ejus ab interpretibus communiter eſſe exploſam, ut jure Camerarius *in d.* §. *Præterea ducatus,* dixerit, Baldum, dum voluit ſpeciem hanc feudi explicare, toto cœlo erraſſe, & reliquis etiam erroris cauſam præbuiſſe: quid enim, inquit, boni Bald. afferre poterat, qui *in l. qui ſe patris. C. Unde liberi,* dixit, agnatum capere feudum ex contractu, filium autem non. Decium verò, qui poſt Bald. primas inter ejus aſſeclas tenens, veſtigiis ejuſdem inſiſtit, multi ſupra citati confutant, ex hoc etiam manifeſti erroris eum incuſantes. Erravit Decius *(inquit Camerarius)* cum ſecta ſua, volens, ut iſta ſtarent ſimul, quod non eſſet hæreditarium, & ſucceſſor eſſet hæres, cum tamen ipſa res ſit hæreditaria, non autem qualitas accidens: *cui adſtipulatur Molinæus in addit. ad conſil. Decii. 298. inquiens, falſum eſſe, quod ibi tradit Decius, & in addit. conſil. 395.* ait, quod Decius tenens oppoſitum nimis audacter deceperit judicem & partem: quia communis opinio invaluit, quod feudum merè ſit hæreditarium: de eodem Decio ſic commemorat Thomas de Marinis *titulo 5. de feudo hæreditario. num. 8.* in cognitione terminorum feudi hæreditarii Decius erravit, cum ſecta omnium, quos ipſe allegat. Sic etiam idem Decius erroris inſimulatur ab Alba, Cannetio, & aliis ſupra adductis. Cæteri autem omnes horum duorum auctoritate jamdudum non ab aliis ſolum, ſed à ſe ipſis re probata, potiſſimum nituntur, & ſibi metipſis ſæpius adverſantur. Quantum igitur hiſce auctoritatibus maxima ex parte reprobatis & variis tribuendum ſit, quivis facile judicare poterit. Deinde poſteriòr ſententia priorem numero adſtipulatorum longè vincit, cum plures ſint, qui id, quod ultimo loco adduximus, ſequãtur, quàm quos primo loco recenſuimus, ſi præſertim remotis, ut par eſt, iis, qui hac in re variarunt, eos duntaxat numeraverimus, qui ſibimet conſtiterunt, quorum ſanè exiguus erit numerus. Cum ex illis, qui priori opinioni ſe adjungunt, pauci admodum ſint, qui non etjam poſteriori opinioni, vel illis, ſaltem quæ inde deſcendunt, doctrinis, quandoque ſuffragati fuerint, ut cuivis ſcripta eorum legenti paſſim obviam eſſe poterit. Nam ſingulatim ea omnia recenſere nimis tædioſum foret.

Meritò † igitur hæc poſterior ſententia in judicio obtinebit cum ab omnibus receptum ſit, in judicando communem opinionem prævalere debere. 84 *cap. novimus de verbor. ſignification. l. 1. de offic. quæſtor. Inſtitut. de hæred. inſtit. in princip. ibi, plurium ſententias, Bart. in l. 2. C. de pœn. jud. qui malè judic. cum aliis in hanc ſententiam latè congeſtis à Nevizan. in ſylva nuptial. libro 5. in princ.* Quin & tertio non auctorum numero ſolum, ſed & quod magis eſt, pondere prior opinio à poſteriore ſuperatur. Præterqam enim quod hæc ab illis eſt profecta, qui, ut paulò antè diximus, auctoritate cæteros antecellunt,

...int, etiam vetuſtas huic fidem magis ...bligat, quippe cum à vetuſtiſſimis ju...s feudalis interpretibus originem ce...erit, altera verò à recentioribus qui...uſdam ſit introducta.

Æquum † igitur eſt, ut antiquo...um ſententia opinioni recentiorum ...rævaleat, *ut docet Paris de Puteo in tra...tat. ſyndic. in verbo. An ſi judex, qui de...t. num. 7. in fin. Practic. Papienſ. in form. ...apitulorum ad æternam rei memoriam. ...fin.* Antiqui enim Doctores magna ...eneratione fuerunt præſtantiores ...odernis, pondere, numero & men...ra, *ut inquit Bald. in l. fin. col. pen. C. de ...lict. Divi Adriani toll.* quod tanquam ...rè dictum refert Cotta *in Memorabi...b. part. ſecunda in verſ. Nuptiarum cau... multa, in fin. & Alciatus in tractat. præ...mpt. reg. 1. præſumpt. 45. num. 1. Meno...bius conſil. 84. num. 67.* id quod in pro...oſito vel ideo magis valet, quoniam ...i, à quibus deſcendit hæc opinio, pri... fuerunt auctores differentiæ inter ...udum ex pacto & hæreditarium. ...am hinc ſanè par eſt ut ſi (quemad...odum apud omnes in confeſſo eſt,) ...nc diſtinctionem tenere volueri...us, etiam diverſas illas, quas inde ...onſtituunt, feudorum ſpecies, ea...mq; naturam ex mente atque ſen...ntia potius eorum interpretemur. ...àm ſecundum opinionem aliorum, ...i à diſtinctione illa partim ſtudio ...ovitatis, ſive cauſarum, partim in...onſultò, non ſatis mentem antiquo...m percipientes, aliquatenus deſci...runt. Quibus accedit quartò, quia, ... quis ſcripta interpretum evolverit, ... facilè animadvertet, eos, qui ſecuti ...erunt opinionem poſteriorem, ma...riam iſtam ex profeſſo diligentius ...rtractaſſe. Pleriq; enim ex his Sicu... vel Neapolitani fuerunt, quibus in ...cis feuda ſedulò examinari, & *(ut Ca...erarii verbis utar)* in torculari poni ...lent, ut quæcunq; in jure feudali ſcri...a in manibus habemus, eorum op...nam partem hiſce meritò acceptam feramus: cum interim reliqui priori adſtipulantes perfunctoriè ſolum hanc materiam attigerint, & auctoritate aliorum ſeducti, peronatis pedibus eos fuerint ſecuti propria ipſorum dicta vix ſatis intelligentes.

Quare † hac etiam de cauſa ulti- 26
ma opinio potior eſſe debebit. ſemper enim opinio eorum, qui perpenſis rationibus rem diligenter indagarunt, præferenda eſt aliis, qui obiter & oſcitanter aliquid protulerunt, *arg. l. Divi fratres. de jure patron. §. optionis. inſtit. de leg. not. Alciatus in tractat. de præſumpt. regula. 1. præſumpt. 51. num. 4. & lib. 4. Parerg. cap. 17. Abb. in c. Bonæ. 2. de poſtulat. prælat. Paris. conſil. 91. num. 48. lib. 3. Gratus Reſponſ. 2. col. fin. lib. 1. Socin. jun. conſil. 1. n. 148. & conſ. 119. num. 30. lib. 1. Cagnol. in l. Nemo poteſt. num. 8. de reg. jur. Cephalus in conſil. 310. num. 7. vol. 3. ubi inde propriam opinionem rejicit: & ſequitur etiam Menoch. in conſil. 51. num. 54. vol. 1. referens Nevizan. in Sylv. nuptial. lib. 5. qui num. 29. poſt Calcan. conſil. 39. incip. Magnificus, col. 5. in fin.* ait, non eſſe curandum de opinione doctoris non deliberata & appenſata, ſed ſic in diſcurſu poſita. Quinimò iſtos, qui perfunctoriè tantummodo materiam attigerunt, ne numerum quidem facere ad conſtituendam aliquam communem opinionem, *poſt alios, quos allegat, dixit Burſatus conſil. 18. num. 16.* Neque ſanè mirum. ſæpius enim contingit, ut interpretum alii alios ſine judicio turmatim ſequantur, quemadmodum aves regales, quæ unam prævolantem omnes comitari ſolent, *ut dicit Decius in conſil. 481. in fin. & multis aliis in locis,* id quod ſi unquam aliàs, certè in hac materia pleriſq; accidiſſe, rem ipſam auctorem habemus. Nemo igitur non perſpicit, quàm foret iniquum & abſurdum, ſi horum auctoritas ex numero æſtimata reliquis anteponi deberet, qui diligenter examinatis utriuſque opinionis rationibus, rem ipſam plenius enuclearunt.

E e. Et de

Et de hac oſcitantia eorum, qui priorem tuentur opinionem, quinto loco ex hoc manifeſtè apparet, quod adhærentes diſtinctioni à priſcis illis auctoribus traditæ, non ſolum auctoritate atque doctrinis aliorum, qui hanc diſtinctionem penitus evertere conati fuerunt, nituntur, inde naturam feudi hæreditarii declarantes, cum tamen iidem feudum hæreditarium penitus abnegaverint, ut in primo fundamento diximus: Sed videmus etiam inſuper, pleroſque eorum multas, quas inde extruunt, concluſiones, vel errore quodam vel alio non ſatis probabili conſilio perſuaſos, ab ultimæ ſententiæ auctoribus mutuatos fuiſſe, & quæ illi de feudo ex pacto & providentia tradiderunt, ad ſuam feudi hæreditarii ſpeciem accommodaſſe, atque ita auctoritate eorundem abuſos fuiſſe, ut ſupra quibuſdam in locis demonſtravimus, & prolixius etiam in quæſtione ſequente & 14. firmabimus. Nam vel ex hoc ipſo liquidò conſtat, quantum ponderis opinio hæc habeat. Ut interim omittam, quàm multa & varia, non ſolum penitus aliena à mente eorum, qui hujus diſtinctionis auctores fuerunt, ſed ſibimetipſis contraria protulerint, ut magis quicquid in buccam venerit, effutiiſſe, quam materiam hanc veritatis examine percenſuiſſe videri poſſent, quemadmodum ſcripta eorum evolventi deprehendere licebit.

Confirmantur iſta ſextò, quia hanc ultimam ſententiam plerique in repetitionibus & tractatibus fuerunt ſecuti, & eam defendendam ſusceperunt, ut *Jacob. de Belviſ. Andr. d. Iſernia, Matth. de Afflict. Sigismund. Loffredus. Camerarius. Didacus. Marinus Freccia. Thomas de Marin. Molinaeus in addit. Minadous, & Cannetius.* Priori verò opinioni fere omnes paucis (quorum error in medio eſt) exceptis, tantum in reſponſis & conſiliis cauſis ſeſe applicantes fuerunt adſtipulati.

Nam hinc ſanè magis veriſimile fit, illos, qui perturbationibus animorum vacui, veritatem ſolum propoſitam habuerunt, eandem liberius & ſolertius inquirere, & ſcopum rei propoſitæ ſpectare, atque adeò rectius mentem interpretum percipere & explicare potuiſſe, quàm hoſce, qui cauſis indulgentes, ea modò adducunt, quibus, ſive vera illa ſint, ſive probabilia, fucum facere ſe poſſe putant

Ex † quo merito à pleriſque receptum eſt, opinionem, quæ in repetitionibus ſive tractatibus defenditur, præferendam eſſe illi, quam quis partium ſtudio conſulendo aſſeruit, *ut poſt Bart. in l. Provinciales circa fin. de verbor. ſignificat docet Claudius de Seyſell. in l. Si idem cum eodem. §. fin. de juriſd. omn. judic. Socin. ſenior in conſil. 35. Punctus ſuper quo num. vol. 3.* ubi ejus hanc tradit rationem, quia legendo quis non ita poteſt invitari amicitia vel lucro, quæ etiam apud quoſcunque in rebus dubiis plurimum valent, *quod refert Socin. jun. in conſil. 56. Juſtiſſimi judices. num. 7. vol. 1. idem ſenſit Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. Propoſitum noſtrum principale. numer. 48.* ubi ait, ſe reperire, quod Doctores legendo magis, quàm conſulendo, nituntur veritate, quia in legendo ceſſat affectus & cupiditas æris. de quo ſi quis porrò dubitet, is videat, quæ ſcripta reliquit Alciatus *lib. 12. Parerg. cap. fin.* quibus adde quæ in proœmio reſponſorum ejuſdem, ab ipſo ſæpius audita refert Franciſc. Alciatus: quid enim (*inquit verbis Andr.* Alciati) noſtri juris interpretes ſuis non admiſère reſponſis, dum vel precio vel prece expugnati, vel odio vel amore inducti, aut ſpe aliqua grandioris Minervalis pellecti, nunc in principum gratiam, modò in amicorum obſequium, aut cognatorum affiniumq; commoda, quandoque & in rem ſuam, ac inimicorum offen- 87

[illegible] caruerint [illegible]
[illegible] & certa aliòqui juri-
[illegible] acumine ingenio, aut
[illegible] (quod dicitur) involverunt
[illegible]ebris, ne veritatis radii emicare
[illegible]ſſent, aut in quamcunque voluère
[illegible]rtem, tanquam cerea diſtorſerunt,
[illegible]communi tritaque orbita aberrantes
[illegible]orſus, & per avia periculoſaque di-
[illegible]rticula vagantes, denique adeò præ-
[illegible]ctè limites rectos tranſilientes, ut
[illegible]n tam de jure reſpondiſſe, quàm
[illegible]s novum pro arbitrio ſuis condidiſſe
[illegible]gurus, legesq; (ut libuit) modò fixiſ-
[illegible]modò refixiſſe viderentur: quinet-
[illegible]n aliqui inde non parvam ſibi glo-
[illegible]am aucupantes, quod novarum opi-
[illegible]onum primi auctores fuerint, quod
[illegible]is peracutis ſubtilitatibus, quas ve-
[illegible]s futilitates dixeris, judicum oculos
[illegible]erſtrinxerint, tantamque eorum
[illegible]entibus caliginem offuderint, ut in
[illegible]ultas errorum foveas miſerè pertra-
[illegible]rint, unde factum, ut, quod olim
[illegible]cero de quibuſdam dixit Philoſo-
[illegible]is, idem & de hujuſmodi Reſponſa-
[illegible]s non immeritò prædicari poſſit,
[illegible]hil tam abſurdè dici poſſe, quod non
[illegible]catur ab aliquo iſtorum. *Hæc ille*.
[illegible]æ vereor ne rectius dicta, quàm ob-
[illegible]rvata ab Alciato fuerint. Nam hujus
[illegible]iam reſponſa eodem laborare mor-
[illegible] videmus. Cum itaque (ut tandem
[illegible], quo argumenta hactenus comme-
[illegible]orata tendunt, perveniamus) ex hiſ-
[illegible], atque ſimilibus manifeſtum ſit,
[illegible]oſterioris opinionis auctores multis
[illegible]ominibus præferendos eſſe cæteris:
[illegible]quitur inde, quod, etſi plures pro
[illegible]iore numerari poſſent, non tamen
[illegible]opterea à claſſicorum interpretum
[illegible]ctoritate recedendum ſit.

Ea † enim dicitur communis o-
[illegible]nio, & potiſſimum in judiciis eſt te-
[illegible]enda, quàm majoris auctoritatis &
[illegible]onderis DD approbant. *c. In Canoni-*
[illegible] ſcripturis 19. diſtinct. l. divi. de jur. pa-
[illegible]on l. pen. C. de condict. indeb. quæ jura ad
[illegible]c propoſitum citat Alciatus in tract. præ-
ſumpt. [illegible] præſumpt. 51. ſub n. 3. verſ. [illegible] & ante eum docuit idem Angel. in l. ſi idem [illegible] eodem. §. fin. de juriſd. omn. judic. Abb. in c. Prudentiam de offic. dele. Ferrat. caut. 31. num. 2. Matth. de Matheſil tract. de elect. opin. ſub num. 10. verſ. Si verò de hoc favore, & Cephalus conſil. 309. num. 63. lib. 3. Septimò ut non auctoritates ſolum, quæ tamen in propoſito, ut diximus, plurimum valent, ſed & rationem aliquo modo conſideremus, prior opinio in nullo certo perſiſtit fundamento. Nam etſi perinde, ut poſterior proprietate dictionis (hæres) nitatur: tamen ſimul etiam propriæ feudi naturæ adhærens, hæc duo ita confundit, ut non facile quis dijudicare poſſit, utrum magis ſequi debeat. Quin eò tandem, præter inſtitutum propoſitum, deflectit, ut dictioni (hæres) omnem vim atque efficaciam abroget, nullumq; illi locum relinquens, in caſtra eorum, qui hanc feudi ſpeciem penitus rejecerunt, & propterea jamdudum exploſi ſunt, tranſeat, ut proinde in hoc parum ſibi conſtare videatur. Ex quo etiam tam variæ deſcenderunt concluſiones, non dico cum aliorum ſententia, ſed ſecum ipſis pugnantes. Licet enim hujus opinionis aſſeclæ admittant, in hoc feudorum genere hæredem quem eſſe debere: interim tamen iſtud tantummodo ad primum acquirentem reſtringunt, quaſi feudum dicatur duntaxat hæreditarium reſpectu primi acquirentis, in cæteris verò naturam ſuam amittat: cum tamen juris ratio exigat, ne obligationis conditio ex perſona hæredis immutetur. *l. 2. §. Ex his igitur. de verbor. oblig. l. prætoriæ. § [illegible] tam de prætor. ſtipul.* deinde hinc aliud mox ſtatuunt in perſona agnati, quaſi feudum hæreditarium magis ex qualitate perſonarum, quàm ex proprietate dictionis (hæres) æſtimandum ſit, atque inſuper multos effingunt caſus, in quibus omnino quis hæres eſſe non [illegible] tur, & dictio (hæres) vim ſuam [illegible]

 [illegible]

tus amittit, ut ex concluſionibus ſupra enumeratis videre licet. ſic etſi concludunt, hæredem factum defuncti in feudo hæreditario præſtare debere, nihilominus tamen tot huic ipſorum concluſioni limitationes aſſuêre, quemadmodum *quæſtione 14.* docebimus, ut ab ea penitus recedentes, quod modò affirmarunt, modò negare videantur: atq; adeò ſecundum hanc ſibimetipſi adverſantem opinionem, nihil omnino certi nobis in hac materia relinquant. Quod eò iniquius ferendum, quia à ſententia eorum, qui feudi hæreditarii naturam rectè explicarunt, longius recedentes, nihilominus ſe vel maximè tueri eandem videri voluerunt, atque propterea tam doctrinis, quàm auctoritatibus reliquorum ſæpius fuerunt abuſi. At ſententia altera proprietati dictionis, (hæres) quam ſemel amplectendam ſibi propoſuit, firmiter inhæret, & ſecundum eam de natura & qualitate hujus feudi judicans, eundem ſemper ſcopum ita tenet, ut omnia ex ratione iſta dextre explicari poſſint, ſicut ex concluſionibus opinioni iſti ſupra aſſcr.ptis cuivis manifeſtum eſt: *& ex quæſt. 14. latius patebit.* Huic igitur firmæ atq; certæ ſententiæ erit adſtipulandum potius, quàm illi alteri lubricæ, & omnia ſua varietate involventi.

89 Octavò, †opinio primo loco relata diſtinctionem illam communiter, & ab ejuſdem etiam aſſeclis approbatam, qua feudum hæreditarium à feudo ex pacto & providentia ſecernitur, ita labefactat, ut eadem ſtante, dicta jam diſtinctio ægrè ſubſiſtere poſſit, tum quia, ut dictum fuit, ab illis, qui diſtinctionem iſtam penitus rejecerunt, proficiſcitur, eorumq; pene nititur rationibus: Tum quia feudo hæreditario nullam ex verbo (hæredibus) inveſtituræ inſerto, peculiarem qualitatem tribuit, ſed eam ſolum illi aſſcribit, quam cum feudo ſimpliciter acquiſito ex ipſa juris feudalis diſpoſitione communem habet, cum tamen (ut palam eſt) vocabuli (hæres) proprietas illa aliter, quàm ſecundum juris feudalis regulas conſiderata, huic diſtinctioni cauſam dederit, & niſi proprietatem illam ſequamur, nulla pene ſit inter hæc duo feudorum genera differentia: tum quia feudo ex pacto & providentia qualitatem aſſignat, ſeparatam à propria feudi natura, dum feudum in dubio minimè ex pacto, ſed hæreditarium cenſeri exiſtimatur, cum tamen manifeſtum ſit, eos, qui primam hanc diſtinctionem tradiderunt, potiſſimum ad proprietatem vocabuli (hæredis) reſpexiſſe, & propter illam à propria feudi natura receſſiſſe, atque interim feudo ex pacto propriam ſuam naturam reliquiſſe: tum etiam, quia, ſi feudum hæreditarium, ſecundum priorem opinionem acciperetur, reſpectu filii omnia feuda eſſent hæreditaria, atque adeò communis illa diſtinctio mirè confunderetur, ut in quæſtione ſequente *circa intellectum c. 1. An agnatus vel filius*, pluribus demonſtrabimus: tum denique quia prior opinio eò ſenſim delabitur, ut feudo hæreditario nullum pene relinquat effectum ſeparatum à feudo ex pacto & providentia, ſed illi omnem qualitatem hæreditariam, neglecta proprietate dictionis (hæres) adimens, de utroque feudo idem ſtatuit? ut non ſolum ex illis, quæ paulò ante monuimus, colligitur, ſed & prolixius infra *quæſtione 14.* demonſtrabimus. ut proinde, ſi communem diſtinctionem retinere, & ſecundum eam inter hæc duo feudorum genera veram differentiam conſtituere voluerimus, omnino neceſſe ſit, nos ultimam ſententiam amplecti, & ſecundum eam feudum hæreditarium interpretari.

Nonò prima concluſio adverſatur multis doctrinis interpretum, ex ultima opinione deſcendentibus, quas tamen communiter approbatas eſſe

ſſe ſupra multis auctoritatibus docui-
nus: & in quæſtione ſequente, & quæ-
ione 14. copioſius probabimus, con-
equens eſt igitur hiſce doctrinis illam
verti. Decimò hæc eadem penitus
eſtruitur verbis *d. c. 1. An agnatus vel*
lius, quemadmodum in quæſtione ſe-
uente oſtendemus. Denique omni-
us illis rationibus, quibus probari po-
eſt, jam dictum capitulum non de
eudo hæreditario, ſed de feudo ex pa-
to & providentia accipiendum eſſe,
tiam convincitur, primam illam opi-
ionem minimè ſubſiſtere poſſe: cum-
ue de his in quæſtione ſequente di-
endi locus erit, ideò huc repetere ſu-
ervacaneum eſſe arbitramur.

Non † me fugit, poſtremam ſen-
entiam aliquatenus longius à natura
eudi recedere, primam verò magis illi
onvenire: verùm ſupra monuimus,
nterpretes hanc feudi hæreditarii ſpe-
iem conſtituentes magis verba inve-
ituræ & proprietatem vocabuli (hæ-
es) reſpicere, quàm ipſam feudi natu-
am: non mirum igitur, cur naturæ
eudi non omnino quadret. Eſt enim
egulare, ut natura feudi pactis inveſti-
uræ inſertis immutetur *c. 1. de feud. non*
abent. propriam natur. cum aliis ſupra in
inc. adductis. Et quantumvis prior
pinio ad naturam feudi propius acce-
at, eadem tamen, præterquam quod
ommuni interpretum auctoritate de-
tituitur, non minori, ut ex jam dictis
lucet, vicio laborat. Nam ut cætera
lentio prætercam, cum diſpoſitione
c. 1. An agnatus vel filius, vix ita conci-
ari poterit, ut ſimul etiam receptiſſi-
na illa diſtinctio inter feudum hæredi-
rium & ex pacto ſubſiſtat, ut in quæ-
ione ſequente videbimus: atq; inſu-
er non ſolum plurimis interpretum
onclusionibus ex ultima opinione
romanantibus, & communi calculo
pprobatis contradicit, ſed & eaſdem
a involvit, ut, ſi hæc tenenda eſſet o-
inio, nihil certi in hac materia nobis
elinqueretur, niſi penitus rejectis in-
terpretum doctrinis, novi aliquid con-
ſtitueretur. Aut igitur ea, quam com-
munem eſſe probavimus, tenenda erit
ſententia: aut, ſi ab ea receſſerimus, &
primam ſequi opinionem voluerimus,
cum nihil nobis tutum, in quo pedem
poſſimus figere, relinquatur, diſtinctio
illa communiter recepta, penitus reji-
cienda, & remotis opinionum com-
mentis novi aliquid concludendum
erit. Quod ultimum, quia integrum
nobis non eſt, ideò veſtigiis interpre-
tum inſiſtentes, communem eorum
opinionem ſectabimur, & ſecundum
eam ex his denique omnibus conclu- "
demus, Feudum ex eo, quod pro hære- "
dibus eſt conceſſum, non ea ſolum ra- "
tione, quod quis hæres eſſe cogatur, "
hæreditarium dici, ſed potius, quia ex "
proprietate verborum in inveſtitura "
uſurpatorum naturam & qualitatem "
hæreditariam ita aſſumit, ut feudum
ipſum pro re hæreditaria cenſeatur, &
in eo jure hæreditario ſuccedatur, de
qua concluſione ſi quis præterea dubi-
taverit, is judicium ſuum tamdiu ſu-
ſpendat, donec ea, quæ in duabus ſe-
quentibus & in 14. quæſtio. à nobis tra-
dita ſunt, perlegerit, & recto perpenſa
judicio cum hiſce contulerit: non du-
bitamus, quin huic etiam facilius ſit
acceſſurus ſententiæ. Illis enim hæc,
quæ paucis jam attigimus, copioſius
confirmantur: & licet propterea ad
hunc locum propriè pertineant, ac
quò magis urgeant, hiſce non incom-
modè inſeri potuiſſent: ne tamen ni-
mia prolixitas ſtudioſum lectorem
perturbet, ac veluti confundat, vel tæ-
dium ſaltem afferat, de ſingulis ſuo lo-
co ſeparatim agere viſum fuit. Nam,
ut ait Galenus in explicatione Adhoriſmo-
rum, Non eſt docentis omnia ſimul di-
cere, ſed ſingula ſunt ſuis locis deſi-
gnanda.

Ex † his autem, quæ de natura 91
feudi hæreditarii hactenus firmavimus,
colligitur primò, verum eſſe illud,
quod ſupra diximus, & pleriq; inter-
pretum

pretum teſtantur, de hoc feudo hæreditario in jure feudorum nihil penitus reperiri, & quod conſequens eſt, de eiuſmodi feudo minimè ſecundum jura feudalia, & propriam eorum naturam, ſed magis ex proprietate verborum in inveſtitura collocatorum, dijudicandum eſſe: quippe cum à regulis illius juris, & à natura feudorum longius recedens ſolis inveſtituræ verbis nitatur, & formam iſtam non tam ex diſpoſitione juris feudalis, quàm ex mente tradentis, & acquirentis accipiat, *ut ait Marinus Freccia in d. lib. 3. de different. feud. hæredit. & ex pacto & providentia in 10. differentia.*

92 Deindè † ex hoc ipſo evidens etjam eſt, quod, licet quis hæres eſſe cogatur, minimè tamen inde feudum hæreditarium conſtituatur, ſed quod ſtent ſimul quem hæredem eſſe debere, & tamen feudum non eſſe hæreditarium, id quod multos ad hoc non ſatis advertentes in errorem traxit. Nam etſi quis hæres eſſe cogatur acquirentis feudum: hoc tamen rem ipſam non afficit, ſed eo hærede exiſtente in bonis allodialibus, feudum à rebus hæreditariis ſejunctam habens rationem, propriam naturam retinet, ita ut in ipſo feudo nullo hæreditario jure ſuccedat. cum è contrario, quando feudum hæreditarium eſt, ipſum feudum, priſtina natura immutata, qualitatem hæreditariam aſſumat, ita ut reliquis hæreditariis rebus, ad ſucceſſionem quod attinet, æquiparetur, & in eo jure hæreditario ſuccedatur, quemadmodum in ſequenti quæſtione differentiam hanc planius explicabimus.

93 Tertiò † hinc colligitur, longè magis errare illos, qui feudum inde hæreditarium dici putarunt, quoniam quis non ſibi ſolum, ſed & hæredibus ſuis proſpexiſſe cenſeatur. Nihil enim hoc commune habet cum natura feudi hæreditarii, quam ex proprietate dictionis (hæres) primi hujus diſtinctionis auctores ei aſſcribunt, ut ſupra circa concluſionem illam, quod feudum in dubio pro feudo ex pacto judicandum ſit, pluribus oſtendimus. Ideoq; hoſce graviter errare aſſertè dixit Camerar. *in c. 1. quæſt. 1. n. 31. verſ. quartum caput, An agnat. vel filius.*

Quartò † hinc infertur, etſi dictio, (hæredis) de hæredibus maſculis intelligenda ſit, hoc tamen nihil obſtare, quominus feudum iſtud hæreditarium dicatur: cum omnes interpretes, qui hanc feudi ſpeciem conſtituerunt, eidemq; hanc, quàm diximus, naturam adjecerunt, tantummodo qualitatem illam hæreditariam, quam ex proprietate dictionis (hæres) feudum aſſumit, conſideraverint, atq; eandem dictionem nihilominus de filiis interpretati fuerint: quod obſervandum propter illos, qui ex hoc, quod dictio (hæredibus) de maſculis capitur, exiſtimarunt, feudum iſtud magis ex pacto, quàm hæreditarium eſſe, ut Decium, Alciatum, Cephalum, & reliquos in conſiliis ſuis ſæpius factitaſſe videmus, quorum opinionem poſt alios refutat Alba *in conſil. 3. & Joann. Anton. Cannet. in c. Volentes, & plures ſupra citati.* 94

Ex † quo etiam quintò ſequitur, feudum hæreditarium non propterea ſic appellari, quia de filiis dictum non ſit: quippe cum, etſi hæredum ſolum mentio fiat, nihilominus de filiis intelligatur *c. 1. §. Et ſi clientulus, de alien. feud.* ſed potius quia filii cum qualitate hæreditaria vocati fuerunt. idq; dilucidè ſenſit Camerar. *in d. c. 1. quæſtio. 1. n. 24. An agnatus vel filius,* dum ait, quod licet feudum datum pro te & filiis non ſit hæreditarium, ſi tamen eſt datum pro te & filiis tanquam hæredibus, ut puta quando datum eſt pro filiis hæredibus, hæreditarium efficiatur: quod propter ea, quæ in tertia quæſtione dicemus, diligenter notandum, ubi etiam hoc prolixius explicabimus. 95

Sextò † ex his evidens eſt, errare illos, qui putarunt, feudum hæredibus 96

con-

nceſſum ideò miſtum dici, quia præ-
rquam quod ſucceſſor hæres eſſe co-
tur, in omnibus aliis priſtinam ſuam
turam retinet, & à feudo merè hære-
tario differt: inde inferentes, ſucceſ-
rem hoc caſu factum defuncti præ-
re non debere. Nam etſi facilè ad-
ttamus feudum hoc nòn incommo-
miſtum dici poſſe, ad differentiam
udi merè hæreditarii, quia videlicet
n perinde, ut in mero admittuntur
eredes extranei, ſed duntaxat filii:
terim tamen verum nihilominus eſt,
c feudorum genus ex proprietate
ctionis (hæres) qualitatem hæredita-
m aſſumere, & in omnibus aliis, quæ
qualitate hæreditaria deſcendunt,
ndem habere rationem cum feudo
erè hæreditario, & propterea etiam
redem factum defuncti præſtare te-
ri, *quemadmodum poſt alios in ſpecie
rent Alba & Cannet. in locis ſupra ci-
is, & nos infr. quæſtio. 14. pluribus de-
rabimus.*

Septimò ex concluſione iſta ge-
raliter ſequitur, omnes doctrinas,
e ex prima concluſione deſcendunt,
nimè curandas, ſed potius tenendas
e alteras ex poſteriore opinione pro-
ſcentes: quippe cum hac natura
di hæreditarii conſtituta, illæ veluti
lato fundamento penitus corru-
; hæ verò hoc ipſo magis fulciantur,
jusq; robur accipiant, modò dextrè
ànè intelligantur, quemadmodum
quibuſdam in duabus ſequentibus,
4. quæſtio. latius videbimus: non
m omnia perſequi nobis eſt propo-
ım.

Octavò hinc etiam elicitur,
n ſatis ſibi conſtitiſſe eos, qui cum
do hæreditario qualitatem iſtam
reditariam attribuerint, nihilomi-
s tamen quandoq; concluſiones ex
ore opinione promanantes ſecuti
runt. Et contra non minore in er-
e illos eſſe verſatos, qui feudum ita,
rimo loco dictum fuit, definientes,
rim doctrinis ex poſteriore ſenten-
tia deſcendentibus non ſemel ſuffra-
gati fuerunt, eaſdemq; ad ſuam hære-
ditarii feudi ſpeciem accommoda-
runt.

Quibus ita generaliter demonſtra-
tis, non difficile foret, de ſingulorum
interpretum ſcriptis judicium ferre.
Nam etſi hanc materiam enucleanti-
bus nobis, non ſemel animus fuerit
ſigillatim receuſere, quæ cujuſvis in
hoc genere fuerit ſententia, & in quo
articulo non ſolum à communi inter-
pretum ſententia, ſed à ſemetipſis ſin-
guli receſſerint, & quod multis con-
tigit, miſerè variaverint, atque hal-
lucinati fuerint; tamen præterquam
quòd nimis arrogans, atque invidio-
ſum hoc videri potuiſſet, aulici et-
iam, quo nunc fungimur, muneris ne-
gocia ab hoc propoſito aliena prorſus,
calamum ſæpius iſtud conantem è ma-
nu extorſerunt. Aliis igitur literario
fruentibus ocio hoc relinquemus, bo-
na ſpe freti, ſtudioſum lectorem non
hoc ſolum, ſed ſi quid porrò in toto iſt-
hoc opere deſideraverit, occupationi-
bus noſtris id condonaturum.

Prætermittendum † tamen hoc 97
loco non eſt, ea, quæ de qualitate hære-
ditaria hujus feudi diximus, ita eſſe in-
telligenda, ut procedant modò in his,
quæ ſpectant ad ſucceſſionem hæredi-
tariam, ejuſdemq; effectum, ut videli-
cet is, qui jure feudali ad ſucceſſionem
alioqui vocatur, in feudo ipſo jure hæ-
reditario ſuccedere, atq; adeò factum
defuncti perinde, ut in re hæreditaria,
præſtare teneatur: In cæteris verò, quæ
non ſucceſſionem hæreditariam, ſed
magis perſonam domini reſpiciunt,
nihilominus feudum propriam natu-
ram retinet: ex quo fit, ut ſine conſen-
ſu domini alienari non poſſit, & iiſdem
ex cauſis amittatur, quibus alia feuda:
item ut ad maſculos tantummodò
tranſmittatur: & id genus alia. Non e-
nim eſt rarum, ut etiamſi pacto feudum
aliqua ex parte ſit immutatũ, in reliquis
tamen naturã ſuã conſervet, *ut not. DD.*

in d. c. 1. de feud. non habent. propr. natur. feud. Et hoc diſertè docuit Camerarius *in d.* §. *Præterea ducatus, pag. 775.* dum de hoc feudo hæreditario ſic inquit: Ipſa feuda recta facto hominis immutari poſſunt, & ita alterari, ut omnes qualitates contra propriam naturam recipiant, ac dimiſſa feudi recti natura feuda remaneant. Idem ſenſit Didacus *in d. c. 18.* dum *num. 5. verſ. Decimò* ait, quod ex his verbis, quando videlicet feudum alicui & hæredibus eſt conceſſum, non mutetur propria ipſius rei conditio, nec propterea adverſus eam conditionem hæredes extraneos admittant. Hinc etiam Marinus Freccia, ubi agit de differentia inter has duas feudorum ſpecies, *differentia ſecunda. num. 3.* poſtquam dixerat, feudum hæreditarium verè eſſe rem propriam defuncti, ſubjungit, ſub regula tamen feudali, quoad dominum, quo aſſentiente, ab allodio differt nihil. Idem ſenſit Sigiſmund. Loffred. *in c. 1.* §. *Ubi verò. An agnatus vel filius,* ubi poſtquam dixerat, in feudo hæreditario filium poſſe gravari, addit, ſubaudi, ſi cum conſenſu domini ſit diſpoſitum.

98 Non † igitur ſatis conſideratè locutus fuit Cephalus, dum *conſil. 608. vol. 4. num. 49.* ait, quod in feudi hæreditarij alienatione conſenſus domini non requiratur: cum, ad dominum quod attinet, feudum hæreditarium etiam priſtinam ſuam naturam retineat.

99 Quæ † hactenus commemoravimus, in his magis ſecuti fuimus receptas interpretum doctrinas, mentem ipſorum, quo ad ejus in hac opinionum fluctuatione fieri potuit, explicantes, quàm ut liberam animi noſtri ſententiam protulerimus. Quod ſi verò, remotis interpretum auctoritatibus, rationibus tantummodo agendum, & noſtrum hac etiam de re proferendum eſſet judicium, ingenuè confiteremur, nos à ſententia eorum, qui hanc communiter receptam doctrinam penitus reijciunt, non eſſe alienos: id quod pleroſque Gallorum factitaſſe videmus. In hanc ſententiam me deducit primò, quod de diſtinctione iſta, ut illi ipſi auctores ejus fatentur, in jure noſtro feudali nihil quicquam reperitur: nam vel ex hoc ipſo periculoſum videtur huic diſtinctioni aſſentiri, quin potius longè eſt ſecurius, diſpoſitioni juris feudalis adhærere, & ab ea ne latum quidem unguem recedere.

Cum † abſque lege nihil temere aſſeverandum ſit *c. Hi qui in Eccleſia in fin. princ. de ſentent. excommunic. lib. 6. c. conſuluiſti. 2. q. 5. l. diſſentientes, ibi, nulla præcipit juris conſtitutio. C. de Repudiis.* §. *Cum igitur. ibi. nec qualibet eſt lex tale aliquid. dicens Auth. de non eligend. ſecund. nub.* ſed erubeſcendum potius ſit, ſi abſque lege aliquid proferatur. *l. illam. C. De collat.* §. *conſideramus in Auth. de Trient. & ſemiſſ.* Paria enim ſunt aliquid fieri ſine lege, & contra legem, *ut ait Bald. in c. 1. In Geneſ. num. 10. de electio: per text. in d.* §. *conſideremus, & l. contra juris regulam de pactis.* 100

Deinde † diſtinctio iſta non dicam jure feudorum non aſſeritur, ſed ex hoc ipſo expreſſè reprobari videtur, quod eo jure vocabulum (hæres) diſertè explicatur, in feudis de filio maſculo eſſe accipiendum *c. 1.* §. *Etſi clientulus, de alienat. feud.* nam ex hoc dilucidè videre licet, in materia feudali nihil referre, utrum de hæredibus, an verò de filio dicatur: id quod ex multis etiam illius juris capitulis manifeſtum eſt, in quibus plerunq; filij hæredes appellantur. Neque obſtat, quod aliqui animadvertentes hoc, diſtinguunt, utrum verbum iſtud in jure ipſo feudali reperiatur, an verò ab homine exprimatur. Nam multi etiam ſunt textus juris feudalis, in quibus vocabulum (hæres) in ipſis verbis inveſtituræ uſurpatum reperitur, *ut in tit. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis maſcul. & in c. 1. de beneficio fratris. & qualiter frater in beneficio fratris ſuccedat.* neque tamen propterea quis dixerit, 101

jura

jura illa in feudo duntaxat hæreditario, non autem in eo, quod ex pacto & providentia dicitur, locum habere.

Tertiò huic doctrinæ interpretum plurimum adverſatur ipſa feudi natura. Etenim quis neget, bona feudalia à cæteris rebus hæreditariis penitus ſeparatam habere naturam? Magis igitur ſecundum hanc propriam feudorum naturam vocabulum (hæres) in inveſtitura poſitum, ſumendum erit, quàm ut ea propterea immutetur,
102 cum † regulariter cujuſvis diſpoſitionis verba ſint accipienda ſecundum materiam ſubjectam. *l. Si ſtipulatus, de uſuris. l. ſi uno in princ. Locat. l. inſulam, de præſcript. verb. l. damni infecti, in princ. de dam. infect.* quæ quidem regulariter proprietati verborum prævalere ſolet, *ut docet Decius in l. non vult heres eſſe. num. 8 de reg. jur. l. Qui accuſare, in fin. C. de edend. l. 1. n. 12. C. de mandat. princ. Alciat. lib. 2. de verbor. ſignif. num. 4. Cravett. conſil. 231. num. 7. & conſil. 245. num. 6.*

103 Idque † vel maximè in feudorum conceſſione & inveſtituris procedit, *ut docent Bald. in c. 1. col. 1. de cap. Corrad. Jacob. de Belvis. Bald. Alvarott. Præpoſit. in c 1. § fin. Quid ſit inveſtit. Jacob. de S. Georg. in verbo qui quidem inveſtiti præſtit: jurament. fidel. col. 77. verſ. Item notetur: Decius in conſil. 193. nu. 5. Molinæus in conſuetud. Paris. §. 5. num. 74.* uſque eo, ut verba ex natura feudi contra propriam ſignificationem intelligantur potius, quàm ut eidem derogatum videatur, quemadmodum luculenter apparet *ex c. 1. § filia verò de ſucceſſio. feud. c. 1. §. quin etiam Epiſcop. vel Abb.* ubi videmus copulativam dictionem ex natura feudi eam interpretationem recipere, ut ordinem ſucceſſivum potius, quàm conjunctionem denotet, *cum aliis in hanc ſententiam adductis à Menochio conſil. 158. num. 45. lib. 2.*

104 Quartò † argumentum iſtud in propoſito vel ideò magis locum obtinet, quia vocabulum (hæres) non minus propriè ſecundum naturam feudi de ſucceſſore feudali & hærede ſangvinis intelligi poteſt, quàm contra naturam ejuſdem de hærede jure hæreditario ſuccedente, *ut liquet ex d § Etſi clientulus.* Hæres enim non ſolùm hæreditatis, ſed & ſangvinis rectè dicitur, *ut docet Bald. in c. 1. de eo, qui ſibi & hæredib. maſculis, quem ſequitur Salicet. in l. 2. quæſ. 10. n. 29. C. de jur. emphyt. Jaſ. in l. filius qui patri. num. 21. de vulgar. & pupillar. Decius in conſil. 445. incip. In caſu ad me transmiſſo, num. 14. Paris. in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. num. 118. vol. 1* Nulla igitur juſta cauſa ſubeſt, cur vobabulum (hæres) in eam ſententiam interpretari velimus, ut propterea feudi natura immutetur, ſed potius, cum geminam producat ſignificationem, ea capienda eſt interpretatio, quæ naturæ ejuſdem ſit conſentanea. Nam quotieſcunque clauſulæ contractus ad ipſius naturam commode reduci poſſunt, nunquam alterant naturam ejus, *ut docet Bald. in l. 1. col. 4. C. Commod.* Accedit etiam huc, quia alioqui, ſi vocabulum (hæres) ex communi ſententia exponimus, ipſa feudi natura ita immutatur ut prorſus novam, & à feudo alienam naturam induat: ut proinde rationi ſatis congruum non ſit, ex unico vocabulo (hæredum) in inveſtitura locato, tantum provenire effectum, qui feudum ipſum penitus immutet, *arg. l. ſi quando. C. de inofficioſ. teſtam.*

Quinetiam quintò hæc interpretatio menti, atque voluntati contrahentium non ſatis eſt conſentanea. Nam quotieſcunque de feudorum acquiſitione agimus, certum eſt tam dominum feudum concedere, quàm etiam vaſallum feudum acquirere voluiſſe: potius igitur veriſimile eſt, eos verba, quibus uſi fuerunt, in eam ſententiam accepiſſe, quæ huic ipſorum voluntati eſſet conveniens, quàm quæ ipſi repugnaret, & loco feudi

rem

Digitized by Google

rem hæreditariam ſubjiceret. Nam alioqui non ſolum ſibimetipſis reſiſterent, ſed & eam elegiſſe viam cenſerentur, quibus judicium ipſorum impugnaretur, quorum neutrum facilè
105 admittendum: ſemper † enim ea eſt capienda interpretatio, ne quis ſibimetipſi videatur contrarius *c. inter dilectos. §. cæterum de fid. inſtrument. & l. nam ad ea in princ. de condit. & demonſt. Bart. in l. fin. §. Idem quæſivit, de condict. indeb. Abb. in c. Cum tu de teſtibus*, & de verbis inveſtituræ ita interpretandis, ne ſibi contradicant, *hoc docuit Paul. de Caſtro. in conſil. 311. incip. Circa id, quod quæritur, part. 1. Decius in conſil. 193. n. 4. Socin. jun. conſil. 1. n. 26. lib. 4. Cephalus conſil. 369. num. 107.*

106 Sic † etiam nemo cenſetur eam elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua impugnaretur. *l. 3. de milit. teſtam.* reſtat itaque, quod de hæredibus hoc loco dixerunt contrahentes, id non contra naturam feudi de eo, qui jure hæreditario ſuccedit, ſed potius ſecundum naturam rei ſubjectæ, de ſucceſſore feudali, abſque aliqua hæreditaria qualitate eos intellexiſſe. Cum præſertim, ut etiam Pinellus argumentatur, nulla probabilis cauſa prætendi poſſit, ex qua colligere liceat, ſive concedentem, ſive accipientem voluiſſe, ut poſteri hæreditario jure ſuccedere deberent. quin potius, cum feuda regulariter in honorem familiæ & ejuſdem conſervationem acquirantur, eademq; effectum iſtum facilius ſortiantur, ſiquidem propriam retinuerint naturam, quàm ſi qualitatem hæreditariam aſſumant, atq; adeò in præjudicium ſucceſſorum alienari poſſint, vel ex hoc ipſo colligitur, acquirentem magis ad propriam naturam feudi voluntatem ſuam accommodaſſe, quàm eandem immutatam voluiſſe. Secundum hanc itaq; præſumtam mentem contrahentium, verba inveſtiturarum ita potius accipienda erunt, quàm ut ſubtilem verborum rationem ſequamur: cum † cujuslibet diſpoſitionis 107
verba, quantumvis clara etiam, & manifeſta, ex veriſimili mente proferentium interpretationem recipiant. *l. in conditionibus primum locum, de condit. & demonſtra. l. cum proponebatur de leg. 2. l. 3. §. conditio de adim. l. c. ſecundo requiris, de appellat. l. 3. ubi latè Jaſ. C. de liber. præter.*

Niſi † enim ad mentem potius 108
diſponentis, quàm verba reſpiceremus, propter nimiam ſubtilitatem verborum voluntates contrahentium interverterentur, contra præceptum Imperat. *in l. 1. C. ut action. ab hæred. & contra hæred. Facit textus l. in conventionibus, de verborum ſignificat. & l. ſi ſervum, de verbor. obligat.* ubi JCtus prudenter monet, hoc nomine ſæpius perniciosè errari. Sextò hanc mentis conjecturam plurimum adjuvat, atque adeò diſtinctioni à pleriſq; receptæ adverſatur communis loquendi uſus. Quem enim feudo hæreditario, ex proprietate vocabuli (hæres) in inveſtitura uſurpati interpretes aſſcribunt effectum, ex ſubtilis juris rationibus deſumunt. quotus autem quiſque eſt, qui feudum concedens vel acquirens ad hanc exactam juris interpretationem reſpiciat, vel etiam eam intelligat, nec potius vocabulum (hæredis) ſecundum communem uſum loquendi accipiat de ſucceſſore feudali.

Nam juxta vulgarem uſum ſer- 109
monis, hæredes dicuntur deſcendentes ex aliquo, etiamſi non ſint hæredes hæreditatis, *ut ait Bart. in conſil 52. incip. Salumb. Joannell. n. 4. quem refert, & ſequitur Decius in conſil. 38. & adſtipulatur etiam Salicet. in d. l. 2. quæſtio. 20. n. 29. C. de jur. emphytevt.* ubi ait, dictionem (hæres) habere duplicem intellectum, unum vulgi alterum juris civilis. quantum ad ſenſum vulgi, hæredes ſunt filii & deſcendentes, & ita capitur in materia feudali: ſed quo ad intellectum juris, illi dicuntur hæredes, qui alicui ſuccedunt de jure civili in univerſum

jus

jus *l. hæredit.us, de verbor. ſignificat. quæ verb refert. Alex. in l. quod dicitur. de verbor. obligat. & Natta in conſil. 13 de eodem communi uſu loquendi teſtatur etiam Pinell. in d. l. 1. n. 88. C. de bon. matern.* inquiens, quod homines ſoleant in negociis ſimilibus hæredes appellare deſcendentes & agnatos, quos ſucceſſores ſperant perpetuò in feudo, non attendentes ad alia bona, neq; ad nomen hæredis, in quantum pro jure ſuccedendi in jus defuncti ſumitur. quamobrem vel ad hunc vulgarem ſenſum verba inveſtituræ magis accommodanda, quàm juxta ſubtilem juris intellectum ad vivum, ut ajunt, reſecanda:

110 cum † generaliter receptum ſit, verba cujuſvis diſpoſitionis potius ſecundum vulgarem uſum loquendi, quàm propriam juris ſignificationem intelligenda eſſe *l. 3. §. ul. de ſupellect. leg. l. non aliter. §. ult. de leg. 3. l. cum de lanionis. §. Aſinam de fund. inſtruct. c. ex literis. Ibi ad communem verbi intelligentiam recurrat. de ſponſal not. Abb poſt gl. in c. nonnulli de reſcript.* uſq; eò, ut omnis intellectus, qui non conſonat auribus vulgi, ſit extraneus, *ut ait Bald. in tit. de pac. Conſtant. §. ſententiam cum ſimilibus adductis per Jaſ. in rubric. de operis novi nunciat.* Septimò ſæpe dicta diſtinctio non ſolum obgannit generalibus verbis *d. c. An agnat. vel filius*, quæ agnatum ab onere adeundi hæreditatem penitus liberant, ſed & multæ inde deſcendentes doctrinæ cum pleriſq; juris feudalis capitulis pugnant, dum videlicet inde concludunt, vaſallum in præjudicium ſucceſſorum de feudo teſtari poſſe, contra *c. 1. de ſucceſſ. feud.* ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente vel valente. Item quod alienatio poſſeſſoris præjudicet agnatis contra *c. 1. de alienat. feud. patern.* Item dum pleriſq; in caſibus idem jus in agnato,

111 quod in filio ſtatuunt, cum † tamen jus feudale inter eos ubique manifeſtam ponat differentiam, *ut in c. 1. §. His verò deficientib. de gradib. ſucced. in feud. & in §. Hoc quoq. de ſucceſſ. feud. & in §. Si vaſallus ſi de feud. defunct. content. fuer. & in §. vaſalli, ſi vaſallus feudo privetur, cui deferatur, & in c. 1. An ille qui interfec. fratr. dom. ſui, & in §. Filius decapita. qui cur. vend.* Hæc verò jura omnia unico vocabulo (hæredis) in inveſtitura prolato correcta, atq; ſublata eſſe, nemo qui ſine præjudicio rectam rationem ſequitur, facilè dixerit, *arg. l. ſi quando C. de inoffic. teſtam.* ſed magis exiſtimabit, verba inveſtituræ ita accipienda eſſe, ut quoad ejus fieri poſſit, juris communis regulis non derogent *l. 2. C. de noxal. c. cum dilectus de conſuetud.* Si enim hæc interpretatio etiam eo in caſu capienda eſt, quando verborum proprietas eam non uſq; adeò admittit, *ut not. DD. in d. c. cum dilectus*: utiq; multò magis in propoſito hoc obſervandum erit, ubi etiam ſalva ratione recti ſermonis, verba inveſtituræ ita intelligi poſſunt, ut juris feudalis regulis conveniant, prout abundè jam oſtendimus. Denique hæc diſtinctio multas materias juris feudalis mirum in modũ involvit, obſcuras & intricatas reddit, quæ ſine illa ex ipſis verbis hujus juris longè facilius explicari poſſent, ut non ſolum ex iis: quæ ſupra adduximus, patet, ſed & manifeſtius cuivis occurret, qui copioſa interpretum commentaria cum ſcriptis quorundam neotericorum conferet.

Ut proinde diſtinctio iſta, præterquam quod nulla probabili juris feudalis ratione ſuffulcitur, & huic juri quinimò menti contrahentium adverſatur, etiam neceſſaria prorſus non ſit, & inſuper interpretatationi hujus juris plurimum officiat, atq; adeò Bald. haud immeritò ſcriptum reliquerit, eam *(ut ait ille)* non eſſe bene poſitam, neq; neceſſariam. Hæc igitur atque id genus alia in hanc me ſententiam pertrahunt, ut à diſtinctione iſta penitus recedendum eſſe exiſtimem. Neq; me quicquam movent, rationes,

quas

quas ex communi interpretum ſententia pro comprobatione hujus diſtinctionis ſupra in principio adduximus.

112 Nam † etſi non negem, in illis quidem rebus, de quibus nihil certi conſtitutum & definitum eſt, an ad hæredes jure hæreditario, an verò an filios ſine qualitate illa tranſire debeant, plurimum referre an hæredibus aliquid, an verò filiis acquiratur, atq; adeò ex hiſce diverſis verbis in acquiſitione uſurpatis diverſas etiam qualitates res illa aſſumat, prout ſunt ſepulchra, operæ ſervorum, & alia hujus generis, de quibus jura & doctrinæ ſupra adductæ loquuntur: inde tamen minimè ſequitur, hanc proprietatem vocabulorum tanta pollere efficacia, ut priſtinam naturam & formam rei, quam ex juris diſpoſitione definitam & circumſcriptam jam ante habuit, invertat, quippe cum hæc inter ſe ſint diverſiſſima. Sed veriſimile potius eſt hoc ultimo caſu verba illa ſecundum ipſam naturam rei, & jura de hac diſponentia accipienda eſſe: admittente præſertim hoc recta ſermonis ratione, & ſuffragante ipſa juris interpretatione, & contrahentium voluntate: prout multis jam probavimus. Quantumvis etiam verba inveſtiturarum ad lancem ſint appendenda, & iiſdem natura feudorum immutari poſſit: tamen ut hoc in illis verbis procedit, quæ naturæ feudorum expreſsè derogant, ita in aliis, quæ ad correctionem non ſunt ſatis manifeſta, res aliter ſeſe habet: tum enim potius ſuccedit alia regula, quæ docet, verba inveſtiturarum eo ſenſu eſſe percipienda, ut naturæ & juri communi feudorum, quoad ejus fieri poſſit, minus derogent. *Decius in d.conſil.193. n.5. cum aliis ſupra adductis.* Cumq; regula iſta uſq; eò locum habeat, ut, ne à jure communi recedatur, verba etiam ad ſignificationem minus propriam trahere liceat *d.c.1. §. filia verò, de ſucceſſio: feud. & d. c. 1. §. quinetiam epiſc. vel Abb.* Utique multò magis tum obtinebit, quando verba juxta rectam rationem ſermonis æquè commodè ſecundum juris communis diſpoſitionem intelligi poſſunt, prout de vocabulo (hæredis) abundè ſupra à nobis fuit relatum. 107

Cæterum quamvis hæc ita ſeſe habeant, nollem tamen propterea alicui auctor eſſe, ut vel cauſas agendo vel etiam judicando hanc noſtram ſibi ducem proponeret ſententiam. Nam cum diſtinctio iſta, & inde deſcendentes doctrinæ (ut ſæpius jam diximus) communiter ſint receptæ, & in judiciis communes opiniones prævalere debeant, non ſolum operam & oleum perderet, qui hiſce reclamare, & contrarium defendere conaretur, ſed & ancipiti ſe cauſæ ſuæ committeret periculo: præſertim verò, quia ab hac diſtinctione in materia feudali tot dependent deciſiones interpretum, ut, ſi illa rejiceretur, maxima ſcriptorum feudalium pars, quæ in manibus eſt, abrogaretur, & multis illius juris capitulis nova adaptanda eſſet interpretatio. Id quod neq; noſtri eſt propoſiti neque etiam privatæ auctoritati permittendum. Hac verò ſolum de cauſa iſta nunc in medium afferre placuit: ut, ſi de quæſtione præſenti in publico conſilio deliberatio quandoq; incideret, materiam cogitandi daremus, & anſam certius aliquid conſtituendi præberemus.

Hoc enim unico remedio huic inter ſe diſſidentium opinionum fluctuationi rectè conſuli poſſe arbitramur, & ſi aliqua juris pars correctionem deſiderat, hæc certè maximopere requirit: ut proinde cura iſta haud immerito ſuſciperetur.

Nam † magiſtratus officio incumbit, ut in dubiis & controverſi juris articulis ſuam interponat auctoritatem, 113 *Auth. de judicib. §. fin. l. Non ſine C. de bon. quæ liber* quemadmodum Juſtinianum ſæpius factitaſſe, & veterum Juriſconſultorum ambiguitatem novis ſuis conſtitutionib. decidiſſe videmus *ex l. ambiguitatem, & ſeq. C. de uſufruct. & habit. & aliis conſtitutionib. enumeratis à Baron. in comment. Pandect. in princ. Cagnol. in l. fin. C. de pactis.*

ADDI-

ADDITIO

SIMONIS ULRICI PISTORIS.

CUm multorum luculentiſſimi & methodici tractatus Feudales paſſim in omnium manibus verſentur, omnium verò operas ſua diligentia in complectenda tota hac materia ſuperaſſe videatur D. Heinricus Roſenthal amicus noſter, operæpretium non eſſe arbitror ſingulis locis paternarum quæſtionum quoties cæteri cum eo conſentiunt eorum quaſi ſuffragia colligere: ſed in eo tantum verſabimur, ut ſi quid ab iis, qui ex profeſſo hanc materiam tractarunt prætermiſſum eſt, id conſectemur, inprimis autem, ut quæcunq; à recentioribus ad impugnationem paternæ ſententiæ paſſim afferuntur, diligenter conquiramus & quantum roboris ac veritatis habeant diſpiciamus.

(a) In extraordinariis quidem capitulis] Ex his feudi hæreditarii ſpeciem probari contendit Camil. Salernus. *in not. ad conſuet. Neapolit. tit. 13. in quibus rebus hab. loc. quarta mihi p. 309. lit. tt. allegans cap. 139. incip. ſummopere mandare curamus col 3. §. cum plures verſ. ſervitium verò ibi cum feudum hæreditarium uni ex cohæredibus propria culpa &c.*

Sed ex his, quæ Parens hic tradit, non minus convincitur, ac ipſe Camerarii allegationes in hanc rem rectè refutatas eſſe fatetur.

(b) Et alii paulò poſt citati] *Knich. de veſtitur. pact. part. 1. c. 5. de hoc agit.*

(c) Ac ſi de filiis dictum eſſet] *Raudenſ. conſ. 1. n. 50. & n. 68. vol. 2.* vide *Knichen de pact. veſtiturar. part. 1. cap. 2. n. 351. poſt cap. 5. Joan. ab Arcedura c. 3. concl. 1. n. 8. cum ſeqq.*

(d) Quidam enim propriam feudi naturam] Hanc ſententiam contra Parentem ſumma contentione defendendam ſibi putavit Roſenthal *d. tract. feud. cap. 2. concl. 33.* cujus rationes antequam excutiamus, illud præmittendum eſt, ea, quæ Parens in hanc partem diſputavit, nequaquam ex ipſius ſententia profecta eſſe, ſe enim in tota hac diſputatione longè aliud ſentire *n. 99.* dilucidè expoſuit: Sed hoc tantum hic egit, ut ſi communis illa diſtinctio inter feudum ex pacto & hæreditarium retinenda eſſet, verus ejus uſus non ex erroneis Dd. opinionibus, ſed ex vera eorum, qui primi autores ejus fuerunt, mente oſtenderetur, atq; ita tam ſuæ, quam alienæ ſententiæ interpretem egit. Quo conſtituto facilis eſt totius iſtius controverſiæ dijudicatio.

Nam cum Parens firmiſſimis rationibus & autoritatibus evicerit, eorum, qui primi autores hujus diſtinctionis fuerunt, eam fuiſſe ſententiam, quam ipſe ex mente eorum defendendam, Roſenthal. impugnandam ſuſcepit, quis non videt illis potius adhærendum, quicquid etiam in contrarium diſputatur. Si enim terminos, quos primi iſti autores poſuerunt, retinent, cur non iis in eadem, qua illi uſi ſunt ſignificatione utuntur. Quod ſi aliam vim eorum verborum eſſe nolunt, novam quandam & peculiarem ſectam introducunt, & tamen iis quibus priores uſi ſunt verbis uti non verentur. Quo ipſo hæc opinio, quæ retentis verbis à ſententia antiquiorum recedit, valde ſuſpecta cuivis eſſe debet.

Cogitandum deinde eſt, quid ſit illud, quod in controverſiam vocetur: nempe, non id, an ſit aliud feudum ex pacto & providentia, aliud hæreditarium. Id enim utrinq; in confeſſo eſt: de eo tantum contenditur, quid ſit feudum hæreditarium. Hic primi diſtinctionis iſtius autores, poſtquam ſemel

in eam cogitationem devenerunt, ut exiſtimarent vocabulum (hæres) in inveſtituris feudalibus propriam ſuam vim & ſignificationem retinere, inde ſecundum rectæ rationis judicium concluſerunt qualitatem illam hæreditariam ipſi feudo inhærere, & cum hac qualitate ad hæredem devolvi, modo illi aliâs ſecundum jura feudalia ſint habiles.

Exorti poſtea alii qui diſtinctionem illam feudi ex pacto & hæreditarii retinentes, hæreditarium ita deſcripſerunt, ut dixerint, illud tantum eſſe, quod filius non aliter capere poteſt, niſi etiam hæres Patris ſit in allodialibus, aut ſaltem niſi ſit hæres allodialis primi acquirentis etiam per longiſſimam ſucceſſionem, hoc eſt, modo aliquis ex ipſius aſcendentibus hæres allodialis primi acquirentis fuerit. Atque ita feudo hæreditario nihil hæreditarii relinquunt, quam quod illi hæreditas allodialis accedat, ſive huic potius illud. Ex quibus quaſi præludiis quis non videt priorem quidem ſententiam eos quos ſibi poſuit limites rectè tueri, alteram autem longiſſimè à genuina vocabuli ſignificatione recedere, & hæreditarium appellare, quod hæreditarii in ſe nihil habet. Unde cui potius adſtipulandum ſit, haud difficulter poteſt dijudicari, ſed ut preſſius agamus, ea, quæ Roſenthalius in contrarium adducit, ſingulatim excutiamus, idq; eodem quo ipſe ſingula proponit ordine.

Argumentum autem quod pro ſententia ſua ſtabilienda affert

à n. 9. uſq. ad n. 14.

unicum eſt, nimirum vocabulum (hæres) ſecundum ſubjectam materiam de deſcendentibus maſculis ſine qualitate hæreditaria ad feudum vocatis intelligendum eſſe, eamque interpretationem, quæ huic naturæ rei & juri feudorum communi proximè accederet, alteri præferendam. Sed hoc argumento non tam opinio, quam Pilianam ipſe vocat, confirmatur, quam tota illa diſtinctio inter feudum ex pacto & hæreditarium evertitur. Si enim vocabuli (hæres) nulla alia interpretatio facienda eſt, quam ut filius maſculus ſine qualitate hæreditaria intelligatur, quid quæſo opus eſt multa de feudo hæreditario diſputare, cum id ab altero quod ex pacto & providentia appellant, nihil plane differat.

Atqui Piliani ipſi inter hæc differentiam conſtituunt

ut Roſenthal. n. 21. fatetur?

cur igitur fundamenta, quæ ipſi poſuerunt, ſubvertunt, & feudum hæreditarium non hæreditarium nobis obtrudunt. Dicent in eo tamen differentiam eſſe, quod in feudo hæreditario ſucceſſor hæres cogatur eſſe acquirentis, non quidem in ipſo feudo ſed in allodiali hæreditate, in feudo ex pacto id neceſſe non habeat. Sed præterquam quod valde abſurdum eſt diverſas feudorum ſpecies ex eo, quod extrinſecus accedit, nec feudum ipſum (ex Pilianorum opinione) ulla ex parte afficit introducere, ipſi etiam ſua interpretatione hanc quam ponunt differentiam ita evertunt, ut feudum quod ipſi hæreditarium dicunt, quam primum perſonam primi acquirentis egreſſum eſt à feudo ex pacto ne minima quidem in re differat.

Cum enim expreſsè fateantur in cæteris deſcendentibus primi acquiſitoris non neceſſe eſſe, ut ſucceſſor ultimo defuncti hæreditatem allodialem adeat, ſed ſufficere, quod ab eo, qui primi acquirentis hæreditatem adiit, deſcendat, atq; ita per longiſſimam ſucceſſionem ipſius hæres videri queat, ideoq; ultimo defuncti hæreditatem liberè poſſe repudiari. Cum, inquam, hæc ſtatuant, quam quæſo differentiam amplius inter feudum ex pacto & hæreditarium oſtendent? Cum deſcendentes primi acquiſitoris tàm in uno quàm in altero ſuccedere poſſint, etiamſi hæredes ultimo defuncti non exiſtant.

Quod

Quod igitur de ſtatutis dici ſolet, eorum quidem interpretationem ita faciendam eſſe, ut reditus ad jus commune fiat, non tamen eatenus ut ſtatutum planè aboleatur, *Baldus in l. maximum vitium in 5. quæſt. C. de lib. præter. Alex. conſ. 20. n. 9. vol. 1. Gail. de arreſt. Imper. cap. 11. n. 2.* id argumento Roſenthalii opponimus, ita quidem, juris communis feudorum & materiæ ſubjectæ rationem habendam eſſe, ne id, quod præter jus commune & propriam materiæ ſubjectæ naturam receptum eſt & ſemel admiſſum, contraria interpretatione aboleatur.

Præterea nego eandem rationem eſſe interpretandi vocabulum (hæres) de deſcendentibus maſculis & qualitatem hæreditariam à feudo excludendi. Nam quòd feudum non niſi ad maſculos tranſire debeat plurimæ rationes ſuadent, quas latius recenſent Dd. quando cur fœmina à feudo excludatur diſputant. At nulla iſtarum rationum prohibet, quo minus maſculus feudum cum qualitate hæreditaria accipere teneatur. Nam domini quidem reſpectu inter feudum ex pacto & hæreditarium nihil intereſſe jamdudum Parens oſtendit *n. 97.* nulla igitur ratio ſuadet, ut in ejus favorem aliqua hoc caſu interpretatio fiat, prout fit cum de fœminarum excluſione agitur.

Quod verò communem feudi naturam urget Roſenthalius, principium petit, ſi enim una eſſet natura feudi ex pacto & feudi hæreditarii, quid opus fuiſſet diſtinctionem iſtam introducere. Atqui ipſi Piliani diſtinctionem hanc admittunt, cur igitur generalem feudorum urgent, quam tamen non uniuſmodi eſſe ipſa diſtinctione illa fatentur. Ut proinde ex ratione à Roſenthalio allata potius in totum rejicienda ſit diſtinctio hæc (quod Parens *n. 99.* libenter admiſit) quam ut ea conceſſa aliquid contra alterum ejus membrum poſſit inferri.

Eadem reſponſio eſt ad id quod *n. 17. & n. 18.* affert, nam hoc ipſo etiam diſtinctio illa inter feudum ex pacto & hæreditarium planè evertitur, nos autem ea præſuppoſita diſputamus, quid ſit feudum hæreditarium

Quod verò *n. 19.* ex eo quod Neapolitani concedunt dictionis (hæres) hanc vim non eſſe, ut feudum ita conceſſum protinus ad quoſcunq; hæredes tranſeat, ſed eam interpretationem adhibent, ut intelligatur de capacibus ex jure feudorum, id eſt, de deſcendentibus maſculis, infert Roſenthalius ſecundum eandem juris feudalis diſpoſitionem feudum ita conceſſum nec qualitatem hæreditariam habere debere, concedi quidem poſſet, ſed hoc ipſo differentia illa feudi ex pacto & hæreditarii plenè tolleretur, quam tamen ipſi Piliani agnoſcunt, *ut Roſenthalius n. 21. fatetur* etſi eam interpretatione ſua ita enervent, ut alterum diſtinctionis membrum nullius ferè uſus ſit.

Præterea conſiderandum eſt plurimum differre quæſtiones has, quis debeat ſuccedere, & quomodo ſuccedat. In priore quæſtione Neapolitani etiam in feudo hæreditario diſpoſitionem juris communis retinent, & non niſi deſcendentes maſculos ſuccedere apertè fatentur, quando autem de altero quæritur, quomodo ſuccedatur, id ex verbis inveſtituræ ſumendum ſtatuunt, ut talis ad feudum veniat, qualis vocatus eſt, ſi filius vocatur ut filius, ſin hæres, ut hæres, idq; ex vi & propria vocabuli ſignificatione, quæ quamvis in eo interpretationem à jure feudorum accipiat, quod non niſi maſculus & quidem ex deſcendentibus comprehendatur, non enim jus feudorum qualitatem hæreditariam ab eo, qui ut hæres vocatur, excluſit, cum utrumq; ſimul ſtare poſſit, ut non niſi maſculus ſuccedat, & tamen ut tanquam hæres ſeu cum qualitate hæreditaria ſuccedat.

dat. Non igitur ſequitur illatio, non omnes qui jure communi hæredes eſſe poſſunt in feudo ſuccedunt: Ergò nec illi, qui ſuccedunt, cum hæreditaria qualitate ſuccedunt, etſi per dictionem (hæres) vocentur. In quo quam mala à diverſis fiat illatio quis non videt. Neq; æqualitas hæreditaria feudo tam contraria eſt, quam id, ut ſit ad quoſcunq; hæredes tranſitorium Cum

ut ſupra dictum eſt

in illo nullum domini intereſſe verſetur, in hoc plurimum, ex quo apparet, etſi in uno interpretatio ex natura rei in favorem domini & ex præſumta voluntate ejus fiat, non inde ad alterum rectè inferri, in quo tantum domini præjudicium non verſetur:

Illud ferri non poteſt quod

num. 23.

ait, non curandum quid Jacobo de Belviſo & Iserniæ placuerit, nec veritate apparente id neceſſariò in judiciis ſequendum, niſi conſuetudine ſit confirmatum. Conſideraſſe enim debuerat, id quod Parens jamdudum monuit, totum hoc de quo diſputamus, non ex jure ſcripto ſed ex interpp. opinionibus proficiſci atq; adeò diſtinctionem hanc primum à Jacobo de Belviſo & Andr. de Iſernia eſſe introductam. Quo poſito quis non videt, cum de eo quæritur, quid ſit feudum ex pacto quid hæreditarium, potius inſpiciendum eſſe, quid illi, qui primi auctores hujus diſtinctionis fuerunt, ſenſerint, quam quid poſtea aliqui mentem eorum non ſatis percipientes protulerint, & veritas in hac quidem diſputatione tunc apparere dicitur, quando apparet, quæ mens eorum fuerit, à quibus res de qua diſputatur primum profecta eſt Eam autem Parens jamdudum dilucidè oſtendit, atq; inſuper potioribus auctoritatibus eandem ſententiam niſi tam copioſè edocuit, ut mirum ſit, Roſenthalium Pilianam opinionem non tantum æquè communem verum etiam numero ſcriptorum, ſive auctoritatem ſive antiquitatem ſpectes, parem ac tantum non ſuperiorem eſſe aſſerere potuiſſe. Inprimis verò illud mirandū eſt, quod *n. 24.* Jacob de Belviſo præcipuè autem Iserniam varietatis & obſcuritatis inſimulat, cum tamen verba Iserniæ apertiſſima ſint, & ipſe ſibi ſemper conſtet, prout hoc dilucidè jamdudum oſtendit Camerarius *in c. Imperialem §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien.*

cujus verba ſubinde Parens inculcat

n. 57. cum ſeqq. & n. 70.

ut proinde magnam Iserniæ injuriam hac in parte feciſſe videatur Roſenthalius. Et ut maximè aliquibus in locis variaſſe aut hæſitaſſe videatur, quia tamen alteram ſententiam in pluribus locis apertè profitetur, & firmat, cuilibet ſatis apparet: hanc potius quàm alteram eum ſecutum fuiſſe

ut monet Bald. in l. precibus col. 12. in fin. C. de impub. Jaſ. conſ. 136 col. 6. in fin. vol. 4. Rol. à Vall. conſ. 67. n. 133. vol. 1.

Auctoritates autem reliquorum Dd. ſi ſecundum ea, quæ à Parente

n. 82. & ſeqq.

tradita ſunt examinantur, adeo Pilianæ opinionis ſectatores ſuperant, ut nemini dubium eſſe poſſit, illam magis communem ſententiam eſſe, ut Parens jamdudum dilucidè oſtendit. Nequaquam Roſenthalio tam generaliter conceditur, quod *n. 26.*

aſſerit omnes eos, qui fatentur agnatum poſſe feudum hæreditarium obtinere, etiamſi non ſit hæres vaſalli ultimo defuncti, Item filium id poſſe obtinere, ſi ſub remedio inventarii hæreditatem patris adeat, Pilianorum amplecti ſententiam. Nam ad prius quod attinet facilè aſſentior, alterum autem pernego. Nam quod quidam ex Neapolitanis beneficium inventarii filio indulgent, non ideo factum eſt, quod Pilianam opinionem probarent, ſed quod errore ducti vim & efficaciam inventarii nō ſatis intelligerent, qui quidem error ipſis cum multis etiam cum de re allodiali agitur communis eſt. Eos igitur in partes ſuas trahere non poteſt.

Nego

Nego etiam eos omnes qui defendunt, feudum informe, eſt hæreditarium, continuò concedere, quod in hujuſmodi feudo diſtinctio.

c. 1. an agnat. vel fil.

locum habeat, prout latius

in explicatione cap. 1.

videbimus.

Quos verò

n. 28. uſq. ad n. 37.

In ſuam ſententiam adducit iis apponimus alios, qui in ſpecie contrarium ſtatuunt, quorum aliquot parens jam congeſſit

n. 61. & ſeqq.

& nos plures ſuo loco adducemus. Eorum autem qui inventarium in feudo hæreditario prodeſſe ſtatuunt, errorem aliunde potius quàm ex feudi hæreditarii natura provenire ſupra oſtenſum eſt. Utut ſit Interp. hanc materiam mirabiliter in eo confudiſſe, quod doctrinas ex diverſis opinionibus ortas non diſtinxerint, ſed prout res & occaſio tulit, modo huic modò illi adhæſerint, Parens jamdudum monuit, itaq; in authoritatibus numerandis eorum, qui obiter hanc vel illam doctrinam ſecuti ſunt ratio haberi non debet, aut ſaltem id potius inſpiciendum eſt, quod eo in loco, in quo materiam feudi hæreditarii propriè tractarunt, ſenſerit.

Quod verò

num. 37.

ſententiam Pilianam communi calculo in Germania receptam eſſe contendit, utiq; negari non poteſt: id tamen præter mentem eorum eſſe, qui primi hanc feudorum diſtinctionem introduxerunt Parens dilucidè oſtendit. Nec eſt quod Mynſingerum minus rectè allegatum tam in hac quæſtione.

num. 37.

quam infra quæſtione 14,

num. 34.

Parentem erroris arguat Roſenthal,

num. 39.

Eum enim hanc, quam Parens defendit feudi hæreditarii definitionem apertè ſequi obſervatio ejus

67. cent. 3. & obſerv. 2. cent. 4.

manifeſtiſſimis verbis evincit, & quāvis non addat, ita in Camera judicatum eſſe, quia tamen omnes illas obſervationes Cameralis judicii eſſe, tam in titulo quam in præfatione Mynſingerus prodidit. Ipſe potius Roſenthalius erroris & inconſtantiæ convinci poſſet, dum *n. 39.*

Mynſingerum partim obſcurè, partim inconſtanter loqui, imo ſibiipſi contrarium eſſe, aſſerit, & tamen

num. 62.

eundem pro ſententia Pilianorum allegare non veretur? Cum tamen Mynſingerus ex diametro contrarium ſtatuat, ut cuilibet verba ejus intuenti patet, nec ſibi contrarius ſit, ſed tantum in fine de peculiari quorundam locorum conſuetudine loquatur.

Nequaquam etiam Roſenthalio concedi poteſt, quod

n. 41. verſ. quam ſententiam.

Pilianorum ſententiam alterâ benigniorem eſſe ſtatuit. Neapolitanam enim apertiſſima benignitate niti cuilibet manifeſtum eſſe poteſt, ſi conſideraverit hac ratione propriam & nativam vocabuli (hæres) ſignificationem retineri, itaq; reditum ad jus commune fieri, ac multò uberiorem poteſtatem vaſallo in feudo hæreditario concedi quam ſi Pilianos ſequimur, & rigorem illum feudorum qua agnatus ſuccedens factum anteceſſoris liberè impugnare poteſt, temperari ſine ulla ſucceſſor injuria, qui utiq; ut hæres vocatus eſt ergò ut hæres ſe gerere debet, ſine ullo tamen domini detrimento cujus reſpectu qualitas hæreditaria naturam feudi non mutat.

Quod verò Roſenthal ait hac ratione fieri poſſe, ut agnatis excluſis, ſi videlicet vaſalli defuncti proximi hæredes non ſint aut alii ab eo inſtituti feudum ad dominum redire, frivolum eſt, & de eo Neapolitani jam proſpexerunt.

Ff 3

runt *ut patet ex his quæ Parens. n. 69. annotavit.*

(e) Tam ex teſtamento] *Joann. ab Arcedura cap. 4. concl. 3. n. 25. & ſeqq.*

(f) Hæreditarium dicitur] *vide Joan. ab Arcedura cap. 3. concl. 1. n. 62.*

(g) Quæ hactenus commemoravimus] Hunc locum citat Andr. Fachin. *lib. 7. controverſ. cap. 3.*

ex eoq; Parentem in eorum numerum refert, qui alterum tantum propoſitæ diſtinctionis membrum, quo nimirum feudum hæreditarium dicitur, rejiciunt. Callido quodam artificio, quo in multis aliis locis utitur, Cum enim Parens eandem planè quam ipſe tanto ornatu defendendam ſumit ſententiam, jamdudum iiſdem rationibus quibus ille utitur confirmaſſet, Fachinæus ne id fateri cogeretur aliam Parenti opinionem attingit, quaſi hæreditarium tantum feudum non admittat retento eo, quod ex pacto & providentia dicitur, cum tamen Parens poſtquam hic neglectis Dd. traditis ex ſua ſententia loqui incipit expreſſè profiteatur non illud tantum membrum ſed potius totam illam diſtinctionem, ſiquidem ex textibus res æſtimanda eſſet, rejiciendam & unam atq; eandem hoc quidem reſpectu omnium feudorum naturam eſſe conſtituendam. In judiciis tamen tamdiu retinendam donec publica autoritate aliud ſtatuatur Interim de eo laborandum putavit, quomodo mentem interpretum, qui auctores ejus fuerunt explicaret, & verum rei uſum demonſtraret.

In hanc ſententiam] *vid. Joan. ab Arcedura cap. 3. concl. 1. n. 9.* (h)

QUÆSTIO II.

TITULUS AN AGNATUS VEL FILIUS &c. UTRUM DE FEUDO EX PACTO & providentia, an verò de feudo hæreditario intelligendus ſit, & quem uſum habeat inveſtigatio iſta: quibus item modis reſtringatur diſpoſitio illius tituli, & utrum is locum habeat, in foro Saxonico.

1. *Agnatus repudiata hæreditate feudum obtinere poteſt. filius non item.*
2. *Tit. An agnatus vel filius, multi de feudo hæreditario interpretati ſunt, & quibus rationibus. Contrà autem alii de feudo ex pacto & providentia intellexerunt num 6. & hæc ultima ſententia, reprobata prima, multis argumentis firmatur num. 10.*
3. *Filius propter dictionem (hæres) in inveſtitura uſurpatam cogitur eſſe hæres in feudo hæreditario, ſecundum quoſdam.*
4. *Agnati cur non perinde ut filii hæredes eſſe teneantur. Reprobatur hoc n. 15.*
5. *Agnatus in feudo hæreditario ſaltem hæres primi acquirentis eſſe cogitur, & unde hoc deſcenderit num. 4. & 18. Imò quod juxta communem teneatur eſſe hæres ultimi, probatur n. 16. & 17. & 37.*
7. *Iacob: de Belviſ. locus declaratur, & num. 31.*
8. *Andreæ de Iſernia doctrina declaratur.*
9. *Filius licet ſuccedat juxta c. 1. An agnatus vel filius, tamen eſt hæredes duntaxat in bonis allodialibus, non autem in feudo, & cenſetur eſſe qualitas ſeparata à feudo.*
11. *Tit. An agnatus vel filius cur reſtringatur ad feudum ex pacto.*
12. *Feudum hæreditarium jure feudorum non fuit cognitum.*
13. *Proprietas dictionis (hæres) tantummodo cauſam præbuit diſtinctioni inter feudum ex pacto & hæreditariũ.*

14. Hæ-

14. *Hæredem eſſe in ipſo feudo, vel eſſe hæredem in bonis allodialibus differunt.*
Titulus, An agnatus vel filius, loquitur modò de ſucceſſione in bonis allodialibus.
15. *Agnatum non propterea hæreditatem defuncti juxta tit. An agnatus, repudiare poſſe, quia hæres fuerit primi acquirentis.*
19. *Curtius contra Joann. Baptiſt. defenditur, & num. 24.*
20. *In feudo hæreditario cur agnatus hæres eſſe cogatur.*
21. *Opinio eorum qui tit. An agnat. de feudo hæreditario interpretati ſunt, unde deſcenderit.*
22. *Hæreditarii feudi natura adverſatur diſpoſitioni tit. An agnat.*
23. *Feudo ex pacto conveniunt omnia, quæ de proprio feudo jure feudali diſpoſita reperiuntur.*
25. *Filii cur magis, quàm agnati teneantur eſſe hæredes in feudo ex pacto.*
26. *In feudalibus non requiritur exacta ratio.*
27. *Filii cenſentur feuda conſequi beneficio patris.*
28. *A feudis ad Emphyteuſin non ſemper rectè ducitur argumentum.*
29. *Tit. An agnatus vel filius, quidam de feudo ſimpliciter conceſſo interpretati ſunt; quorum opinio improbatur.*
30. *Feudum ex pacto nihil differt à feudo ſimpliciter conceſſo.*
32. *Feudi hæreditarii natura quæ ſit.*
33. *Hæres utrum quis ſit ex proprietate dictionis (hæres) an verò ex tit. An agnat. vel filius. plurimum differt, & unde hoc deſcendat n. 35.*
Ex eo, quod quis hæres eſſe cogitur, non ſequitur, eum propterea jure hæreditario ſuccedere.
34. *In ipſo feudo hereditario, ſucceditur jure hæreditario.*
35. *In dictione (hæres) utrum in jure feudali an ab homine exprimatur, plurimum diſcriminis poſitum eſt.*
36. *Ex eo, quod quis hæres eſſe cogitur, non ſequitur, feudum eſſe hæreditarium.*
38. *Filius feudum ex pacto obtinere non poteſt, niſi ſit hæres patris.*
39. *Filius hæres patris tenetur etiam ſatisfacere creditoribus de fructibus feudi ex pacto.*
40. *Filius hæres eſſe non cogitur, hæreditate ſibi non delata. Idq; multis modis contingere poteſt n. 41.*
42. *Sic etiam quando nihil de bonis hæreditariis fuerit reſidui, ſed hoc improbatur.*
43. *Filius confecto inventario de feudo nihil præſtare tenetur, ſed hoc etiam in dubium vocatur. n. 45.*
44. *Hæres in foro Saxonico etiam ſine inventario ultra vires hæreditarias non tenetur. Inde verò non ſequitur, eum hæredem omnino non eſſe debere, n. 50.*
46. *Fruſtra precibus impetratur, quod lege permiſſum eſt.*
47. *Quæ interpretes de feudo ex pacto tradiderunt, multi ad feudum hæreditarium perperam detorſerunt.*
49. *Tit. An agnatus vel filius, jure Saxonico locum non habere quidam exiſtimarunt, & quib. rationib. Contrarium verò firmatur. n. 49.*
51. *Textus in art. 21. lib. 1. Specul. Saxon. declaratur.*
52. *Correctio juris communis, quoad ejus fieri poſſet, evitanda.*

1 AGNATUM, † repudiata hæreditate defuncti, feudum ſucceſſionis jure ad ſe devolutum obtinere poſſe, filiis verò idem permiſſum non eſſe, ſed hoſce, ſi feudum à parente relictum conſequi voluerint, ſimul etiam hæreditatem paternam adire, atque adeò utrumq; vel retinere vel repudiare debere, diſertis quidem verbis diſponitur *in cap.*
a *1. An agnatus vel filius*, a neque tamen interim ſatis declaratur, utrum hæc juris feudalis diſpoſitio in feudo ex pacto & providentia, an verò in feudo hæreditario, an in utroq; locum habeat: nec mirum, cum, ut ſupra dictum eſt, diſtinctio iſta feudorum jure illo ne cognita quidem, nedum ab eodem inventa fuerit, ſed ab interpretib. initium ſuum traxerit. Hinc igitur magna inter commentatores orta eſt altercatio, de quo feudorum genere capitulum iſtud ſit intelligendũ. Quibuſdam opinantib. de feu-

de feudo hæreditario accipiendum eſſe, aliis autem contrà de feudo ex pacto & providentia interpretantibus. Quia verò plurimum in eo ſitum eſt, ut in hoc controverſo articulo certi quid conſtituatur: quippe cum non ſolum ex his diverſis opinionibus diverſæ deſcendant doctrinæ, ſed etiam inde demum rectius dignoſci poſſit, quæ ſit propria natura feudi hæreditarii, de quo in præcedenti quæſtione egimus: ideo veritatem hujus dubii diligentius inveſtigare, & hanc materiam illis, quæ de natura feudi hæreditarii commemoravimus, prius quàm ad alia procedamus, proximè ſubjungere viſum nobis fuit.

2 De † feudo hæreditario *d. c. 1. An agnatus vel filius*, interpretatus eſt *Bald. ibi, quem ſequitur Martinus Laudenſis & Alvarott. qui (licet perperam) refert, Andr. de Iſern. idem tenere. Præpoſ. & Fideric. Schenck. in d. c. 1. Jacob. de S. Georg in tractat. feudal. in verb. Itaq; ipſi inveſtiti. num. 2. ubi inter alios etiam citat Andr. de Iſern. & poſt Imolam, opinionem hanc*
* *communem * eſſe dicit. Hoſce imitatus eſt Zaſius in epitome feud. tit. de ſucceſſio. feud. 4. concluſio. Hannetonius de jure feudor. lib. 2. cap. 3. in fin. & cap. 6. Jul. Clar. lib. 4. ſentent. § feudum, quæſt. 76. nu. 3. ubi hanc*
* *ſententiam communiter * receptam eſſe profitetur. eandem ſecutus eſt Bald. in l. qui ſe patris, col. 6. verſ. Item quæritur. C. unde liberi. Salicet. in l. 2. C. de libert. & eor. liber. ubi dicit, ita ſe habere communem opinionem, quod etiam teſtatur Imola in c. ex parte col. 7. verſicul. ſecundo caſu ex. de feud. & Paul. de Caſtro in l. pro hærede. §. Si quis tamen, dicens, hunc intellectum mente tenendum, de acquirend. hæred. Jaſ. in l. quod dicitur. n. 33. de verbor. obligat.* Et quod hæc opinio æquior, & receptior ſit, aſſerit *Pinell. in l. 1. part. 3. n. 85. C. de bon. matern.* Hanc opinionem de facto conſulti, amplexi ſunt etiam *Corneus in conſil. 309. incip. Multum latè, ſub liter. O. vol. 1. Curt. Senior. in conſil. 82. incip. Capio primum in quo quæri videtur. col. 3. in fin. Albertus Brunus in conſil. 81. incip. Circa primum conſultationis articulum. n. 15. Decius in conſil. 445. incip. In caſu ad me transmiſſo. n. 51. & in conſil. 595. incip. in caſu magnifici. n. 9. Ruinus in conſil. 17. incip. ſuper primo quæſito. num. 4. & 11. lib. 1. Paris. in conſil. 5. incip. in præſenti cauſa feudali. n. 3. & ſeqq. in conſil. 23. num. 179. vol. 1. Gozad. in conſil 84. incip. Prima facie videtur dicendum. 14. ubi dicit, omnes ita tenere. Alciatus in conſil. 189. n. 1. & in conſil. 186. ubi hanc opinionem communem * vocat.* * *Marian. Socin. in conſil. 72. incip. Pro prima quæſtione. n. 29. & conſil. 77. incip. Licet in præſenti conſultatione. n. 134. vol. 1. & conſil. 80. incip. viſo ac diligenter perlecto numero. 9. conſil. 112. incip. Abunde profecto. nu. 6. & conſil. 103. incip. in cauſa iſtorum nobilium. n. 31. vol. 2. Molin. in conſil. 50. incip. viſis & examinatis. n. 43. Roland. à Vall. in conſil. 28. vol. 3. & in conſil. 79. num. 39. vol. 1. & in conſil. 67. num. 23. vol. 2* hanc ſententiam etiam latè defendendam ſuſcipit Octavius Cacheranus *in deciſio. pedemont. 162.* ubi omnes ſupra dictas auctoritates colligens, dicit ex illis clarè patere, quod hæc ſit crebrior & magis recepta opinio: eandem tam inter feudiſtas, quàm legiſtas magis communem * eſſe, ita ut ab illa in conſulendo & judicando non ſit recedendum, affirmat *
Joann. Baptiſt. Vincemal. *in conſilio feudali. 1. quod confecit in cauſa ſtatus Montisferrati. n. 71. in fin. & n. 81.* ubi multis illam comprobat, & rationes Curtii contrarium tenentis refutat. Hiſce adſtipulatus eſt etiam *Mynſinger. Centur. 3. obſervat. 67. D. Andreas Geill. in practic. obſervat. lib. 2. obſervat. 154. & noviſſimè D. Borcholt. in tractat feudal. cap. 7. n. 94.* Pro opinione iſta exiſtimat Vincemala *in d. loco* eſſe textum apertum *in d. c. 1. An agnatus vel filius*, qui conſiderat tantum, an feudum ſit paternum, nec ne, ut agnatus admittatur ad ſucceſſionem feudi, repudiata hæreditate, neq; amplius requirit, ut ſit ex pacto & providentia. ad idem ait, eſſe

textum

textum *in c. 1. de gradib. ſuccedend* ubi ut admittatur agnatus, conſideratur tantum, an feudum ſit paternum, hoc eſt, an agnatus, qui vult ſuccedere, ſit deſcendens maſculus primi acquiſitoris, nec reperitur textus in toto libro feudorum, requirens, agnatum debere eſſe hæredem vaſalli ultimò decedentis, de jure autem communi clarum eſt, quod poteſt repudiare hæreditatẽ vaſalli, & petere feudum antiquum ſibi quæſitum, & tranſmiſſum ab aſcendente communi. Deinde ait, plurimum urgere, quod, ſi ſecundum opinionem eorum, quos paulò poſt recenſebimus, textus *in c. 1.* ſolum procederet in feudo quæſito pro ſe, & liberis, & ſimul etiam amplecteremur communem illam concluſionem interpretum, quæ docet, ſufficere in feudo hæreditario filium vel agnatum eſſe hæredem primi acquiſitoris, ſequeretur neceſſariò, quod vel deciſio illius textus eſſet vana, ex quo filius vel agnatus ſemper poſſet eſſe hæres primi acquirentis, neq; teneretur adire hæreditatem ultimò defuncti; vel hoc ſaltem admittendum eſſet, filium in feudo quæſito pro ſe, & liberis deterioris eſſe conditionis, quàm in feudo hæreditario, cum in illo ſemper cógeretur eſſe hæres, in hoc verò ſufficeret, eum eſſe hæredem primi acquirentis: quod quàm ſit abſurdum, per ſe patet.

Præterea in hanc ſententiam affert Roland. à Vall. *in d. conſil. 28. vol. 3.* opinionem eorum, qui putarunt, feudum ſimpliciter acceptum, pro hæreditario eſſe reputandum. hoc enim communiter receptum eſſe exiſtimat, & cum textus etiam de feudo ſimpliciter quæſito, ſive informi loquatur, inde infert, eum vel ex jam dicta communi concluſione de feudo hæreditario intelligendum eſſe. Vides igitur, quot quantosúe haud levis cenſuræ auctores, atq; ſuffragatores habeat opinio iſta.

3 Atque † hi quidem omnes, qui eam ſuſtinuerunt, hanc potiſſimum ob cauſam exiſtimarunt, textum *in d. c. 1.* requirere, ut filius volens obtinere feudum etiam hæres eſſe cogatur, quia in inveſtitura de hæredibus dictum fuerit, atque adeò proprietatem illius dictionis (hæres) id efficere, ut filius adire hæreditatem teneatur, & hanc eſſe genuinam illius capituli rationem, indeque tandem feudum hæreditarium nomen ſuum accepiſſe, *ut poſt alios tradit Joann. Baptiſt. in d. conſil. 1. n. 89.*

Quia † verò ratio iſta non ſolum in filio, ſed & in agnato locum habet, 4
& ſecundum eam etiam agnatus perinde ut filius hæres eſſe cogeretur: (quippe cum vocabulum (hæres) in inveſtitura uſurpatum, ejuſdemque proprietas non minus ad agnatos, quàm filios pertineat) textus autem *in d. c. 1. an agnatus vel filius*, inter filium & agnatum manifeſtè diſtingvit, & in filio tantummodo requirit, ut hæres eſſe cogatur, atque interim agnato ab hoc immunitatem præbet: ideò alii non ſatis advertentes cur textum illum magis in hæreditario, quàm in feudo ex pacto & providentia procedere dixerint, & quidem illi, qui primi hujus ſententiæ auctores fuerunt, ingenuè fatentur, quod in feudo hæreditario acquiſito pro ſe & hæredibus, agnatus juxta diſpoſitionem *d. c. 1.* hæres eſſe minimè adigatur, interim aliam affingentes huic textui rationem, quæ cum natura feudi hæreditarii nihil habet commune. *Hoc diſertè docuit Bald. & Alvarott. in d. c. 1. An agnatus vel filius, Zaſius in part. 8. de feud. ſucceſſio. num. 16. Decius conſil. 78. incip. Licet in caſu propoſito, num. 4. & 6. Ruin. conſil. 17. incip. ſuper primo quæſito, num. 11. vol. 1.* ubi inde clarè aſſerit, feudum dici hæreditarium reſpectu duntaxat deſcendentium, non autem reſpectu agnatorum.

Alii verò animadvertentes hoc non ſatis convenire cum proprietate vocabuli

buli (hæres) & cum illa, quæ inde ab interpretibus conſtituta fuit, feudi hæreditarii ſpecie, atque hinc fucum huic ſententiæ quærentes, opinati ſunt, qualitati hæreditariæ in perſona agnati eo reſpectu ſatisfieri, quod is ſaltem per anteceſſoris ſui mediam perſonam hæres primi acquirentis eſſet, ac propterea ultimò defuncti hæres eſſe non cogeretur, hoc ipſum pro ratione in medium afferentes, cur *in d. c. 1.* aliud in agnato, quàm in filio diſponatur, *ut docuit Decius in conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem. n. 13. verſ. ultimo non obſtat. Paris. in conſil. 23. incip. Prima in hujuscemodi conſultatione. n. 180 vol. 1. & in conſil. 65 incip. Paternum feudum dicitur. n. 32. vol. 3. Roland. à Vall. in d. conſil. 28. articulus ſuper quo interrogatus. n. 12. vol. 3. Cephalus conſil. 224. incip. Dubitatur, an habentes feudum. n 22. Julius Clarus in d §. feudum, quæſt. 77. nu. 3. circa fin. & D. Borcholt. in d. tract feud. c. 7. n. 94.* Ex quo etiam apparet, quamvis Joann. Baptiſt. *in d. conſil. 1. n. 72.* exiſtimaverit, opinionem eorum, qui arbitrati ſunt, in feudo hæreditario ſufficere, ut quis ſit hæres primi acquirentis. licet non ſit hæres ultimò defuncti, ab illis deſcendiſſe, qui *d. c. 1.* de feudo ex pacto & providentia interpretati fuerunt: quod tamen longè veriſimilius ſit, concluſionem iſtam originem ſumſiſſe ab his, qui textum illum de feudo hæreditario intellexerunt, ut hoc modo rationem quandam invenirent, cur ex proprietate dictionis (hæres) filius magis, quàm agnati hæredes eſſe cogantur, quemadmodum à nobis jam dictum eſt.

5 Licet † interim non negem, multos etiam, qui poſteriori intellectui ſubſcripſerunt, dum, quorſum id tendat, non ſatis perpenderunt, hoc idem quod videlicet ſufficiat, quem eſſe hæredem primi acquirentis, promiſcuè approbaſſe, atq. hinc pleroſq; concluſionem iſtam pro communi decantaſſe, *ut Alexan. in conſil. 26. incip. Ponderatis his. n. 9. vol. 5. & in conſil. trigeſimo incip. Quoniam omne datum n. 17. vol. 1. Decius in conſil. 208. Primo in hujuſcemodi conſultatione. n. 13. Albert. Brun. in conſil. 18. incip. In cauſa vertente. n. 13. verſ. Tertiò, quia præſuppoſito. Paris in d. conſil 23. n. 177. & n. 181. ubi hanc opinionem veriorem, & magis communem * eſſe ait, vol 1. Gozad. in conſil 84. incip. In cauſa illuſtriſſimorum dominorum. n. 14. Marian. Socin. in conſil. 72. n. 29. vol. 1. Cephalus d. conſil. 224. n. 25. & hanc opinionem receptiorem appellat Sylvanus in conſil. 30. n. 20. & Julius Clarus in d. §. feudum quæſtio 5. nu. 5. ubi addit, ſecundum hanc opinionem in facti contingentia fuiſſe judicatum, de quo tamen non ſolum paulò poſt in hac, ſed & in quæſtione 13. plura dicemus.*

Contra † verò pleriq; non minoris cenſuræ interpretes exiſtimarunt, 6 ſæpe dictum *c. 1. An agnatus vel filius,* non de feudo hæreditario, ſed de feudo ex pacto & providentia intelligendum eſſe. Hoc ſenſiſſe videtur gloſ. *ibi in verſ. Repudiare.* dum ait, mirum videri hoc, quod ibi diſponitur, maximè cum fuerit feudum paternum, potius principali providentia videtur ad eum pertinere debere, quàm judicio defuncti. Idem ſenſit antiquus Doctor Jacob. de Ardizo. *in ſumm. tit. de ſucceſſio. feud. quod eſt caput 137. §. Item quæritur nunquid repudiando.* ubi licet primo dixerat, filium poſſe repudiare hæreditatem, ſi in inveſtitura dictum fuerit de liberis, tamen poſtea argumenta in utramq; partem adducens, tandem diſtingvit, an filius poſſit eſſe hæres nec ne, & deinde referens opinionem Bulgar. & Irner. concludit, filium, qui noluit eſſe hæres patris non debere conſequi beneficium: & licet Cacheranus *in d. deciſion. 162. n. 5.* dicat, cum verbis hiſce nihil firmaſſe, neq; reſpondiſſe ad jura in contrarium adducta, quæ tamen fuerit ejus ſententia, & qua ratione contrariis ſatisfacere voluerit ex jam dicta diſtinctione ſatis patet.

Idem † diſerte docuit Jacob. de 7 Belviſ.

Belviſ. *in d.c. 1. An agnatus vel filius*, ubi, poſtquam ſpeciem facti declaraverat, addit.h.d. ſi paternum fuerit, & feudum eſt ſimplex & rectum, & propriam habet naturam,aliàs ſecus;quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, textum illum duntaxat in feudo ex pacto & providentia procedere. Hoc enim, *ut ſuprà diximus*, propriam feudi naturam retinet.In hanc ſententiam clarius loquitur *in c. 1,de eo, qui ſibi & hæredib. maſcul.* ubi in fine diſtingvens,aut, inquit, conceditur ſimpliciter res ad directum feudum,& tunc ſervatur,quod dicitur in tit. an agnatus vel filius,aut conceditur res in feudum paciſcenti ſibi & hæredibus, tunc non acquiritur aliis, niſi hæredibus: ideoq; paulò ante dixerat, hoc caſu agnatos non poſſe repudiare hæreditatem defuncti, quia vaſallus voluit præjudicare hæredibus ſuis, & dominus ei conceſſit per eundem modum.

Ex quibus verbis ſatis utique conſtat de mente illius, quod videlicet ſenſerit, text. *in d. c. 1.* non habere locum in feudo hæreditario, ſed in feudo ex pacto & providentia. Nam etſi Cacheranus *in d. deciſio. 162, num. 5.* ex eo, quod Jacob. de Belviſ. de feudo ſimpliciter loquitur, colligit, eum ſenſiſſe, quaſi textus ille ſolum in feudo hæreditario locum haberet,tamen dato, hæc verba Jacob. de Belvis. eſſe tantum de feudo ſimpliciter conceſſo intelligenda, non tamen inde ſequeretur, feudum ita ſimpliciter acquiſitum eſſe hæreditarium, cum præſertim Jacob. de Belviſ. iſtud à feudo hæreditario manifeſtè diſcernat. quinpotius Cacheranus in hoc ſibimetipſi adverſatur, cum in præcedenti quæſtione pluribus firmaverit, feudum etiam ſimpliciter conceſſum non eſſe hæreditarium, ſed ex pacto & providentia. Præterea Jacob. de Belvis. non ſolum de feudo ſimpliciter acquiſito loquitur, ſed & de conceſſo ad directum feudum: quo nomine non minus venit feudum alicui & liberis acquiſitum, cum & hoc rectum feudum, ut ſupra diximus, commodè appelletur.

Idem † magis perſpicuè tradidit Andr. de Iſern. *in d. c. 1. An agnatus vel filius, in princ.* ubi diſtingvens inter feudum hæreditarium, & ex pacto & providentia, poſtquam de hæreditario dixerat, ſubjungit: de hoc non loquitur iſtud capitulum, quia in hæreditario feudo nemo ſuccedit, niſi qui eſt hæres: poſt feudum verò ex pacto addit: & de hoc loquitur iſtud capitulum, & deinceps *col. 2. in fin. verſ. Alii voluerunt dicere*, reprobans opinionem eorum,qui exiſtimarunt, textum illum de feudo hæreditario accipiendum eſſe. Hæc poſitio, inquit, videtur manifeſtè improbari ex litera, quæ facit differentiam inter agnatum & filium: ſi enim eſſet hæreditarium, nulla foret differentia, quia nullus ſuccederet in feudo niſi hæres: & licet ibidem *in §. ubi verò, verſ. Moderni*, dicat, filios, etſi non ſint hæredes, iſtud feudum ex pacto & providentia habere: quod etiam aſſerit, *in c. 1. §. Hoc quoq; de ſucceſ. feud. & multis aliis in locis*: id tamen hanc habet ſententiam, ut filius in feudo acquiſito pro ſe & liberis, non quidem ex ipſa natura & qualitate hæreditaria aſſumta ex verbis inveſtituræ hæres eſſe cogatur, licet interim juxta diſpoſitionem, *dict. cap. 1. An agnatus vel filius*, hæres eſſe debeat, quoties feudum conſequi voluerit. Inter hos enim duos caſus, an jure hæreditario ſuccedat in feudo, an verò ex diſpoſitione, *dicto capite primo*, hæres ſit, multum intereſt, ut ex iis, quæ in quæſtione antecedente aſſeruimus, & latius infrà dicemus, cognoſcere licebit. Immeritò igitur à Cacherano eo nomine inſimulatur Andr. de Iſern. quaſi in hoc variè locutus fuerit, cùm ex verbis adductis de ſententia ejuſdem liquidò conſtet: quæ verba poſt Loffred. & Camerar. latius interpretatus eſt

Joan.

ſpondit Bald. *in conſil. 475. verſ. ſed in feudo niſi filius ſit hæres. volum. 5* ubi poſt Jacobum de Belviſo, & Bart. diſtinguens inter emphiteuſin & feudum, ſubjungit, ſe per omnia in hoc puncto ſequi Bartol. juxta eam etiam conſuluit Angel. *in conſil. 184.* & licet Cacheranus dixerit, eum loqui tantummodo de feudo paterno, idque ratione emphyteuſeos concedi poſſet: is tamen in feudo referendo & ſequendo ſimpliciter Bart. diſertè inquit Bartol. in feudo non diſtinxit inter feudum paternum & antiquum. item Aretin. *in conſil. 14. in ſecundo dubio*, ubi dicit, quod opinio iſta videatur magis conformis juribus feudorum, & communior. Alexand. *conſil. 19. volum. 5.* qui referens doctrinam Andreæ de Iſernia, ait, ſi feudum conceſſum fuerit alicui & hæredibus, agnatum non poſſe tum repudiare, & amplecti feudum antiquum ſive paternum. ſed quando feudum ſimpliciter fuiſſet conceſſum, abſque eo, quod dictum eſſet de hæredibus, tum agnatum poſſe non agnita hæreditate vaſalli, amplecti feudum, ita procedit (inquit) textus *in d. c. 1. An agnatus vel filius.* Idem multis verbis defendit Loffredus *in conſil. 1. num. 52. & nu. 68.* ubi etiam rationem differentiæ ſimul aſſignat, quomodo filius aliter hæres ſit in feudo hæreditario, aliter item in feudo ex pacto & providentia. & quamvis Cacheranus afferat, eum duntaxat ſermocinari de feudo à patre acquiſito, tamen quanti hoc faciendum ſit, cuilibet locum illum intuenti facilè in conſpectu erit. non ſolum enim de filiis, ſed & de agnatis ſuccedentibus diſertè loquitur: quos ſanè non niſi in feudo paterno ſuccedere manifeſtum eſt. *idem ſecutus eſt Anton. ab Alex. inter conſil. Sigiſmund. 52. nu. 53. & Gulielm. à Perno in conſil. 6. numer. 8. Albertus Brunus conſil. 24. Capitius deciſio. 97. num. 2. Antonius Rubeus in conſil. 18. num. 3. Curtius junior conſil. 138. nu. 18. & in conſil. 155.*

Ex† his modo liquidum eſt, quantis utraque harum opinionum ſit ſtipata auctoritatibus, quamque adeò controverſus iſte ſit articulus. ſed ut tandem etiam quid in hoc opinionum invicem pugnantium conflictu ſtatuendum, & cui potiſſimum ſit aſſentiendum, proferamus, verendum ſanè eſt, ne ſententia poſterior claſſicorum interpretum crebriori calculo ſit recepta, & tàm verbis *d. c. 1.* quam etiam aliis communiter approbatis Doctorum doctrinis magis conveniat, atque adeò opinionem primo loco relatam, quicquid Cacheranus aſſeveret, longè vincat. In quam ſententiam me vocant primo verba generalia *d. c. 1. An agnatus vel filius.* etenim abſque ulla diſtinctione loquitur, neque ullis verbis inveſtituræ nititur ad hoc, ut diſpoſitioni illi locus ſit. Par igitur eſt, ut generaliter de quovis feudo propriam naturam retinente intelligatur. *l. 1. §. generaliter. de legat. præſtand. l. fin. in fin. C. de dot. promiſſ.* cum his verò verbis generalibus minimè convenit opinio primo loco relata: quippe cum ſecundum eam reſtringenda eſſent, ut ſolum locum haberent, quando in inveſtitura dictum vel ſubintellectum fuit (de hæredibus) neque adeò tàm ipſa feudi natura, quàm verba inveſtituræ in textu illo penitus non conſiderata, eſſent attendenda. potius igitur ſubſcribendum videtur poſteriori ſententiæ, quæ verba illa generalia de feudo ex pacto & providentia, & conſequenter de omni feudo propriam naturam habente (diximus enim ſupra hoc nomine rectè cenſeri feudum ex pacto) intelligit, quam priori, quæ verba ad alia, de quibus ne cogitatum quidem fuit, reſtringens generalitati plurimum adverſatur.

Quo argumento quidam moti exiſtimarunt, textum illum generaliter in quovis feudo tàm hæreditario, quàm ex pacto & providentia procedere, *ut multis obfirmat Sylvan. in d. conſil. 30. & Cepha-*

& *Cephalus in d. conſil. 224. & Joann. Baptiſt. Vincemal. in d. conſil. 1. n. 80. id quod etiam amplexus eſt Sonsbeccius in tractat. feud. part. 9. n. 160.* Ut proinde etiam hi cum poſteriori ſententia facere, & omnes pene rationes, quibus nituntur, eam comprobare videantur: quatenus nimirum inde colligitur, textum illum etiam in feudo ex pacto & providentia procedere. Nam ad feudum hæreditarium quod attinet, hujus naturam illos minus rectè percepiſſe, ex iis, quæ juxta communes interpretum doctrinas ſupra *quæſtio. 1.* diximus, quivis facilè dijudicare poterit. Quod ſi quis contra dixerit, eodem etiam vitio conflictari alteram opinionem; quæ textum illum in feudo hæreditario non valere concludit, *ut animadvertit Cephalus in d. conſ. 224. n. 23.* huic ſatisfacere non erit difficile, ſi modo paulò attentius cogitaverimus, unde fit hoc, quod textum illum in feudo hæreditario locum minus obtinere diximus.

11 Id † enim omne ex eo proficiſcitur, quoniam ex verbis in inveſtitura uſurpatis certa feudi ſpecies efficitur, quæ à cæteris feudis prorſus ſeparatæ eſt naturæ, & de jure feudorum ne cognita quidem fuit. Non igitur propter hoc, quod textum *in d. c. 1.* in hæreditario feudo locum non habere aſſerimus, tam verba generalia illius capituli reſtringimus quàm illis generaliter in feudis propriam naturam habentibus locum relinquimus, atq; interim feudum hæreditarium ſecundum ſuam ipſius naturam metimur: præſertim cum non ideò text. *in d. c. 1.* in hæreditario feudo non procedere dicatur, quaſi filius, ut generaliter ibi diſponitur, in eo hæres non eſſe cogatur, prout aſſerunt contrarium tenentes: ſed potius, quia magis hæres eſſe, & omnino hæreditario jure ſuccedere debeat.

12 Secundò † priori opinioni refragatur communis illa interpretum ſententia, quæ docet, feudum hæreditarium jure feudali fuiſſe incognitum, ſed iſtud ex verbis in inveſtitura poſitis extrinſecus conſtitui, & propterea à propria natura feudi ſeparatam habere rationem, ut poſt alios, quos allegat, fatetur Cacheranus in deciſio. *161. n. 8.* & Joann. Thom: Minadous *in conſil. 10. n. 5.* ubi ait, qualitatem hæreditariam fuiſſe extraneam à ſimplici conſuetudine feudorum. Nam vel ex hoc ipſo veriſimile fit, textum illum non de ejuſmodi feudo hæreditario ex verbis inveſtituræ contra naturam feudi conſtituto, ſed potius de feudo ex pacto & providentia; quod, *ut ſupra diximus*, propriam feudi naturam retinet, intelligendum eſſe; *arg. l. ſi ita. §. Chryſogonus, de verbor. obligat.*

Tertiò, hæc etiam opinio non ſatis convenire videtur cum receptiſſima illa doctrina, qua feudum hæreditarium à feudo ex pacto diſcriminatur.

Hæc † enim diſtinctio potiſſimum fundata eſt verbis inveſtituræ, nec tam illis, quibus feudum quis pro ſe atque liberis acquiſivit (nam horum verborum reſpectu, cum de natura feudi nihil diminuant, diſtinctio iſta neceſſaria non fuiſſet) quàm hiſce potiſſimum, quibus feudum hæredibus eſt conceſſum. cum enim propter dictionis (hæredibus) proprietatem feudum à priſtina natura ſua haud parum degeneret, neceſſe fuit, hanc feudi ſpeciem à feudo propriam naturam retinente diſcerni, ut ita dictionis hujus proprietas potiſſimum cauſam huic diſtinctioni præbuerit, quemadmodum ſuperius *quæſt. 1.* pluribus firmatum fuit, & ſenſit *Franciſc. Anton. Villanus in Reſponſo, quod habetur poſt Cannetium nu. 20.* inquiens: qualitas hæreditaria eſt illa, quæ diverſificat feudum hæreditarium à feudo ex pacto. Modò ſi textus *in d. c. 1.* eſſet intelligendus de feudo hæreditario, ita ut ex proprietate dictionis (hæres) aliam qualitatem non haberet, quàm ut quis juxta diſpoſi- 13

runt *ut patet ex his quæ Parens. n. 69. annotavit.*

(e) Tam ex teſtamento] *Joann. ab Arcedura cap. 4. concl. 3. n. 25. & ſeqq.*

(f) Hæreditarium dicitur] *vide Joan. ab Arcedura cap. 3. concl. 1. n. 62.*

(g) Quæ hactenus commemoravimus] Hunc locum citat Andr. Fachin. *lib 7. controverſ. cap. 3.*

ex eoq; Parentem in eorum numerum refert, qui alterum tantum propoſitæ diſtinctionis membrum, quo nimirum feudum hæreditarium dicitur, rejiciunt. Callido quodam artificio, quo in multis aliis locis utitur, Cum enim Parens eandem planè quam ipſe tanto ornatu defendendam ſumit ſententiam, jamdudum iiſdem rationibus quibus ille utitur confirmaſſet, Fachinæus ne id fateri cogeretur aliam Parenti opinionem attingit, quaſi hæreditarium tantum feudum non admittat retento eo, quod ex pacto & providentia dicitur, cum tamen Parens poſtquam hic neglectis Dd. traditis ex ſua ſententia loqui incipit expreſſè profiteatur non illud tantum membrum ſed potius totam illam diſtinctionem, ſiquidem ex textibus res æſtimanda eſſet, rejiciendam & unam atq; eandem hoc quidem reſpectu omnium feudorum naturam eſſe conſtituendam. In judiciis tamen tamdiu retinendam donec publica autoritate aliud ſtatuatur Interim de eo laborandum putavit, quomodo mentem interpretum, qui auctores ejus fuerunt explicaret, & verum rei uſum demonſtraret.

In hanc ſententiam] *vid. Joan. ab Arcedura cap. 3. concl. 1. n. 9.* (h)

QUÆSTIO II.

TITULUS AN AGNATUS VEL FILIUS &c. UTRUM DE FEUDO EX PACTO & providentia, an verò de feudo hæreditario intelligendus ſit, & quem uſum habeat inveſtigatio iſta: quibus item modis reſtringatur diſpoſitio illius tituli, & utrum is locum habeat, in foro Saxonico.

1. *Agnatus repudiata hæreditate feudum obtinere poteſt. filius non item.*
2. *Tit. An agnatus vel filius, multi de feudo hæreditario interpretati ſunt, & quibus rationibus. Contrà autem alii de feudo ex pacto & providentia intellexerunt num 6. & hæc ultima ſententia, reprobata prima, multis argumentis firmatur num. 10.*
3. *Filius propter dictionem (hæres) in inveſtitura uſurpatam cogitur eſſe hæres in feudo hæreditario, ſecundum quoſdam.*
4. *Agnati cur non perinde ut filii hæredes eſſe teneantur. Reprobatur hoc n. 15.*
5. *Agnatus in feudo hæreditario ſaltem hæres primi acquirentis eſſe cogitur, & unde hoc deſcenderit num. 4. & 18. Imò quod juxta communem teneatur eſſe hæres ultimi, probatur n. 16. & 17. & 37.*
7. *Iacob: de Belviſ. locus declaratur, & num. 31.*
8. *Andreæ de Iſernia doctrina declaratur.*
9. *Filius licet ſuccedat juxta c. 1. An agnatus vel filius, tamen eſt hæredes duntaxat in bonis allodialibus, non autem in feudo, & cenſetur eſſe qualitas ſeparata à feudo.*
11. *Tit. An agnatus vel filius cur reſtringatur ad feudum ex pacto.*
12. *Feudum hæreditarium jure feudorum non fuit cognitum.*
13. *Proprietas dictionis (hæres) tantummodo cauſam præbuit diſtinctioni inter feudum ex pacto & hæreditariũ.*

14. Ha-

14. *Hæredem eſſe in ipſo feudo, vel eſſe hæredem in bonis allodialibus differunt.*
Titulus, An agnatus vel filius, loquitur modò de ſucceſſione in bonis allodialibus.
15. *Agnatum non propterea hæreditatem defuncti juxta tit. An agnatus, repudiare poſſe, quia hæres fuerit primi acquirentis.*
19. *Curtius contra Joann. Baptiſt. defenditur, & num. 24.*
20. *In feudo hæreditario cur agnatus hæres eſſe cogatur.*
21. *Opinio eorum qui tit. An agnat. de feudo hæreditario interpretati ſunt, unde deſcenderit.*
22. *Hæreditarii feudi natura adverſatur diſpoſitioni tit. An agnat.*
23. *Feudo ex pacto conveniunt omnia, quæ de proprio feudo jure feudali diſpoſita reperiuntur.*
25. *Filii cur magis, quàm agnati teneantur eſſe hæredes in feudo ex pacto.*
26. *In feudalibus non requiritur exacta ratio.*
27. *Filii cenſentur feuda conſequi beneficio patris.*
28. *A feudis ad Emphyteuſin non ſemper rectè ducitur argumentum.*
29. *Tit. An agnatus vel filius, quidam de feudo ſimpliciter conceſſo interpretati ſunt; quorum opinio improbatur.*
30. *Feudum ex pacto nihil differt à feudo ſimpliciter conceſſo.*
32. *Feudi hæreditarii natura quæ ſit.*
33. *Hæres utrum quis ſit ex proprietate dictionis (hæres) an verò ex tit. An agnat. vel filius. plurimum differt, & unde hoc deſcendat n. 35.*
Ex eo, quod quis hæres eſſe cogitur, non ſequitur, eum propterea jure hæreditario ſuccedere.
34. *In ipſo feudo hereditario, ſucceditur jure hæreditario.*
35. *In dictione (hæres) utrum in jure feudali an ab homine exprimatur, plurimum diſcriminis poſitum eſt.*
36. *Ex eo, quod quis hæres eſſe cogitur, non ſequitur, feudum eſſe hæreditarium.*
38. *Filius feudum ex pacto obtinere non poteſt, niſi ſit hæres patris.*
39. *Filius hæres patris tenetur etiam ſatisfacere creditoribus de fructibus feudi ex pacto.*
40. *Filius hæres eſſe non cogitur, hæreditate ſibi non delata. Idq; multis modis contingere poteſt n. 41.*
42. *Sic etiam quando nihil de bonis hæreditariis fuerit reſidui, ſed hoc improbatur.*
43. *Filius confecto inventario de feudo nihil præſtare tenetur, ſed hoc etiam in dubium vocatur. n. 45.*
44. *Hæres in foro Saxonico etiam ſine inventario ultra vires hæreditarias non tenetur. Inde verò non ſequitur, eum hæredem omnino non eſſe debere, n. 50.*
46. *Fruſtra precibus impetratur, quod lege permiſſum eſt.*
47. *Quæ interpretes de feudo ex pacto tradiderunt, multi ad feudum hæreditarium perperam detorſerunt.*
49. *Tit. An agnatus vel filius, jure Saxonico locum non habere quidam exiſtimarunt, & quib. rationib. Contrarium verò firmatur. n. 49.*
51. *Textus in art. 21. lib. 1. Specul. Saxon. declaratur.*
52. *Correctio juris communis, quoad ejus fieri poſſet, evitanda.*

1 AGNATUM, † repudiata hæreditate defuncti, feudum ſucceſſionis jure ad ſe devolutum obtinere poſſe, filiis verò idem permiſſum non eſſe, ſed hoſce, ſi feudum à parente relictum conſequi voluerint, ſimul etiam hæreditatem paternam adire, atque adeò utrumq; vel retinere vel repudiare debere, diſertis quidem verbis diſponitur *in cap. 1. An agnatus vel filius*, a neque tamen interim ſatis declaratur, utrum hæc juris feudalis diſpoſitio in feudo ex pacto & providentia, an verò in feudo hæreditario, an in utroq; locum habeat: nec mirum, cum, ut ſupra dictum eſt, diſtinctio iſta feudorum jure illo ne cognita quidem, nedum ab eodem inventa fuerit, ſed ab interpretib. initium ſuum traxerit. Hinc igitur magna inter commentatores orta eſt altercatio, de quo feudorum genere capitulum iſtud ſit intelligendũ. Quibuſdam opinantib. de feu-

de feudo hæreditario accipiendum
eſſe,aliis autem contrà de feudo ex pa-
cto & providentia interpretantibus.
Quia verò plurimum in eo ſitum eſt,
ut in hoc controverſo articulo certi
quid conſtituatur: quippe cum non ſo-
lum ex his diverſis opinionibus diver-
ſæ deſcendant doctrinæ,ſed etiam inde
demum rectius dignoſci poſſit, quæ ſit
propria natura feudi hæreditarii, de
quo in præcedenti quæſtione egimus:
ideo veritatem hujus dubii diligentius
inveſtigare,& hanc materiam illis,quæ
de natura feudi hæreditarii comme-
moravimus, prius quàm ad alia proce-
damus,proximè ſubjungere viſum no-
bis fuit.

2 De † feudo hæreditario *d. c. 1. An*
agnatus vel filius,interpretatus eſt *Bald.*
ibi,quem ſequitur Martinus Laudenſis &
Alvarott.qui (licet perperam) refert, An-
dr.de Iſern. idem tenere. Præpoſ. & Fride-
ric. Schenck.in d.c.1. Jacob.de S. Georg. in
tractat.feudal.in verb. Itaq; ipſi inveſtiti.
num 2.ubi inter alios etiam citat Andr.de
Iſern. & poſt Imolam, opinionem hanc
* *communem * eſſe dicit. Hoſce imitatus eſt*
Zaſius in epitome feud.tit.de ſucceſſio.feud.
4. concluſio. Hannetonius de jure feudor.
lib.2.cap.3.in fin.& cap.6. Jul. Clar. lib. 4.
ſentent.§.feudum,quæſt.76.nu. 3.ubi hanc
* *ſententiam communiter * receptam eſſe*
profitetur. eandem ſecutus eſt Bald. in l.
qui ſe patris, col. 6. verſ. Item quæritur. C.
unde liberi. Salicet.in l.2.C.de libert.& eor.
liber.ubi dicit,ita ſe habere communem o-
pinionem, quod etiam teſtatur Imola in c.
ex parte col.7.verſicul.ſecundo caſu ex. de
feud. & Paul.de Caſtro in l. pro hærede. §.
Si quis tamen, dicens, hunc intellectum
mente tenendum,de acquirend.hæred. Jaſ.
in l.quod dicitur. n. 33. de verbor.obligat.
Et quod hæc opinio æquior, & recep-
tior ſit,aſſerit *Pinell.in l.1.part.3.n.85. C.*
de bon. matern. Hanc opinionem de
facto conſulti,amplexi ſunt etiam *Cor-*
neus in conſil. 309. incip. Multum latè, ſub
liter.O.vol.1.Curt.Senior. in conſil. 82. in-
cip. Capio primum in quo quæri videtur.
col. 3.in fin. Albertus Brunus in conſil. 81.
incip.Circa primum conſultationis articu-
lum.n.15. Decius in conſil.445.incip, In ca-
ſu ad me transmiſſo.n.51. & in conſil.395.
incip.in caſu magnifici.n.9 Ruinus in con-
ſil. 17.incip.ſuper primo quæſito.num. 4. &
11.lib.1.Paris.in conſil. 5. incip. in præſenti
cauſa feudali.n.3.& ſeqq.in conſil.23.num.
179.vol.1.Gozad.in conſil 84.incip. Prima
facie videtur dicendum. 14. ubi dicit,om-
nes ita tenere. Alciatus in conſil. 189. n. 1.
& in conſil. 186. ubi hanc opinionem com-
*munem * vocat. Marian. Socin. in conſil.* *
72.incip. Pro prima quæſtione.n.29.& con-
ſil. 77.incip. Licet in præſenti conſultatio-
ne.n.134.vol.1.& conſil.80.incip.viſo ac di-
ligenter perlecto numero. 9. conſil. 112. in-
cip. Abunde profecto.nu. 6. & conſil.103.
incip. in cauſa iſtorum nobilium.n.31. vol.
2.Molin.in conſil. 50. incip. viſis & exami-
natis.n.43.Roland.à Vall.in conſil. 28. vol.
3.& in conſil.79.num.39. vol. 1. & in con-
ſil.67.num. 23. vol. 2 hanc ſententiam
etiam latè defendendam ſuſcipit Octa-
vius Cacheranus *in deciſio. pedemont.*
162. ubi omnes ſupra dictas auctorita-
tes colligens,dicit ex illis clarè patere,
quod hæc ſit crebrior & magis recepta
opinio: eandem tam inter feudiſtas,
quàm legiſtas magis communem * eſ- *
ſe,ita ut ab illa in conſulendo & judi-
cando non ſit recedendum, affirmat
Joann.Baptiſt. Vincemal.*in conſilio feu-*
dali.1.quod confecit in cauſa ſtatus Mon-
*tisferrati.n.71.in fin.& n.81.*ubi multis il-
lam comprobat, & rationes Curtii
contrarium tenentis refutat. Hiſce
adſtipulatus eſt etiam *Mynſinger. Cen-*
tur. 3. obſervat. 67. D. Andreas Geill. in
practic.obſervat.lib.2.obſervat.154.& no-
viſſimè D. Borcholt.in tractat feudal. cap.
7.n. 94. Pro opinione iſta exiſtimat
Vincemala *in d. loco* eſſe textum aper-
tum *in d. c. 1. An agnatus vel filius*, qui
conſiderat tantum, an feudum ſit pa-
ternum,nec ne, ut agnatus admittatur
ad ſucceſſionem feudi,repudiata hære-
ditate, neq; amplius requirit, ut ſit ex
pacto & providentia. ad idem ait, eſſe
textum

extum *in c. 1. de gradib. ſuccedend.* ubi ut admittatur agnatus, conſideratur tantum, an feudum ſit paternum, hoc eſt, an agnatus, qui vult ſuccedere, ſit deſcendens maſculus primi acquiſitoris, nec reperitur textus in toto libro feudorum, requirens, agnatum debere eſſe hæredem vaſalli ultimò decedentis, de jure autem communi clarum eſt, quod poteſt repudiare hæreditatē vaſalli, & petere feudum antiquum ſibi quæſitum, & tranſmiſſum ab aſcendente communi. Deinde ait, plurimum urgere, quod, ſi ſecundum opinionem eorum, quos paulò poſt recenſebimus, textus *in c. 1.* ſolum procederet in feudo quæſito pro ſe, & liberis, & ſimul etiam amplecteremur communem illam concluſionem interpretum, quæ docet, ſufficere in feudo hæreditario filium vel agnatum eſſe hæredem primi acquiſitoris, ſequeretur neceſſariò, quod vel deciſio illius textus eſſet vana, ex quo filius vel agnatus ſemper poſſet eſſe hæres primi acquirentis, neq; teneretur adire hæreditatem ultimò defuncti, vel hoc ſaltem admittendum eſſet, filium in feudo quæſito pro ſe, & liberis deterioris eſſe conditionis, quàm in feudo hæreditario, cum in illo ſemper cogeretur eſſe hæres, in hoc verò ſufficeret, eum eſſe hæredem primi acquirentis: quod quàm ſit abſurdum, per ſe patet.

Præterea in hanc ſententiam affert Roland. à Vall. *in d. conſil. 28. vol. 3.* opinionem eorum, qui putarunt, feudum ſimpliciter acceptum, pro hæreditario eſſe reputandum. hoc enim communiter receptum eſſe exiſtimat, & cum textus etiam de feudo ſimpliciter quæſito, ſive informi loquatur, inde infert, eum vel ex jam dicta communi concluſione de feudo hæreditario intelligendum eſſe. Vides igitur, quot quantoſúe haud levis cenſuræ auctores, atq; ſuffragatores habeat opinio iſta.

3 Atque † hi quidem omnes, qui eam ſuſtinuerunt, hanc potiſſimum ob cauſam exiſtimarunt, textum *in d. c. 1.* requirere, ut filius volens obtinere feudum etiam hæres eſſe cogatur, quia in inveſtitura de hæredibus dictum fuerit, atque adeò proprietatem illius dictionis (hæres) id efficere, ut filius adire hæreditatem teneatur, & hanc eſſe genuinam illius capituli rationem, indeque tandem feudum hæreditarium nomen ſuum accepiſſe, *ut poſt alios tradit Joann. Baptiſt. in d. conſil. 1. n. 89.*

Quia † verò ratio iſta non ſolum in filio, ſed & in agnato locum habet, 4
& ſecundum eam etiam agnatus perinde ut filius hæres eſſe cogeretur: (quippe cum vocabulum (hæres) in inveſtitura uſurpatum, ejuſdemque proprietas non minus ad agnatos, quàm filios pertineat) textus autem *in d. c. 1. an agnatus vel filius*, inter filium & agnatum manifeſtè diſtingvit, & in filio tantummodo requirit, ut hæres eſſe cogatur, atque interim agnato ab hoc immunitatem præbet: ideò alii non ſatis adverrentes cur textum illum magis in hæreditario, quàm in feudo ex pacto & providentia procedere dixerint, & quidem illi, qui primi hujus ſententiæ auctores fuerunt, ingenuè fatentur, quod in feudo hæreditario acquiſito pro ſe & hæredibus, agnatus juxta diſpoſitionem *d. c. 1.* hæres eſſe minimè adigatur, interim aliam affingentes huic textui rationem, quæ cum natura feudi hæreditarii nihil habet commune. *Hoc diſertè docuit Bald. & Alvarott. in d. c. 1. An agnatus vel filius, Zaſius in part. 8. de feud. ſucceſſio. num. 16. Decius conſil. 78. incip. Licet in caſu propoſito, num. 4. & 6. Ruin. conſil. 17. incip. ſuper primo quæſito. num. 11. vol. 1.* ubi inde clarè aſſerit, feudum dici hæreditarium reſpectu duntaxat deſcendentium, non autem reſpectu agnatorum.

Alii verò animadvertentes hoc non ſatis convenire cum proprietate vocabuli

buli (hæres) & cum illa, quæ inde ab interpretibus conſtituta fuit, feudi hæreditarii ſpecie, atque hinc fucum huic ſententiæ quærentes, opinati ſunt, qualitati hæreditariæ in perſona agnati eo reſpectu ſatisfieri, quod is ſaltem per anteceſſoris ſui mediam perſonam hæres primi acquirentis eſſet, ac propterea ultimò defuncti hæres eſſe non cogeretur, hoc ipſum pro ratione in medium afferentes, cur *in d. c. 1.* aliud in agnato, quàm in filio diſponatur, *ut docuit Decius in conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem. n. 13. verſ. ultimo non obſtat. Paris. in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. n. 180 vol. 1. & in conſil. 65. incip. Paternum feudum dicitur. n. 32. vol. 3. Roland. à Vall. in d. conſil. 28. articulus ſuper quo interrogatus. n. 12. vol. 3. Cephalus conſil. 224. incip. Dubitatur, an habentes feudum. n. 22. Julius Clarus in d. §. feudum, quæſt. 77. nu. 3. circa fin. & D. Borcholt. in d. tract. feud. c. 7. n. 94.* Ex quo etiam apparet, quamvis Joann. Baptiſt. *in d. conſil. 1. n. 72.* exiſtimaverit, opinionem eorum, qui arbitrati ſunt, in feudo hæreditario ſufficere, ut quis ſit hæres primi acquirentis, licet non ſit hæres ultimò defuncti, ab illis deſcendiſſe, qui *d. c. 1.* de feudo ex pacto & providentia interpretati fuerunt: quod tamen longè veriſimilius ſit, concluſionem iſtam originem ſumſiſſe ab his, qui textum illum de feudo hæreditario intellexerunt, ut hoc modo rationem quandam invenirent, cur ex proprietate dictionis (hæres) filius magis, quàm agnati hæredes eſſe cogantur, quemadmodum à nobis jam dictum eſt.

5 Licet † interim non negem, multos etiam, qui poſteriori intellectui ſubſcripſerunt, dum, quorſum id tendat, non ſatis perpenderunt, hoc idem quod videlicet ſufficiat, quem eſſe hæredem primi acquirentis, promiſcuè approbaſſe, atq. hinc pleroſq; concluſionem iſtam pro communi decantaſſe, *ut Alexan. in conſil. 26. incip. Ponderatis his. n. 9. vol. 5. & in conſil. trigeſimo incip. Quoniam omne datum n. 17. vol. 1. Decius in conſil. 208. Primo in hujuſcemodi conſultatione. n. 13. Albert. Brun. in conſil. 18. incip. In cauſa vertente. n. 13. verſ. Tertiò, quia præſuppoſito. Paris in d. conſil. 23. n. 177. & n. 181. ubi hanc opinionem veriorem, & magis communem * eſſe ait, vol. 1. Gozad. in conſil. 84. incip. In cauſa illuſtriſſimorum dominorum. n. 14. Marian. Socin. in conſil. 72. n. 29. vol. 1. Cephalus d. conſil. 224. n. 25. & hanc opinionem receptiorem appellat Sylvanus in conſil. 30. n. 20. & Julius Clarus in d. §. feudum quæſtio 5. nu. 5. ubi addit, ſecundum hanc opinionem in facti contingentia fuiſſe judicatum, de quo tamen non ſolum paulò poſt in hac, ſed & in quæſtione 13. plura dicemus.*

Contra † verò pleriq; non minoris cenſuræ interpretes exiſtimarunt, 6 ſæpe dictum *c. 1. An agnatus vel filius,* non de feudo hæreditario, ſed de feudo ex pacto & providentia intelligendum eſſe. Hoc ſenſiſſe videtur gloſ. *ibi in verſ. Repudiare.* dum ait, mirum videri hoc, quod ibi diſponitur, maximè cum fuerit feudum paternum, potius principali providentia videtur ad eum pertinere debere, quàm judicio defuncti. Idem ſenſit antiquus Doctor Jacob de Ardizo. *in ſumm. tit. de ſucceſſio. feud. quod eſt caput 137. §. Item quæritur nunquid repudiando.* ubi licet primo dixerat, filium poſſe repudiare hæreditatem, ſi in inveſtitura dictum fuerit de liberis, tamen poſtea argumenta in utramq; partem adducens, tandem diſtingvit, an filius poſſit eſſe hæres nec ne, & deinde referens opinionem Bulgar. & Irner. concludit, filium, qui noluit eſſe hæres patris non debere conſequi beneficium: & licet Cacheranus *in d. deciſion. 162. n. 5.* dicat, eum verbis hiſce nihil firmaſſe, neq; reſpondiſſe ad jura in contrarium adducta, quæ tamen fuerit ejus ſententia, & qua ratione contrariis ſatisfacere voluerit ex jam dicta diſtinctione ſatis patet.

Idem † diſerte docuit Jacob. de 7

Belviſ.

elviſ. *in d.c. 1. An agnatus vel filius,* bi, poſtquam ſpeciem facti declaraerat, addit.h.d. ſi paternum fuerit, & udum eſt ſimplex & rectum, & proriam habet naturam, aliàs ſecus; quod lem eſt, ac ſi dixiſſet, textum illum untaxat in feudo ex pacto & providentia procedere. Hoc enim, *ut ſuprà ıximus*, propriam feudi naturam re.net. In hanc ſententiam clarius loquiur *in c. 1, de eo, qui ſibi & hæredib. maſul.* ubi in fine diſtingvens, aut, inquit, onceditur ſimpliciter res ad directum eudum, & tunc ſervatur, quod dicitur n tit. an agnatus vel filius, aut conceditur res in feudum paciſcenti ſibi & hæredibus, tunc non acquiritur aliis, niſi hæredibus: ideoq; paulò ante dixerat, hoc caſu agnatos non poſſe repudiare hæreditatem defuncti, quia vaſallus voluit præjudicare hæredibus ſuis, & dominus ei conceſſit per eundem modum.

Ex quibus verbis ſatis utique conſtat de mente illius, quod videlicet ſenſerit, text. *in d. c. 1.* non habere locum in feudo hæreditario, ſed in feudo ex pacto & providentia. Nam etſi Cacheranus *in d. deciſio. 162, num. 5.* ex eo, quod Jacob. de Belviſ. de feudo ſimpliciter loquitur, colligit, eum ſenſiſſe, quaſi textus ille ſolum in feudo hæreditario locum haberet, tamen dato, hæc verba Jacob. de Belvis. eſſe tantum de feudo ſimpliciter conceſſo intelligenda, non tamen inde ſequeretur, feudum ita ſimpliciter acquiſitum eſſe hæreditarium, cum præſertim Jacob. de Belviſ. iſtud à feudo hæreditario manifeſtè diſcernat. quinpotius Cacheranus in hoc ſibimetipſi adverſatur, cum in præcedenti quæſtione pluribus firmaverit, feudum etiam ſimpliciter conceſſum non eſſe hæreditarium, ſed ex pacto & providentia. Præterea Jacob. de Belvis. non ſolum de feudo ſimpliciter acquiſito loquitur, ſed & de conceſſo ad directum feudum: quo nomine non minus venit feudum alicui & liberis acquiſitum, cum & hoc rectum feudum, ut ſupra diximus, commodè appelletur.

Idem † magis perſpicuè tradidit Andr. de Iſern. *in d. c. 1. An agnatus vel filius, in princ.* ubi diſtingvens inter feudum hæreditarium, & ex pacto & providentia, poſtquam de hæreditario dixerat, ſubjungit: de hoc non loquitur iſtud capitulum, quia in hæreditario feudo nemo ſuccedit, niſi qui eſt hæres: poſt feudum verò ex pacto addit: & de hoc loquitur iſtud capitulum, & deinceps *col. 2. in fin. verſ. Alii voluerunt dicere,* reprobans opinionem eorum, qui exiſtimarunt, textum illum de feudo hæreditario accipiendum eſſe. Hæc poſitio, inquit, videtur manifeſtè improbari ex litera, quæ facit differentiam inter agnatum & filium: ſi enim eſſet hæreditarium, nulla foret differentia, quia nullus ſuccederet in feudo niſi hæres: & licet ibidem *in §. ubi verò, verſ. Moderni,* dicat, filios, etſi non ſint hæredes, iſtud feudum ex pacto & providentia habere: quod etiam aſſerit, *in c. 1, §. Hoc quoq. de ſucceſ. feud. & multis aliis in locis:* id tamen hanc habet ſententiam, ut filius in feudo acquiſito pro ſe & liberis, non quidem ex ipſa natura & qualitate hæreditaria aſſumta ex verbis inveſtituræ hæres eſſe cogatur, licet interim juxta diſpoſitionem, *dict. cap. 1. An agnatus vel filius,* hæres eſſe debeat, quoties feudum conſequi voluerit. Inter hos enim duos caſus, an jure hæreditario ſuccedat in feudo, an verò ex diſpoſitione, *dicto capite primo*, hæres ſit, multum intereſt, ut ex iis, quæ in quæſtione antecedente aſſeruimus, & latius infrà dicemus, cognoſcere licebit. Immeritò igitur à Cacherano eo nomine inſimulatur Andr. de Iſern. quaſi in hoc variè locutus fuerit, cùm ex verbis adductis de ſententia ejuſdem liquidò conſtet: quæ verba poſt Loffred. & Camerar. latius interpretatus eſt

Joan.

Joann. Thom. de Marin. *in tit. 1. de feudo ex pacto & providentia. n. 34. & ſeqq. & in eandem ſententiam Jacob. de Belviſ. & Andr. de Iſern. refert etiam Alvarottus in c. 1. col. pen. in princ. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis maſculis.* Ex quo colligere licet, quid tribuendum ſit auctoritati ipſius, dum *in c. 1. An agnatus vel filius*, contrariam ſequens opinionem, pro ea Andream de Iſernia, advocat, non ſolum verba ejuſdem minus fideliter referens, ut animadvertit etiam Alexan. *in conſil. 19. incip. ſuper eo, de quo quæritur, vol. 5.* ſed & ſibiipſi in hoc repugnans: idem dilucidè etiam ſenſit Iſernia *in c. 1. §. Hoc quoq; col. 2. de ſucceſſio feud.* prout verba ejus in hanc ſententiam declarat Cannetius *in c. volentes §. & quia in ſuperiore quæſtione. n. 12.* Andream de Iſernia ſecutus eſt Matth. de Afflict. *in d. c. 1.* ubi *n. 1.* pro certo præſupponit, textum illum loqui de feudo ex pacto & providentia, non autem locum obtinere in hæreditario addens rationem, quia in feudo hæreditario, ſive ſit filius ſive agnatus, non aliter poteſt habere feudum, niſi ſit hæres: quia cum hac qualitate feudum fuit conceſſum, ut filius vel agnatus eſſet hæres, & ſic non poterit filius vel agnatus recuſare hæreditatem, & habere feudum. Hoc etiam ibidem tenuit Sigiſmund. Loffred. *in paraphraſ. §. & licet in ſententiam iſtam, declarando doctrinam Iſerniæ. Facit cum his Guliel. à Perno poſt Andreæ tempora non parvæ auctoritatis, (ut dicit Decius in conſil. 443. incip. In caſu ad me transmiſſo. n. 22.) Is enim notab. 1. nu. 36.* inquit: mirum eſt, quod, etiamſi feudum non ſit hæreditarium, ſed ſimpliciter conceſſum pro ſe & liberis, attamen filius non poteſt aſpirare & venire ad feudum præter jus & nomen hæredis, per tit. An agnat. & tamen illud non habet ut hæres, nec pertinet amplius ad defunctum, ſed recognoſcit à principe, qui ſic dedit patri, ſicut filio, ſecundum gloſ. *in d. tit. An agnat. vel filius*, unde volebam attentare quod tit. *An agnatus*, in feudo tantum hæreditario loqueretur, ſed non audeo contra interpretationem prædictorum, & meam, & etiam, quia nulla differentia eſſet inter filios & agnatos. *Hæc ille.* Opinionem iſtam ſine omni hæſitatione amplexus eſt Camerar. *in d. c. Imperialem. §. Præterea ducatus verſ. Quarta ſpecies erit, mihi pag. 787.*

Ubi † ex eo, quod filius etiam in feudo ex pacto & providentia hæres eſſe cogitur, quartam ſpeciem feudi hæreditarii extruit, quam à feudo hæreditario ita diſtingvit, ut, licet filius *juxta d. c. 1.* hæres eſſe debeat, ſi feudum obtinere voluerit, ſit tamen hæres ſaltem in re burgenſatica patris, in qua feudum non reperitur ſub hæreditaria qualitate, neq; in eo jure hæreditario ſuccedit, cum in multis ſimus hæredes morientis, quæ tamen jure hæreditario non capimus, ideò in caſu iſto hoc, quod filius hæres eſſe compellatur, eſt qualitas ſeparata à ſubſtantia feudi; at quando feudum eſt hæreditarium, tum qualitas hæreditaria non eſt accidens ſeparabile à ſubſtantia, ſed ipſa res eſt hæreditaria, & naturam habet hæreditariam. *& eadem pag. in fin. verſ. Tertia ſpecies eſt*, ait hanc eſſe communem omnium ſententiam, ſubjungens *pag. 789.* obſerva iſta rogo, quoniam pauci in hæc penetrarunt. *Hæc ille* Idq; pluribus etiam oſtendit in repetitione hujus tituli noſtri, *quæſtio. 1. n. 29. & 83. & ſæpius aliâs.* Eandem ſententiam conſtanter tuetur Didacus *in d. c. 18. lib. 2. variar. reſolutio.* ubi *n. 4.* ratione eam comprobans, ait, ſi diſtinctio *d. c. 1.* admittenda foret in feudo hæreditario, eſſet abſurdum, ut contra naturam feudi, quod pars hæreditatis eſt, agnatus id conſequeretur, repudiata hæreditate: & ſubjungit tandem ſententiam hanc, quæ docet, deciſionem illam de feudo non hæreditario accipiendam, & crebriorem & aptiorem eſſe, hinc inferens errare eos, qui exiſtimarunt, ex eo, quod filius hæres eſſe cogatur, feudum hæredi- 9

hæredi-

reditarium conſtitui, cum hæc inter longè differant. Adſtipulatur hiſce rinus Freccia *libro tertio de different. d. ex pacto & providentia. in princ. & ltis aliis in locis*, in quibus agnatum o æquiparat, quoad feudum hæredi-ium, *& in differentia 23.* generaliter quit, in tali feudo agnatorum & filiom eandem eſſe legem, & cenſuram, egans *not. in d. c. 1. An agnat. vel fi-s.* Sententiam iſtam tanquam veriom & in praxi magis receptam poſt os latè defendit Joann. Thom. de arin. *in d. tit. 1. de feud. ex pacto & pro-dentia, num. 30. & ſeq.* Eandem velucommunem * intrepidè tenendam e: ait Anton. Cannet. *in conſtit. Vo-tes, §. Et quia in ſuperiori quæſtione, n.* Certè vera eſt, inquit, hæc opinio, ſecundum eam eſt judicandum, quia ea eſt textus, qui non poteſt cavili. Nam quando etiam contra comınem eſſe text. aliquis, non eſſet pro mmuni judicandum, quia comperta ritate receditur ab opinionibus *c. pellanus. & ibi Abb. de feriis*: quantò gis in iſto caſu, in quo concurrit mmunis opinio ſuffulta text. *d. c. 1.* ic etiam opinioni in legum repetinibus multi ſubſcripſerunt, ut Bart. *l. Ut jurisjurandi §. ſi liberi, de operis ert. & in l. quod dicitur, de verbor. ob-at.* dum ibi ponit diſcrimen inter idum & emphytevſin, dicens eſſe id ſpeciale in feudo, ut, licet ſit acſitum pro ſe & liberis, filius tamen eres eſſe cogatur, *d. c. 1. An agnat. vel us*: & quamvis Cacheranus *in d. de-ione* primò interpretetur, Bartolum tum loqui de feudo à patre acquio. idem tamen deinceps animadver-, doctrinam hanc Bart. niſi de feudo tiquo intelligatur, ad text. *d. tit. An nat. vel filius*, accommodari non ſſe, cum, niſi feudum antiquum ſit, natus in eo non ſuccedat. idem doit Joann. Andr. *in addit. ad ſpecul. tit. feud. §. quoniam ſup. verſ. 37. quæri-, in addit. incip. directè contrarium.* ubi relatis opinionibus Jacob. de Ardizon. & aliorum tandem hæc verba profert. Cum *c. 1. An agnat. vel filius.* generaliter de filio loquatur, & quatenus ponit de jure agnatorum, loqui videatur de feudo antiquo, cum novum non aperiatur agnatis, videtur indiſtinctè de quolibet feudo intelligendum, quod repudiet aut utrunq; aut neutrum, ex quibus verbis utique ſatis apertum eſt, quid ſenſerit, & quod non merus relator Jacob. de Ardiz. fuerit, ut ei objicitur à Cacherano. idem contra Paul. de Caſtro latè defendit Aretin. *in l. pro hærede. §. quæſitum, de acquiren. hæred.* ubi ait, iſtam opinionem videri magis conſonam textui, & conſiſtere ſimul, quod feudum acceptum ſub prædicta forma, non capiatur ut res hæreditaria, & tamen non poſſit acceptari ſine hæreditate, ſicut videmus in prædiis tributariis donatis, *in l. hæredes. C. de omni agro deſert. lib. 11.* Idem tenet Imol. *in l. ſi quis non quaſi, de acquir. hæred. ubi per not. Bart. in d. §. ſi quis liberi. reprobat. Angel. ibi. & ſequitur Alexan. in l. quod dicitur, de verbor. obligat. & Ferrar. in ſua practic. in forma libelli, ad revocation. feud. in verb. Nec ſuperſtitibus, verſ. Tertiò privatur*, dicens: hoc eſſe mirabile, quo ſatis innuit, eum non de feudo hæreditario loqui, cum alioqui ex juris communis diſpoſitione hæres eſſe cogeretur, ut etiam animadvertit Didacus *in d. c. 18. ſuffragatur hiſce Gulielm. Benedict. in c. Rainutius, verſ. ſi abſq. liberis, nu. 57.* ubi referens opinionem Paul. de Caſtro, ſed advertatis, inquit, quia hæc doctrina videtur deſtrui per textum. *in d. c. 1.* ubi indiſtinctè filius repudiata hæreditate, feudum retinere non poteſt, ut dicit textus, cui ſtandum eſt, & DD. hoc communiter tenere dicit Maranta, *in l. is poteſt. num. 38. de acquirend. hæredit. & in X. diſputatione, n. 4. & 46.* Sententiam etiam iſtam de facto conſulti reſponſis ſuis multi comprobarunt. Nam ſecundum eam reſpon-

ſpondit Bald. *in conſil. 475. verſ. ſed in feudo niſi filius ſit hæres. volum. 5* ubi poſt Jacobum de Belviſo, & Bart. diſtinguens inter emphiteuſin & feudum, ſubjungit, ſe per omnia in hoc puncto ſequi Bartol. juxta eam etiam conſuluit Angel. *in conſil. 184.* & licet Cacheranus dixerit, eum loqui tantummodo de feudo paterno, idque ratione emphyteuſeos concedi poſſet: is tamen in feudo referendo & ſequendo ſimpliciter Bart. diſertè inquit Bartol. in feudo non diſtinxit inter feudum paternum & antiquum. item Aretin. *in conſil. 14. in ſecundo dubio*, ubi dicit, quod opinio iſta videatur magis conformis juribus feudorum, & communior. Alexand. *conſil. 19. volum. 5.* qui referens doctrinam Andreæ de Iſernia, ait, ſi feudum conceſſum fuerit alicui & hæredibus, agnatum non poſſe tum repudiare, & amplecti feudum antiquum ſive paternum. ſed quando feudum ſimpliciter fuiſſet conceſſum, abſque eo, quod dictum eſſet de hæredibus, tum agnatum poſſe non agnita hæreditate vaſalli, amplecti feudum, ita procedit (inquit) textus *in d. c. 1. An agnatus vel filius.* Idem multis verbis defendit Loffredus *in conſil. 1. num. 52. & nu. 68.* ubi etiam rationem differentiæ ſimul aſſignat, quomodo filius aliter hæres ſit in feudo hæreditario, aliter item in feudo ex pacto & providentia. & quamvis Cacheranus aſſerat, eum duntaxat ſermocinari de feudo à patre acquiſito, tamen quanti hoc faciendum ſit, cuilibet locum illum intuenti facilè in conſpectu erit. non ſolum enim de filiis, ſed & de agnatis ſuccedentibus diſertè loquitur: quos ſanè non niſi in feudo paterno ſuccedere manifeſtum eſt. *idem ſecutus eſt Anton. ab Alex. inter conſil. Sigiſmund. 52. nu. 53. & Gulielm. à Perno in conſil. 6. numer. 8. Albertus Brunus conſil. 24. Capitius deciſio. 97. num. 2. Antonius Rubeus in conſil. 18. num. 3. Curtius junior conſil. 138. nu. 18. & in conſil. 155.*

Ex† his modo liquidum eſt, quantis utraque harum opinionum ſit ſtipata auctoritatibus, quamque adeò controverſus iſte ſit articulus. ſed ut tandem etiam quid in hoc opinionum invicem pugnantium conflictu ſtatuendum, & cui potiſſimum ſit aſſentiendum, proferamus, verendum ſanè eſt, ne ſententia poſterior claſſicorum interpretum crebriori calculo ſit recepta, & tàm verbis *d. c. 1.* quam etiam aliis communiter approbatis Doctorum doctrinis magis conveniat, atque adeò opinionem primo loco relatam, quicquid Cacheranus aſſeveret, longè vincat, In quam ſententiam me vocant primo verba generalia *d. c. 1. An agnatus vel filius.* etenim abſque ulla diſtinctione loquitur, neque ullis verbis inveſtituræ nititur ad hoc, ut diſpoſitioni illi locus ſit. Par igitur eſt, ut generaliter de quovis feudo propriam naturam retinente intelligatur. *l. 1. §. generaliter. de legat. præſtand. l. fin. in fin. C. de dot. promiſſ.* cum his verò verbis generalibus minimè convenit opinio primo loco relata: quippe cum ſecundum eam reſtringenda eſſent, ut ſolum locum haberent, quando in inveſtitura dictum vel ſubintellectum fuit (de hæredibus) neque adeò tàm ipſa feudi natura, quàm verba inveſtituræ in textu illo penitus non conſiderata, eſſent attendenda. potius igitur ſubſcribendum videtur poſteriori ſententiæ, quæ verba illa generalia de feudo ex pacto & providentia, & conſequenter de omni feudo propriam naturam habente (diximus enim ſupra hoc nomine rectè cenſeri feudum ex pacto) intelligit, quam priori, quæ verba ad alia, de quibus ne cogitatum quidem fuit, reſtringens generalitati plurimum adverſatur. 10

Quo argumento quidam moti exiſtimarunt, textum illum generaliter in quovis feudo tàm hæreditario, quàm ex pacto & providentia procedere, *ut multis obſirmat Sylvan. in d. conſil. 30. & Cepha-*

& Cephalus in d. conſil. 224. & Joann. Baptiſt. Vincemal. in d. conſil. 1. n. 80. id imod etiam amplexus eſt Sonsbeccius in tractat. feud. part. 9. n. 160. Ut proinde etiam hi cum poſteriori ſententia facere, & omnes pene rationes, quibus nituntur, eam comprobare videantur: quatenus nimirum inde colligitur, textum illum etiam in feudo ex pacto & providentia procedere. Nam ad feudum hæreditarium quod attinet, hujus naturam illos minus rectè percepiſſe, ex iis, quæ juxta communes interpretum doctrinas ſupra quæſtio. 1. diximus, quivis facilè dijudicare poterit. Quod ſi quis contra dixerit, eodem etiam vitio conflictari alteram opinionem; quæ textum illum in feudo hæreditario non valere concludit, ut animadvertit Cephalus in d. conſ. 224. n. 23. huic ſatisfacere non erit difficile, ſi modo paulò attentius cogitaverimus, unde fit hoc, quod textum illum in feudo hæreditario locum minus obtinere diximus.

11 Id † enim omne ex eo proficiſcitur, quoniam ex verbis in inveſtitura uſurpatis certa feudi ſpecies efficitur, quæ à cæteris feudis prorſus ſeparatæ eſt naturæ, & de jure feudorum ne cognita quidem fuit. Non igitur propter hoc, quod textum in d. c. 1. in hæreditario feudo locum non habere aſſerimus, tam verba generalia illius capituli reſtringimus quàm illis generaliter in feudis propriam naturam habentibus locum relinquimus, atq; interim feudum hæreditarium ſecundum ſuam ipſius naturam metimur: præſertim cum non ideò text. in d. c. 1. in hæreditario feudo non procedere dicatur, quaſi filius, ut generaliter ibi diſponitur, in eo hæres non eſſe cogatur, prout aſſerunt contrarium tenentes: ſed potius, quia magis hæres eſſe, & omnino hæreditario jure ſuccedere debeat.

12 Secundò † priori opinioni refragatur communis illa interpretum ſententia, quæ docet, feudum hæreditarium jure feudali fuiſſe incognitum, ſed iſtud ex verbis in inveſtitura poſitis extrinſecus conſtitui, & propterea à propria natura feudi ſeparatam habere rationem, ut poſt alios, quos allegat, fatetur Cacheranus in deciſio. 161. n. 8. & Joann. Thom: Minadous in conſil. 10. n. 5. ubi ait, qualitatem hæreditariam fuiſſe extraneam à ſimplici conſuetudine feudorum. Nam vel ex hoc ipſo veriſimile fit, textum illum non de ejuſmodi feudo hæreditario ex verbis inveſtituræ contra naturam feudi conſtituto, ſed potius de feudo ex pacto & providentia, quod, ut ſupra diximus, propriam feudi naturam retinet, intelligendum eſſe; arg. l. ſi ita. §. Chryſogonus, de verbor. obligat.

Tertiò, hæc etiam opinio non ſatis convenire videtur cum receptiſſima illa doctrina, qua feudum hæreditarium à feudo ex pacto diſcriminatur.

Hæc † enim diſtinctio potiſſimum fundata eſt verbis inveſtituræ, nec tam illis, quibus feudum quis pro ſe atque liberis acquiſivit (nam horum verborum reſpectu, cum de natura feudi nihil diminuant, diſtinctio iſta neceſſaria non fuiſſet) quàm hiſce potiſſimum, quibus feudum hæredibus eſt conceſſum. cum enim propter dictionis (hæredibus) proprietatem feudum à priſtina natura ſua haud parum degeneret, neceſſe fuit, hanc feudi ſpeciem à feudo propriam naturam retinente diſcerni, ut ita dictionis hujus proprietas potiſſimum cauſam huic diſtinctioni præbuerit, quemadmodum ſuperius quæſt. 1. pluribus firmatum fuit, & ſenſit Franciſc. Anton. Villanus in Reſponſo, quod habetur poſt Cannetium nu. 20. inquiens: qualitas hæreditaria eſt illa, quæ diverſificat feudum hæreditarium à feudo ex pacto. Modò ſi textus in d. c. 1. eſſet intelligendus de feudo hæreditario, ita ut ex proprietate dictionis (hæres) aliam qualitatem non haberet, quàm ut quis juxta diſpoſi- 13

ſpoſitionem illius capituli cogeretur hæres eſſe, ſequeretur inde, feudum non tàm ex proprietate vocabuli (hæres) quàm ex juris feudalis diſpoſitione ſui natura hæreditarium eſſe, cum, etſi de hæredibus nihil dictum eſſet, tamen, (ut iidem, qui hanc opinionem ſecuti fuerunt, concedunt) juxta *d. c. 1.* hæres eſſe teneretur, & quod conſequens eſt, receptiſſima illa interpretum diſtinctio penitus inverteretur, vel mehercle ita labefactaretur, ut ægrè ſedem ſuam tueri poſſit, & ſanè haud ſcio, an in hoc ſatis ſibi conſtiterit Cacheranus, dum acriter defendit, feudum in dubio potius ex pacto & providentia, quàm hæreditarium judicandum eſſe. & tamen interim annuit ſententiæ eorum, qui opinati ſunt, textum *in c. 1. An agnat. vel filius*, de feudo hæreditario accipiendum eſſe, cum permiſſo hoc, utiq; neceſſariò ſequatur alterum, videlicet in dubio feudum potius hæreditarium eſſe, ſtatuendum: quippe cum ſecundum opinionem hanc, qualitatem illam hæreditariam ex ipſa juris feudalis diſpoſitione, atque adeò propria feudorum natura aſſumat.

Neq; verò hoc illi ſolum viro accidit, ſed & pleriſque aliis, ut cum interpretes feudum hæreditarium diverſis modis definierint, quemadmodum in proxima quæſtione oſtendimus, non tamen ſatis advertentes, quænam ex alterutra harum opinionum deſcendant doctrinæ, materiam iſtam miſerè confuderint, ut ibidem ſæpius monuimus.

14 Quartò † adminiculatur poſteriori ſententiæ, quoniam, quando quærimus de qualitate & natura feudi hæreditarii, de eo potiſſimum agimus, quam efficaciam, atque vim habeat vocabulum (hæredum) in inveſtitura expreſſum, & an propterea, quod in inveſtitura de hæredibꝰ dictũ, & feudum hæredibus conceſſum eſt, in ipſo feudo (non dico de cæteris bonis allodialibus) ſuccedatur jure hæreditario, *prout poſt Andr. de Iſern. declarat Camerarius hic quæſtion. 8 num. 91.* multis oſtendens, quod in feudo hæreditario quis cogatur eſſe hæres in ipſo feudo. *& ſenſit idem Sigiſmundus Loffredus hic, & in c. 1. §. quid ergo verſ. in eodem §. quid ergo. de inveſtitur. de re alien. fact. & plures alii. quæſt. 1. citati.* de hoc verò, utrum in ipſo feudo quis hæres ſit in d. tit. *An agnatus vel filius*, ne verbum quidem ullum reperitur, ſed, ut ex nigro & rubro apparet, de eo ſolum tractatur, an agnatus vel filius poſſit retinere feudum, repudiata hæreditate, an verò volens obtinere feudum cogatus eſſe hæres bonorum allodialium, *ut ſenſit idem Camerarius hic quæſtione 1. num. 29.* id quod à prima quæſtione plurimum differt: quippe cum, etſi quis in feudo non ſuccedat jure hæreditario, tamen nihilominus poſſit eſſe hæres bonorum allodialium, & è contrario licet ſit hæres in bonis cæteris, non tamen propterea in feudo jure hæreditario ſuccedat, ut diſtinguit Camerarius *in loco paulò ante adducto, in d. c. imperialem. pagin. 787.*

Non igitur ex textu illo qualitas feudi hæreditarii, quæ ſola dictione (hæredum) nititur, declarari poterit, prout faciunt illi, qui primam tenent opinionem, neque etiam conſequenter textus ad feudum hæreditarium pertinebit, cum juris ſit indubitati, ex iis, quæ inter ſe ſunt ſeparata, argumentum rectè depromi non poſſe. *l. fin. de calumniat. l. neque natales. C. de probat.*

Quintò † priori opinioni plurimum adverſatur id, quod apud omnes in confeſſo eſt, in feudo hæreditario non modò filium, de quo loquitur textus *in d. c. 1.* Sed etiam agnatum hæredem eſſe debere, (ex quo in feudo hæreditario nullam eſſe differentiam inter filium & agnatum pleríque exiſti- 15

marunt,

marunt, *ut poſt Andr. de Iſern. Afflict. Guliel. à Perno, Sigismund. Loffred. atq; alios ſupra adductos docuit Camerarius hic quæſtio. 8.n.921.& Marin. Freccia different.23.*) Nam cum, ad agnatum quod attinet, contrarium diſponatur *in d.c.1.* quod videlicet non teneatur eſſe hæres, utiq; vel ex hoc ipſo manifeſtè convincitur, ſententiam eorum, qui textum *in d. c. 1.* tantummodo in feudo hæreditario locum habere exiſtimarunt, minimè ſubſiſtere, ſed quemadmodum communiter receptum eſt, ut in feudo hæreditario agnatus hæres eſſe cogatur, ſic etiam communi calculo approbatam eſſe eam, quæ inde deſcendit, concluſionem, quod nimirum textus immunitatem ab aditione agnatis præſtans in feudo hæreditario minimè procedat, quo argumento poſt Iſerniam hîc etiam utitur Loffredus, idq; plurimum urget Cannetius *in d. c. volentes. §. Et quia in ſuperiori. num. 5.* Ac licet aliqui hoc animadvertentes diſtinxerint inter hæreditatem primi acquirentis, & hæreditatem ultimo defuncti, inde concludentes, quod juxta *d. c. 1.* agnatus non teneatur eſſe hæres ultimò defuncti, modò ſecundum naturam feudi hæreditarii primi acquirentis hæres mediatus fuerit: Tamen ex iis, quæ in prima opinione recenſuimus, clarum eſt, eos, qui primi auctores hujus intellectus fuerunt, minimè ad hanc diſtinctione mreſpexiſſe, ſed potius generaliter exiſtimaſſe, agnatum in feudo hæreditario omnino non cogi hæredem eſſe, ut proinde hi, qui ad diſtinctionem iſtam confugerunt, ipſimet ab opione eorum, quos auctores laudant, haud parum receſſerint: atq; ex hoc ipſo de varietate ipſorum tantò magis conſtet, & quod conſequens eſt, eò minus in hoc articulo ipſis fidendum ſit.

Deindè † minimè concedimus, quod, ut illi præſupponunt, in feudo hæreditario ſufficiat eſſe hæredem primi acquirentis. Contrarium enim multi, & quidem ſaniori judicio præditi tradiderunt, ut partim *in præcedente quæſt.* commemoravimus, & copioſius infra *quæſtione XIV.* demonſtrabimus. Præterea interpretatio iſta quantam contineat reſtrictionem, & divinationem, in aperto eſt. Non ſolum enim textum generaliter loquentem reſtringit ad caſum, ubi in inveſtitura de hæredibus dictum eſt, ſed inſuper etiam præſupponit, agnatum, cujus in textu illo fit mentio, fuiſſe hæredem primi acquirentis, & regulæ illius capituli locum non eſſe, quoties primi acquirentis hæres non fuerit. Cum tamen neque de illo, quod feudum pro hæredibus acquiſitum ſit, multò minus de hoc, quod fuerit hæres primi acquirentis, in capitulo iſto verbum ullum reperiatur, neq; veritati ſit conſonum, ſi textus ille eo niteretur, quod agnatus fuiſſet hæres primi acquirentis, ab auctore ejus hoc, in quo tanta vis eſt: prætermiſſum eſſe. Deniq; ſi agnatus ideò poteſt repudiare hæreditatem ultimò defuncti, quia fuerat hæres mediatus primi acquirentis, ſequeretur, quod differentia illa, quam textus *in d. c. 1.* conſtituit, inter agnatum & filium non in eo conſiſtat, quod agnato magis liceat repudiare hæreditatem defuncti, quàm filio, ut habetur *in d. c. 1.* ſed in eo ſolum, quod vaſallus tum demum, quando hæres mediatus primi acquirentis fuit, non cogatur eſſe amplius hæres, uſque eò, ut, ſi non fuiſſet hæres mediatus, non minus cogeretur hæres eſſe ultimi defuncti, quàm filius, & ita utoque caſu in agnato perinde ac in filio titulus hæredis vel mediati vel immediati requireretur. Quinimò, *ut etiam animadvertit Joann. Baptiſt. in d. conſil. 1. confecto in cauſa ſtatus Montiſferrati, num. 81.* ſequeretur inde, quod, data paritate terminorum, (prout veriſimile eſt: textum illum iiſdem terminis loqui) nullum diſcrimen inter agnatum & filium haberetur. Cum etiam filius, qui fuiſſet hæres mediatus

tus primi acquirentis, non teneretur adire hæreditatem ultimò defuncti. Quàm autem utrumque horum verbis illius textus conveniat, neminem eſſe arbitror, qui non perſpiciat. Hiſce itaque ſatisfactum eſſe puto illis, qui exiſtimarunt, ex eo, quod agnatus ſaltem devinctus ſit eſſe hæres primi acquirentis, poſſe defenſari opinionem primam, atque ſimul tolli argumentum, quod inde pro contraria ſententia fuit productum, quaſi ſimul conſiſtere poſſit, quod agnatus ſecundum c.1. non debeat eſſe hæres ultimò defuncti, & nihilominus ſecundum ſupradictam concluſionem interpretum primi acquirentis hæres eſſe cogatur, *prout in hôc magnam vim ponit Joan Baptiſt. in d. conſil. nu. 90. & contra Curtium etiam conſiderat Sylvan. in d. conſil. 30. & Cephalus in d. conſil. 224.* Nam ex his, quæ jam diximus, ſatis obviam eſt, interpretationem iſtam non ſolum verbis textus *in d.c.1.* adverſari, ſed nec ullo certo fundamento niti, multis contra exiſtimantibus, quod in feudo hæreditario agnatus etiam ultimò defuncti hæres eſſe cogatur, ut *quæſtione proxima* pluribus oſtendimus.

17 * Et † hanc eſſe communem * interpretum ſententiam, quod videlicet concludentes, in feudo hæreditario etiam agnatum hæredem eſſe debere, id de hæreditate ultimò defuncti, non autem de hæreditate primi intellexerint, & hoc evidens eſt, quia hoc ipſam doctrinam pro comprobatione ejus, quod textus *in d.c.1.* locum non habeat in feudo hæreditario, afferunt. Manifeſtum eſt enim textum *in d. c.1. An agnatus vel filius*, de hæreditate ultimò defuncti verba facere: quare cum interpretes concludant, ideo eum in feudo hæreditario locum ſibi minimè vendicare, quia agnatus hæres eſſe non cogitur, ut ratio iſta textui conveniat, neceſſe omnino eſt, illos eandem etiam de hæreditate ultimò defuncti intellexiſſe, atque adeo exiſtimaſſe, agnatum in feudo hæreditario debere hæredem eſſe ultimò defuncti, idq; etiam inde apparet; quoniam hoc aſſerunt, facta collatione agnati cum filio, ut videlicet non ſolum filium, ſed & agnatum hoc caſu hæredem eſſe oporteat. Certum eſt autem, filium neceſſe habere, ut ſit hæres patris ſui quem ſanè ultimo loco deceſſiſſe conſtat. Quare idem in agnato ſtatuendum erit, ut ita vel ex hac concluſione interpretum exiſtimantium, agnatum in feudo hæreditario hæredem eſſe debere, penitus deſtruatur opinio eorum, qui putarunt, ſufficere eum eſſe hæredem primi acquirentis, de qua infra *quæſtione XIV.* plura dicemus. Atq; ex his etiam in aperto eſt, Sylvanum, Cephalum & reliquos hujus ſectæ ex eo, quod ipſimet concluſionem eorum, qui dixerunt, agnatum in feudo hæreditario perinde ut filium hæredem eſſe debere, de hæreditate primi acquirentis accipiendum eſſe arbitrati ſunt, non ſatis juſta de cauſa in reprehenſionem vocaſſe communem ſententiam d. c. 1. de feudo ex pacto duntaxat interpretantem: cum minimè obſcurum ſit, quod illi, qui aſſeruerunt, agnatum etiam in feudo hæreditario hæredem eſſe oportere; iſtud minimè de hæreditate primi acquirentis, ſed potius de ultimò defuncti intellexerint, & quod adeò hi, qui contrà niſi fuerunt, non ſatis perceperint mentem interpretum; ſed non animadvertentes haſce duas concluſiones, (quarum altera textui *in d.c. 1.* in feudo hæreditario locum non eſſe tradit; altera præſupponit ſufficere agnatum eſſe hæredem primi acquirentis) à diverſis eſſe profectas auctoribus, & ex diverſis fontibus defluxiſſe, atque adeò inter ſe penitus ſeparatas eſſe, eas multis modis confuderint, & hoc ipſo materiam hanc intricatam reddiderint.

Non † enim, ut ex iis, quæ hactenus diximus, videre eſt; (quia enim 18

hæc

ec ſatis ſunt obſcura & difficilia, ideò pius repetenda) opinio iſta, quæ præpponit ſufficere, ut agnatus ſit hæres uni acquirentis, ab illis eſt orta, qui ſeverarunt, textum *in d. c. 1.* non habere locum in feudo hæreditario, ſed otius ab aliis, qui opinati ſunt, eum iam de feudo hæreditario intelligenım eſſe. Non igitur illi ex opinione a vel contrarietatis, vel alterius vitii gui poterunt, ſed magis, cum ipſi ontra aſſerant, propterea textum *in d.* . de feudo hæreditario non eſſe accicendum, quia in feudo hæreditario iam agnatus debeat eſſe hæres, & iidem ultimò defuncti, atque hæc ſorum ſententia communi calculo : recepta, ex hoc ipſo opinio reliquoım improbata atque rejecta erit, & iod conſequens eſt, ex illa nihil demi poterit, quod hanc noſtram ſenntiam ut minimum impugnare icat.

Neque † huic argumento ab aıatorum ſucceſſione deſumto quicıam obſtat, quod Joan. Baptiſt. *in d. nſil. num. 72.* contra Curtium affert, onclusionem illam; quæ docet, agnaım debere eſſe hæredem in feudo hæditario, ex eo proficiſci, quoniam ulti exiſtimarunt, textum illum *in d. 1. An agnatus vel filius*, tantum de udo ex pacto & providentia loqui, quod propterea ex concluſione iſta l interpretationem hujus capituli illum validum argumentum extrui oſſit, ſed quod potius, quia contra on pauci arbitrati ſunt, textum illum : feudo hæreditario intelligendum, hoc ipſo concluſio iſta etiam corıat.

Nam † ſi quis recto animo voluverit doctrinas, & mentem interpreım, evidenter illi conſtabit, cos conuſionem iſtam, quæ exigit, ut agnati feudo hæreditario ſuccedant, non m ex interpretatione d.c. deſumſiſſe, ıàm ex propria natura feudi hæretarii, quæ eſt, ut ſive illud ad agnatum, ſive ad filium tranſeat, ſemper cenſeatur jure hæreditario, & ut quis tanquam hæres in feudo ad ſimilitudinem bonorum allodialium ſuccedat, 8
prout quæſtione proxima fuſius declaravimus.

Cumque inde pro certo habuerint, quod agnatus in feudo hæreditario ex propria ipſius natura hæres eſſe cogatur, potius ex iſta concluſione interpretationem textus *in d. c. 1.* hauſerunt, quàm ut ex intellectu illius capituli hanc concluſionem firmaverint, ut dilucidè apparet ex iis, quæ paulò ante referendo auctoritates ſecundæ opinionis recenſuimus, *ex Jacob. de Belvis. in c. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis, & Andre. de Iſernia, & Matth. de Afflict. in d. c. 1. an agnat. vel filius, & Camerar. in d. c. imperialem. Didac. lib. 2. Variar. reſolutio. cap 18. num. 4. Joann. Thom. de Marin. in d. tit. de feudo ex pacto & providentia, & multis aliis ex locis ſupra ad hoc citatis* Ex quo denique fit, ut, cum concluſio iſta, ex qua interpretationem hanc depromſerunt interpretes, communi calculo ſit approbata, rectè etiam inde colligatur, interpretationem illam, quæ hac concluſione nititur, atque inde ſæpedicto capitulo in feudo hæreditario locum non eſſe ſtatuit, communiter receptam, contra verò opinionem aliter ſentientium exploſam eſſe.

Sextò auctoritates etiam pro priore ſententia adductæ non parum ſunt ſuſpectæ. Opinionis enim illius auctor fuit Bald. qui cum à communiter approbata diſtinctione inter feudum ex pacto & providentia receſſerit, ejuſdemque opinio in hac materia communi calculo ſit reprobata, ut quæſtione præcedente pluribus oſtendimus: nemo non perſpicit, quantum auctoritati ipſius in hoc articulo ſit tribuendum.

Cæteri verò partim auctoritate Baldi tantummodo nituntur, partim

tioni noſtræ, qua textum illum de feudo ex pacto accipimus, ſed vel maximè opinioni eorum, qui de feudo hæreditario eum intelligunt, adverſaretur, ut ita Joann. Baptiſt. ſuo ſe juguler gladio. Quod verò porrò addit, ſecundum interpretationem noſtrã deterioris eſſe conditionis filium in feudo ex pacto & providentia, quam in hæreditario, hoc etiam perquam futile eſt. præter enim quàm quod caſus iſte, quo filius primi acquirentis hæres exiſtere poſſet, non mediante perſona patris ſui, rarò vel nunquam contingere ſoleat: jura verò non ad ea, quæ rarò accidunt, porrigi debeant: etiam ſi ita quandoque uſu veniret, ut filius ſine hæreditate paterna poſſet eſſe hæres primi acquirentis, nihil tamen obſtaret, quò minus idem quod in feudo hæreditario filio licet, ipſi etiam in feudo ex pacto & providentia permiſſum eſſe deberet, ſi idem caſus eveniret. Nam qua ratione textus *in d. c. 1.* ſi eum juxta primam opinionem de feudo hæreditario intelligeremus, reſtringitur, ut non procedat, ſi filius primi acquirentis hæres fuiſſet, ex eadem etiam hoc poſſet admitti, ſiquidem de feudo ex pacto & providentia eum interpretaremur, ſed quia ſupra ſatis à nobis probatum fuit, in feudo hæreditario tàm filium quàm agnatum ultimò defuncti hæredem eſſe debere, & quod adeò doctrina illa, qua nititur Joann. Baptiſt. nullo probabili fundamento ſuffulta, atq; inſuper communiter reprobata ſit, ideo de hiſce omnibus minus laborandum. Sed hæc ideo ſaltem attigimus, ut futilitas hujus argumenti, in quo tantam vim ille ponit, eò magis in lucem proferatur.

25 Non † refragatur etiam intellectui noſtro, quod, ſi quidem textum *in d. c. 1.* de feudo ex pacto & providentia interpretaremur, is ratione carere videretur, prout animadvertit Guliel. à Perno *in 1. notab.* ubi propterea exclamando inquit: aut beſtialiter conſtitutum eſt, aut ſolvat Apollo: *& pluribus de hoc agit Sylvanus, in d. conſil. 30. & Cacheran. in d. deciſion. 162.* Præterquam enim quod etiam primus intellectus, ut ex paulo ante dictis apparet, nulla certa nititur ratione: uno † verbo re- 26 ſponderi poteſt, in feudalibus non curandum eſſe ſtrictam rationem, ſed conſuetudinem, *ut ait Bald. in c. unic & ibi not. Alvarott. & DD. de cognition. feud. & probatur optimè in c. 1. §. Filii nati.* ibi. *quamvis ratione improbetur. ex uſu tamen admittitur. ſi de feud. defunct. content. fuer. & in c. 1 ibi. Mediolanenſes verò irrationabiliter conſiderantes. de feudi alienat.* ex quo text. not. Matth. de Afflict. *ibi.* quod etiam irrationabilis conſuetudo loci valeat, *cum ſimilibus in hanc ſententiam adductis à Molinæo in conſuetud. Paris. tit. 1. §. 25.* Neque etiam uſque adeò ratione caret intellectus iſte.

Sufficit † enim pro ratione proba- 27 bili, quod filius ad feudum pervenire non poteſt, niſi mediante perſona patris ſui, id quod inde manifeſtum eſt, cum etſi dicatur feudum obtinere ex pacto & providentia anteceſſorum, niſi tamen ſimul ex perſona patris ſui veniret, agnatus tanquam proximior primi acquirentis facilè excluderet filium. Hinc enim rationi conſentaneum eſt, ut in ſucceſſione filii non tam pactum primi acquirentis, ſecundum quod agnatus eſſet potior, quàm perſona parentis conſideretur, atq; adeò eum honorem filius viciſſim debeat parenti, ut volens obtinere feudum cogatur etiam ſimul adire hæreditatem paternam. Hæc autem ratio in agnatis penitus ceſſat: quippe cum hi feudum ſaltem ex inveſtitura anteceſſorum conſequantur: meritò itaq; aliud in agnatis quàm in filiis ſtatutum eſt, prout de ratione iſta plura verba facit *Sylvanus in d. conſ. 30. & eam noviſſimè in hanc ſententiam eleganter declarat Cujatius* ibi: pro cujus comprobatione poſſent etiam addi caſus ex jure civili adducti ab Ar-

b Ard'zone, Angelo, & Aretino, & onfirmatur inſuper iis, quæ inf. *quæſt. XIII.* dicemus de filio revocante feudũ aternum. Oſtendemus enim illic, hanc ationem earum eſſe virium, ut propterea etiam jure feudali filiis jus revoandi feudum alienatum denegetur. Cur itaq; quæſo mirandum, filium propterea in eo gravari, ut hæres patris ſui ſſe cogatur? Neq; † huic rationi quicuam obſtat, quod Cacheranus conſilerat, eam ideo minus eſſe attendenlam, quia ſi illa eſſet ad hoc ſufficiens, lem in emphyteuſi dicendum foret, um tamen interpretes in alia iverint mnia. Non enim argumentum hoc oncludit: Jus feudale tanquam conuetudinarium certis ex rationibus aliuid introduxit: ergo neceſſe eſt, ut ex ſdem rationib. etiam jure civili ita diofitum ſit. Nam cum conſuetudo eruncq; contra juris civilis regulas inoducatur: utiq; ex ratione illius ad ju communis correctionem argumenm non rectè deſumi poterit, ut patet iis, quæ tradunt DD. & *Matth. de Afct. in c. 1. de feud. cognit.* ut non immeri Bart. *in d. §. ut liberi n. 4.* ſcriptum requerit, textum *in d. c. 1.* loqui de jure nſuetudinario in feudis: aliud verò e de jure communi, quod ſervatur in nphyteuſi. *& ſequitur Aret. in d. l. pro rede, §. quod ſi tamen verſ. Non obſtat.* inus etiam refragatur ſententiæ noæ id, quod conſideravit Roland. à all. feudum in dubio pro hæreditario putandum, atq; hinc etiam textum ſtrum de eodem intelligendum. m quæſt. præcedente pluribus firmamus, feudum de cujus conceſſione n conſtat, potius pro feudo ex pacto providentia cenſendum eſſe. Tanm igitur abeſt, ut argumentum hoc bis obſtaculo ſit, ut refutata priore inione, noſtram confirmet. Hiſce q; tam rationibus quàm auctoritatis ſimul conjunctis adductus, ſi quæo ſecundum communes interprem doctrinas decidenda mihi offerretur, ſecundum hanc poſteriorem opinionem reſpondere non dubitarem.

Porrò † circa interpretationem hujus capituli non eſt omittendum, præter haſce duas inter ſe diſſidentes opiniones, de quibus hactenus egimus, aliam eſſe quorundam ſententiam, qui licet in hoc nobiſcum ſentiant, textum *in d. c. 1.* in feudo hæreditario locum non habere, iidem tamen etiam à noſtra opinione recedentes exiſtimant, neque in feudo ex pacto & providentia eum procedere, ſed reprobata utraque opinione concludunt, capitulo iſti locum duntaxat eſſe in illo feudo, quod neque liberorum, neque hæredum facta mentione ſimpliciter fuit conceſſum. In hac opinione tandem reſidet Cacheranus *in d. deciſion. 162.* videturq́; huic ſententiæ cauſam præbuiſſe, quod exiſtimatum fuit, feudum liberis quæſitum, eſſe ſpeciem diverſam atque ſeparatam à feudo ſimpliciter conceſſo, & quod adeò ea, quæ de hoc diſpoſita reperiuntur, in illo minus locum obtineant. Deinde auctores hujus ſententiæ potiſſimum movit, quod Jacob. de Belvis. *in d. tit. An agnat. vel filius, & in tit. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis,* diſtingvit inter feudum ſimpliciter conceſſum ac rectum feudum, & hæreditarium, & de illo duntaxat capitulum iſtud intelligendum eſſe arbitratur. Nam hinc exiſtimavit Cacheranus, eum de feudo ſimpliciter conceſſo loqui, quaſi iſtud tantummodo feudum rectum ſit, & propriam naturam habeat, non autem quod liberis conceſſum fuit. 29

Verum † nos ſupra *in quæſtione prima* oſtendimus, quod, etſi feudum liberis conceſſum ſit; tamen ex illis verbis non peculiaris ſpecies feudi efficiatur, quæ differat à feudo ſimplici, & propriam naturam habente, ſed quod interpretes verbis iſtis tantum ad conſtituendam differentiam inter feudũ ex pacto & hæreditariam uſi fuerint, interim tamen huic feudorum generi eandem 30

ſpondit Bald. *in conſil. 475. verſ. ſed in feudo niſi filius ſit hæres. volum. 5* ubi poſt Jacobum de Belviſo, & Bart. diſtinguens inter emphiteuſin & feudum, ſubjungit, ſe per omnia in hoc puncto ſequi Bartol. juxta eam etiam conſuluit Angel. *in conſil. 184.* & licet Cacheranus dixerit, eum loqui tantummodo de feudo paterno, idque ratione emphyteuſeos concedi poſſet: is tamen in feudo referendo & ſequendo ſimpliciter Bart. diſertè inquit Bartol. in feudo non diſtinxit inter feudum paternum & antiquum. item Aretin. *in conſil. 14. in ſecundo dubio*, ubi dicit, quod opinio iſta videatur magis conformis juribus feudorum, & communior. Alexand. *conſil. 19. volum. 5.* qui referens doctrinam Andreæ de Iſernia, ait, ſi feudum conceſſum fuerit alicui & hæredibus, agnatum non poſſe tum repudiare, & amplecti feudum antiquum ſive paternum. ſed quando feudum ſimpliciter fuiſſet conceſſum, abſque eo, quod dictum eſſet de hæredibus, tum agnatum poſſe non agnita hæreditate vaſalli, amplecti feudum, ita procedit (inquit) textus *in d. c. 1. An agnatus vel filius.* Idem multis verbis defendit Loffredus *in conſil. 1. num. 52. & nu. 68.* ubi etiam rationem differentiæ ſimul aſſignat, quomodo filius aliter hæres ſit in feudo hæreditario, aliter item in feudo ex pacto & providentia. & quamvis Cacheranus aſſerat, eum duntaxat ſermocinari de feudo à patre acquiſito, tamen quanti hoc faciendum ſit, cuilibet locum illum intuenti facilè in conſpectu erit. non ſolum enim de filiis, ſed & de agnatis ſuccedentibus diſertè loquitur: quos ſanè non niſi in feudo paterno ſuccedere manifeſtum eſt. *idem ſecutus eſt Anton. ab Alex. inter conſil. Sigiſmund. 52. nu. 53. & Gulielm. à Perno in conſil. 6. numer. 8. Albertus Brunus conſil. 24. Capitius deciſio 97. num. 2. Antonius Rubeus in conſil. 18. num. 3. Curtius junior conſil. 138. nu. 18. & in conſil. 155.*

Ex his modo liquidum eſt, quantis utraque harum opinionum ſit ſtipata auctoritatibus, quamque adeò controverſus iſte ſit articulus. ſed ut tandem etiam quid in hoc opinionum invicem pugnantium conflictu ſtatuendum, & cui potiſſimum ſit aſſentiendum, proferamus, verendum ſanè eſt, ne ſententia poſterior claſſicorum interpretum crebriori calculo ſit recepta, & tàm verbis *d. c. 1.* quam etiam aliis communiter approbatis Doctorum doctrinis magis conveniat, atque adeò opinionem primo loco relatam, quicquid Cacheranus aſſeveret, longè vincat. In quam ſententiam me vocant primo verba generalia *d. c. 1. An agnatus vel filius.* etenim abſque ulla diſtinctione loquitur, neque ullis verbis inveſtituræ nititur ad hoc, ut diſpoſitioni illi locus ſit. Par igitur eſt, ut generaliter de quovis feudo propriam naturam retinente intelligatur. *l. 1. §. generaliter. de legat. præſtand. l. fin. in fin. C. de dot. promiſſ.* cum his verò verbis generalibus minimè convenit opinio primo loco relata: quippe cum ſecundum eam reſtringenda eſſent, ut ſolum locum haberent, quando in inveſtitura dictum vel ſubintellectum fuit (de hæredibus) neque adeò tàm ipſa feudi natura, quàm verba inveſtituræ in textu illo penitus non conſiderata, eſſent attendenda. potius igitur ſubſcribendum videtur poſteriori ſententiæ, quæ verba illa generalia de feudo ex pacto & providentia, & conſequenter de omni feudo propriam naturam habente (diximus enim ſupra hoc nomine rectè cenſeri feudum ex pacto) intelligit, quam priori, quæ verba ad alia, de quibus ne cogitatum quidem fuit, reſtringens generalitati plurimum adverſatur.

Quo argumento quidam moti exiſtimarunt, textum illum generaliter in quovis feudo tàm hæreditario, quàm ex pacto & providentia procedere, *ut multis obfirmat Sylvan. in d. conſil. 30. & Cepha-*

Cephalus in d. conſil. 224. & Joann.
ptiſt. Vincemal. in d. conſil. 1. n. 80. id
od etiam amplexus eſt Sonsbeccius in
ctat. feud. part. 9. n. 160. Ut proinde
am hi cum poſteriori ſententia face-
, & omnes pene rationes, quibus
tuntur, eam comprobare videantur:
atenus nimirum inde colligitur, te-
um illum etiam in feudo ex pacto &
ovidentia procedere. Nam ad feu-
m hæreditarium quod attinet, hujus
turam illos minus rectè percepiſſe,
iis, quæ juxta communes interpre-
m doctrinas ſupra *quæſtio. 1.* diximus,
ivis facilè dijudicare poterit. Quod
quis contra dixerit, eodem etiam vi-
conflictari alteram opinionem;
æ textum illum in feudo hæredita-
non valere concludit, *ut animad-*
rtit Cephalus in d. conſ. 224. n. 23. huic
tisfacere non erit difficile, ſi modo
ulò attentius cogitaverimus, unde
hoc, quod textum illum in feudo
ereditario locum minus obtinere
ximus.

Id † enim omne ex eo proficiſci-
r, quoniam ex verbis in inveſtitura
ſurpatis certa feudi ſpecies efficitur,
æ à cæteris feudis prorſus ſeparatæ
naturæ, & de jure feudorum ne co-
ita quidem fuit. Non igitur pro-
er hoc, quod textum *in d. c. 1.* in hære-
tario feudo locum non habere aſſe-
mus, tam verba generalia illius capi-
li reſtringimus quàm illis generali-
r in feudis propriam naturam haben-
bus locum relinquimus, atq; interim
udum hæreditarium ſecundum ſu-
n ipſius naturam metimur: præſer-
m cum non ideò text. *in d. c. 1.* in hæ-
ditario feudo non procedere dica-
r, quaſi filius, ut generaliter ibi di-
onitur, in eo hæres non eſſe coga-
r, prout aſſerunt contrarium tenen-
s: ſed potius, quia magis hæres eſſe,
omnino hæreditario jure ſuccedere
ebeat.

Secundò † priori opinioni refra-
atur communis illa interpretum ſen-
tentia, quæ docet, feudum hæreditarium jure feudali fuiſſe incognitum, ſed iſtud ex verbis in inveſtitura poſitis extrinſecus conſtitui, & propterea à propria natura feudi ſeparatam habere rationem, ut poſt alios, quos allegat, fatetur Cacheranus in deciſio. *101. n. 8.* & Joann. Thom: Minadous *in conſil. 10. n. 5.* ubi ait, qualitatem hæreditariam fuiſſe extraneam à ſimplici conſuetudine feudorum. Nam vel ex hoc ipſo veriſimile fit, textum illum non de ejuſmodi feudo hæreditario ex verbis inveſtituræ contra naturam feudi conſtituto, ſed potius de feudo ex pacto & providentia, quod, *ut ſupra diximus*, propriam feudi naturam retinet, intelligendum eſſe; *arg. l ſi ita. §. Chryſogonus, de verbor. obligat.*

Tertiò, hæc etiam opinio non ſatis convenire videtur cum receptiſſima illa doctrina, qua feudum hæreditarium à feudo ex pacto diſcriminatur.

Hæc † enim diſtinctio potiſſimum 13
fundata eſt verbis inveſtituræ, nec tam illis, quibus feudum quis pro ſe atque liberis acquiſivit (nam horum verborum reſpectu, cum de natura feudi nihil diminuant, diſtinctio iſta neceſſaria non fuiſſet) quàm hiſce potiſſimum, quibus feudum hæredibus eſt conceſſum. cum enim propter dictionis (hæredibus) proprietatem feudum à priſtina natura ſua haud parum degeneret, neceſſe fuit, hanc feudi ſpeciem à feudo propriam naturam retinente diſcerni, ut ita dictionis hujus proprietas potiſſimum cauſam huic diſtinctioni præbuerit, quemadmodum ſuperius *quæſt. 1.* pluribus firmatum fuit, & ſenſit *Franciſc. Anton. Villanus in Reſponſo, quod habetur poſt Cannetium nu. 20.* inquiens: qualitas hæreditaria eſt illa, quæ diverſificat feudum hæreditarium à feudo ex pacto. Modò ſi textus *in d. c. 1.* eſſet intelligendus de feudo hæreditario, ita ut ex proprietate dictionis (hæres) aliam qualitatem non haberet, quàm ut quis juxta di-

ſpoſitionem illius capituli cogeretur hæres eſſe, ſequeretur inde, feudum non tàm ex proprietate vocabuli (hæres) quàm ex juris feudalis diſpoſitione ſui natura hæreditarium eſſe, cnm, etſi de hæredibus nihil dictum eſſet, tamen, (ut iidem, qui hanc opinionem ſecuti fuerunt, concedunt) juxta *d. c. 1.* hæres eſſe teneretur, & quod conſequens eſt, receptiſſima illa interpretum diſtinctio penitus inverteretur, vel mehercle ita labefactaretur, ut ægrè ſedem ſuam tueri poſſit, & ſanè haud ſcio, àn in hoc ſatis ſibi conſtiterit Cacheranus, dum acriter defendit, feudum in dubio potius ex pacto & providentia, quàm hæreditarium judicandum eſſe. & tamen interim annuit ſententiæ eorum, qui opinati ſunt, textum *in c. 1. An agnat. vel filius*, de feudo hæreditario accipiendum eſſe, cum permiſſo hoc, utiq; neceſſariò ſequatur alterum, videlicet in dubio feudum potius hæreditarium eſſe, ſtatuendum: quippe cum ſecundum opinionem hanc, qualitatem illam hæreditariam ex ipſa juris feudalis diſpoſitione, atque adeò propria feudorum natura aſſumat.

Neq; verò hoc illi ſolum viro accidit, ſed & pleriſque aliis, ut cum interpretes feudum hæreditarium diverſis modis definierint, quemadmodum in proxima quæſtione oſtendimus, non tamen ſatis advertentes, quænam ex alterutra harum opinionum deſcendant doctrinæ, materiam iſtam miſerè confuderint, ut ibidem ſæpius monuimus.

14 Quartò † adminiculatur poſteriori ſententiæ, quoniam, quando quærimus de qualitate & natura feudi hæreditarii, de eo potiſſimum agimus, quam efficaciam, atque vim habeat vocabulum (hæredum) in inveſtitura expreſſum; & an propterea, quod in inveſtitura de hæredib9 dictũ, & feudum hæredibus conceſſum eſt, in ipſo feudo (non dico de cæteris bonis allodialibus) ſuccedatur jure hæreditario, *prout poſt Andr. de Iſern. declarat Camerarius hic quæſtion. 8. num. 91.* multis oſtendens, quod in feudo hæreditario quis cogatur eſſe hæres in ipſo feudo. *& ſenſit idem Sigiſmundus Loffredus hic, & in c. 1. §. quid ergo verſ. in eodem §. quid ergo. de inveſtitur. de re alien. fact. & plures alii. quæſt. 1. citati.* de hoc verò, utrum in ipſo feudo quis hæres ſit in d. tit. *An agnatus vel filius*, ne verbum quidem ullum reperitur, ſed, ut ex nigro & rubro apparet, de eo ſolum tractatur, an agnatus vel filius poſſit retinere feudum, repudiata hæreditate, ân verò volens obtinere feudum cogatus eſſe hæres bonorum allodialium, *ut ſenſit idem Camerarius hic quæſtione 1. num. 29.* id quod á prima quæſtione plurimum differt: quippe cum, etſi quis in feudo non ſuccedat jure hæreditario, tamen nihilominus poſſit eſſe hæres bonorum allodialium, & è contrario licet ſit hæres in bonis cæteris, non tamen propterea in feudo jure hæreditario ſuccedat, ut diſtinguit Camerarius *in loco paulò ante adducto, in d. c. imperialem. pagin. 787.*

Non igitur ex textu illo qualitas feudi hæreditarii, quæ ſola dictione (hæredum) nititur, declarari poterit, prout faciunt illi, qui primam tenent opinionem, neque etiam conſequenter textus ad feudum hæreditarium pertinebit, cum juris ſit indubitati, ex iis, quæ inter ſe ſunt ſeparata, argumentum rectè depromi non poſſe. *l. fin. de calumniat. l. neque natales. C. de probat.*

Quintò † priori opinioni plurimum adverſatur id, quod apud omnes in confeſſo eſt, in feudo hæreditario 15
non modò filium, de quo loquitur textus *in d. c. 1.* Sed etiam agnatum hæredem eſſe debere, (ex quo in feudo hæreditario nullam eſſe differentiam inter filium & agnatum plerique exiſti-

marunt,

narunt, *ut poſt Andr. de Iſern. Afflict. Guliel. à Perno, Sigismund. Loffred. atq; lios ſupra adductos docuit Camerarius ic quæſtio. 8. n. 921. & Marin. Freccia different. 23.*) Nam cum, ad agnatum quod ttinet, contrarium diſponatur *in d. c. 1.* quod videlicet non teneatur eſſe hæes, utiq; vel ex hoc ipſo manifeſtè conincitur, ſententiam eorum, qui texum *in d. c. 1.* tantummodo in feudo æreditario locum habere exiſtimaunt, minimè ſubſiſtere, ſed quemadnodum communiter receptum eſt, ut n feudo hæreditario agnatus hæres ſſe cogatur, ſic etiam communi calulo approbatam eſſe eam, quæ inde leſcendit, concluſionem, quod nimium textus immunitatem ab aditione gnatis præſtans in feudo hæreditario ninimè procedat, quo argumento poſt ſerniam hîc etiam utitur Loffredus, dq; plurimum urget Cannetius *in d. c. volentes. §. Et quia in ſuperiori. num. 5.* Ac licet aliqui hoc animadvertentes iſtinxerint inter hæreditatem primi cquirentis, & hæreditatem ultimo efuncti, inde concludentes, quod uxta *d. c. 1.* agnatus non teneatur eſſe æres ultimò defuncti, modò ſecunlum naturam feudi hæreditarii primi cquirentis hæres mediatus fuerit: Tanen ex iis, quæ in prima opinione reenſuimus, clarum eſt, eos, qui primi uctores hujus intellectus fuerunt, miimè ad hanc diſtinctione mreſpexiſſe, ed potius generaliter exiſtimaſſe, agnatum in feudo hæreditario omnino on cogi hæredem eſſe, ut proinde hi, qui ad diſtinctionem iſtam confugeunt, ipſimet ab opione eorum, quos uctores laudant, haud parum receſſeint: atq; ex hoc ipſo de varietate ipſoum tantò magis conſtet, & quod conequens eſt, eò minus in hoc articulo pſis fidendum ſit.

Deindè † minimè concedimus, quod, ut illi præſupponunt, in feudo æreditario ſufficiat eſſe hæredem prinai acquirentis. Contrarium enim multi, & quidem ſaniori judicio præditi tradiderunt, ut partim *in præcedente quæſt.* commemoravimus, & copioſius infra *quæſtione XIV.* demonſtrabimus. Præterea interpretatio iſta quantam contineat reſtrictionem, & divinationem, in aperto eſt. Non ſolum enim textum generaliter loquentem reſtringit ad caſum, ubi in inveſtitura de hæredibus dictum eſt, ſed inſuper etiam præſupponit, agnatum, cujus in textu illo fit mentio, fuiſſe hæredem primi acquirentis, & regulæ illius capituli locum non eſſe, quoties primi acquirentis hæres non fuerit. Cum tamen neque de illo, quod feudum pro hæredibus acquiſitum ſit, multò minus de hoc, quod fuerit hæres primi acquirentis, in capitulo iſto verbum ullum reperiatur, neq; veritati ſit conſonum, ſi textus ille eo niteretur, quod agnatus fuiſſet hæres primi acquirentis, ab auctore ejus hoc, in quo tanta vis eſt: prætermiſſum eſſe. Deniq; ſi agnatus ideò poteſt repudiare hæreditatem ultimò defuncti, quia fuerat hæres mediatus primi acquirentis, ſequeretur, quod differentia illa, quam textus *in d. c. 1.* conſtituit, inter agnatum & filium non in eo conſiſtat, quod agnato magis liceat repudiare hæreditatem defuncti, quàm filio, ut habetur *in d. c. 1.* ſed in eo ſolum, quod vaſallus tum demum, quando hæres mediatus primi acquirentis fuit, non cogatur eſſe amplius hæres, uſque eò, ut, ſi non fuiſſet hæres mediatus, non minus cogeretur hæres eſſe ultimi defuncti, quàm filius, & ita utoque caſu in agnato perinde ac in filio titulus hæredis vel mediati vel immediati requireretur. Quinimò, *ut etiam animadvertit Joann. Baptiſt. in d. conſil. 1. confecto in cauſa ſtatus Montiſferrati, num. 81.* ſequeretur inde, quod, data paritate terminorum, (prout veriſimile eſt: textum illum iniiſdem terminis loqui) nullum diſcrimen inter agnatum & filium haberetur. Cum etiam filius, qui fuiſſet hæres mediatus

tus primi acquirentis, non teneretur adire hæreditatem ultimò defuncti. Quàm autem utrumque horum verbis illius textus conveniat, neminem eſſe arbitror, qui non perſpiciat. Hiſce itaque ſatisfactum eſſe puto illis, qui exiſtimarunt, ex eo, quod agnatus ſaltem devinctus ſit eſſe hæres primi acquirentis, poſſe defenſari opinionem primam, atque ſimul tolli argumentum, quod inde pro contraria ſententia fuit productum, quaſi ſimul conſiſtere poſſit, quod agnatus ſecundum c.1. non debeat eſſe hæres ultimò defuncti, & nihilominus ſecundum ſupradictam concluſionem interpretum primi acquirentis hæres eſſe cogatur, *prout in hoc magnam vim ponit Joan Baptiſt. in d. conſil. nu. 90. & contra Curtium etiam conſiderat Sylvan. in d. conſil. 30: & Cephalus in d. conſil. 224.* Nam ex his, quæ jam diximus, ſatis obviam eſt, interpretationem iſtam non ſolum verbis textus *in d. c. 1.* adverſari, ſed nec ullo certo fundamento niti, multis contra exiſtimantibus, quod in feudo hæreditario agnatus etiam ultimò defuncti hæres eſſe cogatur, ut *quæſtione proxima* pluribus oſtendimus.

17 Et † hanc eſſe communem * interpretum ſententiam, quod videlicet concludentes, in feudo hæreditario etiam agnatum hæredem eſſe debere, id de hæreditate ultimò defuncti, non autem de hæreditate primi intellexerint, & hoc evidens eſt, quia hoc ipſam doctrinam pro comprobatione ejus, quod textus *in d. c. 1.* locum non habeat in feudo hæreditario, afferunt. Manifeſtum eſt enim textum *in d. c. 1. An agnatus vel filius*, de hæreditate ultimò defuncti verba facere: quare cum interpretes concludant, ideo eum in feudo hæreditario locum ſibi minimè vendicare, quia agnatus hæres eſſe non cogitur, ut ratio iſta textui conveniat, neceſſe omnino eſt, illos eandem etjam de hæreditate ultimò defuncti intellexiſſe, atque adeo exiſtimaſſe, agnatum in feudo hæreditario debere hæredem eſſe ultimò defuncti, idq; etiam inde apparet; quoniam hoc aſſerunt, facta collatione agnati cum filio, ut videlicet non ſolum filium, ſed & agnatum hoc caſu hæredem eſſe oporteat. Certum eſt autem, filium neceſſe habere, ut ſit hæres patris ſui quem ſanè ultimo loco deceſſiſſe conſtat. Quare idem in agnato ſtatuendum erit, ut ita vel ex hac concluſione interpretum exiſtimantium, agnatum in feudo hæreditario hæredem eſſe debere, penitus deſtruatur opinio eorum, qui putarunt, ſufficere eum eſſe hæredem primi acquirentis, de qua infra *quæſtione XIV.* plura dicemus. Atq; ex his etiam in aperto eſt, Sylvanum, Cephalum & reliquos hujus ſectæ ex eo, quod ipſimet concluſionem eorum, qui dixerunt, agnatum in feudo hæreditario perinde ut filium hæredem eſſe debere, de hæreditate primi acquirentis accipiendum eſſe arbitrati ſunt, non ſatis juſta de cauſa in reprehenſionem vocaſſe communem ſententiam d. c. 1. de feudo ex pacto duntaxat interpretantem: cum minimè obſcurum ſit, quod illi, qui aſſeruerunt, agnatum etiam in feudo hæreditario hæredem eſſe oportere; iſtud minimè de hæreditate primi acquirentis, ſed potius de ultimò defuncti intellexerint, & quod adeò hi, qui contrà niſi fuerunt, non ſatis perceperint mentem interpretum, ſed non animadvertentes haſce duas concluſiones, (quarum altera textui *in d. c. 1.* in feudo hæreditario locum non eſſe tradit, altera præſupponit ſufficere agnatum eſſe hæredem primi acquirentis) à diverſis eſſe profectas auctoribus, & ex diverſis fontibus defluxiſſe, atque adeò inter ſe penitus ſeparatas eſſe, eas multis modis confuderint, & hoc ipſo materiam hanc intricatam reddiderint.

Non † enim, ut ex iis, quæ hactenus diximus, videre eſt; (quia enim 18

hæc

ec ſatis ſunt obſcura & difficilia, ideò
pius repetenda) opinio iſta, quæ præ-
pponit ſufficere, ut agnatus ſit hæres
imi acquirentis, ab illis eſt orta, qui
ſeverarunt, textum *in d. c. 1.* non ha-
ere locum in feudo hæreditario, ſed
otius ab aliis, qui opinati ſunt, eum
iam de feudo hæreditario intelligen-
um eſſe. Non igitur illi ex opinione
a vel contrarietatis, vel alterius vitii
gui poterunt, ſed magis, cum ipſi
ontra aſſerant, propterea textum *in d.*
. de feudo hæreditario non eſſe acci-
endum, quia in feudo hæreditario
iam agnatus debeat eſſe hæres, &
uidem ultimò defuncti, atque hæc
ſorum ſententia communi calculo
t recepta, ex hoc ipſo opinio reliquo-
um improbata atque rejecta erit, &
uod conſequens eſt, ex illa nihil de-
mi poterit, quod hanc noſtram ſen-
entiam ut minimum impugnare
ueat.

Neque † huic argumento ab a-
natorum ſucceſſione deſumto quic-
uam obſtat, quod Joan. Baptiſt. *in d.*
nſil. num. 72. contra Curtium affert,
onclusionem illam, quæ docet, agna-
um debere eſſe hæredem in feudo hæ-
editario, ex eo proficiſci, quoniam
ulti exiſtimarunt, textum illum *in d.*
1. An agnatus vel filius, tantum de
eudo ex pacto & providentia loqui,
 quod propterea ex concluſione iſta
d interpretationem hujus capituli
ullum validum argumentum extrui
oſſit, ſed quod potius, quia contra
on pauci arbitrati ſunt, textum illum
e feudo hæreditario intelligendum,
x hoc ipſo concluſio iſta etiam cor-
uat.

Nam † ſi quis recto animo volu-
averit doctrinas, & mentem interpre-
um, evidenter illi conſtabit, eos con-
luſionem iſtam, quæ exigit, ut agnati
n feudo hæreditario ſuccedant, non
àm ex interpretatione d.c. deſumſiſſe,
quàm ex propria natura feudi hære-
ditarii, quæ eſt, ut ſive illud ad agna-
tum, ſive ad filium tranſeat, ſemper
cenſeatur jure hæreditario, & ut quis
tanquam hæres in feudo ad ſimilitudi-
nem bonorum allodialium ſuccedat, 8
prout quæſtione proxima fuſiùs decla-
ravimus.

Cumque inde pro certo habue-
rint, quod agnatus in feudo hære-
ditario ex propria ipſius natura hæres
eſſe cogatur, potius ex iſta concluſio-
ne interpretationem textus *in d. c. 1.*
hauſerunt, quàm ut ex intellectu illius
capituli hanc concluſionem firmave-
rint, ut dilucidè apparet ex iis, quæ
paulò ante referendo auctoritates ſe-
cundæ opinionis recenſuimus, *ex Ja-
cob. de Belvis. in c. 1. de eo qui ſibi & hære-
dibus ſuis maſculis, & Andre. de Iſernia,
& Matth. de Afflict. in d. c. 1. an agnat.
vel filius, & Camerar. in d. c. imperialem.
Didac. lib. 2. Variar. reſolutio. cap. 18. num.
4. Joann. Thom. de Marin. in d. tit. de
feudo ex pacto & providentia, & multis
aliis ex locis ſupra ad hoc citatis* Ex quo
denique fit, ut, cum concluſio iſta, ex
qua interpretationem hanc deprom-
ſerunt interpretes, communi calculo
ſit approbata, rectè etiam inde colliga-
tur, interpretationem illam, quæ hac
concluſione nititur, atque inde ſæpe-
dicto capitulo in feudo hæreditario lo-
cum non eſſe ſtatuit, communiter re-
ceptam, contra verò opinionem aliter
ſentientium exploſam eſſe.

Sextò auctoritates etiam pro
priore ſententia adductæ non parum
ſunt ſuſpectæ. Opinionis enim illius
auctor fuit Bald. qui cum à commu-
niter approbata diſtinctione inter feu-
dum ex pacto & providentia receſſe-
rit, ejuſdemque opinio in hac materia
communi calculo ſit reprobata, ut
quæſtione præcedente pluribus oſten-
dimus: nemo non perſpicit, quantum
auctoritati ipſius in hoc articulo ſit tri-
buendum.

Cæteri verò partim auctoritate
Baldi tantummodo nituntur, partim

errore deluſi pro ſe eos advocant, qui contrarium prorſus docuêrunt. Alvarot.enim *in d. c. 1.* in ſententiam ſuam citat Andr. de Iſern.& Jacob.de Beluiſ. cùm tamen hoſce aliud ſenſiſſe non ſolùm ex verbis ipſorum ſupra conſideratis eluceat, ſed & idem Alvarottus *in d.c.1.de eo, qui ſibi & hæredibus maſcul.* hoc apertè fateatur.Eodem in luto hærent Præpoſ. & Jacob. de S. Georg.ut ex ſcriptis eorum apparet. Sic etiam Martinus Laudenſ. etſi *in verſ. Sexta limitatio,* ex opinione Baldi reſtringat textum, ut non procedat, ſi inveſtitura recepta fuerit pro ſe & liberis: idem tamen *in verſ.tertia limitatio,* ex ſententia Jacob. de Belviſ. declarat, textum duntaxat obtinere locum,quando feudum eſt rectum,& propriam habet naturam aliàs ſecus: quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, eum non in feudo hæreditario, ſed ſolum in feudo ex pacto & providentia procedere.Cumq; utramq; opinionem referat,magis ſibimetipſi contradicit, quàm certi aliquid ſtatuat: id quod multis aliis, qui has duas diverſas opiniones confuderunt, in hac materia contigit. Reliqui deniq; omnes in conſiliis ſuis titubantes, cauſis ſeſe magis dediderunt, quàm veritatem ſecuti ſunt: cum interim antiquiſſimi maximæque auctoritatis DD. poſteriorem opinionem amplexi ſint, & plerique ex illis in repetitionibus, in quibus, quid maximè verum ſit, ſpectarunt, eandem conſtanter defenderint. Meritò igitur horum auctoritas in judiciis potior eſſe deberet. In quam ſententiam huc accumulari poſſent omnes illæ rationes, quæ ſupra quæſtione prima conferendo diverſas auctoritates interpretum feudi hæreditarii naturam diverſo modo explicantium, à nobis fuerunt ponderatæ. Quibus enim argumentis illic oſtendimus, auctoritatem eorum, qui feudo hæreditario qualitatem hæreditariam attribuerunt, longè ſuperare alios: iiſdem convinci etiam hoc loco poteſt, auctoritates poſterioris opinionis cæteris prævalere debere,

Deniq; † ut in arcem cauſæ aſcendamus, & veritatem hujus ſecundæ opinionis, cui nos, (quamdiu interpretum veſtigiis inſiſtendum eſt) adſtipulamur, oculis pene ſubjiciamus, in memoriam revocandum eſt id, quod in proxima quæſtione ſæpius monuimus, videlicet, cum feudi hæreditarii natura duobus diverſis modis fuerit explicata, eſſe diligenter advertendum, ex utra harum opinionum doctrina interpretum originem duxerint, & quod adeò hoc cognito difficile non ſit, conclusiones, quas illi inter has diverſas opiniones non appoſitè diſtingventes, miris modis confuderunt, ſecernere, & de veritate earundem dijudicare. Ex iis verò, quæ ibidem circa primam interpretationem feudi hæreditarii commentati fuimus, apertum eſt, opinionem eorum, qui exiſtimarunt, textum *in c. 1. An agnatus vel filius,* tantum in feudo hæreditario procedere, inde defluxiſſe, quod iidem arbitrati ſunt, feudum hæreditarium ex verbis inveſtituræ nullam aliam qualitatem hæreditariam adſciſcere, quàm ut volens obtinere feudum hæres eſſe cogatur, feudo interim in cæteris omnibus propriam ſuam naturam ſeparatam à reliquis rebus hæreditariis retinente. Nos autem eodem loco multis argumentis, opinione hac reprobata, contra ſtabilivimus, amplectendam eſſe ſententiam eorum, qui feudo hæreditario ex verbis in inveſtitura poſitis qualitatem hæreditariam ita aſſcribunt, ut feudum naturam rei hæreditariæ aſſumat, & in ipſo feudo perinde ut in cæteris bonis allodialibus hæres jure hæreditario ſuccedat. Conſequens igitur omnino eſt, etiam interpretationem *d.c.1. An agnatus*, quæ ex reprobata illa opinione demanavit, ſubſiſtere nullo modo poſſe, tum quia, ſublato fundamento, ut omnia illa, quæ fuerunt ſuperſtructa, corruant, neceſſe

ceſſe eſt. *l. Egi de except. rei judic. Cum* *ulus 1. quæſtio. 1.*

Tum † etiam quia natura hæredi-ia, quam feudo ſecunda opinio à bis *in 1. quæſtione* firmata tribuit, di-ſitioni *d. c. 1.* penitus adverſatur, n ſolum in eo, quod, ſive agnatus ſi-filius ſuccedat, feudum iſtud natu-n hæreditariam ex verbis inveſtitu-inſeparabiliter (ut ſenſit Camerari-inſitam retineat, atq; adeo exigat, uterq; hæreditario jure ſuccedat, n interim textus *in d. c. 1.* diſtingvat er agnatum & filium, integrum a-ato relinquens, ut hæreditatem re-diare poſſit: ſed & in eo, quod hæc ura hæreditaria requirit, ut non mo-in allodialib. ſed etiam in ipſo feu-jure hæreditario ſuccedatur, cum nen textus *in d. c. 1.* hoc tantum po-let, ut filius in bonis allodialibus cedat, interim verò feudum pro-o jure obtineat, id quod ab illo alte-plurimum differt, prout rectè diſtin-t Camerarius *in loco ſupra citato.* Plus m ſatis igitur manifeſtum eſt, di-ſitionem ſæpe dicti *c. 1. An agnatus filius*, feudo hæreditario, de quo loquimur, minimè convenire, & od adeo ſtante opinione illa, quæ do hanc, quam diximus, naturam reditariam elargitur, omnino con-dendum ſit, textum *in d. c. 1. An agna-vel filius*, non de feudo hæreditario, potius de feudo ex pacto & provi-tia accipiendum eſſe.

Neq; huic ſententiæ quicquam tat, quod Joann. Baptiſt. *in d. conſil.* ſiderat, textum *in d. c. 1.* ſolummo-requirere, ut feudum paternum ſit, autem amplius deſiderare, quod eat eſſe feudum ex pacto, ad hoc ut atus repudiata hæreditate ſuccede-poſſit:

Sæpius † enim diximus, feudum pacto propriam feudi naturam reti-e, atq; adeo omnia ea, quę de feudo opriam naturam habente jure feu-i diſpoſita reperiuntur, illi rectè convenire. Non igitur neceſſe fuit hoc ipſum verbis *d. c. 1.* exprimi, ſed, dum de feudo paterno & quidem pro-prio loquitur, eo ipſo de feudo ex pa-cto diſponere cenſetur, quippe cum hæc inter ſe nihil differant. Præterea hæc ipſa diſtinctio, ut ſæpius jam mo-nuimus, in jure noſtro feudali nuſquā reperitur, ſed ab interpretibus eſt ad-inventa. fruſtra igitur conſideratur, utrum ea verbis juris feudalis exprima-tur. Unde verò hoc deſcendat, quod aſſerimus, agnatum in feudo hæredita-rio hæredem eſſe debere, ſatis à nobis jam eſt demonſtratum, ut pluribus opus non ſit.

Quod † deinde *n. 81.* contra Cur-tium in medium affert, ex eo, quod qui-dam interpretes exiſtimant, ſufficere quem eſſe hæredem primi acquirentis, id parum habet momenti. Oſtendi-mus enim ſupra *quæſtione 1.* & copio-ſius inf. *quæſtio XIV.* quod imò in feudo hæreditario filius vel agnatus non ſo-lum primi acquirentis, ſed & ultimò defuncti hæres eſſe debeat, atque inſu-per in quinto fundamento hujus ſen-tentiæ noſtræ ſatis à nobis probatum fuit, doctrinam illam minimè accom-modari poſſe verbis *d. c. 1.* atque adeò nihil ad propoſitum noſtrum perti-nere. 24

Dato etiam, quod ſufficiat, quem eſſe hæredem primi acquirentis, & hoc accommodari poſſit ad interpretatio-nem *d. c. 1.* non tamen propterea va-nus redderetur ille textus, quaſi filius ſemper poſſet eſſe hæres primi acqui-rentis, atque adeò nunquam locus re-linqueretur diſpoſitioni illius c. cum interpretes: qui aſſeverant, ſatis eſſe, quod agnatus ſit hæres primi acquiren-tis, præſupponant, non facilè dari poſſe caſum; in quo filius ſit hæres pri-mi acquirentis, non mediante perſo-na patris ſui ultimò defuncti.

Præterea hoc etiam conceſſo, ta-men ratio iſta non ſolum interpreta-

tioni

tioni noſtræ, qua textum illum de feu-
do ex pacto accipimus, ſed vel maximè
opinioni eorum, qui de feudo hæredi-
tario eum intelligunt, adverſaretur, ut
ita Joann. Baptiſt. ſuo ſe jugulet gladio.
Quod verò porrò addit, ſecundum in-
terpretationem noſtrã deterioris eſſe
conditionis filium in feudo ex pacto &
providentia, quam in hæreditario, hoc
etiam perquam futile eſt. præter enim
quàm quod caſus iſte, quo filius primi
acquirentis hæres exiſtere poſſet, non
mediante perſona patris ſui, rarò vel
nunquam contingere ſoleat: jura verò
non ad ea, quæ rarò accidunt, porrigi
debeant: etiam ſi ita quandoque uſu
veniret, ut filius ſine hæreditate pater-
na poſſet eſſe hæres primi acquirentis;
nihil tamen obſtaret, quò minus idem
quod in feudo hæreditario filio licet,
ipſi etiam in feudo ex pacto & provi-
dentia permiſſum eſſe deberet, ſi idem
caſus eveniret. Nam qua ratione te-
xtus *in d. c. 1.* ſi eum juxta primam opi-
nionem de feudo hæreditario intelli-
geremus, reſtringitur, ut non proce-
dat, ſi filius primi acquirentis hæres
fuiſſet, ex eadem etiam hoc poſſet ad-
mitti, ſiquidem de feudo ex pacto &
providentia eum interpretaremur, ſed
quia ſupra ſatis à nobis probatum fuit,
in feudo hæreditario tàm filium quàm
agnatum ultimò defuncti hæredem
eſſe debere, & quod adeò doctrina illa,
qua nititur Joann. Baptiſt. nullo pro-
babili fundamento ſuffulta, atq; inſu-
per communiter reprobata ſit, ideo
de hiſce omnibus minus laborandum.
Sed hæc ideo ſaltem attigimus, ut futi-
litas hujus argumenti, in quo tantam
vim ille ponit, eò magis in lucem pro-
feratur.

25 Non † refragatur etiam intelle-
ctui noſtro, quod, ſi quidem textum *in
d. c. 1.* de feudo ex pacto & providentia
interpretaremur, is ratione carere vi-
deretur, prout animadvertit Guliel. à
Perno *in 1. notab.* ubi propterea excla-
mando inquit: aut beſtialiter conſtitu-
tum eſt, aut ſolvat Apollo: *& pluribus
de hoc agit Sylvanus, in d. conſil. 30. &
Cacheran. in d. deciſion. 162.* Præterquam
enim quod etiam primus intellectus,
ut ex paulo ante dictis apparet, nulla
certa nititur ratione: uno † verbo re- 2
ſponderi poteſt, in feudalibus non cu-
randum eſſe ſtrictam rationem, ſed
conſuetudinem, *ut ait Bald. in c. unic &
ibi not. Alvarott. & DD. de cognition. feud.
& probatur optimè in c. 1. §. Filii nati.* ibi.
*quamvis ratione improbetur. ex uſu tamen
admittitur. ſi de feud. defunct. content.
fuer. & in c. 1 ibi. Mediolanenſes verò irra-
tionabiliter conſiderantes. de feudi alie-
nat.* ex quo text. not. Matth. de Afflict.
ibi. quod etiam irrationabilis conſue-
tudo loci valeat, *cum ſimilibus in hanc
ſententiam adductis à Molinaeo in con-
ſuetud. Paris. tit. 1. §. 25.* Neque etiam
uſque adeò ratione caret intellectus
iſte.

Sufficit † enim pro ratione proba-
bili, quod filius ad feudum pervenire
non poteſt, niſi mediante perſona pa-
tris ſui, id quod inde manifeſtum eſt,
cum etſi dicatur feudum obtinere ex
pacto & providentia anteceſſorum, niſi
tamen ſimul ex perſona patris ſui veni-
ret, agnatus tanquam proximior primi
acquirentis facilè excluderet filium.
Hinc enim rationi conſentaneum eſt,
ut in ſucceſſione filii non tam pactum
primi acquirentis, ſecundum quod a-
gnatus eſſet potior, quàm perſona pa-
rentis conſideretur, atq; adeò eum ho-
norem filius viciſſim debeat parenti, ut
volens obtinere feudum cogatur et-
iam ſimul adire hæreditatem pater-
nam. Hæc autem ratio in agnatis peni-
tus ceſſat: quippe cum hi feudum ſal-
tem ex inveſtitura anteceſſorum con-
ſequantur: meritò itaq; aliud in agna-
tis quàm in filiis ſtatutum eſt, prout de
ratione iſta plura verba facit *Sylvanus
in d. conſ. 30. & eam noviſſimè in hanc
ſententiam eleganter declarat Cujatius*
ibi: pro cujus comprobatione poſſent
etiam addi caſus ex jure civili adducti
ab Ar-

b Ardizone, Angelo, & Aretino, &
onfirmatur inſuper iis, quæ inf. *quæſt.*
III. dicemus de filio revocante feudũ
aternum. Oſtendemus enim illic, hanc
ationem earum eſſe virium, ut pro-
terea etiam jure feudali filiis jus revo-
andi feudum alienatum denegetur.
ur itaq; quæſo mirandum, filium pro-
terea in eo gravari, ut hæres patris ſui
ſe cogatur? Neq; † huic rationi quic-
uam obſtat, quod Cacheranus conſi-
erat, eam ideo minus eſſe attenden-
am, quia ſi illa eſſet ad hoc ſufficiens,
lem in emphyteuſi dicendum foret,
am tamen interpretes in alia iverint
mnia. Non enim argumentum hoc
oncludit: Jus feudale tanquam con-
etudinarium certis ex rationibus ali-
uid introduxit: ergo neceſſe eſt, ut ex
dem ration:b. etiam jure civili ita di-
oſitum ſit. Nam cum conſuetudo
erunq; contra juris civilis regulas in-
oducatur: utiq; ex ratione illius ad ju-
communis correctionem argumen-
m non rectè deſumi poterit, ut patet
iis, quæ tradunt DD. & *Matth. de Af-*
fl. in c. 1. de feud. cognit. ut non immeri-
Bart. *in d. §. ut liberi n. 4.* ſcriptum re-
querit, textum *in d. c. 1.* loqui de jure
nſuetudinario in feudis: aliud verò
e de jure communi, quod ſervatur in
nphyteuſi. *& ſequitur Aret. in d. l. pro*
rede, §. quod ſi tamen verſ. Non obſtat.
inus etiam refragatur ſententiæ no-
æ id, quod conſideravit Roland. à
all. feudum in dubio pro hæreditario
utandum, atq; hinc etiam textum
ſtrum de eodem intelligendum.
m quæſt. præcedente pluribus firma-
mus, feudum de cujus conceſſione
n conſtat, potius pro feudo ex pacto
providentia cenſendum eſſe. Tan-
m igitur abeſt, ut argumentum hoc
bis obſtaculo ſit, ut refutata priore
inione, noſtram confirmet. Hiſce
q; tam rationibus quàm auctoritati-
s ſimul conjunctis adductus, ſi quæ-
o ſecundum communes interpre-
n doctrinas decidenda mihi offerre-
tur, ſecundum hanc poſteriorem opinionem reſpondere non dubitarem.

29 Porrò † circa interpretationem hujus capituli non eſt omittendum, præter haſce duas inter ſe diſſidentes opiniones, de quibus hactenus egimus, aliam eſſe quorundam ſententiam, qui licet in hoc nobiſcum ſentiant, textum *in d. c. 1.* in feudo hæreditario locum non habere, iidem tamen etiam à noſtra opinione recedentes exiſtimant, neque in feudo ex pacto & providentia eum procedere, ſed reprobata utraque opinione concludunt, capitulo iſti locum duntaxat eſſe in illo feudo, quod neque liberorum, neque hæredum facta mentione ſimpliciter fuit conceſſum. In hac opinione tandem reſidet Cacheranus *in d. deciſion. 162.* videturq; huic ſententiæ cauſam præbuiſſe, quod exiſtimatum fuit, feudum liberis quæſitum, eſſe ſpeciem diverſam atque ſeparatam à feudo ſimpliciter conceſſo, & quod adeò ea, quæ de hoc diſpoſita reperiuntur, in illo minus locum obtineant. Deinde auctores hujus ſententiæ potiſſimum movit, quod Jacob. de Belvis. *in d. tit. An agnat. vel filius, & in tit. de eo, qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis,* diſtingvit inter feudum ſimpliciter conceſſum ac rectum feudum, & hæreditarium, & de illo duntaxat capitulum iſtud intelligendum eſſe arbitratur. Nam hinc exiſtimavit Cacheranus, cum de feudo ſimpliciter conceſſo loqui, quaſi iſtud tantummodo feudum rectum ſit, & propriam naturam habeat, non autem quod liberis conceſſum fuit.

30 Verum † nos ſupra *in quæſtione prima* oſtendimus, quod, etſi feudum liberis conceſſum ſit, tamen ex illis verbis non peculiaris ſpecies feudi efficiatur, quæ differat à feudo ſimplici, & propriam naturam habente, ſed quod interpretes verbis iſtis tantum ad conſtituendam differentiam inter feudũ ex pacto & hæreditariam uſi fuerint, interim tamen huic feudorum generi

eandem

eandem cum feudo ſimplici naturam tribuentes: eidemq; omnia illa, quæ de feudo ſimplici, conſuetudine feudali diſpoſita reperiuntur, accommodantes. Non igitur diverſæ inde feudorum ſpecies conſtitui poterunt: ſed potius, quod in feudo ſimplici locum habet, idem etiam in feudo ex pacto & providentia ut obtineat neceſſe eſt. Id quod etiam ex eo evidens eſt, quoniam, *ut in 1. quæſtione plurib. probavimus*, communiter receptum eſt, feudum ſimpliciter acquiſitum pro feudo ex pacto & providentia reputandum eſſe. Cumq; hoc ipſum etiam Cacheranus affirmaverit, vel non ſatis ſibi conſtare, vel proprietatem feudi ex pacto minus rectè percepiſſe videtur, dum nihilominus inter feudum quæſitum ſimpliciter & feudum ex pacto diſtingvit.

31 Neque † ſe tueri poterit auctoritate Jacob. de Belviſ. Etſi enim is interpretando capitulum noſtrum, loquatur de feudo ſimpliciter conceſſo ad rectum feudum, tamen verba illa non incommodè de feudo alicui & liberis conceſſo intelligi poterunt, cum, *ut ſupra dictum eſt*, etiam hæc feudorum ſpecies propriam naturam retineat, atq; adeò rectum feudum meritò dici poſſit. Dictionem autem (ſimpliciter) addit ſolum ad differentiam conceſſionis, quæ hæredibus facta eſt. Cum enim hujus vocabuli proprietas ſola in cauſa ſit, ut à propria natura feudi recedatur: rectè hujus reſpectu feudum etiam alicui atq; liberis datum, utpote quod propriam naturam habet, ſimpliciter & ad rectum feudum conceſſum eſſe dicetur, ut proinde auctoritas Jacob. de Belvis. huic opinioni parum adminiculetur: quam etiam ita interpretatur Camerarius hic in loco mox citando. Cumq; præterea paucos habeat adſtipulatores, ſed potius directò adverſetur communiter approbatæ ſententiæ Andreæ de Iſernia, (qui textum iſtum de feudo ex pacto & providentia interpretans, diſertè loquitur de feudo alicui atq; liberis quæſito) de ſingulari iſta opinione Cacherani nullo certo fundamento ſubnixa non multum laborandum exiſtimamus, prout eandem refutat Camerarius *hoc titulo noſtro quæſtione 8. n. 83. verſ. Pro qua concluſione faciunt.* quæ propterea monere ſaltem voluimus, ne varietas iſta opinionum alicui non ſatis advertenti ſcrupulum injiciat. Et de quæſtione iſta, de quo feudorum genere intelligendus ſit d. tit. *An agnatus vel filius*, hæc ſufficiant, niſi plura etiam ſint, quàm fortaſſe neceſſe fuerit. Ideò autem prolixius de hoc agere viſum fuit, quoniam, ut in principio attigimus, & ex ſequentibus jam apparebit, plurimum in eo ſitum eſt, utrum capitulum iſtud de feudo ex pacto & providentia interpretemur.

Primò enim, quemadmodum opinio iſta, quæ textum *in d. c. 1.* de feudo ex pacto & providentia exponit, ex ſententia eorum, qui feudo alicui atq; hæredibus conceſſo qualitatem aſſeribunt hæreditariam, deſcendit, atque iiſdem rationibus confirmatur: ſic viciſſim hæc eadem ita comprobata plurimum declarat, atque oſtendit, feudi hæreditarii eam eſſe naturam & qualitatem, quam ſupra ſecundo loco conſideratam propugnavimus: quod † videlicet non eo ſolum reſpectu dicatur hæreditarium, quod quis hæres eſſe cogatur, juxta diſpoſitionem *d. tit. An agnatus vel filius*, prout opinati ſunt illi, qui priorem opinionem tenuerunt, ſed potius quia ex dictione (hæredum) in inveſtitura uſurpata naturam & qualitatem hæreditariam ita aſſumſerit, ut feudum jure rei hæreditariæ cenſeatur, & in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedatur. Niſi enim tale feudum ex verbis inveſtituræ aliam qualitatem hæreditariam indueret, quàm quod quis hæres eſſe cogeretur: utiq; facilè admiſiſſent interpretes, textum *in d. c. 1.* etiam in feudo hæreditario procedere. Sed cum uſq; adeò in eo laborant, ut oſten-

ſtendant textum in feudo hæredi-
o propter naturàm, quam inſitam
et, hæreditariam, locum non obti-
e, hoc ipſo teſtatū faciunt, in feudo
editario majorem requiri qualita-
hæreditariam, quàm ut quis tan-
hæres eſſe cogatur, eam ſcilicet, de
jam diximus.

Secundò † ex hac interpretatione
ligitur etiam, plurimum differre, u-
m quis hæres ſit ex diſpoſitione tit.
n agnatus vel filius, an verò propter
cabulum (hæredum) in inveſtitura
ptum. Nam in primo caſu licet quis
res eſſe adigatur, ſecundum diſpoſi-
nem juris feudalis, tamen non in
o feudo ut hæres ſuccedit, ſed in bo-
duntaxat allodialibus: & quia eo-
n hæres eſt in feudo, ſeparatam in-
im à cæteris rebus hæreditariis natu-
n retinente, ſuccedit ex pacto ante-
ſorum, nullo hæreditario jure. Non
m ex eo, quod quis non poteſt ſuc-
lere, niſi ſit hæres, ſequitur, quod
cedat ut hæres, cum in multis ſimus
redes morienti, quæ tamen jure hæ-
litario non capimus, *l. Pro hærede. §.*
uid tamen. de acquir. hæredit. l. cum pa-
nus. de oper. libert. ut declarat. Bald. in
ſil. 82. vol. 1. & in ſimili, de querela in-
cioſi teſtamenti tradit Paul. de Caſtro in
quis filium, in ſecundo notab. verſ. ſed
bium eſt. C. de inoffic. teſtament. inde in-
ens ad feudum; de quo idem Caſtrenſis
et in Auth. poſt fratres. 2. C. de legit.
red. & faciunt, quæ tradit Jaſ. in l. quæ
is. n. 54. ſolut. matrim.

An † in ſecundo caſu, quando de
do hæreditario agitur, is, qui hæres
e cogitur, non ideo ſuccedit in feu-
, quia eſt hæres bonorum allodia-
m, ſed potius in ipo feudo veluti in
hæreditaria, immutata nimirum pri-
a ejus natura per pactum primi ac-
irentis, ſuccedit jure hæreditario,
opter vim & efficaciā illius dictionis
eres) in inveſtitura adjectæ, ut patet
iis, quæ tradit Bart. *in l. ut jurisjuran-*
§. Si liberi de oper. libert. & in l. quod
dicitur. & ibi uterq. Imol. & Jaſ. de ver-
bor. obligat. & paſſim apud DD. de feu-
do pro ſe & hæredibus acquiſito verba
facientes, reperitur, quod diſertè aſſe-
rant, in ejuſmodi feudo, quem ut hære-
dem jure hæreditario ſuccedere, ut ap-
paret ex locis ſupra *quæſtione prima* cir-
ca poſteriorem opinionem adductis,
& differentiam iſtam copioſè declarat
Sigiſmund. Loffred. in ſuo conſil. 1. & in c.
1. §. quid ergò. verſ. in eodem. §. Quid. er-
gò. de inveſtitur. de re alien. fact. ubi in-
quit: aliqui dubitavêre, quænam ſit
differentia feudi ex pacto & providen-
tia in filio à feudo hæreditario, cum in
utroque caſu oporteat eum eſſe hære-
dem: & veritas eſt, quod in hæredita-
rio filius eſt hæres non ſolum in allo-
diis, ſed etiam in ipſo feudo, *ut dicit*
Andr. hic. & in cap. 1. §. donare. in 7. co-
lum. ibi, ſi ergo eſſet, infra tit. proximo, &
in capit. 1. in fin. qui ſucceſſor. teneantur, &
declarat Franciſcus de Aret. in l. Pro hære-
de. §. Quid ſi tamen, de acquir. hæredit.
ubi dixit, ſecus eſſe in feudo pacti &
providentiæ, quia filius non eſt hæres,
ſed oportet eum allodialium hæredita-
tem adire. *Hæc Loffred.* Idem præ cæte-
ris clarius explanat Camerarius *in d. ca-*
pit. Imperialem. §. Præterea ducatus, verſ.
quarta ſpecies erit, mihi pag. 787. ubi hoc,
quod filius cogatur eſſe hæres ex diſpo-
ſitione *d. cap. 1.* ita diſtinguit à feudo hæ-
reditario: quod, licet filius, ſi feudum
obtinere voluerit, hæres eſſe debeat,
ſit tamen hæres duntaxat in re burgen-
ſatica patris, in qua feudum non repe-
ritur ſub hæreditaria qualitate, neque
in eo jure hæreditario ſuccedit, cum in
multis ſimus hæredes morienti, quæ ta-
men jure hæreditario non capimus:
ideò (inquit) in caſu iſto hoc, quod fi-
lius hæres eſſe cogatur, eſt qualitas ſepa-
rata à ſubſtantia feudi. At quando feu-
dum eſt hæreditarium, tum qualitas
hæreditaria non eſt accidens ſeparabi-
le à ſubſtantia, ſed ipſa res eſt hæredi-
taria, & natura habet hæreditariam.

35 Hæc † autem diverſitatis ratio, ex qua filius uno caſu magis, quàm alio ut hæres vocatus eſſe cenſetur, inde potiſſimum provenit, quia quando filius ſecundum jus feudale hæres eſſe cogitur, hæc juris diſpoſitio ex natura feudi, quam ſeparatam à rebus hæreditariis jure feudorum habet, interpretationem recipit, nec circa eam quicquam immutat, tum ut jura juribus concordentur. *l.unic. C.de inoffic.dot.§ fin. Auth. de exhib. reis.c. Cum dilectus, de conſuet.* tum etiam quia jus feudorum de feudo jam conſtituto plerunque loquitur. At ubi in ipſa inveſtitura hæredum eſt facta mentio, tum, quia de feudo conſtituendo agitur, potius ex ipſis verbis inveſtituræ, quæ potiſſimum attendenda eſſe ſupra diximus, naturam ſuam aſſumit, quàm ut illa verba ſecundum jus feudorum, quod magis cedit pacto inveſtituræ inſerto, interpretari velimus, ex quo fit, ut, non attento, quod alioqui in feudis regulariter ſanguinis tantum habeatur ratio, feudum propter vim & efficaciam dictionis (hæres) quàm ex jure communi habet, in rem hæreditariam transmutetur, & ſecundum illam qualitas ſanguinis reguletur: pro qua conſideratione optimè faciunt ea, quæ ſcripta reliquerunt Matth de Afflict. *in c.1. num. 274. cum ſeqq. Ex quibus cauſis feud. admitt.* & Sigiſmund Neapolit. *in conſil. 1. num. 125.* ubi diſtinguunt inter dictionem (hæres) in jure feudorum poſitam, & in inveſtitura adjectam: id quod etiam ſupra quæſtione prima latius probavimus.

36 Tertiò † ex his etiam evidens eſt, magno in errore verſari illos, qui ex eo, quod quis juxta diſpoſitionem *d. cap. 1.* hæres eſſe cogatur, inferunt, feudum iſtud, in quo locum habeat d. diſpoſitio, eſſe hæreditarium, hoc ex illo rectè colligi poſſe, exiſtimantes *ut ſenſit Marian. Socin. in conſil. 72. nu. 31. vol. 1. Cephal. conſil. 224.* & complures alii. Non enim ſequitur: hæres eſſe cogitur, ergò feudum eſt hæreditarium, ut poſt alios declarat Didacus *in d. c. 18. lib. 2. Variar. reſolut.* tum propter manifeſtam diverſitatis rationem, quam paulò ante commemoravimus, tum etiam, quia alioqui omnia feuda filiorum reſpectu eſſent hæreditaria: cum (ut abunde probavimus) textus *in d. c. 1.* etiam in feudo ex pacto locum obtineat: agnatorum verò reſpectu nullum feudum eſſet hæreditarium, atque adeò receptiſſima illa interpretum diſtinctio, qua feudum ex pacto ab hæreditario ſeparant, penitus confunderetur. Ideoque Camerarius, ne diſpoſitio *d. c. 1.* commiſceatur cum natura feudi hæreditarii, duas ſpecies feudi hæreditarii ponit, prout in quæſtione proxima recenſuimus. Ex quibus omnibus vice verſa tandem efficitur, feudum, ut paulò ante etiam monuimus, non propterea ſolum dici hæreditarium, quod quis hæres eſſe cogatur, & quod adeò opinio eorum, qui, ut in præcedente quæſtione primo loco adduximus, hoc aſſerere conantur, jure minimè ſubſiſtere queat, ſed potius ſecundæ opinioni aſſentiendum ſit, ut ſæpius jam dictum fuit.

Quartò † cum oſtenſum à nobis ſit, opinionem eorum, qui tit. *An agnat. vel filius*, de feudo ex pacto & providentia interpretantur, communiter receptam eſſe, hi verò omnes, qui huic ſententiæ ſubſcribunt, hac potiſſimum ratione moveantur, quoniam agnatus in feudo hæreditario perinde ut filius hæres tenetur, idq; de hæreditate ultimò defuncti intelligant, ut multis hactenus probavimus: utique ex hoc ipſo perſpicuum eſt, interpretes huic ſententię ſuffragantes uno ore ſtatuere, quod in feudo hęreditario omninò neceſſe ſit, hæredem quem ultimò defuncti eſſe, & quod adeò opinio eorum, qui exiſtimant, ſufficere agnatum heredem eſſe primi acquirentis, non ab illis, qui tit. *An agnatus vel filius*, de feudo ex pacto interpretantur, deſcenderit, ut perperam judicavit Joan. Bapt. ſed potius ab aliis,

b aliis, qui de feudo hæreditario accipiunt, & conſequenter, cum opinio hæc poſterior ſit improbata, quod etiam concluſio illa, quæ inde originem ducens, hæreditatem primi acquirentis tantummodo reſpicit, penitus ſit rejecta. Id quod propterea diligenter eſt notandum, quoniam interpretes haſce doctrinas à diverſis traditas, & ex diverſis fontibus promanentes mirè confuderunt, uſque eo, ut multi exiſtimantes, eos, qui tit. *Agnatus vel filius*, de feudo ex pacto interpretantur, etiam tradidiſſe, quod ſufficiat agnatum eſſe hæredem primi acquirentis, hinc interpretationem ipſorum impugnare conati fuerint, cum tamen ex iis, quæ in præcedentibus diximus, conſpicuum ſit, doctrinam hanc ab aliis, qui de feudo hæreditario titulum illum interpretati fuerunt, profectam eſſe, atque adeò exploſa ipſorum interpretatione, ſimul etiam corruere.

Quintò † ex eo, quod ſæpe dict. tit. *An agnatus vel filius*, de feudo ex pacto & providentia intelligendum eſſe, oſtendimus, ſequitur etiam, (id quod verbis ejuſdem diſertè probatur) filium feudum ex pacto & providentia conſequi non poſſe, niſi ſimul etiam hæreditatem paternam adeat, cum è contrario, ſi juxta opinionem aliorum de feudo hæreditario accipiendus eſſet, filius, repudiata hæreditate paterna, feudum obtinere poſſet. Plurimum autem referre, utrum non adita hæreditate patris feudum conſequatur filius, an verò ſimul hæres eſſe cogatur, neminem latere arbitror: quippe cum illo caſu ab omnibus oneribus hæreditariis liber eſſe poſſit, hoc verò iiſdem obſtrictus reddatur: id quod tum præſertim maximi momenti eſſe ſolet, quando de revocatione feudi alienati agitur, prout ex iis, quæ infra *quæſt.9* explicabimus, magis innoteſcet. Nemo itaq; mirabitur, quamobrem nos, cum tantum in eo poſitum ſit, uſque adeò desudaverimus, ut certi quid ſtatueremus, utrum de feudo hæreditario, an verò de feudo ex pacto accipiendus ſit titulus iſte.

Eſt † autem hoc loco, dum textus *in d.c.1.* requirit, & filius volens obtinere feudum, cogatur ſimul adire hæreditatem defuncti, diligenter obſervandum, in quem finem hoc à filiis exigatur. Nam ſi quis verba ejuſdem accuratius examinaverit, facilè agnoſcet, hoc eam ob cauſam à filiis requiri, & ideò eos volentes conſequi feudum, ſimul hæreditatem paternam adire debere, ut non ſolòm onera hæreditaria, quatenus vires hæreditatis ferunt, agnoſcere, ſed inſuper etiam de fructibus feudi æs alienum à patre relictum ſolvere teneantur, ut dilucidè apparet, ex verbis illis, ibi, nec debito hæreditario aliquid feudi nomine ſolvere cogitur: & ibi, feudum tenere nullo onere ei hæreditario imminente, à contrario ſenſu. Id quod propter ea, quæ de inventario mox dicemus, & quæ infra *quæſt. 13.* de filiorum jure revocandi aſſerturi ſumus, ſedulò eſt notandum. Si enim filius etiam de fructibus feudi debita paterna ſolvere tenetur eo in caſu, ubi non ſatis conſtat patrem illum in feudo gravare voluiſſe; agnatis interim feudum ſine ullo onere obtinentibus: utique rectè inde colligitur, non ſolum magnam eſſe inter agnatos & filios jure feudali differentiam, neq; adeò eos invicem æquiparandos eſſe, ſed quod multò magis filii etiam tum facto parentis gravari, atque illud præſtare debeant, quando patrem filiis in feudo præjudicare voluiſſe conſtat, idque conſentiente domino ſuſcepit, prout infra *quæſt. 13.* pluribus videbimus. Quæ verò hujus ſit ratio, etiam ex iis, quæ ſupra diximus, ſatis obvium eſt. Nam cum filius ad feudum non niſi mediante perſona patris pervenire poſſit, atque adeò ipſi hoc acceptum ferre cogatur, meritò ſanè hunc ipſi honorem atq; reverentiam debet, ut ſimul hæreditatem ejuſdem adeat, & debita ejus perſolvere cogatur, ne, ſi nullum pater reliquiſſet hæredem, qui adita hæredi-

hæreditate debitum penderet, famæ periculum ſubiret: quod cum in agnatis longè aliter ſe habeat, non mirum, cur in his aliter ſit ſtatutum. Agnati enim non à proximè defuncto feudum obtinere, ſed potius ex inveſtitura ejus, qui communis agnationis principium fuit, ſuccedunt, ut ſupra pluribus declaravimus. Eandem rationem ſecutus eſt, & eleganter explicuit etiam Hotoman. *hic, & in diſput. feud. cap. 19.* Inquiens: Filius patris beneficio ſaltem ſecundariò feudum adipiſcitur, ut dici ſolet, nepotem per patrem affici beneficio *l. ſi ex patronis, de bon. libert.* Itaque non æquum eſt, ut eum, à quo beneficio affectus eſt, lædat. Intereſt autem memoria defunctorum, ne ſucceſſoribus careant *l. 6 de interrog. act. §. 1. inſtit. qui & à quibus manum.* At qui in alia ſtirpe eſt, non agnati beneficio feudum adipiſcitur, neque hæreditas unquam cum feudo confuſa eſt. Itaque adventitiam agnati hæreditatem repudiare poterit: feudum tamen, quod ex parentis communis beneficio ipſi defertur, retinere. *Hac ille.*

Cæterum concluſio iſta, quæ juxta intellectum hactenus à nobis firmatum exigit, ut filius volens obtinere feudum ex pacto & providentia, ſimul etiam hæreditatem paternam adeat, aliquot limitationes recipit.

40 Primò † enim huic doctrinæ locus non eſt, ſi hæreditas paterna non filio delata fuerit, ſed ad alium devenerit. Nam hoc caſu feudum conſequi poſſet filius, etſi hæres non fuerit. *hoc ſenſit Jacob. de Belviſ. in d. c. 1. An agnat. vel filius. quem ſequitur Bald. & Alvarott. ibi, Jacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. Itaq. ipſi inveſtiti n. 5. Decius in conſ. 208. in fin. Ruin. in conſil. 17. num. 11. & in conſil. 149. n. 8. vol. 1. Capi. deciſio. 199. n. 2.*

41 Et † hoc quidem, ut hæreditas alii, quàm filio obveniat, multis poteſt modis contingere, utputa ſi pater filium in teſtamento præterierit, & filius præteritioni acquieverit, quod poteſt. *l. filio præterito. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtamento.* vel ſi filium exhæredaverit, vel quando pater filio tantummodò in legitima inſtituto alium hæredem ſcripſerit, vel quando filius, vivente patre, juramento renunciaverit hæreditati paternæ. Nam in his caſibus omnibus filium poſſe ad feudum pervenire, licet patri hæres non extiterit, *ſenſit Bald. in d. c. 1. quem ſequuntur Martinus Laudenſis. Alvarott. & Schenck. ibi, & Zaſius in tract. feud. part. 8.*

Secundò † etſi vel maximè hæreditas filio delata eſſet, ſi tamen pater nihil in bonis reliquerit, tum feudi nomine filium nihil præſtare debere, neq; adeò locum eſſe diſpoſitioni d. c. 1. *An agnat.* plærique exiſtimarunt, *ut Jacob. de Belvis. in d. c. Titius. ſi de feud. defunct. controverſ. quem ſequitur Alvarottus, ibi. num. 5. & Matth. de Afflict. n. 16. idem Afflict. in c. 1. §. Hoc quoq. num. 69. de ſucceſſ. feud. & in conſtitut. Neapol. Rub. 97. lib. 1. Martin. Laudenſ. in d. c. 1. An agnat. vel filius. Joan. Rayn. in c. Imperialem. §. pœna. num. 7. de prohibit. feud. alien. per Frederic. Jacob. de S. Georg. in d. loco. verſ. Ita quod ipſi inveſtiti. num. 4. & in verbo, & cum pacto, de alienando. num. 43. Zaſius in tractat. feud. part. 8. num. 11. Sylvan. in conſil. 15. num. 36. vol. 1.* 42

Sed circa hanc limitationem advertendum, eam non ſolum verbis textus non convenire, ſed iiſdem etiam directò repugnare. Nam cum, ut paulò ante monuimus, ideò exigatur, filium hæreditatem paternam debere adire, ut de debito hæreditario aliquid feudi nomine perſolvere teneatur, utiq; manifeſtò inde docetur, in caſu illius capituli hæreditatem ære alieno ita fuiſſe exhauſtam, ut nihil inde reliqui permanſerit, ſed de feudo aliquid ſuperaddere coactus fuerit hæres, & tamen nihilominus vel ob hoc ipſum requiritur, ut filius hęreditatem adeat: quomodo igitur quæſo hoc ipſum, quod filio neceſſitatem adeundi impoſuit (nimirũ ut hęreditate debitis exhauſta de feudo aliquid ſolvat) adeundi & ſolvendi onere

ere eum liberare poterit? Nam ea, e ad obligandum ſunt inducta,utiq; rationem ſimul parere nequeunt. *Qui hominem.§.fin.de ſolut.l.cum is.§.1. condict. indeb.* ſicut nec etiam ad u- m effectum adinventa contrarium ſſunt operari. *l. Legata inutiliter. de m.leg.l.2. ante fin. C. de jurejur. propter umn.* Ut proinde haud ſciam,utrum ectam juris rationem ſequi volu- s, huic opinioni ſit adſtipulandum: reperio eandem improbaſſe Lorio- n *in tit. de ſucceſſ.feudi*, cui annexit nc tit. noſtrum circa fin. idem ſenſit nneton. *lib. 2. cap. 6. in fin.*

Tertiò † doctrina noſtra ab omni- s interpretibus uno ore reſtringitur, locum non habeat, quoties filius, nfecto inventario, hæreditatem de- ncti adierit. *b* Nam tum adeundo m ſatisfeciſſe diſpoſitioni *d. c.1. An natus*, neque ulterius ex feudo quic- am ſolvere, vel præſtare debere, mmuniter arbitrantur, cum inven- rium plerunque hæredi conſervet o- nia jura & actiones, perinde ac ſi hæ- ditatem non adiviſſet, ſecundum oſſ. ſingularem, & communiter ap- obatam *in l.fin.§. In computatione ver- confundantur. C. de jur. deliber.* per nam in terminis noſtris hoc docuit *Andr.de Iſern.in c.1. in fin. Qui ſucceſſor. neant.& in d.c.1. An agnatus vel filius, tem ſequitur Alvarott. Præpoſ.& cæteri, & etiam Camerar.quæſtione 8. nu. 77. ui iſtud pluribus rationibus firmat. Mar- us Laudenſis in d.c.Titius filius.num.15. 16. Si de feud.defunct. Matth. de Af- ct. in d. c. 1. §. Hoc quoq; num.74. de ſuc- ſio. feud. ubi dicit, DD. in hanc ſenten- am communiter* diſceſſiſſe. Zaſ.in tract. ud.part 8.nu.10. verſ. Quinto limita,& mplures alii in hanc ſententiam à Pinell. d l.1. part.3. n. 93. C de bon.matern. & à obis ſupra quæſt.1.& infra quæſt.14.citati.*

Eſtque † hoc potiſſimum in foro axonico maximopere notandum ropter leges juris Saxonici, ſecundum uas hæres nullo etiam confecto in- entario ultra, quàm vires hæreditariæ ...

patiantur, minimè tenetur; ſicuti de facto conſultum verè reſpondit Am- pliſſimum Collegium Juriſco. Lipſ. *in conſilio, quod inter Conſilia D. Henning. eſt 15. lib. 1. & inſcribitur. de feud. ſucceſſ. nu.3.* eademq; ſententia uſu etiam quotidia- no comprobatur. Si itaque in foro juris communis filio hæredi confecto in- ventario nihil obeſt diſpoſitio *d. c. 1.* neq; aliquid feudi nomine præſtare te- netur, quemadmodum communiter recepta ſententia habet: conſectarium quidem modis omnibus eſt, quod in foro Saxonico filius etiam hæres patris, ab omni tamen hæreditario onere li- ber, atq; immunis ſit, licet nullum con- fecerit inventarium, ut quodam in conſilio ſuo doctè & eleganter arguit D. Jacobus Thomingius, id quod etiam teſtatus fuit D. Ludov. Fachs juris hujus expertiſſimus in quodam ſuo reſponſo.

45 Sed † neq; hæc limitatio contro- verſia caret. Nam ſi recto judicio rem perpenderimus, inventarii beneficium potiſſimum eo in caſu introductum eſt, quando hæres vel de damno hære- ditatis, vel de lucro ambigit, ut hoc re- medio medeatur ſibi, ne ultra hæredi- tatem, de cujus viribus dubius eſt, tene- atur creditoribus: & ſic locum maxi- mè habet iſtud beneficium in hæredi- tate dubia adeunda. Sed in propoſito textus *in d. c. 1. An agnat. vel filius*, mani- feſtè præſupponit hereditatem damno- ſam, & vult, ut filius adeat, idq; ob hanc cauſam, ut ex feudo debitum perſolvat; *veluti paulò ante diximus.* Ad quid igitur quæſo hic inventarium faceret; ubi non ſolum certum eſt, hæreditatem eſſe damnoſam, ut animadvertit Sonſ- beck. *in ſuo tract. feud. part. 9. in fin.* Sed etiam quis ob id ipſum cogitur adire, ut ultra vires hæreditarias de feudo et- jam aliquid luat. Si enim ab hoc filium relevaret inventarii beneficium, omni- penitus effectu careret diſpoſitio *d. c. 1.* atque adeò penitus everteretur. Refra- gantur etiã huic opinioni verba finalia textus, dum *ibi* dicitur, tum demum æ- ris alieni onus hæredi non imminere,

quando cum conſenſu agnatorum de novo inveſtitus fuerit à domino.

40 Namque † ſi inventarii remedio ſeſe exonerare poſſet, quorſum opus eſſet ab agnatis vel à principe iſtud anxiè impetrari, cum fruſtra precibus illud poſtuletur, quod jam lege permiſſum eſt, *ut dicit textus in d. l. 1. C. de Theſauris lib. 10.* Et ſanè ſi inventarium hoc præſtaret, ut hæres ab oneribus hæreditariis liber eſſet, utique auctor illius capituli iſtud non minus, vel etiam multò magis, quàm de nova inveſtitura monuiſſet, cum hæc via longè ſit promtior & expeditior: ſed quia iſtud penitus prætermiſit, rectè ſanè inde colligitur, inventarii remedium hoc caſu non rectè conſiderari, cum, ſi hoc voluiſſet auctor, id expreſſiſſet *l. Unica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. l. Si ſervum. §. non dixit prætor. de acquirend. hæred. l. 1. ibi, utiq; enim ſcit prætor. ſi mens. fals. mod. dix.* Præterea hoc caſu inventarii conſiderationem non habendam, ſuadetur etiam ex ratione, quæ pro intellectu *d. c. 1.* addduci ſolet. aſſerunt enim interpretes, filium ideò cogi hæreditatem adire, ut pater injuria liberetur, cujus honorem obnixius debet defendere filius, quàm extraneus, *ſecundum Andr. de Iſern. in d. c. 1. & alios ſupra adductos.* At ſi inventarii confectione filius æris alieni ſolutione eximere ſe poſſet, aditio filii huic rationi parũ reſponderet; ſed illud, quod una via, repudiando ſcilicet hæreditatem, & feudum retinendo, eſſet prohibitum, alia diceretur conceſſum, videlicet per inventarii confectionem, *contra c. Cum quid una. de reg. jur. in ſexto.* quod non facilè admittendum *c. Si civitas, de ſentent. excommunicat. in ſexto.* Cum etiam in odioſis ea ſemper facienda ſit interpretatio, ne diſpoſitio reddatur eluſoria, *gloſſ. fin. in c. Quanquam. de uſur. in ſexto cum ſimil.* Hiſce igitur motus vereor, ne, ſi quæſtio iſta potius ex verbis tit, *An agnatus vel filius*, quàm ex opinionibus interpretum decidenda eſſet, inventarium ejus efficaciæ non ſit, ut propterea filius volens obtinere feudum non teneatur adita hæreditate de fructibus feudi debitum numerare: quemadmodum præter Sonſbec. exiſtimavit Loriotus *in tit. de ſucceſſ. feud.* cui annexit hunc tit. noſtrum in fin. Quoniam, inquit, lex filium non propter hæreditatem duntaxat; ſed etjam propter ipſum feudum creditoribus obnoxium reddere voluit, cum ſit una perſona cum patre *l. fin. C. de nupt.* ejuſdemq; ſententiæ fuit Hannetonius *lib. 2. cap. 6. in fin.*

Denique † circa limitationes iſtas hoc menti infigendum eſt, eas ex illorum ſententia profectas eſſe, qui tit. *An agnat. vel filius*, de feudo ex pacto & providentia interpretati ſunt, atq; adeò illos haſce ipſorum doctrinas de hoc ſolum feudorum genere intellexiſſe. Nam hinc manifeſtum eſt, quàm miſerè hallucinati fuerint cæteri, qui vel errore quodam, non ſatis advertentes, de qua feudorum ſpecie interpretes loquantur, vel cauſæ magis, quàm veritatis ſtudio invitati doctrinas has ad feudum hæreditarium accommodarunt, & hoc ipſo materiam iſtam perplexam nobis atque tenebris involutam reddiderunt, quemadmodum ſupra *quæſtione 1.* & infra *quæſtione 14.* pluribus oſtendimus, ut proinde præter alios jam commemoratos effectus hanc etiam ob cauſam neceſſe fuerit diligentius inveſtigare, utrum textus *in d. c. 1.* de feudo ex pacto, an verò hæreditario accipiendus ſit, quò rectius intellecta mente interpretum, quid cuivis feudorum generi conveniat, magis fiat perſpicuum.

Quæri † etiam hoc loco ſolet, utrum ſæpè dictus. tit. *An agnat. vel filius*, jure Saxonico locum habeat, an verò eo jure filius feudum ex pacto & providentia, repudiata hæreditate, obtinere poſſit. Et dubitationem movet primò textus *in art. 1. lib. 1. Specul. Saxon.* dum ibi diſponitur, quod filius nõ teneatur adimplere promiſſionem patris pollicentis ſe feudum reſignatutum

rum. Nam hinc non incommodè colligi poſſe videtur, filium jure iſto hæredem eſſe non oportere, cum ſi hæres eſſet, etiam factum parentis præſtare neceſſe haberet. Cui accedit ſecundò, quood paulò ante monuimus, hæredem jure Saxonico etiam ſine inventarii confectione ultra vires hæreditatis devinctum non eſſe. Ex hoc enim fruſtra hæreditatis aditio exigi videtur, cum, etſi hæres ſit, non tamen propterea de feudo debitum defuncti perſolvere cogatur, quam ob cauſam aditionem potiſſimum requirit textus noſter. Tertio hanc opinionem plurimum confirmat textus *in art. 21. lib. 1. Specul. Saxon.* quatenus ibi dicitur de filio, qui in feudo ſucceſſit recuſata hæreditate paterna Hat auch ein Mann (inquit textus) einen Sohn / der ſein Lehen Erbe iſt / vnd nicht ſein Erbe nach Landrecht / er behelt ſeines Vaters gebewde auff ſeinem Lehen mit mehrerm Recht / dann der ſein Erbe iſt zu Landrecht. Ecce hic manifeſta conſtituitur differentia inter filium ſuccedentem in feudo repudiata hæreditate, & inter hæreditatem bonorum allodialium, & quod conſequens eſt, integrum relinquitur filio, ut feudum repudiata hæreditate conſequi poſſit, ut haud præter rationem hoc affirmaſſe videatur additio ad gloſſam latinam fin. *in d. art. 9. lib. 1. & D. Reinhard. in differentia juris civilis & Saxonici, differentia 55.*

49 Sed † licet hæc atq; alia ejuſmodi probabilem dubitandi cauſam præbere alicui poſſint, tamen ita plana non ſunt, ut propterea ab aperta juris communis diſpoſitione, cui expreſsè derogatum nuſquam reperitur, tutò recedere liceat. Nam quod attinet ad textum *in d. art. 9.* de intellectu ejus pluribus infra *quæſtione 13.* agemus, oſtendemusque, cum minimè hanc habere ſententiam, quaſi filius facto parentis devinctus omnino non ſit: quin etſi hoc maximè textu illo probaretur, non tamen mox inde ſequeretur, filium hæredem eſſe non cogi, cum, ut paulò ante diximus, jure Saxonico hæres etiam ſine inventario ultra vires hæreditarias non teneatur, atque ex hoc ipſo deſcendere poſſit, cur factum defuncti in feudo præſtare non cogatur, quantumvis cum hæredem eſſe oporteat.

50 Neque † verò propterea fruſtratorium hoc eſſet, quemadmodum ſecundo loco conſideravimus, cum plurimum interſit defuncti habere hæredem, qui debita agnoſcat, licet ultra bona hæreditaria nihil perſolvat.

51 Textus † autem *in d. art. 21.* commodè intelligi poteſt *c* illis de caſibus, in quibus *d. tit. An agnatus vel filius,* locum non eſſe ſupra diximus, utputa quando filius, vivente patre, renunciavit hæreditati paternæ vel hæreditas alioqui ipſi delata non eſſet. Atque ita textum hunc interpretatus eſt D. Ludovicus Fachs in quodam ſuo conſilio, quod, quia Germanico idiomate conſcriptum eſt, his addere non placuit. Ut proinde ex hiſce perſpicuum fiat, Jus Saxonicum ita clarum non eſſe, ut juris communis correctionem introducere poſſit. Huic igitur juri communi ſtandum omnino, atq; hinc exiſtimandum erit, etiam in foro Saxonico *d. tit. An agnatus,* locum ſibi vendicare, ita tamen ut filius, licet hæres ſit, ultra vires hæreditarias non conveniatur. Id quod D. Fachs *in d. loco* clarè aſſeruit, & conſtitutionibus Electoralibus rectè ſanè eſt confirmatum *conſtit. 47. part. ſecunda.*

52 Juris † enim communis correctio, quo ad ejus fieri poteſt, evitanda eſt *c. Cum dilectus. de conſuetud. c. Cum expediat. de electio. lib. ſexto. not DD. in l. ſecunda. C. Si ex nox. cauſa agatur:* neq; ulterius eſt admittenda, quàm perſpicuis verbis exprimatur. *l. ſancimus. C. de teſtam. l. præcipimus. C. de appellat. l. ſi ſervum. §. Non dixit prætor. de acquirend. hæred.*

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

IN c. 1. An agnatus vel filius] Ad iſtam materiam vide *Vultei. in tract feud. lib. 1. cap. 9. n. 114. pag. mihi. 546. Matth. Coler. deciſ. 79. Reinhard. part. 3. differ. 7. noviſſimè reſcriptum. Torgenſe (vulgò* Torgauiſch ausſchreiben) *de Anno 1583. tit.* welcher geſtalt die Agnaten vnd Mitbelehnten/ꝛc. *per tot. Knichen de veſtitur ar. pact. part. 1. cap. 2. n. 364. Fachin. part. 3. controverſ. lib 7. cap. 5. & 7.* ac priore quidem d. c. 1. an agnatus vel fil. ex profeſſo aſſumit explicandum, in qua tamen explicatione duo ſunt, quæ deſiderari poſſe videantur, quorum primum eſt, quod dum varias opiniones Dd. recenſet, rem Parentis induſtria ſatis explicatam confundere atq; intricare videtur. Nam aut diſtinctio illa inter feudum ex pacto & feudum hæreditarium planè rejicitur (ut ſecundum veram juris rationem cenſuit Pater & Fachinæus ipſe) & tunc ſanè ſupervacuum eſt, quærere de utro textus iſte intelligendus ſit. Cum non niſi una feudi natura (ad hanc quidem partem quod attinet) jure feudorum ſit cognita, diſtinctio autem illa feudi hæreditarii & ex pacto penitus ignoretur. Sin autem diviſio illa ex communi Dd. ſententia retinetur, tunc duæ ſunt opiniones potiſſimum. Quidam enim de feudo hæreditario interpretantur textum illum: Quidam de feudo ex pacto: Nam ad tertiam quod attinet, quæ textum illum de feudo ſimpliciter conceſſo intelligit, ea neceſſariò ad alterutram ex duobus prioribus referenda eſt, ſive enim feudum ſimpliciter conceſſum hæreditarium eſſe ex ſententia quorundam concludimus tunc ad primam pertinebit, ſive ex pacto interpretamur tunc ſecundæ accedet. Eſtq; hæc ſingularis Cacherani opinio tanquam erronea à Parente jamdudum confutata *num. 29. & ſeqq.*

Quod ipſum etiam in quarta obtinet eorum ſcilicet, qui c. illud tam de feudo pro hæredibus conceſſo, quam pro filiis intelligunt, cujus auctores ponuntur à Fachinæo Sylvanus, Cephalus & Sonsbeck. Ideo enim hi textum generaliter interpretantur, quod errore ducti omnia feuda hæreditaria eſſe exiſtimentur, annotavit ipſe Fachinæus *cap. 3.* quorum jamdudum exploſa eſt ſententia.

Fachinæus autem in poſtremam hanc procliviorem ſe eſſe ſcribit, ita tamen, ut etiam tertiam approbet: At cum paulo poſt mentem ſuam latius explicat, manifeſtè oſtendit, ſe cum neutra harum opinionum, multò minus verò cum auctoribus eorundem conſentire. Quare enim tàm tertiæ quàm quartæ opinionis auctores textum *c. 1. an agnatus vel filius* generaliter vel ſimpliciter interpretentur ipſi ſatis declarant. Cacheranus enim *deciſ. 162. n. 9.* qui tertiam claſſem obtinet, expreſsè oſtendit, ideo de feudo ſimpliciter conceſſo id accipiendum, quia id feudi hæreditarii mixti naturam aliqua ex parte obtineat. Atq; ita opinioni primo loco à Fachinæo poſitæ accedit, ut & Cephalus & Sylvanus qui omnia feuda hæreditaria exiſtimarunt. Fachinæi autem longè alia ratio eſt. Is enim poſtquam *in cap. 3.* diſtinctionem illam inter feudum ex pacto & feudum hæreditarium planè rejecerit, aliter textum hunc intelligere non potuit, quam in genere nulla inter feuda iſta diſtinctione adhibita: non autem ideo

quod

…iod vel feudum ſimpliciter conceſ…m ad hanc vel illam ſpeciem retule… (ut in tertia) vel omnia feuda hære…taria eſſe (ut in quarta) crediderit. …inus rectè igitur Fachinæus ſenten…am ſuam ad tertiæ aut quartæ opinio…s auctores aggregat. Quod certè non …ciſſet ſi fontes unde opiniones iſtæ …romanarunt diligentius inſpexiſſet. …nter eos enim qui rationibus non tan…um diverſis verum etiam contrariis …tuntur nulla poteſt eſſe conſenſio, ſed …x diverſis principiis & fundamentis …piniones diverſas oriri neceſſe eſt, etſi …erbis inter ſe convenire videantur.

Alterum quod in Fachinæo re…quirimus illud eſt, quod ſententiā pa…tris non ſatis fideliter aut certè non ſa…tis plenè referat. Ait enim Patrem eo…rum ſententiam ſequi qui c. illud de feudo ex pacto interpretantur. Rectè quidem ſed illud addere debuiſſet, Patrem tum demum hanc ſententiam ſequi, ſi diſtinctio illa interpretum, cujus jam ſæpè meminimus reciperetur atq; conſiſteret. Ita enim loquitur Pater *n.21.* ſe ſecundæ opinioni adſtipulari quamdiu interpretum veſtigiis inſiſtendum eſt, id quod *n.28.* repetit.

Atqui inquies quid hoc ad Fachinæum? imò verò plurimum. Si enim Parentis ſententiam ita ut par erat expreſſiſſet ſuomet indicio prodidiſſet explicationem text. *c. 1. An agnat.* quam pro ſua tandem affert ipſius non eſſe, ſed à parente eam jamdudum ut veriorem oſtenſam, ſiquidem ab interpp. veſtigiis ſibi recedendum eſſet. Fachinæus autem noſter veram ſententiam ſimpliciter retinet, & tamen in eo interpretum opinionibus adhærere ſe fingit. Hoc ipſo in eum errorem incurrens, quem Pater in tota hac controverſia diligenter cavendum eſſe monuit, neminus percepta hac vel illa opinione & concluſionibus quæ inde promanant ritè diſtinctis pronunciemus.

Deſcendamus nunc ad Fachinæi *cap.* 7.

Eadem peccat Fachinæus etiam in hoc capite. Diſputat enim ad utram feudi ſpeciem illa forma referenda ſit, qua feudum Titio & hæredibus ejus maſculis conceditur. Atqui abſurdum eſt eum qui diſtinctionem illam inter feudum hæreditarium & ex pacto plane rejecerit, quærere ad utrum diſtinctionis illius membrum forma aliqua inveſtituræ pertineat. Quod ſane animadvertere viſus eſt, cum ait, facilè ex iis quæ dicta ſunt *cap 3.* cognoſci poſſe, quid in hac controverſia ſtatuendum ſit, quod nihil aliud eſt dicere quam cum ibidem diviſionem hanc penitus rejecerimus facile apparet, nullam inter inveſtituram ſibi & filiis & ſibi ac hæredibus maſculis eſſe differentiam; idem tamen eorum quæ ibi dixerat quaſi oblitus diſtinctionem illam tanquam veram & rectam præſupponit, ac de eo tantum quærit, ad quod membrum conceſſio iſta pro ſe & hæredib. maſculis referenda ſit Hæc enim quæſtio locum planè non habet niſi diſtinctio ipſa per ſe conſiſtat. Nec quærit tantum hoc Fachinæus, verum etiam in deciſione quæſtionis ab iis quæ *c. 3.* tradiderat adeo recedit, ut expreſſè cum Raynerio cive ſuo formam hanc ad feudum ex pacto referente, conſentire ſe dicat. Atqui Raynerius & cæteri ejus aſſeclæ diſtinctionem illam tanquā validam præſupponunt, nec de ea unquam dubitarunt. Fachinæus autem noſter eam rejicit, & tamen cum de eo quæritur, ad quod membrū unaquæq; forma referenda ſit, cum iis ſe conſentire affirmat, quod quid aliud eſt, quam ſi duobus inter ſe contendentibus cibus dulcis ne ſit an amarus, tertius, qui inter dulce & amarum guſtu corrupto diſtingvere non poſſet, ſed omnia amara crederet, accedens ei qui cibum amarum eſſe contenderet ſe diceret, aſſentiri? Ne tamen nihil novi afferre videatur Fachinæus ita demum ſe Raynerium ſequi ait, ſi extra materiam *c. 1 an agnat. vel fil.* de eo utrum feudū hoc ex pacto ſit an hæreditarium quæratur: non autem ad eum effectum ut filius etiā propterea hæreditate paterna ſe abſtinere & nihilominus feudum capere poſſit.

Quibus

Quibus verbis rem ab hac quæſtione planè alienam miſcet ac confundit, itaq; quæſtioni per ſe ſatis obſcuræ novas tenebras inducit. Aliud enim eſt quærere utrum feudum ita conceſſum hæreditarium ſit, an ex pacto. Aliud an filius hæreditatem patris repudiare & feudum retinere poſſit. Etſi enim id, ſi Interpp. ſequimur, ex diſtinctione illa dependeat, longe tamen differunt qui diſtinctionis alicujus effectus ſint, & ad quod membrum diſtinctionis quælibet forma inveſtituræ referenda ſit, quærere. Ineptè igitur Fachinæus dum feudum de quo agitur ex pacto eſſe, negat quo ad materiam *c. 1. An agnat.* quo ad cæteros autem effectus concedit. Nec excuſat eum quod ſubdit ſcire ſe multos qui voluerunt feudum de quo agitur ex pacto, in conſequentiam quoq; voluiſſe filium repudiare hoc in caſu patris hæreditatem poſſe & feudum retinere. Quinam verò hi ſunt Fachinæe? nempe ii, qui ſtatuerunt text. *in c. 1. An agnat.* de feudo tantum hæreditario non autem ex pacto eſſe intelligendum. Illi enim quam primum formam de quo agimus ad feuda ex pacto retulerunt hoc ipſo omnes proprietates quas feudo ex pacto adſcribunt atq; ita etiam hanc ei competere ſignificarunt. Etſi igitur in hoc quis ab ipſis diſſentiat, quod c. illud ad feuda ex pacto non pertinere affirmant, nulla tamen cauſa eſt, ut propterea etiam in altero cum hanc inveſtituræ formam una cum ipſo ad feuda ex pacto referunt, diſſentire ſe fingat

Quantò rectius in his omnibus verſatus eſt Parens *quæſt. 3.* Quamvis enim & is in ſuperioribus quæſtionibus diſtinctionem illam inter feudum ex pacto & hæreditarium nullo fundamento niti oſtenderit, expreſſe tamen profitetur, ſe in tota hac diſputatione Interpp. veſtigiis inhærere velle, & diſtinctione hac tanquam firma & ſtabili præſuppoſita tantum de eo quærere, ad quod membrum forma illa feudi pro ſe & hæredibus maſculis conceſſi pertineat. Ita enim *quæſt. 3. nu. 44.* ait. Siquidem quæſtio iſta ſecundum omnes Interpp. doctrinas decidenda eſſet & *n. 59.* profitetur, ſi remotis auctoritatibus ex ipſis juris feudalis capitulis negotium decidendum offerretur ſe in alia omnia facilè diſceſſurum. Longe inquam aliter quam Fachinæus, qui differentiam quidem inter feuda illa ab Interpp. conſtitutum rejicit, in eo autem ad quod membrum unumquodq; feudum referendum ſit, cum iis ſe conſentire fingit. Ac parenti quoq; eandem quam in ſuperiore quæſtione injuriam facit, cum eum ſimpliciter iis accenſet, qui feudum de quo agitur hæreditarium eſſe ſtatuunt, cum hoc ita demum ſe ſtatuere parens dixerit, ſi cum Interpp. loquendum ſibi eſſet. A quibus ſi recedere voluiſſet longe ſibi melius quam Fachinæus noſter conſtitiſſet.

Sed omiſſis his quæ etſi levia ſunt neglecta tamen rem per ſe ſatis intricatam magis involvunt, præſuppoſita diſtinctionis iſtius validitate, ad quod membrum feudum de quo agimus referendum ſit inſpiciamus.

In hujus quæſtionis explicatione Pater ita verſatus eſt, ut rationes quibus Interpp. ad introducendam feudi hæreditarii ſpeciem moti ſunt diligenter excuſſerit; cumq; eæ omnes etiam in feudo ſibi & hæredibus maſculis conceſſo locum inveniant, inde concluſerit neceſſario ex Interpp. ſententia feudum ita conceſſum hæreditarium dicendum eſſe,

Potiſſima autem ratio cur feudum hæreditarium ab Interpp. dicatur in vi & natura dictionis (hæres) conſiſtit quæ qualitatem hæreditariam neceſſariò propria atq; genuina ſignificatione importat. ita ut ubicunq; ea reperiatur ſucceſſionem hæreditariam deſignet. *ut latiſſ. oſtendit Camer. in repet. c. 1. oppoſ. 4. An agnat. & Pater. quæſt. 1, num. 45. & 59.*

Ex quo

Ex quo collegerunt ſi in feudi onceſſione hæredum facta ſit mentio, oc ipſo denotari feudum cum qualiate illa ad ſucceſſores tranſiturum.

Nec ab hac ſententia deterruit prinos hujus diſtinctionis architectos ext. *in c. 1. §. etſi clientulus de alien. feud. um ſimilib.* quibus probatur verbum hæres in materia feudali accipi pro ilio.

Etſi enim text. illos nec ignorare otuerunt, nec ſubvertere voluerunt, exiſtimarunt tamen plurimum intereſſe inter quæſtionem, quis ſub vocabulo hoc contineatur & quomodo ſeu qua ratione ad feudum vocetur.

Facilè itaque & ſine omni controverſia conceſſerunt dictionem (hæres) ſecundum textus illos & ex natura feudorum neminem alium niſi filium maſculum deſignare, interim tamen plurimum referre putarunt, an ad feudum ſimpliciter vocetur tanquam filius, & ita ſolo filiationis tanquam cujuslibet alterius qualitatis præter hæreditariam intuitu, an verò tanquam hæres ita ut præter ſangvinis rationem (quæ ſecundum ſubjectam materiam ſemper ineſt in conceſſione feudali) contrahentes etiam ad qualitatem hæreditariam reſpectum habuiſſe appareat, adeo ut quamvis nemo niſi filius hoc vocabulo deſignetur, is tamen ita ſuccedere debeat, ut hæres ſit, hæres inquam non tam in hæreditate allodiali, ſed in illo ipſo corpore feudi, ita, ut patri in feudo eadem conditione & eo jure ſuccedat, qua qui vis hæres in allodialibus defuncto ſuccedere ſolet.

Et qualitas illa feudum propriè afficiat, nulla allodialium ratione habita quæ, quatenus filius repudiare & feudum ab iis ſeparare poſſit, alterius inſpectionis eſſe putarunt.

Hanc veram eſſe eorum qui feudum hæreditarium primo nobis commenti quique eos longa ſerie ſecuti ſunt, ſententiam pater *quæſt. 3. num. 22. cum ſeqq.* dilucidè probavit.

Eoque ita conſtituto ad quæſtionem in qua verſamur *num. 23.* deſcendit, & ex iis rationibus quibus feudum hæreditarium ab Interpretibus primum introductum eſt, neceſſario effici oſtendit feudum illud de quo agimus æquè hæreditarium dicendum, ſiquidem veram & genuinam Interpretum ſententiam ſequi & rectam feudorum iſtorum diſtinctionem ſecundum ipſos retinere volumus.

Cum enim ſola vis dictionis (hæres) ſecundum Interpp. (ſæpius enim dicendum hoc eſt ne iterum ſimpliciter nos loqui Fachinæus exiſtimet) efficiat, ut filius licet ſolus ſub vocabulo illo contineatur, tamen cum qualitate hæreditaria ſuccedat, dictio autem hæc non minus in feudo ſimpliciter Titio & hæredibus conceſſo quam in eo de quo agimus reperiatur, utique modis omnibus conſequens eſt ejus hic non minorem quàm in cæteris vim eſſe.

Nec obſtat, quod de maſculis adjectum ſit, cum enim id etiam alias, ſecundum ſubjectam materiam in vocabulo (hæres) inſit, cum nemo niſi filius eo deſignetur, certè expreſſio ejus, quod tacitè ineſt: eo præſertim modo, quo ineſt naturam rei non mutat.

Succedunt igitur ſive tacitè ſive expreſsè vocati maſculi, ſed ita ut alterius dictionis proprietas ſeu qualitas quæ adjecta eſt non negligatur, hæreditaria inquam: ut tanquam hæredes illud ipſum feudum ad quod vocati ſunt, capiant.

Hæc à parente latius deducta & ſtantibus his principiis ex quibus ab Interpp. extructa eſt hæc diſtinctio, tam immota ſunt ut nihil quicquam ulla probabili ratione in contrarium poſſit afferri.

Quem-

Quemadmodum etiam ea ferè omnia à parente diligenter ſunt conquiſita, & ſumma induſtria refutata. Diſpiciamus tamen quid novi nobis apportet Fachinæus. Civis ſui Rayneríi ſententiam veriorem ac probabiliorem eſſe autumat eo argumento, quod verbum, hæres maſculus, accipiatur pro filio. Atqui à parente jamdudum oſtenſum eſt hoc auctores diſtinctionis iſtius nequaquam moviſſe, quia ſtatuerent dictionem (hæres) inveſtituræ adjectam etſi de filio intelligatur, tamen etiam qualitatem hæreditariam ex ſua natura importare. Quorum veſtigiis ſi inſiſtere & diſtinctionem illam retinere volumus (quod certè faciendum eſt, cum quærimus ad quod membrum hæc ſpecies referatur) neceſſario fatendum nobis eſt, eandem ejus tam in ſimplici conceſſione ſibi & hæredibus facta, quã in hac ſibi & hæredibus maſculis vim eſſe. Stant enim ſecundum Interpp. (cum iis enim nunc loquimur) ſimul, ut per dictionem (hæres) ſecundum ſubjectam materiam filius maſculus tantum intelligatur, & tamen is cum qualitate hæreditaria ex natura dictionis vocetur. Nec qualitas maſculina qualitatem hæreditariam excludit, cum ſe mutuo compatiantur, ut res ad maſculos tantum pertineat, & tamen ad maſculos non ſimpliciter ut maſculos, ſed etiam ut hæredes.

Et quamvis Fachinæus hanc reſponſionem inde vellicare conetur, quod textus quidem dicat vocabulum (hæres) in feudo filium ſignificare, illud autem an etiam hæres eſſe debeat non exprimat. Manifeſta tamen eſt ex his quæ à Parente tradita ſunt, reſponſio. Quoties nimirum de eo diſputamus, utrum forma aliqua inveſtituræ ad feudum hæreditarium vel ex pacto referenda ſit, nos jam terminos & limites textuum juris feudalis transgreſſos eſſe & diſtinctionem illam inter feuda ex pacto & hæreditaria hoc ipſo præſupponere. Quo ſtante non ampliùs de eo eſt quæſtio, an dictio hæres qualitatem hæreditariam deſignet, ſed ea tantum, an per adjectionem dictionis, maſculos, ea qualitas immutetur. Quod à parente cum ſaniore Interpp. parte pernegatur, quod ſi Fachinæus qualitatem hæreditariam dictioni hæres ineſſe negaverit, extra terminos propoſitæ quæſtionis vagatur, & principia, quæ eo ipſo, dum quærit ad quã ſpeciem feudum referendum ſit, tanquam firma præſuppoſuit planè convellit. Quo pertinet etiam illud quod ſignificationi dictionis, (hæres) in eo ſatisfieri exiſtimat, quod filius ſit legitimus ſucceſſor patris in feudo, quodq; adeo hoc reſpectu hæres dici poſſit. Hoc ipſo enim alterum diſtinctionis membrum planè evertitur & quæſtio de qua agimus ex ſeipſa concidit. Et vero quis Fachinæo concedet aliquem hæredem dici poſſe ſine qualitate tamen hæreditaria? Hujus farinæ etiam illud eſt, ideo filios hæredes dici quia plerunq; ſoleant eſſe hæredes. Satius ſanè fuerit cum Interpp. propriam atque nativam dictioni hæres ſignificationem relinquere, quam putidis illis ſubterfugiis & cavillationibus uti. Etſi enim vocabulum hæres ideò de filio tantum intelligatur quod is tamen legitimus in feudis ſucceſſor ſit, hæc ipſa tamen dictio naturam & jus ſucceſſionis illius oſtendit quod nimirum non tanquam ſucceſſor quiſpiam ſingularis ſed tanquam hæres vocetur. Quæ cauſa fuit ut ab Interpp. ſpecies feudi hæreditarii introduceretur.

Sed audiamus quæſo quam mirabiliter ſe involvat Fachinæus, cum enim paulò ante conceſſiſſet, filium quatenus legitimus ſucceſſor eſt patris hæredem in feudo dici poſſe, mox ſubjicit. Quod ſi verbum illud hæres denotaret filium hæredem, ita, ut non poſſit in feudo ſuccedere, niſi hæres eſſet patris defuncti, ſcilicet quo ad reliquam hæreditatem, potuiſſet id facilè

auctor

ctor exprimere. Quibus verbis ma-feſtò oſtendit ſe non ſatis intelligere id ſit feudum hæreditarium.

Non enim ideo ita dicitur, quod us non poſſit ſuccedere in feudo niſi iquam hæreditatem patris adeat, ſed od filius, non attento an hæredita-n patris allodialem adierit nec ne, in ſo feudo jure hæreditario ſuccedat, à parente *quæſt. 1. & 2.* latiſſimè eſt tenſum, & error eorum, qui minus rcepta antiquorum ſententia aliud tuerunt ſolidiſſimè refutatus. Quid tur ſibi vult Fachinæus dum eo re-ectu tantum feudum de quo agimus ereditarium dici negat, quod filius on cogatur eſſe patris hæres, quo ad liquam hæreditatem? luculenter ſa-è hinc apparet eum aut terminos uæſtionis propoſitæ non ſatis intel-xiſſe aut certè res per ſe diverſas atq; ſtinctas dum novi aliquid afferre idet confudiſſe. Quod ſanè ipſi uſu on veniſſet ſi mentem Interpp. & fun-amenta uniuſcujuſq; opinionis ex his uæ à parente ſunt tradita diligentius erſpexiſſet.

Quemadmodum autem à Fachinæi impugnationibus tuta eſt parentis ſententia, ita etiam D. Andreæ Knichii impetum facilimè ſuſtinet. Etſi enim is in nuper edito libello *de veſtiturarum pactis cap. 2.* multis rationibus oſtendere conetur, formam hanc inveſtituræ ad feuda potius ex pacto quàm hæreditaria referendam eſſe, ſi quis tamen paulò accuratius ſingula, quæ ab eo afferuntur perpenderit, facilè deprehendet, ea talia non eſſe, ut quis tuto aſſenſum iis præbere poſſit.

(b) Quoties filius confecto inventario hæreditatem defuncti adierit] Utrum filius ſub inventarii beneficio ſuccedens feudum retineat, hæreditate repudiata vide omnino *Roſenthal de feud. cap. 7. concluſ. 20.* & de ſolutione æris vaſalli defuncti per hæredem in feudo ſuccedentem vide eleganter *Kohl. exercitat. legali 1. per tot. & Johan. Baptiſt. Coſtam. in tract. de rata & quota ratione quæſt. 23. n. 5.*

(c) Commodè intelligi poteſt] Vide *Knichen de veſtiturar. pact. part. 1. cap. 2, num. 417.*

QUÆSTIO III.

FEUDUM, IN CUJUS CONCESSIONE TAM DE FILIIS QUAM DE hæredibus dictum fuit, utrum pro hæreditario, an feudo ex pacto & providentia, vel pro mixto æſtimandum, & quid judicandum ſit de feudo conceſſo hæredibus feudalibus ex corpore legitimè deſcendentibus, Ehelicħe geborne Leibes Lehens Erben. In quo item verè conſiſtat differentia inter feudum ex pacto, & hæreditarium;

1. *Feudum hæredibus maſculis; & ſimili modo conceſſum, eſſe feudum ex pacto & providentia, multi exiſtimarunt, E contrario quod ſit hæreditarium feudum firmatur. num. 22.*
2. *Quæ ſint hujus opinionis argumenta, ſed hæc refutantur. nu. 45. & ſeq. Feudum hæredibus maſculis conceſſum habetur pro eo, ac ſi filiis conceſſum eſſet, declaratur. n. 46.*
3. *Specialiter expreſſum cenſetur id, quod denotatur verbis unam ſpeciem tantummodo deſignantibus.*
4. *Dictio (hæres) in feudis de filiis intelligitur, & denotat ſucceſſionem ſangvinis, declaratur num. 47.*
5. *Hæredes ſecundum communem uſum loquen-*

loquendi dicuntur deſcendentes, licet non ſint hæredes hæreditatis. Reſpondetur. n. 48.

6. Verba ſecundum communem uſum loquendi intelligenda ſunt. declaratur. num. 48.

7. Vocabula adjuncta immutant naturam eorum, quibus adjunguntur, declaratur n. 49.

8. Dictio (maſculis vel filiis) addita dictioni (hæredibus) mutat ſignificationem hujus. declaratur n. 49.

9. Quod profertur cum adjuncto non eſt ſimpliciter tale, & n. 20.

10. Feudum judicandum eſt pro feudo ex pacto, quando ratione adjuncti apparet, contrahentes hoc ſenſiſſe, declaratur n. 50.

11. Verba ſecundum intentionem proferentis accipienda ſunt.

12. Feudum etiam hæredibus acquiſitum cenſetur eſſe ex pacto, quando contrahentes de filiis intellexerunt. declaratur n. 51.

13. Verba ita ſunt intelligenda, ne ſint ſuperflua, & n. 34. limitatur multis modis n. 53. & 69.

14. Verba ita ſunt accipienda, ut jus commune minus lædant.

15. Verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſunt.

16. Feuda in dubio pro feudis ex pacto ſunt æſtimanda. declaratur numero 56.

17. Feudum hæredibus maſculis, vel ſimili modo conceſſum hæreditarium eſſe, quàm plures arbitrati ſunt; quæq; ſint hujus opinionis rationes, & hæc opinio firmatur ab auctore num. 22.

18. Feudum hoc modo conceſſum quidam putarunt eſſe mixtum, & quibus rationibus. Sed hæc opinio refutatur num. 58.

19. Quando plures qualitates requiruntur, omnes ut concurrant neceſſe eſt, & n. 38.

21. Opinio illa tenenda, quæ alias invicem pugnantes in concordiam reducit.

22. Feudum ex pacto & providentia non conſtituitur ex eo, quod in conceſſione de filiis dictum eſt, ſed ſecundum propriam ipſius naturam ita judicatur.

23. Hæreditarium feudum ſolum conſtituit proprietas dictionis (hæres.)

24. Differentia inter feudum ex pacto, & hæreditarium à ſola proprietate dictionis (hæres) dependet.

25. Differentia inter feudum ex pacto, & hæreditarium in quo potiſſimum conſiſtat.

26. Ad conſtituendum feudum ex pacto non ſufficit de filiis dictum eſſe, niſi de filiis ſine qualitate hæreditaria dictum fuerit, & num. 44: hæreditarium verò efficit qualitas hæreditaria, licet inſuper de filiis dictum fuerit, & num. 33 & n 43.

27. Feudum ex pacto cur definiatur illud eſſe, quod filiis eſt conceſſum, cum nulla interim vis ponatur in proprietate dictionis (filiis.)

28. Feudum tàm filiis quàm hæredibus conceſſum cur potius pro hæreditario, quam ex pacto reputandum ſit.

29. Hæredum ubi facta eſt mentio, cur dictio (filiis) non efficiat feudum ex pacto.

30. Dictio (hæres) licet ad filios reſtringatur, tamen propriam ſuam naturam retinet, ut feudum hæreditarium efficiat. & num. 66.

31. Dictio (hæredibus) intelligitur de filiis etiamſi non expreſſum ſit.

32. Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.

35. A tenore inveſtituræ non eſt recedendum.

36. Dictio (hæres) conjuncta cum dictione (filiis) ad conſtituendum feudum hæreditarium majorem efficaciam habet, quàm ſimpliciter prolata.

37. Verba in propria & potentiori ſignificatione intelligenda ſunt.

Res à potentiori nomen ſortitur.

39. Feudum hæredibus maſculis conceſſum hæreditarium eſſe à pleriſque exiſtimatur.

40. Item quando eſt conceſſum legitimis hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus.

42. Sic quando conceſſum eſſet filiis, & hæredibus maſculis.

52. Andr. de Iſern. verba ponderanda, non tranſcurrenda ſunt.

53. Superflua eſſe non cenſentur, quæ majoris declarationis gratia adduntur.

54. Sic etiam quando exprimuntur ea, quæ tacitè inſunt.

55. Verba operantur ſecundum naturam rei.

57. Auctor

57. *Auctoritatum inter ſe diſſidentium facta collatione, illis, qui feudum hæreditarium aſſerunt, adſtipulandum eſſe oſtenditur.*

58. *Feudum hæredibus maſculis vel ſimili modo conceſſum mixtum eſſe non poſſe probatur.*

59. *Feuda Germaniæ plerunq; ſunt hæreditaria.*

60. *Feudum conceſſum hæredibus feudalib. ex corpore legitimè deſcendentibus ex pacto & providentia eſſe videtur: contra hæreditarium eſſe firmatur. num.65.*

61. *Geminatio præciſam mentem diſponentis declarat. limitatur n.70.*

62. *Dictio (legitimis) in inveſtitura uſurpata quid operetur.*

63. *Deſcendentes ex corpore qui dicantur, quidve operentur hæc vocabula.*

64. *Hæredes feudales qui dicantur, & quis ſit effectus horum vocabulorum in inveſtitura poſitorum, & n.66.*

67. *Tit. An agnat. vel filius, etiam locum habet in feudis conceſſis hæredibus feudalibus.*

68. *Mens contrahentium præſumitur eſſe talis, qualis eſt legis.*

71. *Feuda in foro Saxonico cur potius pro hæreditariis, quàm pro feudis ex pacto aſſerenda ſint.*

QUEMADMODUM *a* ex eo, quod in inveſtitura vel de hæredibus, vel de filiis dictum fuit, diverſæ feudi ſpecies, hæreditarium videlicet, & ex pacto & providentia, ab interpretibus conſtituantur, & quæ ſit utriuſq; proprietas alterum ab altero diſtingvens, hactenus explicavimus. quia verò ſæpius uſu venit, ut in inveſtituris non de alterutro duntaxat horum dicatur, ſed tam hæredum, quàm filiorum facta mentione, feuda hæredibus maſculis, vel alio ſimili modo tam filios quàm hæredes comprehendente concedantur! ideò videndum nunc erit, ad quam ſpeciem ex ſupra enumeratis referenda ſint feuda ita conceſſa: nam in hoc etiam articulo admodum deſudarunt interpretes in diverſas eaſdemq; varias diſcedentes ſententias. Multi arbitrati ſunt, feudum hoc modo conceſſum eſſe referendum inter feuda ex pacto & providentia: alii verò contra exiſtimarunt, iſtud eſſe feudum hæreditarium. Quidam autem haſce inter ſe colluctantes opiniones conciliare conati ex verbis illis inveſtituræ, quibus tàm filii, quàm hæredes deſignantur, tertiam feudorum ſpeciem conſtituunt, quam feudum mixtum appellant.

1 Prioris † opinionis auctores & ſectatores fuerunt *Rayn. de Forl. in diſputatione, incip. Quidam habebat duos, quem refert. Bald. in l. Cajus. ſolut. matrimon. Franciſc. Cremenſ. in ſingul. 15. Alex. in §. Etiamſi à parente. col. 2. l. Gallus. de liber. & poſthum. & in conſil. 105. incip. ſuper primo quæſito. num. 7. col. 1. & in conſil. 124. incip. Viſo ac diligenter conſiderato. lib. 4. Jaſon. in d §. Etiamſi parente. nu. 22. & in conſil. 7. incip. Pro reverendiſſimo domino. lib. 3. & in conſil. 118. incip. contra donationem. lib. 4. Decius in conſil. 395. incip. in cauſa magnifici. & in conſil. 185. incip. in cauſa iſtorum nobilium. nu. 3. & in conſil. 445. incip. in caſu ad me tranſmiſſo. n. 8. & 9. Matth. de Afflict. in c. 1. nu. 11. An agnatus vel filius, ubi Decium cum ſumma ejus commendatione imitans, inquit, ſe firmiſſimè credere, hanc eſſe veritatem, nec curare, ſi aliàs ſecus ſit judicatum: quia illi DD. neſcierunt profundum maris navigare, ſed in portu tantum. quem ſequitur Marian. Socin. jun. in conſil. 72. incip. Propoſita quæſtione. n. 25. vol. 1. & in conſil. 112. incip. Abunde profecto. n. 7. & 8. vol. 2. Marcus Antonius Natta conſil. 127. incip. Licet de jure communi, cum tribus conſiliis ſeqq. in 1. parte, ubi hanc ſententiam pluribus confirmat. in eadem facti ſpecie idem conſuluit Antonius Rubeus in conſil. 85. incip. circa dubium mihi propoſitum. & ſequitur etiam Gozadin. in conſil. 26. incip. In cauſa illuſtriſſimorum dominorum. Cravetta conſil. 197. incip. quanquam & abunde. Bertrand. conſil. 42. vol. 3. Bellonus conſil. 33. n. 2. ubi opinionem Decii communem* eſſe ait. Roland. à Vall. in conſil. 67. incip. Primo quidem aſpectu. nu. 22.* *

uſq. ad fin. vol. 1. Beroius in conſil. 68. & in conſil. 69. vol. 1. & eam veriorem atque receptiorem eſſe multis comprobat Pinell. in l. 1. in tertia parte. num. 88. & num. 94. C. de bon. matern. & quod magni præjudicii videtur eſſe, eandem opinionem in judicando ſequi judicium Cameræ Imperialis colligitur ex obſervat. Mynſinger. Centur. 4. obſervat. 2. ibi. vel pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis. b

Non ſolum autem opinió iſta auctoritatibus jam enumeratis nititur, ſed eandem etiam quàm plures rationes probabilem alicui reddere ferme poſſent.

2 Primò † enim illa probari videtur iſthac communiter recepta doctrina, qua feudum ex pacto definitur id eſſe, quod alicui atque filiis conceſſum fuit. nam hæc doctrina tum etiam verè locum ſibi vendicare videtur, quando in inveſtitura non ſimpliciter de hæredibus dictum, ſed inſuper etiam vocabulum (maſculus) vel ſimile quoddam additum fuit: quippe cum hoc ipſo ſignificetur, tàm concedentem, quàm acquirentem feudum, vocabulum (hæredum) de filiis interpretatos fuiſſe, & ad ſolos filios reſpectum habuiſſe, quod perinde eſt, ac ſi de filiis expreſsè dictum fuiſſet.

3 Quando † enim verba non poſſunt verificari, niſi in una ſpecie, tum cenſetur diſpoſitio eſſe ſpecialis, & ſpecialiter ac nominatim exprimere id quod diſponitur. *l. 2. & ibi. nott. DD. de liber. & poſthum. l. ſi domum, & ibi Bart. de leg. 1.* & paria ſunt aliquid exprimere nomine proprio, vel demonſtratione: vel circumſcriptione. *l. certum. ſi cert. petatur. Abb. in c. licet ex quadam. num. 3. de teſtibus.* Nec quicquam referre videtur, quod inſuper etiam hæredum facta fuit mentio: nam cum contrahentes dictionem iſtam per alia vocabula addita ipſimet interpretati fuerint de filiis: potius ad hanc ipſorum interpretationem, quàm ad proprietatem vocabuli (hæres) & quæ inde deſumi poſſet, hæreditariam qualitatem reſpiciendum, & ſimpliciter de filiis accipiendum erit.

Non † enim rarum eſt, ut dictio (hæres) de liberis tantummodò intelligatur. *l. ex facto. §. fin. Ad SC. Trebell.* maximè verò in feudis, quorum natura hoc ſuadet, ut hæredes maſculi de nullis aliis accipiantur, quàm de filiis. *c. 1. §. Etſi clientulus de alienat. feud. patern. c. fin. ſi de feud. defunct. content. ſit inter dom. & agnat. Bart. in l. Gallus. §. Etiamſi parente. de liber. & poſthum.* ideo dictionem (hæres) in materia feudali potius denotare ſucceſſionem ſangvinis, quàm ſucceſſionem hæreditatis, *dixit Bald. in c. 1. de eo, qui ſibi & hared. maſcul. quem ſequitur Corneus in conſil. 199. incip. In præſenti conſultatione. ſub. lit. D. vol. 2. Decius in conſil. 445 incip. In caſu ad me tranſmiſſo, num. 13. Pariſ. in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione num. 138. vol. 1.* cenſetur enim nomini (hæres) ſemper ineſſe natura feudi, *ut ait idem Bald. in l. liberti libertaq. col. 6. verſ. Modo formabitur. C. de oper. libert.* & quod generaliter in materia, quæ non tranſit ad extraneos, nomen hæredis capiatur pro hærede ſangvinis, & ſic pro filio, quamvis non ſit hæres, *tradit Jaſ. in l. filius qui patri. nu. 21. de vulgar. & pupill.*

Suffragatur † etiam huic interpretationi communis loquendi uſus vulgi. Nam ſecundum hunc hæredes dicuntur deſcendentes ex aliquo, etiamſi non ſint hæredes hæreditatis, *ut ait Bart. in conſil. 57. incip. Salumb. Joannel. quem refert & ſequitur Decius in conſil. 38. incip. circa prim. dubiũ. n. 5.* Ex quo dixit Salicetus *in l. 2. quæſt. 201. C. de jur. emphyteut.* dictionem (hæres) habere duplicem intellectum, alterum vulgi, alterum juris civilis. Quantum ad ſenſum vulgi, hæredes ſunt filii & deſcendentes, & ita accipitur in materia feudali. Sed quò ad intellectum juris, illi dicuntur hæredes, qui alicui ſucce-

uccedunt de jure civili in univerſum ns. *l. hæreditas.de verbor.ſignific.quod re-ert Alexan. in l. quod dicitur. de verbor. oblgat. & ſequitur Natta in conſil. 180.incip. ſuperioribus annis,num. 1. & 2.* de eodem communi uſu loquendi teſtatur etiam Pinell. *in d.l. 1. num. 18. C. de bon. matern.* ubi ait, quod homines ſoleant in negociis ſimilibus hæredes appellare deſcendentes, & agnatos, quos ſucceſſuros ſperant perpetuò in feudo, non attendentes ad alia bona, nec ad nomen hæredis, quatenus pro jure ſuccedendi in jus defuncti ſumitur.

Sunt † autem verba generaliter ſecundum vulgarem conſuetudinem loquendi interpretanda. *c. ex literis de ſponſal. l. Labeo. de ſupellect. legat. gloſ. & DD. in c. Nonnulli. de reſcript.* uſque eò, ut omnis intellectus, qui non conſonat auribus vulgi, ſit extraneus, *ut ait Bald. in tit. de pac. Conſtant. § ſententia, junctis iis. quæ ad hoc accumulavit. Jaſ. in rubric. de oper. nov. nunciat.* quare ſecundum hunc vulgarem loquendi uſum dictio (hæres) in inveſtitura uſurpata magis de hærede ſangvinis, quàm de hærede hæreditatis accipienda erit, & quod conſequens eſt, nihil obſtabit, quò minus feudum eo modo, de quo verba facimus, conceſſum cenſeatur eſſe ex pacto & providentia. Idque in caſu noſtro vel ea de cauſa potiſſimum valere deberet, quia alia vocabula ſunt adjuncta, quibus ſangvinis conjunctionem denotantibus, contrahentes ipſi teſtatum reliquerunt, ſe potius ad hæredes ſangvinis, quàm ad hæredes hæreditatis reſpexiſſe.

7 Quantumvis † igitur alioqui dictio (hæres) qualitatem hæreditariam denotet, atque hinc feudum hæreditarium conſtituat: tamen propter verba hæc adjecta naturam ſuam mutare, & aliam ſignificationem aſſumere deberet, *arg. l. uxori. §. fin. de leg. 3. l. ſi verò locati. l. ſi ſtipulatus. de uſuris,* & eſt bonus textus *in l. ſed ſi adjiciatur, pro ſocio.* per quem dicit Alexand. *conſil. 8. incip. Viſis ſubtiliſſimis, nu. 3. vol. 3.*

Quod † verbum ſpeciale junctum generali alteret illud genus, inde inferens, quod, licet aliàs hæredis nomen intelligatur de univerſali, tamen ubi eſt adjectum huic verbo generali (hæredibus) verbum ſpeciale (filiis) circa rem ſui natura tranſitoriam ad filios, tum immutetur natura vocabuli (hæres). Sic etiam dictionem (maſculis) adjectam vocabulo hæredibus ejus eſſe efficaciæ, ut dictio (hæres] & de jure & de facto, ſcilicet de conſuetudine referatur ad deſcendentes, *dicit Bald. in d. l. liberti libertaq́. col. penult.* & quod propter additam dictionem (maſculis) liqueat de evidente voluntate defuncti, ſucceſſionem reſtringentis ad lineam agnationis, *teſtatur Anton. de Butr. in conſil. 46. incip. Rectè deciſum, quem refert Decius in conſil. 445. num. 9. Idem ſenſit Jaſ. in conſil. 118. incip. Contra donationem. nu. 3. vol. 4.* ubi ait, quod adjectivum (maſculis) declaret illud ſubſtantivum (hæredibus) ut non propriè ſumatur nec requiratur, quod tunc filius vel nepos ſit hæres. 8

Pro † quo facit etiam vulgata regula, quæ docet illud: quod profertur cum adjuncto, non eſſe ſimpliciter tale. *l. Filius familias. §. Sed etiam meminiſſe. de donat. Bart. in l. Lucius. §. Quæſitum. de l. 3.* Locus itaque erit doctrinæ Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 277. Quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.* ubi ait, licet, quando dictum eſt de hæredibus, feudum cenſeatur eſſe hæreditarium, quod tamen ſecus ſit, ſi ratione adjuncti appareat, *c* acquirentem voluiſſe illud eſſe ex pacto & providentia. 9 10 c

Verba † enim generaliter accipienda ſunt ſecundum intentionem proferentis *l. 3. C. de liber. præter. l. in conditionibus. & l. Publius. §. Titio. de condit. & demonſtrat. l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* uſque eò, ut, quando conſtat de mente diſponentis, non ſit curanda qualitas verborum, *ſecundum* 11

 Bald.

Bald. l. Qui indignum. C. de teſtament. cum multis congeſtis ad hoc per Jaſon. in d. l. 3. cumq; hoc procedat, etiamſi propria natura verbi repugnaret, *ut multis ibidem probat Jaſ.* multò magis locum habebit, ubi huic interpretationi (ut in propoſito) ſuffragatur etiam communis loquendi uſus, *de quo teſtantur Bart. Salicet. Natta. & Pinellus in locis ſupra adductis.*

12 Secundò † hæc opinio magis in ſpecie confirmatur doctrina Andreæ de Iſernia principis feudiſtarum. Is enim *in c. 1. §. Etſi libell. verſ. Quid ergo ſi dictum ſit. de alienat. feud. patern.* ſcriptum reliquit, quod feudum non tantum dicatur filiis acquiſitum, & ex pacto & providentia eſſe, quando ſibi & liberis conceſſum fuit, ſed etiam tum, quando de hæredibus mentio facta fuit, ſi probatur, contrahentes ad filios reſpectum habuiſſe. Quod dictum refert, & ſequitur *Decius in conſil. 185. incip. In cauſa iſtorum nobilium. nu. 3. & conſil. 395. incip. In cauſa magnifici. nu. 5. Marian. Socin. in conſil. 72. incip. Propoſita quæſtione. nu. 25. & in conſil. 137. incip. Viſo proceſſu. nu. 13. vol. 1. & in conſil. 112. incip. abunde profecto. n. 8. vol. 2.* ubi ex doctrina illa Andreæ de Iſernia hanc regulam profert: Quotieſcunq; aliquo modo conſtare poteſt, vocabulum (hæredibus) contrahentes de liberis intellexiſſe, quod tum verba illa, (pro ſe & hæredibus) idem denotent, ac ſi diceretur (pro ſe & liberis,) inde colligens, quod feudum acquiſitum pro ſe & hæredibus maſculis dicatur ex pacto & providentia, propterea, quia ex dictione (maſculis) palàm ſit, de filiis intellectum eſſe.

Tertiò annuit huic opinioni, quoniam ſi feudum hoc modo conceſſum propter dictionem (hæredibus) pro hæreditario reputandum eſſet, non conſideratis aliis verbis, quæ feudo ex pacto magis ſunt conſentanea: tum illa ipſa verba omni effectu carerent, & penitus eſſent ſupervacanea:

Cum † tamen in omni diſpoſitione ea ſit facienda interpretatio, ne verba ſint ſuperflua, vel fruſtratoria. *l. ſi quando. de leg. 1. l. 1. in princ. quod met. cauſa. c. Si papa. de privileg. lib. 6.* ſed potius ut verba etiam minima aliquid operentur, *ſecundum Bald. in Rubric. C de contrahend. emtio.* Neque huic regulæ ſatisfactum videtur, ſi contra aſſeveretur, reliqua verba ideo eſſe adjecta, & hunc effectum ſortiri, ut inter hæredes extraneos, & alios diſtingvant. Nam & de hoc, quomodo dictio (hæres) ſit accipienda, ipſo jure feudorum ſatis eſt diſpoſitum, ut nulla amplius egeat declaratione. Quare ut aliquid operentur illa verba, neceſſe eſt ita ea ſumi, quaſi concedens magis habuerit reſpectum ad qualitatem ſangvinis, quàm ad qualitatem hæreditariam, præſertim quando, ut in quibuſdam inveſtiturarum formulis fieri ſolet, uſus eſt verbis prægnantibus, & geminatis. hæc enim tanquam fortiora videntur vincere proprietatem illius unici vocabuli (hæredis) *arg. §. affinitatis. inſtit. de nupt. cum ſimilib.* 13

Quartò † adminiculatur alia vulgata regula, quæ docet, verba ita debere accipi, ut minus lædant jus commune, quoad ejus fieri poſſit. *c. cauſam quæ. de reſcript. c. cum dilectus, de conſuetud. l. 2. C. de noxal.* ſed de jure communi feudorum regulariter feuda tranſeunt ad filios, & agnatos habita ratione ſangvinis, non autem juris hæreditarii. *c. 1. de ſucceſſio. feud. c. 1. de grad. ſuccedent. in feud.* Quare iſtud verbum (hæredibus) potius ita debet intelligi, ut feudum ſuam priſtinam naturam, quam ipſo jure feudorum nactum eſt, retineat, & ut ſit ex pacto & providentia, quàm ut illud in hæreditarium tranſeat. 14

Facit † huc etiam, quod dici ſolet, verba debere intelligi ſecundum ſubjectam materiam. *l. ſi ſtipulatus, de uſur. l. ſi verò, locati*, per quam regulam dixit 15

Bald.

ald. in l. 4. col. 4. Commod. Quod ſi clauſulæ contractus ſint reducibiles ad ejus naturam, nunquam alterent naturam ſui contractus: quod dictum commendat Alexan. *in conſil. 370. in fin. 1. col. vol. 3.*

Quintò † hanc ſententiam plurimum etiam comprobat communiter recepta illa doctrina, qua traditur, quoties cunque dubitatur, utrum feudum aliquod ſit hæreditarium, an verò ex pacto & providentia, quòd tum in dubio regulariter pro feudo ex pacto æſtimandum ſit, *ut docuit Martin. Laud. & Præpoſ. in c. 1. §. Hoc quoq. de ſucceſſion. feud. & pluribus firmat Matth. de Afflict. in c. 1 num. 270. oſtendens, ibi. Andream de Iſernia idem ſentire. Ex quibus cauſis feudum amitt. ſequitur Decius in conſil. 78. incip. licet in caſu propoſito. num. 5. & in d conſilio 395. Carol. Molinæus in conſil. 50 incip. Viſis & examinatis. verſ. Non obſtat, quod dictum eſt in dubio, num. 42. Pinell. in d. l. 1 num. 91. Camerar. in c. Imperialem. §. Præterea ducatus. de prohib. feud. alien. & noviſſimè latè hoc comprobat Octav. Cacheran. in deciſio. Pedemont. 161.*

Nam in propoſito, etiam ex verbis in inveſtitura extantibus quorum alia feudo hæreditario, alia feudo ex pacto congrua eſſe videntur, non levis dubitatio incidit, ad quam ſpeciem feudum iſtud ſit referendum. Quare vel ex jam dicta doctrina in hac ancipiti dubitandi cura pro feudo ex pacto & providentia reputandum erit, ut proinde opinio iſta præter auctoritates ſupra commemoratas non levibus etiam ſit ſubnixa rationibus.

Alteram † verò opinionem, quæ feudum conceſſum hæredibus maſculis, vel alio ſimili modo tàm feudo ex pacto, quàm hæreditario conveniente, inter feuda hæreditaria refert, non minoris auctoritatis interpretes fuerunt amplexi. Hanc enim tenuit *Andr. de Iſernia in c. 1. §. Etſi libellus. verſ. ſed quid ſi acquiſivit. de alienat. feud. patern. & in aliis locis ad hoc notatis à Sigiſmund. Neapolitan. in conſil. 1. ubi hanc opinionem tanquam communem * latiſſimè defendit. Præpoſit. in cap. 1. An agnatus vel filius, qui etiam communem * eſſe aſſerit. Idem diſertè docuit Cyn. & Bart. in l. jurisjurandi. §. Si liberi, de oper. libert. Imol. in l. Cajus. ſolut. matrimon. Paul. de Caſtro in l. Ex facto. §. fin. Ad SC. Trebellin. Aretin. in l. Apud Julianum. §. ſi quis alicui. de leg. 1. Alex. in l. Quadam. de edendo, & in l. quod dicitur. de verbor. obligat. Jaſon. in Auth. Unde ſi parens. num. 6. C. de inofficioſ. teſtamento. & in l. ſi non ſortem. §. ſi libertus. de condict. indeb. Ripa in l. in quartam. nu. 181. Ad l. Falcid. Rubeus. Alex. in §. Quidam rectè, l. Gallus, de liber. & poſthum. Joann. Ferrar. cautel. 37. Didacus lib. 2. Variar. reſolut. cap. 18. Eandem ſententiam etiam in reſponſis ſuis quàm plures fuerunt ſecuti, ut Bald. in conſil. 200. incip. Fundum ſub iſta forma. vol. 5. Alex. in conſil. 44. incip. viſo themate, num. 1. & in conſil. 128. incip. conſideratis verbis inſtrumenti, num. 8. volum. 1. & in conſil. 15. incip. Perſpectis his, quæ in themate narrantur, num. 9. col. 3. verſ. Nec dicatur quod illud. vol. 5. Barbat. in conſil. 66. incip. Et viſo quidem puncto. volum. 4. Ruinus. in conſil. 15. incip. conſideratis diligenter omnibus. nu. 6. & in conſil. 36. incip. In cauſa & lite feudali, nu. 5. volu. 1. & in conſil. 80. incip. Circa primum conſultationis articulum num. 14. Sigiſmund. Neapol. in conſil. 46. incip. Viſis verbis legati. num. 11. Gulielm. à Perno. in 4. notab. num. 8. Matth. de Afflict. in deciſion. 195. num. 7. & in deciſio. 240. num. 10. Paris. in conſil. 1. num. 133. vol. 2. & in conſil. 2. incip. Conſultus ab illuſtri. num. 21. & in conſil. 4. incip. Conſiderando diſpoſitionem. num. 27. & in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. num. 162. volum. 1. & in conſil. 48. incip. Certum eſt quod patronus. num. 10. volum. 4. Rubeus Alexand. in conſil. 52. incip. Quoniam principale dubium. num. 54. inter conſil. Sigiſmundi Neapolitan. Curtius junior in conſil. 1. incip. Primam amplector dubitationem. num. 13. Simon. in conſi. 39. inter conſilia ſtatus Montisferrati. numer. 34.*

Alciatus in conſil.180. ubi removendo auctoritatem Rayner. de Forl. hanc opinionem in feudo communiorem * *eſſe ait. & in conſil. 183. incip. inveſtitura verba.num.1. & in conſil. 160. incip. Pro declaratione. & in conſil. 178. incip. Viſo conſilio ſpectatiſſ. num. 3. ubi concluſionem hanc certam & indubitatam eſſe aſſerit. Marian. Socin. in conſil. 112. num. 19. vol. 2. Sylvanus in conſil. 30. incip. Facti quæſtio ſic ſe habet. libr.1. Gratus in conſil. 4. incip. Dubitatur an illuſtris dominus. & in conſil.55. incip. ſuper contentis. num. 31. vol. 1. Berous in conſil. 65. & in conſil. 67. vol.1. Cravetta in conſil. 131. num.8. Philippus Portius lib. 1. concluſio.16. verſ. & quando eſt dictum pro ſe, & hæredibus. Cephalus conſ.307.vol. 3. & in conſil. 487. vol. 4. Cacheranus in deciſ. Pedemont. 166. num. 2. & conſilium Neapolitanum in hanc ſententiam ſæpius judicaſſe teſtatur. Urſil. ad Afflict. deciſio. 112.140.248. n.7. Eandem tanquam magis communem* * *ſequitur etiam Burſatus in conſil. 49. n.41. & in conſil. 89 nu. 33. & 38. & in conſil. 148. n.10. & 11. & in conſil. 151. n.44. addens, bis ſecundum hanc ſententiam fuiſſe judicatum. d*

Atq; hi quidem omnes, qui huic ſententiæ ſubſcripſerunt, nituntur tantummodo proprietate dictionis (hæres) in inveſtitura comprehenſæ. Hanc enim exiſtimant ejus eſſe potentiæ, ut omnem efficaciam reliquorum vocabulorum, quæ filios reſpicientia, feudis ex pacto conveniunt, penitus tollat atque abſorbeat, & quod adeò neglectis illis dictio (hæres) ſola conſideranda, & quia eadem, quantacunque ſimul maſculorum vel filiorum facta ſit mentio, nihilominus naturam feudi non hæreditariam in hæreditariam tranſmutat, inde feudum hoc pro hæreditario cenſendum ſit, ut apparet ex locis jam in medium allatis. quo dato, eſſe nimirum dictionem (hæres) ejus potentiæ, ut omnem reliquorum effectum extinguat, & ea ſola perpendenda ſit, non erit difficile reſpondere ad omnia argumenta primæ opinionis. Sed quia hoc ipſum ab his, qui priori opinioni fuerunt adſtipulati, negatur, & contra aſſeritur, potius cætera vocabula dictionis (hæres) proprietatem tollere, atque efficere, ut idem ſit, ac ſi ſimpliciter de filiis dictum eſſet, ut ita hoc potiſſimum inter illos controvertatur, cujus vocabuli ſignificatio potior, & utrum magis ad dictionem (hæredis) an verò ad dictionem (maſculis) vel ſimiles reſpiciendum ſit, ideo niſi id, quod ultimam opinionem tuentes præſupponunt, magis probetur atque confirmetur, non ſatis tutum videtur, huic fundamento quicquam inædificari.

Quamobrem † aliqui animadvertentes, eam omnem, quæ inter haſce diſſidentes opiniones eſt diſcrepantia, in hoc potiſſimum conſiſtere, quod primam defendentes, magis conſiderant effectum dictionis (maſculis) & ſimilium: cæteri verò magis reſpiciunt ad proprietatem dictionis (hæres,) ut utriq; ſatisfaciant, & hac ratione controverſiam iſtam concilient, utriuſque vocabuli proprietatem ponderandam eſſe arbitrantur, atque hinc peculiarem feudi ſpeciem conſtituunt: quam, quia ex utriuſque vocabuli ſignificatione propria tàm feudi ex pacto, quàm hæreditarii naturam habeat, feudum mixtum appellant. Hoc docuit *Matth. de Afflict in c.1.n.12. An agnat. vel filius.* quando (inquit) aliquid exprimitur, quod ſignificat deſcendentes, vel hæredes ſanguinis, iſtud erit feudum hæreditarium, non ſimplex, ſed mixtum, id eſt, hæreditarium, & ex pacto & providentia. Sapit enim naturam utriuſque ſic, ut agnati non poſſint iſtud feudum conſequi præter jus & nomen hæredis, nec poſſidens tale feudum queat aliis, quàm filiis relinquere. nec obſtat, quod propter illud verbum (hæredibus) videtur eſſe libera diſpoſitio, quia id verum eſt in ſimplici hæreditario, ſecus in feudo mixto. *Hæc Afflict.* quibus natura hujus feudi mixti ſatis declaratur.

…it. Idem tradidit *Gulielm. à Perno in* …*nſil.7.& plenius in 4.notab.num.54.* ubi …it, feudum mixtum ſapere naturam …triuſq;, & eſſe ut participium in gram…natica, *quod ſequitur Marian. Socin.in* …*onſ.72.incip.Propoſita quæſtio.n.24.& 25.* …*ol.1.& in conſ.112.incip. Abunde profectò.* …*.10.vol.2.& in conſ.42.incip.Præſuppoſito.* …*uod nihil inventario opponi poſſit.n.7.vol.* …*.& Julius Clarus in lib. 4. ſententiarum.* …*.feudum Cacher.in deciſ.161.Menoch.conſ.* …*61.n.5.vol.2.& ſententiam iſtam tanquam* …*veram & communem* ſequitur etiam Jo.* …*Ant.Cannet.in c.Volentes.§ ſed quid ſi fuerit additum.inquiens,nec in judicando,nec in conſulendo ab ea recedendum eſſe.*

Hæc † opinio eodem argumento probatur, quo ſecundam amplectentes ſententiam utuntur, quod videlicet regulariter ubicunq; duæ qualitates requiruntur, omnes ut concurrãt neceſſe ſit. *per l.ſi plures.de condit. & demonſtrat.* Non ſolum enim in propoſito contrahentes uſi ſunt vocabulo (hæredum) quod convenit feudo hæreditario, ſed & dictione (maſculis) quæ conſentanea eſt feudo ex pacto. Par igitur eſt, non ad alterutrũ horum, ſed ad utrunq; potius reſpici, atq; hinc mixtam ſpeciem feudi conſtitui. Facit huc, quod poſt alios tradit Didacus *lib.2.Variar. reſol. c. 18.* dum ait, ex eo, quod quis cogatur eſſe hæres, non ſequi, quod feudum ſit hæreditarium. quamvis itaque propter dictionem (hæres) in inveſtitura uſurpatam feudum hoc qualitatem iſtam recipiat, ut quis hæres eſſe cogatur, non tamen mox ſequitur, iſtud eſſe hæreditarium, ſed potius propter alias qualitates adjectas pro mixto reputandum erit.

…o Accedit † hiſce vulgata regula, qua primam tuentes ſententiam nituntur, nimirum quod, quando aliquid profertur cum adjuncto quodam, tum inde appareat, illud non eſſe ſimpliciter tale. *l. Hoc legatum. de leg.3. gl. notab. in Clemen. 1. in verb. aut earum parte. de form. competent. quam ſingularem dicit Bald.in cap.1.§. Cum autem. in pen.col.de controverſ. inveſtitur. cum aliis adductis per Jaſon. in l. 1. num. 7. Si ex noxal. cauſa agat.* Nam cum feuda iſta, de quibus verba facimus, non ſimpliciter hæredibus ſint conceſſa, ſed cum illa qualitate adjuncta (maſculis) vel ſimili, ſatis inde videtur apparere, ejuſmodi feuda non eſſe ſimpliciter & propriè hæreditaria, ſed potius mixta. Suffragatur etjam huic opinioni auctoritas interpretum, qui dicunt, etiam feudum pro ſe & hæredibus acceptum non eſſe ſimpliciter hæreditarium, ſed magis mixtum quiddam, ut extra illam qualitatem, quod filius cogatur eſſe hæres, retineat omnes alias qualitates feudi ex pacto & providentia, *prout ſenſit Decius in conſil.185.incip. In cauſa iſtorum nobilium.n.3. allegans ad hoc Alex.in l. ſi patronus. Ad SC.Trebellian. idem Decius in conſil. 208. in conſil.445.n.8.Matth.de Afflict. in d.c.1. An agnat.vel filius. n. 13. & ſequi. Marian.Socin. in d.conſ.72.vol.1.& in conſil.112.incip. Abundè profectò.& in conſ.114. incip. In cauſa feudali inter nobiles. vol. 2. Paris.latè in d.conſ.23. vol.1. Natta in conſil.507.incip.ſuperioribus annis.Pinell.in d. l.1.n.87. verſ. Ea tamen diſcordia ſcribentium: & noviſſimè pluribus hoc comprobat Cacheranus in deciſ.161.* Cum enim jam dicti DD. etiam tum, quando feudum pro ſe, atq; hæredibus acquiſitum eſt, illud non ſimpliciter hęreditarium, ſed mixtum eſſe cenſeant, utique multò magis in hanc ſententiam tranſibunt, quando, ut in propoſito noſtro, quædam vocabula inſuper ſunt addita, quæ magis feudo ex pacto, quam feudo hæreditario conveniunt. Deniq; hæc opinio eò magis in propoſito tenenda videtur, quò major inter juris interpretes exiſtit controverſia, cuinam feudorum generi feuda eo, quo diximus, modo conceſſa, ſint accommodanda: quippe cum hac ratione diſcordia iſta optimè conciliari queat.

Regulariter † enim, quibuſdam invicem diſſidentib. opinionib, tutiſſimũ 21
eſt eam

eſt eam ſententiam ſequi, quæ mediam quodammodo tenens viam, utramque ad concordiam reducit. *arg. l. Adeo. §. Cum quis. verſ. & tamen media ſententia. de acquirend. rer. dom. l. ſi finita. §. illud. de dam. infect. gl. in c. quærente. de offic. deleg. not. Salicet. in l. filia cujus pater. C. Famil. Herciſcund. quem refert Gratus in reſponſ. 63. num. 26 lib. 1.*

22 In† hac opinionum inter ſe diſcrepantium fluctuatione, quia cum interpretibus balbutiendum nobis eſt, reprobata prima atque ultima opinione, ſecundæ ſententiæ ſubſcribendum eſſe arbitramur: quod ut planius explicemus, & ſolidis muniamus fundamentis, in memoriam revocanda ſunt ea, quæ de natura feudi hæreditarii *ſupra quæſt. 1. & 2.* diximus, & diligentius aliquantò conſiderandum, quid nam ſit illud, quod feudo, ex pacto & providentia, item feudo hæreditario cauſam afferat. Oſtendimus enim eò loci feudum ex pacto & providentia non eſſe peculiarem ſpeciem feudi, quæ ſeparatam haberet rationem à proprio feudo, ſed potius priſtinam ſuam naturam omnibus rectis feudis conſentaneam retinere, & quod adeò feudum ex pacto non quidem ex eo originem ſuam ducat, neque propterea à feudo hæreditario differat, quia de filiis dictum eſt in inveſtitura: (nam etiam hæreditarium filiis duntaxat quæſitum eſſe videtur) ſed magis quia filiis ſimpliciter & ſine qualitate hæreditaria conceſſum priſtinam ſuam naturam retinet. Nam eò ſolum reſpectu conſideratur, utrum de filiis dictum ſit, ut videlicet ſignificetur feudum iſtud filiis ſimpliciter, & abſque qualitate hæreditaria conceſſum eſſe. Hoc autem, ut filiis tanquam filiis ſine qualitate hæreditaria quæſitum eſſe videatur, non tàm ex propria vi verborum filios denotantium provenit, quàm ex ipſa natura feudi, quæ eſt, ut ad filios tantum abſque hæreditaria qualitate tranſeat. Nam ſi præter hanc naturam feudi eſſet, licet de filiis expreſsè diceretur, non tamen de filiis ſimpliciter, ſed ut hæredibus dictum eſſe cenſeretur, *ut docet Bart. in l. Quod dicitur. num. 6 de verbor. obligat. per text. l. Avus de pactis dotal. quem ſequuntur Alexand. ibi. & Jaſ. nu. 26. & ſenſit idem Sigiſmund. Neapolit. in d. conſil. 1. num 30.* dum ait: quod ſi datum eſt feudum filiis, nomine hæredum non expreſſo, tunc natura feudi illud inducit, ut habeat filius, qui non eſt hæres, ſicut in operis. Atq; hinc etiam videmus, quod, etſi de filiis in inveſtitura nihil dictum eſt, tamen iſtud pro feudo ex pacto reputetur, quod utique non eſſet, ſi id, quod filiorū expreſſa facta eſt mentio, ad conſtituendum feudum ex pacto & providentia aliquid momenti afferre poſſet. Sed cum feudum ex pacto etjam illud rectè appelletur, in quo de filiis nihil dictum eſt: patet ſanè hoc feudorum genus non inde effici, neque eo reſpectu differre à feudo hæreditario, quia filiorum facta eſt mentio, ſed potius quia ſine dictione (hæredum) atq; adeò abſque qualitate hæreditaria eſt conceſſum, & propriam feudi naturam retinet.

Contra † verò hæreditarium feudum à propria natura feudi recedens, duntaxat nititur dictione (hæres) in inveſtitura uſurpata, & ejuſdem proprietate, quam ex juris civilis regulis habet. Nam cum de jure communi dictio (hæres) ejus ſit efficaciæ, ut rem acquiſitam pro ſe & hæredibus hæreditariam efficiat, ita ut volens eandem conſequi, jure hæreditario ſuccedat. *l. Hæreditas. de reg. jur. l. Hæres in omne. de acquir. hæred. & tradunt DD. in l. quod dicitur. de verbor. obligat. & in l. Gallus, §. Etiamſi parente: de lib. & poſthum.* exiſtimarunt hinc interpretes, quod etiam feudum receptum pro ſe & hæredibus qualitatem hæreditariam aſſumat, uſque eò, ut, quantumvis alioqui ſanguinis tantum vel familiæ in feudis, ex natura ipſorum habeatur ratio, tamen hanc propriam naturam feudi, dictionis (hæres) in inveſti- 23

veſtitura collocatæ proprietas immutet, atque in cauſa ſit, ut jure hæreditario in ipſo feudo ſuccedendum ſit. Quia verò hoc admodum alienum eſt à propria natura feudi; inde peculiarem feudi ſpeciem conſtituerunt, & propter qualitatem illam hæreditariam, quam ex proprietate dictionis (hæres) arripit, hæreditarium feudum appellarunt, ad differentiam ejus, quod propriam ſuam naturam retinet, & vocabulo generali ex pacto & providentia nuncupatur. Neq; tamen propterea hoc, quod hæreditarium diximus ad omnes hæredes indiſtinctè tranſmittitur, ſed tantum ad hæredes maſculos, ſive filios, atque adeò in hoc, videlicet ut filiis tantummodo conceſſum eſſe intelligatur, quemadmodum in quibuſdam aliis ab hæreditaria ſucceſſione non dependentibus priſtinam ſuam naturam retinet, prout ſupra *quæſt. 1.* copioſè explicavimus.

24 Ex † quibus primò colligitur, ſolam proprietatem dictionis (hæres) à propria natura feudi longè recedentem, cauſam præbuiſſe interpretibus, cur haſce diverſas ſpecies feudorum conſtituerint, & quod adeò ea, quæ inter has duas ſpecies exiſtit diverſitas, non tam à reliquis verbis, quæ naturæ feudi convenientia, in inveſtitura uſurpata fuerunt, quàm à proprietate dictionis (hæres) dependeat. qualitas enim hæreditaria ſejungit hoc feudū à feudo ex pacto, *ut ait Franc. Ant. Villan. in reſponſo, quod habetur poſt Cannetium n. 29.*

25 Deinde † hoc etiam inde evidens eſt, quæ inter haſce duas ſpecies ſubeſt differentia, eam nō quidem in eo conſiſtere, quaſi in uno caſu magis, quàm in cæteris de filiis dictum vel intellectum ſit: nam hoc utriq; ſpeciei commune eſt, & feudum hæreditarium ex propria feudorum natura non minus, quàm feudum ex pacto ſolis filiis conceſſum eſſe cēſetur, quippe cum dictio (hęres) quo ad hoc, ut feudū filiis ſolum quæſitum intelligatur, priſtinæ naturæ feudi nihil deroget: Sed potius hæc differentia in eo eſt, quod feudum hæreditarium propter dictionem (hæres) in inveſtitura uſurpatam filiis ut hæredibus cum qualitate hæreditaria conceſſum eſſe cenſetur: feudum verò ex pacto juxta propriam feudi naturam filiis ut filiis, id eſt, ſine dictione (hæredibus) & inde deſcendente qualitate hæreditaria quæſitum exiſtimatur. Hanc differentiam inter feudum ex pacto, & hæreditarium, ut videlicet hoc filiis ut hæredibus, illud verò filiis ut filiis quæſitum eſſe intelligatur, *tradunt Bart. & DD. in d. l. ut juriſjurandi. §. ſi liberi, de oper. libert. & in l. Quod dicitur, de verb. obligat. & in l. Gallus. §. Quidam rectè. & §. Etiamſi parente, de liber. & poſthum. & ſenſit etiam Andr. de Iſern. in c. 1. §. Quid ergo. nu. 8. ibi, idem quandò datum eſſet eo tenore, ut filii ſuccederent ſicut hæredes. de inveſt. de re aliena fact. Idem docuit Zaſius in d. tract. feud. part. 8. nu. 6.* ubi reſpondendo ad objectionem, quaſi idem videatur, quando dictum eſt de hæredibus, ac ſi dictum eſſet de liberis, ait, imo magna eſt differentia, quia quando dictum eſt (pro ſe & hæredibus) veniunt non ſolum ut filii, ſed etiam ut hæredes. Qui enim vel conceſſit vel accepit, facta hæredum mentione, non præſumitur voluiſſe, quod filii ſint feudi capaces, niſi hæredes forent, at in altero caſu filiis proſpectum eſt, etiamſi non ſint hæredes: idemq; videre licet in multis aliis locis ſupra quæſtione prima adductis. Quæ quidem conſideratio probatur optima ratione, quoniam ſi feudum ſimpliciter ex eo, quod de filiis dictum eſt, pro feudo ex pacto eſſet reputandum, nulla poſſet probabils differentia conſtitui inter feudum ex pacto & hæreditarium, non ſolum quia, ut dictum eſt, Feudum hæreditarium perinde, ut feudum ex pacto filiis quæſitum cenſetur, ſed etiam quia filiis ex pacto anteceſſorum competere exiſtimatur: ideoque hoc reſpectu etiam hęreditarium rectè appel-

Digitized by Google

appellatur feudum ex pacto & providentia ab Andr. de Iſern. *in c.1. de alienat. feud. patern. & Sigiſmund. Neapolit. in d. conſil. 1. num. 46. & ab aliis in hanc ſententiam adductis ſupra quaeſt.1. & infra quaeſt. XIV. ubi de revocatione feudi haereditarii agetur.* Ut igitur differentia iſta inter has diverſas ſpecies feudorũ ſubſiſtat, neceſſe omnino eſt, illam ab eo ſolum dependere, quia feudum ex pacto filiis ut filiis, hæreditarium verò filiis ut hæredibus competit, prout etiam hiſce verbis paſſim utuntur interpretes, de his duobus feudi generibus verba facientes. Et hanc ipſorum ſententiam communi calculo eſſe approbatam, præter ea, quæ in prima quæſtione fuerunt adducta, copioſius etiam eluceſcet ex iis, quæ mox dicemus.

26 Tertiò † ex hoc ipſo infertur, quod, etſi de filiis in inveſtitura dictum ſit, iſtud tamen ad conſtituendum feudum ex pacto non ſufficiat, niſi etiam inſuper hoc concurrat, quod de filiis ut de filiis ſine qualitate hæreditaria dictum fuerit. Unde porrò ſequitur hoc, ut de filiis tanquam filiis dictum eſſe cenſeatur, minimè ab eo dependere, quoniam filiorum facta eſt mentio, ſed potius à propria natura feudi, ſecundum quam regulariter feuda filiis ut filiis quæſita exiſtimantur. Ideoque etſi, nulla filiorum facta mentione, feudum conceſſum fuerit, tamen filiis ut filiis conceſſum videbitur, exigente nimirum hoc ipſius feudi natura, ut ſupra declaravimus. Cumque hæc ipſa natura feudi tamdiu integra & illæſa maneat, quamdiu de hæredibus in inveſtitura nihil eſt dictum: contra verò ubicunque hæredum facta eſt mentio, hæc ipſa feudi natura, ſecundum quam filiis ut filiis quæſitum exiſtimatur, in qualitatem hæreditariam tranſmutetur, prout *in quæſtione 1.* luculenter oſtendimus. Ideò hinc deſcendit, ut, ubicunque ſine dictione (hæredibus) feudum conceditur, iſtud filiis ut filiis ex propria ipſius natura conceſſum videatur. Contra autem ubicunque addita fuit dictio (hæredibus) feudum non filiis ut filiis ſed immutata priſtina natura filiis ut hæredibus jure hæreditario quæſitum, atque adeò hæreditarium eſſe cenſeatur, *prout declarat Sigiſmund. Neapol. in d. conſil. 1. incip. Dubitatur an inveſtitura. n. 46.* ubi reſpondendo ad argumentum, competit ex pacto, ergo non eſt hæreditarium, dicit, illud eſſe verum, quando per pactum vocaretur filius vel agnatus, non ut hæres, ſecus quando ut hæres: *& Anton ab Alexand. in d. conſil. 52. incip. Quoniam principale dubium. num. 53.* ait, ad hoc, ut ſit ex pacto & providentia, neceſſe eſſe, ut quis acquiſicrit feudum pro ſe & liberis ſuis, non dicendo, hæredibus. Idem ſenſit Alex. *in d. conſil. 13. volum. 5.* dum ait: quando dictum eſt de hæredibus maſculis, non autem ſimpliciter de filiis deſcendentibus abſque hæreditaria qualitate, quod tum feudum neceſſariò ſit hæreditarium; & Paris. *in d. conſil. 23. num. 162. vol. 1. ibi*, ex quo illud nomen (liberis) non eſt appoſitum ſimpliciter, ſed unà cum illa qualitate (hæredibus) quæ alterat dictionem (liberis.) Ex quibus denique omnibus hoc efficitur, ad conſtituendum feudum ex pacto & hæreditarium nihil referre, utrum de filiis dictum fuerit, nec ne, ſed vim omnem in eo eſſe, utrum feudum cum dictione (hæredibus) an verò ſine illa conceſſum fuerit, & quod adeò feuda illa demum juxta propriam naturam ſint ex pacto & providentia, quæ ſine dictione (hæredibus) fuerunt conceſſa: quippe cum hoc caſu filiis ut filiis quæſita eſſe cenſeantur: contra verò omnia illa feuda hæreditaria ſint, in quibus de hæredibus dictum eſt, non attento, utrum inſuper addita ſint verba filios deſignantia. Non enim propterea minus verum eſt, feudum hoc filiis ut hæredibus conceſſum eſſe, quod unicum priſtinam naturam feudi immutans iſtud hæreditarium efficit. Ideoque etiam Andr. de Iſern. ad dignoſcen-

gnoſcendum; utrum feudum ſit hæreditarium, hanc generalem regulam conſtituit, quod, ubicunque in aliqua conceſſione exprimitur illa dictio (hæredibus) ſemper dicatur feudum hæreditarium, *ut inquit in c. 1. An agnat. vel filius, & in c. 1. §. Quid ergo. nu. 8. in fin. de inveſtitur. de re alien. fact. & in c. 1. §. Hujus autem generis. num. 11. Ex quibus cauſ. amittat. feudum, & in c. 1. §. Etſi libellum. num. 9. de alienat. feud. & in c. 1. in fin. num. 38. Qui ſucceſſor. teneantur: & ab hac regula non eſſe recedendum ait: Joan. Thomas de Marinis tit. 5. de feud. hæreditario. num. 12. quem refert & ſequitur Burſatus in conſil. 148. nu. 11. Idem ſenſit Camerar. in d. c. 1. quæſt. 1. num. 24. An agnat. vel filius:* ubi ait, quod, licet feudum datum pro te & filiis, non ſit hæreditarium, ſi tamen eſt datum pro te & filiis, ſicut hæredibus, id eſt, quia dedit pro filiis hæredibus, hæreditariū efficietur. nam eo ipſo, quod eſt appoſita dictio (hæredibus) hæreditarium efficitur tranſmiſſione ad hæredes: ex quo rectè etiam dixit Franciſc. Anton. Villan. *in reſponſo, quod habetur poſt Cancer. num. 29.* qualitatem hæreditariam diſcrimen efficere inter feudum hæreditarium, & ex pacto.

27 Ne † quis autem fortè miretur, cur, cum dictio (filiis) ad feudum ex pacto nihil conferat, interpretes tamē faciendo hanc differentiam, definiant feudum ex pacto illud eſſe, quod filiis conceditur, ideò, ut ſupra etiam monuimus, ſciendum, eos tantummodo majoris evidentiæ & facilioris doctrinæ gratia conſiderare, utrum de filiis dictum ſit, ut hoc ipſo feudum, ubi de hæredibus nihil dictum eſt, diſtinguant à feudo pro ſe & hæredibus recepto, interim verò nullam vim in proprietate dictionis (filiis) ponunt, ſed potius omnem diverſitatis rationem in eo collocant, quod feudum hæreditarium hæredibus eſt conceſſum: ex pacto verò ſine dictione (hæredibus) idq; ut deſignent, ideo ad differentiam ejus, quod hæredibus conceſſum eſt, dicunt, feudum ex pacto quæſitum eſſe filiis, id eſt, ſine dictione (hæredibus.) Et hanc eſſe ipſorum ſententiam, ex eo planum eſt, quoniam ipſimet fatentur, feudum filiis conceſſum ex proprietate dictionis, nullam novam induere naturam, neque eſſe ſeparatum à feudo in genere conſiderato, ſed eſſe illud idem feudum, quod ab initio fuit, & eandem naturam habere, quam quodvis aliud feudum rectum & proprium. Nam vel ex hoc ipſo nemini obſcurum eſt, dictionem (filiis) tantum in eum finem conſiderari, ut feudum, quod ſine dictione (hæredibus) conceſſum eſt, diſcriminetur à feudo, quod hæredibus quæſitum eſt. Ex quo porro ſequitur, ubi de hæredibus dictum eſt, ibi filiorum mentionem nihil operari, neque in aliqua conſideratione eſſe poſſe.

His † ita poſitis & firmatis, non erit difficile dijudicatu, ad quam feudorum ſpeciem referendum ſit iſtud, de quo ſermo nobis eſt inſtitutus. Nam, etſi non ſolum de hæredibus, ſed etiam de filiis in inveſtitura dicatur, quia tamen non ſimpliciter de filiis ut filiis, & abſque hæreditaria qualitate dicitur, quod proprium eſt feudi ex pacto, ſed filiis tanquam hæredibus feudum quæritur, quod unicum ad conſtituendum feudum hæreditarium ſufficit, manifeſtum ſanè eſt, feudum hoc non pro feudo ex pacto, ſed magis pro hæreditario reputandum eſſe: quippe cum hoc ipſum, quod ad feudum ex pacto neceſſariò requiritur, & ejus proprium eſt, minimè in propoſito interveniat: contra verò illud, quod regulariter feudum hæreditarium efficere ſolet, adſit, videlicet dictio (hæres) quæ primas in hac materia tenet, & ſola earum eſt virium, ut propriam feudi naturam, ſecundum quam ex pacto eſſe cenſetur, in hæreditariam tranſmutet. Diximus enim, feudum ex pacto non tam à proprietate dictionis (filiis) depen- 28

Kk dere,

dere, quàm ex propria ejuſdem natura, ſecundum quam ſine qualitate hæreditaria ad filios pertinet. Certum eſt autem, propriam hanc feudi naturam in hæreditariam converti, quotieſcunq; in inveſtitura de hæredibus dictum eſt, *ut perſpicuè etiam docet Camerar. in d. c. 1. quæſt. 1. num. 22. An agnat. vel filius.* inquiens, eo ipſo, quod de hæredibus mentio fit, primam naturam feudi non hæreditarii in naturã hæreditarii tranſfundi. Non igitur dictio (filiis) vel alia filios denotans, quæ per ſe nullam vim ad conſtituendum feudum ex pacto habet, ejus efficaciæ eſſe poterit, ut inde feudum ex pacto dicatur, ſed potius propter dictionem (hæres) quæ priſtinam naturam feudi, ſecundum quam ex pacto ſolet dici, immutat, pro hæreditario judicandum erit, quantùmvis de filiis dictum fuerit, cum, ut monuimus, proprietas feudi ex pacto, non innitatur verbis filios deſignantibus, ſed potius propriæ naturæ feudorum per dictionem (hæres) immutatæ. Oſtendimus præterea, feudum ex pacto propriè illud eſſe, quod ſine dictione (hæredibus) & inde deſcendente qualitate hæreditaria fuit conceſſum, neq; quicquam referre, utrum inſuper de filiis dictum ſit nec ne. Contra verò hæreditarium non ex eo ſic nominari, quia de filiis dictum non ſit, ſed potius, quia filiis ut hæredibus datum eſt, atq; adeò omnia feuda hæredibus quæſita hæreditaria eſſe. Cum itaque in propoſito feudum non ſimpliciter ſine dictione (hæres) filiis ut filiis quæratur, ſed cum dictione (hæres) qualitatem hæreditariam denotante: conſequens ſanè omnino eſt, feudum iſtud hæreditarium potius, quàm ex pacto eſſe exiſtimandum.

29 Neque † verò hoc, quod in inveſtitura vocabulum (filiis) expreſſum eſt, quicquam obſtaculo eſſe poterit, ut propterea proprietas dictionis (hæres) minùs conſideranda, atque adeò pro hæreditario non reputandum ſit hoc feudum, tum quia, ut dictum eſt, proprietas dictionis (filiis) nihil confert ad efficiendum feudum ex pacto, ſed ſolum propriæ naturæ feudi innititur, quam cum dictio (hæres) adjecta immutet, nihil amplius præſtare poterit vocabulum (filiis) quàm ut excludat fœminas: tum quia etiam feudo hæreditario commune eſt, ut de filiis intelligatur. Quomodo igitur hoc, quod de filiis dicitur, naturæ ejuſdem derogare quicquam poterit? tum etiam quia dictio (filiis) in eum tantummodo finem conſideratur ab interpretibus, ut denotetur feudum ſimpliciter abſque dictione (hæredibus) conceſſum eſſe, atque adeò ubicunque addita eſt dictio (hæres) hunc effectum amplius non ſortiri, neque in conſideratione eſſe poterit: tum denique, quia, etſi de filiis ſimul dicatur, nihilominus tamen verum eſt, eos non ſimpliciter ut filios, ſed ut hæredes fuiſſe vocatos, quod unicum feudum hæreditarium efficit.

Nam † indiſtinctè, ubi fit mentio hæredum, ſive dicatur, pro ſe filiis & hæredibus, ſive pro ſe & hæredibus 30
ſuis, ſive res, de qua agitur, ſit talis, quæ poſſit tranſire ad hæredes extraneos, ſive non poſſit, neceſſe eſt, ut is, qui illam rem conſequi vult, veniat ut hæres, & quod conſequens eſt, feudum etiam hoc conceſſum non niſi ut hæres obtinere poterit, *ut ait Imol. in L. Quod dicitur. col. 2. verſ. ſed tamen minus dubium, de verbor. obligat.* & quod dictio (hæres) quantumvis reſtringatur ad filios, ſuam propriam ſignificationem retineat, *multis probat Sigiſmund. Neapol. in d. conſil. 1. num. 34.* fuit enim animus tam concedentis, quàm recipientis, ut intelligeretur, proviſum filiis non tanquam filiis ſimpliciter, ſed tanquam hæredibus *ſecundùm Albert. Brun. in conſil. 80. incip. Circa primum conſultationis articulum num. 14.* Rectè itaq; dicit Curt. jun. *in conſil. 138. incip. Habita diligenti & matura conſide-*

Digitized by Google

conſideratione.num 15. ſe non videre, licet illud verbum (hæredibus) capiatur de hæredibus ſanguinis, cur non debeat operari, ut concurrat alia qualitas, quod etiam ſenſit Cravett. *conſ.138.n.8.* ubi ait, ſe non invenire differentiam, utrum dicatur de hæredibus ſimpliciter, an de hæredibus maſculis in materia, in qua verbum (hæredibus) intelligitur de liberis, niſi quod in uno caſu excludatur fœmina, in alio neutiquam: ſimiliter quando dicitur de hæredibus deſcendentibus ex ſuo corpore, illa verba apponuntur, ut excludant extraneos, non quod minus requiratur, ut liberi hæredes ſint, & hinc dicit idem *in conſil.197. incip. Quanquam & abunde.n.5.* quodlibet dictio (hæres) expreſsè reſtringatur ad filios maſculos & deſcendentes, tamen illa reſtrictio ſatis operetur tollendo illam generalitatem: non tamen debet operari correctionem juris communis, quod deſcendentes ſeu agnati, qui tantum admittuntur ad feudum, non debeant eſſe hæredes. nam quando feudum conceditur pro ſe & hæredibus, licet intelligantur illa verba de deſcendentibus, requiritur tamen, quod ſint hæredes. Hoc etiam docuit Alciatus *in conſil.180.* inquiens, quod, etſi addantur verba, quibus denotatur, habitum fuiſſe reſpectum ad proſapiam, & nobilitatem generis, hæc tamen non impediant, quin utrumque debeat concurrere, & quod ſit de genere, & quod ſit hæres, *per not. Bart. & Alexan. in l. Ex facto. §. fin. ad Trebell. & reſpondet ibidem ad doctrinam Rainer. de Forli. quem contrariæ opinionis auctorem laudant, idq́ certum, indubitatum, & communiter receptum eſſe ait in conſil.178.num.3. & in conſil.160. idem multis confirmat Gratus conſil. 55. incip. ſuper contentis in allegat. facta. vol.1. ubi num.30.* ait, quod, licet dictio (hæres) capiatur de deſcendentibus, ex hoc non tamen ſequatur, non requiri ut illi deſcendentes ſint hæredes. Idque ſenſit etiam Sylvan. *in dict. conſil.30.* ubi *num.11.* ait eſſe clariſſimum, quod per hujuſmodi verba feudum non deſinit eſſe hæreditarium, ſed ſemper retinet vim & naturam hæreditarii feudi per conjunctionem omnium illorum verborum, quæ operantur hunc effectum, ut opus ſit concurſu eorum, quæ expreſſa ſunt, ex quo etiam dixit Didacus *in d. cap.18.* ſe non videre, cur propter ejuſmodi clauſulas ad dictionem (hæres) adjectas, filiis feudum competat hæreditatem paternam non obtinentibus. Præ cæteris clarius hoc explicat Camerarius *in d. §. Præterea ducatus.* ubi *pag.778.* Ergo verò dicam (inquit) non inconveniens eſſe, ut ſanguis & qualitas hæreditaria ſimul concurrant, & ſanguis reguletur à qualitate hæreditaria, *ſecundum Franciſc. de Aret. Jaſ. & alios in l. Quod dicitur, de verbor. oblig.* quaſi ſanguis reguletur à pacto. *c.1. de feudo non habent. propr. natur. feud.* pactum quoque eſt, per quod qualitas hæreditaria additur, quæ de re ex qualitate illa ſanguinem alterari poſſe dicemus. Et addit rationem, quia etiamſi omnia concurrant in hac ſpecie feudi hæreditarii, quæ concurrebant in feudo non hæreditario, non tamen illa ſimpliciter conſideramus, ſed modum ſtipulandi & concedendi quoque intuemur, quia in feudo hæreditario tenetur eſſe hæres in ipſo feudo, propter pactum ab initio generationis feudi expreſſum. *Hæc Camerarius.* Quibus verbis luculenter declarat, hoc quod ſimul de filiis dictum, & ſanguinis etiam fuit habita ratio, nihil obeſſe, quo minus dictio (hæres) ſuam vim atque proprietatem retineat, & feudum hoc modo conceſſum hæreditarium efficiat, & quod qualitas hæreditaria etiam conjuncta cum qualitate ſanguinis, ſemper tamen tanquam potentior prævaleat, & feudum hæreditarium conſtituat, tum ex mente concedentis, & recipientis, tum ex legis diſpoſitione multis rationibus probat Burſatus *in conſil.148.n.13.* licet interim quædam rationes ab

ipſo adductæ minus conveniant propriæ naturæ feudi hæreditarii, ſic, quod dictio (hæres) etiamſi ad filios reſtringatur, nihilominus ſuam naturam retineat, & feudum hæreditarium conſtituat, docuit *Alba in conſil. 3. num. 12. Joann. Anton. Cannet. in c. volentes.* §. *conſequenter differendum eſt.*

31 Præter † ea, quæ ex natura feudi ex pacto & hæreditarii & utriusq; differentia hactenus adduximus, probatur ſecundò iſta ſententia, etiam hoc argumento, quoniam, etſi ſimpliciter de hæredibus in inveſtitura dictum ſit, tamen id de filiis & deſcendentibus hæredibus inntelligitur *c. 1.* §. *Etſi clientulus, de alienat. feud. patern. & c. fin. Si de feud. defunct. controverſ. fuer. facit textus in l. Ex facto.* §. *fin. Ad S. C. Trebellian.* ex quo dixit Matth. de Afflict. *in c. 1. Ex quibus cauſis feud. amitt. num. 277.* illud verbum (hæres) exponi, id eſt, filius, videlicet quod ſit filius & hæres patris: & frequentiori omnium calculo receptum eſſe, quod dictio (hæres) ſit de filiis ſimul & hæredibus intelligenda, quamvis ſimpliciter inſerta ſit citra filiorum mentionem, ait Didacus, *lib. 2. Variar. reſolut. cap. 18. num. 3.* Hoc autem, quod dictio (hæres) ſimpliciter prolata de filiis intelligitur, nihil moratur, quò minus feudum hæreditarium efficiat: quin potius illa æquè commodè de filiis accipitur, atq; etiam ejus eſt potentiæ, ut filii tanquam hæredes vocati cenſeantur, atq; inde feudum hæreditarium conſtituatur. Sequitur igitur, idem etiam admittendum eſſe, quando ejuſmodi verba in inveſtitura addita fuerunt, quæ dictionem (hæres) de maſculis vel filiis hæredibus accipiendam declarant.

32 Expreſſio † enim eorum, quæ tacitè inſunt, præſertim eodem modo facta, quo inſunt, nihil operatur. *l. 3. de leg. 1. l. Non rectè. C. de fidejuſſor.* Hoc fundamento utitur Antonius Rubeus *in* §. *Quidam rectè. num. 19. l. Gallus. de liber. & poſthum.* ſubjungens, ſe non videre rationem, quare feudum acquiſitum pro ſe & hæredibus ſit hæreditarium, non autem acquiſitum pro ſe & hæredib. maſculis. Et quamvis Covarr. *in d. loco* conetur reſpondere argumentis Rubei, tamen ejus ſolutio non poteſt accommodari ad præſens argumentum, ſed potius ad aliud, quod Rubeus deſumſit *ex c. 1. An agnat. vel fil.* dicens; de jure feudorum non tranſit feudum ad filios, niſi hæredes ſint, ergo eſt hæreditarium.

Hoc enim argumentum non concludit, quando quis ex diſpoſitione juris feudalis cogitur eſſe hæres, ſed tum demum, quando propter expreſſam mentionem hæredum in acquiſitione factam quis cogitur eſſe hæres, prout inter hoſce duos caſus ſupra diſtinximus. Ideoque etiam ipſe Didacus hoc fundamento noſtro in verbis præcedentibus nititur pro confirmatione hujus opinionis, inquiens: cui & illud ſuffragatur, quod in feudo proprium eſt, hæc verba (& hæredibus) ad maſculos eſſe referenda, *c. 1. de natur. feudor.* & tamen feuda verbis his concepta hæreditaria ſunt.

Atque † hoc fundamentum vel ideò magis in propoſito noſtro urget, quoniam ex hoc ipſo, quod dictionem (hæres) etiam ſimpliciter prolatam de filiis intelligendam eſſe probavimus, manifeſtum eſt, verum eſſe illud, quod ſupra diximus, quemadmodum hoc, quod de filiis dicitur, non conſtituit feudum ex pacto, ita nec etiam contra feudum ex dictione (hæres) propterea appellari hæreditarium, quia de filiis non eſt facta mentio, ſed quia de filiis ut hæredibus dictum eſt: quippe cum etſi ſimpliciter de hæredibus dictum ſit, tamen de filiis intelligatur, neque hac de cauſa minus feudum hæreditarium inde efficiatur. Ex quo porrò ſequitur, ad conſtituendum feudum hæreditarium nihil intereſſe, an in inveſtitura ſimpliciter de hæredi-

hæredibus dicatur, an verò alia verba addita fuerint, quibus ad filios dictio (hæres) reſtringatur: cum utroq; caſu ſive tacitè, ſive expreſſè de filiis intellectum ſit, de iis ut hæredibus dicatur, & ſic una eademq; militet ratio feudum hæreditarium conſtituens.

34 Tertiò † hanc ſententiam etiam confirmat alio ratio: quoniam, niſi dictio (hæres) etiam eo in caſu, quo propter alia verba annexa ad filios reſtringitur, propriam ſuam vim & potentiam retineat, & feudum hæreditarium efficiat, eadem prorſus fruſtratoria & ſupervacanea eſſet: cum tamen in omni diſpoſitione verba ita ſint interpretanda, ne ſint ſuperflua *l. ſi quando, do leg. 1. c. Si pava. de privileg. lib. 6.* uſque eò, ut verba etiam minima aliquid operari debeant, *ut not. Bald. in Rubric. C. de contrahend. emt.*

35 Quod † quidem potiſſimum in inveſtitura procedit, cujus forma ita præciſa eſt, ut ab illius tenore non ſit recedendum *ut Bald. dicit in c. 1. § denique quæ fuer. prim cauſa benefic amitt per text. in c. 1. de duobus fratribus à capit. inveſt.* uſque adeò, ut quantumvis repugnent naturæ feudi, tamen tenor inveſtituræ ſit ad literam obſervandus, *ut dicit Roman. in conſil. 33. incip Viſo inveſtituræ tenore. in fin. quod dictum commendat, & pluribus aliis confirmat Curt. ſen. in conſil. 49. incip. Dux Mediolanenſ.* Ut igitur dictio (hæres) hoc caſu aliquid operetur, neceſſe eſt, ut qualitatem hæreditariam denotet, quemadmodum poſt alios conſideravit *Marian Socin. in conſil. 110. incip. In præſenti conſultatione. nu. 19 vol. 2. Cravetta in conſil. 131. incip. Ad primum quæſitum reſpondeo. n. 8.* Si enim, inquit, diſponens non intellexiſſet, quod liberi eſſent hæredes, quorſum attinebit de hæredibus meminiſſe, nonne adeſt nomen filiorum, aut liberorum, vel deſcendentium magis naturale & uſitatum? Itaque exiſtimari non debet de hæredibus dictum eſſe ſine myſterio. Ex qua ratione ſimul etjam confirmatur fundamentum proximè adductum.

Si † enim dictio (hæres) eo in caſu, quo ſimpliciter abſque filiorum mentione prolata, de filiis intelligi, & ſic aliquid præter qualitatem hæreditariam operari poteſt, feudum tamen hæreditarium efficit, multò magis id præſtabit, ubi de filiis eſt additum, cum, niſi de filiis ut hæredibus intelligeetur, prorſus eſſet fruſtratoria. Quam rationem multum commendans conſiderat etiam *Paul. de Caſtro in l. Ex facto §. fin. Ad SC Trebell. & ſequitur Socin. in l. Si filius qui patri. de vulgar. & pupillar in fin.* & quamvis Paul. de Caſtro in alio, dum videlicet arbitratur, dictionem (hæredibus) ſimpliciter prolatam ſolum de liberis non hæredibus intelligi, communiter reprobetur, per hoc tamen nihil decedit conſiderationi illius, qua tum, quando, ut in propoſito, alia verba ſunt addita, nititur, ſed potius illa magis confirmatur eo modo, ut jam oſtendimus. Nam quod majorem vim ad conſtituendum feudum hæreditarium habeat dictio (hæres) conjuncta cum aliis, quàm quando ſimpliciter eſt uſurpata, *ſenſit etiam Sigiſmund. Neapol. in d. conſil. 1. num. 46. Ibi. & tantò magis in caſu noſtro, in quo non eſt ſimpliciter vocatus hæres.* 36

Quartò † adminiculatur huic ſententiæ etiam alia vulgata regula, quæ docet, verba eſſe intelligenda in propria & potentiori ſignificatione. *l. Non aliter. de leg. 3. l. 1. § Si is qui navim, de exercit. l. Ab omnibus. de leg. 1.* Item rem omnem ab eo, quod eſt potentius, atq; efficacius, nomen ſortiri. *l. 1. §. Qui in perpetuum, Si ager vectigal. vel emphyteut. l. cum in diverſis, de relig. & ſumt. fun. l. quæritur. ubi not. Bart. de ſtat. homin. Jaſ. in l. 1. in princ. de verbor obligat.* Oſtendimus enim ſupra, ea verba, quibus filii denotantur in inveſtitura, non eſſe ejus potentiæ, ut ex propria ipſius ſignificatione feudum ex pacto & providentia efficere poſſint: quippe 37

Digitized by Google

cùm iſtud non utatur verbis in inveſtitura uſurpatis, ſed propria ipſius natura, quam ex ipſo jure feudali recepit. Contrà verò probatum fuit, dictionem (hæres) ex propria ſignificatione feudum hæreditarium conſtituere, *l. Hæreditas. de reg jur. l. Heres in omne. de acquir. hæredit.* & earum eſſe virium, ut priſtinam naturam feudi, ſecundum quam nomen conſequitur ex pacto in qualitatem hæreditariam tranſmutet, ut ſupra dictum eſt.

Sequitur igitur, feudum ex propria hac ſignificatione vocabuli (Hæres) tanquam potentiore hæreditarium magis, quàm ex pacto judicandum eſſe, quo fundamento ad confirmationem etiam communis concluſionis, quando videlicet de hæredibus ſimpliciter dictum eſt, utuntur DD. *ut patet ex Alexand. conſ. 19. incip. ſuper eo, de quo quaritur. num. 16. vol. 5.* & ad propoſitum noſtrum accommodavit, pluribusq; confirmavit Sigiſmund. Neapol. *in conſil. 1. incip. Dubitatur an inveſtitura. nu. 28 & Sylvan. in d. conſil. 30. nu. 11.* ubi ait, propriam ſignificationem illius verbi (hæredibus) eſſe, quod feudum efficiatur hæreditarium, *& Cur. in conſil. 138. num. 15.*

38 Accedit † hiſce quintò alia vulgata regula, qua etiam pro confirmatione hujus opinionis interpretes communiter utuntur, videlicet, quotiescunque duo ad aliquid requiruntur, quod tum neceſſe ſit, utrunq; concurrere. *l. ſi hæredes plures. de condit. & demonſtrat.*

Nam vel ex hoc veriſimile fit, quod, etſi ad dictionem (hæres) alia verba filios denotantia, in inveſtitura fuerint adjecta, non tamen propterea dictioni (hæres) de ſua propria vi atq; efficacia quicquam decedat, ſed quod potius omnium verborum effectus ſimul conſiderandus ſit, ita ut non ſufficiat, quem eſſe filium, niſi etiam ſit hæres ſimul. quo dato, neceſſariò ſequitur, feudum hoc hæreditarium eſſe, ſiquidem hoc ipſum, quod filius ex proprietate dictionis (hæres) in inveſtitura uſurpata hæres eſſe cogitur, ea eſt potentia, ut feudum hæreditarium efficiat, priſtina natura in hæreditarium immutata, ut ſupra dictum fuit.

Deniq; † ut ſententiam iſtam etiam exemplis magis illuſtremus, & auctoritatibus interpretum muniamus, ex jam dictis rationibus, licet non eo modo, ut à nobis factum eſt, declaratis, feudum hæredibus maſculis conceſſum hæreditarium eſſe, *ſenſit Jacob. de Belviſ. in c. 1. de eo, qui ſibi & hæredib. maſcul. ut fuſius refert Loſſi cæus in d. conſil. 1. num. 43. cum ſeq. Bald. in conſil. 200. incip. Feudum ſub iſta forma acquiſitum:* ubi dicit, quod ſi verba inveſtituræ dicunt, pro ſe & hæredib. maſculis, licet verbum (heredibus) intelligatur de deſcendentibus, tamen requiritur, quod talis deſcendens ſit ſucceſſor inveſtiti de feudo, allegans doctrinam Bart. & Cin. *in l. Jurisjurandi §. Si libert. de oper. libert.* Hoc etiam voluit *Joann. de Imol. in l. Cajus, ſolut. matrim. Alexan. in conſil. 13 incip. Perſpectis his, quæ in themate narrantur. num 9. col. 3. verſ. nec dicatur, quod illud. vol. 5. Albertus Brunus. conſil. 24. incip. Quod nobis benedictus. n. 3. verſ. ſed ſic eſt quod ſi iſtud, ubi allegat Hern. & ſcribentes in c. 1. An agnat. vel filius, & Alvarott. & Modern. poſt Jacob. de Ardizo. in c. 1. de eo qui ſibi & hæredibus maſcul. Idem tenuit Ripa in l. in quartam. num. 181. Ad l. Falcid. Pariſ. in conſil. 2. incip. Præſens legitimatio facta. n. 133. vol. 2.* ubi ait, proculdubio feudum eſſe hæreditarium, quando inveſtitura dicit, pro ſe & hæredibus maſculis *& in conſ. 2. incip. Conſultus ab illuſtri domino. num. 21. vol. 1. & in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. num. 163. vol. 1.* ubi addit rationem, quia nomen (hæredibus) alterat dictionem (maſculis) & hanc addit qualitatem, quod feudum dicatur hæreditarium, & dicit, per hoc reddi dubiam opinionem

nem Decii *in conſil. 181. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione, ut latius ibidem.*

Huic etiam ſententiæ ſubſcripſit Præpoſitus in c. 1. col. 4. verſ. ſed quid. An agnatus vel filius, ubi dicit, quod, ſi data eſſet emphyteuſis pro me & hæredibus maſculis, ea ſit hæreditaria, *& Matth. de Afflict. in c. 1. §. ſimiliter. de cap. qui cur. vendit. Rubeus Alexand. in d. §. Quidam rectè. l. Gallus, & in conſil. 18. ubi ait, Decium aliter tenentem dixiſſe contra communem. Curt. jun. in conſil. 1. incip. Primam amplector dubitationem. n. 13. Simon. in conſil. 39. inter conſil. ſtatus Montisferrat. n. 24. & Ruinus in conſil. 36. nu. 1. vol. 1.*
* *& hanc opinionem communem * eſſe præter auctoritates jam enumeratas, & quas in ſequentibus inveſtiturarum verbis porrò recenſebimus, etiam ex hoc manifeſtum eſt, quoniam ea nititur doctrina Bart. in d. §. ſi liberi. Nam hanc certam & indubitatam dicit Alciatus in conſil. 183. & communiter etiam approbatam affirmat, Gratus in conſil. 55. vol. 1. & claram ac veriſſimam eſſe Doctorum concluſionem,* quod feudum conceſſum pro ſe & hæredibus maſculis dicatur omnino hæreditarium, ſaltem quoad hoc, ut ad illud nemo admittatur, niſi qui fuerit hæres, ait Marian. Socin. *in conſil. 110. n. 19. vol. 2. &*
* *tanquam communem * latè defendit Sylvan. in conſil. 30. lib. 1. ubi aſſerit, hoc eſſe clariſſimum. & Didac. lib. 2. variar. reſol. cap. 18. ubi concluſ. 6. verſ. Et ſanè ſi verum eſt,* contra Decium aſſeverat, quod dictio (maſculis) tantummodo cenſeatur adjecta ad excluſionem fœminarum, non ad licentiam repudiandi hæreditatem, vel ad deſcendentes admittendos, qui non ſunt hæredes. & noviſſimè differentia illa an verbum (hæredibus) ſimpliciter proferatur, an verò cum dictione (maſculis) vel ſimilibus, ut propterea feudum minus dicatur hæreditarium, tanquam verbalis rejicitur *in Pedemont. deciſio. 166. nu. 2. ubi etiam allegatur Beroius in conſil. 65. & in conſil. 67. vol. 1. & hanc opinionem veluti commu-nem * & magis receptam ſequitur etiam* *
Joann. Thomas de Marin. tit. 5. de feudo hæreditario. num. 12. inquiens, ab ea non eſſe recedendum propter regulam ab Andr. de Iſern. ſcriptam, quæ docet, quod, ubicunque in aliqua conceſſione exprimitur illa dictio (hæredibus) ſemper dicatur feudum hæreditarium.

Hinc † etiam quando ultra di- 40
ctionem (maſculis) additur dictio (legitimis) & feudum alicui atque legitimis hæredibus maſculis conceditur, iſtud propter efficaciam dictionis (hæres) hæreditarium eſſe ſenſit Bart. communiter approbatus *in d. §. Si liberi*, ubi diſertè loquitur de Emphyteuſi pro ſe ſuiſque hæredibus legitimis acquiſita. Non itaque doctrinæ illi Bart. ſatisfaciet ſolutio Nattæ *in conſil. 130.* & Roland. à Vall. *in d. conſil. 67.* dum aiunt, Bartolum loqui duntaxat eo de caſu, quo feudum fuit receptum pro ſe, filiis, & hæredibus maſculis, quaſi ideò hoc caſu dictio (hæredibus maſculis) accipiatur de filiis ſolum, cum de iis prius dictum ſit, ne idem bis dixiſſe contrahentes videantur. nam Bart. non eo de caſu ſolum verba facere cuivis intuenti facilè patebit, & eundem in his ipſis terminis inveſtituræ ſecutus eſt *Alexand. in conſil. 18. incip. Attentis narratis in themate. num. 12. vol. 5. Curt. jun. conſil. 3. incip. Placet mihi præmiſſa conſultatio. num. 3. Paris in conſil. 2. & conſil. 16. & in d. conſil. 23. num. 9. vol. 1. Alciatus in d. conſil. 183. & de legitimis hæredibus loquitur idem in d. conſil. 160. & in conſil. 178. & Gratus in conſil. 4. incip. Dubitatur an illuſtris dominus, lib. 1. ubi num. 64.* dicit verbum (legitimis) non impedire, quin requiratur, quod filii hæredes adeant hæreditatem, & ſint veri hæredes. Nam, ut ait Paris, *in d. conſil. 2. num. 23.* verba illa appoſita ſunt modicæ conſiderationis.

Idem ſecutus eſt Joann. Thomas de Marin. in d. l. n. 13.

41 Sic † hæreditarium quoque feudum eſſe, quoties id hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus conceſſum fuerit, _diſertè docuit Andr. de Iſern. in c. 1. §. Etſi libellus. verſ. ſed quid ſi acquiſivit. de alienat. feud. patern. & in c. 1. §. Quid ergo in fin. de inveſtit. de re alien. fact. dum loquitur de inveſtitura regni Siciliæ, & multis aliis in locis examinatis à Sigiſmund. Loffred. in d. conſil. 1. ubi hanc_ * _opinionem tanquam communem * latiſſimè defendit, & in conſil. 46. n. 11. ubi allegat Neapol. Sebaſtian. in conſuetud. & ſequitur Gulielm. à Perno in 1. notab. num 8. Matth. de Afflict. in c. 1. n. 5. de alienat. feud. patern. & in c. 1. num. 59. Ex quibus cauſis feud. amittat. & ſecundum communem opinionem ejuſmodi feuda eſſe hæreditaria dicit idem in Neapol. deciſio. 195. n. 7. atq; ita in conſilio Neapolitano communiter pronunciatum eſſe, ait in deciſio. 240. & 140,_ addens minimè eſſe mutanda, quæ antiquam habuerunt interpretationem, & licet ibidem ſubjungat, ſe de libero arbitrio judicaturum in contrarium, & credere, ſe non errare: tamen eum contra communes opiniones hoc dicere ait Alciatus _in conſil. 189. incip. Pro comite:_ & quod conſilium Neapolitanum rectè in hoc judicaverit, teſtatur idem _in conſil. 183. incip. Inveſtituræ verba._ & magis receptam hanc eſſe concluſionem dicit Pariſ. _in conſil. 4. incip. Conſiderando diſpoſitionem juris communis. n. 27. lib. 1. Anton. Rubeus in d. conſil. 18. qui propterea Decium reprehendit, & Marin. in d. loco n. 28._

42 Quinimò † etſi ultra dictionem (maſculis) expreſsè etiam de filiis diceretur, & feudum alicui, & filiis atque hæredibus maſculis concederetur, tamen nihilominus ex proprietate dictionis (hæres) hæreditarium eſſe _ſenſit Bart. in d. §. ſi liberi: quem ſequitur Imol. in l. quod dicitur. col. 3 verſ. Sed tamen majus dubium: de verbor. obligat. Aretin. in l. apud Julianum. §. ſi quis alicui. de leg. 1. Paul. de Caſtro in l. ex facto §. fin. Ad SC. Trebellian. Alex. in l. quadam. de edendo. & in d. l. Quod dicitur. Jaſ. in Auth. unde ſi parens. n. 6. C. de inoffic. teſtam. & in l. ſi non ſortem. §. libertus: de condict. indebt_ ubi _n. 35. ait. ait, hoc communiter * receptum eſſe: & pro communi aſſeritur à Præpoſ. in c. 1. An agnat. vel filius,_ ubi quod ſi, inquit, in re non tranſitoria ad extraneos dictum eſt (pro ſe & filiis & hæredibus) tunc illa verba ſtant, ut ille loquitur, complexivè, ut volens obtinere, debeat eſſe & hæres & filius, & communem * opinionem DD. eſſe, quod, quando feudum acquiritur pro ſe, & filiis ſuis hæredibus, vel pro ſe & filiis ſuis, & hæredibus, requiratur utrunq;, ſcilet quod ſint filij & hæredes. _teſtatur Thomas Ferrat. in cautela. 37. Idem tenet Barbat in conſil. 66. incip. Et quidem viſis punctis. vol. 4._ ubi loquitur de inveſtitura facta pro ſe, & filiis, & hæredibus, & poſt multa in fine concludit, quod filii non veniant ut filii, ſed ut hæredes, & _Ruinus in conſil. 15. incip. Conſideratis diligenter omnibus. n. 6. vol. 1. ubi poſt Alex. in conſil. 44. incip. viſo themate ſupraſcripto. & in conſil. 128. incip. conſideratis verbis inſtrumenti. vol. 1._ & alios, quos allegat, dicit eſſe communem * opinionem, quod, quando conceſſio eſt facta ex contractu filiis hæredibus, utrunque requiratur, & intelligatur facta ut hæredibus _ſequitur hoc etiam Albertus Brunus in conſil. 24. incip. Quod nobilis Benedictus. n. 2._ ubi ait, quod hi caſus æquiparentur, ſive fiat conceſſio pro ſe & hæredibus, ſive pro ſe, filiis, & hæredibus, _& in conſil. 80 incip. Circa primum conſultationis articulum. n. 14._ addit rationem, quia mens concedentis & recipientis fuit, ut cautè intelligeretur proviſum filiis vaſalli, non tanquam filiis ſimpliciter, ſed tanquam hæredibus. Ex ejuſmodi etiam inveſtitura hæreditarium feudum latè defendit _Anton. ab Alex. inter conſil. Sigiſmund. Neapol. conſil. 52. Paris, in d conſil. 2 lib. 1._ ubi in ſpecie reprobans opinionem Decii, dicit hanc eſſe veritatem, & illa verba filiis & maſculis appoſita, eſſe modicæ conſiderationis:

tionis: ſed ſolum conſideranda illa (hæredibus & ſucceſſoribus) *& in conſil. 48. incip. Certum eſt: quod patronus. n. 10. vol. 4.* dicit communiter DD. concludere, quod emphyteuſis, ſeu feudum conceſſum alicui, & filiis ſuis, & hæredibus nullo pacto transmittatur, niſi ad illos, qui ſunt filii & hæredes, in quibus concurrunt duæ qualitates: non autem transfertur ad eos, in quibus tantum viget una qualitas; & deficit altera. communem * etiam hanc concluſionem appellat idem *in conſil. 4. incip. Conſiderando diſpoſitionem. num. 27. idq; multis auctoritatibus oſtendit in conſil. 23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. num. 162. & ſeq. vol. 1.* addens rationem, quia qualitas (hæredibus) eſt, quæ alterat nomen (filiis.) Et licet ibidem, ſicut quidam alii ex his, quos recenſuimus, feudum hæreditarium aliter accipiat, quàm communiter DD. tamen ſufficit, quod in hoc nobiſcum faciant illi, dictionem (hæres) non attentis verbis adjectis, iſtud operari, ut filius cogatur eſſe hæres: hoc enim dato, alterum etiàm, videlicet quatenus inde hæreditariam qualitatem aſſumat feudum, ex alia communi opinione ſupra *quæſtione 1.* à nobis firmata, facilè convincere licebit: ſic feudum pro ſe & filiis hæredibus acceptum pro hæreditario ſe obtinuiſſe in cauſa Treviſana, dicit Philipp. Port. *in lib. 1. concluſio. 16. verſ. Et quando eſt dictum, pro ſe & hæredibus:* ut proinde ex tot claſſicorum interpretum auctoritatibus, manifeſtum ſit, hanc ſententiam communi ipſorum calculo eſſe approbatam.

43 Ex † qua communi concluſione primò in aperto eſt, rectè nos ſupra ſtatuiſſe, feudum hæreditarium non ideo dici, quia de filiis nulla fuit facta mentio: ſed potius, quia de filiis ut hæredibus dictum eſt.

44 Deinde † hoc etiam ex eo clarum eſt, quod, licet DD. uno ore dicant, feudum ex providentia appellari, quando eſt acquiſitum pro ſe & liberis: id tamen non tam ex eo proveniat, quia de filiis dictum eſt, quàm quod filiis ut filiis ſimpliciter, & ſine hæreditaria qualitate eſt acquiſitum, id quod tum demum contingit, ubi nulla hæredum mentione facta, feudum conceſſum eſt, unde porrò efficitur, hoc, quod de filiis dictum eſt, in inveſtitura nihil obſtare, quò minus feudum hæredibus conceſſum hæreditarium cenſeatur, quippe cum hoc caſu nihilominus verum ſit, feudum filiis ut hæredibus conceſſum eſſe, quod unicum feudum hæreditarium efficit. Hiſce itaque tam rationibus, quam auctoritatibus adductus planè in eam ſententiam venio, ut, ſiquidem quæſtio iſta ſecundum communes interpretum doctrinas decidenda eſſet, exiſtimem, feudum hæredibus maſculis, vel alio ſimili modo tàm filios quàm hæredes denotante conceſſum non feudum ex pacto, ſed magis hæreditarium eſſe.

Non † obſtant huic ſententiæ ea, quæ ſupra pro prima opinione fuerunt conſiderata. Nam illa omnia ex hoc fonte derivata fuerunt, quod quidam exiſtimarunt, feudum ex pacto inniti proprietate dictionis (filiis) atque ex eo ſic appellari, quia de filiis expreſsè dictum, eiſdemq; per pactum nominatim proviſum ſit, ideoque putarunt, ubicunque filiorum facta eſt mentio, his ipſis verbis effici feudum ex pacto, vel ſaltem concurrente utraque qualitate, tam feudi ex pacto, quàm hæreditarii, feudum mixtum inde conſtitui. 45

Veruntamen rem aliter ſeſe habere, & verbum (filius) nihil conferre ad conſtituendum feudum ex pacto, quinimo niſi ſimpliciter, & abſque dictione (hæredibus) poſitum ſit, in conſideratione non eſſe; neq; ullum habere effectum, ex iis, quæ hactenus diximus, ſatis conſtat. Facilè igitur omnia illa ſuper fragili illo fundamento extructa corruent. *l. Egi. de except.*

rei

rei judic. l. hactenus.in fin.cum l. ſeq. de aqu. pluu. arcend. l. Nam origo. quod vi aut clam.c.Paulus.1.quæſt.1.

46 Sed † ut ſingulis etiam ſatisfaciamus, quod primò attinet ad communem illam interpretum doctrinam, qua feudum ex pacto deſcribitur illud eſſe, quod filiis conceſſum eſt, ſatis ſuperq; à nobis fuit declaratum, eam non hanc habere ſententiam, quaſi ex hoc ſolo, quod de filiis dictum eſt, feudum ex pacto conſtituatur, ſed inſuper neceſſe eſſe, ut filiis tanquam filiis ſine qualitate hæreditaria feudum concedatur. abunde etiam probavimus, hoc caſu, ubi hæredum ſimul facta eſt mentio, feudum filiis magis ut hæredibus, quàm ut filiis datum eſſe: & quod conſequens eſt, propter dictionem (hæres) adjunctam reliqua verba filios denotantia ad conſtituendum feudum ex pacto & providentia nullam vim atq; effectum habere. Non igitur doctrina illa ad propoſitum noſtrum pertinere poterit, ut ſupra copioſè demonſtravimus.

47 Quod † autem dictio (hæres) etjam de filiis rectè accipi poteſt, prout porrò dictum fuit, hoc non tam noſtræ ſententiæ reclamat, quàm communem illam diſtinctionem impugnat, qua aſſeritur, dictionem (hæres) in inveſtitura uſurpatam, qualitatem hæreditariam deſignare, atque adeò feudum immutata priſtina natura, hæreditarium efficere, ſicuti in prima quæſtione prolixè enarravimus. Cum autem hanc ipſam diſtinctionem etiam illi, qui primam tuentur opinionem, ſequantur, hoc ipſo concedentes, dictionem (hæres) hæreditariam qualitatem attribuere feudo: ideo hoc ipſorum argumentum infirmius eſt, quàm ut eo ſententiam noſtram infringere poſſint. Hoc enim nobis permiſſo, dictionem (hæres) qualitatem hæreditariam ſignificare, prout ipſimet fatentur; nihil porro refert, utrum etiam de filiis intelligatur: quin potius hæc ratio magis ſententiam noſtram confirmat, videlicet, hoc, quod de filiis ſimul dictum eſt, nihil obeſſe, quò minus feudum hæreditarium exiſtimetur, quemadmodum ſupra in ſecundo fundamento noſtræ ſententiæ à nobis dilucidatum fuit. Ut interim omittam opinionem Baldi. *in c.1. de eo, qui ſibi & hæredib. maſculis*, aſſerentis dictionem (hæres) in materia feudali non niſi de hærede ſangvinis accipiendam, communiter eſſe improbatam, *ut ait Alexand. in conſil. 19. incip. ſuper eo, de quo quæritur. n.16. vol.5. & Parïs. in conſil. 21. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. n.167. vol.1. & alii in 1.quæſt. citati.*

Sic † etiam quæ de communi uſu loquendi dicta ſunt, ea ſi locum haberent, non tam huic concluſioni noſtræ eſſent contraria, quàm communem DD. diſtinctionem ſubverterent, cum ſecundum illa nullum poſſit dari feudum hæreditarium. Cæterum cum non attento hoc vulgari modo loquēdi contrarium communiter receptum ſit, facilè conſtat, hanc vulgi interpretationem non uſq; adeò in conſideratione habendam eſſe, præſertim cum hic de vi ac pondere verborum ex jure communi agatur, quo caſu non attendendum eſſe communem uſum loquendi, *docet Innoc. in c. ex literis. de ſponſal. quem ſequitur Anton. de Butr. ibi*, dicens: ubi agitur de intellectu, vi & pondere verborum, prout ſonant in jure, tum non ſecundum ſenſum vulgi verba ſunt accipienda, ſed potius horum intellectus erit in pectore judicantis. *Idem ſenſit Abb. in d. c. ex literis*, addens rationem, quia verba debent habere vim & proprietatem ſecundum juris diſpoſitionem: idq; ait notandum contra ruſticos, qui poſt perfectum contractum dicunt, ſe non percepiſſe vim atque effectum verborum.

Non † obſtat etiam: quod ratione adjuncti verba mutent naturam ſuam, nam licet hoc detur, tamen propter verba adjecta, natura dictionis (hæres)

res) ejuſdemque propria ſignificatio, non amplius mutata cenſebitur, quàm ratio adjunctorum ferat. Ex quo duntaxat hoc licebit inferre, quod dictio (hæres) quæ alioqui poſſet intelligi de quibuſvis hæredibus, propter filiorum mentionem additam, intelligatur tantum de filiis hæredibus. Quod autem hoc etiam inde ſequi debeat, ut filii omnino hæredes eſſe non teneantur, hoc eſt præter naturam verborum adjunctorum, ut videlicet qualitatem illam hæreditariam penitus tollant: poſſunt enim conſiſtere ſimul, quod quis filius, & etiam hæres eſſe cogatur, ut patet ex omnibus fundamentis, & auctoritatibus ſupra adductis, præſertim ex iis quæ tradit *Sigiſmund. Loffred. in conſil. 1 num. 31. & Curtius in conſil. 138. incip. Habita diligenti & matura conſideratione. num. 14.* Quoties autem verba ſimul ſtare, & propriam ſignificationem retinere poſſunt, tum ſemper ita facienda eſt interpretatio, ne proprietas eorum lædatur, quoad ejus fieri poſſit. *l. 2. C. de noxal. action. c. Cum dilectus. de conſuetud.* ac magis in potentiori ſignificatione accipienda, quàm ut eis quicquam derogetur. *l. 1. Si ager vectigal. vel emphyteut.* ita ad hanc regulam in effectu reſpondet Sigiſmund Neapol. *in d. conſil. 1. num. 147.* Atq; hæc conſideratio in propoſito tum hoc reſpectu magis urget, quoniam dictioni (hæres) illud adjungitur, quod aliàs ex propria natura rei ineſt. nã vel hac de cauſa minorem vim ad immutandam proprietatem dictionis habere debet. *l. 3. de leg. 1. l. Non rectè. C. de fidejuſſor,* tum etiam quia id, cui adjungitur, videlicet dictio (hæres) potentius eſt adjuncto. qualitatem enim hæreditariam vincere ſangvinis qualitatem ſupra ſatis oſtenſum eſt.

Ex quibus tandem efficitur, dictionẽ (hæres) vim atq; potentiam ſuam retinere non obſtante, quod ſimul etiam de filiis dictum eſt: cum præſertim illa omne iſtud, propter quod reliqua verba adjecta, dicuntur conſtituere feudum ex pacto, tollat, atque efficiat, ut filii non ut filii, (quod proprium eſt feudi ex pacto) ſed ut hæredes (quod congruit hæreditario feudo) vocati cenſeantur, quemadmodum ſupra dictum eſt. *e*

50 Doctrinæ † verò Matth. de Afflict. tum demum locus eſſe poſſet, quando ex adjuncto appareret, quod quis feudum velit eſſe ex pacto & providentia, quemadmodum natura ejuſdem feudi ex pacto requirit. Ad hoc autem non ſufficere, filiorum factam eſſe mentionem, ſed inſuper exigi, ut de filiis tanquam filiis, videlicet omiſſo vocabulo (hæredibus) dicatur, abunde à nobis probatum eſt. Non igitur doctrina hæc dextrè intellecta ad propoſitum noſtrum pertinere, neque, ſi ſecius acciperetur, tanquam communiter reprobata ſubſiſtere poterit.

Hinc etiam ceſſant ea, quæ de conſideranda mente atque intentione diſponentium dicta fuerunt. minimè enim concedimus, hanc fuiſſe mentem contrahentium, quod feudum ex pacto conſtituere voluerint: ſed contra dilucidè probavimus, verba, quibus uſi fuerunt, magis convenire feudo hæreditario. quare ſecundum hanc propriam verborum ſignificationem magis de mente ipſorum judicandum, quàm contra verba prolata de ea divinandum erit. *l. Verbis. de vulgar. & pupill. ſubſtit. l. Plautius de aur. & argent. legat. l. non aliter. in princ. de legat. 3. l. 1. §. Si ei qui navem. de exercit.*

Quæ denique circa primum argumentum adductæ ſunt auctoritates interpretum, illæ, quatenus huic noſtræ ſententiæ adverſantur, tàm rationibus, quàm etiam contrariis auctoritatibus à nobis adductis facilè deſtruuntur, ut illæ probabili fundamento deſtitutæ penitus curandæ non ſint.

Doctrina † verò Andr. de Iſern. qua ſecundo loco nituntur primam defenden-

fendentes opinionem, non ita accipienda eſt, quaſi ex eo ſolo feudum ex pacto conſtituatur, quando apparet, ſub nomine (hæredibus) de filiis intellectum eſſe. hoc enim ad conſtituendum feudum ex pacto non ſufficiens eſſe, abundè docuimus: ſed potius hanc habet ſententiam, ut tum quidem feudum ex pacto dicatur, quando probatum fuerit, concedentem & acquirentem feudum dictionem (hæredibus) qua uſi fuerunt, intellexiſſe de filiis ut filiis, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ: nam tum propter hanc mentem atque intentionem contrahentium, qua omnem qualitatem hæreditariam remotam eſſe voluerunt, meritò pro feudo ex pacto reputabitur. Ex eo verò, quod ſimul de filiis & hæredibus dictum fuit, minimè apparet, feudum fuiſſe quæſitum filiis, ut filiis, ſine qualitate hæreditaria, ſed potius ex iis, quæ hactenus diximus, manifeſtum eſt, hoc caſu filiis ut hæredibus eſſe conceſſum. Non igitur doctrina iſta ad propoſitum noſtrum accommodari poterit. Eam autem iſto, quo diximus, modo accipiendam eſſe, probatur ex iis, quæ ſupra de natura feudi ex pacto copioſè declaravimus. Diximus enim, ad feudum ex pacto non ſufficere, quod de filiis dictum vel intellectum fuerit: ſed inſuper neceſſe eſſe, ut filiis tanquam filiis quæſitum ſit. Secundum hanc igitur propriam naturam feudi ex pacto ſumenda erunt verba Andr. de Iſernia, cum regulariter verba ſecundum ſubjectam materiam, ejuſdemq; naturam intelligenda ſint. *l. Si uno. ff locat. l. Si inſulam. de præſcript. verbis. l. Si ſtipulatus. de uſuris.*

Deinde hoc idem apparet ex eo, quod exigit probationem, filios intellectos eſſe ſub dictione (hæredibus.) Nam ſi putaret ille, ſatis eſſe, quod de filiis ſimpliciter intellectum ſit, utique nulla neceſſaria eſſet probatio, cum ſemper ſub nomine hæredum filii comprehendantur. Ut igitur locus ſit hiſce verbis, neceſſe eſt, eum magis aliquid ad conſtituendum feudum ex pacto requirere, quod probationem exigat, atq; adeò eum non hoc ſentire, quaſi ex hoc ſolo, quod de filiis intellectum eſt, feudum ex pacto efficiatur, (tunc enim nulla probatione opus eſt) ſed potius, quando de filiis ita eſt intellectum, ut illis feudum ſine qualitate hæreditaria conceſſum eſſe videatur, id quod verbis prolatis repugnans, probationem, quam ipſe conſiderat, requirit. Præterea hanc eſſe mentem Andr. de Iſernia, patet ex verbis ejus paulò ante præcedentibus, ubi, dum loquitur de feudo acquiſito pro ſe & hæredibus, ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus ait, dictionem (hæredibus) exponi de liberis; neq; tamen propterea minus hanc ſpeciem feudi conjungit cum feudo ſimpliciter pro ſe & hæredibus conceſſo: hoc ipſo ſatis innuens, etſi dictum ſit de liberis, nihilominus tamen feudum hæreditarium eſſe, niſi eluceat, de liberis ut liberis, ſine qualitate hæreditaria dictum fuiſſe. Secundum hæc itaq; etiam in verbis paulò poſt conſequentibus intelligendus erit, ne ſibimetipſi contrarius fuiſſe videatur. Idem ſuadetur ex verbis continuò ſequentibus, dum ait: ut tunc habere videatur partem cum patre vivo. Hæc enim verba locum habere non poſſunt in eo, qui ut hæres vocatus eſt, ſed duntaxat in eo, cui feudum ſine qualitate hæreditaria eſt conceſſum. Neceſſariò igitur accipiendus erit, de eo caſu, ubi probatum fuerit, de filiis ut filiis, non autem de filiis, ut hæredibus dictum eſſe, quod proprium eſt feudi ex pacto & providentia. Deniq; ſi aliter acciperemus illa verba, nunquam poſſet dari feudum hæreditarium, cum ſemper ex ipſa natura feudi de filiis intellectum eſſe videretur, & quod conſequens eſt, diſtinctio illa penitus deſtrueretur. quod ſanè eum, qui diſtinctionem iſtam ita exactè obſervavit, voluiſſe, veriſimile non eſt. Idq;

copio,

copioſius etiam probat *Sigiſmund. Neapol. in d. conſil. 1. n. 135.* multis oſtendens argumentis, Andr. de Iſern. minimè hoc ſenſiſſe: ad quod ſupra fuit citatus.

52 Ut † proinde rectè huc accommodari poſſit illud, quod dicit Matth. de Afflict. *in c. 1. num. 20.* de vaſallo, qui contra conſtit. Lothar. verba Andreæ de Iſernia ponderanda eſſe, non tranſcurrenda. Cumque ex his evidens ſit, Andreæ de Iſern. longè aliam fuiſſe ſententiam, quam fuerunt interpretati illi, qui primam tuentur opinionem: facilè inde colligitur, etiam hanc ipſorum opinionem, quæ, hac doctrina Andre de Iſern. non ſatis intellecta potiſſimum nititur, admodum debili & fragili ſuffultam eſſe fundamento, & propterea minus etiam auctoritatibus ipſorum tribuendum.

53 Ad † tertium argumentum facilè reſponderi poteſt. Nam etſi verba illa, quæ denotantia filios, ſunt addita dictioni (hæredibus) feudum ex pacto non efficiant: non tamen propterea ſupervacanea ſunt, cum dictionem (hæres) quæ alioqui generalis eſt, & tam fœminas comprehendit, quàm maſculos, declarent, atque reſtringant ad hæredes maſculos, ac licet dictio (hæres) hanc interpretationem etiam aliàs ex natura feudi & regulis juris feudalis recipiat, quia tamen rarum non eſt, ut ea, quæ alioqui tacitè inſunt, majoris declarationis gratia exprimantur: ideo in propoſito locus eſſe non poterit regulæ ſupra adductæ, tum quia ea, quæ majoris declarationis gratia adduntur, non dicuntur eſſe ſuperflua: neque carere effectu, licet ulterius nihil operentur. *l. Qui mutuam. §. 1. Mandati. gl. l. Pupillus. §. fin. de verbor. ſignificat. l. Quæ dubitationis. & ibi Decius. de reg. jur. Ruinus in d. conſil. 59. incip. Caſus iſte de quo quæritur. num. 18. vol. 3. Socin. in conſil. 102. num. 11. lib. 3. Cephalus conſil. 104. incip. Pactum dubitationis ſic ſe habet. num. 14. cum aliis in hanc ſententiam adductis à Tiraquell. de retract. §. 21. n. 5.*

Tum † etiam, quia ubicunq; ea exprimuntur, quæ alioqui tacitè inſunt, non ſolet eſſe locus regulæ, quæ docet, verba intelligenda eſſe cum effectu aliquid operandi, ſed potius ſuccedit alia, quod ea, quæ inſunt ex natura alicujus rei expreſſa, eo modo, quo inſunt, nihil operentur. *l. 3. de leg. 1. l. Non rectè. C. de fidejuſſor.* ita iſtam regulam poſt Joann. Andr. *in c. ſolitæ ſuper gl. in verbo tanquam, de major. & obedient. declarat & limitat Alex. in conſil. 23. incip. Viſo themate. vol. 1.* 54

Tum † denique quia, licet verba aliquid operari debeant, neceſſe tamen eſt, ut ſecundum propriam ipſorum naturam operentur, non autem contrà: verba enim operantur ſolum id, quod poſſunt operari de jure & de facto: non autem quod nequeunt, *ut ait Bald. in addit. ad ſpecul. tit. de emtio. & vendit. quem refert. Capoll. in Rubric. de verbor. ſignificat.* ſic etiam ſatis operantur, ſi ſecundum naturam rei, de qua dicitur, effectum ſortiantur, *ut docet Bald. in Rubric. C. de contrahend. emt. in IX. quæſt. quem refert. Alexan. in conſil. 21. incip. Viſo compromiſſo. & arbitramento. nu. 9. vol. 5. & per textum in l. ſi legati ſervi. de legat. 1. idem tradidit Jaſ. in Rubric. de verbor. obligat. num. 15. verſ. ſexto. Barthol. Socin. in conſil. 47. incip. In primo præſentis conſultationis. col. 3. verſ. Præterea magis ad propoſitum. vol. 1. Paris in conſil. 110. incip. Promiſſio & obligatio facti alieni. num. 19. part. 1. Zaſius in conſil. 8. n. 38. vol. 2.* Hoc autem, ut feudum dicatur eſſe ex pacto & providentia, non dependet à proprietate dictionis (filiis) ſed potius ab ipſa natura feudi, ſecundum quam feudum ſine qualitate hæreditaria conceſſum filiis ut filiis quæſitum æſtimatur. 55

Non igitur hæc illorum verborum efficacia eſſe poterit, ut feudum ex pacto efficiant, cum id non ſolum ſit præter, ſed & contra propriam ipſorum,

rum, atque etiam rei ſubjectæ naturam, ut videlicet etiam tum feudum ex pacto cenſeatur, quando ſimul de hæredibus dictum, & filiis ut hæredibus conceſſum eſt, per ea, quæ ſupra adducta ſunt.

Præterea nos hoc ipſum argumentum ſuperius contra retorſimus, atque oſtendimus, iſtud magis ſententiam noſtram confirmare, quippe cum alioqui, ſi feudum pro feudo ex pacto eſſet reputandum, dictio (hæredibus) penitus ſuperflua foret, neq; tum huic argumento rationibus illis, de quibus jam diximus, ſatisfieri poſſet.

56 Quarto † fundamento ſi locus eſſe deberet, etiam hoc inde ſequeretur, etſi in inveſtitura nulla filiorum facta mentione de hæredibus dictum eſſet, tamen hoc feudum pro hæreditario reputandum non eſſe, intelligendo nimirum dictionem (hæredibus) ſecundum naturam feudi, de filiis, abſque qualitate hæreditaria: ſed cum ab omnibus interpretibus communi calculo receptum, atq; approbatum ſit, dictionem (hæredibus) ejus eſſe efficaciæ, ut naturam feudi non hæreditariam in hæreditariam transmutet, atque hinc feudum hæreditarium efficiat, ut ſupra copioſè probavimus: minimè hic verſamur in caſu dubio, quo verba ſecundum naturam rei eſſent interpretandæ, ſed magis in caſu claro, ubi ex proprietate dictionis (hæredibus) certò conſtat, acquirentem voluiſſe contra propriam naturam feudi filiis ut hæredibus providere, per ea quæ in hanc ſententiam *in prima quæſtione* fuêre adducta. In incertis autem non in certis locus eſt conjecturis. *l. continuus. §. cum ita, de verbor. obligat. l. in his. de condit. & demonſtrat.* & cum in verbis nulla eſt ambiguitas, non admittitur voluntatis quæſtio. *l. ille aut ille. §. 1. de leg. 3.* de qua quidem acquirentis voluntate in propoſito vel eò certius ex verbis in inveſtitura uſurpatis conſtare cenſetur, quò magis inveſtituræ tenor ad literam etiam contra ipſius feudi naturam attendendus eſt, ut ſupra firmavimus.

Neq; hæc interpretatio juri communi contraria dici poterit, cum eandem vim & efficaciam dictioni (hæres) jus ipſum attribuat, ut ſupra dictum eſt: quibus addi poſſunt ea, quæ pro reſolutione hujus argumenti tradit Sylvan. *in d. conſil. 30. num. 31.* Quin etſi hoc naturæ feudorum repugnet, tamen, quia pacta contrahentium adeò pollent, ut naturæ feudorum derogare queant, nihil mirum, cur ſecundum verba magis, quibus uſi ſunt contrahentes, quàm propriam ipſorum naturam; feuda dijudicentur. Atque hinc etiam ſimul tollitur ultimum argumentum, cum, ut dictum eſt, nos hic minimè verſemur in caſu dubio, ſed potius in caſu certo, propter verba manifeſtæ inveſtituræ, quibus ſanè omnino ſtandum erit, quidvis alioqui feudorum natura ſuadeat.

Everſis † hoc modo omnibus fundamentis primæ opinionis, haud paulò minus quem movere debent auctoritates eorum, qui illi fuerunt adſtipulati. Nam ſi quis contra cum illis compoſuerit auctoritates eorum, qui nobiſcum faciunt, facilè deprehendet, hoſce illos tam pondere, quàm numero longè vincere, atque adeò hanc ultimam ſententiam non modò ſolidioribus fundamentis ſuffultam, ſed etiam crebriori claſſicorum interpretum calculo eſſe approbatam: cum præſertim hæc eadem nitatur inter cætera etiam doctrina Bart. *in d. §. ſi liberi, & in d. l. Quod dicitur,* quam communiter receptam eſſe uno ore omnes fatentur. Meritò itaque hanc etiam ſententiam communem eſſe plerique aſſeruerunt. 57

Deinde ex ſupra commemoratis interpretibus quidam verba illa (hæredibus maſculis) intelligunt de liberis & deſcendentibus ſolum ad excluſionem

ſionem videlicet extraneorum, non autem quò ad hoc, ut ideo minus filii cogantur eſſe hæredes, de quo in propoſito verba facimus: *& ita loquuntur Alexand. & Jaſ. in d. §. Etiamſi à parente: & Alexand. in d. conſil. 105. vol. 4. & Gozadin. in conſil. 26. incip. In cauſa illuſtriſſimorum dominorum.* haſce autem quæſtiones plurimum inter ſe differre, facile cuivis patere poterit ex iis, quæ tradunt DD. *in d. l. Quod dicitur. & in d. §. Etiamſi à parente.* Maximè verò Baldi auctoritas in propoſito explodenda videtur, cum is generaliter dictionem (hæres) in feudis pro hærede ſangvinis acceperit, & nullum feudum hæreditarium admiſerit, ut planum eſt ex iis, quæ tradit *in d. capit. 1. de eo, qui ſibi & hæredibus maſcul. & ex conſilio ipſius, quod refertur à Matth. de Afflict. in prælud. feudor.* Eſt enim hæc ejus opinio ab omnibus reprobata, & contra à maxima interpretum parte receptum, dictionem (hæredibus) adeò vires ſuas extendere, ut immutata priſtina natura, feudum hæreditarium efficiat, *ut ſupra quæſtione 1. & 2. oſtendimus*, Ideoq; Barth. Camer. *in d. §. Præterea ducatus fol. 774.* Bald. inquit, volens in ſuo conſilio ſpeciem hanc feudi explicare, toto cœlo erravit, ſicque Afflictum errare fecit in ſuis prælud. feudor. ut nihil boni ſcripſerit.

Decius autem, & cæteri aſſeclæ nituntur potiſſimum hac reprobata opinione Bald. & verbis Andr. de Iſern. quem aliter, ac ipſi acceperunt, ſenſiſſe ſupra demonſtravimus. Quare illorum auctoritas fundamento omnino deſtituta minus ponderis habere poterit: ideoq; opinionem Decii rectè improbavit *Paris. in conſil. 138. vol. 1. Gratus in d. conſil. 4. Et Camerarius in d. §. Præterea ducatus, & pleriq; alii ſupra citati.* & quantumvis Matth. de Afflict. ſeductus autoritate Baldi de veritate hujus opinionis glorietur: tamen eandem in judicando non fuiſſe obſervatam, ſed contrarium potius communiter receptum, in ſuis deciſionibus idem fateri cogitur.

Præterea prima opinio ex eo profecta eſt, quod exiſtimatum fuit, feudum ex pacto dependere à proprietate dictionis (filiis) vel ſimilium. Sed nos contra probavimus, verba illa ad conſtituendum feudum ex pacto nihil conferre, atque adeò, qui aliter arbitrati ſunt, naturam feudi ex pacto non ſatis percepiſſe: quare vel hac de cauſa de auctoritate eorum utpote à recto ſcopo aberrantium minus curandum erit.

Denique hæc ipſa opinio plurimum derogat proprietati dictionis (hæres,) & eò uſque progreditur, ut tandem nullum pene locum relinquat feudo hæreditario, & quod conſequens eſt, uno ore approbatam diſtinctionem penitus deſtruat: contra verò ſententia noſtra innititur potiſſimum proprietate dictionis (hæredibus) à qua communis illa diſtinctio tota dependet, atque adeò huic diſtinctioni optimè convenit, ut planum eſt ex argumentis ſupra in utramq; partem adductis. Cumq; differentia iſta communiter approbata, ac propterea ab illa recedendum non ſit, hac etiam ratione auctoritates eorum, qui ſecundæ ſententiæ diſtinctioni illi conſentaneæ ſubſcripſerunt, longè ſuperare, atque vincere debent illos, qui primam ſequentes opinionem à communi iſta diſtinctione longius deflexerunt.

Quod † porrò ad ultimam opinionem attinet, quæ tertiam ſpeciem feudi, mixti videlicet conſtituit, ea etiam ſtantibus his: quæ hactenus firmavimus, minimè ſubſiſtere poterit. Hæc enim (ut ſæpe jam monuimus) ex hoc fundamento profecta eſt, quod multi exiſtimarunt, quemadmodum feudum hæreditarium innititur proprietate dictionis (hæres) ita etiam feuda ex pacto dependere à dictione (filiis) atq; adeò hanc dictionem (filiis) ejus eſſe potentiæ, ut feudum ex pacto efficiat, 58

 ſicut

ſicut dictio (hæredibus) feudum hæreditarium. Nam hinc putarunt, quoties tàm de filiis, quàm de hæredibus dicitur, utramque qualitatem tam feudo ex pacto, quàm hæreditario convenientem concurrere, & propterea feudum mixtum rectè conſtitui. Verum nos ſupra firmavimus, feudum ex pacto minimè inſiſtere proprietati dictionis (filiis) neque ideo ſic nominari: quia de filiis dictum fuit in inveſtitura, ſed potius verè illud eſſe feudum ex pacto, quod filiis ut filiis ſine qualitate hæreditaria eſt conceſſum: id quod magis ex propria feudi natura dependet, quàm à proprietate dictionis (filiis,) ut proinde hæc dictio ad conſtituendum feudum ex pacto nihil conferat: contrà verò oſtendimus, ubicunque feudum non conceditur filiis, ut filiis, ſed magis ut hæredibus, quod tum feudum ita tranſeat in hæreditarium, ut priſtina natura feudi, ſecundum quam feudum ex pacto eſſe cenſetur, penitus immutetur, atque adeo feudi ex pacto vel etiam ejus, quod de filiis dictum eſt, nulla amplius ducatur ratio.

Quomodo igitur quæſo ex hoc, quod de filiis dictum eſt, feudum mixtum conſtitui poterit? Nam mixtum demum illud rectè dicitur, in quo qualitates utriuſque ſpeciei ſimul coeunt, ita ut altera alteram non abſorbeat, ſed utraque vim atque robur ſuum obtineat, atque adeò ex utraque ſimul exiſtente, tertia quædam ſpecies utriq; communis producatur, *ut not. gl. communiter approbata in l. 5. §. Sed ſi plumbum: de rei vendicat. & in §. Quod ſi frumentum. Inſtit. de rer. diviſio.* In propoſito verò, ubi de hæredibus ſimul dictum eſt, dictio (filiis) ad conſtituendum feudum ex pacto nihil confert, nihilq; præterea adeſt, quod feudo ex pacto conveniat, ejuſdemque naturam ſeparatã à feudo hæreditario conſervet, ſed potius omnis illa natura feudi, ſecundum quam ex pacto dicitur, & à feudo hæreditario diſtingvitur, propter dictionem (hæredibus) adjectam in qualitatem hæreditariam ita tranſmutatur, ut amplius in conſideratione non ſit. Non itaque ratione feudi ex pacto, quod non amplius exiſtit, feudum hoc mixtum rectè cenſeri poterit. Non entis enim nullæ ſunt qualitates. *l. 3 § fin. de action. empti, l. fin. de collat. bonor. l. 1. de hæred. vend. l. Ejus qui in provincia. ſi cert. petat.*

Quin etſi aliqua ducenda adhuc eſſet ratio ejus qualitatis, unde feudum ex pacto & providentia efficitur: quia tamen altera qualitas hæreditaria longè eſt potentior, uſque eò, ut illam penitus immutet, ſecundum hanc potius feudum pro hæreditario erit reputandum, quam ut inde mixti feudi ſpecies conſtituatur: cum regulariter pluribus qualitatibus concurrentibus ab eo, quod eſt potentius, denominatio fieri debeat.

l. cum in diverſis. de Relig. & ſumt. fun. c. Quod in dubiis. de conſecrat. Eccleſ. not. Bart. & DD. in l. Quæritur. de ſtat. hom. cum ſimil. ad hoc propoſitum congeſtis per Jaſ. l. imperium. num. 3. De jurud. omn. jud.

Secundò opinio iſta etiam hoc laborat vitio, quod illi, qui hanc ſpeciem feudi mixti conſtituerunt, arbitrati ſunt, dictionem (hæres) in inveſtitura uſurpatam hoc tantum præſtare, ut quis hæres eſſe cogatur: interim verò in cæteris nihil derogare naturæ feudi ex pacto & providentia. nam cum in hoc ſolum propter dictionem (hæres) recedatur à propria natura feudi, ut quis hæres eſſe teneatur, iſtud verò in reliquis priſtinam ſuam naturam retineat: inde putarunt, propter haſce concurrentes qualitates mixtũ quoddam effici. Quamobrem iidem feudum mixtum etiam illud appellarunt, quod ſimpliciter hæredibus eſt conceſſum, abſque dictione (filiis.) quia nimirum dictio hæres, ut opinati fuerunt illi, nihil aliud operatur, quàm

quàm ut quis hæres eſſe cogatur,& feudum nihilominus in cæteris naturam feudi ex pacto conſervat, quemadmodum ex locis ſupra adductis licet cognoſcere. Ut proinde hæc opinio profecta ſit ex ſententia eorum, qui arbitrati ſunt, feudi hæreditarii naturam in eo duntaxat conſiſtere, ut quis hæres eſſe teneatur. Sed nos ſupra quæſtione prima & ſecunda opinionem iſtam copioſè refutavimus, & contra oſtendimus, magis eſſe receptam ſententiam eorum, qui exiſtimant, feudum hæreditarium ex proprietate dictionis (hæres) eam qualitatem aſſumere,ut priſtina natura feudi in hæreditariam tranſmutetur, & in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedatur. Quare ex hoc ipſo etiam opinio illorum,qui feudum mixtum conſtituunt utpote ſublato fundamento, quo innititur, penitus deſtruetur: cum præſertim eatenus progrediatur, ut idem etiam in feudo hæredibus ſimpliciter conceſſo ſtatuat, atq; adeò communem illam diſtinctionem, qua feudum hæreditarium à feudo ex pacto ſecernitur, labefactare conetur. Non igitur opinio iſta ſubſiſtere poterit,refragante communiter approbata dictinctione, & illis, quæ pro declaratione ejuſdem ſupra *quæſtione 1.* ex crebriori interpretum ſententia prolixè aſſeruimus.

Tertiò, huic mixtæ feudi ſpeciei reluctatur etiam id, quod ſupra *quæſtione 1.* firmavimus, feudum hæreditarium rectè ex pacto & providentia dici. Nam cum in illo etiam ſimul concurrat pactum & providentia concedentis & acquirentis, neq; tamen ex hoc efficiatur feudum mixtum, ſed qualitate hæreditaria illam alteram abſorbente hæreditarium inde conſtituatur: certè neq; hoc caſu feudum pro mixto reputare poteris,quantumvis ex eo,quia de filiis dictum eſt, ex pacto & providentia cenſeri poſſet. Hoc enim, ut jam diximus,nihil obſtat, quò minus feudum hæreditarium exiſtimetur ex proprietate dictionis (hæres.)

Quartò, opinio iſta confunditur etiam omnibus illis argumentis, quibus ſupra confirmavimus, ſpeciem hanc feudi, de qua verba facimus, eſſe referendam ad feudum hæreditarium. illa enim non ſolum probant, hoc feudum hæreditarium eſſe, ſed ſimul etiam excludunt omnem conſiderationem feudi ex pacto & providentia: quippe cum oſtenſum ſit, proprietatẽ dictionis (hæredibus) omnem illam naturam feudi, ſecundum quam iſtud ex pacto cenſetur, extingvere penitus, atq; perimere. Non itaq; ratione feudi ex pacto hæc ſpecies feudi mixta eſſe poterit.

Quinimò iidem ipſi, qui hanc ſpeciem feudi mixti effinxerunt, vix ſibimet ita conſtare poterunt, ut ex propria ipſorum conceſſione non impugnari queant. Concedunt enim ipſi, dictionem (hæres) in hoc genere inveſtituræ uſurpatam, nihilominus hanc habere efficaciam,ut is, qui feudum conſequi vult,juxta naturam feudi hæreditarii hæres eſſe compellatur. Quo dato,neceſſe eſt, ut ſimul etiam admittant,vocabulum (hæres) non obſtante, quod ſimul, de filiis dictum fuit,vim atq; potentiam ſuam retinere, & quod conſequens eſt,feudum hæreditarium efficere. Neq; porro refert,quam huic dictioni proprietatem aſcribant. Aut enim hanc ei efficaciam tribuunt, ut propriam naturam feudi, ſecundum quam dicitur feudum ex pacto & providentia, in hæreditariam tranſmutet, juxta communem opinionem,quæſtione prima & ſecunda à nobis firmatam, & tum,omnem qualitatem feudi ex pacto abſorbente qualitate hæreditaria. in aperto erit, nullam hoc caſu rationem duci feudo ex pacto, neq; adeò feudum mixtum, ſed potius propter efficaciam dictionis (hæres) merè hæreditarium eſſe: Aut ſi negabunt,hanc eſſe potentiam dictionis (hæres) ſed eam tantummodo hoc efficere aſſerent, ut quis hæres eſſe cogatur: neque

feudum inde qualitatem hæreditariam aſſumere, hoc ipſo teſtatum facient, ſe reclamare communiter approbatæ ſententiæ, de qua in prima & ſecunda quæſtione egimus, & quod conſequens eſt, iiſdem argumentis confutabuntur, quibus communem illam opinionem defendimus: ut proinde, hi qui tertiæ hujus ſpeciei auctores fuerunt, quatenus dictioni (hæres) hanc aſſignant potentiam, ut qualitatem feudi hæreditarii conſervet, atque hac ratione feudum mixtum efficiat, proprio jugulentur gladio, atque adeò longè facilius ſuſtentari poſſit opinio illorum, qui propter verba adjecta proprietatem dictionis (hæres) penitus non conſiderandam exiſtimant, atque hinc feudum hoc modo conceſſum feudum ex pacto eſſe concludunt, quàm horum opinio, qui locum relinquentes proprietati hujus dictionis, feudum mixtum effinxerunt. Sed cum neq; feudum ex pacto eſſe poſſe ſatis jam firmatum ſit, reſtat ut ſit feudum hæreditarium.

Si cui tamen vocabulum iſtud (mixtum) uſq; adeò arriſerit, ut nulla ſibi ratione id diſſuaderi patiatur, cum illo amplius in contentionis arenam non deſcendemus, modò nobis permittat, hanc feudi ſpeciem, ad qualitatem hæreditariam quod attinet, eundem habere effectum, quem ſupra aſſcripſimus feudo hæreditario, atque adeò filios vel agnatos in eo feudo factum defuncti præſtare debere, *ut ſenſit Menochius in conſil. 161. num. 5. vol. 1.* Hoc enim dato, nihil ſanè refert, utrum feudum mixtum vel hæreditarium dicatur, quemadmodum etiam ſupra quæſtione prima de vocabulo iſto monuimus: licet interim hac ratione nihil omnino interſit inter feudum hæreditarium & mixtum, ac propterea etiam fruſtra hoc ab illo diſtingvatur, & longe rectius eodem deſignentur nomine. De his hactenus: Quæ ideò copioſius fuerunt explicanda, quia non ſolum plurimum conferunt ad rectius percipiendum naturam feudi ex pacto, & hæreditarii, ſed etiam eorum, quæ de hiſce duabus inter ſe differentibus ſpeciebus prolixè tradidimus, exiguus eſſet uſus, niſi etiam cognitum, atque perſpectum foret nobis, quid judicandum ſit de iſto feudorum genere, in cujus conceſſione tàm de filiis, quàm de hæredibus ſimul fuit dictum: quippe cum ſæpius hoc modo feuda concedi ſoleant, quàm ut de filiis vel hæredibus tantum dicatur.

Præſertim † verò in Germania, ubi feuda plerunque conceduntur hæredibus maſculis ex corpore legitimè deſcendentibus. **Für ſich vnnd ſeine Mennliche Leibes Erben**: vel. **vor ſeine Mennliche eheliche geborne Leibes Erben.** Nam etiam feuda hoc modo conceſſa, hæreditaria eſſe propter dictionem (hæredibus) in inveſtitura expreſſam, ex iis, quæ hactenus enarrata ſunt, abunde apparet. 59

Non igitur fruſtratoria vel ſupervacanea erit hæc inveſtigatio: ſed maximam potius habebit utilitatem in quæſtionibus juxta interpretum doctrinas definiendis. nam ſi remotis auctoritatibus, ex ipſis juris feudalis capitulis negotium decidendum offerretur: tum ſecundum ea, quæ in prima quæſtione monui, in alia omnia facilè diſcederem. Sed quia interpretum magna ſolet eſſe apud judicantes auctoritas, ac propterea veſtigiis ipſorum omnino inſiſtendum, ideo horum pleniorem explicationem & enucleationem negligendam non eſſe duximus.

Verum † major ſubeſt dubitatio, quid de hoc feudorum genere judicandum ſit, quando inſuper in inveſtitura de feudalibus hæredibus dicitur, & feudum hæredibus feudalibus ex corpore legitimè deſcendentibus conceditur: **Ehelich geborne Leibes Lehens Erben**/ in quem modum apud nos feuda plerunq; concedi ſolent. 60

Nam

Nam cum in hac formula inveſtituræ multa concurrant, quibus declaratur, tam concedentem quàm acquirentem feudum magis ad jus agnationis, & ſucceſſionem ſanguinis, quàm ad proprietatem dictionis (hæredibus) & qualitatem hæreditariam, quæ inde colligi ſolet, reſpexiſſe, utiq; ea, quę pro prima opinione fuerunt conſiderata, longè magis urgere videntur: quippe cum nemini dubium ſit, geminatio-
61 nem † ad ſignificantius declarandum pręciſam mentem contrahentium maximam vim habere. *l. Baliſta. ff. Ad S.C. Trebell. Auth. ſive à me. C. Ad Vellejan. l. Quinquaginta: de probat. Bartol. in l. Cum ſcimus. C. de agricol. & cen. lib. 11.*

62 Primò † enim dicitur: **Ehelich geborne**/ quod cum idem ſignificet, quod dictio (legitimis) duntaxat filios & deſcendentes reſpicit, *ut docet Gozadin in d. conſil. 26. num. 30. Socin. in d. conſ. 137. & in d. conſil. 112.*

63 Deinde † additur vocabulum **Leibes Erben**: quod vocabulum non niſi de filiis intelligi poteſt: & idem eſt, ac ſi dictum foret (ex corpore deſcendentibus) quæ verba feudum ex pacto & providentia denotare ſenſit *Decius, & Socin. in conſiliis ſupra adductis.*

64 Præterea † quod maximi momenti eſt, inveſtitura hæc expreſsè reſtringitur ad hæredes feudales, ſive beneficiarios **Lehens Erben**: quo vocabulo dilucidè ſignificari videtur, tam concedentem, quàm accipientem minimè ſucceſſionem hæreditariam, ſed tantum jus agnationis & ſanguinis ſucceſſionem, quæ feudorum naturæ maximè eſt conſentanea, conſideraſſe, & hac potiſſimum de cauſa his verbis uſos fuiſſe, ut inter hæredes hæreditatis, & hæredes feudales differentiam conſtituerent, atq; adeò hoc ipſo teſtatum redderent, non neceſſe eſſe, ut illi, qui in feudo ſuccedere volunt, ſimul ſint hæredes hæreditatis, & jure hæreditario ſuccedant, ſed ſufficere, ſi in feudo, ſuccedant, juxta regulas juris feudalis quod ſolum jus agnationis conſiderat, & cum qualitate hæreditaria nihil habet commune. Non igitur feudum his verbis conceſſum pro feudo hæreditario, ſed potius pro feudo ex pacto & providentia exiſtimandū erit, cum, ut dictum eſt, ſolis feudalibus hæredibus ſit conceſſum. Feudales enim hæredes dicuntur ad differentiam hæredum vulgarium, nec obligantur ad adeundam defuncti hæreditatem, ſed poſſunt, ea relicta, nihilominus capere feudum, prout illa verba declarat *Marian. Socin. jun.* conſulens ſuper verbis inveſtituræ vulgari noſtro idiomate ita conceptis. **Jhme vnd ſeinen Mann Lehens Erben von ſeinem Leibe geboren**/ quæ interpretatur pro ſe, & maſculis hæredibus beneficiariis *in conſil. 35. incip. In præſenti conſultatione. numer. 15. verſ. Et inprimis ad clariorem demonſtrationem: & num. 19. verſ. Et præterea dico, quod pactum prædictum: volum. 4.* ubi etiam inde concludit, ejuſmodi feudum, nec quidem propter pactum adjectum, ut hæredibus vulgaribus illud poſſidentibus, dominus feudi pro recuperatione ejus certam pecuniæ ſummam ſolveret, hæreditarium fieri: *In iiſdem terminis idem conſuluit Jacob. Philipp. Port. in conſil. 1. num. 34. ubi feudalium hæredum fit mentio: & conſil. 2. in ſecundo dubio. In eodem caſu planius atq; apertius hoc docuit Carolus Molinæus cum aliis nonnullis JCtis Pariſienſibus, ut apparet ex ejus conſiliis in caſa Illuſtriſſimi Principis Philippi Landtgravii Haſſiæ contra Comites à Naſſau editis, quæ habentur in primo Tomo conſil. 18: incip. viſis & diligenter excuſſis clauſulis: ubi num. 3.* concludit, quod inveſtitura concepta pro ſe & hæredibus beneficiariis ſeu feudalibus, ſinguli de linea maſculina ſucceſſionem habeant jure contractus, & inveſtituræ, etiamſi aliter non ſint hæredes: ſicut quando conceſsio facta eſſet alicui pro ſe & filiis & nepotibus, allegans pro hoc

text. *in c. Unico, ibi per inveſtituram patris & avi, de feud. March. & Ducat. c. 1. de grad. ſuccedent. in feudo c. 1. §. Hoc quoque: & ibi gloſ. in verſ. inveſtituræ: de ſucceſſion. feud. Bart. & Alex. in l. ſi mihi & Titio. de verbor. obligat. & nu. 8. illius conſil. 18.* porrò, inquit, Germanos apto verborum diſcrimine ſimplices hæredes abinteſtato vocare hæredes vulgares, ſeu proprietarios, ad differentiam feudalium, qui jure inveſtituræ, non jure hæreditario veniunt. *Item nu. 12. & 13.* dicit apertius, feuda ſic conceſſa non eſſe hæreditaria, nec de trunco hæreditatis, ſed jure & titulo particulari contractus & inveſtituræ deferri, nec venire in petitione hæreditatis. Idem Molinæus *conſil. 22. incip. viſis & diligenter examinatis prolixis allegationibus nu. 18. & ſeqq.* dicit, feuda devolvi jure inveſtituræ, neque eſſe hæreditaria, niſi prout dicuntur aliqui hæredes ſanguinis, vel hæredes militares, ad differentiam hæredum patrimonii: quibus (ut ipſe loquitur) diametraliter opponuntur. Ultra ea, quæ adducunt Socin. & Molinæus, circa hæredes feudales ita etiam concludit Bald. *in quodam conſil. non impreſſo, ſed tantum relato à Matth. de Afflict. in prælud. feud. in 6. quæſtio.* Nam ibi *in verſ. Addo quod ſi dicat*, inquit Bald. Quod ſi princeps dicat: Concedo feudum tibi & tuis hæredibus feudalibus, hoc ſolum de filiis intelligitur, nec tenentur eſſe hæredes. Facit etiam pro hac ſententia doctrina Bald. *in Auth. Si quas ruinas. in 3. col. verſ. in contrarium. C. de ſacroſanct. eccleſ.* ubi concludit, Quod ſtipulatio facta pro ſe & filiis dicatur ſimpliciter facta uti filiis, & non hæredibus, quia, inquit, ſola qualitas filiationis eſt expreſſa, ideoque & illa ſola debet conſiderari. Nam & in propoſito qualitas ſucceſſionis feudalis expreſſa, eademq; inſuper à ſucceſſione hæreditaria ſejuncta videtur: Sola itaque ſucceſſio feudalis ſine qualitate hæreditaria in conſiderationem veniet. Hanc doctrinam Bald. ſequitur, & magis confirmat etiam Marian. Socin. *in l. Gallus. §. Quidam rectè. num. 43. verſ. ſed advertendum eſt, ſentiens, eam in puncto juris veram & magis æquam eſſe.* Ait enim, cum in ſtipulatione tantummodo de filiis (ut in propoſito de hæredibus feudalibus von Lehens Erben dictum eſt) facta ſit mentio, quod ſatis iniquum ſit, velle ut inſuper filii ſint hæredes (Land Erben Hæredes vulgares) atque adeò plus requirere, quàm verba ſtipulationis in ſeſe continent. tandemq; ſubjungit ita declarandam eſſe gloſ. & DD. *in l. ſi tibi. §. Pactus. in gl. fin. De pactis,* dum volunt, quod pater cenſeatur ſtipulari pro filiis & hæredibus, *per l. ſi pactum. de pact. cum ſimilibus*, ut videlicet hoc locum non habeat, quando de filiis dictum fuit, quemadmodum in propoſito de feudalibus hæredibus. Accedit hiſce, quod, ſi feudum iſtud nihilominus pro hæreditario reputandum eſſet, tum præter cætera vocabula filios denotantia maximè dictio iſta (feudalibus) prorſus omni effectu careret, & penitus ocioſa eſſet: cum tamen verba in omni diſpoſitione ita intelligi debeant, ne ſint ſuperflua, ſed ut aliquid operentur. *l. ſi quando. C. de teſtament. c. ſi papa. de privileg. in 6. & eſt notabile dictum Bald. in rubric. C. de contrahend. empt. in 9. quæſt. Id quod præcipuè in feudis circa verba inveſtituræ conſiderandum eſſe, docet Alvarott. in c. 1. num. 2. in tit. de feud. non hab. prop. natur. feud.* Ne itaque inanis ſit illa dictio (feudalibus) ita erit accipienda, ut remota ſucceſſione hæreditaria, deſcendentes ad feudum vocet, qui hæredes vulgares non ſint. ita in ſpecie etiam hanc uſitatam in Germania formam inveſtituræ interpretatus eſt præſtantiſſimus Germaniæ JCtus Udalricus Zaſius *in ſua epitome. feud. in rubric. de ſucceſſio. feud. in 5. concluſio. verſ. Fallit hæc concluſio, circa fin.* inquiens, per hæc verba, quibus feuda vaſallo & hæredibus ſuis feudalibus vulgò Ihme

vnd

vnd ſeinen Lehens Erben conferuntur, quorum frequens apud nos uſus eſt, ambiguitatem iſtam tolli, quam DD. circa feudum hæreditarium movent an in eo agnatus poſſit ſuccedere, etiam hæreditate repudiata, & propterea adjectionem hanc hæredum feudalium minimè eſſe ocioſam, ut nuper quidam improvidè putarat. Hæc illi.

65 (f) Cæterum † etſi hæc ſpecioſè dicantur: (f) ſi tamen quis contra feudum iſtud pro hæreditario aſſerere vellet, is ex proprietate dictionis (hæredibus) in inveſtitura uſurpatæ hoc facilè defendere poterit rationibus & auctoritatibus ſupra adductis, quibus oſtendimus, ejus dictionis hanc eſſe vim atq; potentiam, ut, licet aliis quibuſdam vocabulis ſimul adjectis ad filios reſtringatur, efficiat tamen, ut feudum non filiis tanquam filiis ſine qualitate hæreditaria quæſitum videatur, (id quod proprium eſt feudi ex pacto & providentia) ſed potius filiis ut hæredibus conceſſum eſſe exiſtimetur, (quod unicum ad conſtituendum feudum hæreditarium ſufficit) & quod adeò omnia illa feuda hæreditaria eſſe judicentur, in quorum conceſſione de hæredibus dictum fuit, non attento, utrum inſuper etiam de filiis aditum, & dictio (hæredibus) ad hæredes maſculos & filios, qui alioqui in feudis duntaxat ſuccedere ſolent, coarctata fuerit. Quamvis itaque in propoſito aliquot fuerint addita vocabula, quibus ſignificatur, dictionem (hæredibus) de ſolis filiis accipiendam eſſe, hoc tamen obſtaculo eſſe non poterit, quò minus feudum ex proprietate dictionis (hæredibus) filiis ut hæredibus conceſſum, atq; inde hæreditarium exiſtimetur. Idq; ad dictionem (legitimis ex corpore deſcendentibus, Ehelichen gebornen Leibs Erben,) quod attinet, ex iis, quæ ſupra firmavimus, manifeſtum eſt. Nam de hiſce expreſsè dictum, & tam rationibus, quàm auctoritatibus probatum fuit, vocabula iſta nihil derogare proprietati dictionis (hæredibus.)

Omnis † igitur difficultas conſiſtet in interpretatione dictionis (feudalibus hæredibus Lehens Erben.) Sed ad hoc objectum etiam reſponderi poteſt, quod, etſi demus, hanc dictionem eſſe ejus efficaciæ, ut illos, qui in feudo ſuccedere poſſunt, ſeparet à cæteris hæredibus, id eſt, fœminis, noſtro idiomate Land Erben appellatis: inde tamen minimè ſequatur, eos, qui ſuccedunt, hæredes non eſſe, neq; jure hæreditario ſuccedere debere: quin potius contra ex proprietate dictionis (hæres) manifeſte colligitur, illos ut hæredes vocatos eſſe, & propterea neceſſe habere, ut in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedant ad exemplum ejus, quod ſupra de dictione (maſculis) copioſè diſſeruimus. Nam ſicut ex eo, quod dictio (maſculis) & ſimiles uſurpatæ in inveſtitura vocabulum (hæredibus) ad filios tantum reſtringunt, cæteros verò hæredes excludunt, non ſequitur, filios propterea hæredes eſſe non debere, ſed potius ex proprietate dictionis (hæres) ut hæredes vocati eſſe cenſentur, atque adeò neceſſe eſt, ut utraq; concurrente qualitate, tam filii quàm hæredes ſint, ut ſupra firmavimus: Ita etiam ex eo, quod dictio (feudalibus Lehens) poſita eſt ad ſeparationem reliquorum hæredum (der Land Erben) minimè colligi poterit, eoſdem hæredes feudales, ſive Lehens Erben / hæredes eſſe non debere, cum, etſi dictio (hæredibus) propter vocabula quædam adjecta reſtrictionem recipiat ad filios, vel hæredes ſanguinis (qui ſunt hæredes feudales) eadem tamen nihilominus proprietatem ſuam retineat, & jus atque nomen hæredis denotet, atque adeò par ſit, ut utraq; concurrente qualitate utriusq; etiam tam dictionis (feudalibus) quàm etiam dictionis (hæredibus) effectus conſideretur, *ut ait Curtius in d. conſil. 118. num. 18. & Cravetta in d. conſil. 131. num. 8. Didacus d. c 18. num. 2. & alii ſupra relati:* ut proinde omnia illa, quæ ibidem in ſecundam ſententiam fue- 66

runt

runt adducta, in propoſito locum ſibi vendicent, & quibus argumentis & auctoritatibus probavimus, dictionem (maſculis) impedimento non eſſe, quò minus feudum propter efficaciam dictionis (hæredibus) hæreditarium ſit, iiſdem etiam convincatur, neq; dictionem feudalibus (Lehens) quicquam derogare proprietati dictionis (hæredibus) ſed nihilominus feudum hoc ex natura dictionis (hæredibus) hæreditariam qualitatem inducentis, hæreditarium eſſe. Deinde pro clariore explicatione horũ vocabulorum, & pleniore reſolutione hujus objecti, conſiderandum eſt, dictionem illam (Lehens Erben Hęredibus feudalibus) non quidem concernere diverſitatem bonorũ, neq; bona feudalia ab allodialibus ita ſeparare, ut is, qui hæres eſt feudalis, non cogatur eſſe hæres hæreditatis, ſed ſolum hæredes feudales diſtingue-
(g) re à cæteris hæredibus, *(g)* qui feudi capaces non ſunt & vulgo LandErben/ dicuntur. Hæc verò, quæ inter haſce perſonas eſt differentia, minimè in eo conſiſtit, quaſi hęredes feudales non ſimul etiam in cæteris bonis hęredes eſſe cogantur, (ſiquidem contingit ſæpius, ut illi, qui hæredes feudales ſunt, ſimul etiam in cæteris bonis ſuccedant, atq; inde etiam LandErben/ vocentur) ſed potius omnis diverſitas perſonarum, quam hæc vocabula deſignant, in hoc verſatur, ut hæredes vulgares LandErben/ qui non ſunt capaces feudi, à ſucceſſione feudi excludantur, & duntaxat admittantur hæredes feudi capaces. Non igitur ex illis verbis colligi poterit, quaſi feudales hæredes in cæteris bonis, vel etiam in ipſo feudo hæredes eſſe non teneantur: quippe cum hoc non ſolum pugnet cum proprietate harum dictionum, quæ tantummodo perſonarum, non autem bonorum diverſitatem ſpectant, ſed etiam obluctetur menti, atque intentioni proferentium, qui duntaxat eò reſpexerunt, quod capaces feudi ad ſucceſſionem vocare, reliquos verò excludere voluerint. Sunt enim verba vel maximè ſecundum mentem & intentionem proferentium accipienda. *l. Quoniam indignum. C. de teſtament. l. Nec virum. C. de fideicommiſſ. l. Non aliter. de leg. 3. latè Jaſon. in l. 3. C. de liber. præterit.* & verba prolata ad unum effectum, contrarium operari non debent. *l. Legata inutiliter. de adim. legat.* Prorſus autem contrarius effectus reſultaret, quando verba in eum finem prolata, ut perſonas feudi capaces ab iis, qui in feudo ſuccedere nõ poſſunt, ſeparent, in eum etiam ſenſum deflecterentur, quaſi is, qui ſuccedere poteſt in feudo, non cogeretur eſſe hæres in cæteris bonis, vel etiam in ipſo feudo, minimè itaque hoc admittendum.

Denique † ſi verba iſta hanc haberent ſententiam, *(h)* ut ſucceſſorem 67 (h)
feudi liberarent ab onere adeundi hæreditatem, non ſolum hoc ipſo penitus deſtrueretur communiter approbata diſtinctio inter feudum ex pacto & providentia: quippe cum apud Germanos, quibus hæc forma inveſtituræ uſitata eſt, nunquam vel rarò daretur feudum hæreditarium, ſed etiam hoc ipſo corrigeretur tit. *An agnat. vel filius.* (*i*) qui requirit, ut filius volens (i)
conſequi feudum paternum teneatur adire hæreditatem. Huic enim diſpoſitioni locus eſſe non poſſet, ſiquidem feuda eſſent conceſſa hæredibus feudalibus, & horum verborum hæc deberet eſſe potentia, ut filius ſine aditione feudum tanquam ſucceſſor feudalis conſequi poſſet. Sed cum hoc ipſum verba iſta non ſatis clarè denotent, quin potius, ut paulò ante oſtenſum fuit, contrarium deſignent; magis in eam ſententiam erunt accipienda, ut juri communi conveniant, quàm ut eidem derogent.

Sunt † enim verba ita intelligenda, ut quo ad ejus fieri poſſit, jurium 68
correctio evitetur. *c. Cum expediat: de electio.*

electio. lib. ſexto. idque cum procedat etiam in verbis ſtatutorum, multò magis in verbis contrahentium locum habebit, quorum mens præſumitur fuiſſe talis, qualis legis eſt: *l. Ex facto, in princ. ubi Bald. & alii. de vulgar. & pupill. Bald. in c. 1. colum. 2. Apud quos contr. inveſtit. term. Paris. d. conſilio 1. num. 114. vol. 1.* Ideoque nemo eorum, qui in foro noſtro fuerunt verſati, hactenus aſſeverare auſus fuit, dictiones haſce in uſitata illa forma inveſtituræ uſurpatas, vel communem illam diſtinctionem tollere, vel tit. *An agnat. vel filius* corrigere: (*k*) quin potius qui juris noſtri fuerunt peritiſſimi, iidem tam communiter illi approbatæ diſtinctioni, quàm etiã diſpoſitioni d. tit. *An agnat. vel filius* in foro noſtro locum reliquerunt, ut apparet ex iis, quæ *ſupra quæſtio. 1. in fin.* monuimus, & ex conſilio quodam Clariſſimi viri D. Fachs, (*l*) qui jam dicta ratione motus non ſolum exiſtimavit, verba illa (hæredibus feudalibus Leibes Lehens Erben) nihil derogare tit. *An agnat. vel filius*, ſed inſuper etiam diſertè aſſeruit, feudum hoc modo conceſſum hæreditarium eſſe, quemadmodum ex verbis ejus in fin. hujus quæſtio. ſubjectis videre licet. Ut proinde vel ex hoc ipſo manifeſtum ſit, vocabula iſta (hæredibus feudalibus) minimè inducere ſeparationem bonorũ feudalium, & allodialium, neque hoc inde effici, quaſi is, qui hæres eſt in bonis feudalibus, non teneatur eſſe hæres in bonis allodialibus: ſed hoc ſolum deſignare, ut illi tantum qui feudi ſunt capaces, admittantur: reliqui verò hæredes feudi non capaces, à ſucceſſione excludantur, id quod cum quæſtione, utrum etiam illi, qui ad ſucceſſionem feudi admittuntur, hæredes eſſe debeant, nihil habet commune, ſed totum hoc à proprietate dictionis (hæres dependet. Nihil itaque ex proprietate dictionis (feudalibus) ad correctionem dictionis (hæredibus) inferri poterit, cum præſertim ſimul ſtare poſſint, ut aliquis ſit hæres feudalis, & tamen jure hæreditario in feudo ſuccedat. Ex quibus tandem efficitur, ex communi uſu loquendi iſtud deſumi non poſſe, quod inde colligunt Marianus, Socinus, Molinæus, & Zaſius, & quod conſequens eſt, etiam omnia illa, quæ ex ex hoc falſo præſuppoſito porrò inferunt, penitus corruere, ut interim omittam, potius conſiderandam eſſe vim, & efficaciam verborum, quam jura ipſis attribuunt; quàm conſuetudinem loquendi vulgarem, ut ſupra probavimus.

Atq; hinc etiam apparet, ex præſumta mente contrahentium minimè labefactari poſſe hanc noſtram interpretationem: quippe cum ſatis jam indicatum ſit, quod is, qui feudum acquirit hæredibus feudalibus (Lehens Erben) minimè videatur ſeparaſſe bona allodialia à feudalibus, ad qualitatem ſucceſſionis quod attinet, ſed quod voluerit, excluſis cæteris, illos modò vocare, qui feudi ſunt capaces, cum qualitate tamen hæreditaria, quam proprietas dictionis (hæredibus) deſignat. Quinimò etſi concederemus, horum vocabulorum (hæredibus feudalibus) hanc eſſe efficaciam, ut deſignent, ſucceſſorem feudi in cæteris bonis allodialibus hæredem eſſe non debere, atq; eundem ab onere adeundi hæreditatem liberent: non tamen hoc obſtaret, ut propterea minus ex proprietate dictionis ſucceſſor ut hæres vocatus eſſe, & quod conſequens, feudum hæreditarium exiſtimaretur. Expoſuimus enim ſupra, hujus dictionis (hæredibus) hanc eſſe proprietatem, ut, quotieſcunque ea in inveſtitura fuerit uſurpata, quis in ipſo feudo tanquam hæres jure hæreditario ſuccedere adigatur. Quare licet propter dictionem (feudalibus) adjectam quis in cæteris bonis hæres eſſe non teneretur, tamen vel ob hoc ipſum, quod ex proprietate dictionis (hæredibus)

ad feu-

Digitized by Google

ad feudum ut hæres vocatur, & jure hæreditario in ipſo feudo ſuccedit, iſtud pro hęreditario reputandum erit, quicquid alioqui de cæteris bonis allodialibus ſtatuatur, nam ſupra *quæſt. 1. & 2.* abunde firmavimus, feudum hæreditarium non ideo dici, quod quis in reliquis bonis hæreditariis hæres eſſe teneatur: ſed propterea, quia in ipſo feudo hæres eſſe cogitur, licet bona allodialia ad alium hæredem devolvantur: ut ita ex vera interpretatione dicti vocabuli (feudalibus) nihil excerpi poſſit, quod ſententiam hanc valdè impugnet. Neq; obſtant, quæ de verbis inveſtituræ cum effectu intelligendis dicta fuerunt. Nam iis ſupra, ubi de dictione (maſculis) egimus, abunde eſt ſatisfactum. Non enim dici poteſt, vocabulum (feudalibus) hoc modo, ut diximus, intellectum, eſſe ſuperfluum, cum ſatis operetur excludendo fœminas, quemadmodum ſupra de dictione (maſculis) probavimus: quin etſi ultrà hanc dictionem alia etiam addantur vocabula, quibus, excluſis fœminis, ſoli filii ſignificentur, non tamen propterea hæc dictio (feudalibus) inanis eſſet, cum eadem reliquos feudi incapaces à ſucceſſione excludat, ut ſunt clerici, muti, furioſi, & ſimiles.

69 Nec † quicquam refert, etiam aliâs quamlibet feudi conceſſionem ex ſuis natura de ſucceſſoribus, qui feudi ſunt capaces, intelligi: quia non rarum eſt, ut ea, quæ alioqui tacitè inſunt, majoris declarationis gratia exprimantur, imò vel ob hoc ipſum, quia clarius exprimitur, quod aliàs ex natura feudi tacitè comprehenditur, de alio effectu horum verborum amplius non anxiè curandum erit, multoque minus eam ob cauſam, ut operentur aliquid, ad juris communis correctionē quicquam inferri poterit. Nam quæ dubitationis tollendæ gratia adduntur, jus commune non lædunt. *l. Quæ dubitationis. de reg. jur. cum aliis ibi adductis per Decium & Cagnol. Decius conſil. 193. num. 5.* ſed ſatis dicuntur operari, quando removent dubitationem, quæ ſubeſſe poterat. *Roman. in conſil. 117. incip. Hoc præmiſſo ſtatuto. col. 2. Alexan. in conſil. 33. incip. Viſo themate, col. 2. lib. 1. Corneus in conſil. 201. incip. Viſis nonnullis actis col. pen. Poſt medium verſ. Et licet quidam lib. 3. Cravett. in conſil. 70. incip. in contractu matrimonii celebrati. nu. 29.* neq; verba dicuntur ſuperflua, quę effectum habent legitimum. *Mar. Salom. in l. Gallus. § ſuperfluum. de liber. & poſthum.* & ſufficit, quod operentur ſecundum naturam rei appoſitæ. *Zaſius in conſil. 8. num. 38. vol. 2.* Non enim cenſentur ejuſmodi verba appoſita ad operandum vel augendum, ſed ad declarandum naturam ipſius feudi. *arg. l. Qui mutuam. Mandat. & l. Alimentorum. de aſsig. libert. ita reſpondet Bartol. Socin. conſil. 19. incip. Pro deciſione prædicta in ſecunda colum. in 1. part.* item cenſentur addita ad majorem expreſſionem. *arg. l. 1. §. ſed ſciendum. verſ. Ego puto. de Aedil. edict. per quem textum hoc tradit Marian. Socin. jun. in conſil. 128. incip. Præſentis conſultationis. num. 42. in 1. part.*

Hæc † etiam locum habent, licet verba ſint geminata. Nam ſæpe geminantur verba in inſtrumentis, ut plenius ſibi quis provideat, non ut aliud operentur, *ut ait Abb. in conſil. 117. col. fin. verſ. Nec obſtant. lib. 2. quem refert & ſequitur Cravett. in d. conſil. 70. num. 30.* 70
Quod verò attinet ad auctoritates Bal. Marian. Socin. Molinæi & Zaſii: illæ præter rationes, quibus eaſdem refutavimus, vel ea de cauſa minus ponderis habere debebunt, quoniã ſupra commonſtratum fuit, Bald. in hac materia feudi hæreditarii à vero ſcopo & à communi ſententia interpretum longè aberraſſe, atq; adeò illius dictis parum eſſe tribuendum: ſic etiam reliquĩ vix ſatis perceperunt, quæ ſit natura & proprietas feudi hæreditarii, & propterea in hac materia ſæpius hallucinati ſunt, uſq; eò, ut etiam feudum hæredibus

dibus maſculis quæſitum hæreditarium eſſe exiſtimarint, ut ex iis, quæ ſupra *quæſt. 1. & infra quæſt. 14. & paulò ante in hac materia* diximus, liquido conſtat. Mirum itaq; non eſt, eos in hac etiam ſpecie, de qua in propoſito verba facimus, idem ſtatuiſſe: ſed cum hoc omne ex eo errore promanarit, quia dictioni (hæredibus) non eam vim atq; efficaciam tribuunt, quam interpretes feudum hæreditariũ inde conſtituentes eidem adſcribunt, nemo eſt, qui non videat, eorum auctoritati utpote à communi interpretum ſententia longius recedenti inſiſtere tutum non eſſe. Ex hiſce igitur omnibus feudum hæredibus feudalibus conceſſum pro feudo hæreditario defendi poſſe putarem, ſiquidem quæſtio iſta, ex communibus interpretum doctrinis dijudicanda eſſet.

71 Atq; † hæc ſententia in foro Saxonico vel ea de cauſa magis amplecten-
(m) da videtur, quoniam licet detur, (*m*) feudum hoc hæreditarium eſſe, iſtud tamen agnatis impedimento non eſſet, quò minus, illud alienatum juxta regulas juris feudalis revocare poſſent, propter jus ex ſimultanea inveſtitura proprio ipſorum facto eis quæſito, ut infra *quæſtione 14.* demonſtrabimus. Filiis verò juxta ea, quæ ibidem ex communi interpretum ſententia firmabimus, integrum non eſſet, feudum à patre alienatum recuperare, qua ratione materia iſta, in cujus explicatione à jure feudali longi declinarunt interpretes, ad terminos ejuſdem juris reduceretur, revocandi facultate filiis interclusâ. Oſtendemus enim infra *quæſtione 13.* filiis jure feudali revocandi jus minimè conceſſum, ſed potius ipſa naturalis æquitatis ratione expetente jure feudali expreſsè denegatum eſſe. Contra verò ſi feudum hoc pro feudo ex pacto reputaretur, non ſolum agnatis revocandi facultas eſſet, id quod facilè foret admittendum: ſed eadem etiam juxta communes interpretum ſententias, quæ in judicando prævalent, filiis permittenda eſſet. Cum autem hoc ipſum tam juris feudalis regulis adverſetur, quàm etiam cum æquitate naturali, quinimò cum ipſa pietatis ratione pugnet, ut infra *quæſtione 13.* prólixè firmabimus: utiq; ea potius tenenda erit ſententia, quæ filiis revocandi viam præcludat, quàm quæ ipſis facultatem iſtam indulgeat, cum præſertim hoc citra præjudicium agnatorum commodè, & ita inſtitui poſſit, ut nihilominus agnatis jus ipſorum ſalvum atq; integrum maneat. Ne autem opinio iſta auctoritate penitus deſtituatur, memini, cum in judicio Curiali hac de re olim quæſtio incideret, dominos poſt longam, placidam tamen diſceptationem, inter me & D. Mejerum, virum optimum & Juriſperitiſſimum habitam, in hanc ſententiam inclinaſſe, ac ſecundum eam judicaſſe. idemq; etiam ſenſiſſe D. Ludov. Fachs, ſupra monuimus, cujus utpote exactiſſimo judicio præditi cum magna apud noſtros fuerit auctoritas, ea ſanè haud paulò plus quem movere deberet, quã vel Zaſii vel reliquorum, ut itaque de mente ejuſdem planius cuivis conſtet, verba illius ſubjecimus.

Ex conſilio quodam D. Fachſii.

Nun ſtehet endlich der handel darauff/ ob N. Söhne jhres Vaters Erbe fahren laſſen mögen/ vñ das lehen behalten/ das iſt eine alte Quæſtio, vnd iſt eine Opinio Baldi, dadurch der tit. in uſibus feudorum: An agnatus vel filius feudum retinere poſſit repudiata hæreditate, limitirt wird/ Nemlich ob die Inveſtitur laute auff den Beſitzer vnd ſeine Kinder/ oder aber auff den Beſitzer vnd ſeine Erben/ wie deñ die DD. in c. 1. *d. tit. An agnat. vel filius* darvon ſchreiben / Es wil ſich aber ſolche Opinion, wenn ſie gleich allenthalben recepta vnd communis were (daran doch groſſer zweifel) in dieſen Landen auff die form der Inveſtitur nicht appliciren laſſen/ denn gemeiniglich ſtehen die Lehenbriefe mit dieſen worten: wir leihen jhme vnd ſeinen rechten Leibes/ Lehenserben: daß das wort (Erben) mit ein-

geführt wird / alſo daß die Söhne vnd deſcendentes das Lehen nicht annemen/ vnd das Erbe fahren laſſen können / vnd ob man gleich ſagen wolte/das wort (Erben) ſo im Lehenbrieff ſtehet/referire ſich auff die LehenErbſchafft / ſo folget doch darauff die Antwort / daß es geſchehe ad excludendas filias, die nicht Lehenserben ſeyn / Item / zu außſchlieſſung der Leibeserben/welche/ob ſie wol Söhne/doch des Lehens nicht fehig ſeyn/alsPfaffen/wanſinnige/lahme/ ſtumme vnd dergleichen/ vnd operit dadurch gnung. Denn ſolts darüber auch diß operiren, daß ein Leibslehenserbe ab hæreditate abſtiniren,vnd das Lehen annemen möchte / ſo corrigirte es Jus commune: Sed in dubio ita eſt facienda interpretatio, ne jus commune corrigatur.

ADDITIO. SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Quemadmodum ex eo] Ad iſtam quæſtionem vide *Joan. ab Arcedura cap. 3. concl. 1. n. 29. & ſeqq.*

(b) Pro ſe & hæredibus maſculis.] His adde *Ludolphum Schraderum de feudis part. 2. c. 3. n. 23. & 24. Roſenthal de feud. c. 2. quæſt. 44. junctis remiſſionib. ſub lit. B. & quæſt. 48. eod. cap. Laurent. Kirchov. in com. opin. concl. 20. Knichen in tract. de pact. veſtitur. cap. 2. nu. 26. & 140. Witebergenſ. in conſultat. part. 1. quæſt. 20. nu. 1. Bertazol conſ. civil. 89. nu. 20. & conſ. 90. nu. 7. lib. 1.*

(c) Si ratione adjuncti appareat.] Hinc tradit Decius *conſ. 38.* & Cravet. *conſ. 131. n. 9.* quod licet filii vocentur ſub nomine hæredum, tamen non requiratur, quod filii ſint hæredes, quando ita apparet de voluntate acquirentis, puta quando velit bona ſua omninò devenire ad hæredes filii: Poſſent enim non venire ſi alienentur per filium, & requiratur quod filii hujus eſſent hæredes, qui talibus alienationibus contravenire non poſſent. *Idem ſenſit Andr. Alciat. conſ. 179. verſ. confirmaturq́; hoc ex ſubjecta materia, & Covarr. lib. 2. var. reſol. cap. 18. ibi niſi ex præſumta mente contrahentium aliud colligi valeat.* Facit quod tradit Bald. *in l. 1. quæſt. 55. de rer. diviſ.* quod ſi dicam, ſit pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus in infinitum, iſta verba hæredibus & ſucceſſoribus ſanguinis dicantur, *quod refert & ſequitur Dec. conſil. 445. nu. 14.* Et hinc eſt quod Imol. *in l. Cajus. ſolut. matrim.* licet eo in caſu, quo ſimpliciter dictum eſt de hæredibus maſculis reprobet opinionem Ruin. & Bald. tamen fatetur, quod poſſit procedere eo in caſu quando adjecta fuerunt ea verba, uſq; ad tertiam generationem. *Idem ſenſit Joan. Baptiſt. Unicomal. in conſ. feudal. 1. in cauſa ſtatus Montisferrati. n. 29. adde Raudenſ. conſ. 1. nu. 23. vol. 2. & nu. 40. & nu. 122. 137. & ſeq. 143. 147. verſ. ſeptimò.* Idem ſi prima inveſtitura manifeſtò ex pacto ſonet poſterior de hæredibus loquatur *Raudenſ. d. l. n. 71. omnino 83. cum ſeqq.*

(d) Secundum hanc ſententiam fuiſſe judicatum.] His adde *Clar. & Bajar. in recept. ſentent. §. feud. quæſt. 9. num. 9. Burſat. conſ. 291. n. 76. Pruckman. conſ. 4. nu. 19. & 20. Valaſc. de jure Emphyteut. quæſt. 44. nu. 13. 15. 18. Fachin. lib. 7. controverſ. cap. 7.*

(e) Quemadmodum ſupradictum eſt,] ſic quantumvis feudum perpetuo apud familiam permanere debeat, illud tamen non impedit, quo minus jure hæreditatis ad ſucceſſores deveniat. *arg. §. ſed ſi uno. l. unum ex famil. ff. d. legat. 1.*

(f) Cæterum etſi hæc ſpecioſè dicantur.] *Jan. ab Arcedura cap. 4. concl. 1. n. 56. & ſeq.*

(g) A cæteris hæredibus,] *Knichen de veſtitur. pact. cap. 2. nu. 352. quod habetur poſt cap. 5.*

(h) Hanc haberent ſententiam,] *Knich. d. loco nu. 359.*

(i) An agnatus vel fil.] *Knich. d. l. n. 362.*

(k) Corrigere,] *Knichen d. loco nu. 408.*

(l) D. Fachs,] *Knichen. d. loc. n. 421.*

(m) Licet detur,] *Knich. d. loc. n. 431.*

QUAE-

QUÆSTIO IV.

FEUDUM NOVUM UTRUM CUM CONSENSU DOMINI PATER ALIENARE, vel alioqui de eo diſponere poſſit in præjudicium filiorum.

1. *Feuda regulariter in præjudicium agnatorum alienari non poſſunt.*
2. *Feudum novum quid ſit & quemadmodum differat à paterno.*
3. *Feudum paternum quid ſit.*
4. *In feudo novo ſuccedunt tantummodò filii, excluſis agnatis.*
5. *Interpretes quæſtionem, Utrum pater in feudo novo poſſit præjudicare filiis, confuſè tractarunt, non ſatis diſtinguentes an dominus conſenſerit nec ne, cum tamen plurimum in eo ſitum ſit.*
6. *Patrem in feudo novo filio præjudicare non poſſe, multi exiſtimarunt: & quibus rationibus moti fuerint. n. 7. Contra verò alii patri hoc integrum eſſe concludunt, num. 23. rationibus enumeratis num. 24. & ſeqq. Alii autem diſtinguunt inter feudum ex pacto & hæreditarium, num. 43. Sed reprobata prima & ultima opinione ſecunda confirmatur num. 44. & eam magis communem eſſe oſtenditur num. 63.*
7. *Textus in c. 1. de ſucceſſio. feud. locum etiam habet in contractibus, & in feudo novo, & quod duntaxat intelligendus ſit de caſu, quo dominus non conſenſit, oſtenditur. numer. 64.*
8. *Feuda ad omnes filios æqualiter pertinere debent; declaratur. nu. 65.*
9. *Privilegia jure communi conceſſa privata auctoritate tolli non poſſunt.*
10. *Agnatis factum vaſalli non obeſt: ergo idem in filiis dicendum: imo quod inter hoſce magna ſit diverſitatis ratio, oſtenditur. nu. 66.*
11. *Filii non debent eſſe deterioris conditionis in feudo, quàm agnati: refutatur hoc nu. 67.*
12. *Feudum datum patri cenſetur etiam datum filiis.*
13. *Patre mortuo, dominus invitus filium inveſtire cogitur.*
14. *Filii in revocando feudo alienato potiores ſunt domino.*
15. *Textus in c. 1. verſ. Item ſi fuerint: Quibus mod. feud. amitt. inducitur juxta Sonsbecc. Sed aliter declaratur. nu. 69.*
16. *Filiis ex ſtipulatione patris acquirentis feudum jus quæritur, declaratur nu. 54. & nu. 70.*
17. *Pater non poteſt auferre filio jus in dote quæſitum ex ſtipulatione.*
18. *Feudum cenſetur vaſallo ad vitam ſolum conceſſum, declaratur. nu. 73.*
19. *Bona ſubjecta reſtitutioni alienari nequeunt: vide nu. 73.*
20. *Filius feudum non tam à patre, quàm à domino accipere cenſetur: reſpondetur nu. 73.*
21. *Dominus, qui ſemel conceſſit filiis, ſine cauſa illud retractare non debet. declaratur nu. 74.*
22. *Jus quæſitum tertio ex contractu aliorum, ipſo invito tolli non poteſt, declaratur nu. 70.*
24. *Alienatio ſuæ rei cuilibet debet eſſe permiſſa: & nu. 45.*
   Feuda ſecundariò filiorum eſſe dicuntur: contra nu. 46.
25. *Jura feudalia revocationem feudi concedentia de paterno ſolum feudo loquuntur: ratione tamen ad novum etiam extenduntur.*
26. *Incluſio unius non excludit alterum, quod alia ratione includi poterat.*
27. *Quibus cauſis aliquid introducitur, ex iiſdem reſolvitur: idq; declaratur ibidem, & rectius nu. 58.*
28. *Feudum datum alicui & filiis cenſetur conceſſum filiis poſt mortem patris. idq; pluribus probatur numer. 54.*

29. *Conceſſio in mortis tempus dilata, eſt inſtar donationis cauſa mortis.*

30. *In donatione cauſa mortis locum habet pœnitentia.*

31. *Filii cenſentur feudum mortis cauſa capere à domino. declaratur nu. 60.*

32. *Tertio jus in ſpe quæſitum opera alterius, ipſi auferri poteſt.*

33. *Jus ex contractu alterius in futurum eventum tertio quæſitum voluntate concedentis revocari poteſt: & numer. 60. ubi declaratur.*

34. *Operas, quas pater filiis ſtipulatus fuit, uni ex iis aſſignare poteſt.*
Donatio profectitia à patre revocari poteſt. ibid.

35. *Teſtator etiam rem propriam hæredis legare poteſt.*

36. *Ab hærede ad filium tenentem feudum ſine titulo hæredis nō licet arguere.*

37. *Mulier cur magis ex filiis primi matrimonii unum eligere poſſit, quam pater in feudis.*

38. *Rogatus rem in familia relinquere, poteſt unum eligere: & cur ſecus ſit in feudis.*

39. *Pater delinquendo præjudicat filiis. & cur in contractu res aliter ſeſe habeat, plura vide nu. 59. ubi diverſitatis ratio refutatur, & declaratur.*

40. *A delictis ad contractum valet argumentum.*

41. *Feuda cenſentur data filiis contemplatione patris.*

42. *Feudum novum æquiparatur feudo hæreditario.*

44. *Patrem in feudo novo filiis præjudicare poſſe, multis argumentis firmatur.*

45. *Qui dicit, aliquem rem ſuam alienare non poſſe, iſtud probare tenetur.*
Qui regula nititur, cenſetur habere fundatam intentionem.
In dubio regulæ inſiſtendum.

47. *Filii in jure feudali plerunq; hæredes appellantur.*

48. *Filiorum nuſquam jure feudali fit mentio, ubi de revocandi jure agitur ſed agnatorum tantum.*

49. *Filii ab agnatis plerunq; diſtinguuntur in feudis.*

50. *Filium feudum à patre alienatum revocare poſſe, jure feudali cautum reperitur.*

51. *Filiis in feudis quale jus competat.*

52. *Succeſſionis feudalis origo & progreſſus.*

53. *Succedendi jus facultatem revocandi bona alienata non tribuit filiis.*

54. *Filiis propter jus ex contractu domini & vaſalli quæſitum jus revocandi non competit.*

55. *Contractus regulariter mutuo diſſenſu contrahentium diſſolvi poſſunt.*

56. *Domino atq; vaſallo integrum eſt à contractu feudali reſilire in præjudicium filiorum.*

57. *Filiis tum demum cenſetur jus quæſitum in feudo, quando iſtud in eodem ſtatu manet.*

61. *Pater ſine conſenſu domini filio in feudo novo præjudicare non poteſt.*

62. *Bartoli doctrinæ invicem pugnantes conciliantur.*

63. *Auctoritatum facta collatione, opinionem eorum, qui patrem in feudo novo filiis præjudicare poſſe putarunt, magis communem eſſe oſtenditur.*

64. *Intellectus c. 1. de ſucceſſ. feud.*

68. *Filii cur, cum feudum revocare non poſſint, domino tamen obſtent, quo minus feudum ad ipſum perveniat.*

69. *Intellectus c. 1. §. Præterea. verſ. Item ſi fuerint: Quib. mod. feud. amitt.*

71. *Jus non plenè quæſitum alicui auferri poteſt.*

72. *Actio, quæ filiis in feudo competit, ita cenſetur quæſita, ut revocare poſſit.*

75. *Pater, conſentiente domino, de feudo teſtari poteſt in præjudicium filiorum.*

76. *Pater, conſentiente domino, non ſolum inter liberos de feudo diſponere, ſed etiam in extraneum illud transferre poteſt.*

77. *Pater ſive gratuitò ſive pecunia interveniente feudum acquiſierit, filiis præjudicare poteſt.*

78. *Pater filiis in feudo novo præjudicans non tenetur aliquid in compenſationem relinquere.*

79. *Filius etſi inventarium confecerit, non tamen poteſt impugnare diſpoſitionem paternam de feudo novo.*

80. *Jus ſuccedendi tertio abſq; ipſius facto quæſitum, ab acquirente auferri rurſum poteſt.*

81. *Pater ſine conſenſu domini non poteſt præjudicare filiis in feudo novo, etiamſi inter ipſos filios ſolum diſponat, nu. 83.*

82. *Pater ſine conſenſu domini in extraneum alienando feudum, filiis non præjudicat.*

84. Pater

Digitized by Google

84. *Pater neq; etiam in feudo hæreditario novo filiis ſine conſenſu domini præjudicare poteſt.*

85. *Hæres factum defuncti, quod per ſe nullum eſt, præſtare non tenetur.*

86. *Diſtinctio inter feudum ex pacto & providentia, & hæreditarium ad feudum novum non rectè accommodatur.*

87. *Conſenſus domini poſt obitum patris interveniens non confirmat diſpoſitionem paternam in præjudicium filiorum.*

88. *Pater in feudo filiorum contemplatione quæſito filiis præjudicare non poteſt.*

89. *Filii licet nominatim expreſſi fuerint in inveſtitura, non tamen propterea feudum ipſorum contemplatione conceſſum eſſe videtur.*

90. *Filiorum contemplatione feuda conceſſa eſſe, quibus conjecturis deprehendatur.*

91. *Pater filiis in feudo novo præjudicarè non poteſt, quando proprium filiorum factum in acquirendo feudo intervenit, modò conſentiente patre hoc factum fuerit. num. 92.*

92. *In feudo novo agnitis ſimul inveſtitis, in foro Saxonico præjudicari nequit.*

(a) QVæ de feudo ex (a) pacto & providentia, de feudo item hæreditario, & utriusq; differentiâ atq; proprietate hactenus copiosè aſſeruimus, eorum præcipuus tum ſolet eſſe uſus, quando de revocando feudo alienato agitur.

1 E re igitur eſſe videtur, ſi tractatui iſti nunc ab ſoluto materiā revocationis feudi proximè ſubjunxerimus, in † qua hoc quidem jure feudali generaliter definitum eſt, quod, etſi feuda conſentiente domino à vaſallo alienata fuerint, hoc tamen agnatis non conſentientibus, nullum afferat præjudicium, ſed quod hi ſuccedendi jure ſemel ipſis quæſito nihilominus integro manente, feudum alienatum à novo poſſeſſore revocare poſſint. *c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. §. Titius. ſi de feud. defunct. controverſ. fuer. inter dom. & agn. c. 1. §. ſed etiam res. per quos fiat inveſt. c. 1. §. porro. Qualiter olim feud. poter. alien. c. 1. §. è contrario. de inveſtitur. de re alien. fact. c. 1. §. Hoc quoque de ſucceſſio. feud.*

Licet autem iſtud non difficilem habeat explicationem, ſi quidem verbis hujus juris inſiſtendum eſſet: interpretes tamē hanc materiam quotidianam tam variè & confuſè tractarunt, ut quæ alioqui plana atque aperta fuerunt, veluti obducta nebula obſcuraſſe, & denſiſſima caligine, Cimmeriisque tenebris involuiſſe videantur, *prout exclamat Pinellus in l. 1. parte tertia. num. 91. in fin. C. de bon. matern.* Diligentius itaque inveſtigandum erit, quidnam ex iis, quæ ab interpretibus in hoc articulo tradita fuerunt, in tanta opinionum varietate, & fluctuatione veritati maximè ſit conſentaneum. Nam vel inde luculenter apparebit, quem uſum, quámve utilitatem habeant ea, quæ de differentia inter feudum ex pacto & hæreditarium prolixè docuimus.

Solet autem in hoc frequentiſſimo articulo, quando videlicet quæritur, an & quatenus alienatio feudi, filiis vel agnatis præjudicet, communiter diſtingui inter feudum novum & paternum ſivè antiquum. neque ſanè injuria, cum hæc duo feudorum genera inter ſe plurimum differant.

Eſt † enim feudum novum, quod alicui à domino de novo eſt conceſſum. *cap. 1. §. novam. Quod teſt. ſine neceſſ. cap. 1. de fratr. de no. benefic. inveſt.* 2

Paternum † verò ſive antiquum, quod ab uno ex majoribus noſtris, qui communis agnationis caput fuerit, acquiſitum eſt. *c. 1. §. Is verò. de grad. ſuccedent. & c. 1. §. paternum. de natura ſucceſſ. feud. c. 1. §. de feud. ſucceſſio.* Quare & nos de hiſce diverſis feudorum generibus ſeparatim agemus: Ac primò quidem de feudo novo. 3

Cumq; † in feudo, quod novum appel- 4

appellatur, filii modò ſuccedant agnatis, cæteris à ſucceſſionis jure excluſis. *c.1. in fin. de ſucceſſ. feud. c.1. in fin. de feud. March.* ideo de agnatis in propoſito nihil laborandum, ſed de filiis tantum diſpiciendum erit, videlicet, an & quatenus pater in præjudicium filiorum feudum ita alienare, ſive de eo diſponere poſſit, ut hi ratum iſtud habere teneantur.

5 Ne † autem varietas alicui ſcrupulum injiciat, ante omnia ſciendum, quod interpretes hanc quæſtionem non uno modo proponant. quandoq; enim quęrunt, an pater uni ex filiis feudum prælegare, vel alia ratione concedere poſſit: quandoque verò ad feudum alienare ſive aliud quippiam de eo in præjudicium filiorum, & in gratiam extranei diſponere poſſit. neque interim ſatis declarant, utrum illis facti ſpeciebus, de quibus verba faciunt, feudi dominus conſenſerit, nec ne: ſed de iis nulla habita ratione conſenſus domini promiſcuè loquuntur: cum tamen plurimum referat, utrum dominus conſenſum ſuum adhibuerit, nec ne: & niſi conſenſus iſte in una quæſtione perinde ut in alia præſupponatur, magna ſit inter has quæſtiones differentia, *ut animadvertit Pinellus in d. l. 1. part. 3. num. 98. C. De bon. matern.* Atq; hæc quidem obſcuritas interpretum haſce diverſas quęſtiones conjungentium, neque conſiderantium conſenſum domini maximam huic materiæ peperit confuſionem, & difficultatem: quibuſdam illa, quæ interpretes eo de caſu, quo non acceſſit domini voluntas, tradunt, ad facti ſpeciem, cui conſenſus domini intervenit, accommodantibus, & hac ratione doctrinas DDrum miris modis confundentibus, ut ex iis, quæ infra commemorabimus, latius apparebit. Nos verò ut confuſionem iſtam evitemus, in præſenti quæſtione diſertè præſupponimus, dominum feudi alienationi ſive diſpoſitioni paternæ conſenſiſſe, & quia, hoc dato nihil refert, quomodo facti ſpeciem proponamus: ideo de his quæſtionibus omnibus ſimul generaliter agemus. Nulla enim hoc quidem caſu, quando videlicet dominus conſenſit, inter haſce quæſtiones conſiſtit differentia: & facilior etiam eſt hujus tractatus alioqui difficilima explicatio. In hoc igitur articulo, cum in diverſas eaſdemque varias opiniones diſtracti fuerint interpretes, *ut liquet ex locis congeſtis per Tiraquell. in tract. de retract. §. 7. gl. 6. nu. 23.* varietas tamen iſta in tres principales inter ſe diſſidentes opiniones reduci poterit.

Quidam † enim negativam amplectentes opinionem, generaliter arbitrati ſunt, patrem filio in feudo etiam novo, alienatione vel alia diſpoſitione minimè præjudicare poſſe, quin filio etiamnum integrum ſit, jus ex conceſſione domini, & ſtipulatione paterna ſibi in feudo quæſitum vendicare. 6 *Hoc ſenſit Bald. in c. 1. Col. 4. verſ. Quærit hic gl. An agnatus vel filius. & in c. Imperialem. in princ. col. 4. verſ. Quæro utrum pater poſſit aſſignare uni filiorum. de prohibit. feud. alienat. per Frederic. Angel. poſt Jacob. Butrig. in l. Item videndum. §. nunc videamus. de petit. heredit. Bald. Angel. & Paul. de Caſtro in l. apud Julianum. alias incip. cum ſervus. §. Si quis alicui: de leg. 1. Ludov. Roman. in l. unica: quæſtio. 12. C. Quando non petent. part. Alex. in conſil. 8. incip. Viſis ſubtiliſſimis. nu. 15. & 16. vol. 3. & in conſ. 89. incip. utrum emphyteuſ. n. 11. vol. 4. & in conſil. 106. incip. Viſo themate. nu. 8. eod. volum. ubi opinionem hanc communem * eſſe dicit. & in conſil. 22. incip. Viſo titulo. num. 14. volum. 5. & quod Alex. ubicunq; deciſivè loquitur, hanc opinionem teneat, affirmat Carol. Molinaus in addit. ad d. conſil. 8. volum. 3. in verbo legare: Curtius ſen. in conſil. 25. incip. Tria ex facti narratione. verſ. Venio ad ſecundum, ubi hanc opinionem poſt Alex. communem * eſſe aſſerit. Idem ſecutus eſt Corneus in conſil. 37. incip. Circa primum.*

Digitized by Google

primum. col. 4. in lit. l. & in conſ. 68. incip. Ardua quidem præſens conſultatio. col. 2. litera d. vol. 3 Sylvanus in conſil. XV. num. 40. vol. 1. ubi multis auctoritatibus adductis, oſtendit, opinionem hanc eſſe magis communem: * *Marian. Socin. in conſil. 103. incip. In cauſa iſtorum nobilium. num. 30. vol. 2. & in conſil. 72. incip. Propoſita quæſtio admodum difficilis. num. 35. vol. 1. & hanc opinionem generaliter defendendam ſuſcepit. Paulus Picus. in prælud. feudor. num. 89. Paris de Puteo de redintegratione feudorum. cap. 293. Joann. Anton. Cannet. in c. volentes. §. Quibus explicitis. Hannetonius lib. 2. cap. 10. qui idem disertè aſſerit, quando dominus etiam conſenſit: Duarenus de feud. c. 12. n. 17. & Sonsbeccius in tractat. feud. part. 13. n. 100. verſ. Tertia concluſio erit.*

7 Pro † ſententia verò iſta plurimum urget *c. 1. in princ. de ſucceſſio feudi,* ubi generaliter diſponitur, nullam ordinationem defuncti in feudo valere, quò minus iſtud ad filios æqualiter perveniat. & licet textus ille de ultima voluntate potiſſimum loquatur, tamen idem etiam multò magis in contractib. ſive diſpoſitione inter vivos obtinebit, cum non ſolum ab ultimis voluntatibus ad contractus, & è contrario rectè ducatur argumentum. *l. ſervum filii. §. Eum qui Chirographum. de leg. 1. & §. diſponat. in Auth. de nupt.* verum etiam plenior in ultimis voluntatibus, quàm in contractibus adhibenda ſit interpretatio. *c. Cum dilecti. de donat. l. in teſtamentis de reg. jur.* Quamvis etiam aliqui textum illum de feudo antiquo tantum interpretentur, *ut Camerar. in d. c. Imperialem. in princ. pag. 175. & Natta in conſil. 475. n. 15. lib. 2.* tamen hæc ipſa interpretatio generalitate verborum, qnibus textus utitur, facilè refellitur: & eum communiter de feudo etiam novo intelligi aſſeverat Menochius *conſil. 161. n. 17.* Sic verbis illius textus confutatur etiam interpretatio Paul. de Caſtro *in conſil. 179. incip. In cauſa quam magnificam. col. 3. lib. 1.* exiſtimantis, capitulum iſtud duntaxat prohibere vaſallum diſponere quoad extraneos, ſecus quoad filios. Textus enim disertè loquitur de ordinatione inter filios alioquì æqualiter ſuccedentes, ut ex tota ſerie & contextu verborum apparet, in quibus nihil de extranea perſona dicitur: Quin hoc ipſum, quod in extraneos feudum non poſſit alienari, extra omnem dubitationem fuiſſet poſitum: meritò itaq; opinionem hanc Caſtrens: improbavit *Camerar. in d. c. Imperialem. pag. 176. Loriotus in tit. de alienat. feud. Duarenus in d. cap. 12. num. 17. Sonsbecc. in comment. feud. part. 13. n. 162. & poſt eos Menochius in d. conſil. 161. n. 18.*

Secundò † Bald. hanc affert rationem: jura feudorum diſponunt, feuda ad omnes filios æqualiter pertinere debere, & ſic providentia legalis, ſeu conſuetudinis feudorum præſtat hoc privilegium filiis, ut omnes in feudo æqualiter ſuccedant, *c. 1. §. Et quia vidimus: Qui feud. dar. poſſ. d. c. 1. de ſucceſſio. feud.* idque introductum eſt favore filiorum: hæc ergo juris diſpoſitio privata auctoritate minimè tolli, neq; adeò id, quod contra factum fuerit, juris vigorem obtinere poterit. 8

Nam † privilegium à jure conceſſum non poteſt ab alio, quàm ab ipſa lege auferri. *arg. l. ſi arrogator. ff. de adoption.* 9

Tertiò † conſiderat Sonsbeccius, quod de agnatis jure feudali cautum eſt, hiſce factum vaſalli poſſidentis minimè obeſſe. *cap. 1. de alienat. feud. patern.* interim verò eo jure nullibi reperitur aliter obſervatum eſſe in novo feudo reſpectu filiorum, ſeu deſcendentium, quàm reſpectu agnatorum in antiquo feudo. Nam vel ex hoc potius pro filiis & deſcendentibus pronunciandum eſſe exiſtimat, cum in dubiis benigniora ſemper ſint præferenda. *l. Benignius de ll. l. quoties. l. in dubiis. de reg. jur.* 10

Quin † & quartò ipſa æquitatis ratio ſuggerit, quod liberi reſpectu feu- 11

di non debeant eſſe deterioris conditionis, quàm agnati: & quod adeò patri concedendum non ſit, ut filios defraudet. *l. fin. ſi quid in fraud. patr.* Et ſi quis è contrario pro diverſitatis ratione objiceret, agnatis in feudo antiquo jus quæſitum eſſe, filiis verò in feudo novo non item: ad hoc objectum reſpondet Sonsbeccius, quod filii ſeu deſcendentes tantum juris in feudo novo habeant, quantum agnati in feudo paterno.

12 Nam † feudum datum de novo patri cenſetur ſtatim quoque datum contemplatione deſcendentium ſecundario. *c. 1. in fin. quibus cauſ. feud, amitt. Facit textus in l. unic. §. in noviſſimo. C. de caduc. tollend. junct. l. 1. C. de his qui ant. apert. tabul.* dominus enim eligendo ſibi vaſallum, ſtatim admittere videtur, ut deſcendentes ſuccedant citra novum ejus conſenſum: & ſicut quiſq; acquirendo feudum præſumitur ſibi & deſcendentibus proſpexiſſe. *c. 1. de duob. fratrib. à capit. inveſtit.* ita quoq; dominus hoc ſciens eò firmius in filios ſeu deſcendentes iſtud transfert. *c. 1. in fin. quib. cauſis feud. amitt.*

13 Quintò † deſcendentes plurimum juris habere in feudo novo, autore Sonsbeccio, ex eo probatur, quod patre mortuo, qui abuſivam à domino ſolùm inveſtituram habuit, nempe ex tempore, quo alius poſſidens vaſallus moreretur, vel conditionaliter, ſi ſine liberis decederet, conditione illa, vel tempore adveniente, dominus filium vel deſcendentem velit, nolit inveſtire realiter & cum effectu neceſſe habet. *c. 1. Qui ſucceſſor. teneantur. ubi hoc communiter notant DD.* quare ut in feudo jus ibi habuit filius, vel ſaltem ſpem, quæ transmittitur. §. *Ex conditionali. inſtit. de verb. obligat.* ita & hic ex natura feudi *c. 1. in fin. in quibus cauſis feud. amittatur.* Nam natura feudi eſt, ut filius neceſſariò patri in pleno feudo ſuccedere debeat, invito patre, ſive domino, niſi culpa amittatur. *c. 1. in quibus cauſ. feud. amitt. c. 1. de ſucceſſ. feud.*

Sextò † pro hac opinione adducit Sonsbeccius *c. 1. §. Et ſi clientulus de alienat. feud. & c. 1. verſ. Si autem diſſentiente. qualiter olim feud. pater. alienari. & in c. 1. §. rurſus. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. §. Si aliquis. apud quem vel quos.* ubi habetur, ſi vaſallus mediam partem feudi (quod olim ſine conſenſu domini licebat) alienaverit, & deinceps deceſſerit, quod tum demum feudum ad dominum revertatur, ſi nullos poſt ſe reliquerit hæredes maſculos, ſive filios. Nam hinc colligit Sonsbeccius, ſi filios reliquerit vaſallus, quod eorum potior habeatur ratio, quàm domini, & quod adeò ſecundum hæc jura alienatio ejuſmodi ipſis nihil præjudicaverit, cum, ſi per alienationem patris fuiſſent excluſi, domino, quò minus ad eum feudum revertatur, obſtaculo eſſe non poſſe videantur: atque ex hoc porro infert, cum jura illa ſolummodo quo ad alienationem, ne videlicet ea ſine conſenſu domini ſuſcipiatur, ſint correcta, non autem quò ad ſuam rationem, & alia, quod, ſicut olim alienatio patris filiis non præjudicium attulerit, ita nec hodie, ſive de feudo novo ſive antiquo agamus. Loquuntur enim capitula illa generaliter de alienatione tam novi feudi, quàm antiqui, *ut probatur ex titulo generali, qui inſcribitur: de alienatione feudi.*

Septimò † exiſtimat Sonsbeccius, de hoc eſſe caſum *in c. 1. §. Praterea. verſ. Item ſi fuerint; quibus mod. feud. amittat.* & pro hujus inductione præſupponit, textum illum intelligendum de alienatione facta cum conſenſu domini. Idq; primò ex eo colligit, quod ibi habetur feudum alienatum non prius ad dominum devolvi, quàm vaſallus deceſſiſſet. Nam ſi ſine domini conſenſu alienaſſet, tum non expectata morte alienantis feudum pertinuiſſet ad dominum. Deinde quia ibi ad hoc, ut feudum ad dominum redeat, requiritur, vaſallum ſine hærede maſculo deceſ-

deceſſiſſe, quod utique neceſſe non eſſet, ſi dominus alienationi non conſenſiſſet, cum hoc caſu omnes deſcendentes excluderentur, atque etiam illis extantibus feudum ad dominum pertineret. *c. 1. §. Licet verſ. Si vaſallus culpam. Si de feud. defunct. controv. ſit.* Præterea cum textus loquatur de caſu, quo ultra medietatem feudum fuerat alienatum, opus eſt, ut conſenſus domini intervenerit. Nam etiam de jure veteri ultra mediam partem feudum ſine conſenſu domini non potuit alienari. *capit. 1. §. aut ſi libellario: Quibus mod. feud. amitt.* Hoc ita præſuppoſito, ait Sonsbeccius, in textu illo de eo quæri, an etiam in feudo novo accepto pro ſe & fratre (poteſt enim unus omnium nomine inveſtituram accipere. *capit. 1. §. perſonam. per quos fiat inveſtitura*) altero ſine hærede legitimo decedente, alter ſuccedat. Et dubitandi cauſam præbet, quod unus fratrum ſimul pro ſuo fratre inveſtituram acceperat: ſed ea non obſtante, deciditur, fratrem non ſuccedere, ſed feudum in poteſtatem domini reſilire.

Ratio autem decidendi eſt, quia uterque novum feudum habebat: Ergo ſuccedere alter alteri non potuit, niſi pacto ſibi providiſſent. *cap. 1. §. ſi duo fratres. de feud. March. cap. 1. §. filia. de ſucceſſion. feud.* Quia verò in caſu *d. verſ. Item ſi fuerint.* feudum tum demum ad dominum revertitur, ſi nullos maſculos hæredes reliquerit, inde infert Sonsbeccius, quaſi poſt obitum vaſalli feudum iſtud ad filios ejus pertinuerit, & quod adeò alienatio parentis filiis non præjudicaverit, cum præſertim alioqui, ſi per alienationem jure ſuo privati eſſent, domino non poſſent obſtare, quò minus ad ipſum mox decedente vaſallo alienante feudum redeat,

16 Præter † argumenta iſta à Sonſbeccio adducta, comprobatur etiam hæc opinio octavò, quia ex ſtipulatione paterna, qua feudum non ſibi ſolum, ſed & deſcendentibus acquiſivit, ipſis filiis jus eſt quæſitum in iſto feudo. *l. Quod dicitur. de verbor. obligat §. Ei verò qui. Inſtitut. de inutil. ſtipulat. l. Cum maritus. §. fin. de pact. dotal* Non igitur jus iſtud quæſitum auferri poterit filiis. *l. ſi poſt mortem. § fin. de contra tabul l. In inſulam. §. fin. ſolut. matrimon. l. Id quod noſtrum. de reg. jur.* Neque videtur huic argumento ſatisfacere, quod quidam exiſtimant, ideo hoc caſu filiorum jus tolli poſſe, quoniam ipſis cenſetur jus quæſitum revocabiliter, *ut reſpondet Imol. in c. potuit. col. pen. locati. Barbat. in conſil. 66. col. 6. libr. quarto. Jaſ. in d. l. 2. num. 207. verſ. Non obſtat etiam. C. de jure emphytevt. & Natta conſil. 457.* Nam ad hoc replicat Menochius *in conſil. 161. num. 19.* non eſſe concedendum, quod filiis jus ſolum revocabile ſit quæſitum, quin potius jus iſtud eſſe irrevocabile, tametſi demum poſt mortem patris id conſequantur.

Quibus † accedit nonò, quod in ſimili videmus, patrem non poſſe filiæ auferre jus quæſitum in dote ex ſtipulatione paterna. *l. ſi cum dotem. §. ſi pater. §. eo autem tempore. ſolut. matrimon. quo argumento ad propoſitum utitur. Bart. in l. ut jurisjurandi. §. liberi. de oper. liber.* Pater enim jura filiorum auferre non poteſt, ſed ea magis augere & cõſervare debet. *l. 1. C. de bon. matern. l. in quæſtione. C. de ſentent. paſſ.* Et quamvis Natta *in d. conſil. 475. numer. 15.* exiſtimet, à dote ad feudum in propoſito non rectè argui poſſe, cum dos regulariter privilegiata eſſe ſoleat. *l. 1. ſolut. matrimon.* ad hoc tamen reſpondet Menoch. *in d. conſil. 161. numer. 20.* diſpoſitionem *d. §. Si pater*, nullo jure ſpeciali vel privilegiato fundatam eſſe, ſed ſolum jure communi. Sic, etſi Natta porrò conſideret, patrem propterea in dote minus præjudicare poſſe filiæ, quia eſt debitor neceſſarius ex le- 17

gis

gis diſpoſitione, uſq; eò, ut dos dicatur proprium patrimonium filiæ. *l. 3.* §. *Sed utrum, ubi gl. de minor. Barthol. Socin. in conſil. 25. lib. 1. Cravett. conſil. 39. num. 4.*

Cum interim in libera voluntate patris ſitum fuerit, utrum feudum filiis ſtipulari voluerit, nec ne: tamen hoc etiam objectum ita reſolvit Menochius, quod dos quidem ante ſtipulationem vel conceſſionem in eo differat à feudo, quia à neceſſitate quadam deſcendit, cum feudi acquiſitio voluntaria ſit: poſt ſtipulationem verò nulla eſt inter hos caſus differentia, cum in feudo filiis jus ex ſtipulatione perinde quæſitum ſit, ſicuti filiæ in dote. *arg. l. In commodato.* §. *ſicut commod. l. ſicut. C. de action. & oblig.* & quemadmodum dos filiæ conſtituta, eſt proprium ejus patrimonium: ita etiam feudum reſpectu utilis dominii dicitur patrimonium ipſorum filiorum, cum ex conceſſione domini & ſtipulatione patris, jus eis ſit quæſitum. *Hæc ille.*

18 Decimò † ab interpretibus communiter traditum eſt, quod feudum vaſallo tantummodo ad vitam cenſeatur eſſe conceſſum, ea lege, ut poſt mortem acquirentis illud ex eadem conceſſione perveniat ad deſcendentes, *ut not. in l. Gallus* §. *1. & in* §. *Inſtituens. de liber. & poſthum.* & quod adeò feuda videantur ſubjacere reſtitutioni neceſſariæ, *ut docet Andr. de Iſern. in c. 1. col. 1. de eo, qui ſibi & hæredib. ſuis. & in c. 1. col. 2. Si vaſallus feud. privetur. c. 1.* §. *Præterea. in pen. col. quæ fuerit prim. cauſa. & in c. 1.* §. *Hoc quoq;. col. 3. de ſucceſſio. feud. & in c. 1.* §. *Quid ergo de inveſtit. de re alien. fact.* Non igitur integrum eſſe debet vaſallo, alienando vel alia ratione præjudicare deſcendentibus, cum

19 † plerunque non valeat alienatio bonorum, quæ ſubjecta ſunt reſtitutioni. *auth. Res quæ. C. commun. de leg.* Sed reſoluto jure datoris, etiam jus acceptoris ſolvatur. §. *Rurſus: quib. mod. feud. amittatur.* Nemo enim, quod ipſe non habet, alteri dare poteſt. *l. Traditio. de acquir. rer. domin. cum ſimil.* Facit quod de uſufructu dicitur, eum, quia cum morte extingvitur, alteri poſt mortem concedi non poſſe. §. *finitur. Inſtit. de uſufruct.* Ad hoc argumentum in caſu, ubi uni ex filiis feudum prælegatum erat, ita reſpondet Natta *in d. conſil. 475. num. 18.* quod, licet feudum finiatur morte patris, non tamen finiatur quoad filium, cui fuit legatum, qui iſtud petere poteſt ex ſtipulatione paterna. Cæteri verò filii ideò ad feudum aſpirare non poſſunt, quia ex legato in unum collato oſtenditur quoad cæteros patrem pœnituiſſe. Sed iſtam ſolutionem hac ratione refutat Menoch. *in d. conſil. 101. n. 24.* quia non tam inſpicienda eſt perſona filii, cui pater prælegavit, quàm perſona patris prælegantis, utrum is hoc jure facere potuerit. Ex argumento autem modò adducto ſatis liquet, hoc ipſi integrum non eſſe, cum jus ſuum cum morte ejus extingvatur. Nihil igitur ad propoſitum noſtrum facit conſideratio iſta: Neq; enim ſtipulatione jam perfecta penitentiæ locus eſſe poteſt. Sed quod prius voluntatis fuerat, deinde neceſſitatis eſſe cenſetur. *l. incommodato.* §. *ſicut commodat.*

Quinimò † undecimò, quod magis eſt, filius feudum non tàm à patre quàm à domino percipere intelligitur, *ut docet Andr. de Iſern. in c. Imperialem.* §. *Præterea ducatus. col. 4. verſ. Sed ſi dicatur, ibi enim non habet à patre, ſed munificentia dantis: de prohib. feud. alien. per Frederic. & in c. 1* §. *Quid ergo. col. 2. verſ. Quid autem in præſcriptione feudali. de inveſtit. de re alien. fact. & ſenſit Bart. in l. Mortis cauſa capitur: de donat. cauſa mortis.* Ex quo etiam vulgò traditum eſt, quod tot reputentur eſſe conceſſiones feudorum, quot perſonæ, & quilibet deſcendentium veluti ex propria conceſſione domini feudum capiat. *arg. l. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub mod. Andr. de Iſern. in d.* §. *Præterea. ducatus. verſ. cenſentur plures donationes ad tem-* 20

ad tempus facta. & in d. §. *Hoc quoq; col. 2. in fin. cum pluribus in hanc ſententiam traditis per Camerarium in d.* §. *Præterea ducatus, mihi pag. 771. & Thom. de Marin. in d. tit. 1. de feud. ex pacto & providentia. num. 25.* Quare nec juris nec æquitatis rationi convenire videtur jus iſtud, quod filiis ex beneficio domini concedentis competit, ipſis invitis à patre auferri poſſe, cum id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro nobis extorqueri nequeat. *l. Id quod noſtrum: de reg. jur.*

21 Neque † videtur admodum referre, utrum dominus conſenſerit, nec ne, cum dominus hoc ipſo, quod conſenſit alienationi, non ſatis bona fide cum filiis agere videatur, dum jus eis ſemel conceſſum ad alios transfert, *arg. c. 1. de nov. form fidelit.* Non enim in domini poteſtate ſitum eſt, ut vaſallum jure ſuo pro libito privare poſſit, ſed potius fidem, quàm ei ſemel dedit, ſartam tectam conſervare debet: quippe cum nihil tam congruat humanæ fidei, quàm ea, quæ ſemel placuerunt, ſervare. *l. 1. de pact. l. 1. de conſtit pecun.*

22 Denique † pro hac opinione Jaſ. *in l. 2. num. 209. in fin. C. de jure emphyt.* aliquot jura refert, quibus probatur, jus per contractum aliorum tertiò quæſitum ipſi invito minimè auferri poſſe, ut *in l. fin. de pactis, & in l. vero procuratori: in verſ. alia eſt cauſa: de ſolut. ibi, quia certam conditionem habuit ſtipulatio, quam mutare non potuit ſtipulator. l. Aliud eod. tit. de ſolut. l. ſi poſt mortem.* §. *fin. de contra tab.* Atq; hæc ferè ſunt, quæ pro ſententia negativa ab interpretibus adducuntur.

23 (b) Contra † verò (*b*) alii in affirmativam deſcendentes ſententiam generaliter concludunt, quod filius in feudo novo, ſive illud ex pacto & providentia, ſive hæreditarium fuerit, factum patris præſtare teneatur, & quod adeò pater conſentiente domino feudum iſtud in præjudicium filiorum alienare, vel alioqui de eo diſponere poſſit. id quod disertè docuit *Andr. de Iſern. in c. 1.* § *Etſi libellum: de alienat. feud. patern. quem ſequitur Alvarott. ibi in fin. princ. & in c. 1.* §. *fin. Quæ fuer. prim. cauſa benefic. amitt. concluſio. 47. Martinus Laudens. in c. Titius col. 1 verſ. Et prædicta. in fin. Si de feud. defunct. Matth. de Afflict in cap. Imperialem. in princ. num. 75. de prohib. feud. alien. per Federic. in c. 1. num. 17. & 19. de alienat. feud. patern. & in deciſio. 112. num 6. ubi dicit, hoc clarum eſſe, & in deciſio. 138. num 5. & in deciſio. 248. num. 1. Sigismund Loffred. in conſil. 1. num. 163. incip. Dubitatur an inveſtitura: & in conſil. 8. incip. Magnificus quondam Antonius. nu. 23. & in conſil. 52. incip. Quoniam principale dubium. num. 1. ubi ait, quod omnes doctrinam hanc Andr. de Iſernia ſequantur, nemine reluctante. Eandem per multa ſecutus fuit Camerarius in c. Imperialem.* §. *Præterea ducatus. verſ. Tertia ſpecies eſt: de prohib. feud. alienat. per Federic. & in c. 1. in princ. verſ. Oppono ſecundo. num. 82. & quæſt. 1. num. 25. verſ. ſecundum caput illorum. An agnatus vel filius. qui ſimiliter teſtatur, omnes communiter * hoc tenere. Marin. Frecc. lib. 12. de poteſtate & auctoritate Baronis, in auctorit. 29. num 10.* dum ait, Feudum novum, etiamſi ſit ex pacto & providentia, tamen per omnia æquiparari feudo hæreditario. *Thom. de Marin. in tract. feud. tit. 3. de feud. ex pacto & providentia novo. num. 16. Zaſius in tractat. feud. part. 9. nu. 30. Loriotus in tit. de alienat. feud. Julius Clarus lib. 3. ſententiarum.* §. *feudum: quæſtione 41. & noviſſim. D. Borcholt. in tract. feud. cap. 8. n. 145.* Præter feudiſtas jam enumeratos hanc ſententiam ex interpretibus tàm juris civilis, quàm Canonici amplexi ſunt, etiam *Bald. ſibi contrarius in c. inter dilectos, col 3. n. 11. de fide inſtrum. & in l. qui ſe patris. C. unde liberi, & in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Joan. de Imol. in l. Filiusfam.* §. *cum pater. in princ. & in l. ſi domus* § *fin. de leg. 1. & opinionem hanc latè defendit idem in c. potuit. in 10. col. Locati Pinel. in l 1. part. 3. num.*

Digitized by Google

*num. 98. C. de Bon. Mat. Secundum eandem etiam conſuluerunt Petr. de Anchoran. in conſil. 143. incip. Pro domina. in princ. Paul. de Caſt. in conſil. 179. incip. In cauſa quam magnificus. n. 3. & 4. vol. 1. Roman. in conſil. 35. incip. Viſa facti ſerie. nu. 4. Barbat. latè in conſil. 46. Afferam in medium. col. 5. verſ. Et licet iſta ſint. & multis ſeqq. lib. 4. & inter conſil. Alexand. poſt conſil. 55. Perſpectis his. num. 7. vol. 4. Alexan. in conſil. 12. incip. Perſpectis his, quæ in themate. vol. 5. & clarius in conſil. 27. incip. Videtur. num. 5. & conſil. 28. incip. In cauſa & lite. n. 2. & n. 16. eod. vol. 5. ubi ait, ita ſe habere communem * opinionem: Curt. Sen. in conſil. 82. incip. Deus pius* JESUS CHRISTUS. *in princ. Corn. in conſil. 51. incip. Videtur primo dicendum. vol. 3. Bartholo. Socin. in conſil. 25. incip. Dominus Franciſcus Sindicus. col. 3. verſ. unde ſupereſt ut videamus: lib. 1. & in conſil. 127. lib. 3. Gozadin. in conſil. 75. incip. Prima facie videtur dicendum, ubi num. 17. ait opinionem hanc eſſe magis communem, * & in conſil. 25. incip. In hac cauſa. n. 18. Alciatus in conſil. 160. num. 25. Crotus in conſil. 32. & latè Cephal. in conſil. 12. num. 16. lib. 1. in conſil. 486. n. 35. & in conſil. 608. num. 33. vol. 4. & Franciſc. Beccius conſil. 56. nu. 21. Natta conſil. 475. lib. 2. in conſil. 501. lib. 3. & in conſil. 644. n. 4. lib. 4.*

Atq; hi quidem concluſionem iſtam in feudo hæreditario extra omnem controverſiam poſitam eſſe exiſtimant, *ut poſt alios etiam teſtatur Menoch. in conſil. 161. n. 2. vol. 1.* Nam cum feudum hæreditarium ad filios jure hæreditario tranſeat, filii hæredes in illo feudo hæreditario non minus, quàm in reliquis rebus hæreditariis factum defuncti præſtare tenentur, ut ſupra circa qualitatem hujus feudi hæreditarii demonſtravimus, & infra *quæſtione 14.* ubi de alienatione feudi hæreditarii peculiariter agemus, latius docebimus. Cur autem in feudo ex pacto & providentia idem ſit ſtatuendum, ſequentibus potiſſimum moventur argumentis.

24 Primò † quia, *ut arguit Andr. de Iſern. in d. loco.* nihil eſt tam naturale, tamq; naturali æquitati conveniens, quàm voluntatem domini, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi, *ut dicitur in l. Qua ratione. verſ. Hæ quoq; de acquiren. rer. domin.* neque eſt interdicenda ingenuis hominibus rerum ſuarum alienatio. *l. 2. ſi quis à parent. fuer. manum.* Ad hoc tamen argumentum reſpondet Sonsbeccius, regulam iſtam tum demum procedere, quando res plenè illius eſt, qui acquirit. At in noſtro caſu feudum ex natura ſui plenè non eſt vaſalli, ſed ſecundariò quoq; liberorum *c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. in fin. Quibus mod. feud. amittat.* Non igitur regula iſta ad propoſitum noſtrum quadrare poſſe videtur, cum præſertim feuda pro deſcendentibus ad conſervationem familiæ acquiſita, etiam contemplatione deſcendentium conceſſa, atq; adeò ad hoſce proprio ipſorum jure pertinere videantur, ut diluendo hoc argumentum exiſtimavit Menochius *in d. conſil. 161. n. 33.*

Secundò † conſiderat Andr. de 25
Iſern. quod jura feudalia, quatenus diſponunt alienationem feudi ſucceſſoribus non præjudicare, de feudo paterno loquuntur, ut apparet *ex c. 1 de alienat. feud. pater. & in c. Titius ſi de feud. defunct. & in c. 1. §. Sed etiam res: Per quos fiat inveſtit.* Nam vel ex hoc ipſo probabiliter colligitur, in feudo novo rem aliter ſe habere. *arg. l. Cum prætor. de judic.* ſed ad hoc etiam fundamentum reſpondet Sonsbeccius, quod, licet text. *in d. c. 1. de alienat. feud. patern.* & alii de feudo novo nihil dicant, ex aliis tamen capitulis ſupra citatis ſatis declaretur idem juris eſſe in hoc feudorum genere. Et licet hoc verba eorum non manifeſtè deſignent, tamen ex mente *d. c. 1.* & ex rationis paritate, ut opinatur ille, idem facilè deprehendi poſſet, ut proinde locum habere videatur communiter recepta regula, quæ docet, 26
quod † etſi incluſio unius ſoleat eſſe excluſio alterius, ſecus tamen ſit, quando il-

Digitized by Google

do illud alterum alia ratione includeretur. *Salicet: in l. Quod de crimine in 2. oppoſ. C. Qui accuſ. Decius in conſil. 11. n. 18. Hyppolit. Riminald. Inſtit. de donat. in princ. num. 313.*

27 Tertiò † hac ratione nititur Bald. *in d. c. Inter dilectos*, cum omnes res, per quaſcunq; naſcuntur cauſas, per eaſdem reſolvantur, & æquum ſit, ut ab iiſdem & per eaſdem detur generatio, ortus, & occaſus. §. *fin. inſtit. quibus modis toll. obligat. & l. 1. C. quando licet ab emptione diſcedere. l. Nihil tamen naturale: de reg. jur. c. 1. eod. tit. Jaſ. in l. quemadmodum: in ſecundo notab. de acquir. poſſeſſ.* ideò dominus & primus acquirens, qui feudi generationem induxerunt, debent etiam corruptioni cauſam dare poſſe: quo argumento nititur etjam Camerarius *pag. 784.* Verum dato, filiis ex ſtipulatione paterna jus aliquod quæſitum eſſe, ut in prima opinione dictum fuit, hæc etiam conſideratio facilè evitari poterit. Procedit enim ea, re etiamnum integra, & quoties de iis ſolummodo, cum quibus negocium geſtum eſt, agitur: at quando ex actu aliquo tertio alicui jus eſt quæſitum, tum quia hoc ipſi invito extorqueri nequit, non ſufficit actum ab iis, qui primò eum geſſerunt, retractari, ſed neceſſe eſt, ut etjam conſenſus alterius, cujus intereſt, accedat: quippè cum juris ratio exigat, ut id, quod omnes tangit, ab omnibus approbetur. *c. Quod omnes: de reg. jur. in ſexto.*

28 Quartò † pro hac ſententia adducit Imola *in d. c. potuit*: Feudum datum alicui atq; filiis cenſetur conceſſum ordine ſucceſſivo, ita ut primo ad patrem pertineat: poſt mortem verò ejus ad filios perveniat, *ut not. gl. communiter approbata in l. Gallus, §. 1. de lib. & poſthum.*

29 Ejuſmodi † verò conceſſio in mortem alterius dilata videtur eſſe inſtar donationis cauſa mortis, *ut not. gl. in l. fin, ſuper verbo accommodaverit: & ibi not. DD. C. de pactis: & in l. Seja. §. fin. de donat. cauſa mort. Bart. in l. Quæ dotis ſolut. matrimon. & in l. Si mihi & Titio. in princ. de verbor. obligat.*

Conſequens eſt igitur, eam pro libito revocari poſſe: cum † regulariter in donatione cauſa mortis pœnitentia locum habeat, & donator eandem ante mortem, quando illi libitum fuerit, retractare queat. *l. Mortis cauſa donatio. l. Qui mortis cauſa donavit: de donat. cauſa mortis. l. Non omnis: in princ. ſi cert. petat.* 30

Huic † fundamento occurrit Jaſ. *in d. l. 2. C. de jur. emphyteut.* ſentiens, quod conceſſio hæc, licet in tempus mortis collata cenſeatur, non tamen ſit donatio cauſa mortis, ſed mortis cauſa capio, quam filii poſt mortem patris dicuntur habere à domino, non à patre, *ut docet Bart. in d. l. Mortis cauſa capitur*: ergo patri integrum eſſe non debet pœnitendo filiis auferre jus à domino conceſſum, & ſic exiſtimat Jaſ. argumentum iſtud retorqueri contra primam opinionem, quibus addi poſſunt, quæ tradit Didacus *in rubric. extr. de teſtam. parte tertia. num. 26.* ubi ait, hanc non eſſe donationem cauſa mortis, nec mortis cauſa capionem, cum filii nihil à patre habeant, ſed à domino directo, qui conceſſit. quod poſt auctoritates ab ipſo congeſtas probat etjam Menoch. *in d. conſil. 161. n. 50.* 31

Quintò † movetur Imola, quia regulare eſt ubi alicui tertio opera & facto meo jus duntaxat in ſpe eſt quæſitum, quod illud pœnitendo ipſi auferre poſſim, prius, quàm plenè iſtud acquirat, ut probatur *in l. 3. & ibi not. Bart. de ſervis export. & in l. 1. & ibi Bald. C. Si mancip. ita fuerit alienatum*, ſed ex ſtipulatione patris acquirentis feudum filiis jus tantum in ſpe eſt quæſitum: quare licitum erit patri iſtud revocare. Jaſon autem huic argumento reſpondendo, negat filiis in propoſito tantum jus in ſpe quæſitum eſſe: ſed quia filiis ex ſtipulatione paterna utilis actio competit, inde aſſerit, illis jus revera acquiſitum eſſe. 32 33

Nn Sextò

de ſacroſanct. Eccleſ. Anchoran. in conſil. 143. col. 2. Socin. Sen. in conſil. 25. num. 14. verſ. Quinimò etiam. lib. 1. & in conſil. 127. n. 9. verſ. Ex quibus. lib. 3. Crotus in conſil. 32. num. 27. Gozadin. in conſil. 75. num. 11. & Natta in conſil. 501. num. 27. verſ. nam conſiderandum eſt. lib. 3. Hoc etiam argumentum ita diluit Menoch. *in d. conſil. 161. num. 51.* haud donationem minimè eſſe profectitiam à patre, ſed potius adventitiam à domino feudum concedente, qui quidem, ut exiſtimat ipſe, filiorum contemplatione conceſſiſſe cenſetur,

35 Nonò † Ludovicus Roman. *in d. conſil. 35.* loquens de emphyteuſi uni filiorum legata, pro hac ſententia conſiderat, quod teſtator poteſt non ſolum rem propriam, ſed & rem hæredum vel eorum jus legare, cui vult, etiam penitus extraneo, nedum uni filiorum. §. *Non ſolum: & ibi not. gloſſ. Inſtit. de legat. l. ſi quis ſervum: in princ. de legat. 2.* & tenetur hæres præcisè ad rem præſtandam, ſeu ad jus concedendum, ex quo habet facultatem rei præſtandæ, uſq; eò, ut non liberetur præſtando æſtimationem rei. *l. unum ex familia.* §. *ſi rem. de leg. 2.* ſive itaq; feudum vel emphyteuſis ad filios ut hæredes, vel ad eos ut filios pertineat, tamen permiſſum erit patri, legando, vel alia ratione, filio præjudicium inferre, cum, ut dictum eſt, etiam rem propriam hæredis alteri concedere poſſit.

36 Sed, † ut conſiderat Molinæus *in addit. ad Alex. conſil. 8. verbò legare. vol. 3.* hoc argumentum tantummodo procedit, quando filii, quibus factum patris præjudicare debet, ſimul etiam ſunt hæredes. Nam cum hæres factum defuncti præſtare teneatur, non mirum, cur pater uni feudum legare, & cæteris hæredibus auferre poſſit. In propoſito verò id quæritur, utrum pater in feudo filiis abſque eo, quod ſint hæredes, præjudicare queat, id quod ex prædicta ratione minimè deſumi poterit.

37 Decimò † Paul. de Caſtro *in d. conſil. 179. vol. 1.* in quæſtione, utrum pater uni filiorum feudum legare poſſit, pro hac ſententia inducit text. *in l. fœmina. C. de ſecund. nupt.* ubi mulier in his, quæ à primo viro conſecuta fuerat, & filiis primi matrimonii relinquere tenetur, poteſt, uno ex liberis electo, cæteros excludere. Et licet lex illa *per auth. Lucrum hoc*, ſit correcta, quantum ad illum caſum, non tamen ratio ejus propterea penitus ſublata videtur. Verum hoc etiam argumentum facilè diſſolvi poteſt, quoniam mater nullo conventionis jure devincta erat filiis relinquere bona à primo marito provenientia, ſed lex, quæ hoc diſponit, hæc eadem illi facultatem tribuit diſponendi inter liberos. Non igitur quis demiretur, cur ipſi integrum ſit unum ex filiis eligere: at in caſu noſtro, ſi pater, cæteris excluſis, unum ex filiis eligeret, tum peccaret in legem conventionis initæ cum domino concedente feudum. propterea hoc ipſi permiſſum eſſe non debet, prout hanc diverſitatis rationem tradit *Jaſon. in d. loco num. 211. & Sonsbeccius num. 163. & Menoch. in d. conſil. 161. num. 45.*

38 Undecimò † allegat Paul. de Caſtro textus. *in l. unum ex familia de leg. 2. l. Filiusfamilias.* §. *penult. de leg. 1. & l. is qui cum plures. de leg. 3.* ubi is, qui rogatus erat poſt mortem ſuam rem aliquam in familia relinquere, poteſt unum de familia eligere: ergo eadem ratione unum ex filiis eligere poterit in feudo. Verum hæc jura, ut rectè animadvertit Jaſ. *num. 211. in fin.* ad propoſitum noſtrum nihil faciunt. Nam ibi non erat gravatus, omnibus in familia relinquere, ſed uni de familia relinquendo ſatisfaciebat voluntati defuncti, cum interim in propoſito feudum ad omnes filios æqualiter pertinere debeat. plurimum enim refert, utrum mandatum ſit relinqui in familia, quo caſu ſufficit, uni relinqui: an verò mandatum ſit reſtitui illis de familia:

quo caſu unus eligi non poteſt, *ut declarat idem Caſtrens. in d. l. Filiusfamilias. §. pen. & Ruin. in conſil. 117. num. 26. lib. 2.* deinde reſpondet Sonsbecc. *part. 13. num. 106.* quod illi, in quorum familia relinqui res debet, nullum jus in re habent, niſi caſu, quo extra familiam alienaret, cum interim in propoſito filii ſtatim ex conceſſione plurimum juris in feudo habeant, utramque ſolutionem probat Menochius *in d. conſil. 161. n. 40.*

39 Duodecimò † Specul. *in tit. de locat. §. & nunc aliqua. in verſ 28. ad fin.* & Paul. de Caſtro. *in d. conſil. 179.* & Barbat. *in d. conſil. 55.* pro opinione iſta adducunt, quod factum patris delinquentis regulariter obſit filiis, ut diſertè probatur *in c. Si vaſallus, ſi de feud. fuerit controverſ. & in c. 1. Si vaſall. feudo privetur.* nam hinc videtur idem dicendum in alienatione, ſive alia diſpoſitione paterna, ut ea liberis non minus,
40 quàm delictum præjudicet, cum † à delictis ad contractus arguere liceat. *l. omnem. de judic. c. fin. de for. competent. cum ſimilibus adduct. ab Everhard. in loco à delict. ad contract.* & cui quis præjudicium generat delinquendo, eundem etiam contrahendo obligare poſſit, & è contrario. *Bald. l. emancipatum. § 1. ad fin. de ſenator.* Sed ad hoc etiam argumentum reſpondet Jaſ. *in d. l. 2. num. 212.* quod imò delictum patris non noceat filiis in feudo accepto pro ſe & filiis: quare nec etiam alienatio. Vel dato, inquit, delictum patris generaliter obeſſe filiis: tamen illud procedit ex natura contractus celebrati cum domino, & propterea, quia in illam conventionem peccatur. At quando pater alienando jus filiorum auferre conatur, tum infringit legem conventionis initæ cum domino, cujus vigore feudum ad filios æqualiter pertinere debebat, *ut conſiderat Bart. in d. §. ſi liberi.*

41 Decimo tertiò † poſt Andr. de Iſern. ponderat Thomas de Marin. *in d. loco*, quod, licet pater feudum pro ſe & filiis acquirat, cenſetur tamen illud magis contemplatione ſui ipſius, quàm filiorum datum eſſe, *ut ſæpius dixit Andreas de Iſern. in d. cap. 1. de alienation. feud. patern. & cap. 1. §. Etſi libellum. de ſucceſſio. feud. & in cap. primo An agnatus vel filius* nam vel hinc integrum ipſi eſſe videtur, ut de eo diſponere poſſit, cum filii nullum jus plenè acquiſitum in feudo habeant, ſed ſolum ſpem aliquam poſt mortem patris, ſi feudum non fuerit interim alienatum: *arg. l. 3. de ſervis exportand.* quia feudum ordine ſucceſſivo primum patri, & deinde filiis quæſitum eſt.

Sed quia is, pro comprobatione ejus, cur pater ex eo, quod ſui potius, quàm filiorum reſpectu feudum quæſivit, alienare iſtud magis poſſit, nullam aliam rationem allegat, quàm regulam *d. l. 3. de ſerv. exportand.* ideò ad hujus argumenti ſolutionem accommodari poterunt ea, quæ ſupra circa quintum & ſextum fundamentum ex Jaſ. adducta fuerunt: prætetea quod feudum, in cujus conceſſione de filiis dictum eſt, horum etiam contemplatione quæſitum intelligatur, multis probat Menochius *in d. conſil. 161. num. 35. & ſeq.*

Denique † ſententiam iſtam hac ratione confirmat idem, feudum ex pacto & providentia novum ferè in omnibus feudo hæreditario æquiparatur, *ut docet Marin. Freccia in lib. 2. auctor. 29. & Camerarius in d. c. Imperialem. §. Præterea ducatus*, ſed concors omnium ſententia eſt, in feudo hæreditario patrem alienando & delinquendo filiis nocere. quare idem in feudo novo ex pacto & providentia ſentiendum erit: ſed & hoc argumentum magno vicio laborat, repetitione videlicet principii. nam pro certo & indubitato ponitur, feudum ex pacto novum aſſimilari feudo hæreditario, cum tamen de hoc potiſſimum in propo- 42

Digitized by Google

propoſito controvertatur, atq; adeò illud ipſum, unde argumentum hoc extruitur, hujus quæſtionis noſtræ κρινόμενον ſit. Et hæc de argumentis hujus ſecundæ opinionis dicta ſufficiant, quæ ideo in utramque partem copioſius enumerare placuit, ut diligenter conſideratis iis, quæ hinc inde ab interpretibus prolata fuerunt, non ſolum de mente, atque ratione ipſorum planius nobis conſtet, ſed etiam veritas hujus quæſtionis eò magis eluceſcat. Hæc enim via ad eruendam veritatem expeditiſſima eſſe ſolet.

43 Porrò † cum hæ duæ opiniones invicem ex diametro pugnent, & ultimæ opinionis fundamenta non uſque adeò firma eſſe videantur, neq; tamen primæ ita generaliter adſtipulandum eſſe viſum fuerit, ideò interpretes, ut haſce inter ſe diſſidentes opiniones conciliarent, varias invenere diſtinctiones. inter alias tamen ea crebriori calculo eſt recepta, qua feudum ex pacto & providentia ab hæreditario diſcernitur. Plerique enim diſtingventes inter feudum hæreditarium & feudum ex pacto & providentia, ad illud quod attinet, amplexi ſunt opinionem ultimo loco relatam, atque exiſtimarunt, in feudo hæreditario factum parentis nocere filiis, moti potiſſimum ratione ſuprà circa feudum hæreditarium adducta, quia videlicet feudum hæreditarium cenſetur jure bonorum hæreditariorum, & ad filios hæreditario jure tranſmittitur, *ut ſuprà in prima quæſtione abundè demonſtravimus*. Non mirum igitur, cur pater de eo utpote de re propria pro libito diſponere, & filius perinde ut in cæteris rebus hæreditariis factum parentis præſtare teneatur, quemadmodum latius firmabimus *infra quæſtio XIV*. In feudo verò ex pacto & providentia, improbata ſecunda opinione, rejectisq; argumentis pro ea adductis, primæ ſuffragati ſunt, generaliter concludentes, id genus feudorum patrem in præjudicium filiorum minimè alienare, neque etiam in detrimentum ipſorum, alia ratione de eo quicquam diſponere poſſe. *per fundamenta ſupra primo loco enumerata*. hoc videtur ſenſiſſe Bart. *in d. l. ut Jurisjurandi* §. *Si liberi: de oper. libert.* dum ibi diſtingvit inter emphyteuſin acquiſitam pro ſe & filiis, & acceptam pro ſe & hæredibus: & in illo demũ caſu concludit, diſpoſitionem paternam non valere: & poſt multa tandem ad hanc confugit diſtinctionem Jaſ. *in d. l. 2. C. de jur. emphyteut.* & Præpoſ. *in d. c. imperialem. col. 7. verſ. Unde diſtingvendum puto. de prohib. feud. alien. per Frederic.* & ſequitur *Curtius junior in tractat. feud. part. 4. num. 132. in fin. & num. 144. Joann. Campeg. in conſil. 11. quod habetur inter conſilia Alberti Brun. incip. Viſo themate transmiſſo. num. 8. Paris in conſil. 3. incip. videtur prima facie dicendum. num. 16. vol. 1.*

Atque hæc diſtinctio non videtur eſſe etiam aliena à ſententia eorum, qui primam opinionem amplexi fuerunt. Nam omnes illi, qui ſupra fuère relati, excepto Sonsbeccio, eo de caſu loquuntur, quando feudum alicui atque filiis fuit conceſſum, innuentes nimirum hoc ipſo, rem aliter ſeſe habere in feudo recepto pro ſe atque hæredibus, quod hæreditarium vulgò appellant, ut proinde diſtinctio iſta etiam auctoritatibus ſupra adductis comprobetur, ac propterea haud præter rationem Molinæus *in addit. ad d. Alexand. conſil. 8. vol. 3.* eodem modo diſtingvendo inter feudum ex pacto & hæreditarium, hanc opinionem communem eſſe aſſeruerit, addens eam eſſe veritatem.

Ex † his, quæ hactenus commemoravimus, manifeſtum eſt, quam controverſus ſit frequentiſſimus ille articulus, & quàm inter ſe non ſolum auctoritates interpretum, ſed & rationes ſupra hinc inde adductæ admodum colluctentur, ut non immeritò Jaſ. *in d. l. 2. num. 210.* uſurpaverit Virgilia- 44

num illud Hemiſtichion: Hinc atque hinc vaſtæ rupes, & Curt. jun. *in tractat. feud. loco ſupra dicto* hujus dubitationis determinationem difficilimam eſſe dixerit. Ideoq; multi eruditiſſimi JCti eam non deciſam reliquerunt, *ut Socin. jun. in conſil. 160. num. 44. lib. 2. Tiraquel. in d. loco de retract. §. 11. gl. 6. num. 23. & Cagnol. in l. fin. num. 161. C. de pactis.* & conſilium Neapolitanum non fuiſſe auſum alterutram ex opinionibus ſuprà relatis eligere, ait Gulielm. à Perno *in conſil. 12. num. 7. & 8 quod refert Menochius in d. conſil. 161. num. 15. vol. 2.* Sed quia ad ſolidam juris cognitionem parum confert, varias interpretum opiniones, quod multi in more habent, enumerare poſſe, niſi ſimul etiam rationibus ab iiſdem adductis diligenter conſideratis, cui potiſſimum adſtipulandum ſit, dijudicetur, & certi quid ſtatuatur, atq; firmetur: Ideo nos accuratè examinatis iis, quæ huc uſq; in eum potiſſimum finem recenſuimus, ſententiam ſecundo loco relatam tam juris rationibus, quàm etiam plurimorum claſſicorum interpretum auctoritate magis præmunitam, atq; propterea rejectis cæteris opinionibus, huic ſubſcribendum, & ſecundum eam non reſpondendum ſolum, ſed vel maximè judicandum arbitramur. In hanc autem ſententiam me vocat primò, argumentum ſupra primo loco in opinionem iſtam adductum, quod ut magis concludat, ita arguo.

45 Regulariter † liberis hominibus rerum ſuarum permiſſa eſt alienatio. *l. 2. ſi quis à parente fuer. manum. l. qua ratione. verſ. Hic quoq; de acquir. rer. domin. §. per traditionem. inſtit. de rer. diviſio.* neque cuipiam vel agnationis ſive cognationis jure, vel quavis alia ratione competit facultas impediendi alterum, quò minus de re ſua pro libito diſponat, niſi jus iſtud legibus ipſi expreſsè conceſſum fuerit. *l. Dudum. C. de contrahend. emtion. l. Nec temere. C. de jur. deliber.* præſertim verò liberis juris ratio non facilè permittit, ut factum parentis impugnare queant. *l. Ea quæ à patre. C. de reſtit. milit.* is itaq;, qui aſſerit aliquem rem ſuam alienare poſſe, quia jam dicta juris regula nititur, nulla alia probatione onerandus erit: qui verò hoc contra juris regulam negat, is dilucidè iſtud ut probet, neceſſe habebit: cum juris regula innitens, cenſeatur habere fundatam intentionem. *l. 2. cum ibi not. Si quis in jus vocat. non ierit. not. gloſ. & DD. in l. 1. & in l. Omnis definitio. ff. de regul. jur. Bart. in l. Quoties. ſi quis caution. Bald. in c. 1. col. 2. de alienat. judic. mutand. cauſa fact. Decius in c. 2. col. 3. de appellat. Cagnol. in l. 1. num. 51. C. de pact.* Illi autem qui aſſerit, regulæ in certo caſu locum non eſſe, fides non habenda ſit, prius, quàm iſtud ſatis probet. *l. ab ea parte. ff. de probat. l. Suus quoq; §. puta. de hæred. inſtit. d. l. 2. & ibi not. Bart. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. Bartholom. Socin. in conſil. 231. in princ. Cravett. conſil. 25. num. 8.*

Ex quo ſequitur, quod non tam nobis, cum quibus juris regula facit, de firmanda ſententia noſtra laborandum ſit, quam iis, qui aſſeverant, patrem in præjudicium filiorum feudum novum alienare non poſſe, in eo deſudandum, quo pacto hanc ſuam opinionem probent. Modò ſi omnia eorum argumenta, quibus moventur, rectè perpenderimus: illa ſanè ejus momenti non ſunt, ut generalis regulæ correctionem inducere, eandemque jure tollere queant, prout clarè apparebit ex iis, quæ reſpondendo illis argumentis paulò poſt in medium afferemus.

Neque etiam ullo in loco vel communi vel feudali jure cautum reperitur, patrem feudum à ſe acquiſitum, ſive id pro ſe & filiis, ſive pro ſe & hæredibus acquiſiverit, conſentiente domino alienare non poſſe. Quare licet etiam aliqua adduci poſſent quæ dubitandi curam afferrent: potius tamen inhærendum foret ſupra dictæ

regu-

regulæ, & ſecundum eam in affirmativam ſententiam reſpondendum, quàm ut in caſu non ſatis certo à certa juris regula recedere liceat. In dubio enim ſemper inſiſtendum eſt regulæ, *Bald. in l. ſi tutor. C. de ſerv. pignor. dat. man. Jaſ. in l. dedi. §. 1. nu. 4. de condict. cauſa dat. Marian. Socin. in conſil. 68. nu. 166. vol. 3. Gratus conſil. 36. nu. 15. vol. 1.* ubi ait, regulæ inhærendum eſſe, ſicut Bononienſis Caroccio.

46 Neque † contra hoc argumentum quicquam facit, quod Sonsbeccius exiſtimat, iſtud propterea in propoſito locum non habere, quia feuda ex natura ſua non plenè quæſita, ſed ſecundariò quoq; ſint liberorum. Nam hoc ipſum, quod feuda ita ad liberos pertineant, ut contra ſupra dictam regulam alienationem patris impedire poſſint, vel maximè probare debuiſſet, quod, cum non fecerit, ut infra ex ſolutionibus elucebit, levior eſt hæc ejus aſſertio, quàm ut certam juris regulam infringere poſſit: quin potius ex iis, quę mox dicemus, conſtabit, rem longè aliter ſeſe habere, neque filiis tale jus in feudis quæſitum eſſe, quod parenti alienanti vel alioqui de feudo diſponenti obſtaculo eſſe poſſit.

Secundo haud parum me movet, quod non ſolum, ut dictum eſt, in toto jure feudali nuſpiam reperitur, filium contra factum parentis venire, & feudum alienatum revocare poſſe, ſed etiam quotieſcunq; filiorum fit mentio,
47 hi † ſemper hæredes appellantur, *ut in c. 1. §. Hoc quoq. de ſucceſſio. feud. & c. 1. §. Etſi clientulus. de alienat. feud. & in c. 1. §. Si verò vel totum. Qualiter olim pot. feud. alienar. & in c. 1. § His verò: de gradib. ſuccedent. in feud. & in §. His conſequenter: Hic finitur lex. & in c. 1. de leg. Corrad. & multis aliis in locis.* Iſtud enim neq; haud fruſtra factum, ſed hoc ipſo proculdubio ſignificari videtur, filios patri in feudo hæredes eſſe, & licet diverſa quadam ratione à cæteris bonis hæreditariis: (ut exiſtimant interpretes, vocabulum (hæredis) de hærede ſanguinis accipientes) tamen quia ſucceſſionis jure à patre feudum obtinent, factum ipſius tanquam hæredes præſtare teneantur.

Ideoq; † ubi de revocando feudo 48 alienato, & de retractando facto defuncti agitur, agnatorum duntaxat fit mentio, nulla autem filiorum, *ut in c. 1. de alien. feud. patern. & in c. 1. §. Porrò. qualiter olim feud. poter. alien. c. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inveſtit.* Quinimo eodem jure feudali disertè diſponitur, etiam filiis extantibus agnatos revocare feudum poſſe de filiorum jure ſopita mentione. *c. Titius. ſi de feud. defunct.* & alienationem cum conſenſu domini factam ſtabilem eſſe nulla adhibita diſtinctione, utrum filios reliquerit nec ne. *c. 1. §. Si vero, de alien feud* & feudum tum demum revocari, quando ſine hęrede maſculo vaſallus defunctus fuerit. Item filiis culpam vaſalli obeſſe, non autem agnatis. *c. Si vaſallus culpam. Si de feud. defunct. c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur. c. 1. § fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.*

Atque † hinc etiam videmus, fi- 49 liorum cauſam ſemper ab agnatis jure feudorum manifeſtè diſtingui, *ut in c. 1. in princ. §. His verò deficientibus. de grad. ſuccedent. in feud. & in c. 1. §. Hoc quoq. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. An ille qui interfec. fratrem domin. ſui, & in c. 1. An agn. vel filius, & in c. 1. §. filius. de cap. qui cur. vend. & multis aliis in locis*, ut, quantumvis alioqui agnatorum nomine filii etiam veniant, tamen ex differentia iſta, quam inter hoſce jus feudorum conſtituit, manifeſtum ſit, id in propoſito locum minimè ſibi vendicare, neq; ea, quæ de agnatis feudum alienatum revocantibus diſpoſita reperiuntur, ad filios extendi poſſe. Meritò itaque hiſce juris feudalis capitulis adductus in eam ſententiam devenio, filios feudum à patre alienatum revocare non poſſe. Et quamvis me non lateat, contra hoc argumentum ex doctrinis

Digitized by Google

feudiſtarum variis modis hæc capitula interpretantiũ multa in medium produci poſſe, quia tamen hoc generalius eſt, quàm ut ad propoſitum noſtrum ſit referendum, atque etiam ad feudi paterni tractationem pertinet: concluſio verò noſtra feudum novum tantummodo concernens aliis etiam ſatis urgentibus rationibus comprobari poteſt: ideo de hoc argumento *in quæſtione 13. ubi de feudo paterno agendum erit*, plura videbimus.

50 Hoc † verò loco iſtud ea ſolum de cauſa adducere placuit, ut oſtenderemus, non modò in jure feudali nullum reperiri textum, quo contraria opinio affirmativa niti poſſit, ſed etiam verba ejuſdem juris illi plurimum obluctari: contrà verò huic noſtræ ſententiæ negativæ magis convenire, eandemque optimè probare.

51 Tertiò, † quia affirmativam tuentes opinionem plurimum urgent jus, quod filiis in feudo quæſitũ eſſe ajunt: operæ precium eſt, diligentius explorare, quale nam ſit illud jus. Nam vel ex hac conſideratione liquidò conſtabit, opinionem illam nulla probabili ratione niti: contrà verò ſententiam noſtram veritati magis eſſe conſentaneam. Hujus verò juris naturam & qualitatem ut rectius dignoſcamus, ad originem & cauſam, unde deſcendit illud, recurrendum erit, juxta conſilium J. C. *in l. c. 1. ff. de orig. jur. & in l. ſi procuratorem. Mandati* & Imperatoris *in l. ſi filius familias. C. Ad S C. Macedon.* Duo enim ſunt, ex quibus filiis jus in feudo novo quæri potuit. Jus ipſum vid licet feudale, ſuccedendi facultatem tribuens filiis: deinde contractus inter dominum concedentem feudum & vaſallum acquirentem initus.

52 Ad † jus feudorum quod attinet, initio quidem filii in feudis non ſuccedebant, ſed ea defuncto vaſallo ad dominum redibant. deinde ſic progreſſum eſt, ut feudum ad filios deveniret, in quos ſcilicet dominus vellet beneficium hoc confirmare: poſtea res eò redacta eſt, ut feuda non amplius ad eum, quem ex filiis dominus elegiſſet, transferrentur, ſed ad omnes filios æqualiter pertinerent. Idq; demum ab Imperatore Conrado lege promulgata, ad nepotes productum, atque adeò filiis & deſcendentibus jus ſuccedendi, quod prius ipſis non competierat, conceſſum eſt, ut habetur *in c. 1. §. Et quia vidimus. de his qui feud. dar. poſſ.*

Hoc † autem ſuccedendi jus, quod filiis eſt indultum, ejus efficaciæ eſſe non poſſe, ut hi propterea patrem alienantem impedire, vel feudum alienatum revocare queant, ex eo manifeſtum eſt, quod etiam jure communi multis perſonis, abrogato veteri jure ſuccedendi, facultas eſt tributa, ut fœminis, item cognatis, non tamen propterea hiſce perſonis aliquod jus competit, cujus vigore alienata à defuncto revocare poſſint, neque ſanè mirum, cum ſuccedendi jus à morte poſſeſſoris demum rectè in conſiderationem veniat, & in iis ſolum bonis competat, quæ quis poſt mortẽ reliquit. *l. 1. §. Sed impuberi. de collat. bonor. l. Hæreditas, ibi, mortis tempore. de regul. jur. not. DD. in auth. de hæred. & falcid. §. Si quis autem non implens. Bart. in l. fin. de liber. agnoſc.* Non igitur ex hoc ſuccedendi jure filiis in feudis conceſſo colligi poterit, eos propterea illud, quod pater in vita legitimè geſſit, impugnare, & feudum alienatum revocare poſſe: Sed potius illius juris conſideratio contrarium perſuadet. Nam etiam jure civili bona allodialia ad liberos pertinent propter votum parentum, & naturalem erga liberos charitatem. *l. nam etſi. de inofficioſ. teſtam.* uſque eò, ut liberi, vivo patre, domini eſſe juris interpretatione intelligantur. *l. in ſuis. de liber. & poſthu. §. ſui. Inſtit. de hæred. qualit. & different.* neque tamen minus parentibus integrum eſt, bona ſua alienare, ſalva legitima. *l. parentibus. C. de inoffic. teſtamento.* Et ſanè ſi ſuccedendi jus beneficio 53
legis

legis filiis indultum ejus efficatiæ eſſet, ut illis daret facultatem revocandi feudum alienatum: hoc vel maxime tum obtinere deberet, quando feudum ſimpliciter, nulla facta mentione filiorum, conceditur, cum hoc caſu filii ſuccedentes verè fruantur beneficio legis abſque aliquo facto patris ſtipulantis: ſed feudo ſimpliciter conceſſo filios iſtud alienatum revocare non poſſe, plerique interpretum arbitrati ſunt, *ut videre eſt in locu ſupra adductis*. quare vel ex hac ipſorum ſententia manifeſtum eſt, revocandi facultatem in ſuccedendi jure legis beneficio filiis indulto minimè fundari poſſe.

54 Sic † nec etiam jus, quod ex contractu inter dominum & vaſallum celebrato, filiis competit, ejus potentiæ eſſe poteſt. Primò enim extra omnem controverſiam poſitum eſt, tam dominum concedentem, quàm vaſallum acquirentem feudum pro ſe atque filiis ejus fuiſſe opinionis, ut feudum iſtud poſt mortem demum vaſalli ad filios deveniret. Qua igitur quæſo ratione filiis contra mentem atque intentionem contrahentium, vivente adhuc vaſallo, aliquod jus quæri potuit? cum tamen actus contrahentium, contra voluntatem eorum nihil operari queant. *l. Non omnis. l. Si ego. ff. Si cert. petat. l. obligationum ſubſtantia. §. non ſatis autem. de action. & obligat.* quin potius ex hac ipſa ratione evidenter colligitur, jus filiorum poſt mortem tandem patris initium ſumere, neq; illis, vivente eo, ullum jus in re, ſive formatum, ut loquuntur interpretes, quæſitum eſſe.

55 Deinde † hoc etiam dubitatione caret, nullum contractum tam eſſe validum, atque firmum, ut non mutuo contrahentium diſſenſu ſolvi queat. *§. fin. Inſtit. Quib. mod. toll. obligat. l. 1. C. Quod licet ab emtio. l. Prout quiſq. de ſolut. l. Nihil tam naturale. de reg. jur.*

56 Quare † licet domini atq; vaſalli convenerint, feudum poſt mortem vaſalli ad filios pertinere debere: tamen nihilominus ab hoc contractu mutuo conſenſu recedere poterunt. Neque enim veriſimile eſt, eos tam duras ſibi leges imponere voluiſſe, ut eaſdem mutare ſibi non liceret. *arg. l. Si quis in principio teſtamenti. de legat. 1.* Sed potius ipſa natura contractus, probabilem conjecturam præbet eos hanc à contractu recedendi facultatem ſemper ſibi integram eſſe voluiſſe, cum regulariter quivis actus ex natura rei geſtæ interpretationem recipiat. *l. Si uno. in princ. locat. l. damni. infecti. in princip. de damn. infect. l. Si ſtipulatus. de uſuris. l. Si legati ſervi nomine. de leg.*

1. Ex † quo fit, ut tum demum cenſeantur iſta feuda filiis quærere voluiſſe, quando interim non fuerint, mutata voluntate contrahentium, alienata, ſed contrahentes in eadem voluntate perſeverarint, & vaſallus feudum moriens in ſtatu iſto reliquerit, ut rectè, licet non ſatis clarè, docet Andr. de Iſern. *in d. c. 1. §. Etſi libellum. colum. 3. in fin. de alienat. feud. patern. ibi, & ſic demum habet ſucceſſor, ſi maneat in eodem ſtatu, quod non ſit alienatum. argum. l. cum quis de ſolut.* Idque poſt Iſerniam clarius docuit Camerarius *in d. c. 1. in princip. in ſecunda oppoſit. num. 32. An agnat. vel filius.* ubi diſertè inquit, tacitè hanc conditionem ineſſe inter ipſum dantem, & acquirentem feudum pro deſcendentibus; ut tum demum deſcendentes illud habeant, niſi ipſe alienaverit, *& ibidem quæſtione prima num. 26.* ait, feudo novo ſemper ineſſe illam qualitatem; ut ad deſcendentes vadat, etiamſi hæreditarium non ſit, niſi acquirens revocaverit in vita. Qua igitur quæſo fronte filii ex jure, quod ex contractu illo in mortis caſum ſibi quæſitum eſſe prætendunt, patrem alienantem impedire, vel etiam de eo conqueri poterunt, cum non alia ratione ſibi jus hoc quæſitum ſit, quàm ſi contrahentes in eadem voluntate 57

perman-

permanſerint, atque interim hi facultatem recedendi à cõtractu ſibi reſervaſſe intelligantur? Et hoc eſt, quod pro comprobatione hujus ſententiæ noſtræ paucis verbis dixit Bald. *in d. c. Inter dilectos.*

58 Omnes † res, per quaſcunque naſcuntur cauſas, per eaſdem diſſolvi: & æquum eſſe, ut per eoſdem, & ab iiſdem detur generatio, & occaſus, ut ſuprà in tertio fundamento hujus opinionis commemoravimus. Nec quicquam obſtant ea, quæ ibidem ex ſententia aliorum de filiorum jure ſubjecimus. Nam ex iis, quæ jam diximus, ob oculos eſt, jure filiorum non obſtante, integrum etiamnum eſſe contrahentibus à contractu recedere: quippe cum in vita parentis nullum jus filiis competat, ſed poſt mortem demum ejus incipiat ea tamen lege, atq; conditione, niſi interim contrahentes, mutata voluntate, à contractu receſſerint. Cum itaque hæc ſic ſeſe habeant, ut jus iſtud, quod ſive ex diſpoſitione feudali, ſive ex contractu inter dominum & vaſallum inito filiis quæri potuit, eatenus robur ſuum non extendat, ut iis facultatem tribuat impugnandi ea, quæ pater cum voluntate domini legitimè geſſit, neque interim ullo alio jure, unde facultas hæc ipſis competat; ſeſe tueri queant, conſequens omnino eſt, filios ex proprio ipſorum jure factum parentis minimè impugnare, neque etiam feudum alienatum revocare poſſe: ut ſanè mirari quis poſſit, interpretes aliter ſentientes de jure filiorum tam multa verba feciſſe.

59 Quartò, † hanc ſententiam dilucidè probat undecimum argumentum ſupra à delictis deſumtum. Eſt enim manifeſti & indubitati juris, in feudo novo delictum parentis, ex quo feudo privatur, qualecunq; illud fuerit, filiis obeſſe. *d. c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur. c. Si vaſallus culpam. ſi de feud. defunct. contro. fuer.* Et licet Jaſ. reſpondendo huic argumento diſtinguat inter feudũ pro ſe & hæredibus, quod hæreditarium dicitur, & feudum ſibi atq; filiis quæſitum, quod ex pacto vulgò appellant, à qua ſententia etiam non fuit alienus Paul. de Caſtro. *in d. conſil. 179. num. 4. lib. 1.* tamen diſtinctio iſta non ſolum verbis admodum generalibus juris feudalis repugnat, ſed etiam interpretes, quantumvis varias in articulo illo tradiderint diviſiones, diſtinctionem iſtam communiter non admittunt, ſed potius ex verbis juris feudalis generaliter concludunt, factum patris filiis damnoſum eſſe, ut palam eſt ex traditis *à Curt. jun. in tractat. feud. part. 5. princip. & ex iis, quæ nos infra quæſtione 16. pluribus firmabimus.* Cur igitur non idem in contractibus obtinere debeat, cauſa ſanè juſta nulla ſubeſſe poteſt. Nam quam Jaſ. ſecundo loco poſt Bart. conſtituit differentiam inter contractus & delicta, quaſi hoc caſu ex natura conventionis inter vaſallum & dominum initæ feudum ad dominum revertatur: in illo vero alienatio contra legem conventionis ſuſcipiatur, ea certè levior eſt, quàm ut argumentum iſtud infringere poſſit. Oſtendimus enim in proximo fundamento, ipſam naturam contractus inter dominum & vaſallum initi, facultatem recedendi ab iſto contractu, atq; adeò etiam alienandi & diſponendi poteſtatem concedere. Poſſet autem huic differentiæ tum locus eſſe, quando pater ſine conſenſu domini in præjudicium filiorum de feudo aliquid diſponeret. Nam tum verè in legem conventionis peccaret, neq; amplius in ſuo foret arbitrio domino non conſentiente, à contractu reſilire, cum contractus mutuo duorum conſenſu initus uno diſſentiente diſſolvi nequeat, ut proinde tam ex hac ſolutione, quàm ex multis aliis evidenter appareat, Bart. & Jaſ. eo de caſu fuiſſe locutos, quando pater ſine conſenſu domini de feudo inter filios diſpoſuit, & quod conſequens eſt, auctoritate

tatem ipſorum concluſioni noſtræ minus refragari. 10 Quintò † hanc ſententiam plurimum adjuvat communiter approbata doctrina Bart. *in d.l. Qui Romæ.§ Flavius.de verb.obl.* quam ſupra *in ſexto fundamento* adduximus. Neq; refert, quod Jaſ. contra exiſtimat, doctrinam iſtam in propoſito ideo locũ non habere, quia filii feudum non tam à patre, quàm à domino concedente conſequi videantur. Sæpius enim monuimus, nos hic eo de caſu loqui, quando vaſallus conſentiente domino, de feudo diſponit. Quamvis igitur filii à domino feudum capere cenſeantur: id tamen non impedit, quò minus mutuo diſſenſu domini atq; vaſalli, qui primò contraxerunt, diſſolvi contractus, atq; adeò jus ad tertiũ inde perveniens, tolli poſſit, priuſquam hoc ipſi plenè quæratur, cum pręſertim filiorũ jus poſt mortem demum vaſalli exordiũ capiat, nec aliter ipſis re ipſa quæratur, quàm ſi cõtrahentes in eadem voluntate perſtiterint, ut in tertio fundamento abunde diximus. 11 Conſideratio † verò iſta Jaſonis, tum rectè locum haberet, quando ageretur de caſu, quo dominus alienationi ſive diſpoſitioni paternæ non conſenſiſſet. Nam cum filii feudum nõ à patre ſolum, ſed etiam à domino concedente capere cenſeantur, nõ mirum, cur pater ſolus jus ex domini cõceſſione filiis quęſitum ipſis auferre nequeat. Contractus enim mutuo utriuſq; conſenſu initus unius diſſenſu diſſolvi non poteſt. *l. Incommodato.§ ſicut. Commodat. l. ſicut initio. C. de act. & obl. l. de contract. C. de reſcind. vend. l. Non iccirco. C. de contrahend. emt.* Cumq; Jaſ. argumentum iſtud, quod filii feudũ cenſeantur à domino capere, & propterea pater ipſis præjudicare non poſſit, uſq; adeò urgeat, exiſtimans, hoc omnem hujus quæſtionis dubitationem removere: manifeſtũ eſt, illum de eo caſu loqui, in quo ad paternam diſpoſitionem domini conſenſus non acceſſerat. quamobrem auctoritas & argumenta ejuſdem huic 12 ſententiæ minus obſtabunt. Atq; † hinc etiam duæ illæ doctrinæ Bart. *in d. §. Si liberi. & in d. §. Flavius.* quas Franc. Curt. *in d. loc. n. 132 poſt Raphael. Cuman. & Aret.* invicem pugnare exiſtimavit, facilè ad concordiam reduci poterunt. Nam *in d. §. Si liberi.* Bart. eo de caſu loquitur, quo pater de emphyteuſi abſq; conſenſu domini inter filios diſpoſuerat. (id quod præter rationẽ in quarto fundamento paulò ante conſideratam etiam ex eo depræhenditur, quoniam loquitur de diſpoſitione paterna inter liberos, ad quam conſenſus domini vitandę privationis cauſa neceſſarius nõ eſt.) & cum filii emphyteuſin non ſolum à patre, ſed à domino habere cenſeantur: rectè cõcludit, patrem ſolum alterutrĩ filiorum jus ſuum auferre non poſſe. In *d.* autem. *§. Flavius.* præſupponit cõſenſu illorum, ex quorum contractu alicui jus fuit quæſitum, illud idem ſublatum eſſe, ita ut ſi contractus ab unius conſenſu dependeat, veluti donatio, tum ſufficiat illũ mutata voluntate, jus iſtud tertiò ex hac donatione quæſitum auferre: ſin autẽ contractus mutuo utriuſq; cõſenſu fuiſſet celebratus, veluti in feudo, tum neceſſe ſit, ut in tollendo jure alteri inde quæſito, etiam utriuſq; conſenſus interveniat: & hoc voluit Bart. *in d. §. Flavius.* dum ait: iſta pactio poteſt tolli voluntate ſolius donatoris, & inſuperaddit, vel utriuſq;: quæ quidem cõciliatio non eſt aliena à diſtinctione Aretin. *in l. Apud Julianum. §. Si quid alicui. de leg. 1. relata à Curt. jun. in d. loco,* licet interim is idem Aretin. ſe in hac quæſtione non ſatis potuerit extricare. Atq; ex his, quæ pro comprobatione hujus ſententię noſtrę hactenus protulimus, facilè poterit reſponderi ad omnia ea, quæ cæteris fundamentis ſupra relatis fuerunt objecta. Illa igitur ſigillatim refutando hic repetere libenter ſuperſedemus. hæc verò duntaxat tanquã potiora pro ſtabilienda iſta ſententia ſuperius commemoratis addere placuit. Deniq; † præter rationes hactenus enumeratas cõcluſio iſta etiam ſuffulta eſt auctoritate claſſicorũ interpre- 13

tum,

eum, quorum teſtimonia ſupra citavimus. Hi enim & numero & pondere longè ſuperant alios, qui primæ opinioni adſtipulantur: tum quia cum illis maxima feudiſtarum pars facit, atq; ex his illi potiſſimum, qui primas inter juris hujus interpretes facilè ſibi vendicant, *ut Andre. de Iſern. Alvarot. Laudens. Matth. de Afflict. Sigiſmund. Loffred. Camerar. & cæteri.* Nam cum hi materiam feudorũ ex profeſſo tractarint, atq; in hac juris parte optimè fuerint verſati: haud paulò plus auctoritas ipſorum nos movere debet, quàm eorum, qui vel aliis rebus intenti hunc articulum obiter attigerunt, vel cauſis ſeſe accommodando, ea potius, quæ negocio propoſito inſervierunt, quàm veritatem fuerunt ſecuti: propter ea quæ ſupra *quæſtione 1.* circa auctoritatum collationem commemoravimus: tum etiam, quia multi ex illis, qui pro opinione contraria fuerunt adducti, eo tantummodo de caſu loquuntur, quo pater inter liberos ſine conſenſu domini diſponit, ut non ſolum ex rationibus, quibus utuntur, ſecundum ea, quæ ſupra diximus, evidens eſt, ſed & inde apparet, quod de eo modo quærunt, an pater uni filiorum feudum prælegare poſſit, excluſis cæteris filiis, quam ad rem conſenſus domini non perinde ut in alienatione eſt neceſſarius, *ut videre licet ex traditis per Bart. in d.* §. *ut liberi.* Hi verò, qui patrem in præjudicium filiorum de feudo diſponere poſſe generaliter concludunt, præſupponunt, dominum diſpoſitioni paternæ conſenſiſſe, prout etiam nos in principio hujus quæſtionis noſtræ monuimus. Non igitur auctoritas illorum hiſce rectè opponi, neq; adeò ad propoſitum quæſtionis pertinere poterit. Plurimum enim differunt quærere, an pater conſentiente domino, filiis præjudicare poſſit, an verò abſq; conſenſu domini id præſtare queat, ut ex rationibus ſupra ponderatis liquet, & rectè monet Pinel. *in l. 1. in tertia part. nu. 98. C. de bon. matern.* Et licet multi etiam ex ſupra dictis interpretibus auctoritates aliorum, qui, ut dictum eſt, de ſola patris diſpoſitione nullo accedente conſenſu domini, loquuntur, etiam ad hunc caſum noſtrum trahant, quando videlicet domini conſenſus intervenit, cum tamen hoc ex errore quodam cõtigerit, quod dicta interpretum non ſatis advertentes, haſce duas inter ſe differentes quæſtiones confuderunt, ut animadvertit etiam Pinellus *in d. loco* inquiens, nullum ſcribentium percepiſſe hanc differentiam, ſed omnes has quæſtiones pariter tractaſſe: facilè hinc deprehenditur, quantum ſit tribuendum judicio horum auctoritate aliorum perperam abutentium. Ut proinde ex hiſce affirmare non dubitem, hanc ſententiam noſtram, quicquid alii dixerint, magis communem & à crebriori atq; potiori interpretum parte approbatam eſſe. meritò itaq; tam in reſpondendo, quã in judicando tenenda erit: quam etiam Dominos Scabinos Lipſenſes ſecutos eſſe conſtat ex iis, quæ eleganter ſcripſit D. Jocob. Thoming. *in quæſt. 23.* ubi in terminis fortioribus quibus quis in feudo ſibi ob merita in caſum mortis vaſalli adhuc poſſidentis promiſſo agnatos ſuos inveſtiendos curaverat, ſecundum hanc ſententiam concludit, quod is uni eorum, hoc jus conſequenti tempore poſſit attribuere, & reliquos ab eodem excludere. & memini hunc ipſum caſum tum temporis, cum collegio adhuc intereſſem, ita deciſum eſſe: licet interim haud ſciam, an circa hoc propoſitum conſenſus etiam domini ſatis conſideratus fuerit.

His † ita firmatis difficile non erit reſpondere ad ea, quæ pro opinione contraria primo loco in medium prolata fuerunt. Nam quod attinet ad text. *in d. c. 1. de ſucceſſio. feud.* qui hanc ſententiam noſtram fortiter oppugnare videtur, licet interpretes textum illum va- 64

lum variis modis fuerint interpretati, quas ipſorũ traditiones omnes recenſere ſupervacaneum eſſe arbitror: tamen inter cæteras mihi potiſſimum arridet ſententia eorum, qui exiſtimarunt, principiũ illius capituli duntaxat intelligendum eſſe de ordinatione defuncti ſine conſenſu domini facta, ut *ut ſenſit Matth. de Afflict. ibi nu. 106. & in c. Imperialem. nu. 75. de prohib. feud. alien. per Federic. & Julius Clarus in d. §. feudum. quæſtio. 40. nu. 3.* Hanc enim interpretationem veriſimilem mihi reddit, quoniam in textu illo agitur de æquali filiorum ſucceſſione in feudis. & huic diſpoſitioni proximè ſubjungitur, nullam ordinationem defuncti in contrarium valere, id quod propter præcedentia accipiendum eſt de ordinatione defuncti, qua contra hanc juris diſpoſitionem, feudum inter filios inæqualiter diſtribueretur, atq; adeò de diſpoſitione ſive ordinatione inter filios, ad quos alioqui feudum devolveretur. Ab interpretibus autem communiter receptum eſt, nõ eſſe neceſſarium conſenſum domini, quoties quis de feudo inter eos, ad quos alioqui id perventurum eſſet, diſponit, licet id ipſis non ſemper præjudicet. *c. 1. §. & ſi libellum. ubi hoc not. DD. de alien. feudi paterni.* Nulla igitur cauſa ſubeſt, cur præſupponamus, conſenſum domini in caſu illius capituli intervenîſſe, quin potius ex hoc ipſo, quia conſenſus hoc caſu neceſſariò non requiritur, ſtatuendum erit, textum de ordinatione defuncti ſine conſenſu domini facta intelligendum eſſe, tum quia hoc ſuadet ſubjecta materia, quatenus de diſpoſitione inter liberos agitur: ex ſubjecta enim materia plerunq; verborum interpretationes capiuntur. *l. Si uno. ff. locat. l. Inſulam. de præſcript. verb. l. In lege. ff. Locat. l. Sed etſi poſſeſſori. §. Item ſi juravero. de jurejur.* tum quia ea, quæ extrinſecus accedunt, præſertim ſi neceſſaria non ſint, ad actum non facilè præſumuntur. *l. ſi ita. §. Chryſogonus. in fin. de verbor. oblig. l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſam. not. in l. ſciendum. de verbor. obligat.* Ut proinde ille, qui conſenſum domini in caſu illius capituli intervenîſſe aſſerere vult, hoc manifeſtis indiciis docere neceſſe habeat: tum deniq; quia niſi verba illius capituli intelligerentur de ordinatione defuncti, cui conſenſus domini acceſſiſſet, plurimæ rationes juris feudalis ſupra conſideratæ huic textui ita adverſarentur, ut invicem conciliari non poſſent. eſt enim ea ſemper capienda interpretatio, per quam jura juribus concordentur potius, quàm ut eorum contrarietas introducatur. *l. unic. C. de inoffic. dotibus. c. Cum dilectus. de conſuetud. c. Cum expedıat. de electio. §. fin. Auth. de exhib. reis. §. fin. Auth. ut cleric. apud prop. jud.* Neq; huic interpretationi quicquam obſtat generalitas illius capituli ſupra conſiderata. Facilè enim admittimus, textum illum non ſolum in ultima voluntate, ſed & in contractibus procedere, data paritate terminorum, quando videlicet vaſallus non conſentiente domino de feudo contrahit. Nam tum contrahendo perinde ut in teſtamento filiis præjudicare non poteſt. præterea generalia verba legum nunquam ita generaliter accipienda ſunt, ut non ex veriſimili ratione reſtrictionem quandam recipiant. *l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2. l. adigere. §. quamvis. de jure patron. l. milites agrum. in princ. de re militar.* Cum præſertim in propoſito tam urgentes ſubſint rationes, quæ textum illum de ordinatione ſine conſenſu domini facta accipiendum eſſe ſuadent, prout ſupra eas copioſè recenſuimus. Niſi enim in hanc ſententiam capitulum iſtud acciperetur, multa manifeſta juris feudalis reſponſa, & horum rationes penitus everterentur. Quod quia minimè admittendum, neque etiam commodior ſuccurrit interpretatio, planè in eam ſententiam devenio, verba illius capituli de ordinatione defuncti inter liberos ſine conſenſu domini

facta accipienda eſſe, & reperio textum hunc ita etiam fuiſſe interpretatum Loriot. *in tit. de alienat. feud.* Quo ſtante concluſioni noſtræ, quæ conſenſum domini acceſſiſſe præſupponit, minimè obſtabit. eſſe enim inter hoſce duos caſus magnam differentiam, ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, liquidò conſtat.

65 Ad † ſecundum argumentum reſponderi poteſt ex iis, quæ in tertio fundamento hujus concluſionis noſtræ in medium attulimus. Oſtendimus enim ibi jus ſuccedendi, quod liberis beneficio juris feudalis conceſſum eſt, ejus efficaciæ non eſſe, ut propterea pater cum conſenſu domini de feudo in præjudicium filiorum diſponere nequeat, ſed quod potius hujus juris ratio permittat domino, atque vaſallo unanimi conſenſu, voluntate mutata, à primo contractu recedere, & feudum ad alium transferre. Argumento verò huic tum demum locus eſt, quando pater ſine conſenſu domini feudum uni filiorum aſſignare, & cæteros filios eo jure privare vellet. & Baldus qui eo utitur, in his terminis loqui, ex eo manifeſtum eſt, quia in fine dubitat, utrum hoc caſu feudum ad dominum revertatur. ſi enim dominus conſenſiſſet, fruſtra de eo dubitaret.

66 Tertium † argumentum, quod à lege ceſſante deſumit Sonsbeccius, ſententiam noſtram magis confirmat, quàm ut eandem oppugnet, ut in primo fundamento hujus opinionis latius deduximus. Probavimus enim ibi, non eſſe neceſſe, ut jure feudali ſpecialiter diſpoſitum ſit, patrem feudum novum alienare poſſe, ſed ſufficere pro comprobatione hujus ſententiæ, hoc jure feudali ipſi peculiariter non eſſe prohibitum. Neque à jure agnatorum in feudo paterno ad jus filiorum in feudo novo rectè deſumi poteſt argumentũ, cum inter hos duos caſus maxima ſubſit diverſitatis ratio. Agnatis enim in feudo paterno ex contractu primi acquirentis jus eſſe quæſitum. *c. 1. §. 1. de ſucceſſio. frat. vel gr. ad. ſucced. in feud. c. ſi capitanei. de feud. March.* Ideò vaſallus feudum poſſidens agnatis jus hoc non ſuo, ſed alterius facto quæſitum adimere non poteſt. *c. 1. de alienat. feud. patern.* At filiis in feudo novo facto ipſius patris & domini concedentis jus quæritur: non mirum igitur, cur etiam facto eorundem tolli queat. *argum. l. Nihil tam naturale. de reg. jur.* cum præſertim jus iſtud ex natura contractus ea lege quæſitum eſſe cenſeatur, ſi in eadem voluntate perſeveraverint, prout ſupra in tertio & quinto fundamento abunde demonſtravimus.

67 Hinc † etiam parum urget ratio quarto loco adducta, cum hæc ipſa diverſitatis ratio exigat, filios non eſſe cenſendos jure agnatorum, ut interim omittam, multis juris feudalis capitulis oſtendi poſſe, quod in feudis filii deterioris conditionis ſint, quàm agnati, ut apparet ex iis, quæ in ſecundo fundamento aſſeruimus. Et licet non negem, filiis ex contractu paterno tale jus eſſe quæſitum, quod neque pater ſolus, neque etiam dominus ſine conſenſu patris ipſis auferre queat, ex quo etiam fit, ut mortuo patre dominus etiam invitus teneatur inveſtire filium, prout multis conatur oſtendere Sonsbeccius in quarto & quinto fundamento: interim tamen hoc etiam verum eſt, jus iſtud ejus efficaciæ non eſſe, ut impedire poſſit, quò minus dominus & pater mutata voluntate, à contractu recedere, & jus inde quæſitum filiis in alium transferre poſſint, cum præſertim illis jus hoc in mortis demum caſum & ea conditione ſit partum, ſi in eadem voluntate contrahentes perſeveraverint, prout ſupra multis rationibus probavimus.

68 Non † obſtant capitula illa ſexto loco adducta, quibus probatur, feudum à patre alienatum tum demum ad do-

ad dominum redire, ſi nullos poſt ſe reliquerit hæredes maſculos. Nam etſi à contrario ſenſu hoc quidem ſatis jurib. illis probatur, ſi filii patri defuncto ſuperſtites fuerint, feudum ad dominum non pertinere, inde tamen minimè ſequitur, quod filii propterea feudum iſtud revocare poſſint. Non enim ratum eſt, ut jus ſucceſſoris domino obſtet, quò minus illi feudum aperiatur, licet interim ſucceſſor is ad feudum illud pervenire non poſſit, ut dilucidè apparet in caſu, quo agnato proximiore conſentiente feudum eſt alienatum. Nam hoc etiam caſu, poſſeſſore defuncto, agnatus propter conſenſum prius præſtitum ad feudum aſpirare non poteſt. *c. 1. §. præterea ſi ille. quib. mod. feud. amitt.* & tamen nihilominus obſtat domino, quò minus ipſi feudum aperiatur. Neq; ſanè injuria, nam feuda tam ex conventionis lege, quàm ex juris hujus diſpoſitione ad dominum tum demum devolvuntur, quando vaſallus ſine hærede maſculo, ſive alio ſucceſſore moritur. Quandocunque igitur vaſallus poſt ſe ſucceſſorem relinquit, qui alioqui jure feudali ad ſucceſſionem habilis eſſe reputatur, tum, etſi ad hunc feudum pervenire non poſſet, tamē nihilominus propter legem atque conditionem primæ conventioni annexam, & jus ſucceſſoribus quæſitum, quo interim nititur ille, in quem feudum alienatū fuit, obſtat domino, ne ad ipſum feudū devolvatur, ſicut etiam jus ipſius poſſeſſoris, quod poſt alienationem penes illum ex prima conventione etiamnū reſidet, præpedimento eſt domino, quò minus ad feudum pervenire poſſit, licet interim vaſallus nullam revocandi feudi facultatem habeat, quemadmodum infra *quæſtione 6. n. 64.* pluribus oſtendemus. idem itaque in perſona filii continget. Nam illud ipſum, quod vivente patre domino obſtaculo eſt, quò minus illi feudum aperiatur, tranſmittitur in filium: quippe cum eadem perſona cum patre eſſe reputetur. Minimè igitur ex eo, quod filii domino obſtant, quò minus feudum illi aperiatur, colligi poterit, eos feudum revocare poſſe: præſertim verò contra tam manifeſtas juris feudalis rationes ſupra conſideratas, quibus abundè fuit oſtenſum, filiis revocandi facultatem in feudo novo non competere.

Eodem † etiam modo reſponderi poteſt ad text. *in c. 1. §. Præterea. verſ. Item ſi fuerint. quib. modis feud. amitt.* quem ex Sonsbeccio ſupra adduximus. 69
nam ex verbis illius ita arguit Sonsbec. quemadmodum ex capitulis in præcedente argumento citatis. Sed quod idem interpretando. §. illum ſatis alioqui obſcurum, exiſtimat, eum contra receptam interpretum ſententiam intelligendū eſſe de alienatione conſentiente domino facta, & in hoc oſtendendo plurimum laborat, in eo ſane, ut iſtud etiam obiter moneamus, naviter impingere videtur. Nam ſi in caſu illius §. feudum conſentiente domino alienatum eſſet, tum, etſi vaſallus ſine hærede maſculo deceſſiſſet, feudum tamen ad dominum non fuiſſet devolutum, *ut probatur in c. 1. §. Etſi clientulus. junct. §. ſeq. de alien. feud. & docet Matth. de Afflict. in deciſ. 112. in fin.* ſed verbis illius textus diſertè diſponitur, alienatore ſine hærede maſculo obeunte, feudum ad dominum reverti. Neceſſe eſt igitur, feudum ſine conſenſu domini fuiſſe alienatum, prout etiam omnes interpretes. § illum in hanc ſententiam accipiunt. Sed cur, inquies, in caſu illius §. feudum demum revertitur ad dominum, vaſallo ſine hærede maſculo decedente, cum ſi dominus alienationi non conſenſiſſet, etiamſi vaſallus hæredes poſt ſe reliquerit, quinimo eo adhuc vivo, feudum propter culpam commiſſam domino aperiretur, prout conſiderat Sonsbecc. Interpretes, ut hoc objectum evitent, exiſtimant, ibi ſubaudiendam eſſe dictionem (maximè) quaſi idem ſit, ſive vaſallus hære-

des poſt ſe reliquerit, ſive non. Sed quam hoc ſit putidum, nemo eſt qui non videat. Matth.de Afflict. *ibi nu.19.* ait, verba illa,(ſine legitimo hærede deceſſerit) referenda eſſe ad ſucceſſionem fraternam, quaſi tum demum invicem ſuccedant, ſi alter ipſorum ſine hærede legitimo vivis exierit: non autem verba hæc pertinere ad dominum, cui indiſtinctè in caſu illius §. feudum aperiretur. Sed & huic intellectui verba textus directò adverſantur. Quid igitur dicendum? Reperio, Cujatium hunc §. ita explicare: Duo ſunt, inquit, fratres conſortes. Primus & ſecundus. Primus feudũ acquiſivit, idq; in commune contulit, quę collatio domino nihil præjudicat, qui primum ſolum ſibi vaſſallum adoptavit. *c. 1. de fratrib. de nov. benefic. inveſtit.* Soluta conſortione, & diviſo feudo, ſecundus feudi partem accepit jure igitur. quia partem dimidiam tantum: totum nequiviſſet: quo enim colore, niſi refutationis? ſed hoc non potuiſſet, quia in feudo fraterno, id eſt, novo ſucceſſurus non erat: Igitur, quia partem accepit, rectè quamdiu vixerit primus, non redibit ad dominum portio ſecundi, niſi ſecundus plus medietate ſuæ portionis vendiderit, & ſine liberis maſculis deceſſerit. utrunq; exigimus. Neq; hoc, neq; illud ſufficit, quia vivit primus à quo ejus portionis alienatio in ſecundum collata ſuſtinetur: utrumq; ſi concurrat, dominũ admittemus, quia ſecundus eam portionem tenuit, quaſi feudum ab eodem domino ex diviſione, & deficiente ejus ſobole maſcula æquum eſt, id domino accedere potius, quàm extero emtori, qui plus medietate emit. Et ne mirum videatur alicui, cur feudum in caſu illius §. ad dominum redeat, cum tamen non totum, ſed tantummodo ultra medietatem fuerit alienatum, addit Cujatius: Ante Lotharium alienatione majoris partis, quàm dimidiæ, feudum aperiebatur, poſt Lotharium pars tantum alienata domino aperitur, ut apparet ex tit. de alienat. feud. Eſt enim ejus indignitas major, qui indulgentia ſibi data (nimirum ut mediam partem alienare poſſit) abutitur, quàm ejus, cui nihil lex indulſit. *Hæc Cujatius.* Ex quibus palam eſt, etſi interpretes communiter exiſtimaverint, in caſu illius §. fratres de feudo novo ſimul inveſtitos eſſe, vel ſaltem unum pro ſe & fratre inveſtituram accepiſſe: tamen Cujatium in hoc aliter ſenſiſſe, atque textum illum intellexiſſe de fratre, qui feudum ſolus, nulla in inveſtitura alterius fratris facta mentione, acquiſierat, & deinde mediam illius partem alteri fratri, ſine conſenſu domini conceſſerat: Id quod jure veteri feudorum ei permiſſum erat. Atque hic intellectus magis convenit verbis textus ibi. (unus inveſtituram accepit) & ibi (diviſerit) & ibi (qui feudi partem accepiſſet.) Nam ſi feudum ex inveſtitura ad utrunque pertinuiſſet, tum non is ſolum, qui illud accepiſſet, diviſiſſe, ſed uterq; invicem dividere diceretur: neque alter ab hoc ex diviſione partem feudi accipere, ſed potius à domino mediante inveſtitura acquirere cenſeretur. Deinde notandum, etſi interpretes communiter præſupponant, in caſu illius §. cautũ fuiſſe, ut fratres invicẽ ſuccedere deberent, Cujatium tamen verba illius textus eo de caſu interpretari, quo unus fratrũ feudum, nullo addito ſucceſſionis pacto, (id quod etiã Sonsbeccius admittit) acquiſierat, & poſtea mediam illius feudi partem alteri fratri in inveſtitura nõ comprehenſo, ſine conſenſu domini conceſſerat. Et rectius quidẽ meo judicio. cum enim unus tantummodo fratrum pro ſe inveſtituram acceperit, & dein ſponte partem alteri fratri conceſſerit, planè veriſimile non eſt, eum de alterius fratris ſucceſſione ſollicitũ fuiſſe, neq; etiam hic aliqua juſta ſubeſt cauſa, cur præſupponamus, de ſucceſſione inter fratres cõventum eſſe: quin potius tam ex verbis illius §. quàm ex iis, quæ mox dicemus, magis

magis probabile ſit, nullum ejuſmodi interveniſſe pactum. Neque refert, quod interpretes conſiderant, textum illum alioqui probabili dubitatione carere, niſi ejuſmodi pactum præſupponeretur. Nam præter ea, quibus hanc conſiderationem refutat Sonsbeccius, ex his, quæ jam proferemus, evidenter apparebit, licet nullum ejuſmodi pactum interveniſſe ponamus, tamen caſum illius ſatis eſſe dubitabilem in illis terminis, de quibus loquitur, videlicet alienationis, & quatenus per alienationem domino aperiatur feudum, & quo ad hæc reperio Hottoman. cum Cujatio conſentire. His itaque ex ſententia Cujatii poſitis, quæſtio fuit: Si in caſu, quo unus fratrum ſolus feudum acquiſivit, & deinde mediam partem feudi illius in diviſione conceſſit fratri, is, qui partem accepit, plus medietate vendiderit, an pars illa feudi ipſi conceſſa propter alienationem illegitimam mox aperiretur domino, an verò demum, vaſallo ſine hærede maſculo decedente. & quod attinet ad mediam illam partem feudi, quam is, qui feudum acquiſierat, fratri in diviſione conceſſerat, extra omnem controverſiam poſitum eſt, fratrem mediam feudi partem ſine conſenſu domini pro libito olim alienare potuiſſe: ſolum igitur de alienatione ejus, qui partem illam acceperat, quæritur. Rationem dubitandi præbet, quod is ultra mediam partem ſuæ portionis, domino non conſentiente, alienaverat: nam hinc feudum iſtud non expectata morte ejus, ſtatim domino apertum eſſe, atq; adeo nihil referre videbatur, utrum liberos reliquerit, nec ne, *c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. §. aut ſi libellario. Quibus mod. feud. amittat. c. 1. §. Si vaſallus culpam: Si de feud. defunct.* Contra tamen deciditur, feudum hoc demũ alienatore ſine hærede decedente ad dominum reverti. Ratio hujus deciſionis ſecundum intellectum Cujatii eſt, quia cum dominus uni fratrum duntaxat feudum conceſſerit, atq; huic integrum fuerit mediam illius feudi partem alienare, quicquid deinceps alienando in hac media parte tentetur: quia tamen ſemper reſpectu feudi à domino uni fratrum conceſſi, illus duntaxat media pars eſt, ideo ejus alienatio à fratre, qui eam partem acceperat, ſuſcepta amiſſionis cauſam non præbet, ſed à primo, à quo ejus portionis alienatio in ſecundũ collata eſt, ſuſtinetur, atq; adeo feudum non niſi alienatore ſine hærade maſculo decedente ad dominum revertitur, id quod regulare eſt illis in caſibus, in quibus domino non conſentiente feudum alienari poteſt, ut probatur *in præcedente §. Rurſus ſi fidelis.* Non igitur opus eſt, ut gratia evitandi objecti paulò antè moti ad emendationem literæ confugiamus, & pro verbis illis (Et ſine legitimo hærede deceſſerit) legamus. (Et ſi legitimo hærede deceſſerit) ſubaudito vocabulo (relicto) vel pro conjunctione (Et) reponamus (aut) quemadmodum exiſtimavit quidam vir alioqui doctiſſim. cum, ut ex jam dictis liquet, probabilis ſit hujus textus ratio etiam vulgari lectura retenta. Neque refert, quod, ut arbitratur ille, pars ea, quæ alteri fratrum in diviſione obvenit, à toto diſtracta, non amplius pro parte feudi priſtini, ſed pro toto feudo novo æſtimanda ſit, & propterea illa ultrà medietatem alienata ad dominũ mox redire debeat. Nam cum iſtud jure noſtro feudali in hac quidem facti ſpecie nuſquam cautum reperiatur: malò verbis claris textus inhærendo in qualiquali eorundem ratione acquieſcere, quàm ex ratione aliunde deſumta verba hæc manifeſta immutare. Cur autem hoc caſu, vaſallo videlicet ſine hærede maſculo decedente, potius ad dominum redeat feudum, quàm ad fratrem, qui primò de feudo illo inveſtitus fuerat, & poſtea partem ejus fratri conceſſerat, id hanc etiam rationem ſatis manifeſtam habet. Quia cum fratri

 tri

tri partem hanc conceſſerit, neque ſucceſſionis jus pacto ſibi reſervaverit, hoc ipſo omni jure, quod in parte illa habuit, ſe abdicaſſe cenſetur. quare ad illud nō amplius ei regreſſus patere debet, ut habetur in proximè antecedente § *Præterea ſi ille ad quem.* Nam etiam fratres in feudo ſimul acquiſito non ſuccedunt, niſi de hoc invicem ſuccedendi jure in inveſtitura cautum fuerit, de fratrib. de novo benefic. inveſtit. Ex quibus tandem manifeſtum eſt, minimè neceſſe eſſe, ut præſupponatur in caſu illius §. Domini conſenſum interveniſſe, ut ſenſit Sonsbecci. vel fratres de invicem ſuccedendo conveniſſe, ut interpretes communiter exiſtimarunt: ſed quod potius rationes decidēdi jam cōſideratæ utrumq; penitus excludant. Cumq; intellectus iſte eo modo, ut jam diximus, explicatus ſatis ſit planus & perſpicuus, neq; melior interpretandi ratio mihi nunc ſuccurrat. ideò meritò Cujatio in hoc adſtipulor, magnamq; illi viro gratiam habeo, quod ad intellectum iſtum primus viam nobis monſtraverit. Circa hoc ſolū ſubſiſto, quod idem ad hoc, ut feudum in caſu illius §. ad dominū revertatur, utrunq; exigit, & quod ſine liberis deceſſerit, & quod plus medietate ſuæ portionis vendiderit, ſentiens alterum nō ſufficere. Nam etſi hoc rectè procedat, ſi juxta facti ſpeciem hoc loco propoſitam alienationē primo loco conſideraverimus: tamen vereor, ne nō ſubſiſtat, ſi fecerimus initium à morte vaſalli, cum, etſi is parte ſua, quam à fratre acceperat, non alienata, ſine hęredibus deceſſerit, feudum tamen ad dominum revertatur, altero fratre à ſucceſſionis jure excluſo, ut ex rationibus paulo ante adductis ſatis patet, & quò ad hoc rectè exiſtimavit Hottoman. hic. Et de intellectu ſæpedict. §. *Item ſi fuerint*, hactenus. Qui cum multorum interpretum ingenia exercuerit, neq; cujuſvis ſit, verā illius ſententiam aſſequi: ideo hæc non prætermittenda, ſed aliquanto prolixius explicanda nobis viſa ſunt. Nunc ad propoſitum noſtrum redeamus.

70 Quæ † in octavo, nono, & ultimo fundamento dicta ſunt de jure alteri quęſito non auferendo, illa locum haberent, ſiquidem filiis in propoſito ex ſtipulatione paterna jus ſtatim perfectè quæſitum eſſet. probavimus autē ſupra, filiis in feudo demum poſt mortem patris jus eſſe quęſitum, & quidem ea lege, atq; conditione, ſi pater atq; dominus, in eadem voluntate perſeveraverit, & ille moriens feudum poſt ſe reliquerit. Non igitur jura illa ad propoſitum noſtrum pertinere poterunt.

71 Nam † etſi id, quod plenè alicui eſt quæſitum, ipſi invito auferri nequeat, res tamen aliter ſeſe habet in jure, quod in futurum mortis caſum, vel in alium eventum ita eſt partum, ut liberum interim ſit concedenti, mutata voluntate, jus iſtud revocare, atq; adeò quando, ut interpretes loquuntur, jus revocabiliter eſt quæſitum, *ut declarat Joan. de Imol. in d.c. Potuit, Locati, & probatur optimè ex iis, quæ tradunt dd. in d.l. Qui Romæ. §. Flavius. de verb. oblig. not. gl. & DD. in l. Si quis ita hæreditatem: de condit. Inſtit. & in l. Cum pater. §. ſurdo. de leg. 2. & in l. Si mortis cauſa, cum l ſeq. de donat. cauſ. mortis. & in l. ſed etſi quis. §. interdum, junct. gl. de uſufr. addit etiam pro hac diſtinct. Jaſ. ea, quæ not. DD. in l. 1. de leg. 1. & in l. 1. C. Commu. de leg. & tex. in l. in bello. §. Si quis ſervum. de capt. & poſtl. reverſ.*

72 Et licet † idem Jaſ. deinde. *nu. 211.* contra replicet, diſtinctionē hanc ideò hic locum habere, quia filiis nō ſolum jus in ſpe, ſed in re, ut ipſe ait, eſt quęſitū, cum ipſis competat utilis actio: tamen hæc eadem utilis actio demū poſt mortem patris competit filio, & quidem ea lege, ſi pater moriens feudum poſt ſe reliquerit: atq; adeò hoc ipſum actionis jus ei non aliter quàm revocabiliter eſt quæſitum: argumento *d. §. Flavius.* Ideò Jaſ. cum ſentiat ſe aliter elabi non poſſe, eò tandem confugit, ut dicat, ideo patrem jus hoc filiis auferre non poſſe, quia filii iſtud non à patre, ſed ex domini conceſſione adepti eſſe cenſen-

Digitized by Google

cenſentur. Id quod facile concedendum eſſet, ſi de eo ageremus, utrum pater ſolus ſine conſenſu domini jus hoc filiis adimere poſſet: ſed cum in caſu quæſtionis noſtræ diſertè poſuerimus, dominum conſenſiſſe alienationi paternæ, manifeſtum eſt, conſiderationem iſtam Jaſonis, ſententiæ noſtræ minimè obſtare: ſed ſolutionem à Joann. de Imol. traditam, utpote optima juris ratione munitam, nihilominus firmiter tenendam eſſe.

73 Decimum † & undecimum argumentum eò potiſſimum tendunt, quod pater ſolus ſine conſenſu domini filiis jus in feudo quæſitum auferre non poſſit: quippe cum vaſallo feudum ad vitam tantummodo ita conceſſum eſſe videatur, ut moriens filiis relinquat, & hoc mortis caſu eveniente, filii à domino ipſo ex prima ejus conceſſione proprio ipſorum jure capere illud cenſeantur. ut verò etiam domino conſentiente pater feudum in præjudicium filiorum alienare nequeat, eò ſanè argumenta iſta vim ſuam extendere non poterunt. Quamvis enim feuda reſtitutioni ſubjecta eſſe cenſeantur: id tamen quò minus feudum conſentiente domino in alium transferatur, non magis obſtaculo eſſe poterit, quàm teſtatorem, qui hæredem fideicommiſſo gravavit, iſtud impedit, quò minus hoc onere hæredem liberet. Nam bona reſtitutioni ſubjecta, ab eo quidem, qui gravatus eſt illa reſtitutione, alienari non poſſunt: Interim tamen nihil obſtat, quò minus is, qui reſtitutionis onus injunxit, illud idem revocare poſſit: cum nihil tam ſit naturale, quam eodem genere quid diſſolvi, quo colligatum eſt. *l. Nihil tam naturale: de reg. jur.* Et licet mortuo vaſallo jus ejus expirare & ad filios tranſire æſtimetur, id tamen ex ipſa contractus natura intelligendum eſt, ſiquidem res in eodem ſtatu permanſerit, & feudum ita, quemadmodum acceperat, moriens poſt ſe reliquerit. Quod ſi verò interim conſentiente domino alienaverit, vel alioqui de eo diſpoſuerit, tum res aliter ſeſe habet, cum hoc ſibi ex ipſa conventionis natura integrum ſemper reſervaverit, ut ſupra abunde docuimus. Sic etſi filii feudum à domino capere exiſtimentur, & tot cenſeantur eſſe donationes ſive conceſſiones, quot ſunt perſonæ, id tamen tum demum rectius in conſiderationem venit, quando prima conventione in eodem ſtatu permanente, feudum poſt mortem vaſalli ad filios tranſit, atque adeò jus ipſis verè atque perfectè quæritur. Hæc verò conſideratio nihil impedimenti objicit, quò minus dominus prius, quam res ad eum caſum deveniat, vaſallo alienanti conſentire, atq; hoc ipſo feudum ad alium transferre poſſit. Non enim ſequitur: filii, quoties ad ipſos feudum pervenit, cenſentur illud acquiſiviſſe à domino: ergo dominus neceſſe habet, feudum ipſis omnino relinquere: ſed potius ex natura contractus inter vaſallum & dominum initi integrum eſſe domino, atq; vaſallo debet, ut mutata voluntate à prima conventione recedant.

Neq; † etiam ullam de domino conſentiente juſtam conquerendi cauſam habere poterunt filii, prout circa undecimum argumentum porrò conſideratum fuit. Nullum enim inter dominum & filios geſtum eſt negocium, & quod conſequens eſt, nulla inter ipſos oriri potuit obligatio, cujus vigore dominus filiis feudum relinquere devinctus eſſet, & propterea alienationi conſentire non poſſet. *l. In omnibus rebus: de action. & obligat.* Nam deficiente contractu deficit obligatio, quæ ex negocio antea contracto exiſtere neceſſe eſt. *l. Licet.* §. *ea obligatio. de procurat. l. Eum qui.* §. *Item ſi mihi: de conſtit. pecun. l. inter ſtipulantem. de verbor. obligat.* Quæ verò inter dominum & vaſallum inita fuit conventio, ea tantum abeſt, ut hanc conſentiendi facultatem adimat, ut etiam ex propria ejuſdem natura illa conceſſa 74

videatur, per ea, quæ ſupra copioſè adduximus. Ut proinde ex hiſce tandem manifeſtum ſit, univerſa primæ opinionis argumenta præſuppoſito conſenſu domini, admodum fragilia eſſe, neque huic concluſioni noſtræ quicquam refragari. Remotis itaq; omnibus iis, quæ ſententiam noſtram oppugnare videbantur, ut finem huic quæſtioni tandem imponamus, ſine hæſitatione concludimus, patrem conſentiente domino feudum in præjudicium filiorum alienare, vel alioqui de feudo novo diſponere poſſe: filiis verò jus revocandi feudum alienatum, vel impugnandi factum paternum non competere.

75 Hæc † concluſio ita firmata declaratur, Primò, ut non ſolum procedat in alienatione ſive diſpoſitione inter vivos, ſed & in ultimis voluntatibus. Nam pater conſentiente domino, etiam de feudo in præjudicium liberorum teſtari poteſt, rationibus ſupra adductis, quæ non minus in teſtamentis, quàm in diſpoſitione inter vivos locum habent. Ideoq; etiam pleriq; interpretum ſupra adducti de ultimis voluntatibus loquuntur. Neque obſtat text. *in c. 1. de ſucceſſio. feud.* is enim eo de caſu eſt intelligendus, quando dominus ordinationi defuncti non conſenſit, prout ſupra abunde oſtendimus. Ex quo ſequitur, non eſſe adſtipulandum Ludovic. Bolognino *in addit. ad Joann. de Anan. conſil. 37.* quatenus diſtingvit inter teſtamenta, & alienationem, exiſtimans, patrem in vita uni filiorum feudum aſſignando cæteris præjudicare poſſe: non autem in teſtamento, cum præſertim nullam probabilem hujus diſtinctionis afferat rationem. Nam poſito conſenſu domini, nulla eſt differentia inter ultimam voluntatem, & diſpoſitionem inter vivos: idq; in his terminis poſt alios quos refert, ſecutus eſt Borcholt *cap. 9. tit. de ſucceſſ. num. 5.*

76 Sic † etiam in ſecundo præſuppoſito conſenſu domini, nihil refert, utrum vaſallus inter filios ſolum in præjudicium alterutrius de feudo diſponat, an verò illud in extraneum transferendo omnibus filiis præjudicet. Nam etſi alioqui, quando quæritur de diſpoſitione patris, cui conſenſus domini non acceſſit, magna ſit differentia, utrum pater duntaxat inter filios de feudo diſponat, an verò iſtud in extraneum transferat, atq; hinc etiam plurimum interſit quærere, utrum pater uni filiorum poſſit prælegare feudum, & an poſſit in præjudicium filiorum alienare, ut ſupra in principio poſt Pinell. monuimus: tamen quando in utraq; quæſtione præſupponitur, conſenſum domini interveniſſe, inter quæſtiones iſtas nihil intereſt, ſed utrobiq; pariter militant rationes ſupra adductæ. Quamobrem & meritò nos quæſtiones haſce conjunximus, eaſdemq; ſimul explicavimus.

Tertiò † pro declaratione hujus concluſionis ſciendum, eam generaliter procedere, ſive feudum gratis, ſive pro pecunia numerata conceſſum fuerit. Licet enim quidam diſtinxerint, inter feudum gratuitò conceſſum, & feudum emtum, exiſtimantes, hoc quidem caſu patrem filiis præjudicare poſſe, illo verò non item, *ut Bald. in l. 1. ad fin. C. per quas perſon. nob. acquir. quem ſequitur Aretin. in d. §. Si quis alicui. Corne. in conſil. 37. incip. Circa primum conſultationis articulum: col. 4. in litera. l. vol. 3. & in conſil. 51. incip. videtur primò col. 2. eod. vol. 3. Alex. in conſil. 106. incip. viſo themate inſtrumenti. n. 8. & in conſil. 107. incip. In cauſa. n. 10. lib. 4. Gozadin. in conſil. 75. incip. Prima facie videtur dicendum. n. 14. Natta conſil. 475. n. 5. lia. 2. Menoch. in conſil. 101. n. 6. vol. 2.* Ex rationibus tamen ſupra adductis apparet, diſtinctionem iſtam nihil ad propoſitum facere: quippe cum illæ nihilominus locum ſibi vendicent, etiamſi feudum abſq; pecunia quæſitum fuerit. Nam etſi feudum gratuitum ſit, nihil tamen impedit, quò minus conſentiente domino, qui 77

no, qui id conceſſit, filiis jus inde quæſitum auferri poſſit, ſicut etiam voluntate donatoris jus ex donatione alteri quæſitum tolli poteſt. Præterea, ut ex jam dicta ratione in aperto eſt, illi, qui diſtinxerunt inter feudum emtum, & gratuitò conceſſum, eo de caſu locuti eſſe videntur, quo pater ſine conſenſu domini filius præjudicare conatur. In propoſito verò præſupponimus, dominum conſenſiſſe diſpoſitioni paternæ, non igitur auctoritates iſtæ nobis quippiam reſiſtent. Licet interim ea diſtinctio neq; hoc quidem caſu, quando videlicet dominus non conſenſit, ſubſiſtere poſſe videatur: ſive enim contractus gratuitò, ſive interveniente pecunia, mutuo duorum conſenſu, ut in feudis contingit, initus fuerit, nunquam tamen diſſenſu unius diſſolvi, neq; adeò jus tertio inde quæſitum tolli poterit, per jura ſuprà adducta.

78 Quartò † concluſio noſtra uſque adeò procedit, ut neceſſe non ſit, patrem, qui filio præjudicavit in feudo, in compenſationem ejus de bonis ſuis aliquid relinquere. Nam cum ex ipſa natura contractus initi, inter dominum & vaſallum iiſdem pœnitere, & mutata voluntate à contractu reſilire, atq; hoc ipſo jus filiis inde quæſitum auferre liceat: ad nullam compenſationem propterea devinctus eſſe poterit pater. Is enim, qui jure ſuo utitur, nemini cenſetur facere injuriam, *l. Fluminum. §. fin. de dam. infect. l. Nemo damnum: de reg. jur.*. Ut proinde hoc præſertim caſu, quando conſenſus domini acceſſit, minus rectè diſtinxiſſe videantur Angel. & Barbat. conſiderantes, utrum filiis aliquid in compenſationem relictum fuerit, *quos refert Jaſ. in d. l. 2. num. 20. & Curt. jun. in tractat. feud. part. 4. nu. 132. circa fin. verſ. Alia ergo, & tertia concordia.*

79 Quintò † ex hiſce deniq; infertur, ad hoc, ut locum habeat concluſio iſta, nihil referre, utrum filius ſit hæres nec ne, & quod conſequens eſt, neq; inventarii beneficium eum in hoc quicquam relevare. Inventarium enim reducit cauſam in eum ſtatum, in quo eſſet, ſi quis hæreditatem non adiviſſet, atque adeò in illis tantum rebus hæredi prodeſt, in quibus alioqui, ſi hæres non eſſet, factum defuncti præſtare non teneretur. *l. fin. §. In computatione: ubi hoc not. Jaſ. & DD. C. de jur. deliber. Bald. in l. Debitori. C. de pactis.* At in propoſito pater domino conſentiente, ex ipſa natura contractus præjudicare poteſt filiis, etſi omnino hæredes non eſſent: non igitur ad hunc caſum inventarium vires ſuas extendere poterit: idq; poſt alios, quos refert, in ſpecie docuit Thomas de Marin. *tit. 3. de feud. ex pacto & providentia novo. n. 18.* Licet non ſatis commodam ibidem afferat rationem.

Sextò † ampliatur hæc doctrina, ut non ſolum procedat, quò ad filios, 80
ſed & quò ad cæteros, quibus ex pacto ejus, qui primò feudum acquiſivit, ſuccedendi ſpes eſt parta, utpote ſi quis in feudo ob merita in caſum mortis vaſalli adhuc poſſidentis promiſſo, agnatos ſuos, nullo tamen ipſorum facto interveniente, inveſtiendos curaret: nam tum etiam is alienando agnatis præjudicare poſſet, *ut in his terminis pluribus hoc firmavit D. Jacob. Thoming. in d. quæſtio. 23.*

Quinimò ſeptimò non filios ſolum, ſed & omnes alios deſcendentes factum primi acquirentis præſtare debere, ſupra adductis rationibus exiſtimavit Camerar. *in c. 1. quæſtio 1. n. 26. An agnat.* quoniam, inquit, ſemper ineſt illa qualitas, ut ad deſcendentes tranſeat feudũ; niſi acquirens revocaverit in vita. Ejuſq; rei hoc affert exemplum: pone, primum acquirentem ſervitutem cum aſſenſu domini impoſuiſſe feudo, qui ſuccedit, non revocaret, quia ejus occaſione feudum habet, cæteri multò minus. tum quia omnes primi occaſione feudum obtinent: tum etiam quia jure factum eſt.

Cæte.

Digitized by Google

81 Cæterum † hæc concluſio noſtra ita, *prout jam diximus*, declarata, certis etiam reſpectibus reſtringitur. Primò enim res aliter ſeſe habet, ſi dominus diſpoſitioni paternæ non conſenſiſſet. Nam quemadmodum pater, conſentiente domino, filiis in feudo novo præjudicare poteſt, ita ſine conſenſu hoc ipſi liberum eſſe non debet; ſicuti concluſionem iſtam in his terminis pluribus ſtabilivit Camerarius *in d. c. Imperialem, in princ. verſ. ampliatur. ſecundò capitulum hoc habere: mihi pag. 170.* Ubi inter haſce duas quæſtiones diſtingvendo, aut (inquit) quærimus, ſi pater cum aſſenſu poſſit nocere filiis, & agnatis, dividendo feudum per inæquales partes, & iſti non ſunt termini noſtri: Aut quærimus, ſi in caſu, in quo feudatarius poſſet cum aſſenſu diſponere de feudo, & hæredibus nocere, poſſit diſponere inter filios ſuos ſine tali aſſenſu: & in hoc poſteriore caſu concludit, vaſallum id non poſſe per text. *in c. 1. de ſucceſſio. feud. & d. c. Imperialem*, reſpondens etiam argumentis in contrarium adductis. Ad limitationem iſtam accommodari poſſunt pene omnes illæ rationes, quæ ſupra pro ſententia negativa fuerunt allegatæ. Illæ enim hoc demum caſu, quando dominus diſpoſitioni paternæ non conſenſit, rectè procedunt. Quemadmodum etiam pleriq; interpretum pro ſententia illa adducti in his tantum terminis loquuntur, prout cuivis dicta eorum rectè conſideranti facilè apparebit, ut proinde etiam auctoritas eorum ſententiæ noſtræ ſupra firmatæ nihil obſtet. In his etiam terminis opinionem iſtam pluribus firmavit vir doctiſs. & nulli JCtorum hujus ætatis ſecundus Menoch. *in ſæpe dicto conſil. 161. vol. 2.* qui etiam clarius, quàm cæteri in hac materia locutus eſt, caſum hunc, quo dominus non conſenſit, diſtingvens ab illo altero, in quo domini conſenſus acceſſit.

82 Eſt † tamen circa hanc limitationem advertendum, quod illa tum rectè conſideretur, quando agitur de diſpoſitione paterna, quæ ſine conſenſu domini facta non præbet cauſam amiſſionis feudi. Nam ſi ageretur de alienatione feudi in extraneum, tum, quia vaſallus alienando ſine conſenſu domini feudum amittit, hoc ipſum etiam in præjudicium filiorum tenderet: atque adeò filiis potius ex delicto patris, quàm ex contractu penitus, in nihilum redacto, & nullum juris vigorem obtinente, jus ipſorum adimeretur. *c. 1. Si vaſall. feud. privet. cui deferatur, & c. ſi vaſallus culpam: ſi de feud. defunct. content. ſit inter domin. & agnat. de quo plura videbimus infrà quæſtio. 16.* Quare in illis demum caſibus rectè de eo quæri poterit, utrum pater ſine conſenſu domini de feudo in præjudicium filiorum diſponere poſſit, quando ſine conſenſu domini diſponendo feudum non amitteret, utputa quando feudum non in extraneum transfert, ſed inter filios de feudo diſponit, uni ex filiis prælegando, cæteris excluſis, vel inter ipſos inæqualiter diſtribuendo, vel aliud onus alterutri ipſorum injungendo. Nam licet hoc caſu domini conſenſus non acceſſerit, ac propterea filiis non præjudicet, non tamen propterea feudum amittitur. *argu. c. 1. §. Etſi libellum: de alienat. feud. patern. cum ſimilib.* Quod propterea diligenter eſt notandum, quia plerique interpretum ad hanc differentiam non ſatis advertentes, haſce duas inter ſe plurimum differentes quæſtiones, miris modis confuderunt.

Licet † autem non deſint, qui in caſu hujus limitationis noſtræ diſtingventes inter filios & extraneos, exiſtimaverint, patrem ſine conſenſu domini ſaltem inter filios diſponere poſſe, atq; hinc etiam textum *in c. 1. de ſucceſſio. feud. ibi, nulla ordinatione valente vel manente*, intellexerint ſolum reſpectu extraneorum, *ut gloſſ. ibi, & Afflict. in deciſio. 119. n. 5. Oldrad. in conſil. 270. incip. In quæſtione propoſita. num. 1. Alex. in conſil. 55. incip. Perſpectis his, quæ in themate narran-* 83

narrantur. vol. 4. Quia tamen horum rationibus præter ea, quæ ſuperius *nu.* 7. & hactenus diximus, abundè ſatisfacit Camerar. *in loco paulo ante dicto,* ideo eò remittere ſtudioſum lectorem malumus, quàm verba ejus huc tranſportare.

84 Atque † hæc quidem doctrina, uſque adeò procedit, ut non ſolum in feudo ex pacto & providentia, ſed & in feudo hæreditario locum obtineat. Nam etiam in hoc feudorum genere, pater ſine aſſenſu domini filiis præjudicare nō poteſt, ut in d. loco aſſeruit Camerarius, *mihi pag. 178.* ubi ait, dico unum, quod eſt plus, ut etiam quando pater poteſt nocere filio ex qualitate rei, puta in feudo hæreditario, & in feudo ex facto & providentia novo, nihil valeat, quod factum eſt per patrem in feudis iſtis: & paulo poſt *pag. 179.* inquit. Aſſenſus igitur urget, abſque quo neque in feudo hæreditario ea ratione quicquam pater ageret, quia ſtatuto actu nullo, fruſtra diſputamus de iſtis qualitatibus apponendis ſine permiſſione domini directi. Quæ ſententia optimè probatur ex iis, quæ de natura hujus feudi hæreditarii ſupra *quæſtion. 1. circa fin.* diximus, ubi declaratum eſt, quod, etſi feudum hæreditarium, qualitatem hæreditariam aſſumat, tamen nihilominus quod ad perſonam domini, & conſenſum illius alioqui circa alienationem ſive diſpoſitionem adhibendum, propriam feudi naturam retineat. Non minus igitur in feudo hæreditario erit neceſſarius conſenſus domini, quàm in feudo ex pacto & providentia, & ſi is prætermiſſus fuerit diſpoſitione illa nullum vigorem obtinente, filii, quantumvis in illo feudo hæreditario jure ſuccedant, facto parentis ſine periculo contravenire poterunt.

85 Cum † regulariter hæres factum defuncti, quod per ſe nullum eſt, præſtare non teneatur, *ut per textum. in l. Quemadmodum. C. de agricol. & cenſit.* docet *Bald. in l. cum à matre. C. de rei vendicat:* quem *ſequitur Socin. in conſil. 60. num. 47. lib. 4. Thomas Grammat. deciſio. 93. num. 8. & 9. cum ſimilibus adductis per Pinell. in d. l. 1. part. 3. num. 83. verſ. limitatur 10. & Cravett. in conſil. 200. incip. Avus habens. n. 5. 6. & 8.*

Ex † quo ſequitur, opinionem ſupra ultimo loco relatam, quæ inter feudum ex pacto & hæreditarium diſtingvit, ad feudum novum quod attinet, nullo in caſu ſubſiſtere poſſe, ſive quæramus, utrum conſentiente domino pater filiis in feudo novo præjudicare poſſit, ſive de eo agamus, an domino non conſentiente hoc ipſi integrum ſit. Nam in illo caſu probavimus, patrem non minus in feudo ex pacto, quàm in feudo hæreditario filiis præjudicium afferre poſſe: in hoc verò itidem generaliter oſtenſum fuit, tàm in hæreditario, quàm in feudo ex pacto & providentia diſpoſitionem patris ſine conſenſu domini jure non conſiſtere, neque adeò filium hæredem obligare poſſe. Neutro itaque caſu opinio iſta, quantumvis pro communi habita fuerit, poterit ſuſtineri, & quod conſequens eſt, illi utpote omni probabili ratione deſtitutæ minimè ſubſcribendum, ſed ea rejecta, huic noſtræ ſententiæ tam ſolidis juris fundamentis, quàm etiam Claſsicorum interpretum auctoritate fultæ inhærendū erit. Ex iis etiam, quæ hactenus diximus, haud obſcurum eſt, quantum interſit, utrum in materia propoſita præſupponatur conſenſus domini, an verò quæſtio iſta, non præſuppoſito aſſenſu ejuſdem, tractetur: item an in caſu, ubi dominus non conſenſit, de alienatione in extraneum agatur, an de diſpoſitione inter liberos. Ut proinde mirum ſit, reliquos interpretes, præter Pinellum, Camerarium & Menochium ad hoc non ſatis advertiſſe, ac propterea quæſtiones haſce conjunctim atque confusè tractaſſe. Quod, ut materiam iſtam difficilem atque obſcu-

obſcuram reddidit, ita ſi quis contra differentiam inter haſce quæſtiones diverſas, & quænam ex ſupra conſideratis rationibus cuilibet quæſtioni conveniat, diligenter obſervaverit: is ex hoc articulo communiter pro difficilimo reputato facilè ſe extricare poterit. Et de prima limitatione hactenus.

87 Secundò † ex eo, quod de diſpoſitione ſine conſenſu domini facta diximus, limitatur concluſio noſtra, ut locum non habeat, quando conſenſus domini demum poſt mortem patris adhibitus fuerit. Nam cum jam tum filio jus plenè quæſitum fuerit, hoc ſanè ipſi, conſenſu minus legitimo tempore adhibito, auferri non potuit, *ut docet Iſernia in c. Imperialem. num. 14. de probib. feud. alienat. per Frederic. & ibidem Camerar. pag. 710. & 725. verſ. Secunda concluſio. & pag. 732. Paris de Puteo in tractatu de feud. reintegrat. cap. 270. cum ſeq. & cap. 279. & in terminis noſtris. Socin. junior. in conſil. 77. n. 113 lib. 1. Gozadin. in conſil. 9. n. 22. & n. 35. Roland. à Vall. in conſil. 2. n. 146. lib. 1. Idq; pluribus firmat Menoch. in conſil. 89. n. 75. vol. 1. & d. conſil. 161. n. 53.*

88 Tertiò † concluſio noſtra ſupra firmata reſtringitur, ut non procedat, quoties feudum æquè principaliter eſſet conceſſum contemplatione filii. Quia enim hoc caſu ex ipſa conceſſione mox tale jus ipſi quæſitum eſt, quod ſine facto ejus deinde ipſi auferri non poteſt. Ideo diſpoſitio paterna, quamvis dominus conſenſerit, ipſi invito præjudicium gignere non poterit. *l. Id quod noſtrum. de reg. jur.* Et hoc caſu rectè locum habent jura ſuprà adducta, quibus probatur, jus tertio quæſitum ex contractu illi nō conſentienti adimi non poſſe. *Ita doctrinam hanc declarat Andr. de Iſern. in d. c. 1. §. Etſi libellum. de alienat. feud. patern. quem ſequitur Matth. de Afflict. ibi, Loffredus in conſil. 8. incip. Magnificus quondam Antonius. n. 23. Pernus in conſil. 12. incip. In quæſtione terræ. n. 36. Camerarius in d. §. Præterea ducatus. mihi pag. 785. Arrius Pinell. in d. l. 1. part. 3. n. 98. Thomas de Marin. in tit. 3. de feud. ex pacto & providentia novo. n. 17. Natta conſil. 475. n. 12. & 14. Menoch. conſil. 161. n. 11. & ſequitur etiam noviſſimè D. Jacob. Thoming. quæſt. 23. n. 6.*

Circa † quod tamen advertendum, quoſdam ex his, quos jam citavimus, exiſtimaſſe, quod feudum tum cenſeatur contemplatione filiorum conceſſum, atq; huic doctrinæ locus ſit, quando in inveſtitura propria filiorum nomina expreſſa fuerint, *ut ſenſerunt Loffredus, Pernus, & Marin.* ſolam auctoritatem Andr. de Iſern. imitati, cum tamen ex dictis ejuſdem manifeſtum ſit, eum minimè id docuiſſe, ſed potius ad hoc, ut filiorum contemplatione feudum conceſſum eſſe cenſeatur, præter nomina ipſorum propria alias qualitates requiſiviſſe, ut ex ejus diſtinctione videre licet: quod etiam ſecutus fuit Matth. de Afflict. *n. 20.* generaliter concludens, quando non ſatis conſtat, utrum feudum contemplatione filiorum ſit conceſſum, quod id ex conjecturis colligendum ſit: Si autem nullæ conjecturæ appareant, ex quibus deprehendatur, feudum filiorum intuitu conceſſum eſſe, tum in dubio præſumatur, quod filii ſint nominati in inveſtitura contemplatione patris, ſive filii fuerint expreſſi nomine proprio, ſive appellativo. Ut proinde cæteris dicta Iſern. non ſatis advertentibus, & propterea errore quodam aliter ſentientibus minimè ſit adſtipulandum. Ex quibus etiam vereor, ne non ſit aſſentiendum Menochio, dum *in d. conſilio. 161. n. 35.* exiſtimat, feuda filiis acquiſita, videri eorum contemplatione conceſſa, ſaltem hac ratione, quia videntur data ad conſervationem familiæ, Hoc enim modo omnia feuda ex pacto & providentia filiorum contemplatione data eſſe viderentur. quod tamen disertè negarunt *Iſern. Afflict. Loffredus* & communis interpretum ſchola in locis paulo ante citatis, alias inſuper cōjecturas ad hoc requirentes.

Quæ

Google

90 Quæ † autem aliâs ſint conjecturæ, ex quibus deprehendatur feudum filiorum intuitu conceſſum eſſe, illas longa diſtinctione proſequuntur *Iſern. Loffred. & Matth. de Afflict. in d. loco.* quare digitum eò intendiſſe nobis ſuffecerit. Hoc ſaltem prætermittendum non eſt, inter cæteras conjecturas hâc eſſe haud poſtremam, quando conſtaret, concedentem motum fuiſſe ſerviciis atq; meritis liberorum. Tum enim ajunt veriſimile eſſe, filiorum etiam reſpectu feudum eſſe conceſſum, id quod etiam ſequitur Pinell. *in loco paulò ante dicto.*

91 Quartò † ex hoc infertur, quòd multò minus concluſioni noſtræ locus ſit, quando proprium filiorum factum feudum patri conceſſum acceptantium, intervenit. Nam cum hoc caſu proprio facto jus quæſierint, ipſis invitis extorqueri non poterit. *l. 1. in princ. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. fin. de pact. l. Id quod noſtrum. de reg. jur.* & probatur optimè ex iis, quæ ſcripta reliquerunt *Jaſ. & DD. in ſæpe d. §. Flavius num. 19.* dum ibi doctrinam Bart. ſupra adductam limitant, non procedere, ſi donatarius vel alius quiſpiam donationem acceptaſſet, & Eccleſiæ nomine ſtipulatus eſſet, quaſi tunc Eccleſiæ miniſterio ſtipulantis uſa fuiſſe, ſicq; facto ſuo proprio jus ſibi quæſiviſſe intelligeretur: & hoc fundamento motus iſtud in propoſito docuit Arius Pinell. *in d. l. 1. part. 3. n. 98. verſ. Inde quæritur.* & ſenſit etiam *Alciatus in conſil. 160. n. 25. & D. Jacob. Thoming. in d. quæſtio. 23. n. 7.*

92 Ex † quo porrò colligitur, cum in territorio Saxonico, quotieſcunq; alicui feudum novum conceditur, & agnati ſimul, cum ipſo inveſtiuntur, hi ſemper ſemetipſos ſimul inveſtiri curent, atq; adeò proprium ipſorum factum inveſtituras accipientium interveniat, ut ex iis, quæ de ſimultanea inveſtitura infra *quæſtio. 20.* dicemus, latius patebit, quod hac caſu, etiamſi feudum novum ſit: ipſis facto eius, qui primò iſtud acquiſivit, minimè præjudicari queat: quippe cum illis ex proprio ipſorum facto jus quæſitum ſit: Licet interim res aliter ſeſe habeat, quando is ſolum, qui feudum acquiſivit, illos nullo ipſorum facto interveniente, ſimul inveſtiri curaſſet, ut inter hos caſus rectè diſtingvit Jacob. Thoming. *in d. loco.*

Eſt † tamen circa hoc etiam, quod de facto filiorum vel agnatorum accedente diximus, obſervandum, illud tum demum rectè procedere, quando conſentiente illo, qui primus feudum accepit, filii proprio ſuo facto jus ſibi quæſiverunt. Nam ſi illo inſcio hoc factum eſſet, tum illud obſtaculo non erit, quò minus poſſeſſor conſentiente domino, in præjudicium alterius feudum alienare poſſit, quantumvis prius is alteri ſpem ſuccedendi, revocabilem tamen, conceſſerit Ideoque cum quidam rem feudalem in caſum mortis ſuæ alteri dono dediſſet, & donatarius inſcio donatore, conceſsionem hanc à domino feudi confirmari, & ſemet cum poſſeſſore ſimul inveſtituri curaſſet, domini Scabini reſponderunt, Inveſtituram hanc non obſtare poſſeſſori, quin de feudo pro libitu diſponere poſſit. Quippe cum donationem cauſa mortis factam ante extremum vitæ diem revocare liceat, atque adeò hæc ulteriorem diſpoſitionem non impediat. *l. Mortis cauſa, & l. Qui mortis cauſa. ff. de mortis cauſa don. l. Non omnis. ſi cert petat.* Neq; etiam inveſtitura ſine conſenſu poſſeſſoris impetrata aliquod ipſi præjudicium parere potuerit, quò minus ſibi integrum ſit feudum alienare, vel alioqui de eo diſponere, ſicut videmus in inveſtitura, vivente poſſeſſore, in caſum mortis ejus alteri conceſſa. Hæc enim impedimento non eſt, ut ideò minus poſſeſſor feudum alienare queat, ut firmabimus *infra quæſtio. 25.* Atq; hæc de feudo novo dicta ſufficiant. 93

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) QUæ de feudo] Ad iſtam materiam vide Fachin. lib. 7. controv. c. 8. Cæterum qui hanc Parentis quæſtionem cum prædicto Fachinæi c. 8. contulerit, is facilè animadvertet nihil novi à Fachinæo afferri, ſed omnia à Parente plenius multò & accuratius eſſe pertractata. Quod tamen ſuo more ſupprimere conatur Fachinæus, dum ſatis habet parentem inter cæteros referre. Inprimis autem ſibi placere videtur in reſponſione ad textus juris feudalis pro contraria ſententia adductis. Non aliter enim loquitur ac ſi ipſe primitus eam commentus eſſet, atqui eadem & iiſdem ferè verbis tradidit Pater hac quæſt. n. 68. A quo Fachinæus mutuatus hæc videri poſſet, niſi ſilentium iſtud, neſcio quid ſecius in animis bonorum relinqueret.

Contra verò alii] Vide *Joan. ab Arcedura c. 4 concl. 4 n 84. cum ſeqq.*

Revocari poſſit] *Jan. ab Arcedura c. 4. concl. 4. n 102. circa fin.* hæc non probari legibus iſtis aſſerit.

QUÆSTIO V.

DE VERO INTELLECTU DIFFICILIS, ATQUE VULGATI C. TITIUS ſi de feud. defunct. content. ſit inter dom. & agnat. vaſall.

utrum in principio de duabus partibus feudi alienatis, an verò de una tantum quæratur: an alienatio legitima fuerit, nec ne: Utrum in verſ. Quod ſi Titius, de filiorum, an de agnatorum revocatione agatur: & cur eo loco magis filiorum habeatur ratio: cur item magis vivo alienatore jus revocandi concedatur, quàm in præcedentibus. Deniq; an verſ. finalis ad omnia vel ad proximè præcedentia ſit refendus.

1. *Feudum paternum differt ab antiquo.*
2. *Interdum tamen promiſcuè uſurpantur hæc duo vocabula.*
3. *c. Titius ſi de feud. defunct. in materia revocatoria feudi primas tenet.*
4. *c. Titius intelligendum de feudo antiquo.*
5. *Item de feudo ex pacto & providentia.*
6. *In c. Titius duabus feudi partibus diverſis perſonis venditis agitur ſolum de revocatione partis, quæ in agnatum remotiorem fuerat translata juxta communem.*
   Contrà quod de alienatione unius tantum partis quæratur, aſſeritur n. 7.
7. *Alienatio feudi de qua in d. c. Titius, utrum legitima fuerit: & relatis tribus opinionib. affirmativa probatur.*
8. *c. Titius hodie non eſt correctum.*
9. *In verſ. Quod ſi Titius, de filiorum revocatione agi multi exiſtimarunt. Contrà quod de revocatione agnatorum intelligendus ſit, firmatur num. 70. & ſeqq.*
11. *Repetitio plerunq; fit cum ſuis qualitatibus.*
12. *c. Titius. cur potius juxta communem lecturam de pluribus filiis, quàm juxta Cujatium de uno loquatur.*
13. *Doctori nihil alleganti fides non eſt habenda.*
14. *Interpretum alter alterum more avium ſequi ſolet.*
15. *Filiis non extantibus, cur feudum citius recuperari poſſit, quàm illis extantib. in quo ratio Baldi improbatur.*
16. *Agnatus feudum alienatum duplici jure revocare poteſt.*

17. Agna-

17. *Agnatus tum demum ſine precio feudum recuperare poteſt, quando alienator mortuus eſt, & quidem ſine liberis.*
18. *Filiis extantibus, agnatus duntaxat ex jure* προτιμήσεως *feudum precio reddito, recuperare poteſt, & quæ ſit ejus ratio.*
19. *Agnatus cur precio reddito, vivo alienatore, revocare poſſit feudum.*
20. *Precio reddito ad hoc, ut vivo alienatore feudum revocari poſſit, nihil intereſt, utrum alienator filios habeat, nec ne. & n. 22.*
21. *Agnatus cur uno caſu magis, quàm alio mortem alienatoris expectare debeat.*
23. *Cur, quando alienator nullos filios habet, in c. Titius, non fuerit actum de jure revocandi, eo vivo.*
24. *Agnatus etiam vivo alienatore feudum recuperare poteſt.*
25. *Neq; hoc caſu quicquam intereſt, utrum feudo agnato remotiori, an verò extraneo venditum fuerit.*
26. *De filiorum revocatione cur nihil agatur in d. c. Titius.*
27. *Verſ. fin. c. Titius, utrum ad omnia præcedentia, vel tantum ad proxima referendus ſit,*
28. *Agnatus non niſi intra annum revocare poteſt feudum, alienatum in remotiorem agnatum. Secus ſi in extraneum fuerit alienatum. num. 30. juxta communem: quod refutatur num. 32.*
29. *Annus ad revocandum indultus à quo tempore incipiat currere,*
31. *Filii annuo ſpacio à jure revocandi non excluduntur, licet ſecus ſit in agnatis, ſecundum Schurffium.*
33. *Annum tempus in jure* προτιμήσεως *conſideratur.*
34. *Relatio ad ea, quæ proximè antecedunt, facienda eſt.*
35. *Relatio ad ea potiſſimum eſt facienda, quæ clauſulæ ſequenti maximè conveniunt.*
36. *Relatio majoris convenientiæ gratia ad proximè præcedentia fieri debet.* 89
37. *Jus* προτιμήσεως *cur minori ſpacio tollatur, quàm jus revocandi poſt mortem, competens agnatis.*
38. *Relatio tantum fieri debet ad ea, in quibus major & plenior eſt ratio.*
39. *Relatio non ſolet fieri ad ea, quæ certam & abſolutam habent determinationem.*
40. *Interpretatio ea capienda, per quam juris correctio evitetur.*
41. *Jurium correctio per ſubauditos intellectus non eſt introducenda.*
42. *Relatio locum non habet, quando introduceretur correctio juris communis.*
43. *Præſcriptio tricennalis etiam in feudis locum habet.*
44. *Una & eadem res diverſo jure cenſeri non debet.*
45. *Relatio nunquam admittitur, quando aliquid abſurdi inde ſequitur,*
46. *Dictio (omnino) præciſam habet ſignificationem.*
47. *Propter lapſum unius anni quomodo jure* προτιμήσεως *omnino quis excluſus cenſeatur.*
48. *Conſenſus etiam in jure* προτιμήσεως *conſiderari ſolet.*
49. *Sequentia ad omnia præcedentia referenda ſunt.*
50. *Sub eadem determinatione poſita, æqualiter determinari debent.*
Niſi omnium non ſit eadem eadem ratio. num. 51.
52. *Relatio ita fieri debet, ut ſingula ſingulis referantur.*

SEquitur, † ut juxta ordinis præſcripti rationem de feudo paterno & antiquo agamus, quamvis autem paternum feudum interpretes ab antiquo ita diſtingvant, ut paternum ſit illud, quod à patre vel ab aliquo aſcendentium uſque ad quartum gradum incluſivè obtentum eſt. *c. 1. §. Hoc quoq; de ſucceſſio. feud.* Antiquum verò, quod ab uno ex aſcendentibus ultra quartum gradum eſt acquiſitum. *d. §. Hoc quoq; ubi hoc not. DD.* quæ quidem differentia ſuo loco á commentatoribus obſervari ſolet, *ut apparet ex iis, quæ poſt alios congeſſit Petrus Rebuffus in declarat. feudor. in 4. diviſio. num. 5. & Thomas de Marin. in tit. 2. de feud. ex pacto & providentia antiquo. n. 2. (de qua videndus eſt etiam Duarenus de feud. cap. 4. num. 10.*

Quia † tamen feudum paternum generaliter illud dicitur, quod ab uno 2

ex majoribus noſtris, qui communis agnationis caput fuerit, acquiſitum eſt. *ut in c.1.§. Is verò. de grad. ſuccedent. in feud. & in c.1.§. Paternum. de natura ſucceſ.* atq; hinc vocabula iſta ſæpius promiſcuè uſurpantur, præſertim verò in hac alienationis materia, ubi nulla inter feudum paternum & antiquum eſt differentia: quo motus Egvin. Baro eam penitus rejicit *in d.§. Hoc quoq;*, inquiens, nugari eos, qui differentiam fabrefaciunt inter beneficium paternum & antiquum: cum paternum duntaxat ad differentiam novi feudi, antiquum vel vetus dicatur. *c.1 per quos fiat. inveſt. c.1. Qui teſtes ſint neceſſar.* Ideo nos in medio nunc relinquentes diſtinctionem iſtam, de feudo antiquo & paterno ſimul acturi hiſce vocabulis indifferenter utemur. Cumq; in hoc articulo, *(a)* quando videlicet quæritur, an feudum paternum ſive antiquum in (a)
3 præjudicium agnatorum alienari poſſit, ſæpius citari ſoleat textus † *in c. Titius, ſi de feud. defunct. content. fuer. inter domin. & agnat. vaſalli*, atq; hinc capitulum iſtud in quæſtione iſta primas ferè partes obtineat, iſtud verò commentatores variè interpretati fuerint, & his ſuis diverſis interpretationibus caliginem quandam ei obfuderint: haud præter rem facturi videmur, ſi de vero illius capituli intellectu quædam præmiſerimus: cujus hæc ſunt verba: Titius filios maſculos non habens, partem ſuam feudi Seio, partem ejuſdem feudi poſſidenti, agnato ſuo conceſſit. Sempronius proximior agnatus, mortuo demum Titio, partem illius feudi nullo dato precio recuperare poteſt, quod ſi Titius filios proprios haberet, precio reddito, etiam vivo Titio: quod ſi conſenſit alienationi, vel per annum, ex quo ſcivit, tacuit, omnino removebitur.

4 Hujus † igitur capituli intellectum ut rectius percipiamus, primò ſciendum hoc quidem extra omnem controverſiam poſitum eſſe, quod iſtud non de feudo novo, ſed antiquo ſit accipiendum, quippe cum agatur de agnato revocante, atq; adeò ſuccedente in feudo, id quod ſecundum jus feudorum, tantum in feudo paterno ſive antiquo locum habet, non autem in novo, in quo agnati nullum ſuccedendi jus habent. *c.1. in fin. de ſucceſſ. feud. c.1. in fin. de feud. March.* niſi ſpeciali pacto inveſtituræ inſerto hoc ipſum conceſſum fuerit, quod, quia de eo nulla fit mentio, hoc loco interveniſſe minimè præſumendum eſt. *l. in bello. §. facta de capti. & poſtli. reverſ. l. Emancipati. C. de collat.*

Secundò † hoc etiam ab interpretibus uno ore receptum eſt, textum illum non de feudo hæreditario, ſed de feudo ex pacto & providentia intelligendum eſſe. Nam ſi de hæreditario ageretur, agnati juxta communem interpretum ſententiam ad revocationem non ita indiſtinctè, ut in hoc textu noſtro, admitterentur, quemadmodum infra *quæſtione XIV.* videbimus. 5

Tertiò † quia in principio hujus capituli mentio fit duarum diverſarum partium feudi, item Seii atq; agnati, ex his verbis colligunt interpretes. Titium utranq; harum vendidiſſe, alteram Seio extraneo, alteram verò agnato remotiori. Quia verò deinceps duntaxat de revocatione unius partis agitur, exiſtimant ibi, de ea parte quæri, quæ fuit conceſſa agnato remotiori: cur autem altera pars prætereatur, ejus hanc volunt eſſe rationem, quia de hac ne dubitandum quidem erat, quin agnatus eam revocare poſſet. *c.1. de alienat feud. patern. cum ſimil. Ita ſenſit Jacob. de Belvis. Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. & Matth de Afflict. Frideric. Schenck. & omnes reliqui ibi & etiam Sonsbecc. in tract. feud. part. 13 n. 124.* 6

Sed † hic advertendum: ſi quis verba hujus capituli rectè conſideraverit, facilè ſibi inde cognitum erit, minimè de duabus feudi partibus à Titio venditis agi, ſed quod Titius in caſu 7

ejuſ-

ejuſdem tantum partem feudi vendiderit Seio, qui alteram illius feudi partem prius poſſederat. atq; agnatus Titii fuerat. Hoc enim primò ſatis manifeſtè deprehenditur ex pronomine (ſuam) dum textus ait, Titium ſuam partem feudi conceſſiſſe Seio. Nam hæc ipſa dictio utiq; denotat, non totum feudum, ſed tantummodo partem ejus ad Titium pertinuiſſe: alioqui enim non ſuam partem feudi, ſed partem ſui feudi vendidiſſet.

Deinde iſtud etiam inde colligitur, quia poſtea ſubjungitur: (Seio partem ejuſdem feudi poſſidenti.) ſignificatur enim hiſce verbis, Seium, cui Titius ſuam partem conceſſit, partem ejuſdem feudi alioqui poſſediſſe. non igitur ad Titium feudum totum, ſed pars ejus ſolummodo pertinuit, & quod conſequens eſt, non is alteram partem Seio, alteram agnato ſuo, ſed ſuam partem feudi Seio agnato ſuo, qui alteram ejuſdem feudi partem poſſederat, conceſſit. Tertiò verba illa (partem ejuſdem feudi poſſidenti) ad perſonam Seii referenda eſſe, non ſolum inde colligitur, quod præcedentibus ſine aliqua conjunctione ſubjunguntur, quod procul dubio prætermiſſum non foret, ſi ea eſſent accipienda de parte illius feudi alteri cuipiam conceſſa, ſed etiam ex eo liquet, quia, ſi verba illa de tertia perſona intelligerentur, participium illud (poſſidenti) abſolutè poſitum eſſet, ſine aliquo nomine, quod illi reſponderet: cum ſecundum hanc ſententiam nomen illud (partem) non ad vocabulum (poſſidenti) ſed ad verbum (conceſſit) referendum eſſet: quod vix tam convenire videtur rectæ conſtruendi rationi. Prætereà ſecundum hanc interpretationem illa eadem pars, quam prius poſſederat, conceſſa fuiſſet: quod quàm ſit putidum, nemo eſt, qui non videat. Si enim prius poſſediſſet, quid opus fuiſſet nova conceſſione.

Quartò huc etiam facit, quod tota illa periodus uno duntaxat verbo (conceſſit) concluditur. Nam hinc vel ſola conſtruendi ratio oſtendit, non de duabus, ſed tantum de una parte feudi agi. Sic enim rectè conſtruuntur verba illa: Titius non habens filios maſculos conceſſit partem ſuam feudi Seio agnato ſuo, poſſidenti partem ejuſdem feudi. Hæc ſanè conſtructio perſpicuum ſenſum reddit, de una ſolummodo parte feudi vendita hîc quæri, cum è contrario communis illa interpretatio duas præſupponens partes alienatas, illum penitus obſcuret atq; involvat.

Denique hæc ſententia confirmatur ex eo, quod, ut omnes interpretes admittunt, in ſequentibus verbis duntaxat de una parte feudi agitur. Nam vel hinc evidens eſt, de una ſolum parte fuiſſe quæſitum. Ut proinde minimè neceſſe ſit, ad divinationes illas confugere, quibus interpretes in propoſito utuntur. Cumq; hæc ita clara & manifeſta ſint, ut cuivis obviam eſſe queant, mirandum ſanè eſt, præſertim verò de Sonsbeccio, & cæteris, qui latinitatis magis fuerunt ſtudioſi, & in indagando novo intellectu plurimum deſudarunt, neminem commentatorum hoc advertiſſe, ſed in interpretandis illis verbis omnes uſque adeò laboraſſe. Ac ne quem debito honore defraudaſſe videar, ingenuè fateor mihi, cum alioqui vulgaris interpretatio ſemper fuiſſet ſuſpecta, hunc intellectum primum aperuiſſe Cujarium iis, quæ circa capitulum iſtud ſcripta reliquit. Licet interim is etiam verba illa (partem ejuſdem feudi poſſidenti) de eadem parte, quam Titius conceſsit Seio, intelligat, & ne abſonum videatur, eidem, qui prius poſſederat partem feudi, eandem conceſſam eſſe, ad dictionem (poſsidenti) ſubintelligat (modo) id eſt, non ante, ſed poſt conceſsionem factam jam poſsidenti. Nos verò, ut inventis facile eſt addere, arbitramur, verba hæc potius de altera parte feudi ejuſdem, quam alioqui poſſederat Seius, accipienda eſſe, per ea, quæ hactenus diximus. non

 enim

enim ait textus, Sejum eam partem feudi, quam Titius conceſſerat, poſſediſſe, ut Cujatius interpretatur, ſed partem ejus feudi: cujus videlicet feudi partem Titius conceſſerat, & ſic diverſam ab ea, quam à Titio conſequebatur, ejuſdem tamen feudi. Id quod etiam intellectum noſtrum haud parum adjuvat. & his à me conſcriptis, reperi tandem virum doctiſſimum D. Hotoman in eadem hoc loco mecum eſſe ſententia. Secundum hæc itaq; talis *in d. c. Titius*, fuit quæſtio propoſita: Titius & Sejus feudum quoddam diviſis inter ſe partibus poſſidebant. Titius filios maſculos non habens, partem ſuam feudi Seio agnato ſuo remotiori, qui ejuſdem feudi partem alioqui poſſidebat, conceſſit. Quærebatur modò, an Sempronius proximior agnatus partem illam revocare poſſet: & reſpondetur, prout in capitulo illo porro ſequitur. Hic ſi quis contrà nitens miretur forſitan, unde hoc provenerit, quod Seius agnatus remotior ejuſdem feudi antiqui partem diverſam cum Titio poſſederit potius, quàm agnatus Titii proximior partem alienatam revocare volens, cum ad hunc potius ſucceſſionis jure à primo acquirente devoluta eſſe videatur pars illa altera poſſeſſa à Seio: illi reſpondere non erit difficile. Nam etſi de eo, unde hoc deſcenderit, non admodum laborandum ſit, ſed curioſis potius relinquendum, cum verba textus ſatis clarè deſignent ejuſdem feudi diverſas partes poſſediſſe Titium & Seium: tamen ut hoc etiam objectum diluamus, & exemplo rem declaremus, hanc ponamus facti ſpeciem: Quidam feudo acquiſito deceſſit, duos poſt ſe relinquens filios, Caium & Seium, quorum alter nimirum Caius, poſtquam feudum paternum cum fratre diviſerat, etiam moritur, relictis duobus filiis, Sempronio & Titio, ad quos pars feudi aviti devolvitur.

Cumque diviſione inter eos inita pars illa feudi obveniſſet Titio, hic nullos liberos habens eam conceſſit Seio agnato remotiori, poſſidenti partem ejuſdem feudi, prætérito fratre Sempronio proximiore agnato. Ecce caſum, in quo alio exiſtente proximiore ejuſdem feudi pars ad agnatum remotiorem pertinere, & eidem altera pars concedi poteſt.

Idq; non ſolum in hac facti ſpecie, ſed multis aliis modis contingere poteſt: ut puta, Mævius duos ſuſcepit liberos, Caium & Seium, hi paternum feudum inter ſe partiti ſunt: poſt Caius duobus ſuſceptis liberis Sempronio & Octavio deceſſit: Tum Octavius Titium genuit, hic Titius cum filium non haberet, eam feudi partem quam habebat, Seio pro patruo ſuo ſine permiſſu & voluntate Sempronii patrui ſui refutavit: quæritur, an Sempronius eam retrahere, & vendicare propinquitatis jure poſſit, quam facti ſpeciem hic ponit Hotomanus. Ex quibus non ſolum caſus hujus capituli fit perſpicuus, ſed etiam hoc inde evidens eſt, quam fruſtra eo ſe maceravit Sonsbeccius, ut ejus, cur de parte extraneo vendita nihil ſit deciſum in capitulo noſtro, novam rationem inveniret, quæ tàm juri novo, quàm etiam juri veteri conveniens eſſet, exiſtimans, conſiderato noviſſimo jure, id ideo prætermiſſum eſſe, quia de illa parte in extraneum ſine conſenſu domini illegitimè alienata non erat dubium, quin ea in commiſſum ceciderit. Secundum jus autem vetus, quod permittebat, partem feudi etiam domino non conſentiente alienare, arbitratur, ideo partis extranéo venditæ nullam fieri mentionem, quia illam agnatus etiam in vita alienatoris, reſtituto precio, revocare potuiſſet: cum hoc ipſi in textu illo juxta ſuum intellectum, denegetur in parte agnato remotiori vendita: inde concludens, quod, licet agnatus poſſit etiam vivo alienatore feudum extraneo venditum, reſtituto precio revocare, ſecus tamen ſit in feudo vendito agnato remotiori

tiori. Quàm inanis, inquam, hæc ſit conſideratio, ex intellectu hoc noſtro evidenter elucet, cum in caſu hujus capituli nulla feudi pars extraneo fuerit vendita, ut ſatis jam probavimus. Unde ſimul etiam corruit differentia illa, quam inter feudum extraneo venditum, & agnato remotiori conceſſum inde extruit, de qua infra *quæſtione 8.* plura dicemus. Hinc etiam apparet, minus eſſe adſtipulandũ Cephalo, dum is *in conſil. 307. vol. 3. nu. 21.* exiſtimavit, textum illum intelligendum eſſe, de revocatione partis, quæ fuerat alienata in extraneum. Non ſolum enim hoc adverſatur verbis textus, quatenus de agnato proximiore revocante loquitur, quippe cum comparativus iſte proximior, de cujus natura eſt, ut collationem faciat cum alio non æquè proximo, neceſſariò referendus ſit ad agnatum illum, cui pars feudi conceſſa fuerat, atque adeò hinc manifeſtum fiat, hic de illius partis revocatione agi: Sed etiam cum oſtenſum ſit, nullam partem feudi extraneo fuiſſe venditam, intellectus Cephali conſiſtere nullo modo poterit. Ejus enim, quod non exiſtit, nullæ ſunt qualitates. *l. 1. de hæred. vel action. vend. l. 4. §. fin. de action. emt.* Quartò quia *in d. c. Titius.* de revocatione feudi alienati agitur, neque interim ſatis declaratur, utrum dominus alienationi conſenſerit, atq; adeò utrum alienatio licita fuerit, nec ne. Ideo interpretes eo etiam fatigantur, an capitulum iſtud de alienatione licita, vel illicita intelligendum ſit. Et Jacob. de Belvis. exiſtimavit, illud de alienatione illegitima accipiendum eſſe, quem confidenter ſequitur Dn. Baro Schenck. cui interpretationi cauſam præbuit, quod in verſ. *Quod ſi Titius,* filiorum ſit mentio, neque tamen hi ad revocationem feudi admittuntur, ſed agnatus proximior. Nam hinc exiſtimarunt illi, iſtud hac de cauſa contingere, quia feudum illegitimè alienatum fuerat, & ſecundum conſuetudines feudorum delictum patris præjudicat filiis, non autem agnatis. §. *Si vaſallus culpam. eod. tit. Si de feud. defunct. content. fuerit.* Sed huic intellectui plurimum refragatur, quod verbis illius capituli deciditur, Agnatum ſine precio non niſi poſt mortem alienatoris feudum revocare poſſe. Item quando vivente alienatore feudum revocatur, precium eum reſtituere debere, cum, ſi alienatio illegitima eſſet, non expectata morte alienatoris, in irritum revocari potuiſſet vel à domino, vel agnato, neque neceſſe fuit precium refundere. *Ut not. DD. in c. 1. de prohibit. feud. alien. per Lothar. & docuit Andr. de Iſern. in d. c. 1. §. Hoc quoque verſ. Hodie de ſucceſſ. feud.* quod animadvertens Schenck, ex hoc ipſo infert, textum illum jure noviſſimo penitus correctum, & ſine fructu eſſe. Contrà alii communiter exiſtimant, ſæpe dictum capitulum, *Titius*, intelligendum eſſe de alienatione legitima, & quia opinati ſunt, de duabus partibus diverſis perſonis alienatis quæri, ad partem Sejo extraneo juxta illorum ſententiam alienatam quod attinet, ajunt, illam jure veteri ſine conſenſu domini alienari potuiſſe: quippe cum illo jure mediam partem feudi abſque conſenſu domini alienare licuerit. *c. 1. in princip. Qualiter olim feud. pot. alienar. & c. 1 de alienat. feud.* quod tamen hodierno jure eſt mutatum, quo etiam partis alienatio ſine conſenſu domini prohibetur. *c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frederic.* Ad alteram verò partem alienatam præſupponunt acceſſiſſe conſenſum domini: *ita ſenſit Andr. de Iſern. Alvarot. & Matth. de Afflict. & Petr. Ravennat. ibi.* Baldus autem exiſtimat, etiam in hac ſecunda parte non fuiſſe neceſſarium conſenſum domini: cum ea agnato fuerit conceſſa, & in agnatum etiam ſine conſenſu domini feudum transferri poſſit, *c. 1. in fi. de alien. feud. pater.* idq; etiam ſecutus eſt Sonsbeccius *in d. part. 13. n. 124.*

ubi ait, ſive reſponſum iſtud ſecundum vetus jus, ſive novum loqui aſſeras, ſemper quo ad agnatum rectè & licitè feudum fuiſſe alienatum invenies. Ut proinde parum ſibi conſtitiſſe videantur Jacob. de Belvis. & Dn. Schenck, dum admittunt, in textu illo agi ſolum de revocatione ejus partis, quæ agnato remotiori fuerat conceſſa, atque interim concludunt, alienationem, de qua ibi quæritur, illegitimam fuiſſe: cùm, ut dictum eſt, in caſu, quo feudum remotiori agnato venditum eſt, alienatio etiam ſine conſenſu domini valeat. Reprobata itaq; hac interpretatione, erit tenenda opinio altera, quatenus alienationem legitimam præſupponit, quam communem * eſſe ait Thom. de Marin. *in d. loco. nu. 29.* Eandemq; præter jam dicta plurimum confirmat ratio ſupra adducta. Niſi enim in caſu hujus capituli alienatio legitima fuiſſet, tum feudum alienatum dominus vel agnatus ſtatim recuperare potuiſſet, nec precium refundere obſtrictus fuiſſet, per jura ſupra adducta. Neque refert, quod Dn Schenk aſſerit, rem aliter ſeſe habuiſſe jure veteri. Nuſquam enim de jure illo aliquod ſupereſt veſtigium: ideo, ut rectè inquit Sonsbeccius, hoc illi probare impoſſibile eſt. quin potius ex capitulis ſupra adductis manifeſtum eſt, illa non minus jure veteri, quàm noviſſimo obtinuiſſe. Præterea utut hæc ſecundum communem interpretationem, quæ duas partes feudi diverſis perſonis eſſe venditas ponit, ſeſe habeant, tamen juxta intellectum noſtrum, quem ſupra firmavimus, minus dubitandum erit in caſu hujus capituli de alienatione legitima agi, cum, ut diximus, Titius ſolum agnato Sejo unam partem feudi vendiderit, quo caſu non modò veteri, ſed & noviſſimo jure alienationem etiam ſine conſenſu domini ſubſiſtere, ab interpretibus communiter receptum eſt, *in cap. 1. de alienatio. feud. patern. & in d. c. Imperialem.*

Ex † quo ſimul etiam apparet, capitulum iſtud minimè eſſe correctum, neque quicquam in illo immutatum, quod non hodie etiam locum obtineat. 8

Quintò † diligenter advertendum eſt ad verſ. *Quod ſi Titius filios proprios.* Nam quæ inter commentatores in materia iſta exiſtit altercatio, ea potiſſimum ex varia interpretatione hujus verſ. initium ſumſit. Plerique exiſtimarunt, in verſiculo illo non agi de revocatione agnatorum, de quibus in præcedentibus verbis dictum fuit, ſed mutato caſu, duntaxat de revocatione filiorum, inde colligentes, quod filius vivo patre poſſit alienatum feudum revocare, reſtituto tamen precio: Agnatus verò demum alienatore defuncto, & quidem nullo dato precio, ut paulò ante dictum fuerat. *Ita ſenſit Andr. de Iſern. Alvarot.* qui ait, hanc interpretationem magis convenire literæ, quem verbotenus refert *Præpoſit. & Matth. de Afflict. ibi,* qui aſſerit, hunc eſſe verum intellectum hujus capituli. *& ſequitur etiam Sigiſmund. Loffred. & Petrus Ravennates ibi, & Zaſ. in tractat. feud. part. 9. de feud. alienat. nu. 30. verſ. 7. principaliter Pinell. in d. l. 1. 3. part. nu. 95. C. de bon. matern. Ferrar. Montan. lib. 1. cap. 5. & Sonsbeccius d. part. 13. num. 125.* Ejus verò, cur in filio res aliter ſeſe habeat, quàm in agnato, hanc afferunt rationem: Quoniam filius cenſetur eadem perſona cum patre *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit. §. Ei qui. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* atque etiam vivo patre exiſtimatur quaſi dominus bonorum paternorum. *l. In ſuis de liber. & poſthum. §. ſui Inſtit. de hæred. qualit. & different.* Non mirum igitur, cur magis ad revocandum bona feudalia pacto anteceſſorum ipſis debita admittantur, quàm agnati: & addit præterea Sonsbeccius iſtud contingere propter affectionem erga rem feudalem, quæ in filiis ardentior eſt, quàm in aliis. Nemo enim (inquit) negare poſſit, maximè intereſſe filiorum 9

filiorum & deſcendentium, rem immobilem non transferri ad alios, quia deſcendentes magis afficiuntur erga caſtrum, aut domum avitum, ex quo verè cognomen habent, quàm collaterales. *arg. l. Lex quæ tutores, verſ. nec verè domum. C. de adminiſtrat. tutor.* Nemo enim facilè præripi ſibi locum ſineret, vel ab alio poſſideri permitteret, à quo Majores agnationis nomen, Stemma, & gentilitatem traxêre, quæ in collateralibus ita frequenter locum ſibi non vendicant, nec habent ſimilitudinem: & ſubjungit tandem, quod putet, hunc eſſe genuinum intellectum, & meram rationem hujus reſponſi. Sed de veritate hujus concluſionis, ex intellectu iſto collectæ infrà *quæſt. 13.* ubi de filiorum jure revocandi feuda agendũ erit, plura videbimus: nunc tantummodo de eo laboramus, ut cognitis variis intellectibus ab interpretibus traditis, quinam ex illis literæ atq; adeò veritati magis accedat, perſpiciamus. Nam hinc etiam eò facilius erit, de veritate concluſionis inde deſumtæ dijudicare. Quod verò filius revocans feudum refundere teneatur precium, agnatus verò ſine precio iſtud recuperare poſſit, id inde provenire autumant, quia cum, filio revocante, emtor gravetur in eo, ut in continenti reſtituat: par eſt, ut in alio relevetur, eidemq; precium reſtituatur. Sed quia agnati gravantur in eo, ut teneantur expectare mortem alienatoris, emtore interim fructus lucrante, convenit, ut in alio releventur, atq; adeò ſine precio feudum recuperare poſſint. quæ ratio quam ſit apta atque conveniens, ex iis quæ paulo poſt dicemus, palam erit. Videtur autem huic interpretationi cauſam potiſſimum dediſſe, quod alioqui, ſi de agnatorum revocatione intelligeretur iſte verſ. *Quod ſi Titius filios proprios:* inde deſumi poſſet argumentum, quaſi filiis non competeret jus revocandi feudum alienatum, ſed ſolis agnatis, cum tamẽ omnes uno ore concludant, filium non minus, quàm agnatum feudum revocare poſſe. Hoc igitur objectum ut declinent, ad hanc interpretationem commentatores defugiſſe videntur, de quo deinde plura.

Alii † verò contrà arbitrati ſunt, 10
textum *in d. §. Titius,* in uno eodemque themate, videlicet ſola agnati proximioris revocatione perſiſtere, atq; adeò d. verſ. *Quod ſi Titius,* ſolummodo de revocatione agnati, cujus in præcedentibus verbis mentio facta fuit, intelligendum eſſe. *Hoc ſenſit Jacob. de Belvis. Bald. Dn. Schenck. Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. ex pact. & provident. patern. nu. 68. Albertus Brun. in conſil. 80. incip. Circa primum conſultationis articulum, aſſerens, hunc intellectum communem * eſſe. Hieron. Schurff. inter conſil. feudal. conſil. 123. & conſil. 143. incip. Diligenter viſo & ponderato: Eguinar. Baro, Cujacius, & Hottoman. ibi & D. Schrader in conſil. 20. nu. 165. & ſeq. tom. 1. variorum JCtorum.* Hic ego neminem fore arbitror, qui, ſi recto judicio verba hujus capituli perpenderit, non facili negocio deprehendat, hunc intellectũ verbis potius eſſe conſentaneum, contrà verò illum alterum ſupra relatum illis uſq; eò adverſari, ut veluti manus violentas inferat, atque ſalva loquendi ratione minimè ſubſiſtere queat. Nam textum illum unum eundemq; caſum in initio propoſitum uſque ad finem proſequi, ex tota ſerie & contextu ejus in conſpectu eſt, ſive principium, ſive medium, ſive finem conſideres. Primò enim verba illa (*quod ſi Titius filios proprios haberet, precio reddito etiam vivo Titio*) nullum perfectum habent ſenſum, niſi repetantur ea, quæ prius dicta fuerunt, quare vel ipſa repetitionis natura, quæ plerunq; cum iiſdem qualitatibus fieri ſolet, ſatis oſtendit, omnes qualitates præcedentis clauſulæ in his verbis repetitas cenſeri, atq; adeò de agnatorum revocatione hic perinde, ut in præcedentibus agi. *l. Cum pater. §. cum imperfecta. de leg. 2. Bart. in l. Seja. §. Cajo,*

Digitized by Google

§. *Cajo. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg. & in l. prætor. §. Eritq́, hæc differentia. Vi bon. rapt. Aretin. in conſil. 120. in præſenti conſultatione: Marian. Socin. conſil. 128. nu. 252. vol. 1.* Secundò conſiderandum eſt, quod, ſi verba illa de filiis revocantibus intelligenda eſſent, tum ea admodum mutila & imperfecta forent, uſque eò ut juxta ſimplicem orationem, neque ex præcedentibus commodè ſuppleri poſſent, ſed ad figuras neceſſariò decurrendum eſſet.

11 Primò † enim ex præcedentibus repetere oporteret verba (recuperare poteſt) deinde iſta in ſingulari numero uſurpata, in repetitione in pluralem numerum eſſent convertenda: atq; inſuper, quia deeſt nomen, quo ſignificetur, qui ſint illi, qui revocare velint feudum, de filiis ſupplendum eſſet, hoc ſenſu: quod ſi Titius filios proprios haberet, precio reddito, etiam vivo Titio, recuperare poſſent filii: id quod verbis ab auctore prolatis juxta orationem ſimplicem planè non convenit, ſed ut defenderetur, figuris eſſet fulciendum, haud ſcio an ſatis commodè: cum præſertim ſecundum interpretationem iſtam verbis hiſce de filiorum revocatione ageretur, atque adeò de caſu penitus diverſo à præcedentibus, in quibus de agnati revocatione propoſitum fuit. Nam hinc credibile ſanè non eſt, auctorem hujus capituli, ſi novam facti ſpeciem præcedentibus annectere voluiſſet, tam imperfecta uſum fuiſſe oratione. Licet enim ſæpe contingat, ut ex præcedentibus verba repetenda ſint, tamen ut hoc tum rectè fit, quando in una orationis ſerie eadem materia pertexitur, ita non facilè admittendum, quando una orationis periodo abſoluta diverſa penitus materia annectitur. Quæ quidem conſideratio in propoſito vel idcò magis urget, quoniam nulla juſta cauſa ſubeſt, cur hoc modo interpretando, oratio per ſe plana atque aperta invertenda ſit: quinimo ex hac interpretatione is ſenſus elicitur, qui aliis juris feudalis reſponſis penitus adverſatur, ut paulò poſt oſtendemus. Cum è contrario ſi verba illa de agnatorum revocatione, de qua in præcedentibus agitur, intelligantur, ſimplex & omni parte perfecta ſit oratio, & perſpicuum atque planum habeat ſenſum, ut ex ſequentibus patebit. Potius igitur huic ſimplici orationi & plano, quem habet, intellectui adſtipulandum, quàm ut aliter explicando ex oratione perfecta & abſoluta imperfectā & mutilam velimus efficere, quæ non ſolum multis figuratis repetitionibus eſſet fulcienda, ſed juris etiam rationibus adverſaretur. Tertiò pro hac ſententia conſiderat D. Schrader *in conſil. 20. Tom. 2. Varior. JCtorum. num. 175.* quod illud verbum (filios) poſitum eſt in conditione. Nam hinc non incommodè colligi poſſe exiſtimat, hoc loco de filiis nihil peculiariter diſponi, cum ea, quę ponuntur in conditione nunquam intelligantur eſſe in diſpoſitione. *l. Si quis ſub conditione. Si quis omiſſ. cauſa teſtamenti. gloſſ. & Bart. in l. Lucius. de hæred. inſtit. Bart. & Jaſ. in l. centurio: de vulgar. & pupill. Decius in l. 1. C. de pactis.* Quartò hiſce ſuffragantur hæc verba *(nullo dato precio, & precio reddito)* quæ cum invicem ſibi reſpondeant, neceſſe eſt, ut unum eundemq; caſum reſpiciant: alioqui enim ſi illud de agnato revocante, hoc verò de filio, & ſic de diverſis caſibus intelligeretur, neuter ipſorum plenè decideretur, ſed in illo omitteretur, quid ſtatuendum eſſet de agnato, refuſo precio redimere volente: in hoc, quid juris eſſet in filio ſine precio revocare cupiente, atq; ita capitulum iſtud non ſolum ad verba quod attinet, ſed in ipſa deciſione mancum atque mutilum foret, cum è contrario, quando verba illa *(nullo dato precio, & precio reddito)* ad unum & eundem caſum referuntur, perfectiſſima atq; abſolutiſſima reddatur deciſio hujus capituli, in hanc ſententiam, ut agnatus,

Digitized by Google

tus, ſi nullo dato precio revocare velit, teneatur expectare mortem alienantis: ſin autem maluerit refundere precium, tum etiam vivo illo poſſit revocare: & hunc eſſe verum hujus capituli intellectum ipſa rei evidentia teſtatur. Poteſt etiam Quintò conſiderari, quod textus non ait, vivo patre: id quod proculdubio feciſſet, ſi de filiis ibi loqueretur: ſed *(vivo Titio)* nam vel ex hoc etiam colligitur, illum eodem retento themate, de agnato revocante his verbis agere. Sextò id clarius liquet ex verbis ſequentibus: *(Quod ſi conſenſit, &c.)* dum ibi quatuor verba ſingularis numeri ſubjiciuntur: conſenſit, ſcivit, tacuit, removebitur. Nam cum hæc verba minimè conveniant illis vocabulis (*Filios proprios*) quæ ſunt pluralis numeri, ſed potius reſpondeant illi, quod de agnato in ſingulari numero dictum fuit: utique certo certius eſt, in tota illius capituli ſerie, atq; contextu de uno eodemq; themate quæri. Nunquam enim ea capienda eſt interpretatio, per quam recta loquendi ratio lædatur. *l. Plautius: & ibi Bart. de aur. & arg. leg.* Et reperio patrem piæ memoriæ hac ipſa rationem motum, improbato priore intellectu, huic ultimo aſſenſum fuiſſe. ſic enim ad Alvarottum exiſtimantem priorem intellectum literæ magis congruere, ſuapte manu adnotavit: ſi verbum conſenſit, & ſequentia ſtarent in numero plurali, aſſentirer: ſed ſic, & in numero ſingulari Grammatica non admittit, ideoq; ſequor Bald. *Hæc ille:* ut proinde admirari quis haud immerito poſſit quidnam in mentem venerit Alvarot. & qui ejus verba tranſcripſit, Præpoſito, quod priorem intellectum literæ magis congruere exiſtimaverint, quàm hunc.

12 Cujatius † quidem textum iſtum ita emendavit, ut loco verborum (*filios maſculos*) in princ. Filiũ maſculum & loco verborum (*filios proprios*) filium repoſuerit, ſecundum quam lecturam poſſet evitari hoc objectum, & tolerari aliquo modo primus intellectus. Sed quia ex Jacob. Belvis. antiquo doctore apparet, librum ſuum pluralem numerum habuiſſe, idemque etiam ex Bald. evidens eſt, qui tamen, ut ex commentariis ejus colligitur, vetuſtiſſimum librum habuit, & denique ex omnium interpretum ſcriptis videre licet, illos ejuſdem lecturæ codicibus uſos fuiſſe: ſanè liber iſte, quo forte motus Cujatius communem literam correxit, apud me ejus auctoritatis non eſt, ut propterea à libris communiter uſurpatis, atque approbatis digrediendum arbitrer, nulla præſertim ſubſiſtente cauſa: ſed exiſtimo, auctorem illius libri, quem fortè habuit Cujatius, depravata interpretatione commentatorum ad emendationem hanc redactum fuiſſe, cum tamen eam interpretationem verbis hujus capituli penitus non convenire, etiam aliis argumentis jam oſtenſum ſit.

Præterea cum, ut mox dicemus liberi in caſu hujus propoſiti ideo conſiderentur, ut agnatus propter eos jure ſuccedendi excluſus feudum reſtituto precio revocet: longè veriſimilius eſt, liberorum in plurali numero fuiſſe factam mentionem, quàm in ſingulari. Nam ſi unum habuiſſet filium Titius, tum Sejus non ita pronus fuiſſet ad revocationem, reſtituto precio, ſed potius mortem ipſius filii expectaſſet, ut ſine precio feudum recuperare poſſet, quemadmodum in præcedenti caſu, quo nullum filium habuit: At quando plures poſſeſſori ſunt filii, tum quia non facilè evenire poteſt caſus, ut defunctis filiis, ſine precio recuperare poſſet: ideo tum, ſi feudum recuperare vult, neceſſe eſt, ut jure redimendi utatur, & vigore illius, reſtituto precio, feudum alienatum revocet. Probabilius igitur eſt, auctorem hujus capituli tale thema, in quo ad caſum refuſionis precii facilè deveniri poterat, propoſuiſſe atq; adeò de pluribus filiis relictis locu-

locutum fuiſſe: & quod conſequens eſt, communem lecturam omnino retinendam eſſe. Quo dato, primus intellectus, quem vulgò communem eſſe reputant, utpote verbis hujus capituli ex diametro repugnans, ſubſiſtere nullo modo poterit. Denique interpretatio communis non ſolum, ut hactenus demonſtravimus, verbis adverſatur, ſed & ſenſus, qui inde elicitur, cum juris rationibus pugnat. Colligunt enim ex hac interpretatione plerique commentatorum, quaſi filiis tantummodo conceſſum ſit, ut vivo patre feudum, refuſo precio, revocare poſſint, non item agnatis, inde ejus, cur uno caſu magis, quàm altero precium refundi debeat, hanc afferentes rationem, quoniam cum filio in continenti revocante feudum, emtor in eo gravatur, ut mox feudum reſtituere cogatur: par eſt, ut recipiendo precium relevetur, ſed cum agnati vivente alienatore revocare non poſſint, & in hoc onerentur, ut teneantur expectare mortem alienatoris: allevantur meritò in alio, ut à refuſione precii ſint immunes. Hoc autem falſiſſimum eſſe, & agnatos vivo etiam alienatore feudum recuperare poſſe, refuſo precio, non ſolum juris feudalis reſponſis, ſed & his ipſis auctoribus copioſè probabimus infra quæſtione undecima. Quare vel hanc ob cauſam minimè adſtipulandũ erit huic interpretationi. Quod ſi verò quis animadvertens hoc objectum conceſſerit nobis, agnatis jus redimendi competere vivo alienatore, atq; inde dixerit, non ideo de filiorum revocatione juxta communem intellectum in his verbis agi, quod agnati propterea ab hoc jure excluſi eſſe debeant, ſed iſtud propter alios textus illis integrum eſſe: huic ſanè ratio erit oſtendenda, cur auctor hujus reſponſi eo in caſu, quo de feudo vivo alienatore revocando agere voluit, mutato themate propoſito, de filiis ſolum quærat, & hiſce magis, quàm agnatis (de quibus in præcedentibus egit) facultatem hanc redimendi concedat: Cur item filiis non perinde ut agnatis jus revocandi ſine precio permittat, defuncto alienatore, ſed jus eorum ad hunc ſolum caſum reſtringat, ut duntaxat refuſo precio redimere poſſint, tam vivo alienatore, quàm eo defuncto: id quod diſertè denotat proprietas dictionis (etiam) utrumq; caſum, ſive alienator ſuperſtes, ſive defunctus fuerit, complectens. Horum verò cum nulla ſatis commoda in medium afferri poſſit ratio, planè non video, quomodo communis illa interpretatio, ſive verba ſive ſenſum ſpectes, defendi queat: quin potius cum intellectus noſter & verbis optimè conveniat, & ſenſum habeat perſpicuum, atque inſuper optima nitatur ratione, ut paulo poſt explicabimus: huic ſine hæſitatione aliqua adhærendum erit. Cumque hæc plana atq; manifeſta ſint ea ſanè haud paulo plus quem movere deberent, quàm auctoritas eorum, qui primo intellectui fuerint adſtipulati.

Si † enim doctori in ſuam ſententiam nihil alleganti nulla eſt fides adhibenda, quantumvis etiam magnæ ſit auctoritatis. *c. Ego ſolis 9. diſtinct. l. Aemilius de minor. Bald. in l. ſi quis ad declinandum col. 6. verſ. modo eſt videndum. C. de Epiſcop. & Cleric. Angel. in conſ. 110. incip. ſanctiſſima. Curt. ſenior in conſil. 56. incip. ſuper eo quod ab ordine. col. 3. Hippol. Marſil. in conſil. 136. num. 4.* cum *ſeq.* uſq; eò, ut nec etiam communis opinionis legum textibus deſtitutæ aliqua ſit ducenda ratio. *l. 1. 1. §. Sed neque. C. de veter. jur. enucle. c. Capellanus. Et ibi DD. de feriis: Joann. Andr. & DD. in c. 1. de conſtit. Jaſ. in Auth. Noviſſima. num. 22. C. de inoffic. teſtament. & in l. Illam. nu. 9. C. de collat.* Utiq; multò minus illi opinioni aſſiſtendum erit, cui manifeſta verba legis obluctantur, ut proinde auctoritas eorum, qui priorem fuere amplexi opinionem, huic noſtro intellectui penitus non refragetur, cum præ-

ſertim

Digitized by Google

ſertim in manifeſto errore deprehendantur.

14 Nam & ipſe Andr. de Iſern. fateri tandem cogitur, ea, quæ ex intellectu illo colliguntur, omni prorſus ratione carere: & cæteris, qui illum peronatis pedibus fuerunt imitati, idem contingit, quod avibus, quas regales vocant, quarum unam prævolantem reliquæ omnes ſequuntur. *Ut ſæpius monere ſolet Decius in conſil. 481. incip. Et pro tenui facultate, & in conſil. 479. incip. In controverſia: col. penult. & in conſil. 176. incip. Viſo themate, in fin. & in conſil. 630. incip. In cauſa, quæ revocatur in dubium col. 2. & refert Roland. à Vall. in conſ. 100. incip. Revocatur in dubium, in fin. vol. 2.* Auctoritatem inſuper horum plurimum extenuat, quoniam hujus interpretationis auctores hoc, quod ex depravato iſto intellectu colligunt, agnatum videlicet vivo alienatore feudum precio recuperare non poſſe, ipſimet deinde improbant, & contra ſtatuunt, hoc ipſi integrum eſſe: atque adeò ita ſecum ipſis pugnant, ut nulla conciliari ratione queant: id quod cuivis facilè apparebit, qui ſcripta *Andr. de Iſern. & Afflict. & in c. 1. §. porro. Qualiter olim feud. poter. & alien. & in c. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inveſtitura: cum iis quæ hoc loco tradiderunt*, contulerit: quemadmodum nos infra *quæſtione 11.* copioſius demonſtrabimus. Nam vel hinc manifeſtum eſt, quantum auctoritati horum ſeſe ipſos ignorantium ſit tribuendum.

15 His ita † firmatis, capitulum iſtud juxta intellectum hunc noſtrum breviter hoc dicit: Agnatus proximior feudum à Titio alienatum, ſine precio illo demum ſine liberis mortuo, recuperare poteſt. Quod ſi verò Titius liberos habuerit, tum agnatus proximior, reſtituto precio, etiam eo vivo feudum revocare poteſt. Sed circa hæc videndum nunc eſt, quæ ſit ratio ejus, quod textus in primo caſu requirat, nullos liberos extare, in ſecundo verò deſideret eoſdem ſuperſtites fuiſſe, & cur hoc poſteriore caſu, reſtituto precio, ſtatim revocationem concedat, non autem in priore: & Bald. ejus hanc affert rationem, quia filii, etſi ſibi non proſint, tamen obſunt agnatis remotioribus, ut agnatus proximior, filiis extantibus, eò citius revocare poſſit. *arg. auth. licet. C. de nat. liber.* quia verò in caſu, quando nulli filii extant, mortuo demum alienatore feudum revocatur, & poſſeſſor interim percipit fructus feudi alienati, ideo exiſtimat Bald. precium non repeti, quaſi iſtud compenſetur cum fructibus interim perceptis. Sed hæc ratio Baldi eſt eadem cum dicto. Non enim aperit, cur filii obſint agnatis remotioribus, ut illis extantibus feudũ prius revocari poſſit, quàm aliàs: neq; etiam declarat, cur, quando liberi extant, precium ſit ſolvendum.

Quare † ut nobis vera ratio hujus textus conſtet, ſciendum eſt, agnatos duplici jure feudum alienatum revocare poſſe: Aut enim jure alienatoris per mortem ejus ſoluto feudum ad agnatum ſucceſſionis jure devolvitur, & tum ſine precio feudum recuperare poteſt: Aut hunc mortis caſum non expectare, ſed jure προτιμήσεως (ſic enim non autem ut vulgo prothomiſeos, vel προθυμίσεως, ſcribendum putat Molinæus *in conſuet. Paris. tit. 1. §. 42. nu. 32. quem ſequuntur Tiraq. de retract. in præfat. num. 2. Cujat. & Hottoman. paſſim in comment. feud*) uti vult, & tum reſtituto precio etiam vivente alienatore feudum revocare poteſt, *de quo in c. 1. §. Sed etiam res: per quos fiat inveſtitur: & in c. 1. §. Porro. Qualiter olim pot. feud. alienar.* Inter quos quidem caſus maxima eſt differentia. Nam in priore caſu, reſoluto jure datoris, reſolvitur jus acceptoris, atque adeò primus contractus penitus ad nihilum redigitur. *c. 1. §. Si verò totum: Qualiter olim feud. poter. alienar. c. 1. §. Rurſus. Quibus modis feud. amitt.* In poſteriore verò caſu durante jure auctoris, atque

quæſtioni, de qua agitur, conveniens, in quo morte Titii jus ejus, & alterius, qui cum ipſo contraxit, non intereat, ſed etiamnum ſuſtineatur, atq; obſtaculo ſit, ne feudū morte Titii ad agnatum devolvatur, & quod conſequens eſt, n eis proprio jure ſine precio id recuperare poſſit, ſed neceſſe habeat jure προτιμήσεως uti, & precium refundere. Hocque ſolum in propoſito præſtat liberorum exiſtentia. Non igitur ideò in hoc verſiculo requiritur, Titium filios habuiſſe, quaſi propter filios (*ut perperam exiſtimavit Bald.*) magis vivo Titio feudum revocari poſſit, quàm ſi nullos habuiſſet filios, de quo in præcedenti verſi. dictum fuerat: ſed ſolum ea de cauſa, ut detur caſus, in quo non perinde, ut in præcedente verſ. *morte Titii*, jus ejus penitus tollatur, ſed etiamſi robur ſuum obtineat, atq; efficiat, ut agnatus volens revocare feudum, precium reddere compellatur.

Addit † deinde textus (*etiam vivo*
19 *Titio*) precio enim ex jure προτιμήσεως reddito, agnatus non ſolum mortuo Titio, licet filii ſuperſtites fuerint, ſed & vivo adhuc eo, feudum recuperare poteſt. Quippe cum revocationi ex jure illo redimendi deſcendenti nihil obſtet jus, quod vaſallus alienans, donec ſuperſtes eſt, in feudo etiamnum habet, ſed potius illud ipſum jus, quia contractum initum ſuſtentat, locum faciat juri προτιμήσεως. Niſi enim jus iſtud integrum, ſed extinctum eſſet, cum contractus penitus evaneſceret, & agnatus revocans neceſſe non haberet uti jure redimendi, ſed ſuo jure, nullo reſtituto precio, feudum recuperare poſſet. Ex quo ſimul apparet, quod hoc caſu, vivo Titio feudum recuperari poteſt, id nō inde deſcendere, quia filios habuerit, ſed potius ex eo, quia, ut in proximè præcedentibus verbis dicitur, precium redditur. Nam filii hoc ſolum præſtant, ne, ut ſupra diximus, mortuo Titio agnatus ſine precio feudum recuperare poſſit, ſed neceſſe habeat precium reddere: ut verò etiam vivo Titio recuperare poſſit, id ſolum precium, quod redditur, efficit.

Non † igitur ad hoc, ut vivo Ti- 20
tio feudum recuperare poſſit, neceſſe erit, cum filios habuiſſe, ſed tantummodo requiritur, ut precium reddatur, quo reddito, nihil intererit, utrum filios habuerit, nec ne, ſed utroque caſu eo vivo revocari poterit, ut paulò poſt dicemus.

Atque † hæc vera eſt ratio, & in- 21
terpretatio, cur in primo caſu hujus capituli agnatus revocans teneatur expectare mortem vaſalli, & inſuper requiratur, nullos liberos eſſe ſuperſtites: in poſteriore verò caſu feudum mox vivo Titio, reſtituto tamen precio, recuperare poſſit, cur item in iſthoc caſu ponatur, filios ſuperſtites eſſe, videlicet quia (ut ea quæ majoris perſpicuitatis gratia copioſius dixi, in pauca conferam) in illo caſu de eo quęritur, quando agnatus reſoluto jure datoris, & contractu penitus annullato feudum ad ſe ſucceſſionis jure devolutum, proprio jure abſque precio revocat. in hoc verò de eo agitur, quando durante jure alienatoris, & firmo manente contractu, ex jure προτιμήσεως feudum revocatur. Ab hac ratione non videtur fuiſſe alienus Cujacius, dum verba horum duorum verſi. ita explicat: Sejus optimo jure partem feudi poſſidebit, quamdiu Titius vixerit. At mortuo Titio, agnatus proximior, qui alienationi non conſenſit, eam à Sejo revocabit, non reddito precio, quaſi ſucceſſionis jure. Quod ſi Titius filium habuerit, non avocabit eam, mortuo Titio, niſi & Titii filius, qui in ſucceſſione feudi eum præcedit, mortuus fuerit. Igitur melius fecerit hoc caſu, ſi quaſi jure προτιμήσεως, reddito precio, eam partem revocaverit, vivo Titio. Hæc Cujacius.

Ex quibus denique omnibus intellectus hujus capituli alioqui pro difficilli-

ficillimo reputati planè clarus & perſpicuus redditur, atque primò colligi-
22 tur, etſi † in principio generaliter reſponſum fuerit, agnatum mortuo demum Titio feudum alienatum recuperare poſſe, quod tamen inde minimè ſequatur, eum hoc caſu, quo Titius nullos filios reliquit, non etiam vivo eo feudum reddito precio revocandi facultatem habere. Hoc enim ipſi nihilominus integrum eſſe, non ſolum ex natura juris προτιμήσεως ſupra conſiderata manifeſtum eſt, quippe cum iſtud non minus competat, quando quis nullos filios habet, quàm ſi filios haberet, ſed idem luculenter etiam apparet ex ſequentibus verbis eo modo, ut paulò ante diximus, declaratis. Quod enim in illo caſu, vivo Titio, feudum revocari poteſt, ut ſupra oſtendimus, non inde provenit, quod is filios habuit, ſed ex eo, quod precium redditur. Quotieſcunque igitur precium redditur, tum ſemper vivo alienatore feudum revocari poterit, ſive is filios haberet, ſive minus. Nam ſoluto precio, nulla inter hoſce duos caſus probabilis poteſt reddi diverſitatis ratio. Præterea idem diſertè probatur *in c. 1. §. Sed etiam res, per quos fiat inveſtit. & in c. 1. §. Porro. qualiter olim poter. feud. alien. & pluribus firmabimus infra quæſtione 11.*

23 Cur † autem in priore caſu ſimpliciter ſtatuatur, mortuo demum Titio, revocationem admittendam eſſe, atque interim prætermittatur, utrum vivo Titio feudum poſſit, reſtituto precio, revocari, id inde factum eſt, tum quia agnatus in caſu, quo Titius nullos filios habuit, non facilè jure προτιμήσεως utitur, & feudum, reſtituto precio, revocat, ſed potius expectat mortem alienatoris, ut ſine precio feudum adipiſcatur: quis enim tam malè providus eſſet, ut rem, quam gratis recuperare poteſt, precio redimere mallet? Tum etiam (quod probabilius eſt) quia, ut ſupra diximus in principio hujus capituli, non agitur de jure redimendi, ſed eo de caſu, quo agnatus, nullo reſtituto precio, feudum recuperare contendit. Non igitur mirum, cur mortis caſum expectare teneatur, quò ſibi aperiatur jus revocandi feudum ſine precio, aliter, quàm in poſteriore caſu, ubi de eo quæritur, quemadmodum, reſtituto precio, feudum revocetur.

Secundò † ex hoc intellectu noſtro manifeſtè deprehenditur, falſum eſſe, quod ex capitulo iſto plerique interpretum colligunt, Agnatum vivo alienatore feudum revocare non poſſe, ſed hoc ſolis filiis integrum eſſe. Nam contrarium ejus verbis hujus capituli diſertè probatur, videlicet, agnatum etiam vivo Titio feudum alienatum, reſtituto precio, redimere poſſe, de quo nos *in quæſtione 11.* plura dicturi ſumus. 24

Tertio † hinc etiam evidens eſt, longè ineptius eſſe, quod Sonsbeccius, autumans in caſu hujus textus agnatis, vivo alienatore revocationem denegari, diſtinguit inter caſum, quo feudum alienatum fuit extraneo, & inter eum, quo remotiori agnato eſt conceſſum: quaſi illo caſu agnatus vivo alienatore, reſtituto precio, revocare poſſit, hoc vero ſecus. Quam diſtinctionem etiam ſequitur Thomas de Marin. Nam cum omni dubitatione careat, textum noſtrum de eo caſu loqui, quo agnato remotiori feudum ſit venditum, & nihilominus in capitulo iſto agnatus proximior, etiam vivo Titio, ad revocationem feudi admittatur, neminem fugit, hanc diſtinctionem ipſiſſimis verbis hujus capituli penitus confundi, & propterea minimè tenendam eſſe. Quod verò attinet ad rationes, tam pro diſtinctione iſta, quàm pro communi interpretum intellectu in medium adductas, de hiſce *in quæſtione Undecima* plura videbimus. 25

Sed

Digitized by Google

26 Sed † ſtantibus hiſce, alia ſuboritur dubitatio, qui fiat, ut in capitulo noſtro, in caſu, quo filii ſuperſtites ſunt, agnatus feudum alienatum revocare poſſit, neq; interim filiorum ulla habeatur ratio, utrum & illi feudum recuperare queant? Videtur enim inde quodammodo colligi, quaſi filiis revocandi jus non competat, cum tamen ab omnibus uno ore traditum ſit, filios non minus, quàm agnatos feudum alienatum revocare poſſe. Pleriq; interpretum, ut hanc difficultatem effugiant, propterea ad depravatum illum intellectum deſcendiſſe videntur, de quo ſupra primo loco egimus. Sed quia interpretationem iſtam abunde refutavimus, atq; oſtendimus, eam verbis capituli penitus adverſari, ideo de illa nihil amplius ſollicitè cogitandum, ſed ad noſtrum intellectum modò reſpiciendum, & inquirendum erit, qua ratione juxta iſtum huic difficultati cōſuli queat. Jacob. de Belvis. primus auctor intellectus noſtri, conceſſit, in caſu hujus capituli, filiis nullū revocandi jus competere, & propterea ipſos non conſiderari. Rationem verò ejus hanc eſſe exiſtimat, quia alienatio illegitima fuerat, quod ſequitur etiam Dn. Baro Schenck. Verum nos hanc etiam ſententiam ſolidis rationibus ſupra refutavimus, atq; docuimus, hic de legitima alienatione agi. Baldus itaq; generaliter ex textu illo notaſſe videtur, quod filius feudum alienatum à patre revocare non poſſit. Idq́; etiam ſenſit Cujatius *ibi.* Contra tamē alii arbitrati ſunt, quod filiorum in hoc verſiculo nulla habetur ratio, id eſſe acceptum ferendum propoſitæ facti ſpeciei, cui ſe auctor hujus capituli magis accommodare, quàm quid juris ſit in filiis, decidere voluit: interim tamen hoc nihil obſtare, quò minus filiis jus revocandi competat, ut ſenſiſſe videtur *Hieronym. Schurff. in conſil. 143. incip. Reſolutio & veritas. num. 4. inter conſil. feudal. quod eſt conſil. 89. cent. 3. & clarius docuit Thomas de Marinis in tit. 2. de feud. ex pacto & providentia antiquo. num. 48. in fin.* ubi ait, textum intelligendum eſſe, quando filii vel nolebant, vel aliqua cauſa poterant ſuccedere patri. hujus etiam ſententiæ fuiſſe videtur Frater D. Modeſtinus, ut apparet ex iis, quæ paucis annotavit *in d. c. Titius.* Sed ego cum Bald. & Cujatio facilè admitto, in caſu hujus capituli filios feudum alienatum revocare non potuiſſe, ac propter hanc cauſam nullam ipſorum habitam fuiſſe rationem: quin potius arbitror, his ipſis verbis disertè probari, filiis nullum revocandi jus competere. Sed quia hæc materia ampliorem tractatum requirit: ideo nos eam ad quæſtionem Undecimam reſervabimus, ubi etiam ſimul oſtendemus, tantum abeſſe, ut objectum iſtud intellectui noſtro obſtet, ut etiam eundem magis confirmet. Et de verſiculo, Quod ſi Titius filios: hactenus.

Reſtat † nunc, ut verſ. finalem 27
hujus capituli paucis explicemus. Nam neque is omnis difficultatis expers eſt. Cum enim in verſ. iſto duo caſus excipiantur, quibus agnatus revocandi jure excluditur, videlicet, quando conſenſit, & per annum, ex quo ſcivit, tacuit: omnes ferè interpretes arbitrati ſunt, hoſce duos caſus, ad utrunq; verſ. præcedentem referendos eſſe.

Atq; † hinc exiſtimarunt, non ſo- 28
lum in caſu, in quo ex jure προτιμήσεως feudum, reſtituto precio, redimitur, ſed etiam quando, mortuo vaſallo, ſine precio feudum revocatur, non niſi intra annum revocandi facultatem permiſſam eſſe, *ita ſenſit gl. Andreas de Iſern. Alvarot. Præpoſit. Matth. de Afflict. hic. Zaſius in tractat. feudal. part. 9. num. 29. Gozadin. conſil. 8. incip. In hac cauſa illuſtriſſimi. num. 33. Albert. Brun. conſil. 80. incip. Circa primum conſultationis articulum. num. 20. Hieron. Schurff. conſil. 132. incip. Indubitati juris eſt. nu. 6. inter conſil. feudal. Thom. de Marin. in tit. 11. de feud. ex pacto & provident. antiquo.*

tique. num. 65. & deniq. cæteri omnes. cujus hanc aſſignant rationem, quoniam tantum temporis datur ad petendam inveſtituram. *c. 1. Quo tempore miles. c. 1. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.*

29 Hanc † autem ipſorum doctrinam declarant primo, ut agnato annuum illud tempus incipiat currere poſt mortem alienatoris: quippe cum, juxta ipſorum opinionem, in vita ejus revocandi jus non habeat: Filio verò, qui ſecundum hanc ſententiam eorum etiam vivo patre, reſtituto precio, feudum revocare poteſt, ajunt concedendum eſſe duplex tempus annuum, alterum ad revocationem illam, quam vivo parente inſtituere potuit, alterum ad jus revocandi, quod ſibi poſt obitum patris adhuc integrum eſt, ad exemplum agnati. *Hoc docuit Sonsbeccius in d. parte decimatertia. nu. 136. & ſeqq. & nulla ejus facta mentione Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. ex pact. & provident. patern. num. 71.*

30 Deinde † reſtringunt hanc doctrinam, ut procedat duntaxat in caſu, quo remotiori agnato feudum eſt venditum: Secus verò, quando eſt alienatum in penitus extraneum: tum enim exiſtimant, jus revocandi ſpacio triginta annorum expirare, *ut poſt gloſ. tradidit Andreas de Iſern. Alvarott. Matth. de Afflict. & cæteri omnes, de quo plura infra quæſtione VIII. dicturi ſumus.*

31 Præterea † Hieronym. Schurff *in conſil. 143. incip. diligenter viſo & ponderato caſu, num. 3. & 4. inter conſil. feudal.* arbitratur, verba finalia hujus capituli juxta intellectum ſupra à nobis firmatum, tantum de agnatis intelligenda, non autem ad filios extendenda eſſe, atque adeò his annuo ſpacio revocandi viam minimè præcludi, ſed jus hoc filiorum non niſi triginta annorum præſcriptione tolli: hac adductus ratione, quia regulariter juribus ejuſmodi non minori tempore, quàm 30. & 40. annorum præſcribitur. *l. ſicut. & l. Omnes. C. de præſcript. 30. annor.* Quamvis igitur in capitulo noſtro annuum tempus ſtatuatur, tamen quia textus ille non de filiis, ſed de agnatis ſolum loquitur, ut ſupra pluribus fuit oſtenſum, ideò minimè ad filios erit extendendus: ſed quia alia non reperitur juris feudalis deciſio filiis annum præfiniens, in his potius tenenda erit juris civilis diſpoſitio, cum regulariter in iis, quæ jure feudali expreſsè deciſa non reperiuntur, ſtandum ſit juri civili. *c. 1. de feu. cog.*

Verùm † ego, diligenter conſideratis verbis hujus capituli contra exiſtimo, verſiculum iſtum finalem non ad utrunque, ſed ad proximè præcedentem caſum referendum eſſe, in quo de redemtione feudi ex προτιμήσεως agitur. 32

In hanc ſententiam me vocat primò, quod † regulariter annuum tempus tum rectè in conſiderationem venit, quando de revocatione ex jure redimendi quæritur, ut apparet *ex c. 1. §. Sed etiam res, per quos fiat inveſtit. & in c. 1. § Porrò. Qualiter olim feud. poter. alienar.* nullibi autem reperitur, annuum tempus tum fuiſſe conſideratum, quando fuerit actum de revocatione feudi, quæ reſoluto jure datoris agnatis proprio jure competit. 33

Conſentaneum eſt igitur, verſ. illum potius referendum ad proximè præcedentem, ubi de jure προτιμήσεως agitur, quàm ad alterum caſum, tum quia is proximè præcedit: eſt † enim relatio potiſſimum ad ea, quæ proximè antecedunt, facienda. *l. A filio. §. fin. de alim. leg. not. gloſ. in l. 1. de legat. præſtand. not. Bartol. in l. fin. de rebus dub. Bald. in l. 1. C. de legitim. hered. Ruin. in conſil. 13. num. 15. vol. 2.* tum etiam, quia verſ. finalis magis convenit juri προτιμήσεως, de quo in proxima clauſula agitur. 34

Nam

Digitized by Google

5 Nam † etſi alioqui relatio ad omnia, quæ præcedunt, fieri ſoleat, tamen quando qualitas inſequentis clauſulæ non æquè convenit omnibus iis, quæ anteceſſerunt, tum ad illa tantum eſt referenda, quæ qualitati illi maximè conveniunt, *ut docuit Geminian. in c. 2. per gl. ibi. ſuper verb. Ex quib. de elect. lib. ſexto. quem ſequitur Jaſ. l. 1 in ſecunda lectura n.*
6 *7. C. de ſumm. Trinitat. & fide cathol.* & † quod ratione majoris conformitatis relatio ad proxima fieri debeat, *docet Corn. in conſil. 158. incip. Pro deciſione præcedentis conſultationis. col. 5. n. 24. vol. 2. quem refert, & ſequitur Cravetta conſil. 84. incip. Magiſter Anshelmus. n. 17.*

Id quod ſecundò in propoſito vel ideo magis locum habet, quoniam hi duo caſus, quando agnatus ſoluto jure datoris feudum proprio jure revocat, & quando ex jure προτιμήσεως redimit, plurimum inter ſe differunt, & manifeſta inter ipſos eſt diverſitatis ratio, cur in uno magis, quàm in altero annali exceptione agendi via præcludatur.

7 Quippe † cum in hoc ultimo caſu, durante jure alienatoris, contractus vim ſuam obtineat, & tantummodò jure προτιμήσεως de perſona in perſonam transferatur, atq; adeò meritò breviori temporis ſpacio agendi jus perimatur: in illo verò, reſoluto jure alienatoris, contractus penitus corruat, & jus agnatorum ſucceſſione ad ipſos feudo delato initium capiat, quod ipſis unius anni curriculo penitus auferri, omni ratione carere, atq; periniquum eſſe videtur.

Non igitur ſubſiſtente hac diverſitatis manifeſta ratione, ea, quæ juri redimendi convenientia, in verbis hiſce finalibus dicuntur, ad primum caſum referri poterunt.

8 Nam † regulariter, quando inter ea, quæ præcedunt, aliqua ſubeſt diverſitas, & non tanta eſt ratio de uno, quanta de alio: tum illa, quæ ſequuntur, non referuntur ad omnia, ſed ad id tantum, de quo eſt major, & plenior ratio, *ut probatur in l. ſi in leg. in princ. junct. gl. locat. not. gloſſ. in cap. ſtatutum. in verſic Locis de reſcript. lib. ſexto & in cap. 1. de poſtulat. prælat. eod. lib. Bald. in l. In actionibus in 3. notab. per illum textum. de his qui not. infam. Sequitur Roman in conſil. 480. incip. In caſu. Alex. in conſil. 48. incip. ſuper citatione vol. 1. Ruin. in conſil. 13. incip. Videtur fortaſſis prima conſideratione. num. 15. vol. 2.* ubi generaliter ait, quod, ubi aſſignari poteſt ratio, quare clauſula magis referenda ſit ad unum, quàm ad alterum, nunquam referatur ad omnia. *Decius in cap. 2. requiris. col. 2. verſ. in gloſſ. 2. de appellat. Anton. Rubeus conſil. 49. incip. Præſens caſus non eſt ſine mediocri hæſitatione, numer. 4. Molinæus in conſil. 28. incip. Quod hæredes ſpectabilis. tom. 1. num. 5. Cravett. conſil. 70. num. 10.*

Cui † rationi accedit tertiò, quo- 9
niam prima clauſula hujus capituli ſuam certam, & abſolutam habet determinationem. Nam vel hoc reſpectu ea, quæ in fine hujus capituli adduntur, non ita facilè ad principium accommodanda erunt, nulla præſertim juſta ſubſiſtente cauſa, *ut docet Bart. in l. Talis ſcriptura. §. fin. de legat. 1. Abb. in cap. Cum dilecti. & ibi etiam Joann. de Imol. de donat. & in d. cap. Secundò requiris, & ibi Dec. Roman. in conſil. 152. incip. Præſens conſultatio.*

Quartò hanc ſententiam haud parum adjuvat, quod alioqui, ſi verba finalia etiam ad principium hujus capituli eſſent referenda, ex relatione iſta ſequeretur correctio juris communis, ſecundum quod juri ejuſmodi non niſi ſpacio 30. annorum præſcriberetur, ut per text. *in d. l. Sicut. & l. omnes. C. de præſcriptiõ. 30. annor.* omnes admittunt. Cumque hæc conſideratio ejus momenti ſit, ut propterea textus ab interpretibus reſtringatur ad caſum, quo agnato remotiori feudum eſt venditum, atq; aliud ſtatuatur, ſi in extraneum fuerit alienatum,

ut paulò ante diximus: Utiq; multò magis ex hac ipſa ratione verba finalia ad proximè præcedentem verſ. erunt reſtringenda, quàm ut in correctionem juris civilis ad primum etiam caſum extendenda ſint.

40 Eſt † enim ea ſemper capienda interpretatio, per quam, quoad ejus fieri poterit, à jure communi non recedatur. *c. Cum dilectus. de conſuetud. c. Cum expediat. de elect. lib. 6. l. 2. C. de noxalib. actionib.*

41 Præſertim † verò per ſubauditos intellectus, qualis in propoſito ex relatione illa minus commoda reſultat, juris correctio introducenda non eſt, *ut not. gl. communiter approbata. in c. Cupientes. §. Quod ſi per viginti. in verbo prætereà. de electio. lib. 6.*

42 Ex † quo in ſpecie de relatione, quod ea nunquam locum habeat, quādo aliqua contrarietas, ſive correctio jurium introduceretur, *ſenſit gl. in l. Si idem cum eodem. §. fin. de juriſd. omn. judic. & in l. Talis ſcriptura. in gl. fin. de leg. 1. & in c. Eccleſia veſtra. el. 2. de elect. Alex. in conſil. 48. incip. ſuper extractione. n. 7. col. 5. lib. 1. Cravetta conſil. 70. incip. In contractu matrimonii. n. 5.* Id quod in propoſito vel ideo magis valebit, quia jure feudali manifeſtè diſpoſitum eſt, ea, quæ jure iſto expreſsè deciſa non reperiuntur, ſecundum juris communis regulas definienda eſſe. *c. 1. de feud. cognit.* interim verò in nullis juris feudalis capitulis aliquod extat veſtigium, quod jus commune (ad præſcriptionem tricennalem quod attinet) ſit correctum, præter id ſolum, quod ex inepta illa relatione colligunt.

43 Quin † & contrarium ejus, videlicet etiam in feudis præſcriptionem illam etiamnum locum obtinere, dilucidè apparet *ex c. Si quis per triginta*, & ex multis aliis locis juris Longobardorum, à quibus conſuetudines feudales ad nos pervenerunt. Non igitur ſola relatio ab interpretibus efficta ad hoc ſufficiens eſſe poterit, ſed ea vel ex hac cauſa ſola penitus repudianda, & potius juxta regulam *d. c. 1. de feud. cognit.* juri communi erit ſtandum.

Quintò argumentum iſtud confirmat etiam, quod diſtinctio illa, quam ex ratione hujus argumenti deſumſerunt interpretes, inde verſic. hunc finalem, quatenus annum duntaxat præſtituit, ad caſum, quo agnato remotiori facta eſt alienatio, reſtringentes, verbis illius non ſatis convenit. Non ſolum enim verba hæc etiam ſecundum communem interpretationem de revocatione, & quæ poſt mortem alienatoris agnato competit, ſed & de jure προτιμήσεως intelligenda ſunt. Atqui jus hoc προτιμήσεως etiam in caſu, ubi extraneo feudum alienatum eſt, non niſi intra anni ſpacium durat. *d. c. 1. §. porro. qualiter olim feud. poter. alien.* Quomodo igitur quæſo verſ. finalis ad eum caſum coarctari poterit, quo agnato feudum remotiori venditum fuit? cum, ut dictum eſt, idem etiam, quantum ad jus προτιμήσεως non minus locum habeat in extraneo: niſi dicamus, illa verba modò de alienatione tàm in extraneum, quàm in agnatum remotiorem facta generaliter intelligenda, quatenus nimirum de jure προτιμήσεως loquuntur: modò ad agnatum remotiorem reſtringenda eſſe, quatenus de iure revocandi poſt mortem accipiuntur.

44 Quod † tamen non ſolum pugnat cum vulgata regula, quæ docet, unam eandemq; rem diverſo jure non eſſe cenſendam. *l. Nam hoc jure. de vulgar. & pupillar. l. Quamvis. C. de impub. & aliis ſubſtit. cum ſimil.* ſed etiam planè abſonum eſſe videtur. Potius itaq; verba illa, ad proximè præcedentia tantum facta relatione, de ſolo jure προτιμήσεως intelligenda erunt. Nam hac ratione in uno eodemq; ſenſu generaliter poterunt accipi, & juris communis correctio commodiſſimè evitabitur.

Sextò plurimum me movet, quod, ſi verba finalia hujus capituli ad omnia præcedentia eſſent referenda, tum ſenſus

ſus

Digitized by Google

ſus hujus textus planè eſſet mutilus & imperfectus, ad primum caſum quod attinet. Non ſatis enim declararetur, utrum in illo caſu, quo Titius nullos habuit liberos, annus vivo alienatore, an verò eo demum mortuo, currere inciperet: quia & hoc inde ſequeretur, ut vel propter annum illum, qui vivo alienatore lapſus fuerat, (oſtendimus enim ſuprà, agnatum etiam in primo caſu, vivo Titio, feudum repetere poſſe, reddito tamen precio) agnatus jure illo, quod poſt mortem demum ſibi competeret, penitus excluderetur, vel binorum annorum ſpacium eſſet concedendum, quorum neutrum tamen textus ſatis aperit, neque rationi conſentaneum eſſe videtur. Ideoque etiam interpretes, ut abſurdum iſtud evitarent, ad varias eaſdemque ineptas transfugerunt interpretationes, hoc ipſo prodentes, verba finalia minus convenire principio hujus capituli: cum tamen, ſi ad proximè præcedentia referantur, res omnis plana, atque expedita ſit.

Conſequens igitur omnino eſt, verba illa minimè ad utrunq; caſum, ſed ad eum tantummodo, cui magis convenit, eſſe applicanda: tum quia, ut ſupra dictum eſt, quando qualitas ſequentis clauſulæ non omnibus præcedentibus æquè convenit, ad ea duntaxat relatio eſt facienda, quæ illi magis congruunt: tum etiam ut ſubterfugiatur abſurdum illud, ne textus mutilus ſit, néve ea inde colligantur, quæ rationi minus ſunt convenientia.

45 Nunquam † enim admittitur relatio, quando ex ea abſurdi quid ſequiquitur, *ut not. gloſ. in c. Ut circa in verb. coram. de electio. in 6. & in d. c. Secundò requiris, ubi latè etiam Decius Cravett. in d. conſil. 70. n. 3* ubi ait: Quod omnis relatio ceſſet, quando per eam abſurdum reſultet, atq; inde infert, ad evitandum abſurdum potius ad remota debere fieri relationem per ea, quæ tradit Abb. *in conſil. 78. incip. in quæſtione, quæ ad præſens vertitur. col. 3. lib. 2.*

Quinimo ſeptimò huic interpretationi manifeſtè refragantur verba hujus capituli, dum non ſolum annus præfinitur, ſed etiam inſuper diſponitur, quando annuum tempus currere incipiat, videlicet ex quo ſcivit. Hoc enim principio hujus capituli, ubi habetur, agnatum mortuo demum Titio feudum revocare, nullo modo convenire poterit. Nam ſi verba tenere volumus, ſecundum illa admittendum erit, agnatum ſtatim, poſtquam annus, ex quo ſcivit, præterit, atq; adeò priuſquam ipſi agendi facultas competit, (jus enim revocandi ſine precio, de quo in priore caſu loquitur textus, poſt mortem demum alienatoris incipit, ut ſupra oſtendimus) agendi jure excludi, quod juris rationi penitus adverſatur, & abſurdum eſſe interpretes reputant. Aut ſi abſurdum iſtud declinare volumus, concedendum erit, annum hunc demum poſt mortem alienatoris computandum eſſe: quod verbis hujus verſiculi finalis penitus repugnat, dum ibi non conſideratur mortis tempus, ſed ſola ſcientia.

Octavò ſuffragatur etiam hiſce proprietas ſubſequentis dictionis (*omnino.*)

Nam † cum hæc præciſam habeat ſignificationem. *c. Qualiter. de judic. Bald. in l. ſuper rebus. C. de contrahend. emt. & idem denotet, ac ſi diceretur, quo ad omnia. gloſ. & Cardinal. in clem. 1. 12. quæſtio. de vita & honeſt. cleric.* utique vocabulo iſto hoc ſignificatur, ſi annus, ex quo ſcivit agnatus, lapſus fuerit, quod tum neque vivente, neque defuncto alienatore revocare poſſit. Non igitur locum habere poterit interpretatio, qua vulgò exiſtimatur, annum demum poſt mortem alienatoris exordium ſumere: quippe cum juxta hæc verba textus, jam vivente alienatore, poſtquam à tempore ſcientiæ annus tranſiit, omnino excluſus ſit, neque etiam admittenda erit opinio eorum, qui binos annos conce- 46

dunt

dunt agnato, alterum vivente alienatore, alterum eo defuncto, cum hac ratione unius anni lapſu non omnino ſubmoveretur, contra manifeſta verba textus, & quod conſequens eſt, verba illa finalia minimè ad priorem capituli caſum, ſed ſolummodo ad proximè præcedentem referenda erunt, in quo cum de jure προτιμήσεως agatur, illi caſui verba illa optimè conveniunt.

47 Nam † quando agnatus ſciens, paſſus fuerit præterlabi annum, tum jure προτιμήσεως amplius non uti, neq; feudum reſtituto precio revocare poteſt, ſive Titius alienator ſuperſtes ſit, ſive relictis liberis (de quo caſu proximus præcedens verſ. loquitur) defunctus fuerit, atq; adeò à jure προτιμήσεως omnino ſubmovebitur agnatus, ut neque vivo, neq; defuncto Titio feudum ex jure illo recuperare poſſit. Secundum quam interpretationem dictio (*omnino*) propriam ſuam ſignificationem retinet. Opponitur enim illi quod prius dictum fuerat, feudum ex jure redimendi, non ſolum mortuo Titio, ſed etiam vivo eo recuperari poſſe, ut videlicet ſignificetur, quando agnatus paſſus fuerit verti annum, quod tum neutro caſu, jure iſto uti queat. Ut proinde mirandum ſit, omnes interpretes, eos præſertim, qui etiam ſtudio latinitatis fuerunt dediti, in re tam plana atq; manifeſta ita hallucinatos fuiſſe.

Hiſce itaq; motus planè in eam ſententiam devenio, ut exiſtimem, verb. finalia hujus capituli, minimè ad utrunq; caſum, de quo in textu noſtro agitur, ſed tantum ad verſ. proximè præcedentem referenda eſſe, id quod pluribus etiam firmabimus infra *quæſtione VIII.* Et hoc ſenſiſſe videtur Cujatius, dum interpretatione ſua verſ. finalem conjungit cum proximè præcedenti his verbis: Igitur melius fuerit hoc caſu, ſi quaſi jure προτιμήσεως reddito precio, eam partem revocaverit vivo Titio, videlicet, cum alienationi non conſenſit, alioquin nullum jus revocandi vel retrahendi habet. Obſtat etiam in eo jure agnato proximiori non ignoranti præſcriptio anni, ſicut domino. *Hæc Cujatius.*

Neq; huic interpretationi quicquam renititur, quod in verbis finalibus non ſolum de annali taciturnitate dicatur, ſed etiam de agnato conſentiente, quod ultimum cum utriq; caſui conveniat, videtur perſtrinxiſſe oculos interpretum, cur verba hæc ad utrunq; caſum retulerint.

Nam † etſi hoc etiam primo caſui adaptari queat, tamen non minus commodè etiam circa jus προτιμήσεως conſideratur, ut planum eſt *ex d. §. porro*, ubi etiam de jure προτιμήσεως agitur, & tamen inde excipitur conſenſus, & annalis præſcriptio, *ut in capitulo iſto.* Meritò itaq; ſecundum *d. §. porro*, etiam verba hujus textus intelligenda erunt. Nam regulariter lex una aliam declarare ſolet. *l. Non eſt novum de ll.* Cum præſertim abunde à nobis probatum fuerit, ea, quæ de annali præſcriptione in hiſce verbis finalibus dicūtur, primo caſui minimè convenire poſſe, ſed ſolum ad ſecundum caſum quadrare. Nam hinc ſanè rationi magis conſentaneum eſt, ut juxta illa verba etiam verbum præcedens (conſenſit) ad caſum hunc reſtringamus, quàm ut ex generalitate illius verbi ſequentia tam contra propriam ipſorum ſignificationem, quàm etiam contra omnem juris rationem ad eum caſum extendamus, à quo non ſolum verbis, & ratione refragantibus, omnino abhorret, ſed unde tot etiam abſurda, & cum recta ratione pugnantia ſequuntur, ut ex ſupra dictis apparet. Non deeſt præterea probabilis ratio, cur in hoc ſecundo caſu de conſenſu magis laboraverit auctor hujus capituli, quàm in primo. Nam etſi conſentiendo remiſerit jus ſuum, quod poſt mortem alienatoris, hujus jure ſoluto, ad ipſum perventurum eſſet, & cujus vigore gratis feudum repetere poſſet: non tamen videbatur hoc ipſo renunci-

nunciaſſe juri revocandi, quod ex jure προτιμήσεως ſibi competit, ut reddito precio recuperare poſſit, per ea, quæ in hanc ſententiam adducuntur à Tiraquell. *in tract. de retract.* §. *1. gl. 9. n. 113. 133. & ſeq.* Hanc igitur dubitationem ut tollat, circa jus προτιμήσεως etiam conſenſum agnati conſiderat. In priore verò caſu non ponderavit conſenſum, tum quia in illo caſu nullum erat dubium, quin conſentiendo juri ſuo renunciaſſe cenſeretur: tum etiam quia non eſt veriſimile, agnatum eo in caſu, quo Titius nullos habuit filios, facilè conſenſurum alienationi. Cum enim ex hac ratione nulla hoc caſu mentio fiat revocationis ex jure προτιμήσεως, quia videlicet nemo facilè precio redimit, quod poſt exiguum temporis intervallum gratis conſequi poteſt, utique probabile eſt, ex eadem etiam ratione conſenſum agnatorum in propoſito prætermiſſum eſſe. Denique ſi quis ulterius ſua potius mente, quàm ratione nixus pertinaciter inſtiterit, verbum illud (conſenſerit) ad utrunque caſum referendum eſſe, cum illo amplius non contendemus, ſed eum ſuo ſenſu patiemur abundare, modò non tàm nobis, quàm rationibus adductis concedat, ſequentia verba de annali præſcriptione loquentia, non eſſe ad primum caſum extendenda. Nam etſi demus, id, quod de agnato conſentiente dicitur, de utroque caſu intelligendum eſſe: inde tamen minimè ſequitur, idem etiam de ſequentibus verbis dicendum, cum aliud ſuadeat manifeſta diverſitatis ratio hactenus declarata.

49 Licet † enim ſequentia ad omnia præcedentia quandoque referantur. *l. Talis ſcriptura.* §. *fin. de leg. 1. l. 3.* §. *filius*
50 *inter medias. de liber. & poſthum.* & † poſita ſub eadem determinatione æqualiter etiam determinari ſoleant. *l. Jam hoc jure de vulgar. & pupillar. l. Hereditatem. C. de Impub. & aliis ſubſtit.*

51 Tamen † quando non omnium eadem eſt ratio, tum referendo ſingula ſingulis ea eſt capienda interpretatio, quæ naturæ uniuscujusque maximè appoſita eſt. *c. Cum dilectus. & ibi not. Abb. & DD. de conſuetud. c. olim ex literis: de reſcript. Bart. in l. fin. C. de ſentent. & interlocut. jud. Jaſ. in l. Miles.* §. *decem. n. 2. de re judic.*

Ex † quo etiam generaliter traditum eſt, verba præcedentia ita eſſe adaptanda ad omnia ſequentia, ut ſingula ſingulis referantur: & è converſo *not. gloſſ. in l. 1.* §. *Sin autem ſub conditione: C. de caduc. tollend. & in l. ſi negocium. C. de negoc. geſt. & in l. fin. ubi Angel. C. de fideicommiſſ. Cravett. in conſil. 99. incip. Nobilis & potens Franciſcus. num. 11.* 52

Quæ cum etiam in uno eodemq; vocabulo ad diverſa relato procedant, *ut not. gloſſ. in l. 2. verb. manumitti. de offic. proconſul. & in l. Gallus.* §. *1. ubi not. DD. de liber. & poſthum. Bart. in l. Titia.* §. *Titia. num. 9. de leg. 2. Barbat. in conſil. 17. incip. clementiſſimi. num. 13. vol. 2. Barthol. Socin. in conſil. 191. incip. Licet difficultates. colum. 5. in fin. vol. 2.* multò ſanè magis in diverſis verbis, de quibus hic agimus, locum obtinebunt: pro cujus confirmatione videri poſſunt etiam ea quæ late congeſſit Tiraquell. *de retract.* §. *1. gl. 18. n. 21.*

Atque hæc ſunt, quæ de intellectu hujus capituli monere, & planius explicando veluti oculis ſubjicere voluimus. In quibus quid præſtiterimus, hi rectè judicare poterunt, qui prius, quàm hæc noſtra legant, omnium interpretum ſcripta in hoc genere diligentius evolverint, quippe cùm illis lux gratior eſſe ſoleat, qui in tenebris aliquandiu verſati ſunt. Ingenuè enim fateor, me, cum in juventute ſæpius idem tentaſſem, nunquam tamen ex commentatorum interpretatione verum hujus capituli ſenſum aſſequi potuiſſe, ac propterea cum multis exiſtimaſſe, potius iſtud pro juris Longobardici diſpoſitione quadam incon-

incondita, & mutila judicandum, quàm ut de intellectu & ratione ejus valdè laborandum ſit, donec & ætate & uſu judicio magis confirmato hunc laborem, inter varias tamen & ab hoc propoſito longè alienas aulæ occupationes ſuſciperem. Quibus à me abſolutis & prælo jamjam committendis cum fortè incidiſſem in luculentum illum tractatum feudalem, quem Juriſconſultus Clariſs. D. Ludolphus Schrader olim diſcipulis ſuis pro lectione dictavit, quiq; à multis diu deſideratus editione dignus ſanè eſt, reperi etiam eum (non enim iſtud quantumvis ſerò contigerit diſſimulandum pro candore meo putavi) non ſolum verſ. *Quod ſi Titius*, ſed & verba finalia hujus capituli in eam ſententiam, quam nos firmavimus interpretatum eſſe, & inter jus redimendi atq; revocandi eodem modo diſtinxiſſe.

Non ſolum igitur gratulatus ſum mihi in hoc articulo optimè inter nos convenire, ſed & viri illius auctoritate in ſententia admodum fui confirmatus, Nam quemadmodum nullius ſoleo jurare in verba magiſtri, ſic quoties ad juris rationes probabiles viri alicujus docti accedit auctoritas, ea plurimum apud me ponderis habet.

Ac pervellem me priuſquam hoc opus ad umbilicum perduxiſſem, illius tractatus habuiſſe copiam: nam Theſeo hoc adjuvante multo minore labore mihi conſtitiſſent ea, in quibus alioqui aliorum deſtituto auctoritate, & immenſum hoc pelagus veluti ſine cortice trananti, admodum deſudandum fuit.

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) CUmq; in hoc articulo] De materia capit. Titius. ſi de feudo defunct. content. ſit inc. dom. & agnat. vaſalli vide *Andr. Knichen de pact. veſtitur. part. 1. cap. 2. n. 234. & ſeqq. maximè n. 235. Fachin. lib. 7. controverſ. jur. cap. 9.* ubi quidem paulo apertius agere videatur: Fatetur enim ſe verum ſenſum ex aliis mutuatum eſſe. Tam ingenuus tamen non eſt ut per quos profecerit exprimat, quinimò ordinem & lucem à ſe eſſe gloriatur. Mihi verò dubium non eſt unumquemque qui quæſtionem hanc Parentis perlegerit, neq; ordinem neq; lucem Fachinæi deſideraturum.

QUÆSTIO VI.
FEUDUM PATERNUM EX PACTO ET PROVIDENTIA, AN CONSENTIENTE domino, in præjudicium agnatorum alienari poſsit: & quatenus agnatis, defuncto alienatore, competat jus revocandi feudum, ſive extraneo ſive agnato remotiori, vel uni ex multis in eodem gradu conſtitutis, ſive etiam proximiori, ante alienatorem decedenti venditum: in quibus item caſibus jus hoc revocandi locum non habeat.

1. Agnati

Digitized by Google

1. Agnati feudum alienatum revocare poſſunt, defuncto alienatore.
2. Quæ ſit hujus ratio.
3. Feuda vaſallis tantum ad vitam cenſentur eſſe conceſſa ad inſtar uſusfructus
4. Vaſallus cenſetur gravatus feudum reſtituere poſt mortem.
Feuda intelliguntur ſubjacere reſtitutioni.
5. Vaſallus non niſi ad vitam de feudo diſponere poteſt ſicut uſufructuarius.
6. Jure auctoris ſoluto ſolvitur etiam jus acceptoris.
7. Res reſtitutioni ſubjecta alienari non poteſt.
8. Agnati feudum non à proximè defuncto, ſed ex pacto anteceſſorum obtinere cenſentur.
9. Agnatorum alius ab alio non cenſetur habere cauſam: ſed tot ſunt donationes, quot perſonæ.
10. Agnatus defuncto alienatore ſine precio feudum revocat.
11. Agnatum proximiorem non poſſe revocare feudum venditum remotiori agnato, quidam opinati ſunt. Sed hæc ſententia reprobata, contrarium firmatur n. 20.
12. c. 1. de alienat. feud. patern. inducitur. Sed hac inductione impugnata rectius declaratur n. 21.
13. Adverſativa dictio adverſatur præcedentibus in eodem genere.
14. Item, repetit qualitates præcedentis clauſulæ.
15. c. 1. §. Sed & res, per quos fiat inveſtitur. inducitur. Sed is textus rectius declaratur n. 24.
16. c. 1. §. Si verò cum domini. de alienatio. feud. declaratur, ſed rectius n. 26.
17. Disjunctiva actum cuilibet in ſolidum tribuit. & n. 25.
18. Alienatio prohibita aliâs, cenſetur permiſſa inter eos, ad quos res alioqui eſt reverſura, etiam in præjudicium reliquorum. declaratur n. 27.
19. Feudum ſine conſenſu domini agnatis etiam remotioribus vendi poteſt. declaratur n. 28.
22. Adverſativa debet adverſari his, de quibus principaliter agitur.
23. Dictio (inter) cuilibet tribuit actum in ſolidum.
29. A conſenſu domini ad conſenſum agnatorum non ſemper licet arguere.
30. Agnati revocare poſſunt feudum, licet iſtud uni ex multis in pari gradu exiſtentibus venditum fuerit.
31. Agnatis pluribus in eodem gradu exiſtentibus, ſingulis pro rata ipſorum portione jus in feudo quæſitum intelligitur.
32. Ubi eadem eſt ratio, idem ius eſſe debet.
33. Quod juris eſt de toto, idem juris eſſe debet de parte.
34. Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.
35. Agnati, qui alienationis tempore proximiores non fuerunt, feudum revocare poſſunt, quando ſuccedendi ordo ipſos tangit.
36. Dominus cenſetur omnibus agnatis non tamen ſimul, ſed ordine ſucceſſivo feudum conceſſiſſe. & n. 57.
37. Agnati, qui tempore alienationis non concepti fuerunt, feudum revocare poſſunt.
38. Res prohibita alienari extra familiam revocari poteſt ab iis, qui tum non fuerunt concepti.
39. Feuda in infinitum tranſeunt in deſcendentes.
40. Ab emptione feudi antiqui cavendum.
41. Conceptionis tempus in feudis cur non perinde, ut in aliis, ſpectetur.
42. Matth. de Afflict. & Cannetii opinio improbatur.
43. Feudum alienatum in proximiorem, hoc ante venditorem mortuo, is qui mortis tempore proximior eſt, revocare poteſt.
44. Cannetii opinio refutatur.
45. Vaſallus nihil in præjudicium agnatorum de feudo diſponere poteſt.
46. Ideoq; nec pignus in feudo conſtitutum agnatis præjudicat: neq; etiam locatio n. 47.
48. Servitus feudo in præjudicium agnatorum imponi nequit.
49. Agnatis neq; etiam neceſſitate urgente vaſallus præjudicare poteſt.
50. Alienatione prohibita non cenſetur interdicta alienatio neceſſaria.
Niſi propter jus, quod alius in re habuit, prohibita fuerit n. 52.
51. Neceſſitas non habet legem.
53. Non debet unum altare tegi & alterum aperiri.
54. Neceſſitas non efficit, ut quis plus juris, quàm ipſe habuerit, transferat.
55. Agnati poſſunt revocare feudum alienatum ob æs alienum.
56. Alienatio ob æs alienum ſuſcepta cenſetur potius voluntaria, quã neceſſaria.

57. *Alienatio à judice ſuſcepta intelligitur à poſſidente facta. Judex ſupplet partes poſſidentis.*
58. *Alienatio ſine conſenſu agnatorum facta, vivente alienatore, valet, neq; eo vivo, ſine precio ab agnatis revocari poteſt.*
59. *Agnatis defuncto demum alienatore, jus revocandi quæſitum eſt.*
60. *Alienatio ſine conſenſu agnatorum ſuſcepta quatenus non valere cenſeatur.*
61. *Agnati feudum revocare non poſſunt, quamdiu aliquis ſupereſt, qui ipſos ſucceſſionis gradu antecedit.*
62. *Agnato proximiore conſentiente alienationi, remotior, quamdiu vivit conſentiens, revocare non poteſt feudum.*
63. *Jus revocandi à ſuccedendi facultate dependet.*
64. *Agnatus, licet ipſe non revocet feudum, tamen quatenus gradu eſt proximior, obſtat ſequentibus.*
65. *Non ſequitur: obſtat ſequentibus ne revocent. Ergo ipſe revocare poteſt.*
66. *Agnati ſine precio recuperare non poſſunt feudum ob onus feudale alienatum.*
67. *Agnati tenentur luere pignus in feudo conſtitutum pro elocandis filiabus, vel ſororibus.*
68. *Idem obtinet in dotalitio.*
69. *Feudum propter ſervitia inde præſtanda novo onere prægravari non debet.*
70. *Agnati tenentur agnoſcere debitum in utilitatem feudi converſum.*
71. *Agnatus conſentiens alienationi feudum revocare non poteſt.*
72. *Conſentiens juri ſuo renunciaſſe exiſtimatur.*
73. *Conſentiens alienationi rei ſuæ, contractum impugnare non poteſt.*
74. *Agnatus præſcriptione excluſus feudum revocare nequit.*
75. *Agnatus hæres alienantis non poteſt impugnare alienationem defuncti.*

(a) NUNC materiam (a) propoſitam aggreſſuri diligentius aliquantò conſiderabimus, an & quatenus vaſallus, conſentiente domino, feudum antiquum vel paternum in præjudicium agnatorum, ſive filiorum alienare, vel alioqui in incommodum ipſorum de eodem diſponere poſſit. Cumq; in quæſtione iſta interpretes communiter diſtingvere ſoleant inter feudum ex pacto & providentia, & feudum hæreditarium, nos etiam hanc receptam diſtinctionem nunc ſecuti de his ſeparatim videbimus: & quia feudum ex pacto & providentia propriam & genuinam feudi naturam retinet, ut in prima quæſtione diximus, hanc feudi naturam rectius ut dignoſcamus, primò de feudo ex pacto agemus. In iſto igitur feudorum genere hoc quidem expeditum habet intel-
2 lectum, quod, † etſi vaſallus feudum conſentiente domino alienaverit, vel alioqui de eo diſpoſuerit, iſtud tamen agnatis ſucceſſuris non obſit, quò minus, defuncto vaſallo alienatore, feudum ſucceſſionis jure ad ipſos deveniat, atque hi ex jure iſto ipſis delato feudum alienatum à novo poſſeſſore revocare poſſint.

Hoc enim diſertè probatur *in c. 1. de alienat feud. patern. & in c. 1. §. Hoc quoq; de ſucceſſio. feud. & in c. Titius: ſi de feud. defunct. controv. fuer. inter dom. & agnat. vaſall. c. 1. §. Sed & res. per quos fiat inveſtit. c. 1. §. porrò Qualiter olim feud. poter. alien. c. 1. §. Econtrario. de inveſtit. de re alien. fact* & ab omnibus interpretib. nullo refragante, uno ore receptũ eſt.

Hujus † autem concluſionis quamplures aſſignant rationes, quarum aliæ dependent à jure quod vaſallus poſſidens in feudo habere cenſetur: aliæ verò à jure quæſito agnatis in feudo.

Ad † jus poſſeſſoris quod attinet, conſtat, feuda vaſallis non ſimpliciter ſed eatenus duntaxat, quamdiu uſura hujus vitæ fruuntur, ad inſtar uſusfructus (cui vaſallus propterea quodammodo exæquatur) conceſſa videri. *c. 1. §. fin. in quibus feud. amittat:* ea † quidem lege, ut gravati cenſeãtur poſt mortem ſuã agnatis illa reſtituere, *ut docet Andr. de Iſernia in c. 1. verſi. hoc eſt regulare in omni feudo. de eo qui ſibi vel hæredib. ſuis & in c. 1. §. Hoc quoq; col. 2. verſ. hæc deferuntur*

à gene-

Digitized by Google

à genere de ſucceſſ. feud. & in c. 1. §. Quid ergo. de inveſtitur. de re alien. fact. Ex quo feuda reſtitutioni neceſſariæ de uno in alium ſubjecta eſſe intelliguntur, *ſecundum Iſern. in c. 1. §. Præterea: in penult. col. quæ fuer. prim. cauſ. benefic. amitt. & in c. 1. col. 2. Si vaſall. feudo privetur: & in d. §. Hoc quoq; col. 3.*

5 Conſequens † eſt igitur, vaſallum poſſeſſorem non niſi ad tempus vitæ ſuæ de feudo diſponere poſſe, tum quia, ut diximus, jus ipſius ſimul cum
6 morte extingvitur, atque † adeò jure auctoris ſublato jus etiam acceptoris ut ſolvatur, neceſſe eſt. *l. Lex vectigali. de pignor. c. 1. § rurſus. Quibus mod. feud. amitt. c. 1. §. Etſi clientulus. de alienat. feud.* ſicut etiam de uſufructuario legibus civilibus cautum eſt, quod is fundum fructuarium ulterius, quàm ad vitæ ſuæ tempora firmiter locare non poſſit. *l. ſi quis domum. §. 1. Locati.*

7 Nemo † enim plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat. *l. Nemo de reg. jur.* Tum etiam quia regulariter res reſtitutioni ſubjecta in præjudicium eorum, quibus reſtitui debet, alienari non poteſt: *auth. Res quæ C. commun. de leg.* Idem ſuadet etjam jus, quod agnati in feudis habere cenſentur.

8 Hi † enim feuda non ab ultimo defuncto, ſed potius ex pacto cum primo acquirente inito conſequi exiſtimantur. *c. 1. de feud. fœmin. c. 1. de duob. fratrib. c. 1. §. Corradus. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. de eo, qui ſibi & hæredib. ſuis. c. ſi capitanei de feud. March.* quod quidem pactum hanc ſemper annexam intelligitur conditionem habere, ut uno defuncto, feudum deinde ex eadem conceſſione, ordine tamen ſucceſſivo ad alium tranſeat, qui proximum ſucceſſionis gradum obtinet, *ut ſenſit Andr. de Iſern. in c. Imperialem. §. Præterea ducatus. col. 4. verſ. ſed ſi dicatur, ibi, non enim habet à patre, ſed munificentia dantis: de prohib feud. alien. per Frederic. & in d. c. 1. §. Quid ergo. col. 2. verſ. Quod autem in præſcriptione in feudalibus: de inveſtitur. de re alien. fact.*

Ideoq; † agnatus, perſona poſ- 9
ſeſſoris per mortem è medio ſublata, non illi in feudo ſuccedere, neq; unus ab altero cauſam habere, ſed cum tot eſſe intelligantur donationes, quot ſunt perſonæ. *arg. l. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub modo*: quilibet agnatorum ex prima conceſſione ſuo quodam jure proprio feudum obtinere intelligitur. *Andr. de Iſern. in d. § Præterea ducatus. col. 4. verſ. cenſentur plures donationes ad tempus factæ, & in d. §. Quid erg.* Non igitur poſſeſſori integrum eſſe debet, ut jus hoc non ſuo facto, ſed ex pacto anteceſſorum quæſitum agnatis alienando, vel alias de feudo diſponendo auferre poſſit. *l. Id quod noſtrum: de reg. jur. l. iniquiſſimum. de juris & fact. ignorant. l. Si arrogator: de adoptio. & ex ratione iſta ita arguunt Andr. de Iſern. Alvarott. Prapoſit. Afflict. & DD. in c. 1. de alienat. feud. patern.* Ex quo deniq; manifeſtum eſt, hanc juris feudalis diſpoſitionem, quæ vaſallo feudum alienante, agnatis in jus ipſorum integrum conſervat, æquiſſima ratione ſubnixam eſſe, ſive jus vaſalli alienantis, ſive etiam jus agnatorum conſideraverimus. Quas rationes præ cæteris pulchrè declarat Camerar. *in d c. Imperialem. §. Præterea ducatus: in princ. verſic. Quo ad primum caput. pag 772.* & multa circa hoc propoſitum congerit Thom. de Marin. *de feud. ex pacto & provident. n. 25.*

Hæc † concluſio declaratur pri- 10
mò, ut agnatus proximior poſt mortem alienatoris feudum, nullo etiam dato precio, revocare poſſit, prout hoc diſertè probatur in *d. c. Titius, ibi, nullo dato precio recuperare poteſt*: ex quo id aſſerunt omnes interpretes ibi, nullo in contrarium eunte. Neq; ſanè mirum. nam cum jure vaſalli alienantis per mortem penitus extincto, atq; hinc etiam jure acceptoris ſublato, feudum ad agnatum proprio jure pertinere incipiat, ut paulò ante dictum fuit: is

utique lege priſtinæ conventionis, tum inter alios initæ, cum etiam morte au-ctoris jam extinctæ, ad precii reſtitutionem adſtringi, vel alio onere prægvavari minime poterit, ſed potius feudum ſuo jure liberè vendicat.

Secundò declaratur iſta doctrina, ut non ſolum tum procedat, quando feudum venditum eſt extraneo, ſed etiam quando agnato remoriori. Hoc autem non omni controverſia caret.

11 Nam † Collegium Mediolanenſe, Barthol. Salic. & Chriſtoph, de Caſtil. exſtimarunt, feudum poſſe concedi agnato remotiori in præjudicium proximioris, *prout referunt Martin. Laudenſ. & Prapoſit. in d. c Titius, uterq. in col. penult. hic in fin. ille in princ. Si de feud. defunct.* & quæſtionem hanc in utramvis partem copioſè exagitat Joann. de Anan. *in diſputatione, qua habetur poſt Martin. Laudens. & affirmativam noviſſimè conſulendo ſecutus fuit Cephalus. conſil. 307. vol. 3.*

12 Pro † opinione iſta adducitur primò textus *in c. 1. verſ. Et licet de alienat. feud. patern.* dum in principio illius textus tàm domini, quàm etiam agnatorum conſenſu conſiderato, generaliter traditur, alienationem feudi paterni etiam cum conſenſu domini factam non valere, niſi agnatis conſentientibus, & deinde, (*ut Sylvan. conſil. 15. nu. 23. conſiderat*) per dictionem adverſativam ſubjungitur, quod, licet alienatio beneficii prohibeatur, tamen inter agnatos concedatur. Videntur enim hæc verba finalia ex natura adverſativa intelligenda de alienatione, quam in principio non valere dictum fuerat, videlicet, quando non conſentientibus agnatis etiam cum conſenſu domini feudum alienatur: & quod conſequens eſt, his ipſis verbis denotari, alienationem illam, quæ aliàs, ut in principio dictum fuerat, robur non habuiſſet, tamen inter agnatos factam valere, etiam ſine voluntate domini, nec conſentientibus illis, de quibus paulo ante locutus fuerat:

Cum † de natura adverſativa ſit, ut adverſetur præcedentibus in eodem genere, tàm in jure, quàm in facto. *gloſſ. in l. ſed etſi: in princ. de petit. hæredit. Bart. in l. Hoc amplius. §. de his autem. num. 1. de dam. infect. & in l. patris & filii, num. 1. ad fin. verſ. ſed ſi poneretur: & ibidem Jaſ. num. 6. de vulgar. & pupill.* & † ut cenſeantur repetitæ qualitates præcedentis clauſulæ, *not. DD. in leg. omnes populi: ubi Bald. col. 8. circa med. num. 21. de Juſtit. & jur. Bart. in l. ſi mariti. §. fin. ad l. Jul. de adulter. Alexan. & Jaſ. in l. filius à patre: in princ. num. 6. de liber. & poſthum.* 14

Deinde † pro hac opinione conſiderant textum *in c. 1. §. Sed etiam res per quos fiat inveſtitura*: dum ibi habetur, quod non liceat alteri feudum vendere, niſi tibi vel alii proximiori. Ex his enim verbis (*tibi vel proximiori*) colligunt, quod non ſolum illi, qui proximior erat, ſed & alteri, qui poſt illum proximum gradum obtinuerat, atque adeò hujus reſpectu remotior fuerat, vendere liceat, nec ſemper neceſſe ſit vendere illi, qui proximus eſt, ſed etiam in eum, qui in remotiori gradu eſt, jure alienari feudum poſſit. Nam, ut ait Cephalus, quatenus textus dicit, agnatum poſſe tibi alienare feudum, & nihilominus præſupponit, alium te eſſe proximiorem: utique ſenſit alienationem poſſe fieri agnato remotiori. Aut enim volumus, quod ille alius eſſet proximior te, & tu neceſſariò es remotior: aut volumus, quòd ille proximior accipiatur pro agnato, vel propinquo, *juxta Part. Bald. & alios in l. Tranſactionem. C. de traſactio*: & tunc, cum indefinitè loquatur de te vel alio agnato, nec conſtet, utrum tu vel ille ſit propinquior, ſequitur, ſolam agnationem ſpectandam etiam abſque propinquitate.

Eadem † ratione in hanc ſententiam trahunt text. *in c. 1. §. Si verò cum domini*: 16

domini: de alienat feud.ibi.fratri vel nepot. His enim verbis perinde, ut in præcedente capitulo, textus innuere voluit;nihil referre, utrum fratri vel nepoti ex fratre feudum vendatur,& quod adeò in præjudicium fratris, nepoti, non obſtante, quod is remotior ſit fratre,vendi poſſit.

17 Eſt † enim natura disjunctivæ, facultatem actus, cui adjungitur, in ſolidum concedere, & permittere cuilibet ex perſonis disjunctim nominatis. *l ſi ex toto.§.1. de leg 1 & l. ſi Titio aut Seio.de leg. 2.* Eſtq; præterea obſervandum, textum hunc loqui de ejuſmodi alienatione, quæ ita ſtabilis ſit, ut alienatore ſine hærede maſculo defuncto, in irritum revocari non poſſit, ut apparet ex proximè præcedente verſi. *Etſi clientulus.*

18 Utuntur † etiam illi, qui iſtam opinionem tuentur, hac ratione, quia regulariter prohibita alienatione, eadem cenſetur eſſe permiſſa inter eos,ad quos alioqui res eſſet perventura. *l. Filiusfamilias §.cum pater, & ibi latè DD. de leg. 1.* Quinimo etſi res, quæ eſt prohibita alienari, favore perſonarum, ad quas eadem eſt reverſura, non poſſit in earum præjudicium alienari,niſi omnibus conſentientibus. *l. Quoties. C. de fideicommiſſ* tamen alienari poteſt inter eaſdem perſonas,& uni ex illis concedi etiam cæteris non conſentientibus. *l. Pater.§. Quindecim libertis.de leg. 3. l voluntas. C. de fideicommiſſ. Facit textus in l. fœmina. C.de ſecund.nupt. & in l. unum ex familia in princ.& in §.1 junct.gloſſ.de leg. 2.* Idem ergo in propoſito admittendum videtur, ut,licet feudum non niſi conſentientibus agnatis vendi poſſit, tamen uni ex agnatis, etiam cæteris non conſentientibus, jure concedi queat, ſive is remotior, ſive proximior fuerit.

19 Sicut † pari ratione videmus in conſenſu domini, quod, etſi alias feudum domino non conſentiente alienari non poſſit, id tamen concedatur inter agnatos, ſive hi remotiores, ſive proximi fuerint. *d. c. 1. verſi. Et licet, ubi hoc not. DD. de alienat. feud patern. cum aliis pro hac ratione latè congeſtis per Tiraquell.in tractat. de retractu.§. 11.gl.6. num.7. & ſeqq.*

Contrà † tamen id, quod ſupra diximus, videlicet feudo etiam in agnatum remotiorem alienato, proximiorem, alienatore defuncto, iſtud revocare poſſe, longè verius atque receptius eſt. 20 Hanc enim ſententiam manifeſtè probat textus *in ſæpe dicto c. Titius.* Oſtendimus enim in præcedente quæſtione, illum eo de caſu disertè loqui, quo alienatio in agnatum remotiorem fuerat legitimè facta, & tamen auctor hujus capituli claris verbis reſpondent, Sempronium proximiorem agnatum, mortuo Titio alienatore, nullo dato precio, feudum alienatum recuperare poſſe.

Eadem etiam optimè confirmatur rationibus ſuprà conſideratis. Nam cum vaſallo feudum ſolum ad vitam conceſſum eſſe videatur, atque adeò morte ejus jus, quod in feudo habuit, expiret, nihil ſanè refert, utrum agnato remotiori, an extraneo feudum venditum fuerit: Sed utroque caſu jure auctoris per mortem extincto etiam jus acceptoris ſimul ceſſabit, & quod conſequens eſt, feudum alienatione non obſtante,ad ſucceſſorem tranſibit. *l. Lex vectigali : de pignor. c. 1. §. rurſus. Quibus mod feud amitti.* Sic cum agnatis, ut ibidem diximus, ideò jus revocandi competat, quia ipſis ex prima inveſtitura fuerat in caſum mortis jus quæſitum in feudo, quod eis invitis à vaſallo auferri non poterat, utique hæc ipſa ratio ſuadet: ut,etſi agnato remotiori feudum venditur, tamen jus, quod proximiori ex prima inveſtitura juſto ſucceſſionis ordine ante remotiorem fuerat quæſitum, ipſi non conſentienti eripi nequeat, & quod adeò nihil referat, utrum extraneo, an verò remotiori agnato vendatur.

Non enim uno caſu minus, quàm altero ex prima inveſtitura jus quæſitum eſſe potuit agnato, ſed hoc ipſum utroq; in caſu ex prima conceſſione ipſi competit, & utrobiq; eadem militat juris ratio, ne ipſi invito jus ſuum auferatur. *l. Iniquiſſimum. de jur. & fact. ignor. l. Id quod noſtrum: de reg. jur. l. ſi arrogator. de adopt. cum ſimil.* Meritò itaq; hanc ſententiam omnes interpretes communiter ſunt amplexi. Nam eam tenuit *Andr. de Iſern. Alvarott. Bald. Martin. Laudens. Præpoſ. Matth. de Afflict. & deniq; omnes alii in d. c. Titius, & in c. 1. de alienat. feud. patern. Jacob. de Belviſ. in c. 1. in princ. & ibi etiam Bald. col. 2. verſ. Quæro an inter: de prohibit. feud. alien. per Frederic. Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verbo. & cum pacto de non alienand. col. 5. verſi. Et adverte quod præmiſſa. & latius col. 9. verſi. Sed moveo. Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. ex pacto & providentia: num. 47. Hannetonius lib. 7. cap. 7. Eandem conſulendo ſecutus eſt Bald. in conſil. 16. Facti evidentia. col. 1. lib. 1. & conſil. 170. ad evidentiam. col. 1. lib. 2. & in conſil. 265. ſuper eo, quod excipitur. col. 2. verſ. ſecundo probatur. lib. 5. Martin. Laudens. in conſil. 29. num. 20. Albertus Brunus conſil. 36. incip. circa præmiſſa dicendum eſt. num. 2. & Joann. Lign. inter conſil. ejuſdem, conſil. 77. incip. In quæſtione præmiſſa. Roman. in conſil. 22. incip. Pro propoſita: & Jaſ. conſil. 56. incip. viſo & diligenter conſiderato themate. col. 4. vol. 3. Paris. in conſil. 65. incip. Paternum feudum dicitur. num. 40. vol. 3. Sylvan. in conſil. 15. incip. ſubtilia ſunt dubia. n. 31. & ſeq. vol. 1.*

21 Non † refragantur huic ſententiæ ea, quæ ſupra conſiderata fuerunt. Nam quod attinet ad text. *in c. 1. de alienat. feud. patern.* ad eum reſpondet Sylvan. *in d. conſil. 15. num. 34.* Quod verſ. *& licet*: non adverſetur præcedentibus in eo, quod dictum fuit, ſine conſenſu agnatorum non valere alienationem, quaſi in illo verſ. valeat abſque eorum conſenſu: ſed quod obverſetur ſuprà dictis, quatenus ibi dictum fuit, quod conſenſus domini requiratur in alienatione. Etenim hoc fallit, ſi fiat inter agnatos, ſed adverte, quia ſecundum hanc conſiderationem non ſatisfieret naturæ adverſativæ, quæ requirit, cum in præcedentibus non ſolum de conſenſu domini, ſed vel maximè de conſenſu agnatorum mentio facta ſit, ut etiam in utroq; adverſetur, præſertim quia in præcedentibus non principaliter de conſenſu domini agitur, neq; deciditur ſine conſenſu domini alienationem non ſubſiſtere, ſed præſuppoſito ejuſdem conſenſu de eo tantum quæritur, an abſq; conſenſu agnatorum alienatio valeat.

Neceſſe † eſt igitur, ut verba ſequentia illis, de quibus principaliter actum fuit, videlicet conſenſui agnatorum repugnent, & quod adeò hiſce denotetur, alienationem etiam ſine conſenſu agnatorum valere. *arg. l. à filio. §. Titia. de aliment. legat. & l. ultim. de liberat. legat. & quæ per jura illa not. Bart. ibi, & in l. Centurio. in 3. quæſtio. principal. de vulgar. & pupill. & Jaſ. in l. cunctos populos: in ſecunda lectura num. 5. C. de ſumm. trinit.* Ideò Sylvanus animadvertens hanc ſolutionem fragilem eſſe, ad aliam decurrit, concedens, quod in verbis finalibus illius capituli alienatio in remotiorem facta ſine conſenſu agnatorum proximiorum valeat duntaxat in vita. Sed neq; hæc ſolutio ſatisfacit. Nam etiam quando in extraneum fit alienatio, agnatis non conſentientibus in vita alienatoris, contractus tenet. *c. 1. §. Etſi clientulus: de alienat. feud. c. 1. I. Hoc quoq; de ſucceſſio. feud. c. 1. in fin. de inveſtit. de re alien. facta.* Nulla igitur erit hoc quidem reſpectu inter hoſce duos caſus differentia, neq; refert, quod Sylvanus ſentiens hoc objectum, porro arbitratur, in primo caſu, quando alienatio domino & agnatis non conſentientibus facta eſt extraneo, illam neque in vita alienatoris ſubſiſtere.

Hæc

Hæc enim conſideratio locum habere poſſit, ſi quidem in principio ageretur de ejuſmodi alienatione, cui domini conſenſus non acceſſiſſet: ſed cum diſertè præſupponatur, dominum conſenſiſſe, & tamen ibi decidatur, propter defectum conſenſus agnatorum irritam eſſe alienationem: manifeſtum eſt, hanc conſiderationem objectum iſtud minimè tollere poſſe, cum etiam in principio, interveniente conſenſu domini, alienatio ſuperſtite alienatore robur ſuum obtinuerit, atque adeò hoc reſpectu nulla ſit differentia inter primum & ſecundum caſum. Quare ſi concedendum eſſet Sylvan. verſ. *Et licet:* adverſativè ſubjungi præcedentibus, exiſtimarem, cum capiendum eſſe de alienatione, quæ fit in agnatum proximiorem, ad quem feudum reverſurum eſt, prout verba illa intellexit Andreas de Iſern. Hac enim ratione præcedentibus rectius adverſaretur. Nam quod prius dictum fuerat, alienationem ſine conſenſu eorum, ad quos beneficium rediturum eſt, non valere, ejus contrarium in verſic. ſequenti reſpondetur, quando videlicet proximis venditur. Sed tamen neque hæc interpretatio uſque adeò convenire videtur verbis illis. Non enim textus conſiderat proximitatem, neque in ſingulari de agnato, qui proximior fuiſſet, loquitur, ſed potius utitur verbo plurali, & generaliter dicit, inter agnatos, qualeſcunque videlicet illi fuerint, concedi alienationem.

23 Nam † dictionis (*inter*) natura hæc eſt, ut cuilibet tribuat potentiam actus in ſolidum. *l. inter eos. l. inter pares. ff. de re jud. l. generaliter. C. de ſecund. nupt. per q. jura hoc idem dicit Sylvanus,* & cum verba illa indefinitè prolata ſint, verificantur in quolibet ſubjectorum. *l. Cum is. §. fin. de condict. indeb. l. Fidejuſſor. Mandat.* Neque etiam proprietas dictionis (*inter*) exigere ſolet omnium concurſum, niſi apponatur verbum (*omnis*) *l. fin. & Auth. ibi poſita: C. famil. Herciſc.* Sed potius in quolibet verificatur *d. l. Inter pares: & d. l. Inter eos: de re judic. l. Inter cohæredes; famil. Herciſc.*

Potius itaque arbitror, verſ. *Et licet:* non adverſativè, ſed magis conjunctivè præcedentibus ſubnecti, prout ex copula (*&*) manifeſtè apparet: ſecundum quam ſententiam neceſſe non eſt, in eo nos eſſe anxie ſolicitos, utrum ſequentia conveniant præcedentibus, & an & quatenus adverſentur præcedentibus, ſed potius facilis eſt explicatio hujus verſ. Nam poſtquam auctor iſtius capituli reſponderat alienationem feudi etiam cum conſenſu domini non valere, niſi conſentientibus agnatis, & unam qualitatem hujus feudi paterni explicuerat: exinde per conjunctionem (*Et*) ſubjungit aliam, non quidem à priore dependentem, ſed penitus novam qualitatem hujus feudi, inquiens, quod, etſi aliàs feudi alienatio prohibita ſit, tamen ea inter agnatos concedatur; ut proinde verſic. ille nihil habeat commune cum præcedentibus neque intelligendus ſit de alienatione ſine conſenſu agnatorum facta, quam prius non valere dictum fuerat, ſed magis de alienatione, quæ in extraneum ſine conſenſu domini fieri prohibita eſt.

Hanc autem interpretationem mihi veriſimilem facit verbum (*prohibeatur.*) Nam etſi alienatio ſine conſenſu agnatorum facta, eatenus non valeat, quò minus feudum alienatum revocari poſſit: nuſquam tamen legitur eam prohibitam eſſe: quin potius, donec revocetur, juris vigorem habet, ut paulò poſt demonſtrabimus. Non igitur verſic. ille de ejuſmodi alienatione, prout de ea in præcedentibus dictum fuit, ſed potius de alienatione ſine conſenſu domini facta accipiendus eſt, id quod clarius etiam ex eo apparet, dum verſ. ille reſtringitur ad feu-

Non enim uno caſu minus, quàm altero ex prima inveſtitura jus quæſitum eſſe potuit agnato, ſed hoc ipſum utroq; in caſu ex prima conceſſione ipſi competit, & utrobiq; eadem militat juris ratio, ne ipſi invito jus ſuum auferatur. *l. Iniquiſſimum. de jur. & fact. ignor. l. Id quod noſtrum: de reg. jur. l. ſi arrogator. de adopt. cum ſimil.* Meritò itaq; hanc ſententiam omnes interpretes communiter ſunt amplexi. Nam eam tenuit *Andr. de Iſern. Alvarott. Bald. Martin. Laudens. Prapoſ. Matth. de Afflict. & deniq; omnes alii in d. c. Titius, & in c. 1. de alienat. feud. patern. Jacob. de Belviſ. in c. 1. in princ. & ibi etiam Bald. col. 2. verſ. Quaro an inter: de prohibit. feud. alien. per Frederic. Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verbo. & cum pacto de non alienand. col. 5. verſi. Et adverte quod pramiſſa. & latius col. 9. verſi. Sed moveo. Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. ex pacto & providentia: num. 47. Hannetonius lib. 7. cap. 7. Eandem conſulendo ſecutus eſt Bald. in conſil. 16. Facti evidentia. col. 1. lib. 1. & conſil. 170. ad evidentiam. col. 1. lib. 2. & in conſil. 265. ſuper eo, quod excipitur. col. 2. verſ. ſecundo probatur. lib. 5. Martin. Laudens. in conſil. 29. num. 20. Albertus Brunus conſil. 36. incip. circa pramiſſa dicendum eſt. num. 2. & Joann. Lign. inter conſil. ejuſdem, conſil. 77. incip. In quaſtione pramiſſa. Roman. in conſil. 22. incip. Pro propoſita: & Jaſ. conſil. 56. incip. viſo & diligenter conſiderato themate. col. 4. vol. 3. Paris. in conſil. 65. incip. Paternum feudum dicitur. num. 40. vol. 3. Sylvan. in conſil. 15. incip. ſubtilia ſunt dubia. n. 31. & ſeq. vol. 1.*

21 Non † refragantur huic ſententiæ ea, quæ ſupra conſiderata fuerunt. Nam quod attinet ad text. *in c. 1. de alienat. feud. patern.* ad eum reſpondet Sylvan. *in d. conſil. 15. num. 34.* Quod verſ. *& licet*: non adverſetur præcedentibus in eo, quod dictum fuit, ſine conſenſu agnatorum non valere alienationem, quaſi in illo verſ. valeat abſque eorum conſenſu: ſed quod obverſetur ſuprà dictis, quatenus ibi dictum fuit, quod conſenſus domini requiratur in alienatione. Etenim hoc fallit, ſi fiat inter agnatos, ſed adverte, quia ſecundum hanc conſiderationem non ſatisfieret naturæ adverſativæ, quæ requirit, cum in præcedentibus non ſolum de conſenſu domini, ſed vel maximè de conſenſu agnatorum mentio facta ſit, ut etiam in utroq; adverſetur, præſertim quia in præcedentibus non principaliter de conſenſu domini agitur, neq; deciditur ſine conſenſu domini alienationem non ſubſiſtere, ſed præſuppoſito ejuſdem conſenſu de eo tantum quæritur, an abſq; conſenſu agnatorum alienatio valeat.

Neceſſe † eſt igitur, ut verba ſe- 22
quentia illis, de quibus principaliter actum fuit, videlicet conſenſui agnatorum repugnent, & quod adeò hiſce denotetur, alienationem etiam ſine conſenſu agnatorum valere. *arg. l. à filio. §. Titia. de aliment. legat. & l. ultim. de liberat. legat. & qua per jura illa not. Bart. ibi, & in l. Centurio. in 3. quaſtio. principal. de vulgar. & pupill. & Jaſ. in l. cunctos populos: in ſecunda lectura. num. 5. C. de ſumm. trinit.* Ideò Sylvanus animadvertens hanc ſolutionem fragilem eſſe, ad aliam decurrit, concedens, quod in verbis finalibus illius capituli alienatio in remotiorem facta ſine conſenſu agnatorum proximiorum valeat duntaxat in vita. Sed neq; hæc ſolutio ſatisfacit. Nam etiam quando in extraneum fit alienatio, agnatis non conſentientibus in vita alienatoris, contractus tenet. *c. 1. §. Etſi clientulus: de alienat. feud. c. 1. l. Hoc quoq; de ſucceſſio. feud. c. 1. in fin. de inveſtit. de re alien. facta.* Nulla igitur erit hoc quidem reſpectu inter hoſce duos caſus differentia, neq; refert, quod Sylvanus ſentiens hoc objectum, porro arbitratur, in primo caſu, quando alienatio domino & agnatis non conſentientibus facta eſt extraneo, illam neque in vita alienatoris ſubſiſtere.

Hæc

Hæc enim conſideratio locum habere poſſit, ſi quidem in principio ageretur de ejuſmodi alienatione, cui domini conſenſus non acceſſiſſet: ſed cum disertè præſupponatur, dominum conſenſiſſe, & tamen ibi decidatur, propter defectum conſenſus agnatorum irritam eſſe alienationem: manifeſtum eſt, hanc conſiderationem objectum iſtud minimè tollere poſſe, cum etiam in principio, interveniente conſenſu domini, alienatio ſuperſtite alienatore robur ſuum obtinuerit, atque adeò hoc reſpectu nulla ſit differentia inter primum & ſecundum caſum. Quare ſi concedendum eſſet Sylvan. verſ. *Et licet:* adverſativè ſubjungi præcedentibus, exiſtimarem, eum capiendum eſſe de alienatione, quæ fit in agnatum proximiorem, ad quem feudum reverſurum eſt, prout verba illa intellexit Andreas de Iſern. Hac enim ratione præcedentibus rectius adverſaretur. Nam quod prius dictum fuerat, alienationem ſine conſenſu eorum, ad quos beneficium rediturum eſt, non valere, ejus contrarium in verſic. ſequenti reſpondetur, quando videlicet proximis venditur. Sed tamen neque hæc interpretatio uſque adeò convenire videtur verbis illis. Non enim textus conſiderat proximitatem, neque in ſingulari de agnato, qui proximior fuiſſet, loquitur, ſed potius utitur verbo plurali, & generaliter dicit, inter agnatos, qualeſcunque videlicet illi fuerint, concedi alienationem.

23 Nam † dictionis (*inter*) natura hæc eſt, ut cuilibet tribuat potentiam actus in ſolidum. *l. inter eos. l. inter pares. ff. de re jud. l. generaliter. C. de ſecund. nupt. per q. jura hoc idem dicit Sylvanus,* & cum verba illa indefinitè prolata ſint, verificantur in quolibet ſubjectorum, *l. Cum is. §. fin. de condict. indeb. l. Fidejuſſor. Mandat.* Neque etiam proprietas dictionis (*inter*) exigere ſolet omnium concurſum, niſi apponatur verbum (*omnis*) *l. fin. & Auth. ibi poſita. C. famil. Herciſc.* Sed potius in quolibet verificatur *d. l. Inter pares: & d. l. Inter eos: de re judic. l. Inter cohæredes; famil. Herciſc.*

Potius itaque arbitror, verſ. *Et licet:* non adverſativè, ſed magis conjunctivè præcedentibus ſubnecti, prout ex copula (*&*) manifeſtè apparet: ſecundum quam ſententiam neceſſe non eſt, in eo nos eſſe anxie ſolicitos, utrum ſequentia conveniant præcedentibus, & an & quatenus adverſentur præcedentibus, ſed potius facilis eſt explicatio hujus verſ. Nam poſtquam auctor iſtius capituli reſponderat alienationem feudi etiam cum conſenſu domini non valere, niſi conſentientibus agnatis, & unam qualitatem hujus feudi paterni explicuerat: exinde per conjunctionem (*Et*) ſubjungit aliam, non quidem à priore dependentem, ſed penitus novam qualitatem hujus feudi, inquiens, quod, etſi aliàs feudi alienatio prohibita ſit, tamen ea inter agnatos concedatur: ut proinde verſic. ille nihil habeat commune cum præcedentibus neque intelligendus ſit de alienatione ſine conſenſu agnatorum facta, quam prius non valere dictum fuerat, ſed magis de alienatione, quæ in extraneum ſine conſenſu domini fieri prohibita eſt.

Hanc autem interpretationem mihi veriſimilem facit verbum (*prohibeatur.*) Nam etſi alienatio ſine conſenſu agnatorum facta, catenus non valeat, quò minus feudum alienatum revocari poſſit: nuſquam tamen legitur eam prohibitam eſſe: quin potius, donec revocetur, juris vigorem habet, ut paulò poſt demonſtrabimus. Non igitur verſic. ille de ejuſmodi alienatione, prout de ea in præcedentibus dictum fuit, ſed potius de alienatione ſine conſenſu domini facta accipiendus eſt, id quod clarius etiam ex eo apparet, dum verſ. ille reſtringitur ad feudum

dum paternum ibi, ſi paternum fuerit: quia ſi interveniſſet conſenſus domini, etiam novum feudum firmiter alienari potuiſſet. *c. 1. §. Etſi clientulus. de alienat. feud. patern.* atque adeò nihil referret, utrum feudum novum vel paternum fuerit, ſed cum exceptio iſta ad feudum paternum reſtringatur, manifeſtum ſanè fit, eam de ejuſmodi alienatione intelligendam, cui conſenſus domini non acceſſerat. Cumque is caſus penitus diverſus ſit à præcedenti, neq; ulla interveniat adverſativa, ſed prioribus copulam connectatur: manifeſtum eſt, indè argumentum etiam ex natura adverſativæ ſuprà deſumtum penitus corruere. Neq; quicquam obſtat dictio (*licet.*) Ea enim non ad præcedentia, quaſi iiſdem adverſetur, referenda eſt, ſed reſpondet ſubſequenti dictioni (*tamen,*) ut cuivis linguæ Latinæ non penitus rudi facilè patet. Per iſta igitur non ſolum ceſſabit argumentum ſupra adductum, ſed etiam facilis erit explicatio illius capituli. Quæ propterea fuſius indicanda nobis fuerunt, cum videamus, Sylvanum nodum in ſcirpo quærentem, uſque adeò in illo evitando contratio deſudaſſe.

24 Ad † textum *in* §. *Sed etiam res*: reſpondet Sylvanus ibi, disjunctivam dictionem (*vel*) eſſe disjunctivam ordinis & conditionis, & hunc eſſe ſenſum verborum ſupra adductorum, quod tu proximior admitteris, ſi vis, & ſi nolueris, alius, qui poſt te proximior eſt, admittatur. Non igitur ex verbis illis colligi poterit, nõ referre, utrum remotiori, an verò proximiori vendatur feudum: ſed potius ea ita interpretanda ſunt, quod tum demũ ad remotiorem pervenire liceat, ſi proximior nolit iſtud redimere. Sed adverte, quia hæc ſolutio non ſolum divinationem continet, ut idem paulò ante in oppoſitione hujus argumenti dixerat, ſed etiam præſupponit, jus redimendi in vita alienatoris ab uno gradu in alium tranſire, ita ut ſi proximior nolit redimere, remotiori jus iſtud competat, cum tamẽ illud non niſi proximiori ſit indultum, *ut apparet ex c. 1. §. porrò. qualiter olim feu. poter. alien. & infra quæſtione XI pluribus oſtendemus.* Potius igitur verba illa ita interpretanda eſſe arbitror, ut tibi, ſiquidem tu proximior eſſes agnatus, vel ſi non tu, ſed alius eſſet proximior, illi vendere ſive redimere liceat, ut ita tibi vel alii non ordine ſucceſſivo, ſed illi tantummodo, qui ex agnatis proximior eſſet, jus redimendi competat. Hanc enim interpretationem ſuadet primò, quod nuſquam ex textu iſto apparet, illum, ad quem dirigitur oratio, & cujus primo loco fit mentio, proximiorem fuiſſe: quare neceſſe fuit reſponſum ita concipi, ut tum demum illi jus redimendi tribuatur, ſi proximior eſſet, vel ſi alius proximitate eum antecederet, illi aſſcribatur. cum alioqui, ſi conſtitiſſet primum proximiorem fuiſſe, auctor hujus capituli illi, ad quem dirigitur ſermo, ſimpliciter reſpondere potuiſſet, ipſi competere jus redimendi, & fruſtra fuiſſet ſolicitus, uter proximior eſſet. Deinde hanc interpretationem plurimũ adjuvat, quoniam textus in principio utitur dictionibus generalibus (*ſi quis.*) Nam hoc ipſo clarè denotat, in ſpecie facti propropoſita non ſatis manifeſtum fuiſſe, utrum is, de quo verba facit, proximior agnatus fuerit nec ne: & quod propterea ad nullum certum agnationis gradum reſpicere potuerit, ſed neceſſe habuerit in genere de agnatis, qualeſcunq; illi fuerint, loqui, ita tamen, ut proximiori duntaxat jus hoc concedat. Tertiò Sylvani interpretatio non ſolum in eo, quod præſupponit, primum fuiſſe proximiorem, magnam continet divinationem, ſed in hoc etiam, quod putat ille, ſecundum fuiſſe proximum à primo, cum tamen de eo nullum appareat veſtigium in verbis hujus textus, atque adeò is, ſi in hanc ſententiam retorquendus eſſet, magna indigeat ſuppletione.

Quin-

Digitized by Google

25 Quinpotius † quartò huic interpretationi adverſatur natura alternativæ, quæ eſt, ut non utrique ſimul, ſed alterutri tantum actionem attribuat. *d. l. ſi. ex toto. §. 1. de leg. 1. l. ſi Titio ad Sejo. de le. 2.* Non igitur uterque ex his nominatis proximior fuit, neque etiam utrique competiit jus revocandi, ut exiſtimat Sylvanus, ſed potius ex natura alternativæ neceſſe erit, ut intelligamus unum modò ex his proximiorem eſſe atque uni tantum, qui ex his proximior fuerat, non autem utrique competere redimendi facultatem. Quod hoc loco diligentius monendum fuit, propter ea, quæ de facultate redimendi ex jure προτιμήσεως infra *quæſtione XI.* dicemus.

26 Textum † *in d. §. Si verò cum domini:* conatur Sylvanus primò interpretari de feudo novo, quod penitus falſum eſt. Si enim de feudo novo textus loqueretur, utique neceſſarius eſſet conſenſus domini ad alienationem illam, vel neceſſe fuit præſupponi, fratrem fuiſſe ſimul inveſtitum de feudo cum pacto ſuccedendi invicem: de quo tamen in textu illo nullum extat veſtigium, neque etiam, ut extrinſecum quoddam, facilè præſumendum eſt. *arg. l. ſi. ita. §. Chryſogonus. de verb. oblig. l. fin. C. ad. l. Corne. de falſ. l. jubemus. C. de probat.* Rectius itaque ſecundò textum interpretatur de feudo antiquo, in eam ſententiam, quod tum demum nepoti ex fratre feudum liceat vendere, quando, fratre defuncto, nepos tantùm ſuperſtes eſt (*b*). Idque ex natura disjunctivæ, quæ non requirit, utrunque ſuperſtitem eſſe, ſed ſufficit, alterutrum ex hiſce ſupereſſe. argumento *c. 1. de ſucceſſ. feud.* ubi dicitur: Filios vel nepotes ex filio ſuccedere in feudo: & tamen illud intelligitur, quod tum demum nepotes admittantur, quando filii non ſuperſunt. Ex quo etiam confirmantur ea, quæ de circa interpretationem. §. *Sed etiam res*, paulò ante diximus.

Porrò † ad rationem etiam ſupra conſideratam facilè reſponderi poteſt. 27 nam ratio illa & jura in comprobationem ejus adducta iis in caſibus tantummodo procedunt, quando in prohibitione alienationis habetur ratio familiæ, & ideò alienationi interdicitur, ne res in extraneos, neglectis iis, qui ſunt de familia, transferatur. cum enim hoc caſu ſatisfiat voluntati prohibentis, quando in extraneum non transfertur res prohibita alienari, neque interim ulla habeatur ratio juris, cujus vigore magis ad unum illa, quàm ad alium ex familia pertineat: non mirum, cur nihil referat, cui ex familia vendatur.

In propoſito verò non tam habetur ratio familiæ, quàm juris illius, quod agnato proximiori ex prima inveſtitura competit. cumque iſtud non minus auferatur, quando remotiori agnato feudum conceditur, quàm ſi extraneo traderetur. atque adeò utrobique eadem militet juris ratio, quæ docet, nemini jus ſuum invito extorquendum eſſe: meritò ſanè ex ratione iſta non magis remotiori, quàm extraneo vendi poterit feudum in præjudicium proximioris agnati. Ut interim omittam ea, quæ de intellectu *d. l. unum ex familia. §. 1. de leg. 2.* tradit Tiraquell. *in d. § 11. gloſſ. 6. nu. 15. & 16.* inde concludens, quod etiam in caſu, in quo aliquid relictum eſt familiæ, hæres non poſſit eligere remotiorem.

Quod † verò in agnatum remotiorem 28 ſine domini conſenſu poteſt fieri alienatio, id hanc habet rationem, quoniam dominus, poſtquam primò conceſſit feudum alicui, & ſucceſſoribus ſuis, intelligitur hoc ipſo approbaſſe perſonas omnium agnatorum. Non igitur hoc caſu de novo ejus conſenſu valdè laborandum, neque ſi abſque hoc alienatio ſuſcipiatur, is contemni cenſebitur, ſed quod conſequens eſt, ceſſat omnis ratio tam prohibitionis, quàm

quàm ejus etiam, quod efficit, ut feudum ſine conſenſu domini alienatum amittatur, & domino aperiatur: cum interim in propoſito, ad jus agnatorum quod attinet, eadem ſubſit ratio prohibitionis, ſive in agnatum remotiorem, ſive in extraneum feudum alienetur, *prout declarat Bald. in c. 1. §. Hoc quoque. col. penult. verſ. ſeptima concluſio. de ſucceſſ. feud.*

29 Non † igitur à conſenſu domini ad conſenſum agnatorum argumentum rectè deſumi poterit: quippe cum hæc, ut ex jam dictis apparet, penitus diverſam atq; ſeparatam inter ſe habeant rationem. *l. fin. & ibi not. de calum. l. neq; natales. C. de probat.* Quinimo non deſunt, qui exiſtimarunt, neque etiam agnato remotiori feudum ſine conſenſu domini firmiter vendi poſſe, ut multis defendere conatur *Joan. Anton. Cannet. in conſtit. Volentes. §. Sed opera precium eſt tractare.* Verùm hæc opinio directò adverſatur textui *in d. c. 1. de alienat. feud. patern.* & multis aliis capitulis juris feudalis, ideoq; meritò communiter eſt improbata, *Bald. in d. §. Hoc quoque. num. 17. & in c. 1. num. 11. de alien. feud. & in c. 1. §. ſed & res. nu. 2. per quos fiat inveſt. & in c. 1. in princ. nu. 8. de prohib. feud. alien. per Freder. Alvarot. in c. 1. in princ. num. 5. & ibi Præpoſ. nu. 2. de alienat. feud. pater. Afflict. in c. 1. nu. 38. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar.* Neq; eſſet difficile argumentis Cannetii reſpondere, verùm quia hoc non eſt hujus propoſiti, ſed magis pertinet ad materiam. *c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frederic.* ideo hoc loco conſultò prætermiſimus. Quibus deniq; omnibus ſatis probatum eſſe arbitror, quod etiam tum, quando feudum remotiori agnato venditum fuerit, proximiori jus revocandi competat. Et licet iſtud non uſque adeò magnam habeat difficultatem propter manifeſta verba *d. c. Titius.* quia tamen ea, quæ de hoc articulo ſubtiliter magis, quàm verè ſcripta reliquit Sylvan. *in d. conſil. 15.* ſcrupulum alicui injicere poſſent, & quæ refutando illa diximus, ad intellectum aliquot capitulorũ juris feudalis haud parum conferunt, ideo iſta ſilentio prætereunda non eſſe duximus. Plures quidem rationes contra hanc concluſionem Sylvanus affert. Sed quia partim leves, atq; futiles ſunt, partim verò ipſemet illis reſpondet, ideo eas conſultò prætermiſimus.

Tertiò † concluſio noſtra, de qua ſupra diximus, ampliatur, ut non ſolum feudum remotiori agnato concedi nõ poſſit in præjudicium proximioris, ſed nec etiam exiſtentibus pluribus agnatis ejuſdem gradus, in unum vel alterum ex his feudum alienari queat, quò minus cæteri, qui ſunt ejuſdem gradus, feudum alienatum pro rata ipſorum portione revocare poſſint. Nam etſi rationes, quas contra proximam ampliationem conſideravimus, hoc caſu, quando uni ex multis proximioribus ejuſdem gradus feudum venditur, magis urgere videantur, uſq; eò, ut Barthol. Salicet. qui prius ſecundum hanc noſtram concluſionem conſuluerat, mutata deinde ſententia, putaverit ſe erraſſe, & contra reſponderit, quod, ſi plures ſint agnati ejuſdem gradus, vaſallus poſſit uni ſoli feudum vendere, cæteris invitis, nec locus ſit revocationi, *prout refert Ferrarienſis in ſua practica, in forma libelli. quo agitur ad revocat. feud. verb. Nec ſuperſtitibus ex eo liberis maſculis. col. 8. verſ. Circa autem præmiſſa,* qui & ipſe hanc quæſtionem dubiam, & difficilem eſſe exiſtimans ſolum argumenta in utramque partem recenſet, nihil autem concludit: tamen quę rationes efficiunt, ut feudum, ſive in extraneum ſive in agnatum remotiorem alienatum fuerit, à proximiori revocari poſſit, quas ſupra conſideravimus, eædem ſuggerunt etiam in caſu, quo plures exiſtunt agnati, & uni ipſorum feudum venditur, cæteris pro rata ſuæ portionis jus revocandi competere debere. Nam hoc etiam

caſu

Digitized by Google

caſu jus vaſalli, quod ad vitam modò ipſi conceſſum fuit, morte ejuſdem expirat, & quod conſequens eſt, jus acceptoris ſimul tollitur, atq; adeò agnato, ad quem portio feudi devolvitur, revocandi via aperitur.

Eodem pacto, quemadmodum in caſu, quo agnatis in toto feudo jus eſt quæſitum ex prima conceſſione domini, hoc ipſis invitis auferri nequit,
31 ita † etiam in facti ſpecie, de qua jam verba facimus, cuilibet eorum, qui in pari gradu exiſtunt, pro rata ſuæ portionis jus eſt quæſitum. *c. 1. in princ. ibi æqualiter. de ſucceſſio feud. c. 1. §. Et quia vidimus. ibi, æqualiter. Qui feud. dar. poſſ. Camerar. in c. Imperialem. in princ. verſ. Ampliatur ſecundò: in reſponſione ad tertium argumentum. mihi pag. 180.* ubi ait, quod dominus vocaverit omnes illas perſonas per portiones ſuas, & in tempore ſuo. Hoc itaque jus, ne ipſis non conſentientibus adimatur, hæc eadem juris ratio exigit. *l. id quod noſtrum. de reg. jur. l. fin. de pactis. l. cum dos. de pact. dotal.* & quod conſequens eſt, pro conſervatione hujus juris quæſiti perinde, ut in primo caſu revocandi facultas ipſis competere debet.

32 Ubi † enim eadem eſt ratio, ibi etiam par eſt, ut idem jus ſtatuatur. *l. illud. ff. Ad l. Aquil. l. A Titio. de verb. obl.*

33 Et † quod juris eſt de toto, quò ad totum, idem etiam juris eſt de parte, quò ad partem. *l. Quæ de tota, in princ. & ibi not. gl. & Bart. de rei vendicat. l. Juriſgentium. §. adeò & ibi Jaſ. de pactis. l. Si cui. in princ. in verſ. Proinde. de leg. 1.* Ex qua ratione etiam omnia illa argumenta, quæ contra hanc ſententiam in medium afferri poſſent, non minus facili negocio dilui poterunt, quàm in proximo caſu factum eſt. Facit etiam textus *in d. c. 1. de alienat. feud. patern.* dum ibi generaliter requiritur, ut illi, ad quos feudū quandoque reverſurum eſt, conſentiant. Nam his verbis indefinitè prolatis ſatis denotatur, neceſſarium eſſe conſenſum omnium, qui ſunt ejuſdem gradus, & ad quos æqualis ſpes reverſionis ſpectat. *arg. l. 1. §. generaliter. de leg præſtand. l. Præſes. de offic. præſid.*

Id quod etiam monet vulgata juris regula, quæ docet, quod † omnes 34 tangit, ab omnibus approbari debere. *c. Quod omnes. de reg. jur. in ſexto. l. in concedendo. de aqu. pluv. arcend. l. Per fundum. de ſervit. ruſtic. prædior. cum ſimilibus.* Rectè itaq; in hanc doctrinam conſenſerunt *Bald. in c. 1. §. Hoc quoq;. col. pen. verſ. Septima concluſio. de ſucceſſio. feud. & in c. 1. §. Sed etiam res: verſ. Ego fui interrogatus. per quos fiat inveſtitur. & in conſ. 38. incip. Dominus Thomas lib. 1. & in conſil. 309. incip. Cum eſſent plures. poſt princ. eod. lib. 1. Præpoſit. in c. Titius. col. pen. in fin. Si de feud. defunct. content. Et ibi etiam Laudens. col. 4. verſ. Si verò alienatio fuerit facta agnato. Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. & cum pacto de non alienand. col. 9. verſ. in iſta materia. & col. ſeq. verſ. Secunda concluſio. Zaſius in Epitom feud. part. 9. nu. 25. verſ. Item & ſecundo. Hannetonius de jure feudorum. lib. 7. cap. 7. Martin. Laudenſis in conſil. 29. nu. 18. Alex. in conſ. 180. Incip. Viſo & maturè diſcuſſo. nu. 8. vol. 2. Albertus Brun. in conſil. 38. Viſis conceſſionibus. col 1. Joan. de Lignan. inter conſilia ejuſdem. conſil. 77 incip. In quæſtione præmiſſa num. 6. Carol. Ruin. in conſil. 8. in propoſito. nu 6. vol. 1. D. Schrader conſil. 20 num. 75. Tom. 3. Varior. Juriſconſultorum. & eleganter D. Jacob. Thoming. deciſio. 43.*

Quartò † declaratur doctrina iſta, 35 ut jus repetendi feudum alienatum non ſolum illis competat, qui tempore alienationis proximiores extiterunt, ſed etiam, his defunctis, cæteris ab illis proximum ſuccedendi locum obtinentibus, & ſic deinceps *ita per text. in l. cum pater. §. Libertus. d. l. 2. docet Andr. Iſern. c. 1. §. Hoc quoq;. col. 2. in princ. de ſucceſſ. feud. quem ſequuntur Alvarott. Matth. de Afflict. ibi, & in d. c. Titius. num. 6. Si de feud. defunct. contentio inter*

Zaſius in Epitome feudal. part. 9. num. 32. ubi pro hoc inducit textum in d. c. 1. ibi, quandoq; de alienat. feud. patern.

Et ſuadetur etiam ratione ſupra

36 conſiderata. dominus † enim concedendo feudum videtur proſpexiſſe omnibus agnatis, ſed tamen ordine ſucceſſivo; ita ut quivis, qui eſt in gradu proximior, ad feudum admittatur, & iſtud, donec vivit, obtineat. *l. cum ita, § fideicommiſſo. de leg. 2. Eo verò defuncto ſequens admittatur. l. Hæredes. §. fin. Ad. SC. Trebellian. l. cum pater. §. à te. l. Peto. §. fratre. de leg. 2.* Hoc igitur jus ex prima conceſſione etiam remotioribus partum, agnatus proximior ipſis auferre non potuit. *l. Id quod noſtrum. de reg. jur.* & quod conſequens eſt, non minus hi ex jure iſto, quando ordo ſucceſſionis ipſos tangit, feudum alienatum revocare poterunt, quàm illi, qui proximiores fuerunt. Eſt enim utrobique eadem ratio, neq; poterit aliqua probabilis tradi diverſitatis cauſa, *prout conſiderat Andreas de Iſern. in d. §. Hoc quoq; col. 2. in fin.*

37 Quinimo † ex hac ipſa ratione quintò hanc concluſionem ampliat Andr. de Iſern. *ibidem*, Quod, etſi agnati tempore alienationis nondum nati, nec etiam concepti fuerint, tamen feudum alienatum nihilominus repoſcere queant: quippe cum tam dominus, quàm etiam vaſallus acquirens feudum ad omnes agnatos, qui unquam exituri ſunt, in infinitum, reſpectum habuiſſe cenſeantur, atq; ex hac ipſa eorum intentione omnibus ex familia illa, quandocunq; ad ipſos ſucceſſionis ordo pervenerit, jus quæſitum ſit, quod eis abſq; conſenſu ipſorum auferri non potuit, ut ex ratione ſupra adducta evidens eſt. *Andr. de Iſern. ſequuntur Alvarott. Martin. Laudens. & Præpoſ. in d. §. Hoc quoq; & ibi etiam Frider. Schenck. & Petr. Ravennat. Alvarot. in d. c. Titius. col. fin. & ibi Præpoſ. col. 3. verſ. Quæro quod ſi tempore. ſi de feud. defunct. idem ſenſit etiam Bald. in c. 1. col. 5. verſ. Item quæritur, An agnat. vel filius,* dum ibi ait, in feudis non eſſe conſiderandum tempus conceptionis. Nam cum liberi in infinitum admittantur: agnati verò intra ſeptimum gradum, impoſſibile eſt, inquit, iſtos eſſe conceptos tempore mortis ejus, qui fuerit agnationis communis caput. *& clarius hoc docuit in conſil. 215. Proponitur quod inveſtitura. vol. 2. & Decius in conſ. 445. In caſu ad me tranſmiſſo. nu. 21. & in conſ. 395. incip. In cauſa magnifici, in fin. Pariſ. in conſ. 23. nu. 199. vol. 1.* Idem etiam in feudo admiſiſſe videtur Tiraquell. de retract. licet aliud concludat in retractu, & tenuit apertius *Arrius. Pinell. in Auth. niſi tricennale. nu. 54. C. de bon. matern. & pluribus firmat Camerar. in c. 1. quæſt. 5. nu. 47. & nu. 57. An agnat. vel filius. & Hippol. Riminald. in conſil. 339. vol. 3.*

Pro † hac ſententia noſtra ultra 38
rationem paulò ante conſideratam inducit Tiraquell. textum *in l. Peto. §. fratre. junct. gl. in verbo. Et familia illa. de leg. 2.* ubi, ſi res quæpiam ſit prohibita alienari extra familiam, ſi alienata fuerit, poterunt etiam hi, qui poſt alienationem concepti ſunt, & nati, eam revocare, *ut per illum textum voluit Fulgoſ. in l. 1. C. de fideicommiſſ. quem ſequuntur Corneus & Jaſ. ibi, Joan. de Anan. in conſil. 47. & ibi Ludovic. Bolog. in addit. Benedict. in c. Rainutius. in verb. & ſoboles quam geſtabat in utero. num. 49. de teſtament. Decius in conſil. 38. circa primum dubium. col. 3. verſ. Tertiò conſiderandum. nu. 4. & in conſil. 468. ſuperiori anno. col. pen. num. 69. & alii citati à Tiraquell.*

Deinde probat opinionem iſtam Tiraquell. per textum *in d. §. Hoc quoq;* poſtquam enim illic dictum fuerat, feudum defuncto fratre ad alterum fratrem reverti, alienatione non obſtante, mox ſubjungitur, olim obſervatum fuiſſe uſq; ad quartum gradum, ſecundum quoſdam, ſecundum alios verò uſq; ad ſeptimum, exiſtimat Tiraquell. verba illa finalia referenda eſſe ad id, cujus in præcedentibus mentio facta

erat,

Digitized by Google

erat, videlicet feudum non obſtante alienatione ad fratrem reverti. cumq́; textus ſubjungat, iſtud etiam ad ſeptimum gradum obſervari, inde colligit, etiam agnatum in ſeptimo gradu exiſtentem ab eo, qui feudum alienavit, iſtud revocare poſſe, atque adeò illi etiam, qui tempore alienationis nondum conceptus fuerat, jus iſtud competere. Siquidem haud fieri potuit, eum, qui in ſeptimo gradu diſtat ab eo, qui feudum alienavit, hoc vivo conceptum fuiſſe, quo argumento etiam utitur Bald. *loco paulo ante adducto in d. c. 1. An agnatus vel filius*, addens, quod αὐτόματον hoc caſu appareat per ipſam rerum naturam, neq; alia indigeat probatione. *l. ubi autem. verſ. illud dubitationem, ibi, ipſa natura manifeſtiſſimum eſt, de verbor. obl.*

39 Conſiderat † præterea Bald. quod jura feudalia diſponunt, feuda ad deſcendentes in infinitum tranſire, *ut habetur in c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur, & in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Nam ex hoc arbitratur manifeſtum eſſe, quod in feudis non conſiderandum ſit, utrum quis conceptus fuerit, nec ne. Hoc etiam fundamento potiſſimum nititur Pinell. *in d. loco.* cum (inquit) bona feudalia perpetuò familiæ relinquantur, jam patet, etiam naſcituros poſterosq; in omne tempus vocari, ut ratio, & uſus indicant. Facitq; textus *in l. Pronunciatio. § fin. de verbor. ſignificat. ibi, nepotes & neptes. & deinceps. & ibi, omnes qui ex eadem domo, & genere proditi ſunt. & ibi, quaſi à fonte quodam. not. Bart. in l. ſi cognatis. in fin ff. de reb. dubiis.* Qua veriſſima conſideratione attenta neceſſariò ſequitur, feuda in perpetuum alienari non poſſe. Reſtant enim naſcituri, quibus præſentes nocere nequeunt: & conſequenter nunquam erit verum dicere, in alienatione harum rerum conſentire omnes de familia; vel omnes, quorum intereſt, cum reſultra viventes ad futuros extendatur: *Hæc Pinellus.* Eodem argumento uſus fuit Riminaldus *in d. conſil 339.* confirmans iſtud hac ratione, quoniam, etſi in relicto familię non includantur concepti & nati poſt mortem teſtatoris. *l. Cum ita. §. in fideicommiſſo. de leg. 2. Anchoran. & Imol. in c. Indicante. de teſtam. Socin. in l. ſi cognatis. col. 15. in princ. verſ. Quarta & ultima concluſio. de rebus dubiis:* Attamen hoc fallit, quando teſtator ad tot gradus digrederetur, quod non ſit veriſimile, eum conſideraſſe ſolum conceptos in vita, *ut declarat Socin. in d. loco limitat. 2. Caſtrens. in conſil. 17. in cauſa, quæ vertitur. verſ. Nunc venio ad alia, in antiquis. Ruinus in conſil. 22. incip. Proponitur primo. nu. 12. & 13. col 3. vol. 2.* Feudum autem filiis conceſſum pertinet ad omnes deſcendentes in infinitum, *ut ſenſit gloſ. & ibi Bald. & Jacob. de Belvis. in c. 1. verſ. Etſi clientulus, per illum textum de alienat. feud. Bald. in c. Quæ in Eccleſiarum. colum. penult. num. 39. de conſtit. Alex. latè, & poſt eum Socin. & Jaſ. in l. Gallus. §. Inſtituens. col. fin. & penult. de liber. & poſthum.* Non igitur princeps concedendo feudum de natis tantum ſenſiſſe, ſed omnes deſcendentes in infinitum comprehendere voluiſſe exiſtimandus eſt.

Ut † propterea Andreas de Iſern. 40
tam *in d. §. Hoc quoque*, quàm etiam multis aliis in locis rectè monuerit eos, qui talia feuda emunt, ſive cavere debere: *quod refert Afflict. in c. 1. num. 1. de alien. feud. pater.*

Et † licet è contrario multi ſint 41
caſus, in quibus tempus conceptionis in conſiderationem venit, & ad hoc, ut aliquem diſpoſitio comprehendat, requiritur, eum jam tum conceptum fuiſſe, prout hos etiam caſus *in d. loco* latè congeſſit Tiraquell. tamen ſi quis rationem ſupra conſideratam diligentius attenderit, quod videlicet feuda agnatis in infinitum conceſſa cenſentur, & ex hac ipſa conceſſione tale jus ipſis eſt quæſitum, quod eis ſine ipſorum conſenſu auferri non poteſt, ex quo etiam jure facultas repoſcendi feu-

S ſ dum

dum alienatum ipſis competit: Is ſanè omnia, quæ ex illis caſibus huic ſententiæ poſſunt objici, facili negocio diluere, & manifeſta apparente diverſitatis ratione oſtendere poterit, caſus illos ad propoſitum minimè pertinere: id quod etiam ſenſit Pinellus, dum paucis ait, diſtinguendum eſſe, utrum inter certas perſonas, vel certas generationes diſpoſitio terminetur, an verò in perpetuum conferatur. Supervacaneum igitur eſſe arbitror, ſingulis reſpondendo, tempus, quod alioqui à publicis regociis exiguum nobis ſupereſt, inutiliter terere: cum præſertim alia & quidem difficiliora in hac materia explicanda ſint reliqua.

12 Iſtud † autem hoc loco vel ea de cauſa brevibus ſolummodo attingere voluimus, ne quem forte decipiat auctoritas Matth. de Afflict. *qui in d. §. Hoc quoq. num. 20.* exiſtimavit, illos agnatos ad revocationem ſolum admitti, qui tempore alienationis concepti fuerint, auctorem laudans Andr. de Iſern. Id quod etiam contra Alvarott. & Præpoſitum tanquam verius defendere conatur Joann. Anton. Cannet. *in d. conſtitut. volentes. §. Ad non relinquendum eſt.* Hoſce enim in eo naviter erraſſe ex jam commemoratis manifeſtum eſt. Nam Andr. de Iſern. cujus auctoritate nititur Afflict. penitus contrarium docuit, quantum igitur opinioni hujus tribuendum ſit, quivis dijudicare poterit. Quod verò Cannetius pro opinione ſua conſiderat verba textus *in c. Titius. Si de feud. defunct. ibi, quod ſi proprios haberet:* exiſtimans verba illa tempus præſens reſpicientia requirere, ut filii revocare volentes alienationis tempore exiſtant, arg. regulæ quæ docet, qualitatem requiſitam à lege, eodem tempore à lege præfinito adeſſe debere, *ut. not. Bart. in l. Ex facto. col. 2. de vulgar. & pupillar. & in l. 1. §. ait prætor. Ne quid in flum. public.* id perquam putidum eſt. Non enim verba illa de filio revocante intelligenda ſunt, ſed loquitur potius textus ibi de agnato recuperante feudum, quemadmodum ſupra *quæſtione V.* prolixè oſtendimus. Non igitur ullum inde deſumi poterit argumentum ad jus ipſum revocandi, utrum illud filiis natis vel non natis competat, cum non entis nullæ ſint qualitates. Dato præterea, eo in loco de filiorum jure revocandi agi, & verba iſta hoc denotare, quod filiis tantum natis competat jus revocandi, tamen id duntaxat inde rectè colligeretur, neceſſe eſſe, ut filii, qui revocare cupiunt, jam nati ſint: quod verò etiam nati vel concepti eſſe debeant tempore alienationis, id minimè inde ſequeretur. Non enim in verbis illis textus de alienatione loquitur, neque hujus reſpectu requirit, filios extare, ſed ſolum de jure revocandi agit, & ratione hujus juris conſiderat, utrum filii ſuperſtites ſint, nec ne. Sufficit igitur, eos tum, quando jus hoc exercere volunt, natos eſſe. Ut interim omittam, verba illa *(ſi haberet)* non eſſe præſentis temporis, optativi modi, ut properam putavit Cannetius, ſed potius præteriti imperfecti conjunctivi modi, id quod etiam deſignat conjunctio, (*Si*) de cujus natura eſt, ut cum conjunctivo plerunque, cum optativo vix, aut nunquam ponatur.

4 Sexto † ex his, quæ hactenus diximus, colligitur etiam, quod, etſi quis feudum proximiori agnato, qui ſibi defuncto ſucceſſurus erat, vendiderit: (quod jure eum facere poſſe dubium non eſt. *c. 1. de alienat. feud. & c. 1. de alienat. feud. patern.*) tamen ſi proximior ante venditorem deceſſerit, alius deinceps agnatus, qui eo tempore, quo moritur venditor, proximum ſucceſſionis gradum obtinet, feudum alienatum revocare queat ab hæredibus emtoris, remotiori gradu alienatorem attingentibus. Nam cum jus agnatorum, cujus vigore feudum alienatum ſine precio recuperare poſſunt, poſt mortem demum vaſalli alienantis incipiat,

Digitized by Google

incipiat, atq; illi, quem proximus ſuccedendi tangit ordo, ſemper competat, nihil verò neque à vaſallo poſſidente, neq; à proximiore ejus agnato ſuſcipi poſſit, quod vel ſuccedendi viam ex pacto majorum vocatis præcludat, vel alia ratione in incommodum juris agnato competentis cedat, ut ſæpe jam diximus: Conſectarium ſanè modis omnibus eſt, neque alienationem in proximum agnatum factam reliquis agnatis, qui moriente alienatore primum ſuccedendi locum habent, obſtaculo eſſe poſſe, quò minus feudum alienatum à remotiore agnato recuperare queant. Id quod magis etiam lucebit, ſi jus proximioris agnati ementis feudum, & ante alienatorem fato cedentis, exactius conſideraverimus. Aut enim ponimus, cum jus, quod ipſemet ex pacto anteceſſorum conſecutus erat, ad ſuos hæredes tranſmittere, atq; hac ratione tanquam proximiorem impedire remotiorem, ne is mortuo alienatore feudum repetat: Sed hoc poſſibile planè non eſt, cum, ut ſatis à nobis jam eſt probatum, agnati demũ poſt mortem vaſalli inveſtitura vocati, atq; hinc etiam jus illorum initium capere cenſeatur, quando mortuo vaſallo ſucceſſionis ordo ipſos tangit, in propoſito verò proximior ante vaſallum alienantem deceſſerit, & quod conſequens eſt, minimè huic ſuccedere, neque adeò ullum proprium jus in feudo conſequi potuerit, quod remotiori agnato proximiorem à ſe locum obtinenti, ſuccedendi & revocandi viam obſtruat. Aut verò contendimus, jus, quod proximior emens feudum à vaſallo alienante conſecutus eſt, ea eſſe potentia, ut ad ſucceſſores ementis potius, quàm ad alium, qui mortis tempore proximior eſt, tranſeat, atq; hac ratione proximiorem impediat, ne feudum repetat: ſed neque hoc ullo fieri modo poteſt. Nam jus, quod vaſallus alienans in feudo habuit, ad inſtar uſusfructus tantummodo ad vitam conceſſum eſſe cenſetur, quo per mortem ejus ſoluto, jus etiam, quod proximior ex emtione conſequitur, ut reſolvatur neceſſe eſt. *l. Lex vectigali. de pignor. c. 1. § rurſus. Quibus mod. feud. amitt.* cum itaq; ſucceſſores proximi agnati, qui feudum comparaverat, & ante venditorem mortuus fuerat, neq; ex proprio emtoris jure, neq; etiam ex jure, quod emtione fuerat conſecutus, contra eum agnatum, qui mortis tempore proximior eſt, tueri ſe poſſint: evidens ſane eſt, nihil huic impedimento eſſe, quò minus jure ſuo, quod à morte alienatoris competere ſibi occepit, uti, atque adeò feudum à remotiore revocare queat. Comprobantur iſta optimè *per l. filius familias. §. divi. el. 1. de leg. 1.* ubi Juriſconſultus reſpondet, quod hæres gravatus reſtituere per fideicommiſſum hæreditatem filiis fratris ſub conditione, non poſſit ante diem fideicommiſſi cedentem hæreditatem reſtituere, in prejudicium illorum, qui fideicommiſſum expectabant, cujus argumento generaliter tradunt *Baldus, Paul. de Caſtro, Imol. & DD. ibi,* quando eventus conditionis mutaret formam reſtitutionis, quod tum gravatus non poſſit ante eventum conditionis reſtituere, quia poſſet accidere, ut alius haberet fideicommiſſum, quam ille quem voluit defunctus, *facit text. in l. Cum pater. §. à filia. de leg. 1.* Nam cum vaſallus ad inſtar fiduciarii hæredis, feudũ agnato, qui mortis tempore proximior eſſet reſtituere veluti fideicommiſſo gravatus cenſeatur, & propterea à fideicommiſſis rectè arguatur, *ut docet Andr. de Iſern. in c. 1. §. Hoc quoq;. col. 2. de ſucceſſio. feud. & Decius conſ. 445.* optima ratione inde infertur, quod ad exemplum fideicommiſſo gravati vaſallus alicui ex agnatis non poſſit vendere feudum in præjudicium ejus, qui proximior reperitur tempore mortis: facilè enim contingere alioqui poſſet, ut alius, qui non eſſet proximior defuncti, ſuccederet contra tenorem &

Digitized by Google

legem inveſtituræ. Pertinet huc etiam text. *in c. 1. de eo, qui fin. fecit agnat.* Nam cum Juriſconſultus ibi reſpondeat, refutationem factam ab uno ex pluribus agnatis, huic non obſtare, quò minus illo, cui refutaverat, ante ſe decedente, ad feudum admittatur, certè multò minus refutatio vel alienatio alterius, mortuo eo, in cujus gratiam illa facta fuerat, præjudicare poterit illi, qui defuncto refutante vel alienante proximior reperitur.

44 Quamobrem † etſi Joan Anton. Cannet. *in c. Volentes. §. Et quatenus eſt dictum*, poſtquam hanc quæſtionem in utramvis partem agitarat, tandem concludat, eam ita ancipitem atq; dubiam eſſe, ut Cæſarea deciſione indigeat; iſq; propterea veritus non fuerit, modò in hanc, modò in contrariam opinionem conſulere: tamen cum concluſio hæc noſtra manifeſtam habeat rationem, nos eandem ſine hæſitatione ulla amplectendam arbitramur. Non enim quicquam obſtaret textus *in c. 1. de alien. feud. & in c. 1. de alien. feud. patern.* quos generaliter intelligendos eſſe autumat Cannet. Nam etſi jura iſta generaliter permittant feudum vendere agnato proximiori, qui alioqui ſucceſſurus eſſet: interim tamen, quid de eo caſu ſtatuendũ ſit, quando proximior emens feudum ante venditorem moritur, nihil ibi diſponitur. Non igitur capitula hæc, quantumvis generalia, ad hanc facti ſpeciem extendenda erunt. Cui enim non conveniunt verba, eidem nec etiam diſpoſitio convenire debet. *l. 4. §. Toties. de damn. infect. l. Quod conſtitutum, ubi Bart. not. de militar. teſtam.* cum præſertim multa in medio ſint argumenta, quibus veriſimile fit, textus illos ad hanc facti ſpeciem non pertinere: tum quia caſus iſte rarò contingit, cui regulariter jura adaptari non ſolent. *l. nam ad ea, d. ll.* tum quia cujuſvis diſpoſitionis verba etiam generalia intelligenda ſunt, rebus in eodem ſtatu perſiſtentibus. *l. Quod ſervus. de cond. ob cauſ. l. Quaro. §. inter locatorem. Locat. l. cum quis. in princ. de ſolut. cum aliis congeſtis à Tiraquell. in l. Si unquam. in princ. nu. 162. C. de vocand. donat.* tum etiam quia verba generalia plerunque reſtringuntur, ne alteri damnum præter ipſius culpam inferatur. *not. gl. & DD. in l. fin. §. in computatione. C. de jure deliber. Jaſ. in l. Si ſervum Stichum. §. ſequitur. in 2. notab. de verbor. obligat. Cravett. conſil. 3. num. 6.* néve aliàs quid iniqui inde ſequatur. *l. Scire oportet. §. ſufficit. de excuſat. tutor. l. Quamvis. de aur. & arg. legat. l. Filius à patre, ubi not. DD. de liber. & poſthum. l. Filius. de condit. inſtit.* Quid enim quæſo iniquius eſſe poteſt, quàm agnatum proximiorem præcipiti alienatione jure ſuo defraudari? *l. Id quod noſtrum. de reg. jur.* tum deniq; quia ex paulo ante commemoratis evidens eſt ratio, cur permittatur, feudum proximiori vendere: quia nimirum eo alioqui ſuccedente, nullius juri quicquam præjudicatur, cur item alienatione ejuſmodi non obſtante, agnato, qui ſucceſſionis tempore proximior requiritur, jus ſuum ſalvum atq; integrum meritò eſſe debeat. Nam verba legum ex ratione potiſſimum interpretationem, & reſtrictionem recipiunt. *l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2. l. adigere. §. quamvis. de jure patronat. l. Milites agrum. in princ. de re militar.* neq; ſanè mirum cum ratio, tanquam anima corpori, dominetur verbis, atque his præponderet. *l. ſcire leges. d. ll. l. cum mulier, & ibi DD. Solut. matrimon. l. Nominis & rei. §. verbum ex legibus. junct. gloſſ. de verbor. ſignificat. c. Secundo requiris. de appellat. c. ſedulò 38. diſt. inct.* & propterea nunquam verborum interpretatio tantum valeat, ut melior ſenſu exiſtat. *l. 3. C. de liber. præterit.* Fruſtra igitur Cannetius tot pro interpretatione iſta militantibus rationibus, verbis generalibus inhæret. Memor potius eſſe debuiſſet præcepti Juriſconſulti in l. penultim. ad exhibendum ubi prudenter monet,

non

Digitized by Google

non oportere jus commune calumniari, neque verba ejus captare, ſed qua mente id diceretur, animadvertere cõvenire. Ex quibus etiam facilè evertitur ſolutio ejuſdem ad *d.* §. *Divi.* dum ait, ideo minus ad hoc propoſitum accommodari poſſe, quoniam ibi prohibita erat electio ante tempus, cum è contrario in feudis expreſsè permittatur, proximiori vendere. Nam etiam in materia *d.* §. *Divi.* electio eatenus conceditur, quatenus in feudis, videlicet quo ad ea non cedit in incommodum eorum, quibus eſt ex fideicommiſſo jus quæſitum, *ut declarat Paul. de Caſtro ibi.* quin etiam juris feudalis permiſſionem minimè hanc habere ſententiam, ut propterea, agnato, qui mortis tempore proximior futurus eſt, jus ſuum auferre liceat, abundè à nobis eſt probatum. Ut proinde nihil proponat Canner. quod probabilem dubitandi cauſam afferre alicui poſſit, atq; adeò in hac ſententia noſtra optima juris ratione ſuffulta meritò perſiſtendum ſit.

45 Septimò † ampliatur doctrina iſta, de qua in propoſito verba facimus, ut non ſolum procedat in alienatione, & in his, quæcunq; ſum generali alienationis vocabulo veniunt, ſed etiam in quavis alia diſpoſitione, per quam feudi conditio reddatur deterior, vel aliquo onere prægravetur. Qualiſcunq; enim ea fuerit, defuncto vaſallo, agnatis proprio jure ſuccedentibus minimè præjudicare poteſt, ſed nihilominus in poteſtate eorum eſt, iſtud, quo gravatos ſe eſſe ſentiunt, pro libito retractare. *c. 1. §. è contrario. de inveſtit. de re alien. fact.* Ideoq; hypotheca vel pignus in feudo abſque conſenſu agnatorum conſtitutum in ipſorum incommodum cedere non poteſt:

46 Sed † jure auctoris per mortem ſoluto, jus etiam acceptoris ſolvitur. *c. 1. §. Rurſus. Quibus mod. feud. amitt. not. Andr. de Iſern. & DD. c. Imperialem. in princ. de prohib. feud. alien. per Frederic. Camerar. in d. c. Imperialem. verſ. Quarta concluſio. mihi pag. 100.* ubi ait, hoc nullum habere dubium: quia, quando inhibitio fit principaliter in favorem alicujus, prohibita alienatione, favore ejuſdem prohibetur & hypotheca. *l. 1. in fin. de reb. cor. l. Si pupillorum. eod. tit. Auth. Sacramenta pub. C. ſi adverſ. vend.*

47 Eadem † ratione neq; locatio ultra vitam vaſalli in detrimentum ſucceſſorum vires ſuas porrigere poteſt. *ut not. in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. poter. alien.*

48 Sic † etiam ſervitus feudo in præjudicium agnatorum imponi nequit, *c. 1. §. Quid ergo. de inveſtitur. de re aliena. fact. cum ſimilibus in hanc ſententiam congeſtis per Thom de Marin. in tit. de feud. ex pacto & provident. antq. nu. 50. & ſeq.*

49 Octavò, † hæc omnia etiam procedunt, licet vaſallus neceſſitate quadam adſtrictus alienationem ſuſceperit, vel alioqui feudi conditionem deteriorem fecerit: Quippe cum neceſſitas, quæ vaſallo poſſidenti incumbit, agnatos minimè devinciat, neque eis obſtaculo eſſe poſſit, ut feudum proprio jure minus repoſcere queant.

50 Nam † etſi regulariter prohibita alienatione, non cenſeatur prohibita alienatio neceſſaria. *l. Divus de petit. hæred. l. Peto. §. Prædium. & ibi DD. de leg. 2. l. Pater. in princ. de leg. 3. l. Non ſolum. §. 1. de alienat. mutand. judic. cauſa facta. cum alias in hanc ſententiam adductis per Tiraquell. in tractat. de retract. §. 1. gl. 14. num. 11.* neque ſanè mirum, cum † ne- 51
ceſſitas legem non habere cenſeatur. *l. 1. de offic. Proconſul. pro quo plura congeſſit idem in §. 26. gl. 2. & ſeqq.* res tamen aliter ſeſe habet, quando † alienatio 52
ideo eſt interdicta, ne alteri jus ſuum, quod in feudo quæſitum habet, auferatur. Hæc enim ratio ſemper locum habet, etiamſi quis neceſſitate coactus alienaverit, ſiquidem nemini invito, etiam neceſſitate ſuadente, jus ſuum extorquendum eſſe, eadem juris ratio exigit. *ut probatur in l. Peto. §. Prædium. de leg. 2. facit. text. in l. invitum. de contrah.*

trah. emt. & in l. nec emere. C. de jure deliber. ubi videmus, neminem † cogi, pro alterius neceſſitate rem ſuam non venalem alienare. Nemo enim invitus cogitur de ſuo alteri benefacere. *c. precaria. 10. quæſt. 2.* neque, ut vulgò loquuntur, unum altare detegi debet, ut aliud contegatur. *l. Aſſiduis. §. Exceptus, & ibi not. DD. C. Qui potior. in pignor. hab. c. Cum cauſam. de Prabend. Cravett. conſil. 6. num. 86.*

54 Sic † etiam neceſſitas hoc præſtare non poteſt, ut quis plus juris in alterum transferre poſſit, quàm ipſemet habuerit. *l. nemo. ff. de reg. jur. & in c. Nemo poteſt. eod. tit. in 6. c. Nuper de donat. inter vir. & uxor. c. Diabertum 1. q. 7.* Vaſallus verò ex conceſſione domini ad vitam duntaxat jus in feudo conſecutus eſſe videtur ea lege, ut poſt mortem jure ejus ſoluto, feudum ad agnatum revertatur. Non igitur alienatio ab ipſo ſuſcepta, quantumvis neceſſitate exigente ad eam proceſſerit, ultra vitam vires ſuas extendere, neque, quod conſequens eſt, neceſſitatis ratione agnatis præjudicare poterit. Rectè itaq; jura feudalia diſponentia, ne in præjudicium agnatorum feudum alienetur, etiam in alienatione neceſſaria locum ſibi vendicare, ab interpretibus communiter traditum eſt. *in c. 1. Qualiter olim feud. pot. alienari. uti Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. Prapoſit. Matth. de Afflict. Dn: Schenck. & alii creberrimis ſuffragiis idem probant. Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario. Quib. mod. feud. amitt. Alvarott. in c. fin. in 33. concluſione. Qualiter olim feud. poter. alien. Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. ſuper verbo, & cum pacto de non alienando. nu. 14. Curt. in tractat. feudal. part. 4. nu. 107. Camerar. in d. c. Imperialem. in princ. verſ. Ex quibus colligitur nunc. mihi pag. 94. Hieron. Schurff. conſil. 132. inter conſil. feudal. num. 5.* ut propterea cavendum ſit ab Hannetonio, qui *lib. 5. cap. 5.* aliter ſenſit.

55 Hinc † etiam fit, ut, etſi æris alieni neceſſitate cogente, feudum vel ab ipſo vaſallo alienetur, vel etiam nullo ejus hoc quidem caſu, interveniente facto detur in ſolutum, ſive adjudicetur creditoribus, ſive alioqui diſtrahatur agnatis, tamen hoc nihil obſit, quo minus hi poſt mortem vaſalli, nullo dato precio, feudum ſuo jure recuperare poſſint. (c) *Bald. in c. 1. col. 3. de alienatio. feud. & in c. 1. §. Hoc quoque. ubi etiam Afflict. numer. 56. de ſucceſſio. feud. Alexand. in conſil. 106. vol. 4. & in conſil. 128. volum. 5. Jaſon. conſil. 57. col. penult. in 3. volum. Ruinus conſil. 17. & in conſil. 176. volum. 1. & conſil. 108. vol. 2. Gozad. conſil. 9. Paris. conſil. 5. numer. 22. & 24. & conſil. 18. lib. 1.*

Quinimò † hoc ultimo caſu res minorem videtur habere dubitationem, quando ob æs alienum ab ipſomet vaſallo contractum feudum deinde adjudicatur creditoribus, vel alienatur: cum hoc caſu alienatio non tam ex eventu neceſſaria, quam ex initio voluntaria eſſe cenſeatur. *l. interdum. in fin. ibi, cum ſua ſponte ſibi hæres obligationem contraxerit. de judic. l. ſi fidejuſſor. §. 1. ibi, ipſe ſibi neceſſitatem ſatisdationis impoſuit. Qui ſatisd. cogant. cum multis aliis in hanc ſententiam adductis per Cravett. in conſil. pro genero. num. 32. & ſeq. & nu. 386. & Menochius in tractat. de arbitrar. judic. lib. 2. Centur. 2. caſu 182. & latius per Tiraquell. de retractu. §. 1. gl. 14. nu. 13. 14. & ſeq.* ubi etiam multis probat, etſi † hoc caſu ab ipſo judice nullo accedente facto poſſeſſoris, feudum alienetur, quod tamen nihilominus pro eo habendum ſit, ac ſi poſſeſſor ipſe alienaſſet, judice nimirum partes ipſius ſupplente. *l. Si ob cauſam. & ibi. Bart. & Bald. C. de eviction. l. Si pignora. ff. eod. tit. cum aliis ibi congeſtis.* Ut proinde, licet alioqui neceſſitas facultatem præjudicandi agnatis concederet: illa tamen hoc caſu minimè in conſiderationem veniat, atq; adeò tantò minus præſtare queat, ut alienatio in incommodum agnatorum cedat.

Porro

Porro quæ pro declaratione atq; ampliatione juris revocandi feudum alienatum, quod agnatis competit, hactenus diximus, ea etiam limitationes atq; reſtrictiones quaſdam recipiunt.

58 Et † primò quidem ſciendum, etſi adhoc, ut poſt mortem etiam vaſalli valeat alienatio feudi, neceſſarius ſit conſenſus agnatorum, eoq; prætermiſſo, feudum alienatione non obſtante, poſt mortem alienatoris ad agnatum ita revertatur, ut illud liberè recuperare poſſit *d. c. 1. de alienat. feud. patern. cum ſimilib.* quod tamen interim vivente alienatore nihilominus alienatio robur ſuum obtineat, & quod adeo agnati, ſuperſtite alienatore, ex hoc quidem ipſorum jure, de quo jam agimus, (nam de jure προτιμήσεως deinde dicemus) novo poſſeſſori negociũ faceſſere nequeant, *prout declarat gl. in d. c. 1. de alienat. feud. patern. quam ſequuntur Andr. de Iſern. Bald. & Alvarot. ibi. Bal. in c. Imperialem, in princ. col. 3. de prohib feud. alien. per Fredericum: Matth. de Afflict. in d. c. Titius. n. 21. ſi de feud. defunct. Martin. Laudens. in conſil. 29. nu. 16. Alex. in conſil. 106. Viſo themate. vol. 4. & in conſil. 15. Viſis narratis. col. 4. & in conſil. 128. Viſo inſtrumento. vol. 5. Gulielm. à Perno. conſil. 6. incip. Viſo caſu. in fin. Albertus Brun. in conſil 80. incip. Circa primum, num. 9 Ruinus in conſil 37. incip. Viſo & maturè penſato. nu. 18. & in conſil. 176. incip. Primò quæritur. nu. 11. & in conſil 213. incip. In quæſtione propoſita. nu. 2. vol. 1. & in conſil. 203. incip. De duob. principaliter quæritur. nu. 26. vol. 2. Gozad. in conſil. 4. incip. Prima facie videtur dicendum num. 27. & in conſil. 26. incip. In cauſa illuſtriſſimorum num. 58.* Quæ quidem limitatio optimè probatur ratione ſupra conſiderata.

59 Diximus enim, agnatis jus iſtud revocandi competere ex prima conceſſione domini, ſed dominus concedendo feudum, voluit quidem iſtud ad omnes agnatos pertinere, non tamen ſimul, ſed ordine ſucceſſivo, ita ut poſt mortem demum unius ad alterum, qui proximior eſt in gradu, devolvatur, & ſic deinceps. *l. Peto. §. fratre. de leg. 2. l. fin. C. de verbor. ſignificat. l. cum ita. §. In fideicommiſſo. de leg. 2. l. Hæres. §. fin. Ad Trebellian. declarat Andreas de Iſern. in d. §. Hoc quoq;. col. 2. in fin. in c. 1. §. Quid ergo. de inveſtitur. de re alien. fact. & ibi etiam Matth. de Afflict. num. 20. Camerar. in d. §. Præterea ducatus. verſ. Et quò ad primum caput feudi recti. pag. 769. Paris. in conſil. 23. n. 199. vol. 1.* Non igitur prius agnato ex conceſſione illa dominium jus in feudo quæſitum eſſe potuit, quàm defuncto eo, qui ipſo proximior erat, ſucceſſionis ordo ipſum vocaverit, & quod conſequens eſt, non prius feudum alienatum, nullo dato precio, revocare poterit, quàm is defunctus, & ſibi ſuccedendi via aperta fuerit: Sed interim durante jure poſſeſſoris etiam alienatio ſubſiſtet. opitulatur huic rationi textus *in l. peto. §. Prædium. de leg. 1.* ubi videmus, ſi ea, quæ familiæ relicta ſunt, alienentur, interim, quamdiu vivit alienator, novum poſſeſſorem illa obtinere. Idem probatur *in c. 1. §. Hoc quoque de ſucceſſio. feud.* ibi, ſi moriatur ſine hærede maſculo, nihilominus revertitur ad me, *& in c. 1. §. Etſi clientulus. ibi, eo mortuo ſine legitimo hærede maſculo, feudum revertitur ad dominum. de alienat. feud. & in c. 1. §. Rurſus. & in §. Item ſi fuerint. Quib. mod. feud. amitt.* quibus locis feuda alienata tum demum ad dominum vel agnatum (eſt enim hoc caſu utrobique eadem ratio) redeunt, quando alienator ſine hærede maſculo deceſſerit: Accedit hiſce textus *in d. cap. Titius, ibi, mortuo demum Titio:*

Hæc enim verba extremitatem temporis deſignantia, ſatis denotant, agnatos non niſi poſt mortem alienatoris jure ſuo uti, & feudum revocare poſſe, interim verò vivente eo alienationem valere. Idq; clarius etiam apparet *ex capit. extra ordin. § Si alter ex fratribus,*

tribus, qui paternum habeat beneficium: ſuam portionem dederit domino, vel alicui extraneo: dominus vel extraneus tamdiu tenet ſine præjudicio, quam diu ille, qui dedit hæredem maſculum habuerit: Quem textum etiam in hanc ſententiam adduxit *Bald. in d. c. 1. de alienat. feud. patern.* & eum inter cætera capitula juris feudalis retulit Cujatius. *lib. 4. tit. 83.*

Ex quibus manifeſtum eſt, id, quod in *d. c. 1. de alienat. feud. patern.* dicitur,
60 alienationem † non valere, niſi agnatis conſentientibus, (quod huic ſententiæ non parum adverſari videtur) ita accipiendum eſſe, ut videlicet in præjudicium agnatorum nihil operetur, *prout declarat Albert. Brun. in d. conſil. 50. num. 10.* cum hi, poſtquam feudum ad ipſos devolutum eſt, revocare vel etiam, ut infra *quæſt. XI.* dicemus, vivo alienatore reddito precio, feudum redimere poſſint. Non igitur ſubſcribendùm illis, qui ex his verbis extruere conantur, quaſi alienatio iſta ſine conſenſu agnatorum ſuſcepta robur nullum habeat, refragantibus hiſce non ſolum manifeſta ratione paulò ante adducta, ſed pluribus etiam claris juris feudorum reſponſis.

61 Secundo † ex hac limitatione colligitur etiam, quod ejuſmodi alienatio non ſolum valeat in vita alienatoris, ſed etiam eo defuncto, quamdiu aliquis ſupereſt, qui in proximiori gradu exiſtens, alienationem factam, vel conſenſu ſine alio quopiam obſtante non poteſt, vel alioqui non vult revocare. Etſi enim omnibus agnatis ex prima conceſſione competat jus revocandi, ut ſupra dictum fuit: quia tamen iſtud non ſimul, ſed tantum ordine ſucceſſivo illis quæſitum eſt, & tum demum jus hoc ipſis revera competere incipit, quando juſto ſucceſſionis ordine ad ipſos feudum reverſurum eſt. *d. l. Peto. §. fratre. de leg. 2.* Ideo jure iſto non prius uti poſſunt, quam omnibus iis, quibus juxta gradus ſucceſſionis ante ipſos jus hoc competierat, è medio ſublatis, ordo ſucceſſionis ipſos etiam tangat: atq; adeò, quamdiu aliquis ſupereſt, qui reliquis, quò minus in feudo ſuccedant, impedimento eſt, tamdiu illi, qui in remotiori gradu exiſtunt, alienationem vel aliud factum vaſalli impugnare non poterunt, ut ex ratione paulo ante examinata manifeſtum eſt, & probatur etiam *ex d. §. Si alter ex fratribus:* dum ibi dicitur, novum poſſeſſorem tamdiu tenere feudum, quamdiu ille, qui dedit hæredem maſculum habuerit. His verbis dilucidè ſignificatur, non ſolum alienatorem, ſed & hæredem ejus obſtaculo eſſe fratri, quò minus is feudum recuperare poſſit. Idem ſatis colligitur *ex d. c. Titius*, dum ibi juxta intellectum ſupra à nobis propugnatum auctor illius reſpondet, quod in caſu, quo Titius decedens filios poſt ſe reliquerit, agnatus non poſſit ſine precio feudum recuperare, ſed neceſſe habeat, uti jure προτιμήσεως atq; adeò precium reſtituere. nam vel ex hoc manifeſtum eſt, filios obſtitiſſe agnato, quò minus is feudum ſuo jure abſq; precio repoſcere potuerit, quamvis filii ipſi in caſu illius capituli feudum non revocarint.

Ex † quo ſequitur, ſi proximior d agnatus conſenſiſſet alienationi, vel alioqui revocare nollet, quod tum alter agnatus, qui hunc proximè ſequitur, feudum alienatum non ſolum donec alienator in vivis eſt ſed & quamdiu proximior agnatus ſuperſtes eſt, non poſſit recuperare, & ſic deinceps *prout hoc poſt Andr. de Iſern. diſerte docuit Matth. de Afflict. in c. Titius. n. 7.* ubi ait: Quod, ſi agnatus feudum vendiderit, & alius agnatus conſenſerit tacitè vel expreſsè, tum is per ſuum conſenſum videatur jus ſuum transferre in acceptorem, & quod propterea ſequens agnatus viventibus illis, qui conſenſerunt, tacitè vel expreſsè, non poſſit revocare alienationem ab acceptore, quia adhuc durat jus acceptoris, & illorum qui conſenſerunt. *Hec etiam tenuit Albert.*

Digitized by Google

Albert. Brun. in d. conſil. 80. n. 2. ubi ait, remotioribus, qui non conſenſerunt, competere quidem jus revocandi, ſed non prius quàm proximiores, qui conſenſerunt, deceſſerint: ejus hanc afferens rationem, quia minus eſt conſentire, vel alioqui nolle revocare, quam alienare. *l. fin. ubi not. DD. C. ſi adverſus donat.* Sed licet per alienationem quis jus ſuum amittat, tamen expectanda eſt mors ejus *d. c. Titius.* ergo multò magis erit expectanda mors ejus, qui conſenſit. *Idem ſenſit Guliel. à Perno conſil. 6. in fin.* generaliter inquiens, non eſſe ſequenti apertam viam revocandi, dum præcedenti conceditur. *l. Peto* §. *Fratre. de leg. 2. quem refert & ſequitur Marin. Frecc. lib. 2. de auctorit. & poteſt. Baron.* §. *pluribus autem modis, n. 80.*

63 Atq; † ex his evidens eſt, jus hoc revocandi, quo agnati feudum alienatum ſine precio recuperare poſſunt, à facultate illa ſuccedendi, quæ ex pacto anteceſſorum agnatis competit, penitus dependere, & ſecundum ſucceſſionis ordinem ac gradum regulari: & quod conſequens eſt, illos ſolum jure iſto uti, & feudum alienatum recuperare poſſe, quos ſucceſſionis ordo tangit, & quibus in proximo gradu exiſtentibus ſucceſſionis via jam eſt aperta, ita, ut, niſi alienatū eſſet, feudum ad ipſos devolveretur.

64 Unde † porrò conſectarium eſt, non eſſe rarum, ut is, qui vel propter conſenſum, vel aliud impedimentum revocare non poteſt, nihilominus agnato in ſequenti gradu, quatenus eo eſt proximior, & ſuccedendi viam ipſi præcludit, impedimento ſit, ne is, quia propter alium gradu proximiorem ſuccedere nequit, feudum alienatum revoca-
65 re poſſit, & † quod propterea ex eo, quod quis alteri obſtaculo eſt, ne ipſi jus revocandi competat, minimè ſequatur, ipſum revocare poſſe, cum, etſi, ut dictum eſt, ipſemet feudum recuperare nequeat, alia tamen ratione impediat ſequentem in gradu, dum illo eſt proximior, & efficit, ne ſuccedendi ordo, à quo jus revocandi dependet, ipſum tangat. Quod diligenter eſt notandum propter jura feudalia, in quibus dicitur, feudum alienatum tum demum ad agnatos, vel dominum redire, quando quis ſine hærede maſculo deceſſerit, *ut in c. 1.* §. *Etſi clienſulus de alienat. feud. c. 1. verſ. Si autem diſſentiente: Qualiter olim feud. poter. alien. c. 1.* §. *rurſus. Quib. mod. feud. amitt. & in c. 1.* §. *Si aliquis. apud quem vel quos, & in d. c. Titius. verſ. quod ſi Titius filios.* Nam hinc quidam inferre conati ſunt, quaſi propterea hæredibus maſculis jus revocandi competat, ut ſupra *quæſtio IV. n. 14. & 15.* vidimus: cum tamen iſtud ex hoc minimè colligi poſſe ex hiſce palam ſit, quemadmodum ibidem etiam paucis monuimus.

Tertiò, † quod hactenus diximus, 66
agnatum defuncto vaſallo ſine precio feudum recuperare poſſe, id locum non habet, quando feudum eſt alienatum (*e*) ob onus quoddam reale feudo ita incumbens, ut agnatus etiam invitus iſtud agnoſcere teneatur, *ut docet Andr. de Iſern. in c. 1.* §. *Quod ergo. & ibi etiam Matth. de Afflict. de inveſtitur. de re alien. fact. Matth. de Afflict. in conſtitut. Neapolitan. lib. 1. Rub. 97. incip. Si quis poſt litem. num. 21. & in lib. 3. Rubr. 14. incip. Fratribus. Marin. Frecc. d. lib. 2. de auctorit. & poteſtat. Baron.* §. *pluribus autem modis. num. 75. verſ. vigeſimo quinto limita. Camerar. in c. Imperialem, in princ. verſ. Quintò & ultimò dicunt. mihi pag. 81. Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. ex pact. & provident. numer. 63.*

Quibus in locis etiam declarant præcipuè Camerar. *pag. 83.* hoc de illis oneribus eſſe accipiendum, quæ feudo ita inhærent, ut una cum ipſo etiam ad agnatos, ac contra tertium poſſeſſorem tranſeant, atque hujus aliqua exempla enumerant, qui tamen caſus, cum maxima ex parte à peculiari illius loci conſuetudine dependeant, ad nos non admodum pertinere videntur.

Hoc

Digitized by Google

67 Hoc † tamen notatu dignum eſt, quod ibidem de dote, quam pater filiæ, & fratres ſororibus ex feudo conſtituere tenentur, communi ore concludunt. Nam cum apud nos etiam longo uſu receptum ſit, ut dos, deficientibus cæteris bonis hæreditariis, ex feudo conſtituatur, ut infra *quæſtione XXXVII.* dicemus, ideò ſi quis pro elocandis filiabus, vel maritandis ſororibus, pecuniam mutuò ſumſiſſet, & feudum oppignoraſſet, agnati, etſi non conſenſiſſent, iſtud ſolvere, & pignus luere tenerentur.

68 Idem † etiam obtinet in dotalitio, quod ſecundum harum regionum conſuetudinem mulieribus in feudo conſtitui ſolet, ut diximus *quæſtione V. lib. 1. quæſtionum noſtrarum.*

69 Quod † verò ibidem addunt de pecunia mutuò ſumta pro præſtando ſervitio militari: hoc rectè improbat Camerar. *pag. 86.* quia vaſallus ratione ſervitiorum domino præſtandorum fructus feudi percipit. Non igitur propter illa feudum novo onere prægravare debet, non conſentientibus agnatis.

70 Eſtq; † præterea circ hoc obſervandum, quod Camerar. *ibid. pag. 89. verſ. Ex quibus colligite nunc vos*: generaliter concludit, non ſolum onera feudi ſed & onera, ut ipſe loquitur, cauſata occaſione feudi agnatos obligare, ſi utiliter negocium eorum geſtum fuerit, licet interim ipſum feudum ſine conſenſu oppignorari non potuerit. Nam hoc ſi verum eſſet, facilè defenſaretur opinio eorum, qui exiſtimarunt, agnatos teneri ad ſolutionem æris alieni contracti occaſione feudi, & in utilitatem ejus converſi, *prout ſenſit Bald. in conſil. 232. Fœmina. num. 2. lib. 3. Albert. Brun. conſil. 104. inter conſilia feudalia cum ſimil. allegat per Cravett. conſil. 197. num 1.* quæ opinio etiam conſtitutionibus Electoralibus eſt comprobata, quamobrem apud nos etiam omnia illa debita, quæ occaſione feudi fuerunt facta, ad hanc exceptionem erunt referenda. Quid verò ſecundum juris communis rationes alioqui de ejuſmodi debito ſtatuendum ſit, vide, quæ eleganter ſcripta reliquit D. Jacob. Thoming. *deciſio. 27.*

Quartò † limitatur concluſio noſtra, ut locum non habeat, quando agnatus conſenſit alienationi: tum enim conſentiendo juri ſuo renunciaſſe æſtimatur. *l. Cum quadam. C. de adminiſtrat. tutor. l. Quæritur. §. ſi venditor: de ædil. edict.*

Ideoque † licet deinde feudum, mortuo vaſallo ad ipſum devolutum fuerit, tamen iſtud minimè revocare poterit. *d. c. 1. ibi. niſi conſentientibus: de alienat. feud. patern. & in d. c. Titius: ibi quod ſi conſenſit. & in c. 1. § præterea. quibus mod. feud. amittat.* quibus in locis omnes feudiſtæ hoc aſſerunt: & probatur inſuper multis aliis legibus juris civilis, quibus cavetur, conſentientem † alienationi rei ſuæ, aut ſibi obnoxiæ non poſſe amplius contractum illum infringere, *ut in l. fin. C. de remiſſ. pignor. l. ſi fundum per fideicommiſſum. l. ſi nihil. §. 1. de leg. 1. l. codicillis. §. 1. de leg. 2. l. Quidam ex parte. de evictio. l. ſi debitor. §. 1. & l. ſi conſenſit. Quibus modis pign. vel hypotheca ſolvatur, cum ſimilibus in hanc ſententiam congeſtis per Tiraquell. in l. ſi unquam: in verbo, donatione largitus nu. 346. C. de revocand. donat. & de retract. §. 1. gloſſ. 9. n. 135. & n. 139.* Sed quia circa conſenſum iſtum multa conſideratu digna ſunt, ideo de hoc in quæſtione ſubſequente pluribus agemus.

Quintò † reſtringitur doctrina iſta, de qua ſermo nobis huc uſq; inſtitutus fuit, ne procedat, quando agnatus intra legitimum tempus feudum non revocavit. Nam eo præterlapſo à revocandi jure excluditur, *ut probatur in d. c. Titius: in fin. ſi de feud. defunct. contentio ſit, ubi hoc not. gloſſ. & DD. Curtius junior in tractat. feudal. part. 4. n. 53. & 146. Zaſius in tit. de ſucceſſio. feud. part. 9. n. 29.* quibus in locis communiter diſtinguunt, utrum alienatio facta fuerit extraneo vel remotiori agnato, inde concluden-

Digitized by Google

cludentes, hoc poſteriore caſu agnatum proximiorem non niſi intra annum feudum alienatum revocare poſſe: in priore verò triginta tantum annorum ſpacio à jure revocandi excludi: quia tamen opus eſt altiore indagatione, ideo in quæſtio. VIII. plenius iſtud diſcutiemus.

5 Sextò † concluſio noſtra ab interpretibus communiter limitatur, ut locum non habeat, quando agnatus hæres extitit alienatori defuncto. Nam cũ hæres factum defuncti regulariter præſtare teneatur. *l. cum à matre. C. de rei vendic l. ſi ab ea. C. de negoc. geſt. l. poſtulante. ad Trebell.* ex hac ratione agnatum hæredem alienationem etiam defuncti ratam habere debere, neq; adeò feudum ab ipſo alienatum revocare poſſe putatunt *Jacob. de Belvis. Iſern. Bald. Alvarot. Afflict. & DD. in c. 1. §. Hoc quoq; de ſucceſſio. feud.* Sed quia hoc etiam difficultate non caret, ideo illud peculiariter expediemus infra *quæſtione IX.* Denique oblivioni tradendum non eſt, quæ in quæſtione iſta de feudi revocatione diximus, quæ item porrò in aliquot ſequentibus dicturi ſumus, ea omnia, quemadmodum in principio monuimus, ad feudum ex pacto & providentia pertinere.

Quid verò de feudo hæreditario ſtatuendum ſit, de eo *quæſtione XIV.* diſſerendum nobis erit.

ADDITIO

SIMONIS ULRICI PISTORIS.

1) NUnc materiam] Ad iſtam quæſtionem vide *Fachinæ. lib. 7. controverſ. jur. cap. 10.* Nihil tamen ibi à Fachinæo dicitur quod à parente non copioſius multo dictum atq; explicatum ſit.

Ut tamen fucum faciat lectori, ſemel tantum meminit reſpoſionem, quam ad primum argumentum affert, eſſe Piſtorii: quaſi vero ad tertium & quartum argumentum à parente *n. 23. & 26.* eodem planè modo non reſponſum ſit, quod tamen ſubticet Fachinæus & de vero & genuino ſenſu textus *in c. 1. §. & licet de alien. feud. pat.* ita gloriatur ac ſi ipſe eum primus oſtendiſſet. Ut autem in eo plurimum ſibi indulget Fachinæus quod res à parente traditas verbis in ſe transferat, ita illud negligentiæ eſt non mediocris, quod quædam à parente jam dudum refutata denuo reponat, neq; tamen argumenta quibus pater ea impugnavit diluat.

Ex hoc genere ſunt ea, quæ ad ſecundum argumentum quæſtionis hoc capite agitatæ affert. Ait enim text. *in c. 1. §. ſed etiam res. per quos fiat inveſtit.* hanc eſſe ſententiam, rem quæ alienari non poteſt, nec in feudum dari poſſe, excepto uno caſu cum videlicet duo extant fratres & ad alterum eorum res à communi parente provenerit hæc res vendi non poteſt extraneo, ſed fratri, aut ſi frater emere recuſaret, alteri qui ſecundum fratrem ſit proximior: Hunc eſſe verum illius §. ſenſum tradit Fachinæus.

Sylvanus verò hanc reſponſionem jamdudum attulit, & eandem divinatione non carere ingenuè agnovit, dum ſtatuitur fratrem emere recuſaſſe ut ad proximiorem poſſit deveniri.

Itaque eam ex hac & multis aliis rationibus rejecit Pater *num. 24.* quas omnes Fachinæus ne verbo quidem attigit, ſed opinionem à parente ſatis refutatam ſola nominis ſui auctoritate tueri ſe poſſe credidit.

Qui

Qui verò rationes à parente adductas diligenter conſiderabit facilè intelliget in reſponſione illa Sylvani & Fachinæi acquieſcendum ſibi non eſſe. Et quis (ut alia omittam) Fachinæo dixit eum ad quem ſermo in c. illo dirigitur fratrum fuiſſe cum text. generaliter ſi quis ex agnatis tuis, &c. loquatur.

Nec juvat ipſum quod de communi parente in textu legitur. Neque enim fratres tantum ſed etiam collaterales quorum origo ad unum ſtipitem deducitur communem parentem habere dicuntur. Cum igitur ea quibus intellectum Sylvani laborare Pater oſtendit ſublata non ſint, non eſt quod eum Fachinæi cauſa ſequamur.

Nepos tantum ſuperſtes eſt] *Jan. ab Arcedura cap. 4. concl. 4. n. 41.*

Feudum ſuo jure recuperare poſſint] Hoc Doctores hic allegatos non dicere ait Pruckman *conſ. 4. num. 78. & ſeq. lib. 1.*

Ex quo ſequitur, ſi proximior agnatus] *Jan. ab Arcedur. cap. 4. concl. 4. n. 107. & ſeq.*

Id locum non habet, quando feudum eſt alienatum] *Pruckman. conſil. 4. nu. 42. vol. 1.*

QUÆSTIO VII.

DE AGNATIS CONSENTIENTIBUS ALIENATIONI: QUATENUS ſibi in jure revocandi præjudicent: & quid juris ſit, ſi ex multis in pari gradu exiſtentibus aliqui tantum conſenſerint: An item conſenſus iſte obſit hæredibus.

1. *Agnatus, qui fuit præſens alienationi, & tacuit, non cenſetur conſenſiſſe.*
2. *Conſenſus ex præſentia, & taciturnitate colligi ſolet.*
   Fallit in his, quæ quis contradicendo impedire non poteſt. n. 4.
3. *Agnati vivente poſſeſſore alienationem impedire nequeunt.*
4. *Tacens doloſè & fraudulenter pro conſentiente habetur.*
5. *Conſenſus quando præſumatur ex ſolâ præſentia.*
6. *Agnatus, qui requiſitus emere noluit, nihilominus feudum recuperare poteſt.*
7. *Filio non obeſt, qui ſperans hæreditatem ab inteſtato, noluit hæres inſtitui.*
8. *Alienare prohibitus extra familiam, hac poſt denunciationem emere recuſante, aliis vendere poteſt.*
9. *Niſi ex prohibitione illa agnatis jus aliquod quæſitum ſit.*
10. *Agnatis non ex ipſa alienatione, ſed ex prima conceſſione jus eſt quæſitum.*
11. *Agnatus tanquam teſtis ſubſcribens, vel nomine tutorio conſentiens in jure revocandi ſibi non præjudicat.*
12. *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
13. *Agnato proximiore conſentiente, ſequens in gradu non mox revocare poteſt, ſed tenetur expectare mortem conſentientis, & n. 25.*
14. *Conſenſus unius non obeſt agnatis in ſequenti gradu conſtitutis.*
15. *Idem obtinet, ſi multis in pari gradu exiſtentibus, unus conſenſerit.*
16. *Conſentiente uno ex pluribus agnatis, reliqui feudum totum revocare poſſunt, ſecundum quoſdam: & nu. 20. Alii contrà, quod pro parte tantum. n. 17. quæ ſententia firmatur n. 24.*
17. *Si uni ex multis agnatis feudum concederetur, reliqui pro parte ipſorum revocare poſſunt, & n. 27.*
18. *Agnatus ſicut vivo alienatore feudum revocare non poteſt, ita nec etiam partem alterius agnati conſentientis.*
19. *Ex pluribus dominis quibuſdam tantum conſentientibus alienationi, pro rata parte eorum conſiſtit alienatio. Idem in agnatis.*

21. Jure

Digitized by Google

21. *Jure προτιμήσεως multis competente, partes conſentientium reliquis accreſcunt.*
22. *Agnatus ſicut vivente alienatore refuſo precio poteſt revocare feudum alienatum, ita etiam vivo conſentiente reſpondetur num. 30.*
23. *Agnato remotiori ſi vendatur feudum, quibuſdam conſentientibus, reliqui pro parte tantum revocare poſſunt feudum. Secus ſi extraneo ſit venditum juxta Neviz. Contra n. 24.*
26. *A toto ad partem valet argumentum.*
28. *Jus revocandi ſine precio à ſucceſſione dependet, & eatenus competit, quatenus quis ſuccedit.*
29. *Conſenſus ratione certæ perſonæ præſtitus, illa perſona ceſſante, non obſtat conſentienti.*
30. *Jus revocandi & jus προτιμήσεως plurimum differunt.*
31. *Agnatus vivo alienatore, cur feudum precio redimere poſsit, & cur non item vivo conſentiente, ſine precio.*
32. *Partem quando faciat is, qui non admittitur ad partem.*
33. *Conſentiente defuncto, cæteri agnati ejuſdem gradus portionem ejus recuperare poſſunt.*
34. *Conſentientis portionem cæteri agnati ejuſdem gradus, eo vivo, ex jure προτιμήσεως redimere poſſunt.*
35. *Unus ex agnatis ſi jure ſuo uti nolit, quando cæteri totum feudum recuperent.*
36. *Conſenſus generalis ad omnes caſus porrigitur.*
37. *Conſentiens ut certæ perſonæ vendatur, non obligatur, ſi alii feudum venditum fuerit.*
38. *Conſenſus de perſona in perſonam non extenditur.*
39. *Perſona, cujus reſpectu quis conſenſit, ceſſante, convaleſcit jus conſentientis.*
40. *Agnatus ſi conſenſerit, ut feudum vendatur remotiori: Si deinde extraneo venditum fuerit, revocare poteſt.*
41. *Vendens rem conſangvineo poteſt eam deinde in extraneum translatam retrahere jure προτιμήσεως.*
42. *Conſenſum agnati hæredi ejus non obſtare, quò minus feudum revocare poſſit, pleriq; exiſtimarunt, niſi promittendo ſemet obligaverit. num. 47. Contrarium firmatur n. 48. & 50.*
43. *Conſentiens obligatur naturaliter tantum, declaratur n. 62.*
44. *Conſenſus ſimplex non abſorbet jus futurum.*
45. *Renunciatio non extenditur ad id, quod poſt mortem demum ſupervenit.*
46. *Conſentiens non tenetur de evictione.*
47. *Conſentiens in dubio duntaxat juri ſuo, non autem alieno renunciaſſe cenſetur.*
49. *Agnatis ſuccedentibus conſentienti non obeſt conſenſus defuncti.*
50. *Conſentiens non ſibi ſolum, ſed & hæredi præjudicat.*
51. *Conſentiens juri ſuo cenſetur renunciaſſe, & in alium transtuliſſe.*
52. *Conſentienti & hæredi ejus non datur regreſſus ad jus, cui renunciavit.*
53. *Conſentiens hoc ipſo alienare cenſetur.*
54. *Filiorum jus in feudis dependet à jure patris ipſorum.*
55. *Succedens in jus alterius non debet eſſe melioris conditionis quàm auctor ipſius fuit.*
56. *Filio conſenſus patris obeſt in feudo, etſi hæres non fuerit.*
57. *Pater delinquendo jus filiorum tollit, ergo etiam conſentiendo.*
58. *Alienando qui præjudicat alicui, idem conſentiendo præſtare poteſt.*
59. *Conſenſus & alienationis eadem eſt ratio.*
60. *Jus retractus etiam in conſentiendo locum habet.*
61. *Conſenſus patris niſi filiis obeſſet, feuda omni commercio eximerentur.*
62. *Conſenſus patris ut obſit filiis, nulla requiritur obligatio.*
63. *Feuda agnatis conſentientibus, ſine periculo firmiter alienari poſſunt.*

AGNATOS propter (*a*) conſenſum, quem alienationi adhibuerunt, à revocandi jure excludi, in præcedente quæſtione diximus: circa conſenſum verò iſtum multa ſunt notatu digna.

Primò † enim ad hoc, ut quis conſenſiſſe videatur, non ſufficit, eum præſentem fuiſſe alienationi, & tacuiſſe: ſed requiritur, eum conſenſum ſuum verbis, vel facto aliquo declaraſſe. 1

Tt Nam

Nam (*b*) etſi *gloſſ. in cap. 1. §. Praterea. Quibus modis feud. amitt.* exiſtimaverit, ſatis eſſe ad hunc conſenſum, quod quis præſens fuerit alienationi, & tacuerit, cui videntur adſtipulati *Jacob. de Belvis. & Bald. ibi:* idque clarius aſſerit Jacob. de S. Georg. *in tractat. feud. in verb. Et cum pacto de non alienando, col. 2. verſi. Sed quid ſi vaſallus,* monens propterea agnatos, ne ſint præſentes alienationi. A qua ſententia non videtur fuiſſe alienus *Curtius Junior in tractat. feud. part. quarta quaſtio. penultim num. 125. & Hannetonius libr. 7. cap. 7.* Interpretes tamen communiter in alia omnia diſceſsère, arbitrati, quod, etiamſi agnatus præſens fuerit, & tacuerit, illud tamen ei non obſit, quò minus deinceps feudum ad ſe reverſum revocare poſſit: quippe cum cogitare potuerit, jus ſuum ſemper ſibi durare, ut in ſimili dicitur, *in l. ſicut. §. non videtur. ff. Quibus modis pign. vel hypothec. ſolvatur, Ita poſt Andr. de Iſern. in d. §. Praterea: tenuit Præpoſit. & Matth. de Afflict. n. 9. Id. Affl. In c. 1. §. Titius. ſi de feud. defunct. Thomas de Marin. tit. de feud. ex pacto & providentia antiquo, numer. 71. & multis probat Tiraquell. de retract. gloſſ. 9. num. 150. ubi etiam num. 156. reſpondet ad gloſſ. in l. Cum proponas. C. de pactis aliter ſentientem.*

2 Neque † refert, quod alioqui ex ſcientia & præſentia conſenſus colligi ſolet, *ut not. DD. in l. Qua dotis. ſolut. matrimon. & in c. Qui tacet. de reg. jur. in ſexto.*

Nam ut cæteras exceptiones hujus regulæ prætermittam, ea vel ideo minus in propoſito locum habere pote-
3 rit, cum † agnatis, vivente alienatore, jus hoc revocandi ſine precio non competat, ſed demum eo mortuo incipiat, atq; adeò quamvis tempore contractus hi maxime reclamare vellent, tamen alienationem non poſſent impedire, ut quæſtione præcedente in prima limitatione firmavimus.

4 Etenim regulariter † taciturnitas in illis caſibus non præjudicat, in quibus quis contradicendo actum prohibere nequit, *ut per textum in l. Cajus: de pign. action. & in l. Titia. §. Lucio: de leg. 2. & in l. ſape de re. judic. not. Bart. in d. l. qua dotis. n. 20. quem ſequitur Alex. in conſil. 131. incip. In cauſa vertente. n. 5. vol. 2.* Et rationem iſtam ad propoſitum noſtrum accommodat Afflict. *in d. §. Praterea. n. 10.* Declarat tamen hanc etiam doctrinam Tiraquell. *in d. l. n. 156. & ſeq.* duob. mod.

Primò † ut non procedat, quoties apparet, quando doloſè & fraudulenter tacuiſſe, *per text. in l. ſi ſine. C. ad S C. Vellejan. & in l. 2. C. ſi alien. res pignor data ſit not. Bald. & Salic. in d. l. cum proponas:* Deinde ut locum non habeat, ſi agnatus per præſentiam aliquid feciſſet, quod conſenſum præ ſe ferret, ut ſi emtori perſuaſiſſet, ut emeret *l. ſi quis affirmaverit. ff. de dolo malo:* vel evictionem ſe præſtiturum ſpoſpondiſſet. *l. Exceptione. C. de evict. junct. l. vindicantem. ff. eo tit.* vel etiam ſcripſiſſet inſtrumentum venditionis *l. fidejuſſor. §. 1. de pign.*

Quinimo † etſi agnatus ad emendum feudum requiſitus fuerit, isq; facere id recuſaverit, hoc tamen nihil ipſi obeſt, ut ideo minus (*c*) poſt mortem alienatoris feudum ſuo jure recuperare poſſit: nam cum nulla probabili juris ratione cogi queat precio emere, quod paulò poſt decedente alienatore gratis recuperaret: meritò ſanè cogitavit, jus ſuum ſibi integrum eſſe, licet alii vendatur feudum, *prout docet Joann. de Anan. in conſil. 47. incip. Illud præſupponitur in fin. quem refert & ſequitur Albert. Brun. in conſil. 80. incip. Circa primum. n. 3. & Tiraquell. in d. loco. §. 1. gl. 9. n. 145. ubi inter alia confirmat hanc ſententiam doctrina Cyni. in l. ſi quando. in ult. quaſt. C. de inoffic. teſt.* dum eo loci concludit, nihil † obeſſe filio, ſi dixerit, ſe nolle hæredem inſtitui, quia malebat hæreditatem conſequi ab inteſtato, *argumento l. Mater. eod tit. de inoffic. teſt. & in l. 1. § gener. de leg. præſtand.*

Neq; † obſtat quicquam, quod ab 1
interpretibus vulgò traditum eſt, cum, qui

qui prohibitus fuit rem aliquam alienare extra familiam, poſſe illam vendere extraneo, ſi prius illis, qui ſunt de familia, denunciaverit, & hi emere noluerint, *ut per textum in l. qui Romæ. §. Cohæredes. de verbor. obligat. docent Bart. Bald. Angel. Jaſ. Socin. & cæteri ibi, & alii adducti per Tiraquell. in d. l. n. 114.*

9 Nam † interpretes eo in loco communiter iſtud reſtringunt, ut non procedat, quando vel ex hac ipſa prohibitione, vel alia ratione fideicommiſſum, vel ſimile quoddam jus inter agnatos eſt introductum, cujus vigore res iſta prohibita alienari, in familia remanere, & tanquam reſtitutioni ſubjecta ab uno defuncto in alium tranſire debet. hoc enim caſu ipſimet arbitrantur, quod, etſi proximior de familia fuerit requiſitus, isq; emtionem recuſaverit, nihilominus jus ſuum ipſi integrum ſit, *ut declarat Bart. Socin. & alii ibi.* Oſtendimus autem ſupra, agnatis ex prima conceſſione domini in feudo tale jus quæſitum eſſe, ut ab uno defuncto ad alium devolvatur. Non igitur doctrina illa, ſed potius ejus reſtrictio ad propoſitum
10 noſtrum pertinebit: cum † præſertim hoc caſu jus agnatorum non dependeat à prohibitione alienationis, neque etiam â tempore alienationis initium ducat, prout in caſu *d. §. Cohæredes*: ſed agnatis, priuſquam ad alienationem procedatur, in feudis jus ex prima conceſſione ſit quæſitum, cujus vigore, defuncto proximiore, feudum ad ipſos devolvi debet. Non itaque jus hoc alienatione vel obligatione ipſis invitis extorqueri poterit. *l. Id quod noſtrum: de reg. jur. cum ſimilibus faciunt, quæ pro ſolutione hujus contrarii tradidit Molinæus in conſuetud. Paris. tit. 1. §. 13. gloſ. 1. num. 6.*

11 Præterea † uſq; adeò præſentia abſque conſenſu expreſſo non obeſt agnatis, ut, etſi agnati tanquam teſtes ſubſcripſerint, non tamen inde conſenſus ipſorum colligatur: ſic, ſi tutorio vel curatorio nomine conſenſum, vel auctoritatem adhibuerint, jus tamen eorum proprium nihilominus ipſis ſalvum atque integrum eſt. *l. cum quadam. C. de adminiſtrat. tutor. §. Si tutor. inſtit. de inoffic. teſtam.*

Quippe † cum officium ſuum nemini 12
damnoſum eſſe debeat. *l. ſed ſi quis. ff. Quemadm. teſt. aper. l. Videlicet: Ex quibus cauſis major. l. ſi ſervus. §. Quod verò ff. de furtis. Tiraquell. in d. gloſ. 9. num. 142. & nu. 271. cum ſeqq.* Ubi multis etiam probat, aliud eſſe in procuratore vel advocato, itemq; in fidejuſſore: de quibus tamen omnibus videnda ſunt ea, quæ ibidem latè congeſſit: nunc digitum ſaltem eò intendiſſe ſufficerit.

Secundò † circa conſenſum a- 13
gnatorum notatu dignum eſt, quod, etſi agnatus proximior conſentiendo jus ſuum amittat, ita ut feudum revocare nequeat, non tamen propterea ex ſucceſſorio edicto locum faciat agnato ſequenti: ſed nihilominus ſequens agnatus teneatur expectare, donec illo defuncto, ſucceſſionis ordo ad ipſum pervenerit: interim verò, donec ſuperſtes eſt is, qui conſenſit, alienatio ex jure, quod vivus in feudo etiamnum habet, ſubſtinetur, *ut docet Andr. de Iſern. in c. 1. §. Hoc quoq. verſ. quærit hic gloſ. de ſucceſſio. feud. Alvarott. Martin. Laudens. in d. c. Titius. & ibi etiam Matth. de Afflict. num. 7. & Albert. Brun. in conſil. 80. incip. Circa primum conſultationis: & nos quæſtione proximè præcedente in ſecunda limitatione latius declaravimus.*

Quemadmodum † autem con- 14
ſenſus proximi agnati non mox locum facit ſequenti, ita nec etiam (id quod tertio loco hic obſervandum) conſenſus proximioris hoc defuncto, obeſſe poterit reliquis agnatis quò minus hi, quando & quatenus ſucceſſionis ordo ipſos tangit, revocare poſſint feudum alienatum. Nam qua ratione alienatio poſſeſſoris agnato non nocet, ut quæſtione proxima multis firmavimus: eadem

dem etiam multò minus conſenſus unius cæteris obeſſe poterit, cum, ut jam dictum eſt, minus ſit conſentire, quàm alienare. Ex quo fit, ut, ſi vaſallus conſentiente proximo agnato in remotiorem alienaverit feudum, tum illi, qui medii ſunt inter proximiorem, qui conſenſit & remotiorem cui facta eſt alienatio, poſſint defuncto alienatore & agnato conſentiente alienationem revocare, *ut docuit Andr. de Iſer. in d. §. Hoc quoque. verſ. Et olim. col. 2. Bald. in c. 1. col. pen. de alien. feud. Præpoſit. in c. Titius. col. pen. verſ. Circa ultimum dubium. Si de feud. content. inter dom. & agnat. Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verbo. & cum pacto. de non alienand. col. 9. verſ. Sed moveo vobis. & col. ſequent. verſ. Tertia concluſio. Zaſius in Epitom. feud. part. 9. verſ. Pone, ſi vaſallus.*

15 Atque † hoc quidem non ſolum procedit in agnatis in diverſis gradibus conſtitutis, ſed etiam, quando ex pluribus agnatis ejuſdem gradus unus, vel aliqui conſenſerunt alienationi. nam conſenſus iſte cæteris non conſentientibus præjudicare non poſſet, quippe cum hoc etiam caſu eadem ſubſit ratio: quam circa alienationem quæſtione proxima, in tertia ampliatione conſideravimus.

Quæ enim ratio efficit, ut unius alienatio cæteris in pari gradu exiſtentibus non officiat, eadem etiam præſtat, ne unius conſenſus reliquis præjudicium afferat, *ut diſertè docuit Jacob. de Ardizo in ſua ſummo feudali cap. 178. tit. Utrum agnatus faciens pactum. Martinus Laudenſis in d. c. Titius. col. 4. verſ. Si verò alienatio fuerit facta. Si de feud. defunct. Albert. Brun. in d. conſil. 80. col. fin. Nevizan. conſil. 10. incip. In cauſa horum nobilium. num. 17.*

16 Sed † hinc quæri ſolet, an hoc caſu uno ex multis in eodem gradu exiſtentibus conſentiente, reliqui, qui non conſenſerunt, in ſolidum revocare poſſint feudum, an verò duntaxat ratis ipſorum portionibus contenti eſſe cogantur. *Jacob. de Ardizo ſupra citato loco* in hac quæſtione nihil certi definit, ſed tantum more ſuo titubando utranque referens opinionem, ſi quidam, inquit, agnati conſenſerint, & quidam non; conſentientes retractabunt in ſolidum fortè: Iniquum enim eſſet, voluntate unius etiam ex modica portione ſociis cæteris præjudicari. *arg. ff. de aqu. pluv. arcend. l. Sin autem. de ſervitut. ruſt. prædior. l. per fundum. & commun. prædior. l. Si quis duas. §. ultim. & de injur. l. Sed ſi unius. in princ. & de bonis libert. l. Julianus. §. planè. & de evictio. l. Si quis fundum. & de leg. 2. l. cum pater. §. Libertis. & de magiſtrat. conveniend. l. 1. primo reſponſo. & Mandati. l. ſi pendente. §. 1. & quorum legatorum. l. 1. §. Si alter ex hæredibus. & de ſeparationibus l. 1. §. quæſitum. deinde verò ſubjungit. vel pro parte, quod dic. ut proxime notavi. §. Si tamen plures hæredes. & §. Ubi vero eſt vaſallus alicujus. & §. ubi plures. & infra in ſumma. de feud. ſucceſſ. §. Sed quæritur an teneatur cuilibet in ſolidum:* quibus in locis quærit: quando vaſallus alienat (*d*) cum licentia unius ex dominis, & non omnium, an ille, qui non conſenſit, poterit pro ſua tantum parte revocare feudum, an in ſolidum: neque tamen certò pedem figit, ſed magis videtur eò inclinare, quaſi jus revocandi hoc caſu in ſolidum competere exiſtimet. *prout in hanc ſententiam eum refert Albertus Brunus in d. conſil. 80. in fin. ubi etiam ait. Baldus in quodam ſuo conſilio incip. Facti evidentia, in ultimis verbis vol. tertio. idem ſenſiſſe*, addens pro hac opinione, quod regulariter is, qui non admittitur ad partem, non facit partem. *l. Hujuſmodi. §. Si Titio. cum ibi not. de leg. 1. not. in l. plane. §. Si duobus eod. tit.* ubi habetur, an filia excluſa à ſucceſſione per legem, ſive ſtatutum ſive renunciationem, faciat partem in legitima.

Idem † tamen Albertus Brun. in loco citato conſtanter aſſerit, in propoſita facti ſpecie agnatos, qui non conſenſe-

ſenſe-

ſenſerunt, non niſi pro rata portione feudum recuperare poſſe. Movetur autem primò doctrina Bald, *in c. 1. §. Hoc quoq. de ſucceſſio. feud.* Ubi *in verſ. Septima concluſio*, claris verbis inquit: ſi multi eſſent agnati, & uni eorum feudum concederetur in præjudicium aliorum, quod tum alii poſſent revocare pro parte, quæ ſibi contingit. *l. filius. §. 1. de leg. 1. not. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſſ. l. cum pater. §. filia. de leg. 2.*

18 Secundò † conſiderat, quod vivo alienatore agnatus non poteſt revocare feudum alienatum, quia illo vivo, non cenſetur ei fieri præjudicium, *ut docet Andr. de Iſern. in c. 1. §. Hoc. quoq. verſ. Quærit hic gloſ. de ſucceſſio. feud.* ſicut ergo ratione temporis non prius admittitur, quàm, defuncto alienatore, ſuccedendi via ei aperiatur, atq; adeò tum demum, quando ſuccedendi ordo ipſum attingit, revocare poteſt: ita etiam habita conſideratione rei, credendum eſt, agnatum eam partem tantummodo revocare poſſe, in qua alioqui ſucceſſiſſet, ſi feudum non fuiſſet alienatum: non autem illam, in qua, etiam re integra, ſuccedere non potuiſſet, tum quia valet argumentum à re ad tempus. *l. Miles ita. de militar. teſtament. not. in l. Vinum. Si cert. petat.* Ex quo veriſimile fit, ut, ſicut tempus, quod ſucceſſioni obſtaculo eſt, revocationem impedit, ita etiam portio, in qua non ſuccedítur, revocari non poſſit, tum etiam, quia jus revocandi fundatum eſt in jure quod aliquis habiturus eſſet, alienatione non facta.

19 Tertiò † ſumit argumentum ab alienatione facta, conſentientibus quibuſdam ex pluribus dominis, aliis verò non conſentientibus. nam hoc caſu feudum non in totum, ſed duntaxat pro rata portione eorum, qui non conſenſerunt, amittitur, *ut tenet Bald. in c. 1. verſ. Sed quid ſi ſunt plures. de prohibit. feud. alienatio. per Frederic.* idem ergo in agnatis dicendum, ut illi, qui non conſenſerunt, tantum pro ea parte, in qua alioqui ſucceſſuri eſſent, revocare queant.

Sed † etſi hæc ſententia probabilibus videtur ſubnixa fundamentis, tamen Joann. Nevizan. *in d. conſil. X. nu. 17.* contra exiſtimat, agnatos, qui non conſenſerunt, poſſe in ſolidum revocare feudum, motus primò auctoritate Jacob. de Ardizo. *in loco ſupra adducto.* Hunc enim arbitratus eſt in verbis ſupra relatis idem ſenſiſſe. Deinde auctoritate Bald. *in conſilio ſupra citato*, quod ait eſſe *conſil. 16. vol. 3.* Sed hactenus reperire non potui. 20

Tertiò † arbitratur hoc probari etiam ex eo, quod in ſimili tradidit Matth. de Afflict. *de jure προτιμήσεως col. 18. verſ. Decimo nota & col. 21. verſ. Subſequenter. & verſ. ultimo nota.* Ubi concludit, quod in caſu, quo jus revocandi ex jure προτιμήσεως pluribus competit, partes eorum, qui conſenſerunt, accreſcant illis, qui non conſenſerunt, atque adeò hi rem alienatam in ſolidum revocare poſſint. Id quod etiam elucet ex iis, quæ tradit Tiraquell. *de retract. tit. 1. § 23. gloſſ. 1. & in §. XI. gloſ. 7.* ubi videmus, quod, etſi jus retractus pluribus in eodem gradu exiſtentibus pro rata duntaxat ipſorum portione competat, tamen nihilominus cæteris eo jure uti nolentibus, unus ex illis rem totam revocare poſſit. Idem ergò in propoſito dicendum videtur. 21

Cui rationi accedit quartò, quod † agnatus non ſemper tenetur expectare mortem alienantis, ſed vivo etiam eo, poteſt, refuſo tamen precio, feudum recuperare, *ut probatur in d. c. Titius. & latius videbimus infra quæſtione undecim.* 22

Hinc etiam colligi poſſe videtur, quod, ſicut perſona alienantis, & jus, quod ſibi in feudo etiamnum competit, non obſtat agnato, quò minus feudum revocare queat: ita nec etiam perſona conſentientis impedimento ſit,

ut ideo minus portionem ejus revocare valeat, ſed potius, quemadmodum portionem alienantis revocare poteſt, ſic etiam portionem conſentientis, ſiquidem utrobiq; eadem ſubeſt ratio. Ex quo etiam ſecundum fundamentum Bruni aliquo modo labefactari videtur. Idq; cum olim quæſtio hæc incidiſſet, neq; mihi ſatis notum eſſet, in quo jus revocandi, defuncto alienatore, differret à jure redimendi, eo vivo, (quippe cum hæc ſæpius ab interpretibus confundantur) haud parvum, ut ingenuè fatear, ſcrupulum mihi injecit.

23 Tandem † tamen idem Nevizan. admittit, poſſe eſſe locum opinioni Albert. Brun. eo in caſu, quando agnato remotiori feudum alienatum fuerit: ſecus autem, quando extraneo. In primo enim caſu alienatio non ita eſt inviſa, ſicut in ſecundo. Non mirum igitur, cur in illo feudum non in totum revocetur, ſicut in hoc, quando videlicet feudum eſt extraneo conceſſum.

24 Verum † enimverò hæc atque alia hujus generis ejus momenti non ſunt, ut propterea à ſententia Alberti Bruni recedendum ſit: quin potius ſecundum eam exiſtimo, conſentientibus quibuſdam ex agnatis, in pari gradu exiſtentibus, cæteros, qui non conſenſerunt, defuncto alienatore, non niſi pro rata portione feudum revocare poſſe, ſive id in agnatum, ſive in extraneum alienatum fuerit. In quam ſententiam me vocat primo, quod paulò ante diximus.

25 Vivente † eo, qui conſenſit, alterum agnatum, qui proximum poſt illum obtinet locum, feudum revocare non poſſe, *ut docet Iſernia in d. c. 1. §. Hoc quoque: verſ. quærit hic gl. de ſucceſſ. feud. Alvarott. & Laudens. in d. c. Titius. & ibi Afflict. n. 7. Si de feud. defunct.* Si enim hoc ita procedit in revocatione totius feudi alienati, quod integrum ad agnatum pertinuit, utique idem locum ſibi vendicabit in parte, quæ ad alterum ex proximioribus agnatis ſpectat, ut videlicet, alter portionem conſentientis, vivo illo, revocare nequeat.

Quod † enim juris eſt de toto, quo ad totum, idem juris eſt de parte quò ad partem. *l. Quæ de tota, in princ. & ibi not. gloſſ. & Bart. de rei vendic. l. Jurisgentium. §. adeo, & ibi Jaſ. de pactis. l. ſi cui in princ. verſ. Proinde, de leg. 1.* Neq; refert, quod Nevizan. hoc animadvertens putat, doctrinam iſtam duntaxat procedere reſpectu agnatorum, qui ſunt in gradu remotiori, quàm eſt ipſe conſentiens: ſecus verò eſſe in agnatis, qui in pari ſunt gradu. Nulla enim poterit reddi probabilis ratio, cur uno caſu magis, quàm alio debeat expectari mors conſentientis, quin potius eadem utrobique ſubeſt ratio. Nam ſicut agnati remotiores non admittuntur, viventibus proximis, qui conſenſerunt: quia ipſis ante mortem conſentientium jus ſuum nondum eſt apertum, ut ſupra diximus, ita & agnato vivente altero æquè proximo jus in portione ipſius nondum eſt apertum, quare neq; ejus revocandi facultas competere poterit. de quo paulò poſt plura dicemus.

Secundò † me movet id, quod ab interpretibus communiter traditum eſt, feudo uni ex multis agnatis ejuſdem gradus alienato, cæteros pro portionibus ſuis illud revocare poſſe, *ut non ſolum docuit Bald. in d. §. Hoc quoq. Sed idem etiam aſſeruerunt Præpoſit. in d. c. Titius. col. penult. ſi de feud. defunct. content. ſit. & ibi etiam Laudenſis. colum. 4. verſ. Si verò alienatio fuerit facta agnato. Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. & cum pacto de non alienando. colum. 9. verſ. in iſta materia. Zaſius in Epitom. feud. part. 9. num. 25. & alii in quæſtione præcedente ampliatione tertia ad hoc citati.*

Si enim hoc in alienatione in unum agnatorum facta obtinet: certè nulla juſta cauſa ſubeſſe poteſt, cur non idem

etiam

etiam in caſu, quo unus ex multis agnatis conſentit alienationi, admittendum, atque hinc concludendum ſit, etiam in hac facti ſpecie cæteros non niſi pro rata portione feudum revocare poſſe.

Tertiò hanc ſententiam magis etiam nobis perſuadent rationes, unde doctrinæ iſtæ, de quibus in præcedentibus duobus argumentis verba fecimus, deſcendunt.

28 Nam † ſi jus revocandi, quod agnatis poſt mortem alienatoris competit, diligentius inveſtigaverimus, manifeſtum erit, iſtud ſolum jure ſuccedendi ex prima inveſtitura quæſito inniti. Jus autem hoc ſuccedendi ea lege, atque conditione eſt partum, ut agnatis tum demũ rectè competere incipiat, quando ſuccedendi ordo ipſos tangit, interim verò illi, donec alius in medio eſt, qui propior exiſtens viam ipſis præcludit, ſuccedendi jure iſto, atq; adeò revocandi jure uti nequeant. Unde fit, ut neq; vivente alienatore agnatus proximior feudum alienatum revocare poſſit, neq; etiam defuncto alienatore, iſtud recuperare queat remotior, quã diu ſuperſtes eſt proximior, qui vel conſenſit, vel alioqui revocare noluit, *ut in quæſtione præcedente limit. 1. copioſius diximus.* Deinde hoc ipſum jus ſuccedendi, de quo in propoſito verba facimus, etiam hanc habet annexam conditionem, ut, ſi iſtud pluribus in eodem gradu exiſtentibus deferatur, ſingulis pro portionibus æqualibus quæſitum cenſeatur: ex quo efficitur, ut jus revocandi etiam ſingulis pro rata ipſorum portione competat: & quod conſequens eſt, ſi uni ex pluribus agnatis in eodem gradu exiſtentibus feudũ venditum fuerit, ut cæteri tantum pro rata portione iſtud revocare poſſint, prout ſupra in quæſtione præcedente ampliatione tertia dictum fuit. Ex his itaque duabus rationibus ſimul junctis manifeſtum eſt, ſi uno ex pluribus agnatis ejuſdem gradus exiſtentibus, conſentiente, feudum alienatum fuerit, quod tum reliqui portionem ejus minimè revocare queant, ſed ſolum ratis portionibus contenti eſſe teneantur. Nam certum eſt, ſingulis agnatis ejuſdem gradus non in ſolidum, ſed pro portionibus tantũ jus eſſe quæſitum, & quàm diu ſuperſtes eſt is, qui conſenſit, tam diu reliquos in portione ejus nullum ſuccedendi jus habere: quomodo igitur quæſo portionem illam revocare poterunt? cum, ut dictum eſt, revocandi facultas à ſuccedendi jure tota dependeit, & eatenus quis feudum recuperare poſſit, quatenus ex ſucceſſione ſibi jus eſt quæſitum. reliqui autẽ agnati in portione ejus, qui conſenſit, quàm diu is in medio eſt, ſuccedere omnino nequeant, ſuccedendi via ipſis præcluſa. Denique ſuffragatur hiſce, quoniam ſi admitteremus, agnatos cæteros poſſe revocare portionem ejus, qui conſenſit, hoc ipſum omni penitus effectu careret, cum nihilominus integrum eſſet illi, qui conſenſerat, portionem ſuam ab agnato, qui eam revocaverat, recuperare: cum tantummodo ratione illius, qui primo fuerat feudũ venditum, conſenſerit: & † quoties conſenſus ratione certæ perſonæ eſt adhibitus, ceſ- 29
ſante illa perſona, reconvaleſcat jus cõſentientis. *c. 1. de eo, qui fin. fecit agnat. l. ſi actione. C. de pactis. l. Paulo Callimacho. §. Pomponius, de leg. 3. Matth. de Afflict. in d. c. Titius. nu. 36. de quo paulò poſt plura videbimus.* Hiſce igitur rationibus adductus huic ſententiæ omnino adſtipulandum exiſtimo, & memini in hanc ſententiam, me concipiente, olim reſpondiſſe Scabinos Lipſenſes. Non obſtant ea, quæ à Nevizan. in medium afferuntur. Nam quod attinet ad auctoritatem Jac. de Ardizo, is, ut ex verbis ſupra relatis evidens eſt, utranq; opinionem recenſet, nec quicquam certi concludit: quin potius, dũ ultimo loco refert ſententiã à nobis defenſam, illi ſubſcribere cenſetur. Jura verò pro prima opinione ab illo adducta plæraq; iis in

caſibus loquuntur, in quibus pluribus jus in ſolidum quæſitum fuit, ut non mirum ſit, cur ſinguli in ſolidum iſtud exercere queant, cum interim in propoſito ſingulis pro portionibus duntaxat ipſorum ſuccedendi jus, atq; adeò revocandi facultas detur, ut ſupra diximus. Nihil itaque jura illa ad propoſitum noſtrum pertinere poterunt: neque ex rationibus ſupra conſideratis difficile erit etiam ſingulis magis in ſpecie reſpondere. Conſilium autem Baldi, quo ſecundo loco nititur Nevizan. hactenus reperire non potui, & dato, eum hoc ita aſſeruiſſe, tamen cum idem contrarium in locis paulò ante citatis manifeſtè docuerit, in aperto eſt, quantum ſit auctoritati ejus tribuendum, neq; admiratione opus eſt, eum, qui rarò ſibi conſtat, etiam in hoc articulo variaſſe.

30 Tertium † etiam argumentum à jure προτιμήσεως deſumtum facilè diſſolvi poteſt: cum inter jus iſtud & revocandi facultatem, de qua in propoſito verba facimus, manifeſta ſit differentia. Nam, ut paulò ante dictum fuit, jus revocandi à ſuccedendi facultate penitus dependet, uſq; eò, ut quis jure iſto prius uti non poſſit, quàm ſuccedendi via ſibi aperta fuerit, neq; etiam jus hoc exercere queat ultra, quàm ex ſucceſſione ſibi eſt delatum. Ex quo fit, ut is, qui in portione feudi tantum ſuccedit, non niſi pro ea parte feudum revocare poſſit, quàm diu ſuperſtes eſt is, qui ſucceſſione alteram portionem quæſivit, & alienationi conſenſit. At jus προτιμήσεως, de quo in tertio objecto dictum fuit, peculiari quadam ratione introductum, abſque eo, quod ſucceſſio ad aliquem pervenerit, redimendi facultatem omnibus & ſingulis, in proximiori gradu exiſtentibus in ſolidum tribuit, ita ut omnibus ejuſdem gradus concurrentibus ſinguli pro rata: altero verò eorum non redimente, cæteri rem totam redimere poſſint, *ut videre licet apud Tiraquell. de retract. §. 10. gl. 10. num. 2. & 3.* Quamvis igitur res aliàs ſecundum ſuccedendi rationem pro parte tantum pertineret ad aliquem: nihilominus tamen is in totum eam redimere poterit, non enim alter conſentiens alteri jus ſuum conſuetudine in ſolidum conceſſum auferre potuit. Quinimo jus προτιμήσεως natura ſui non ſolum proximiori, ſed omnibus de cognatione competit, ea lege, ut, ſi proximior redimere nolit, remotior, illo adhuc ſuperſtite, jure iſto uti poſſit, *ut docet Tiraquell. de retract. §. XI. & §. 14.* Unde plerique interpretum putarunt, idem etiam in feudis admittendum, *de quo tamen plura dicturi ſumus infra quæſtione 12.* Iſtud duntaxat ea de cauſa hoc loco monere voluimus, ut oſtenderemus, jus προτιμήσεως, quò ad hunc effectum, penitus ſejunctum eſſe à ratione ſuccedendi. Deinde ex hoc ipſo alia reſultat differentia, quoniam jure revocandi quis uti nequit, quamdiu durat jus alterius, qui in proximiori gradu exiſtens, vel alienavit feudum, vel conſenſit, quemadmodum quæſtione præcedente copioſè probavimus. Jure autem προτιμήσεως rem alienatam redimere poteſt etiam durante jure alienatoris, vel conſentientis. Præterea juri revocandi tum demum via aperitur, quando ſoluto jure auctoris etiam jus acceptoris eſt ſublatum, atque adeò contractus penitus in irritum revocatur. *c. 1. §. ſi verò vel totum. Qual. olim feud. poter. alien. c. 1. §. ſi aliquis. Apud quem vel quos.* cum è contrario jus προτιμήσεως non tam annullet contractum prius initum, quàm de perſona in perſonam transferat, & ſic eum ex jure auctoris firmum atq; ratum adhuc eſſe omnino præſupponat. Non igitur ea, quæ de jure προτιμήσεως tradita reperiuntur, ad jus revocandi, de quo hoc loco agimus, accommodari poterunt. Eodem etiam modo tolluntur ea, quæ de agnatis vivo alienatore, feudum refuſo precio revocantibus dicta fuerunt. nam, † *ut infra quæſt. XI.*

latius

latius demonſtrabimus, hoc ipſum ex jure προτιμήσεως deſcendit, & eandem cum illo habet rationem. cumque, ut modò diximus, in jure προτιμήσεως non conſideretur jus ſucceſſionis, neque etiam referat, utrum jus ejus, qui vel alienavit, vel proximior in gradu exiſtens conſenſit, adhuc duret, ſed potius hoc ipſum, ut videlicet ex iure alienantis etiamnum ſubſiſtente, firma atque valida ſit alienatio, exigatur, & ut res inde redimi poſſit, eam alienatam eſſe ſufficiat. Ideo non mirum, cur vivente alienatore, vel conſentiente, atq; adeò jure ipſorum durante, feudum alienatum revocari poſſit. Quod in jure revocandi ſine precio, longè aliter ſeſe habet, ut ex iis, quæ hactenus aſſeruimus, manifeſtum eſt. Quinimò ſi rectè animadverterimus, argumentum iſtud utpote ex rebus penitus diverſis & ſeparatis extructum omnino non concludit. Nam cum hic agamus de agnato ſine precio revocante feudum, defuncto alienatore, idq; plurimum differat, ab eo caſu, quando vivo alienatore, vel conſentiente, precio feudum redimitur, ut ſatis à nobis jam eſt oſtenſum, nulla ſanè ratione ex eo, quod feudum vivo alienante, precio redimere licet, colligi poterit, etiam vivo conſentiente ſine precio (de quo nunc quærimus) iſtud recuperari poſſe: quippe cũ à ſeparatis nulla illatio fieri queat, multò verò minus à contrariis, qualia ſunt illa, ſine precio, & cum precio recuperare. Argumenti quidem hujus ratio tum demum rectè conſtaret, ſi ex eo, quod vivente alienatore feudum precio redimitur, colligeretur: ergo etiam vivo cõſentiente recuperari precio poteſt, id quod, ut paulò poſt dicemus, facilè concedimus: atqui inde velle inferre, quaſi etiam ſine precio hoc integrum ſit, id omni probabili concludendi medio caret, & penitus ab-

32 ſonum eſt. Quod † attinet ad regulam illam, quæ docet, quod is, qui ad partem non admittitur, partem non faciat, ad illam etiam facilè reſponderi poteſt. Nam interpretes eam communiter reſtringunt, ut locum non habeat, quando apparet, quem portione ſua ſe abdicaſſe in favorem alterius, quàm cohæredum. hoc enim caſu cum nihilominus partem facere, neque propterea portionem ejus reliquis hæredibus accreſcere, concludunt, inde inferentes, filium, qui hæreditati paternæ renunciavit, vivente patre, & ipſius intuitu, reliquis partem facere in legitima, *ut not. DD. in Auth. Noviſſima. C. de inoff. teſtament. & in l. 1. C. Quando non pet. part.* Certum eſt autem, eum, qui conſentit alienationi, non conſentire in favorem reliquorum agnatorum, ſed potius in commodũ vendentis & ementis. ex quo etiam jus ſuum in ementem transferre cenſetur. Quare vel ex hac ipſa doctrina apparet, eum reliquis partem facere, neq; hoſce portionem ſuam, quam conſentiendo in alium transferre voluit, revocare poſſe. Et quicquid alioqui juris ſit in cæteris caſibus, tamen in propoſito palam eſt, quod, etſi is, qui conſenſit alienationi, revocare nequeat, tamen nihilominus partem faciat in rata portione ſibi ex ſucceſſione in feudo quęſita, & quod hoc ipſo obſtaculo ſit, cæteris in pari gradu exiſtentibus, ne in portione illa ſuccedant, neq; adeò durante jure conſentientis, portionem ejus revocare poſſint. Conſideratio verò Nevizan, qua diſtinguit inter feudum venditum extraneo & agnato, ex ratione ſupra in tertio fundamento adducta penitus corruit. Hanc enim utroq; in caſu generaliter locum habere, ex iis, quæ hactenus diximus, manifeſtè liquet.

Eſt † tamen hoc loco advertendum, id, quod probavimus, uno ex agnatis ejuſdẽ gradus conſentiente, cæteros nõ niſi pro ratis portionibus feudum revocare poſſe, ita accipiendum eſſe, ut procedat tantummodo, ſuperſtite cõſentiente. Nam eo ſine hęredib. maſculis defuncto, nihilominus reliqui agnati, 33

agnati, ad quos ſucceſſio pertinet, etiam eam portionem revocare poterunt: cum hoc caſu non ſolum omnes rationes ſupra in contrarium conſideratæ ceſſent, ſed eædem etiam hoc ipſum ſuadeant. Quemadmodum enim ex illis rationibus poſt mortem proximioris agnati, qui conſenſit, reliqui in ſequenti gradu exiſtentes, feudum alienatum revocant, *ut ſupra oſtendimus*: ſic etiam portionem unius agnati conſentientis, eo defuncto, reliqui ejuſdem gradus recuperare poterunt, utrobiq; eadem ſubſiſtente juris ratione.

34 Deinde † ex iis, quæ de jure προτιμήσεως paulò ante aſſeruimus, apparet, huic doctrinæ noſtræ duntaxat locum eſſe in jure revocandi, quod poſt mortem demum alienatoris competere incipit, nō autem in jure προτιμήσεως, quod vivente alienatore redimendi facultatem præſtat. Sicut enim jus iſtud redimendi, etiam ſuperſtite eo, qui alienavit, competit, ita nulla cauſa ſubeſt, cur non etiam, ſuperſtite eo, qui conſenſit, cæteri in pari gradu exiſtentes, eo jure uti poſſint, *ut patet ex locis ſupra adductis: & infra quaſtione 12. de eo pluribus agemus.*

35 Præterea † concluſio noſtra reſtringenda videtur, ut locum non habeat, quando apparet, alterum ex agnatis in pari gradu exiſtentibus jure ſuo non in favorem alienantis, vel acquirentis feudum, ſed aliam fortè ob cauſam agnatorum præſertim commodum reſpicientem uti nolle: tum enim, quia portio ejus deficiens reliquis accreſcit, nihil impedit, quò minus totum feudum recuperare poſſint; ut colligitur ex iis, quæ declarando regulam de non ſuccedente, & partem tamen faciente paulò ante diximus.

36 Quartò † circa ea, quæ de conſenſu agnatorum hactenus diximus, advertendum eſt, plurimum referre, quemadmodum agnatus alienationi conſentiat. Si enim conſenſum ſuum non habito reſpectu ad certam perſonam generaliter adhibuerit, tum expeditum eſt, hunc conſenſum generalem omnem etiam caſum complecti, neque intereſſe, cui feudum venditum fuerit, *ut eſt textus in l. Si quis pro eo. §. Si nummos, de fidejuſſor. quem ad hoc allegat. Iſern. in c. 1. col. 3. in princ. ibi, ſed ſi ſimpliciter. qui ſucceſſ. tenean. & hoc in ſpecie docuit etiam idem Iſern. in c. Imperialem. & ibi Camerar. in 3. concluſ. circa materiam extenſionis conſenſus, mihi pag. 350. ubi pluribus hoc comprobat.*

Quòd † ſi verò agnatus reſpectu certæ perſonæ conſenſerit, tum niſi illi perſonæ vendatur feudum, conſenſus iſte ſibi non præjudicat, quò minus feudum in alium alienatum revocare poſſit.

Nam † conſenſus de perſona in perſonam non extenditur, *ut probatur in l. ſicut. §. Si debitor. Quib. mod. pignus vel hypotheca ſolvatur. facit textus in l. 1. §. permittitur. ff. de aqu. quotidian. & æſtiva. & in l. Cum patronus. ff. de leg. 2. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus de verbor. obligat.* & in ſimili de conſenſu à domino adhibito in alienatione feudi idem docuit *Andr. de Iſern. in d. c. Imperialem, quem ſequitur Camerar. in ſecunda concluſio. mihi pag. 342. ubi plura in hanc ſententiam accumulat, & tandem addit, hanc eſſe communem * opinionem.*

Quin † etſi perſonæ, cujus intuitu & reſpectu agnatus conſenſerat, feudum venditum fuerit, tamen ceſſante deinde perſona illa, reconvaleſcet jus conſentientis, *ut per textum in c. 1. de eo, qui finem fecit agnat. & in l. ſi actione. C. de pactis. & in l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. de leg. 3. docet Math. de Afflict. in d. c. Titius. num. 25.* inde inferens, ſi † agnatus feudum alienaverit in agnatum remotiorem, conſentiente proximiore agnato, & ille remotior agnatus tranſtulerit illud poſtea in extraneum, quod agnatus proximior, qui conſenſit agnato remotiori, à quo cauſam habet extraneus, poſſit non obſtante conſenſu revocare alienationem: quia

conſen-

Digitized by Google

conſenſus fuit præſtitus ratione conſanguinitatis: ideo ceſſante iſta conſanguinitate poterit ille agnatus proximior, qui primò conſenſit, revocare alienationem, mortuo agnato remotiore.

1 Pro † quo optimè facit, quod tradit Florian. *à S. Petro in conſil. 371. inter conſilia Petr. de Anchoran. incip. Quod dicta domina. nu. 3. in fin.* ubi exiſtimavit, ſi quis vendiderit rem aliquam conſanguineo, & is poſtea eam vendiderit extraneo, quod tum nihilominus primus venditor, tanquam conſanguineus poſſit retrahere rem à ſecundo emtore, quia non revocat priorem venditionem, ſed poſteriorem: quod poſt alios, quos refert, ſequitur Tiraquell. *de retract. §. 1. gl. 9. nu. 44. motus per text. in d. c. 1. de eo, qui finem fecit agnato.* ubi is, qui renunciavit feudum ſuo agnato, non excluditur, quin poſtea moriente eo, ſine liberis, admittatur ad idem feudum.

Ex eadem ratione deſcendit, quod, etſi agnatus proximior conſenſerit, ut feudum vendatur remotiori, ſi tamen non expreſſe actum fuerit, ut remotior emens tanquam de feudo novo inveſtiretur, hoc defuncto ſine liberis, proximior, conſenſu ſuo non obſtante, ſuccedere adhuc poſſit, *ut not. Iſern. Bald. Alvarott. Præpoſit. & Afflict. in d. c. 1. de eo, qui fin. fecit agnat. & in c. 1. §. fin. Si de feud. defunct. content. Hinc docuit idem Afflict. in c. 1. nu. 4. de alienat. feud. patern.* quod ſi alienationi conſenſerint agnati proximiores intra quartum gradum conſiſtentes, atque etiam illi, qui ultra eum gradum remoti ſunt: Is verò, qui quarto erat gradu conſtitutus, quia non conſenſerat, feudum proximioribus defunctis revocaſſet, & iſtud denuo alienaſſet remotioribus, conſenſum primæ alienationi adhibitum non obeſſe, quò minus feudum alienatum revocare poſſint, tum quia primò conſenſerant duntaxat in favorem emtoris, non autem in commodum agnati in quarto gradu exiſtentis, tum etiam, quia caſus iſte de novo ſupervenit, ut veriſimile non ſit, de eo tempore conſenſus cogitatum fuiſſe. Non igitur is ad hunc caſum extendi poterit. *l. Mater decedens. de inoffi. teſtam. l. Tres fratres. ff. de pact. l. Qui cum tutorib. de tranſact. l. ſi de certa. C. Eod. tit.* Sed quemadmodum ceſſante perſona, vel cauſa, ob quam conſenſus fuit adhibitus, etiam effectus, hujus cōſenſus expirat, ne præpedimento ſit conſentienti: Ita vice verſa, quàm diu durat eadem perſona, vel cauſa, propter quam conſenſus acceſſit, tam diu etiam durabit ejus effectus. *c. 1. §. Præterea. Quib. mod. feud. amitt.* ex quo elegantem caſum decidit Matth. de Afflict. *in d. c. 1. n. 2. & 3. de alien. feud. patern.* Quærit enim ibi, ſi quis feudum alienaverit cōſentiente agnato remotiore, & proximior, qui non conſenſerat, iſtud revocaverit ab emtore, & deinde decedens ſine hærede feudum ad agnatum remotiorem devolverit, utrum primus emtor à remotiore agnato ex priſtino ejus conſenſu feudū hoc repetere poſſit. Et remotiorem ex conſenſu ſuo obligatum eſſe, ut feudum permittat emtori, concludit Afflict. motus, quoniam is, qui conſentit, cenſetur ipſe alienare, & jus ſuum in emtorem transferre. *l. Alienationis. de verbor. ſignif. c. paſtoralis. de donat.* Verùm hæc deciſio probabili dubitandi ratione non caret, cum revocatione à proximiore inſtituta jus, quod ex primo contractu & conſenſu illi adhærente quæſierat emtor, penitus in irritum revocatum fuerit. *c. 1. §. Si verò vel totum, ibi, omnis alienatio ad irritum revocabatur: Qualiter olim feud. poter. alien. c. 1. §. Si aliquis. Apud quem vel quos controverſ. feudi.* Quare nos quæſtionis hujus reſolutionem in aliud tempus reſervantes monere hoc magis, quàm in alterutram partem quicquam affirmare voluimus.

Quintò † cum de agnato conſentiente hoc loco agamus, videndum erit 42

etiam,

etiam, utrum conſenſus agnati hæredi ejus ita præjudicet, ut propterea is feudum alienatum revocare non poſſit. Et pleriq; exiſtimarunt, quod, etſi alioqui hæres teneatur pręſtare factum defuncti, tamen ſi agnatus ſimpliciter conſenſerit, neque ultra de facto ſuo promiſerit, conſenſus iſtę hæredi obſtaculo non ſit, quò minus feudum revocarę queat, uſque eò, ut etiam filius hæres patris, qui conſenſerat, ad revocationem admittendus ſit, *hoc diſertè docuit Jacob. de Belvis. in c. 1. §. Hoc quoque. circa fin. de ſucceſſio feud. quem refert & ſequitur Bald. ibi col. fin. verſ. Ultimò diſtinguo. & in l. Qui ſe patris. C. Unde liberi. Martin. Laudens. Alvarott. & Præpoſit. in d. §. Hoc quoq. Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. Et cum pacto de non alienando. verſ. Sed dubitatur nunquid. Curt. jun. in tractat. feudal. part. 4. nu. 150. verſ. Secundò cadit neceſſaria dubitatio. Zaſius in Epitome feudorum. parte 9. in 6. fallent. verſ. Hoc quoq. quarto loco non omittimus. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 9. num. 54. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 83. verſ. limitatur ſexto. C. de bon. matern.*

43 Qui † quidem omnes ejus hanc potiſſimũ afferunt rationem, quoniam pater conſentiendo non obligatur civiliter, ſed naturaliter tantum. *l. 1. l. Si unus. §. Pactus. de pactis.* Alia etiam ratione hanc ſententiam confirmat Bald.
44 *d. l. Qui ſe patris.* Quia, † inquit, in ſimplici conſenſu non abſorbetur jus futurum. *l. 1. §. Quod ait: Quorum legatorum:* ſed jus filiorum erat tunc jus futurum: ergo conſenſus non nocet. Quin etſi expreſsè renunciaſſet, tamen hoc non obeſſet filiis in jure quærendo
45 poſt mortem: quia † renunciatio ante mortem facta non conſuevit obeſſe in jure, quod per mortem creatur, *ut no. gloſſ. in l. fin. de bon. libert.* Addit pro hac opinione Tiraquellus *in d. loco n. 55.*
46 quod † regulariter is, qui conſenſit ſimpliciter, non teneatur de evictione, niſi expreſſè eam promittat, & ſe obliget. *l. Exceptione. C. de evictio. l. inter ſtipulantem. in princ. de verbor. obli. Jaſon. in l. Quoties: in ſecundo notab. C. de fideicommiſſ.* Non mirum igitur, cur ex ſimplici conſenſu minus obligetur hæres, quàm ex promiſſione.

Hanc † tamen ipſorum doctrinam reſtringunt interpretes, ut non procedat, ſi quis ultra ſimplicem conſenſum promittendo ſe obligaverit. Nam tum etiam hæredem ejus, promiſſione iſta teneri exiſtimant, ut clarum eſt ex locis paulò ante citatis. Id quod iterum declarat Bald. *in d. l. Qui ſe patris*, non eſſe intelligendum de ſimplici promiſſione, qua quis ſe conſenſui non contraventurum promiſit. nam ne hanc quidẽ utpote perſonam duntaxat promittentis concernentem filiis obeſſe arbitratur, ſed potius accipiendam de promiſſione, qua quis non ſolum ſuam ipſius perſonam, ſed etiam filios & hæredes obſtringere voluit.

Sed † etſi hæc communi interpretum calculo ſint approbata: haud tamen ſcio, an illis ita indiſtinctè ſit adſtipulandum. Plurimum enim refert, quo jure ad ſucceſſionem atq; adeò ad revocationem inde dependentem quis perveniat. Nam ſi hæres ſuccedens illi, qui conſenſit alienationi in revocatione feudi non ejus, qui conſentit, ſed proprio jure nitatur, tum facilè admitto, conſenſum ejus, qui ſucceſſit, ipſi minimè præjudicare: quippe cum conſentiens juri tantummodo ſuo, non autem alterius renunciare voluiſſe cenſeatur, neq; conſenſus iſte præter mentem atq; voluntatem conſentientis ad alterius jura extendi queat. *l. In concedendo. l. ſi autem plures. ff. de aqu. pluv. arcend.* Quin etſi vel maximè voluerit aliquod præjudicium inferre juri alterius: tamen hoc ſibi integrum non fuiſſet. *l. Id quod noſtrum: de reg. jur.* multò itaq; minus veriſimile eſt, cum ſimpliciter conſentiendo alterum jure ſuo privare voluiſſe: cum nemo facilè æſtimetur actum gerere, cujus expediendi

Digitized by Google

diendi poteſtas ipſi non ſit, *l. 3. de teſtament. milit. l. ſi prætor. de judiciis. l. Quoties. de rebus dubiis. l. Meritò. pro Socio.*

49 Ideoq; † ratione iſta motus communiter receptæ doctrinę in agnatis facilè locum relinquo, & ſecundum eam exiſtimo, ſimplicem conſenſum à defuncto alienationi adhibitum agnato hæredi non obeſſe, quò minus is proprio jure feudum revocare poſſit. Revocandi enim facultatem, quæ agnatis conceditur, minimè inniti jure, quod defunctus conſentiens habuit, ſed eos proprio jure ex prima inveſtitura quæſito feudum alienatum repetere poſſe, ex iis, quæ ſæpius jam diximus, pluſquam ſatis manifeſtum eſt.

50 At † quando jus hæredis revocare volentis ſe ſuſtentat jure, cui defunctus per conſenſum renunciavit, ab eodemq; dependet, tum ſanè exiſtimarem, conſenſum defuncti etiam hæredi ejus obeſſe, ut quemadmodum defunctus, ita nec is feudum alienatum revocare poſſit.

51 Eſt † enim juris indubitati, cum, qui conſenſit, hoc ipſo juri ſuo, quod habuit in feudo, renunciaſſe, & iſtud in alium, cujus gratia conſenſit, tranſtuliſſe cenſeri. *l. cum quadam. C. de administrat. tutor. l. ſi probaveris. l. cum te. C. de remiſſ. pign. l. ſicut. §. Venditionis: quibus mod. pign. vel hypothec. ſolvatur.* uſ-
52 que † eò, ut non ſolum conſentienti, ſed etiam hæredi amplius non detur regreſſus ad jus, cui conſenſu ſemel fuit renunciatum. *l. fin. C. de remiſſ. pignor. l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. poſtulante. Ad Sc. Trebellian.* ubi JCtus, cur recuſaret, inquit, hæres, quod retractare non potuit is, cujus hæreditatem ſuſcepit.

53 Ex quo etiam is, qui conſentit alienationi, alienare quodammodo cenſetur. *l. Etſi. ſolut. matrim. l. in ædibus. §. Quod ſi filius. de donat. Bald. in c. 1. § illud. verſ. Quæro ergo. de prohib. feud. alienat. per Frederic. cum aliis congeſtis per Tiraquell. in locis ſupra adductis.* Quo enim ad hoc, ut cogatur pati feudum ab alio poſſideri, ex conſenſu ſuo verè obligatur, atq; hoc reſpectu contrahere cenſetur. *l. Labeo. §. contractum: de verbor. ſignific. l. Juris gentium: in princ. de pact.* Probabimus autem infra *quæ-
ſtione XIII.* filios † in feudis à patre 54
cauſam habere, & jus ipſorum à jure patris ita dependere, ut non niſi mediante perſona patris ad feudum pervenire queant: & quod adeò pater, quotieſcunque jus ſuum ad alium potius transferre, quàm ad filium tranſmittere voluit, hoc ipſo filiis præjudicet, ne feudum obtineant. Quare ſi hujus quęſtionis veritas juris rationbus magis, quàm interpretum opinionibus ponderetur, non dubitarem affirmare, conſenſum patris filio hæredi obeſſe, ut neque is feudum patre conſentiente alienatum revocare poſſet: cum, ut modò diximus, jus filiorum penitus innitatur jure paterno, & eo per conſenſum, vel alia ratione in alium tranſlato, jus etiam filiorum ſimul tollatur.

Non † enim debet is, qui in jus al- 55
terius ſuccedit, ejuſdemq; jure utitur, melioris conditionis eſſe, quàm fuerit is, cui ſuccedit. *l. Hæredem. ff. de reg. jur. l. 1. §. cum quis: de acquir. vel amitt. hæred. c. ſi quis in jus. de reg. jur. in 6.* Et ſublato jure principali, omnia ea, quæ ab illo jure dependent, & tollantur neceſſe eſt. *c. Acceſſorium. de reg. jur. in 6. l. cum principalis: de reg. jur. cum aliis argumentis quæ infra in d. quæſtione copioſè adducemus.*

Quin † etſi filius hæres patris non 56
fuerit, tamen conſenſum patris, quo jus ſuum in alium tranſtulit, ipſi, quò minus feudum alienatū revocare poſſit, obeſſe arbitror. Idq; primò propter hanc ipſam rationem, quia, ut diximus, filius in feudo à patre cauſam habet: & jure paterno in alium tranſlato etiam filiorum jus, quod inde dependet, ſimul ut extinguatur, opus eſt. Hæc enim ratio locum habet, ſive filius hæres fuerit, ſive non.

Digitized by Google

57 Secundò † hanc ſententiam probat, quod videmus, quotieſcunq; pater delinquendo jus ſuum amittit, hoc etiam filiis officere. *c. Si vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. c. 1. ſi vaſall. feud privet.* Nam vel hinc magis evidens eſt, jus filiorum, quemadmodum aſſeruimus, à jure paterno ita dependere, ut ſublato eo, etiam ſimul jus filiorum tollatur. Cumq; hoc ita in delictis obtineat, in quibus alicui jus ſuum invito aufertur, utique multò magis locum habebit, quando pater ſponte conſentiendo jure ſuo ſe abdicare, & iſtud in aliū transferre voluerit. Tertio hæc ſententia confirmatur omnibus illis argumentis, quibus infra oſtendemus, patrem alienando filiis præjudicare, ut hi ad feudum amplius pervenire non poſſint. Si enim alienando hoc præſtare poteſt: conſequens omnino eſt, etiam conſenſum ejus effectum eundem habere. Non enim minus is, qui conſentit, jus ſuum in alium transfert, quàm is, qui alienat, uſque eò, ut conſentiens etiam quò ad hoc, alienanti omnino æquiparetur, & alienare cenſeatur, ut paulò ante probavimus.

58 Ideoq; † regulariter cujus alienatio aliis præjudicat, ejuſdem etiam conſenſus in illius incommodum vergit, & econtrario, ut conſtat ex iis, quæ tradit Tiraquell. *in l. ſi unquam: in verbo: donatione largitus, nu. 279. & ſeqq. C. de revocand. donat.* ubi per multa, quæ in medium affert, generaliter concludit,

59 quotieſcunq; † conſideramus effectum juris, qui ex conſenſu oritur, videlicet alienationem, quæ ex ea procedit, eandem eſſe rationem conſentientis, & alienantis, ut qui non poſſit alienare, non poſſit conſentire, & è diverſo, uſque eò, ut ſtatuta, quæ de alienatore verba faciunt, etiam in conſentiente locum habeant, & inde tandem infert, diſpoſitionem *l. ſi unquam, C. de revocand. donat.* non minus in conſentiente, quàm in donante locum obtinere.

Hinc † etiam idem *de retractu §. 1. gloſſ. 9. nu. 108.* concludit, quod jus retractus non minus locum habeat, quoties conſentiendo quis jus ſuum in alium transfert, quàm ſi vendat. quoniam (inquit) conſentiendo quis perinde, ut alienando rem amittit. *l. 2. C. de remiſſ. pignor.* & eadem eſt ratio in conſentiente, quæ in vendente: ideo eodem jure utrunque procedit. *Bart. & Bald. in l. ultim. C. de pactis. Bald. & Salicet. in l. 2. C. ſi adverſus donat.*

Quartò † hoc etiam magis veriſimile reddit alia ratio: quoniam, niſi conſenſus parentis filiis præjudicaret, nunquam feuda etiam omnibus conſentientibus tam firmiter alienarentur, quò minus altero ex conſentientibus defuncto, liberi ipſorum alienationem in irritum poſſent vocare, atque adeò bona feudalia omni pene commercio eximerentur, prout etiam interpretes hoc animadvertentes admittunt, nunquam emtorem ſatis tutum eſſe poſſe, & propterea monent, ne quis feuda paterna emat. Sed cum non ſolum jure feudali de alienatione feudorum multa diſpoſita reperiantur, ſed hoc etiam diſertè cautum ſit, alienationem cum conſenſu agnatorū ſuſceptam validam eſſe: probabile ſanè nō eſt eam eſſe feudorum conditionem, ut abſq; periculo alienari nequeant. Quin potius vel ex hoc ipſo veriſimilem conjecturam capere licet, alienationem bonorum feudalium ſtabilem & firmam eſſe, modò conſenſus agnatorum accedat, & quod conſequens eſt, filios conſenſui paterno contravenire non poſſe, Cum alioqui, ut dictum eſt, ſi omnes contractus inanes redderentur, facilè ab omni commercio feuda eximerentur, quod tanquam abſurdum, & cum recta ratione pugnans minimè admittendū videtur.

Et cum rationes iſtę locum habeant etiam in filio, qui non hæres eſt, multò magis procedent in filio hęrede, de quo jam potiſſimū loquimur. Non obſtant huic

huic ſententiæ argumenta, quibus utuntur interpretes. nam quod ad obligationem attinet, quam primo loco
62 conſiderant, certè † ad hoc, ut filio revocandi via præcludatur, non neceſſe eſt, parentem ultra obligatū eſſe, ſed ſufficit, eum conſentiendo juri ſuo renunciaſſe, idque in alium tranſtuliſſe. quod cum ſolum conſenſum præſtare manifeſtum ſit, *ut ſupra probavimus*, utiq; fruſtra hic de obligatione laboramus. Altera verò ratio tum quidem rectè procederet, ſi quidem jus, quod filius in feudis competit, diverſam haberet rationem à jure patris, cui per conſenſum renunciatum fuit. Nam tum quidem conſenſus, ſive renunciatio patris proprium jus filiorum nō abſorberet, id quod unicum interpretes in hanc opinionem ſeduxit, dum arbitrati ſunt, jus filiorum eſſe diverſum à jure paterno. Sed ex iis, quæ *paulò ante* commemoravimus, & infra *quæſtione 13.* copioſius demonſtrabimus, luculenter patebit, jus filiorum penitus inniti jure paterno, uſq; eò, ut ad feudi ſucceſſionem pervenire non poſſint, niſi mediante perſona patris. Non igitur conſideratio iſta ad propoſitum noſtrum pertinet, ſed potius locus erit regulæ, quæ docet, eum, qui in jus alterius ſuccedit, melioris conditionis eſſe non poſſe, quàm fuerit is, cui ſucceſſit. *l. Aliud eſt vendere. §. abſurdum. l. In omnibus. §. non debet: de reg. jur.* Minus etiam obſtant ea, quæ de evictione in medium affert Tiraquell. Non enim ſententia noſtra evictione nititur, neq; propterea aſſerimus, filium conſenſu paterno impediri, quò minus feudum alienatum revocare poſſit, quia de evictione tenetur: ſed potius ob alias rationes ſupra adductas, quæ cum evictione nihil habent commune. Ut proinde ex hiſce manifeſtum ſit, quàm levia & fragilia ſint argumenta illa, quibus communis opinio interpretum ſe tuetur. Planè itaq; in eam ſententiam devenio, ut exiſtimem, quemadmodum conſenſus vaſalli agnatis proprio ipſorum jure revocantibus feudum alienatum nō obeſt, ita eundem contrà filiis, utpote qui jure paterno nituntur, obſtaculo eſſe, ne ad jus, cui pater ſuo conſenſu ſemel renunciavit, redire, neq; adeò feudum revocare poſſint.

Ex † quo porro ſequitur, feudorum emtionem non uſq; adeò periculoſam eſſe, ut interpretes putarunt: ſed quod tum, quando omnes agnati, qui contractus tempore fuerunt ſuperſtites, conſenſerunt, emtor cujusvis periculi expers, atq; tutus eſſe poſſit, cum filiis ipſorum propter conſenſum paternum revocandi facultas amplius nō competat. Quæ tanquam nova ſi alicui forſitan minus probabilia videbuntur, is judicium integrum ſibi reſervet, donec ea, quæ infra *quæſtione 13.* prolixius commemorabimus, diligentius perpenderit: Non dubitamus, quin, ſi rectam potius rationem, quàm opinionum commenta ſequi maluerit, huic noſtræ ſit acceſſurus ſententiæ. 63

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) AGnatos propter conſenſum.] De conſenſus neceſſariis indiciis argumentis & præſumtionibus in materia feudali, Vide *Roſenthal in tract. feud. cap. 9. concl. 78. nu. 15. 16. 17. fol. 850.*

(b) Facto aliquo declaraſſe.] Vide *Roſenthal. in tr. feu. c. 9. concl. 77. n. 10. & ſeq.*

(c) Jure recuperare poſſit.] Vide omnino *Roſenthal in tract. feud. cap. 9. concl. 78. nu. 1. & ſeq.*

(d) Quando vaſallus alienat.] De hoc vide *Ripam in l. obligatione. num. 41. ff. de pignoribus. Burſat. conſil. 291. num. 123.*

QUÆSTIO VIII.

QUANTO TEMPORIS SPACIO AGNATI A JURE REVOCANDI excludantur, ſive feudum extraneo, ſive agnato remotiori venditum fuerit: & utrum præſcriptio contra unum impleta reliquis obſit: An item præjudicet filiis ejuſdem.

1. *Juri revocandi ſpacio 30. annorum ſolum præſcribitur feudo vendito extraneo.*
Idem juris eſſe oſtenditur, quando remotiori agnato venditum fuit. numer. 31.
2. *Actiones regulariter ſpatio 30. annorum tolluntur.*
3. *Jus ſine temporis præfinitione conceſſum regulariter durat ad ſpacium 30. annorum, ut jus adeundi & hæreditati ſe immiſcendi, & nu. 35. & 36.*
4. *Item jus petendi legitimam.*
5. *Item Petitio hæreditatis.*
6. *Item jus annullandi teſtamentum.*
7. *Item jus dicendi contractum nullum.*
8 *Item, jus retrahendi rem alienatam.*
9. *In feudalibus regulariter locum habet præſcriptio 30. annorum.*
10. *Feuda minori tempore non præſcribuntur, quàm 30. annorum.*
11. *Baldi locus declaratur.*
12. *Feudum agnato remotiore venditum non niſi intra annum recuperari poteſt Sed hoc reprobato, contrarium firmatur num. 31.*
13. *Annus revocationi præfinitus à quo tempore currere incipiat, & an agnatus unius anni lapſu ab utroq; jure excludatur, & negativa firmatur num. 17.*
14. *Dictio (omnino) eſt præciſæ ſignificationis, & denotat, quoad omnia.*
15. *Jura diverſa ex uno eodemq; fonte promanantia unica præſcriptione perimuntur.*
16. *Annus ne currat voluntatis declaratione effici poteſt, Contra num. 29.*
17. *Annus præfinitus ad revocandum feudum ſine precio poſt mortem currere incipit, neq; impedit tempus vivo alienatore elapſum.*
18. *Jus revocandi, quod vivo, & quod defuncto alienatore competit, ex diverſis fontibus deſcendit.*
19. *Dilationes duæ ex diverſis fontibus procedentes unius temporis lapſu non abſorbentur.*
20. *Diverſa origine etiam effectu diverſa ſunt.*
21. *Tempora à diverſis diſpoſitionibus limitata confundi non debent.*
22. *Jura, quæ diverſis temporibus ſucceſſivè competunt, unius temporis curſu non tolluntur.*
23. *Tempus unum non operatur circa ea, quæ ſucceſſivè veniunt.*
24. *Præſcriptio non currit non valenti agere: declaratur num. 52. & nu. 59. Idq; locum habet etiam in præſcriptione centenaria num. 74.*
25. *Verba regulariter ex ratione interpretationem recipiunt.*
26. *Unum & idem verbum ad diverſa relatum diverſo modo accipitur.*
27. *Verbum unum, ad plura relatum cuilibet ſuam qualitatem tribuit.*
28. *Argumentum ab æquiparatis quando non procedat.*
29. *Agnatus neceſſe non habet voluntatis declaratione integrum ſibi reſervare jus, quod poſt mortem alienatoris incipit.*
30. *Taciturnitas non nocet, quando quis ſcire potuit, jus ſuum ſibi integrum eſſe.*
31. *Jus revocandi 30. annos durat, quando feudũ agnato remotiori fuit venditũ.*
32. *Qui regula nititur, fundatam habet intentionem.*
33. *Exceptionem allegans probare tenetur.*
34. *Jus revocandi à ſuccedendi jure dependet, etiam quando feudum agnato remotiori fuit venditum.*
35. *Jus ſuccedendi ſpacio duntaxat. 30. annorum amittitur, ut apparet ex jure adeundi & immiſcendi, & nu. 36.*

Jure

Digitized by Google

37. *Jure ſuo nemo privandus eſt, niſi lege id exprimatur.*

38. *Verba finalia c. Titius, eſſe intelligenda ſolum de jure προτιμήσεως.*

39. *Tempus petendæ inveſtituræ præfinitum ad jus revocandi non rectè accommodatur ab interpretibus.*

40. *Præſcriptio 30. annorum in jure revocandi incipit currere à morte alienantis.*

41. *Præſcriptio contra unum adimpleta non obſtat reliquis agnatis. Pinellus contra num. 45. Sed Pinello confutato, communis opinio defenditur num. 55.*

42. *Feuda cenſentur ſubjecta reſtitutioni.*

43. *Res ſubjecta reſtitutioni non præſcribitur ante caſum reſtitutionis, contra num. 46. Et declaratur nu. 64.*

44. *Alienationis nomine etiam præſcriptio comprænenditur.*

45. *Præſcriptio cur introducta.*

46. *Præſcriptio in bonis reſtitutioni ſubjectis locum habet.*

47. *Præſcriptio longiſſimi temporis in rebus alienari prohibitis locum habet. declaratur num. 65.*

48. *Præſcriptio poſſeſſorem tutum reddit perpetuo. & num. 51. declaratur num. 67.*

49. *Præſcriptionis effectus dividi non debet. declaratur nu. 68.*

50. *Dominium præſcriptione quæſitum auferri invito amplius non debet.*

52. *L. 1. C. de annali exceptio. declaratur ſecundum Pinell. Sed hæc declaratio refutatur. nu. 62.*

53. *Initio quando reſiſtit lex, magis impeditur effectus.*

54. *In conſequentiam multa fiunt, quæ principaliter fieri non poſſunt.*

55. *Præſcriptio contra alium adimpleta, an alteri obſit, differt à quæſtione, utrum contra ipſum præſcriptio impleta ſit.*

56. *Quæ ſit ratio ejus, quod præſcriptio contra defunctum ad impleta non obſit agnatis.*

57. *Præſcriptionis tempus non currit contra agnatum, ſuperſtite alio proximiore.*

58. *Abſq; temporis curſu nihil præſcribitur.*

60. *Præſcriptio non currit contra non valentem agere: licet verba admodum præciſa fuerint.*

61. *Præſcriptio non currit ante actionem natam.*

63. *Præſcriptionis effectus, qui in allodialib. locum habet, cur ad feudalia non rectè accommodetur.*

66. *Præſcribi poſſe rem alienari prohibitam, differt à quæſtione, Utrum præſcriptio iſta obſit aliis, & nu. 70.*

67. *Præſcriptionis effectus quatenus conſiderandus.*

69. *Dominium ſæpe revocabiliter quæritur.*

71. *Agnati remotiores proximioribus tempus revocandi deſtinare non poſſunt, nec propterea quicquam imputandum eis, ſi hoc prætermiſerint.*

72. *Præſcriptio contra unum impleta non obeſt reliquis agnatis etiam hæredibus.*

73. *Idq; locum habet etiam in præſcriptione centenaria.*

75. *Præſcriptio non obeſt, etiamſi quis feudum ab extraneo comparaverit.*

76. *Præſcriptio contra defunctum impleta obeſt filiis in feudis.*

77. *Auctoris acceſſione qui utitur, cum omni ſua cauſa illa debet.*

78. *Negligentia patris non petentis inveſtituram damnoſa eſt filiis.*

(a) PRæſcriptione agnatum (a jus revocandi amittere, ſupra *quæſtione VI. in quinta limitatione* diximus: Quia verò quæſtio iſta, ad tempus præſertim præſcriptionis quod attinet, difficilem habet tractatum, ideò ut diligentius conſideremus, quid juri feudorum, atq; adeò veritati maximè ſit conſentaneum, de hac materia peculiariter agere viſum fuit. Ex iis autem, quæ in hoc genere ſcripta reliquerunt interpretes, duæ potiſſimum colliguntur concluſiones, quarum prior hæc eſt.

Si † feudum venditum fuerit ex- 1
traneo, tum agnatus à revocandi jure non niſi ſpacio 30. annorum ſubmovebitur. *Hoc docuit gloſſ. in d. c. Titius: in verbo per annum, quam ſequuntur Jacob. de Belvis. Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict. ibi. Curt jun. in quarta part. num. 53. & 146.*

Zaſius in tit. de ſucceſſio. feud. part. 9. nu-
mer. 29. Thom. de Marin. in tit. de feud.
ex pact. & provident. patern. nu. 65. Re-
ſpon. quinto Limitatur: Sonsbecc. part. 13.
nu. 117. & deniq; omnes feudiſtæ nullo re-
fragante. Bald. in conſil. 16. Facti eviden-
tia. col. 1. lib. 1. Paul. de Caſtr. conſil. 84.
incip. quæſtio iſta vertitur. col. 2. nu. 2. lib 2.
Alex. in l. ſi mihi & Titio. col. fin. de ver-
bor. obligat. & in conſil. 15. incip. viſis nar-
* ratis. verſ. Non obſtat. lib. 5. nu. 10. ubi id
dicit communiter * teneri. Jaſ. in conſ. 159.
incip. Circa primam dubitationem. nu. 4.
in fin. lib. 2. & conſil. 7. incip. Pro reveren-
diſſimo: in fin. lib. 3. Curt. ſen. in conſ. 82.
incip. Capio primum, in quo quæri videtur.
col. 2. Philipp. Dec. in conſil. 144. Quoni-
am ex facto. in princ. verſ. Tertio non da-
to. nu. 2. & in conſil. 208. Ad clariorem.
col. 3. nu. 9. & in conſil. 305. incip. In caſu
caſu Magnifici: ad fin. nu. 9. Carol. Ruin.
conſil. 151. incip. Quia proponitur. nu. 19.
lib. 1. & in conſil. 213. incip. In quæſtione
propoſita. num. 9. lib. 1. Anton. Rub. con-
ſil. 84. incip. Viſo & diligenter conſiderato.
num. 6. col. 2. Albert. Brun. in conſil. 67.
incip. Dum dubitatur. col. 3. verſ. ſed ma-
jor. nu. 8. Gozad. conſil. 8. incip. Et primò
conceſſio facta. num. 33. & 35.

2 Atque † hæc quidem concluſio
non ſolum à communi interpretum
cohorte recepta eſt, ſed etiam optima
juris ratione nititur. Nam omnis actio
ſpacio triginta annorum tollitur. l. ſic-
ut. & l. final. C. de præſcript. 30. vel 40. an-
nor. & l. 2. C. de conſtit. pecun. ex quo fit,
3 ut † generaliter quotieſcunq; alicui jus
aliquod ſine temporis præfinitione eſt
conceſſum, is jure illo intra triginta an-
norum ſpacium uti queat: eo verò ela-
4 pſo, amplius non admittatur, ut † de
jure adeundi & immiſcendi ſe hæredi-
tati ſenſit gl. & Bald. Angel. Salicet. &
propè omnes in l. Licet. C. de jur. deliber.
de jure petendi legitimam. Bald. Salicet.
Angel. Paul. de Caſt. & Jaſ. in l. Si quis
5 filium. de inoffic. teſtam. de † hæreditatis
petitione gl. & DD. in l. Hæreditatis. C.
de petit. hæredit. de jure docendi nullum
teſtamentum: Bart. Bald. Angel. & DD.
in l. Filio præterito. de injuſt. rupt. de † ju- 6
re dicendi contractum nullum. Bald. 7
conſil. 410. incip. Primò videndum eſt lib. 4.
Et † de jure retrahendi rem alienatam 8
idem ſenſit Paul. de Caſtro conſil. 430. in-
cip. Circa primum. in 1. dubio lib. 2. Capoll.
in conſil. cauſarum civilium. 43. clariſſi-
mè: col. fin. Dec. conſ. 222. incip. Viſo pun-
cto, & diligenter perſcrutatis verbis. nu. 12.
col. fin. verſ. ultimò non eſt omittendum:
Marian. Socin. jun. in conſil. 22. Pulchra
eſt præſens conſultatio. nu. 20. lib. 1. Cum
plurimis aliis in hanc ſententiam latiſſimè
congeſtis per Tiraquell. in l. ſi unquam.
verſ. Revertatur. num. 392. & ſeqq. C. de
revocand. donat. Et in tractat. de retract.
§. 36. gloſſ. 2. num. 26. & ſeqq.

Idque † non ſolum in cæteris bo- 9
nis, ſed & vel maximè in bonis feudali-
bus locum habet, in quibus, niſi aliud
tempus ſit præfinitum, regulariter o-
mnia jura ſpacio 30. annorum extin-
guuntur, ut apparet ex c. 1. §. ſi quis per
30. ſi. de feud. defunct. content. ſit inter dom.
& agnatum: & in c. 1. §. Porro. Qualiter
olim poter. feud. alienar, ubi hoc not. inter-
pretes, & ſenſit gloſſ. in c. 1. §. Præterea:
de capit. Conrad. quam ſequuntur Andr.
de Iſern. & DD. ibi Panorm. in c. Ad evi-
dentiam. col. fi. verſ. Secundò quæro. de præ-
ſcript. Ubi † generaliter concludit, 10
quod ſit ſpeciale in feudo, ut non præ-
ſcribatur minori tempore, quàm tri-
ginta annorum: quem ſequitur Franciſc.
Curt. Sen. conſil. penult. incip. Capio pri-
mum, in quo quæritur. Franciſc. Balbus in
quarta part. quartæ partis principal. quæ-
ſtio. 12. num. 11. & alii ad hoc congeſti per
Molinæum in conſuetud. Paris. §. 7. nu. 8.
& Pinell. in Auth. Niſi triennale. nu. 56.
verſ. probatur octavo hæc opinio. qui etiam
hoc ita communiter * receptum eſſe teſtan- *
tur. Non itaq; admirandum eſt, cur
etiam jus hoc revocandi non minori,
quàm 30. annorum ſpacio, amittatur,
& eo elapſo, amplius non competat, ut
proinde concluſio iſta per ſe plana ſit,
& omnis difficultatis expers.

Solus

11 Solus † Bald. ſibi contrarius *in conſil. 187. incip. Quod conſentiente: in princ. lib. 3.* exiſtimavit, agnatum jus revocandi intra annale ſpacium amittere, etiamſi feudum extraneo fuiſſet venditum, *arg. d. c. Titius.* Verum hæc ejus opinio, ſiquidem hoc ſenſit, non ſolum communiter approbatæ ſententiæ refragatur, ſed etiam ex iis, quæ paulò poſt dicemus, liquebit, eam nullo jure ſubnixam eſſe. Præterea ex verbis Baldi non ſatis apparet, de quo jure revocandi ibi loquatur, an de eo, quod poſt mortem vaſalli initium habeat, an verò de illo, quod vivente alienatore ex jure προτιμήσεως competit. Sed cum alleget *d. c. Titius*, quod de jure προτιμήσεως potiſſimum loqui, infra dicemus: veriſimile eſt, eum ſecundum textum illum potius de jure, quod vivente alienatore competit, ſenſiſſe. Hoc enim cum non niſi ultra annum duret, rectius de eo locutus eſſe videtur, quàm ut verba ejus de altero etiam jure, quod poſt mortem alienatoris incipit, interpretando, communiter approbatæ ſententiæ refragari, quin & ſibimetipſi adverſari voluerit. Nihil itaq; huic noſtræ concluſioni obſtabit hic locus Baldi.

12 Secunda † regula, quam in quæſtione iſta interpretes ſolent tradere, hæc eſt: quotieſcunque feudum non extraneo, ſed agnato remoriori venditur, tum agnatus proximior non niſi infra annum à die ſcientiæ computandum revocare poteſt, quo elapſo, amplius non admittitur. Hoc itidem docuit gloſ. ſupra adducta *in d. c. Titius*, quam peronatis pedibus interpretes ibi ad unum ſequuntur, & deniq; omnes illi, quos ſupra in prima concluſione citavimus.

Moventur autem potiſſimum per textum *in d. c. Titius* dum *in fin.* dicitur, quod, ſi conſenſit alienationi, vel per annum, ex quo ſcivit, tacuit: omnino removebitur. Hæc enim verba non ſolum ad verſiculum proximè præcedentem, ubi agitur de feudo revocando, vivente alienatore, ſed etiam ad principium illius textus, ubi de agnato poſt mortem alienatoris revocante quæritur, referenda eſſe, atque hinc probari exiſtimant, quod, ſi vaſallus poſt mortem alienatoris per annum tacuerit, jus hoc revocandi amittat. Et ut deciſio iſta ratione etiam aliqua fulciatur: ejus, cur hoc caſu annus ſit præſtitutus, hanc afferunt rationem, quoniam ad petendam inveſtituram, etiam tempus annuum eſt deſtinatum. *cap. 1. quo tempore miles. cap. 1. Quæ fuer. 1. cauſa benefic. amitt.*

Quia † verò textus *in d. c. Titius*: de duobus caſibus loquitur primò, quādo defuncto alienatore, revocatur feudum: deinde quando vivente eo, refuſo precio, iſtud redimitur, & ſecundum interpretationem iſtam verba finalia illius textus ad utrunq; caſum ſunt referenda, ita, ut, ſive defuncto, ſive vivo alienatore feudum revocetur, annus ſolum ſit revocationi præfinitus: Ideo hinc dubitatio oritur, à quo tempore annus iſte ſit computandus, an à tempore alienationis factæ, ita, ut, ſi agnato ſcienti annus ſemel elapſus fuerit, perpetuo excluſus, & poſt mortem amplius non ſit audiendus: an verò tempore mortis demum initium capiat, ita ut, quamvis vivente alienatore annus præterierit, nihilominus tamen poſt mortem ejus denuo intra annum repetere feudum poſſit. Et ne fruſtra hoc quidem caſu, ubi de agnatorum revocatione agitur, de eo dubitari videatur, quibuſdam opinantibus, agnato, vivo alienatore, nullum jus revocandi competere, (ſecundum quam opinionem ne ambigendum quidem erit, annum iſtū demum à tempore mortis computandum: quippe cum ante mortem ne agere quidem poſſet, & non valenti agere, præſcriptio non currat.) ſciendum hoc loco, multos, qui verſ. *Quod ſi filios*: intelligunt de agnatis revocantibus, contra exiſtimaſſe, agnatum non ſolum mortuo alienatore abſque

precio, ſed etiam eo vivo, refuſo precio revocare feudum poſſe: quem intelle-ctum nos ſupra *quæſt. 5.* firmavimus, & concluſionem iſtam, quæ inde deſcendit, veriſſimam eſſe infra *quæſtione XI.* abunde probabimus. Secundum hanc igitur ſententiam rectè dubitatur, cum agnatus tam vivo, quàm defuncto alienatore feudum revocare poſſit, an unius anni ſpacio, quod vivente alienatore elapſum eſt, utroq; revocandi jure excludatur, ita, ut poſt mortem amplius non audiendus ſit: ſic etiam ſecundum opinionem eorum, qui verſ. *Quod ſi Titius filios*: de filio revocante interpretantur, atq; hinc filiis hanc facultatem concedunt, ut tam vivente alienatore, quàm eo defuncto feudum revocare poſſint, rectè in perſona filiorum de hoc quæri poſſet. In hac quæſtione memini Collegium Scabinorum Lipſenſium olim conſultum, me etiam ſuffragante, reſpondiſſe: ſi annus à tempore ſcientiæ præterierit, vivente alienatore, quod tunc nec etiam poſt mortem alienatoris agnati revocare poſſint. Movebantur enim eo, quod text *in d. §. Titius*: non ſolum generaliter loquitur eum, qui per annum, ex quo ſcivit, tacuit, removendum eſſe, ſed utitur etiam

14 dictione *(omnino)* quæ † eſt præciſæ ſignificationis. *c. Qualiter: de judic. Bald. in l. ſuper rebus. C. de contrahend. emtio.* & quandoq; idem denotat, ac ſi diceretur, quoad omnia *gloſſ. & Cardin. in Clem. 1. 12. q. de vita & honeſt. clericor.* quin etiam inſuper eum, qui per annum tacuit, æquiparat conſentienti, quem propterea à jure revocandi penitus removeri minimè dubium eſt. Hinc itaq; exiſtimarunt, per annuum ſpacium, vivente etiam alienatore, elapſum, agnatum omnino excludi, ita ut non ſolum vivente alienatore, refuſo precio, non admittatur, ſed nec etiam eo defuncto, ſine precio.

15 Quamvis † enim aliter ad revocandum admittatur, vivente alienatore: aliter eo defuncto: quia tamen id (ut interpretes communiter opinati ſunt) ex uno eodemq; revocandi jure provenire videtur, idq; per anni lapſum fuerit extinctum: omnes ejus qualitates acceſſoriæ corruunt, *argument. eorum, quæ tradit Tiraquell. de retract. lib. 2. §. 2. gloſſ. 1. n. 63.* ubi concludit, quod licet alicui diverſa jura ſucceſſivè competant, ſi tamen illa ex uno eodemq; fonte emanarint, tum unius temporis præſcriptione tollantur.

Neq; † etiam annus iſte ideo præfinitus videtur, ut infra illum agnatus revocare cogeretur, quo caſu obſtare poſſet regula, quæ docet, non valenti agere præſcriptionem non currere: ſed ne tanto temporis ſpacio taceat, & ſaltem voluntatem ſuam declaret: quod ſi fecerit, integrum ei eſſe videtur, an vivente alienatore precio refuſo, an verò eo defuncto: ſine precio recuperare velit feudum. Ut proinde ſecundum iſta nullam conquerendi cauſam juſtam habeat, quaſi jus nondum ſibi competens præſcriptione tollatur, atq; adeò ad propoſitum noſtrum pertinere non videatur, quod de impedito agere dicitur. Etenim licet vivente alienatore revocare nequeat ſine precio: nihil tamen impedit, quò minus hanc ſuam voluntatem declaret, quod ſi omiſerit, ſuæ negligentiæ id acceptum ferat. Et hæc quidem tunc temporis à vero aliena non eſſe putavi.

Nunc † autem recto judicio hæc ponderanti contra videtur, quod, etſi demus, agnatum juxta communem interpretum opinionem non niſi intra anni ſpacium poſt mortem revocare feudum poſſe, annus tamen iſte demum poſt mortem alienatoris currere incipiat, neque tempore, quod vivente alienatore elapſum eſt, hoc jure excludatur.

In † quam ſententiam me vocat primò, quod hæc duo jura, quæ agnatis diverſis temporibus competunt, ex diverſo plane fonte ſcaturiunt. Nam quod vivo alienatore revocare poteſt, refu-

Digitized by Google

refuſo precio, id provenit ex jure προτιμήσεως, neq; quicquam cum eo jure, quod poſt mortem agnato competit, commune habet, ut infra *quæſtione XI.* pluribus oſtendemus. Alterum verò, quod poſt mortem alienatoris agnato competere incipit, nititur jure ſuccedendi ex prima inveſtitura anteceſſorum quæſito, ut ſupra *quæſtione VI.* probavimus. Non igitur hæc duo jura, quæ ex diverſis profluunt fontibus, nec uno tempore, ſed ſucceſſivè competere incipiunt, unius temporis præſcriptione tolli poterunt.

19 Nam † regulariter, quando duæ dilationes non procedunt ex eodem fundamento, tum nunquam una aliam abſorbet, ſed altera alteri ſuccedit, ut probatur *in l. 1. §. Largius tempus, & §. ſed videndum eſt: de ſucceſſor. edict.* ubi, licet filius per annum excludatur à ſucceſſione ex capite, unde liberi: tamen nihilominus ex capite, unde agnati, ſuccedere poteſt, *ut not. gloſ. & DD. in l. ſi emancipata. C. de jur. & fact. ignorant. Oldrad. in conſil. 203. Factum tale eſt, collata fuit Eccleſia. in ſecundo dubio: & Joann. Andr. in addit. ad ſpeculat. in Rubric. de conceſſio. prabend. col. 2. verſi. Item latet annus: & in ſimili caſu idem ſenſit Bald. in l. fin. paulò ante fin. C. de execut. rei judic.*

20 Neque † ſanè mirum: nam quæ origine ſunt diverſa, eadem quoq; ſunt ſeparata perſecutione, atq; effectu. *l. Nunquam. de privat. delict. & l. ſi mater. §. 1. §. eandem: de except. rei judicat.*

Ideoq; † etiam tempora à diverſis
21 diſpoſitionibus limitata debent, ut ſeparata, cenſeri, & unum in altero non confundi. *arg. l. generaliter: de fideicommiſſ. liber. l. non eſt novum: de action. emt.* Id quod in propoſito vel ideò magis locum habet, quoniam hæc duo jura, quibus annuum tempus eſt præfinitum, non uno & eodem tempore competunt: ſed alterum vivo alienatore, alterum demum eo mortuo incipit.

Nam † quotieſcunq; duo jura ordi-
22 ne ſucceſſivo competunt, ita ut unum poſt aliud ordinatim procedat: tum tempora eorum non ſimul currunt: ſed quodlibet ſuum peculiare tempus habet. *l. ſi plures gradus: de bon. poſſeſſ. l. fin. C. Qui admitti. l. in operis ff. Locati. c. ſi ſi propter: ſecundum intellectum Joann. Andr. ibi. de reſcript. lib. ſexto. Oldrad. conſil. 137. plures ſunt. col. 1. Joann. Andre. in addit. ad Specul. in rubric. de conceſſ. prabend. col. 2.* Ex quo generaliter
tradidit Bart. *in conſil. 137 ſtatuto commu-* 23
nis Gualdi. col. 1. nu. 1. quod † unum & idem tempus non poteſt operari effectum, circa duos actus, quorum unus ſucceſſive venit ad alium *per d. l. ultim. C. qui admitti. & l. eum, qui C. de inoffic. teſtam. quod refert & ſequitur Roman. conſil. 222. pro plena col. 2. verſi. ſecundo poſt hoc, cum multis aliis in hanc ſententiam adductis per Tiraquell. de retract. tit. 2. §. 2. gloſ. 1. num. 18. 20. & 31.*

Secundò hanc ſententiam magis probat, quoniam manifeſtum eſt, Jus hoc revocandi, de quo nunc agimus, demum poſt mortem alienatoris initium capere, neque vaſallum vivente eo, jure iſto uti poſſe. Non igitur præſcriptione tolli potuit prius, quàm competierit: & quod conſequens eſt, annus huic juri præſtitutus poſt mortem alie-
natoris currere incipiet, cum juris ſit 24
indubitati, jus, † quod competere non cæpit, nullius unquam temporis præſcriptione perimi poſſe. *l. 1. C. de annal. except. auth. niſi tricennale. C. de bonis matern. ubi latè DD. præſertim Pinellus. n. 42. & ſeqq.*

Tertiò ne mendicatis utamur ſuffragiis, quod tempus huic juri determinatum non niſi poſt mortem alienatoris currere incipiat, diſertè probatur *in c. ſi alter. ex fratribus, in capit. extra ordinar. quod Cujatius recenſuit tit. 83. libr. 4.*

Ait enim textus ibi, ſi frater, qui paternum feudum alienavit, ſine hærede deceſſit, quod dum alter frater ſuperſtes ſine ullo obſtaculo & temporis præſcriptione iſtud vendicare poſſit.

Mani-

Manifeſtum igitur eſt, tempus illud, quod vivente alienatore præteriit, agnato in revocandi jure, quod poſt mortem competere incepit, nullum generare præjudicium potuiſſe, & quod adeò tempus huic juri conſtitutum poſt mortem demum alienatoris currendi initium ſumat. Idq; (ne auctoritate etiam ſententia iſta deſtituatur) ſenſit *Matth. de Afflict. in d. §. ſed etiam res. num. 8. & in d. §. Porro. n. 81. & clarius docuit Thomas de Marin. in tit. de feud. ex pact. & providentia antiquo n. 71. in fin. & n. 72. & Sonsbecc. part. 13. n. 136.* ubi de filio duntaxat loquens, ait, hoc admodum dubium eſſe, ideò hanc partem, ut æquiorem & juſtiorem amplectendam. *l. ſemper in dubiis. l. quoties. de reg. jur. l. Benignius de LL.* ac tandem cõcludendo ſubjungit, quod filius vel agnatus, vivente alienatore, à redimendo quidem excludatur, ſi ſciens intra annum non redemerit, non tamen à revocando poſt obitum, niſi annum poſt mortem alienatoris ſciens præterlabi pateretur, & licet ibidem addat, agnatum in caſu, quo in remotiorem fuerit facta alienatio (de quo nunc loquimur) ideo poſt mortem demum alienantis habere annum, quia in vita, refuſo precio revocare non potuit: tamen quàm bene in hoc ſenſerit, infra *quæſtione undecima* oſtendemus.

Non obſtant huic ſententiæ ea, quæ ſupra fuerunt adducta. Nam ad textum *in d. §. Titius*, facilè reſponderi poteſt, ſiquidem verba finalia non ad principium, ſed duntaxat ad caſum proximè præcedentem retulerimus, ut ſupra, ubi de intellectu hujus capituli egimus, pluribus firmavimus, & paulò poſt dicemus. Sed dato, illa verba ad utrunque caſum referenda eſſe: poſſet reſponderi quod verba illa generalia ex rationibus ſupra relatis hanc interpretationem recipiant, ut cuivis caſui, ad quem referuntur, ſuum peculiare tempus tribuant, atq; adeo agnato, ſiquidem vivo alienatore redimere velit feudum, annum concedant, itemque alium annum, ſi mortuo alienatore illud revocare velit.

Nam † regulariter verba quantumvis generalia ex probabili ratione modò reſtrictionem, modò aliam interpretationem recipiunt. *l. cum pater. §. dulciſsimis de leg. 2. l. adigere. §. quamvis: de jure patro. l. milites agrum. in princ. de re milit. leg. Regula. §. fin. de jur. & fact. ignorant. l. 2. § ſi mater. ad Tertull.*

Sic etiam non rarum eſt, ut † unum & idem verbum ad plura relatum, ſecundum diverſam cujuslibet qualitatem diverſo modo accipiatur. *c. Cum dilectus. ubi Cardinal. & Panormit. col. 2. not. de conſuetud. gl. in l. 2. verb. convenit. de offic. proconſul. l. creditores: de verbor. ſignificat. junctis not. per Jaſ in l. 1. nu. 48. Si cert. petat.*

Quin † etiam, quod magis ad propoſitum facit, unum & idem verbum ſæpius diſtribuendi facultatem habet, ita ut ad plura relatum, cuilibet qualitatem ſuam peculiariter attribuat. *gloſ. in l. Gallus. §. quidam rectè. verb. non exprimat. de liber. & poſthum. & in l. ſi negocium. C. de negoc. geſt. & in l. 1. §. fin. autem ſub conditione. C. de caduc. tollend. Cravett. conſil. 99. n. 11. cum aliis ad hoc propoſitum cumulatis à Tiraquell. de retract. §. 1. gl. 18. n. 21.* Hac ratione etiam dictio *(omnino)* quodammodo ſuam proprietatem retinere poterit, ut videlicet is, qui per annum tacuit, in quovis caſu, ad quem illa verba referuntur, omnino à jure revocandi removeatur.

Argumentum † verò ab æquiparatis deſumtum locum non habet, quoties diverſa apparet ratio. *arg. l. fin. de calum. & l. inter ſtipulantem. §. Sacram. de verb. obligat.* Quare cum in propoſito manifeſtum ſit, conſenſum revocandi viam magis præcludere, quàm lapſum anni: ex argumento iſto contrar concluſionem noſtram nihil certi deſumi poterit.

Minus etiam refragantur ea, quæ diximus, de diverſo revocandi jure ex eodem fonte promanante. Oſtendimus

mus enim ſupra in primo fundamento, hæc jura minimè ex eodem capite, ſed potius ex diverſis fontibus provenire: Magis igitur in propoſito locum habebit argumentum in noſtram ſententiam adductum, quàm conſideratio Tiraquelli.

29 Quam † prætereà fecimus differentiam inter ſolam voluntatis declarationem, & agendi facultatem: ea, cum nulla certa juris ratione nitatur, exiguum pondus habere poterit. Nam cum jus hoc revocandi demum poſt mortem alienatoris competere incipiat: in quem quæſo finem neceſſaria erit voluntatis declaratio, quæ jus hoc conſervet, cum non exiſtentis nullæ ſint qualitates, *l. 2. de uſufruct. legat. l. 4. ff. loc. l. adeò. §. quod ſi toto. ff. de acquir. rer. dom.*

30 Et † taciturnitas in illis caſibus nunquam præjudicium afferat, in quibus quis ſcire potuit, jus ſuum ſalvum ſibi & integrum eſſe. *l. ſicut. §. non videtur. Quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvat. l. Cajus. de pignor. actio. l. Titia. §. Lucio. de leg. 2. not. Bart. in l. Qua dotu. num. 20. ſolut. matrimon.* Ut interim omittam, minimè verum eſſe, quod de voluntatis declaratione ſupra dictum fuit. Hæc enim ſola neq; etiam jus redimendi, quod vivo alienatore competit, contra lapſum anni integrum ſervare poteſt, ſed litis conteſtatio neceſſaria eſt, ut infra *quæſt. 12.* firmabimus. Quæ omnia ſi cuipiam non uſque adeò magni momenti eſſe videbuntur, is ſciat, me ideo prolixius commemorare voluiſſe, quoniam, cum me unà cum cæteris dominis antea in errorem induxerint, ratus ſum, fieri poſſe, ut idem aliis quantumvis naſutis hoc accidat, niſi hæc diligentius explicentur. Et planè nobis in hoc articulo evenit id, quod in judiciis non raro contingere ſolere monet Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vendit. part. 3. 5. quæſtio. principal. num. 105.* ut videlicet multa recipiantur vel fiant, quia locus vel tempus non patitur plenius deliberandi conſilium, ut ait Juriſconſultus *in l. 1. de exercit.*

Atq; ex his deniq; omnibus efficitur, quod in caſu, ubi feudo in remotiorem agnatum alienato, iſtud tam vivo alienatore, quam eo defuncto revocari poteſt, duplex anni ſpacium ſit conceſſum, quorum alterum etſi vivente alienatore elapſum fuerit, nihilominus alterum poſt mortem demum ejus currere incipiat.

31 Hæc † autem, quæ huc uſque diximus, juxta inveteratam commentatorum opinionem ita ſe habent: quod ſi verò remotis interpretum auctoritatibus ex ipſis juris feudalis fontibus quæſtio iſta decidenda, & quid illis, atque adeò inde dependenti veritati maximè conveniat, dijudicandum eſſet, longè aliter ſentirem. Nam quemadmodum concluſionem primo loco relatam ex rationibus, & fundamentis ibidem adductis libenter amplector: ita ad alteram concluſionem quod attinet, in alia omnia diſcedens, potius concludo, quod, etſi feudum agnato remotiori vendatur, tamen juri revocandi, quod poſt mortem alienatoris agnatis competit, non niſi ſpacio 30. annorum præſcribatur, non ſecus, ac ſi in extraneum feudum alienatum eſſet. Quam quidem ſententiam mihi perſuadent rationes illæ, quas circa primam concluſionem conſideravimus. Oſtenſum enim fuit à nobis: in feudis hoc eſſe regulare, ut generaliter quævis jura, quibus aliud tempus non eſt præſtitutum non minori ſpacio, quam 30. annorum terminentur. & ex hac ipſa regula ab omnibus interpretibus eſſe ſine ulla hæſitatione receptum, ut feudo in extraneum alienato, jus revocandi 30. duntaxat annorum præſcriptione tollatur. Huic igitur regulæ firmiter inſiſto, & ſecundum eam arbitror, etiam tum, quando agnato remotiori fuit venditum feudum, juri revocandi non minore tempore præſcribi, donec doceatur, à generali illa regula

caſum

Manifeſtum igitur eſt, tempus illud, quod vivente alienatore præteriit, agnato in revocandi jure, quod poſt mortem competere incepit, nullum generare præjudicium potuiſſe, & quod adeò tempus huic juri conſtitutum poſt mortem demum alienatoris currendi initium ſumat. Idq; (ne auctoritate etiam ſententia iſta deſtituatur) ſenſit *Matth. de Afflict. in d. §. ſed etiam res. num. 8. & in d. §. Porro. n. 81. & clarius docuit Thomas de Marin. in tit. de feud. ex pact. & providentia antiquo n. 71. in fin. & n. 72. & Sonsbecc. part. 13. n. 136.* ubi de filio duntaxat loquens, ait, hoc admodum dubium eſſe, ideò hanc partem, ut æquiorem & juſtiorem amplectendam. *l. ſemper in dubiis. l. quoties. de reg. jur. l. Benignius de LL.* ac tandem cõcludendo ſubjungit, quod filius vel agnatus, vivente alienatore, à redimendo quidem excludatur, ſi ſciens intra annum non redemerit, non tamen à revocando poſt obitum, niſi annum poſt mortem alienatoris ſciens præterlabi pateretur, & licet ibidem addat, agnatum in caſu, quo in remotiorem fuerit facta alienatio (de quo nunc loquimur) ideo poſt mortem demum alienantis habere annum, quia in vita, refuſo precio revocare non potuit: tamen quàm bene in hoc ſenſerit, infra *quæſtione undecima* oſtendemus.

Non obſtant huic ſententiæ ea, quæ ſupra fuerunt adducta. Nam ad textum *in d. §. Titius*, facilè reſponderi poteſt, ſiquidem verba finalia non ad principium, ſed duntaxat ad caſum proximè præcedentem retulerimus, ut ſupra, ubi de intellectu hujus capituli egimus, pluribus firmavimus, & paulò poſt dicemus. Sed dato, illa verba ad utrunque caſum referenda eſſe: poſſet reſponderi quod verba illa generalia ex rationibus ſupra relatis hanc interpretationem recipiant, ut cuivis caſui, ad quem referuntur, ſuum peculiare tempus tribuant, atq; adeo agnato, ſiquidem vivo alienatore redimere velit feudum, annum concedant, itemque alium annum, ſi mortuo alienatore illud revocare velit.

Nam † regulariter verba quantumvis generalia ex probabili ratione modò reſtrictionem, modò aliam interpretationem recipiunt. *l. cum pater. §. dulciſſimis de leg. 2. l. adigere. §. quamvis: de jure patro. l. milites agrum. in princ. de re milit. leg. Regula. §. fin. de jur. & fact. ignorant. l. 2. § ſi mater. ad Tertull.*

Sic etiam non rarum eſt, ut † unum & idem verbum ad plura relatum, ſecundum diverſam cujuslibet qualitatem diverſo modo accipiatur. *c. Cum dilectus. ubi Cardinal. & Panarmit. col. 2. not. de conſuetud. gl. in l. 2. verb. convenit. de offic. proconſul. l. creditores: de verbor. ſignificat. junctis not. per Jaſ. in l. 1. nu. 48. Si cert. petat.* 20

Quin † etiam, quod magis ad propoſitum facit, unum & idem verbum ſæpius diſtribuendi facultatem habet, ita ut ad plura relatum, cuilibet qualitatem ſuam peculiariter attribuat. *gloſ. in l. Gallus. §. quidam rectè. verb. non exprimat. de liber. & poſthum. & in l. ſi negocium. C. de negoc. geſt. & in l. 1. §. fin. autem ſub conditione. C. de caduc. tollend. Cravett. conſil. 99. n. 11. cum aliis ad hoc propoſitum cumulatis à Tiraquell. de retract. §. 1. gl. 18. n. 21.* Hac ratione etiam dictio *(omnino)* quodammodo ſuam proprietatem retinere poterit, ut videlicet is, qui per annum tacuit, in quovis caſu, ad quem illa verba referuntur, omninò à jure revocandi removeatur.

Argumentum † verò ab æquiparatis deſumtum locum non habet, quoties diverſa apparet ratio. *arg. l. fin. de calum. & l. inter ſtipulantem. §. Sacram. de verb. obligat.* Quare cum in propoſito manifeſtum ſit, conſenſum revocandi viam magis præcludere, quàm lapſum anni: ex argumento iſto contra conclusionem noſtram nihil certi deſumi poterit. 21

Minus etiam refragantur ea, quæ diximus, de diverſo revocandi jure ex eodem fonte promanante. Oſtendimus

mus enim ſupra in primo fundamento, hæc jura minimè ex eodem capite, ſed potius ex diverſis fontibus provenire: Magis igitur in propoſito locum habebit argumentum in noſtram ſententiam adductum, quàm conſideratio Tiraquelli.

29 Quam † præterea fecimus differentiam inter ſolam voluntatis declarationem, & agendi facultatem: ea, cum nulla certa juris ratione nitatur, exiguum pondus habere poterit, Nam cum jus hoc revocandi demum poſt mortem alienatoris competere incipiat: in quem quæſo finem neceſſaria erit voluntatis declaratio, quæ jus hoc conſervet, cum non exiſtentis nullæ ſint qualitates, *l. 2. de uſufruct. legat. l. 4. ff. loc. l. adeò. §. quod ſi toto. ff. de acquir. rer. dom.*

30 Et † taciturnitas in illis caſibus nunquam præjudicium afferat, in quibus quis ſcire potuit, jus ſuum ſalvum ſibi & integrum eſſe. *l. ſicut. §. non videtur. Quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvat. l. Cajus. de pignor. actio. l. Titia. §. Lucio. de leg. 2. not. Bart. in l. Quæ dotu. num. 20. ſolut. matrimon.* Ut interim omittam, minimè verum eſſe, quod de voluntatis declaratione ſupra dictum fuit. Hæc enim ſola neq; etiam jus redimendi, quod vivo alienatore competit, contra lapſum anni integrum ſervare poteſt, ſed litis conteſtatio neceſſaria eſt, ut infra *quæſt. 12.* firmabimus. Quæ omnia ſi cuipiam non uſque adeò magni momenti eſſe videbuntur, is ſciat, me ideo prolixius commemorare voluiſſe, quoniam, cum me unà cum cæteris dominis antea in errorem induxerint, ratus ſum, fieri poſſe, ut idem aliis quantumvis naſutis hoc accidat, niſi hæc diligentius explicentur. Et plane nobis in hoc articulo evenit id, quod in judiciis non rarò contingere ſolere monet Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vendit. part. 3. 5. quæſtio. principal. num. 105.* ut videlicet multa recipiantur vel fiant, quia locus vel tempus non patitur plenius deliberandi conſilium, ut ait Juriſconſultus *in l. 1. de exercit.*

Atq; ex his deniq; omnibus efficitur, quod in caſu, ubi feudo in remotiorem agnatum alienato, iſtud tam vivo alienatore, quam eo defuncto revocari poteſt, duplex anni ſpacium ſit conceſſum, quorum alterum ei ſi vivente alienatore elapſum fuerit, nihilominus alterum poſt mortem demum ejus currere incipiat.

Hæc † autem, quæ huc uſque di- 31
ximus, juxta inveteratam commentatorum opinionem ita ſe habent: quod ſi verò remotis interpretum auctoritatibus ex ipſis juris feudalis fontibus quæſtio iſta decidenda, & quid illis, atque adeò inde dependenti veritati maximè conveniat, dijudicandum eſſet, longè aliter ſentirem. Nam quemadmodum concluſionem primo loco relatam ex rationibus, & fundamentis ibidem adductis libenter amplector: ita ad alteram concluſionem quod attinet, in alia omnia diſcedens, potius concludo, quod, etſi feudum agnato remotiori vendatur, tamen juri revocandi, quod poſt mortem alienatoris agnatis competit, non niſi ſpacio 30. annorum præſcribatur, non ſecus, ac ſi in extraneum feudum alienatum eſſet. Quam quidem ſententiam mihi perſuadent rationes illæ, quas circa primam concluſionem conſideravimus. Oſtenſum enim fuit à nobis: in feudis hoc eſſe regulare, ut generaliter quævis jura, quibus aliud tempus non eſt præſtitutum non minori ſpacio, quam 30. annorum terminentur. & ex hac ipſa regula ab omnibus interpretibus eſſe ſine ulla hæſitatione receptum, ut feudo in extraneum alienato, jus revocandi 30. duntaxat annorum præſcriptione tollatur. Huic igitur regulæ firmiter inſiſto, & ſecundum eam arbitror, etiam tum, quando agnato remotiori fuit venditum feudum, juri revocandi non minore tempore præſcribi, donec doceatur, à generali illa regula caſum

caſum iſtum exceptum eſſe: id quod illi, qui hoc aſſerit, omnino incumbit.

32 Nam † qui juris aliqua regula nititur, cenſetur habere fundatam intentionem. *gl. in l. omnis definitio. & ibi Decius. de reg. jur. & in c. 1. eod. tit. in 6. Bart. in l. 2. in princ. ſi quis in jus vocat. non ierit.* neq; ulteriore aliqua probatione onerandus eſt. *l. ab ea parte. de probat.*

33 Contra † ille, qui affirmat, caſum aliquem à regula exceptum eſſe, iſtud probare neceſſe habet. *Bartol. in l. quoties. Si quis caut. & in d. l. 2. in princip. ſi quis in jus vocat. non ier. Bald. in l. ſi tutor. in fin. C. de ſerv. pign. dat. manum. Jaſ. in l. dedi. §. 1. num. 4. de condictio cauſa dat. Anchoran. conſil. 368. Dubium principale eſt. col. 2. Corneus in conſil. 272. col. 2. ad fin. lib. 2. Barthol. Socin. conſil. 231. in princ. Cravett. conſil. 25. num. 8.* Regulæ itaque tam diu tenaciter inhærendum, & ſecundum eam pronunciandum, donec exceptio liquidò probetur, quod in propoſito planè impoſſibile fore arbitror.

Deinde argumentum iſtud ex generali præſcriptionis regula deſumtum veriſimilius etiam reddetur, ſi magis in ſpecie conſideraverimus fontem, unde jus hoc revocandi promanet.

34 Nam † ut ſupra *quæſtione VI.* probavimus, & ſæpius à nobis repetitum fuit, jus revocandi, de quo jam verba facimus, nititur jure ſuccedendi, quod ex prima inveſtitura fuit quæſitum, non ſolum tum, quando feudum extraneo eſt venditum, ſed & vel maximè, quando agnato remotiori, quippe cum hoc caſu ideo revocatio concedatur, quia priorem ſuccedendi gradum ante remotiorem obtinet, ut proinde hoc caſu potiſſimum ſuccedendi jus atq; ratio in conſiderationem veniat.

35 Jus † autem hoc ſuccedendi ſolum ſpacio 30. annorum amittitur, ut de jure adeundi docent *Bald. Angel. & DD. in l. licet. C. de jur. deliber. Bart. in conſil. 129. quidam habuit. Bald. in l. Divortio. in 3. lectur. col. 1. de negot. geſt. Imol. in l. 3. de acquir. hæred. Paul. de Caſtro in l. ſi quis ſuus. ff. de jur. deliber. Felin. in c. de quarta. col. 3. verſ. Et ſcias. de præſcriptio. ubi opinionem hanc communem * dicit. & Roman. in conſil. 71. viſis dubiis. num. 2. Jaſ. conſil. 19. Præſentis conſultationis: poſt princ. lib. 1. Corneus conſil. 299. Videtur prima facie. col. 2. verſ. Quod & dicendum. lib. 3. ubi hanc dicit communem. * Socin. conſil. 63. col 3. verſ. ſed his & aliis. libr. 1.*

Sicut † etiam juri immiſcendi, quod prope idem eſt, *ut ſenſerunt gloſſ. & DD. in d. l. licet. C. de jur. deliberan. Bart. in l. filio præterito. Angel. in l. 1. C. Quando non petent. part. Paul. de Caſtro in d. l. ſi quis ſuus: de jur. delib. Corneus in conſil. 70. Incip. Duo veniunt principaliter inveſtiganda: ſub litera H. lib. 4. Jaſ. in d. conſil. 19 lib. 2 cum aliis adductis à Tiraquell. in locis ſupra citatis.* Conſequens igitur omnino eſt, revocandi facultatem, quæ ex jure iſto ſuccedendi dependet, tantum temporis ſpacium durare, atque adeò agnatum ſemper, donec jus ſuccedendi integrum ipſi eſt, feudum revocare poſſe, ſive remotiori agnato, ſive extraneo fuerit venditum cum utroq; caſu facultas hæc revocandi jure ſuccedendi innitatur, & omnes illæ rationes atque regulæ, quæ efficiunt, ut feudo extraneo vendito jus revocandi XXX, annorum ſpacium duret, eædem etiam tum locum habeant, quando in agnatum remotiorem feudum fuiſſet alienatum.

Denique cum hic de eo agatur, quemadmodum agnatus temporis curſu, à jure ſuo excludatur, atque adeò illo privetur, vel hac ratione is, qui aſſerit, illum breviori temporis ſpacio jus ſuum amittere, quam generales præſcriptionum regulæ jam adductæ exigunt, neceſſe habebit tantò evidentius demonſtrare, hoc ita jure noſtro expreſsè cautum eſſe: quo non probato, dubium non eſt, ſecundum ea, quæ jam diximus, quæſtionem iſtam dijudicandam eſſe.

Jure

Digitized by Google

37 Jure † enim ſuo nemo privandus eſt: niſi cauſa & ratione legibus manifeſtè expreſſa. §. *cum igitur. de non eligend. ſecund. nub. l. At ſi quis. §. Divus de relig. & ſumt fun. gl. in c. fin. & ibi Abb. de jure patron. & in c. in ſumma. 19. q. 1. Bald. in Auth. Ex teſtamento. in pen. col. C. de ſecund. nupt. Alex. in l. etiam. § licet in dotalibus. ſolut. matrim. Jaſ. in l. 1. col. fin. C. de transactio.*

Neq; quicquam obſtat huic ſententiæ noſtræ textus *in d. c. Titius.* ſupra enim *quæſtione V.* multis in medium adductis, ſolidis juris fundamentis proba-
38 vimus, verba † finalia illius reſponſi non, ut interpretes exiſtimarunt, ad utrunq; caſum, ſed tantum ad ultimum, qui proximè præcedit, referenda eſſe: ſecundum quam interpretationem textus iſte minimè hoc probare poterit, juri revocandi, quod poſt mortem alienatoris competit, annuum tempus præſtitutum eſſe, ſed ſolummodo probat, redimendi facultatem, quæ ex jure προτιμήσεως competit, intra annum amitti. Hæc autem duo jura plurimum inter ſe differre, & diverſiſſima eſſe, ſæpius jam diximus, & infra *quæſtione XI.* pluribus probabimus. Non igitur ex iis, quæ de jure redimendi ſtatuta ſunt, ad jus revocandi arguere licebit, & quod conſectarium eſt, textus iſte communi opinioni minimè ſuffragari poterit. Quæ quidem interpretatio noſtra magis confirmatur etiam ex iis, quæ paulò ante de curſu illius anni, quando incipiat, & de duplici anno indulgendo ex communi interpretum ſententia commemoravimus: quippe cum inde appareat, quàm neceſſe fuerit, multa præter, & contra verba illius reſponſi affingere, ut communis ille intellectus aliquo modo ſuſtineretur.

Interpretes enim, ut nonnihil tueantur opinionem ſuam, fingunt, duplici iſto juri revocandi, de quo ſecundum eos in verbis finalibus ibi agitur, non unum modo annum, ſed binorum annorum ſpatium concedendum eſſe, atq; inſuper alterum annum vivente alienatore, à tempore ſcientiæ currere, alterum verò demum poſt mortem alienatoris: cum tamen textus *in d. c. Titius.* de uno ſolum anno loquatur, neq; diſtingvat, utrum annus iſte vivente, an mortuo alienatore prætereat; quin nec hoc caſu ullam mortis mentionem faciat, ſed ſimpliciter diſponat, annum hunc à tempore ſcientiæ computandum, ut proinde non ſolum communis intellectus miris nugis involvat totam hanc materiam, & rationibus ſupra à me conſideratis adverſetur, ſed & cum ipſis verbis illius capituli pugnet, cum è contrario interpretatio noſtra tam verbis textus, quàm etiam manifeſtis juris rationibus ſupra à me conſideratis bellè conveniat, atque perſpicuum & manifeſtum reddat ſenſum, totamque hanc materiam clarius explanet. Non itaq; dubito, quin omnes, qui ſano judicio præditi veritatem magis, quàm vanas ſectantur conjecturas, noſtræ potius acceſſuri ſententiæ, quàm interpretum opinioni, & verbis *d. c. Titius.* & rectæ rationi adverſanti ſint adſtipulaturi.

Minus † etiam urget ratio, qua 39
interpretationi ſuæ fucum quærunt interpretes. Nam cum juris ſit indubitati, quod vaſallus, qui feudum non poſſidet, inveſtituram intra annum petere non cogatur. *Iſern. & Afflict. in c. 1. in princ. de capit. Corrad. Alvarott. Præpoſit. & Afflict. in c. 1. in princ. quæ fuit prim. cauſa. Afflict. in c. cap. 1. in princ. n. 63. Quo tempore miles. Curt. jun. 4. part. nu. 53. Jacob. de S. Georg. in verb. Qui quidem inveſtiti num. 32.* quî quæſo feudo penes agnatum remotiorem exiſtente proximior jus ſuum propterea amittere poteſt, quod intra annum feudum non recuperavit, neque adeò inveſtituram petiit? quin potius ſi ratione inveſtituræ annuum tempus præfinitum eſſet, id vel maximè tum locum haberet, quando feudum penes extraneum eſſet. Cum regulariter renovationis inveſti-

turæ major ſoleat duci ratio, quando feudum ad extraneum tranſit, quàm ſi iſtud inter agnatos atq; adeò in prima inveſtitura comprehenſos remanet, ut videre licet ex iis, *quæ tradunt Bart. & DD. in l. Qui Romæ. §. duo fratres. quæſtio. 10. de verbor. obligat. & in l. Si domus. §. fin. de leg. 1. & Jaſ. in l. fin. nu. 116. C. de jure emphyteut.* Certum eſt autem, hujus inveſtituræ & temporis ad eam petendam requiſiti nullam haberi conſiderationem in caſu, quo feudum extraneo venditum eſt: Sed nihilominus ad revocandum feudum triginta annorum ſpacium concedi, quare vel ex hoc ipſo manifeſtum fit, quàm futilis hæc ſit ratio, & quàm ad propoſitũ noſtrum minimè pertineat.

40 His † ita firmatis, proximum nunc eſt, ut videamus à quo tempore currere incipiat triginta annorum præſcriptio, quam in caſu, quo extraneo fuit feudum venditum, locum ſibi vendicare interpretes exiſtimant: nos verò etiam illi caſui, quando remotiori agnato alienatum fuit, accommodandam eſſe probavimus. Et cum ſupra *quæſtione VI.* à nobis oſtenſum, ac ſæpius repetitum ſit, jus hoc revocandi, quod agnatis poſt mortem alienatoris competere diximus, à ſuccedendi jure ex prima inveſtitura quæſito dependere, & quod adeò tum demum, quando defuncto alienatore ſuccedendi ordo agnatum tangit, initium capiat, neque ante, durante nimirum jure alienatoris, agnatus ſuo jure uti, vel in judicium illud deducere poſſit, *ut not. gloſſ. & DD. in c. 1. §. Hoc quoq;. de ſucceſſio. feud.* plus quàm ſatis manifeſtum eſt, tempus hoc non currere prius, quàm defuncto alienatore, qui ipſum gradu antecedebat, agnato in ſequenti gradu exiſtenti ſuccedendi via aperta, & revocandi facultas data fuerit. A morte igitur demum alienatoris tempus hoc præſcriptionis agnato currere incipiet, cum regulariter contra eum, cui juris aliquod impedimentum obſtat, quò minus agat, præſcriptio non currat. *l. 1. C. de annal. except. auth. niſi tricennale. C. de bonis matern. cum aliis ibi allegatis.* Probatur inſuper hæc concluſio omnibus illis rationibus, quibus ſupra declaravimus, annum, quem interpretes juri revocandi præſtituunt, feudo in remotiorem agnatum alienato, poſt mortem demum alienatoris computandum eſſe, præſertim verò per text. *in c. Si alter ex fratribus. in capitulis extraordinar.* Nam cum ibi diſertè diſponatur, quod frater, defuncto fratre alienatore, ſine ulla temporis præſcriptione feudum recuperare poſſit: Conſequens eſt omnino, vivente fratre, præſcriptionem initium non cepiſſe: *Idq; poſt alios, quos paulo poſt citabimus, docuit Thomas de Marin. in tit. de feud. ex pacto & provident. antiq. nu. 72. & Sonsbecc. part. 13. n. 110.*

Eſt † autem hæc doctrina uſque 41
adeò vera, ut, etiamſi poſt mortem alienatoris, quo tempore præſcriptionem currendi initium ſumere diximus, proximior agnatus, vel etiam ſequens non revocaverit, & emtor feudum iſtud ſpacio triginta annorum poſſederit, atq; propterea contra proximiores agnatos jus revocandi præſcripſerit, hæc tamen præſcriptio, proximioribus è medio ſublatis, non obſit ſequentibus in gradu, ut ideo minus feudum proprio ipſorum jure revocare poſſint, *ut poſt Andr. de Iſern. ſenſit Alvarott. in c. 1. §. Hoc quoq;. col. 6. verſ. quæro ab ext. de ſucceſſio. feud. quem ſequitur Præpoſit. col. 3. verſ. Sed utrum & Petrus Ravennates ibi, & clarius Matth. de Afflict. in d. c. Titius. num. 7.* ubi ait, etſi proximior agnatus feudum alienatum non revocaverit, neque etiam ſequens, & emtor feudum poſſederit ſpacio triginta annorum, quod nihilominus iis, contra quos eſt præſcriptum, defunctis, is, qui poſt illos proximum locum tenet, iſtud revocare poſſit, quia, inquit, medio tempore non

re non currit præſcriptio,inde inferens, quod nunquam contra agnatos præſcribatur feudum ex pacto & providentia. *Idem docuit Andr. de Iſern. in c. 1. §. Quid ergo. col. 2. in fin. de inveſtit. de re alien. facta*, generaliter concludens, quod præſcriptio contra viventem impleta non officiat agnatis. *quem ſequuntur Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict. ibi. Paul. de Caſtro in conſil. 44. incip. Circa præſentem caſum. ad fin. lib. 2. Jaſ. in conſil. 7. incip. Pro reverendiſſimo. col. penult. verſ. Ultimò non obſtant. lib. 3. & in conſil. 118. incip. Contra donationem. n. 4. & in conſil. 136. incip. In præſenti conſultatione. col. fin. vol. 4. Nevizan. conſil. 10. incip. In cauſa iſtorum nobilium. num. 18. circa fin. Cravetta in conſil. 67. incip. Ultra me. num. 9. in fin. Natta conſil. 437. incip. Pro fundamento. num 6. Decius in conſil. 208. incip. Ad clariorem. num, 9. in fin. col. 3. verſ. Et hoc maximè videtur. & in conſil. 445. incip. In caſu ad me transmiſſo. num. 47. ubi ait, hanc eſſe veritatem. Paris in conſil. 23. incip. Prima in hujuscemodi. n. 199. volum. 1. Albert. Brun. conſil. 40. col. 2. Joann. Baptiſt. Vincemal. in conſil. 1. feudal. diverſorum num. 100. Gratus conſil. 101. incip. Thema ad me num. 42. lib. 2. Anton. Rub. conſil. 84. incip. Viſo & diligenter conſiderato. num. 6. & Balb. in tract. præſcript. 4 part. quartæ partis. principal. quæſtio. 12. num. 20. & opinionem iſtam communiter * approbatam eſſe multis adductis auctoritatibus noviſſimè oſtendit Cacheran. in deciſio. Pedemont. 277. & Hypolit. Riminald. in conſil. 330. num 145. vol 3. eandem contra Curtium ſenior. in conſ. penultimo latè defendit Joan. Thom. Minadous in conſil. 10. num. 30. & hanc eſſe communem * omnium opinionem, ait Camerarius in c. 1 quæſtion. 13. numer. 104. Aragnis ubi latè eam proſequitur. & Joann. Ant. Cannetius in c. Volentes. §. ſed operæ pretium eſt diſcutere. num. 17. inquit, neminem ſe vidiſſe, qui hanc concluſionem impugnet.*

Moventur autem primò; quoniam interim, donec proximior agnatus ſuperſtes fuit, ſequens in gradu jus agendi & revocandi non habuit. Non igitur illi præſcriptionis tempus currere potuit, cum, *ut ſupra dictum eſt*, non valenti agere præſcriptio non currat. *l. 1. C. de annal. except.*

42 Secundò † quia feudum à primo concedente, & acquirente omnibus agnatis ita quæſitum eſt, ut hi ſecundum ordinem gradus ſucceſſivè vocati, & ſinguli cenſeantur gravati iſtud reſtituere agnato proximè ſucceſſuro, atq; hinc feuda videantur ſubjecta reſtitutioni, *ut inquit Andr. de Iſern. in d. §. Quid ergo. Et Alvarott. in d. §. Hoc quoque.*

43 Sed † res reſtitutioni ſubjectæ evenïente caſu reſtitutionis vendicari poſſunt, non obſtante præſcriptione. *l. fin. §. Sin autem avaritiæ cupidus. & auth. Res quæ. C. Commun. de leg.* Quare nec etiam agnato revocandi feudum, quod ſibi ex prima inveſtitura quaſi reſtituendum erat, præſcriptio obſtare poterit.

Tertiò conſiderant, quod agnatus neq; alienando, neq; alio facto ſuo ſucceſſori præjudicare poteſt, ut ſupra multis probavimus. Par igitur eſt, ut neque præſcriptio, quæ ex ipſius negligentia profecta eſt, agnato præjudiciũ inferat.

44 Cùm † alienationis nomine etiam præſcriptio, & omnis actus, per quem transfertur dominium, comprehendatur. *l. Alienationis. de verbor. ſignificat. l. 1. De fundo dotali.*

Contra hanc doctrinam, licet eam communem eſſe fateatur, inſurgit tamen Pinellus *in auth. Niſi tricennale. nu. 55. C. de bon. mater.*

45 Exiſtimans † præſcriptionem in feudalibus contra poſſeſſorem feudi adimpletam etiam ſucceſſoribus obeſſe. Idq; primò propter rationem legis inducentis præſcriptionem, quæ non minus militat hoc caſu, quam in aliis, ne videlicet dominia rerum ſint incerta, neve lites excitentur. *l. fin. pro ſuo*, quia cum præſcriptio ratione publicæ utilitatis introducta ſit, *l. 1. eod. tit.* hæc ſanè ſingulorum utilitati præferenda eſſe videtur.

46 Secundò, † quia videmus, quod etiam in bonis reſtitutioni ſubjectis præſcriptio longiſſimi temporis contra illum, cui ea reſtituenda erunt, locum obtinet, *ut ſenſit Paul. de Caſtro in l. fin.* §. *Sed quia. col. 1. & 3. C. commun. de leg. quem ſequitur Jaſ. ibi, & in conſil. 57. incip. In cauſa mota. num. 5. col. penult. lib. 1. Alexan. conſil. 50. Attentis verbis teſtamenti. num. 11. vol. 3. Balb. de præſcript. 5. part. quintæ partis principal. quæſt. 4. nu. 4. verſ. Sed Paulus. cum ſimilibus adductis per eundem Pinell. in d. Auth. Niſi trienniale. num. 22.*

47 Tertiò † movetur Pinellus, quoniam etiam in his, quæ alienari prohibita ſunt, locum habet præſcriptio longiſſimi temporis, *ut poſt alios, quos allegat, ſenſit Jaſ. in d. conſil. 57. & multis probat idem Pinellus. n. 25. & ſeqq.*

Quartò conſiderat Pinell. quia non videtur fuiſſe in poteſtate concedentis & acquirentis feudum, (quæ enim de majoratu ibi loquitur, ea ad feuda etiam accommodari poſſunt: nam & ibidem à feudo ad majoratum arguit & è contrario) tollere præſcriptionem tertiò habenti titulum & bonam fidem.

48 Quintò † quia effectus & natura uſucapionis eſt reddere præſcribentem tutum in futurum. *l. 1. §. 3. de uſucap.* Ergo non tantum contra præſentem poſſeſſorem, ſed etiam contra ſucceſſores.

49 Sextò † quia ex communi opinione, qua conceditur, præſcriptionem effectum habere contra ſuperſtitem, non autem contra ſucceſſorem, hoc abſurdum reſultat, ut effectus præſcriptionis dividatur contra. *l. eum qui ædes. de uſucap.*

50 Septimò † conceſſa uſucapione contra ſuperſtitem præſcribens efficitur dominus rei: Sed cum dominium ſemel jure quæſitum non poſſit ſine facto partis auferri. *l. Id quod noſtrum. de reg. jur. l. Si quis. §. differentia, de acquir. poſſeſſ.* non videtur deciſio juri conſentanea præſcribenti concedere dominium, ei mox auferendum contra. *l. fin.* §. *fin. C. de bon. quæ liber.*

51 Octavò † hanc ſuam opinionem corroborat Pinell. auctoritate *gl. in c. 1. §. Præterea. de capit. corrad.* Nam dum illa aſſerit in rebus feudalibus dari præſcriptionem 30. vel 40. annorum, planè ſentit effectum præſcriptionis fore perpetuum, non tantum contra præſentes, ſed etiam contra ſucceſſores, & cùm hanc doctrinam gl. interpretes communiter ſequantur, ut ſupra oſtendimus atque hoc ipſo teſtentur, præſcribentem ſecurum manere, etiam reſpectu ſucceſſorum ejus, contra quem præſcriptio impleta fuit, & tamen interim in caſu noſtro contrarium concludant. vix ſibi ſatis conſtare videntur, ſecundum Pinellum.

Quia † verò huic opinioni plurimum obnititur regula. *l. 1. de annal. except.* (nam reliqua fundamenta ex iis, quæ ſupra in ſecundo & tertio argumento dicta ſunt refutantur) ideo reſpondet idem Pinell. regulam illam tum demum procedere, quando in initio ipſius præſcriptionis objicitur tale obſtaculum, ne quis poſſit agere, neúe currere incipiat præſcriptio, prout videre licet in filio rei domino agere non valente, vel in muliere, conſtante matrimonio. *l in rebus. §. omnis. C. de jur. dot. & aliis ſimilibus.*

Nam † ubi lex reſiſtit initio, magis impeditur effectus. *l. 1. & ibi Bart n. 11. de reg. Caton.* At in feudalibus præſens poſſeſſor feudi, contra quem præſcribitur. (loquitur enim Pinell. potiſſimum de præſcriptione, quæ currit contra vaſallum poſſidentem feudum ut illa etiam obſit ſucceſſoribus) ſtat eſt domini, & conferendo jus ſuum ad ſpem ſucceſſorum, longè plus habet præſens poſſeſſor, quam quilibet futurus ſucceſſor, ut manifeſtum eſt. Atque ſic nihil eſt, quod obſtet initio præſcriptionis, cujus his à lege inducit firmum perpetuumque effectum

effectum, ut præſcribens ſecurus reddatur contra præſentem poſſeſſorem, & inde contra ſucceſſores in conſequentiam ex natura uſucapionis, & ratione legis ſupra adducta.

54 Nec † novum eſt, ut, quod ſeparatim & principaliter fieri nequit, fiat in conſequentiam juxta textum *in l. Quadam. de acquir. rer. dom. & l.1. de auctor. tutor. Hæc Pinellus*, putans ex iis ſuſtineri poſſe novam hanc opinionem.

55 Veruntamen † iſta apud me tanta non ſunt, ut propterea à communi opinione recedendum eſſe arbitrer: quin potius ſecundum eam exiſtimo, præſcriptionem contra vaſallum adimpletam minimè obeſſe agnatis, ſive loquamur de jure aliquo contra vaſallum poſſidentem præſcriptione quæſito, de quo potiſſimum verba facit Pinellus, ſive de revocandi jure, de quo nunc agimus. Idq; ut contra Pinelli objectiones evidentius demonſtremus, videtur quæſtio illa, Utrum præſcriptio ideo, quia contra vaſallum adimpleta eſt, in conſequentiam noceat agnatis, aliquo modo diſtingvenda ab ea, Utrum tempus interea elapſum ipſis agnatis cucurriſſe, atque hinc contra propriam ipſorum perſonam præſcriptum eſſe cenſeatur.

Ad primum quod attinet, præſcriptionem contra defunctum adimpletam non obeſſe agnato, probatur per text. *in d. c. 1. §. Quid ergo. de inveſtitur. de re alien. fact.* ubi diſertè diſponitur, quod, etſi ſuperſtite vaſallo per longa tempora perſeveraverit ſervitus, id tamen domino, feudo ad eum revertente, minimè noceat. eadem enim ratio eſt in agnato, quæ in domino: ſiquidem qua ratione feudum apertum ad dominum revertitur, eadem etiam defuncto vaſallo ad proximum agnatum. *c. 1. §. Hoc quoque, ibi, nihilominus revertitur ad me. de ſucceſſio feud.*

Secundò idem probat textus *in c. ſatis bene eſt de prohibit. feud. alienat. per Lotharium in fin.* dum *ibi* dicitur, factum fratris ſuperſtitis nihil detrimenti afferre fratri ſuperſtiti: licet in ſecundam & tertiam generationem, & uſq; in infinitum feudum pervenerit. His enim verbis utiq; omnis quantumvis longiſſimi temporis præſcriptio excluditur.

Tertiò hanc ſententiam in jure revocandi magis in ſpecie confirmat textus *in d. c. Si aliter ex fratribus in capit. extraordinar.* Ibi enim apertis verbis ſtatuitur, ſi alter fratrum portionem paterni feudi dederit domino, vel extraneo, quod tum dominus ſive extraneus tam diu teneat illam ſine præjudicio, (videlicet alterius fratris, cui iſtud, quod interea temporis alius feudum tenet, nullum præjudicium afferre poteſt,) quamdiu ille, qui dedit, hæredem maſculum habuerit, & poſtea ſubjungitur: ſi verò ſine hærede deceſſerit, alter frater, ſi vixerit, vel ejus hæres, ſine ullo obſtaculo & temporis præſcriptione beneficium vendicet à quocunque poſſidente. Ecce hic omne temporis interim decurſi obſtaculum penitus removetur, & clarè diſponitur, iſtud revocanti feudum minimè obeſſe, cumq; ſupra oſtenſum ſit, in feudis regulariter non niſi præſcriptionem XXX. annorum locum habere, nemini dubium eſſe poteſt, jura iſta de hac longiſſimi temporis præſcriptione accipienda eſſe.

Et † quamvis hæc ita manifeſta ſint, ut propter tam clara juris feudalis reſponſa nullam pene dubitationem recipiant: tamen inſuper quartò etiam ratione non ineleganti comprobari poſſunt. 56

Quoniam agnati in feudis ex pacto anteceſſorum jus quæſitum habuerunt prius, quàm præſcribens poſſidere cœpit: Licet igitur præſcriptionem contra vaſallum ſuperſtitem impleverit, atque ex hac contra ipſum jus ſuum quæſierit: hoc tamen agnato in jure ejus proprio nullum præjudicium afferre poterit, niſi doceatur, contra propriam ipſius perſonam præſcriptionem adimpletam eſſe. Non enim debet alteri per

per alterum iniqua conditio inferri. *l. Non debet. ff. de reg. jur. c. 1. 12. quæſtio. 2. l. fin. §. Sin autem. C. de acquir. poſſeſſ. l. Tranſactione matris. C. de tranſactionibus. l. fin. ff. de pact.* neq; quis jure ſuo ob alterius incuriam vel negligentiam privari. *l. Nam ſatis. §. final. Quemadm. ſervit. amitt. l. Si non expedierit. § Si pupillus de bon. auct. jud. poſſid. l. fin. C. depoſiti.* cum præſertim agnatus non ab agnato cauſam habeat, neq; illi ratione ulla ſuccedat, ſed jure proximioris agnati per mortem penitus extincto, ſequens agnatus feudum à primo acquirente ſuo quodam proprio jure obtineat, ex quo fit, ut jus ipſius penitus diverſum & ſeparatum exiſtimetur à jure anteceſſoris ſui, *ut docet Andr. de Iſern. in d. §. Quid ergo.* Non mirum igitur, cur præſcriptio contra defunctum adimpleta non etiam jus agnatorum penitus diverſum tollat.

57 Quibus † ita circa primam quæſtionem firmatis, non eſt difficile in ſecunda oſtendere, temporis ſpacium, quod interim, donec feudum ad agnatum devolvatur, elapſum eſt, ipſi non cucurriſſe, neq; adeò contra propriam ipſius perſonam præſcriptum eſſe. Nam omnia illa jura, quæ probant, tempus, quod interea, donec alter ſuperſtes fuit, præteriit, & quæ inde eſt adimpleta, præſcriptionem non obeſſe agnato ſuccedenti, eadem etiam hoc evidenter convincunt, interim contra ipſum tempus iſtud non cucurriſſe, neq; ex propria ipſius perſona præſcriptionem initium capere potuiſſe; cum, ſi tempus hoc interea cucurriſſet, neceſſariò inde ſequeretur, tempus elapſum ipſi agnato obeſſe: ſed cum hoc negent, in aperto ſanè eſt, tempus hoc ipſi ne cucurriſſe quidem, & quod conſequens eſt, contra propriam ipſius perſonam, nihil præſcriptum eſſe.

58 Abſq; † temporis enim curſu nunquam quicquam præſcribi poteſt. *l. 3. de uſucap. l. 1. & l. Cum notiſſimi. §. Illud autem. C. de præſcriptio. 30. vel 40. annor. l. quacunq. §. fin. in fin. C. de bon. quæ liber.*

Idq; † præterea probatur ex generali illa regula, quæ docet, non valenti agere, præſcriptionem nunquam currere. *d. l. 1. C. de annal. except.* Certum eſt enim, agnatum, donec ſuperſtes eſt is, qui alienat, jus revocandi ſine precio non habere, neq; etiam poſſeſſorem, quò minus jure ſuo interim utatur, impedire poſſe. Non igitur interim contra ipſum præſcriptio currere, vel initium capere potuit. *d. l. 1. in fin. C. de annal. except. l. in rebus. C. de jure dotium. c. 1. c. 4. & c. Ex tranſmiſſa. de præſcript. c. Quia diverſitatem. de conceſſ. prabend. Felin. in c. placuit. col. 2. in fin. verſ. Dum Abbas pulcrè. de præſcript.*

Idq; † ex naturali ratione depromtum uſq; adeò locum habet, ut, etiamſi verba alicujus diſpoſitionis præſcriptionem inducentis, admodum præciſa ſint, ea nunquam tamen currat contra non valentem agere, *ut dixit Bald. in Auth. Niſi tricennale. C. de bon. matern. quod refert Jaſ. in conſil. 118. incip. Contra donationem quam fecit nobilis. n. 4. vol. 4. Curt. jun. in conſil. 181. incip. Præſupponitur in facto. n. 5. & Cravetta conſil. 116. incip. Homines & parochiani. n. 8.*

Cur † ſuffragatur etiam alia regula, quæ docet, quod omnis præſcriptio etiam longiſſimi temporis non prius incipiat currere, quàm actiones ſunt natæ, & jure competere cæperunt. *l. ſicut. §. quæ ergo. ubi gl. in verb ſervanda. l. cum notiſſimi. §. quamobrem. §. illud. C. de præſcript. 30. annor. l. contra majores. ubi gl. C. de inoffic. teſtam. l. tali. de jure dotium. Roman. conſil. 71. incip. Viſis dubiis. n. 2. Alex. conſil. 101. incip. Super primo dubio. n. 27. vol. 7. Socin. jun. conſil. 52 n. 9. vol. 3.* Atq; ad hoc potius propoſitum pertinent illæ regulæ, ut videlicet hiſce firmetur, contra propriam agnati perſonam interim non cucurriſſe præſcriptionem, quàm ut inde evincatur, præſcriptionem, contra defunctum adimpletam agnato non obeſſe. Hoc ultimum enim aliis textibus ſupra adductis rectius probatur.

Ex

62 Ex † quo ſimul apparet, huic noſtræ ſententiæ parum obſtare, quod Pinellus pro ſolutione illius regulæ diſtinguit, utrum initiò præſcriptionis leges obſtent, an verò præſcriptio contra poſſeſſorem ſemel cœpta & impleta fuerit. Hæc enim diſtinctio eò tendit, ut oſtendat, quod, etſi contra agnatum impeditum agere præſcriptiò non cucurriſſe videatur, tamen quia ſolum contra anteceſſorem ſuum præſcriptio inchoata eſt, atque ea præſcribenti jus aliquod eſt quæſitum, hoc ipſum agnato ſuccedenti obeſſe, atque eum removere debeat. ſed nos paulò ante liquidò probavimus, præſcriptionem contra vaſallum etiam adimpletam agnato ſucceſſori non præjudicare. Minimè igitur ſubſiſtere poterit id, quod exiſtimat Pinellus, ideo præſcriptionem agnato nocere, quia ea cum defuncto cœpta erat: ſed hæc ejus conſideratio, utpote manifeſtis juris feudalis capitulis repugnans funditus corruet. Prætereà eadem penitus confunditur ex iis, quæ paulò poſt de bonis reſtitutioni ſubjectis, & alienari prohibitis dicemus. Oſtendemus enim, communem eſſe interpretum ſententiam, quod, etſi in his præſcriptiò locum habeat, etjam cœpta & impleta fuerit, non tamen obſit iis, qui præſcriptionis tempore, agendi facultatem non habuerunt, ſed deinde demum eam nacti fuerunt.

63 Quæ porrò de cauſa, natura, & effectu præſcriptionis in medium affert, ea leviora ſunt, quàm ut illis contra tam aperta jura aliquid extrui poſſit. nam † ad primum quod attinet, cur in feudis res aliter ſeſe habeat, quàm in rebus allodialibus, ex iis, quæ hactenus diximus, ratio in promtu eſt. Nam cum in feudis hoc peculiare ſit, ut agnatis feudâ ex pacto anteceſſorum quæſita conſerventur, neque his in jure ipſorum à poſſeſſoribus aliquod damnum inferatur, hæc certè ratio haud paulò minus quem movere debet, quàm illa, quæ præſcriptioni cauſam dedit, cum præſertim jus feudale longè poſt jus civile introductum ſit, & auctores illius juris neceſſe non habuerint, ſeſe ad juris civilis rationes attemperare, ſed integrum ipſis fuerit, feudis eam tribuere naturam, & qualitatem, quæ rationem illam juris civilis non admittat: ut proinde ex ratione hac ad derogationem juris feudalis nihil ſolidi inferri queat. Quinimò hoc ipſum, quod præſcriptio contra defunctum adimpleta agnato non obſit, ex regulis juris civilis deſcendit. Nam etiam ſecundum illas, ratio, quæ uſucapioni cauſam præbuit, tantum non valeat, ut alicui jus ſuum prius, quàm illud revera competat, temporis curſu tollatur, ſed hoc ſemper, nulla obſtante præſcriptione, tamdiu integrum ſibi manet, donec agendi facultas ei fiat, atque meritò ſibi imputari poſſit, cur, cum agendi facultatem habuerit, illa non uſus fuerit. *l. 1. C. de annal. except. cum ſimilib.*

Non † obſtat præterea ſecundum fundamentum. nam etſi interpretes communiter concludant, quod res reſtitutioni ſubjecta ſpacio triginta annorum præſcribatur, tamen hoc intelligunt procedere tantummodo contra eos, quibus jus agendi interim conceſſum eſt. Secus verò contra alios, quibus demum poſt præſcriptionem completam jus agendi competere cœpit: His enim præſcriptionem non obeſſe concludunt, *ut poſt Jaſonem, Claudium de Seiſell. & Crotum declarat Alciatus in d. l. Filius familias. §. Divi. nu. 48. & ſenſit etiam Corneus in conſil. 117. incip. Licet in hac conſultatione. ſub litera E. lib. 1. Decius in conſil. 38. incip. Circa primum dubium. nu. 4. ſequitur Gratus conſil. 21. numer. 37. lib. 2. Molinæus conſil. 6. incip. Viſo teſtamento. nu. 15. & ſeqq. Natta conſil. 437. incip. Pro fundamento. num. 4. & ſeqq.* 64

Eandem etiam rationem habet id, quod in tertio argumento de prohibitis alienari dicitur.

65 Nam † etſi verum ſit, prohibita alienari longiſſimo tempore præſcribi, hoc tamen ita accipiendum eſt, ut præſcriptio eis ſolum, contra quos currere potuit, damnoſa ſit: non autem cæteris, quibus ex prohibitione illa jus revocandi competiit, ſed eo interim uti non potuerunt. nam quia contra hos tempus interea currere nequivit, eis jus ſuum etiam, poſtquam præſcriptio contra alios eſt impleta, integrum manet, *ut declarant interpretes in locis jam adductis.*

66 Eſtque † circa hæc advertendum, quod interpretes, quotieſcunque quærunt, utrum res reſtitutioni ſubjecta & alienari prohibita præſcribi poſſit, ideo potiſſimum de eo dubitant, quia obſtante prohibitione, nullum juſtum poſſidendi titulum quis conſequi poſſe videbatur: & quia in præſcriptione longiſſimi temporis titulus non requiritur: hac potiſſimum ratione adducti concludunt, illam nihilominus locum habere. Hæc verò ratio utique cum quæſtione, quatenus præſcriptio iſta illis, quibus jus ex prohibitione ejuſmodi quæſitum fuit, præjudicet, iis præſertim, quibus tum agendi facultas competiit, nihil habet commune. Nihil itaq; ex communi illa concluſione interpretum, qua docent, præſcriptionem in his locum ſibi vendicare, ad propoſitum noſtrum inferri poterit: ſed potius Pinellus contradicendi ſtudio haſce inter ſe plurimum differentes quæſtiones perperam confundit, cum præſertim interpretes ipſimet diſtinguant, & hanc ſuam doctrinam ita, ut jam diximus, declarent, ut præſcriptio iſta illis non obſit, quibus jus ex prohibitione illa fuit quæſitum, neque interim illo uti potuerunt. Atque hinc denique perſpicuum eſt, hæc duo argumenta potius noſtram communiter receptam ſententiam, quàm novam Pinelli opinionem confirmare, & quod propterea interpretes hiſce argumentis, ut ſupra diximus, rectè in hanc ſententiam uſi fuerint. Quartum argumentum levius eſt, quàm ut refutatione egeat: neque tam ad feuda, quàm ad caſum illum, de quo loquitur Pinellus, pertinet: cum nemini dubium ſit, in eorum, qui jura feudalia induxerant, poteſtate fuiſſe, illis eam tribuere naturam, quæ præſcriptionem non facilè recipiat.

Effectus † verò præſcriptionis, quo quintum argumentum innititur, conſiderari non poteſt ultra, quam ipſa natura rei, quæ præſcriptione quæſita eſt, admittat. *l. ita in princ. de adminiſtrat. tut. l. Concellaverat. de his quæ in teſtamento delentur.* Oſtendimus autem ſupra, feudorum eam eſſe naturam, ut agnati in eis jus penitus diverſum, atque ſeparatum à poſſeſſore habeant, & quod præſcriptio tantum concernat jus ejus, ad quem feudum alioqui pertinet, & contra quem temporis curſus attenditur. quare contra hunc ſolummodo effectum habebit, reſpectu ejus præſcribentem tutum reddet: non autem contra alium, cui jus ſuum ſalvum atq; integrum ſemper remanſit, nullo contra ipſum præſcriptionis tempore currente. Præſcriptio enim ex temporis curſu vires atque robur accipit, non igitur contra illos, quibus propterea, quod interim agere non potuerunt, tempus non cucurrit, effectum aliquem ſortiri poterit. 67

Atq; hinc etiam facilè ceſſat ſexta ratio ab abſurdo vitando deſumta. Nam † cum jura vaſallorum poſſidentium & agnatorum penitus ſint diverſa, tantum abeſt, ut abſurdum ſit, effectum præſcriptionis dividere, ut etiam ipſa æquitatis ratio exigat, cōtra quemlibet eorum neceſſariam eſſe peculiarem præſcriptionem, ne alteri per alterum iniqua inferatur conditio. 68

Eadem ratione ſextum argumentum non ſolum diluitur, ſed & contra Pinellum ipſum retorquetur.

Neq; † etiam rarum eſt, ut, etſi alicui quæratur dominium, id tamen 69

apud

Digitized by Google

apud ipſum non ſit perpetuò, ſed revocari certa ratione poſſit *l. 1. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub modo. l. fin C. de legat. l. doce. C. de rei vendicat. Inſtit. quibus alienar. licet, ubi not. Angel. & DD.* in feudis, præſertim, in quibus cenſetur jus ad vitam duntaxat poſſidentis durare, ut ita mirum non ſit, cur jus præſcriptione quæſitum potentius nõ ſit, quàm ejus, contra quem fuit præſcriptum, atque adeò nihil faciant ea, quæ de dominio non mox auferendo conſiderat.

70 Denique † ultimum etiam fundamentum deſumtum ex gl. *in d. § præterea.* admodum fragile eſt. Non enim ſequitur. præſcriptio 30. annorum locum habet in feudis, ut ſenſit gl. illa communiter approbata, ergo eadem etiam agnatis obeſt, cum plurimum differat quærere, an res aliqua præſcribi poſſit, & quatenus præſcriptio adimpleta vires ſuas extendat, ut apparet ex iis, quæ ſupra *circa ſecundum & tertium argumentum* diximus. Cum itaque ex his manifeſtum ſit, omnia ea, quæ contra communem ſententiam in medium affert Pinell. apprime levia & futilia eſſe: meritò nos, iis rejectis, communem ſequimur ſententiam, & ſecundũ eam concludimus, præſcriptionem contra unum agnatorum adimpletam reliquis in proprio ipſorum jure nulla ratione nocere poſſe. Ex quo porrò efficitur, verum eſſe id, quod ſupra diximus, non ſolum tum, quando vivente alienatore triginta annorum ſpacium eſt elapſum, agnatũ poſt mortem ejus feudum revocare, ſed, etſi eo defuncto proximiores agnati feudum non revocaverint, ac propterea emtor feudum triginta annorum ſpacio poſſederit, nihilominus tamen ſequentes in gradu, quando feudi ſucceſſio ad ipſos devenit, feudum ex jure proprio recuperare poſſe: quippe cum præſcriptio contra defunctum adimpleta, ipſis non obſit, neq; etiam contra ipſorum perſonam præſcriptio currere queat, omni interim agendi facultate ipſis denegata.

Cavendum † itaque erit ab Albert. Brun. dum *in fin. d. conſil. 67.* ait, agnatos remotiores poſſe petere, ut propinquioribus tempus præfiniatur ad revocandum, atque hinc ipſis imputandum eſſe, ſi eo neglecto, tempus præterlabi paſſi fuerint. Nam cum agnatorum remotiorum jus revocandi demum incipiat poſt mortem proximiorum, atque interim ſuperſtitibus his, nullum jus agendi illis competat, ſed in proximiorum poteſtate ſitum ſit, vel revocare vel conſentiendo, ſive tacendo alienationem tantisper firmam ac ratam efficere, quàmdiu ipſis ſuperſtitibus jus ipſorum durat: quo quæſo jure remotiores petere poterunt, ut proximioribus revocandi tempus conſtituatur? cum, ut dictum eſt, hoc, utrum revocare, aut alienationem confirmare velint, in libera ipſorum voluntate poſitum ſit: aut quid tandem hoc caſu imputari poterit remotioribus? cum, etſi vel maximè dies agendi proximioribus præfinita, atque ea elapſa fuerit, non tamen propterea magis revocare poſſint feudum alienatum, vivente proximiore, ſed jus ipſorum demum poſt mortem proximiorum incipiat, rata interim manente alienatione. Rectè igitur hanc opinionem Bruni refutat Cacheranus *in d. deciſione 277. num. 4. ut apud eum videre licet.* 71

Cæterum † quod hactenus probavimus, præſcriptionem contra proximiorem adimpletam remotiori in jure revocandi non obeſſe, id declaratur primò, ut locum habeat, etſi remotior hæres factus fuerit ejus, contra quem jus revocandi præſcriptum fuit. Nam cum hoc caſu is, adverſus quem præſcribitur, non contrahat, neq; aliud quicquam agat, unde obligatio aliqua oriatur, quæ ſucceſſores ex proprio ipſorum jure agentes obligare poſſit: ideo exiſtimarunt interpretes, non eſſe locum regulæ. *l. Ex qua perſona. de reg. jur. & l. cum à matre. C. de rei vendicat: prout docuit Ripa in d. §. Divi. num. 116. &* 72

ibi

Digitized by Google

ibi Alciat. ad fin. Decius in d. conſil. 445. Rubeus in conſil. 84. incip. Viſo & diligenter conſiderato. num. 6. Paris in d. conſ. 23. num. 201. & 213. Pinell. in d. Auth. niſi tricennale. num. 50. & in l. 1. part. tertia. num. 83. verſ. limitatur. 5. de quo tamen videnda ſunt ea, quæ infra *in quæſtione illa, Utrum hæres alienantis revocare poſſit feudum alienatum*, pluribus tractabimus.

73 Secundò † hanc ſuam doctrinam extendunt interpretes, ut procedat, etiamſi quis feudum ultra centum annos, vel tempus hominum memoriam excedens poſſederit. Non enim hoc obeſſe poterit agnatis remotioribus, quibus in medio exiſtentibus proximioribus, jus revocandi interea temporis non competiit: ſed illis demum defunctis competere incepit: quippe cum nihilominus locus ſit regulæ ſupra traditæ, quæ docet, quod contra impeditum agere præſcriptio non currat. Hoc dilucidè ſenſit Paris. *in d. conſil. 23.* ubi eo de caſu loquitur, quo poſt alienationem ducenti erant elapſi anni, nec tamen minus integrum eſſe jus revocandi remotioribus concludit, & comprobatur ex eo, quod docet Cravett. *in tractat. de antiq. tempor. part. 4. §. Materia iſta ſingularitatis. numer. 65.* ubi exiſtimat, regulam *d. l. 1. C. de annal. except.* locum habere, etiam-
74 ſi † res ſpacio centum annorum poſſeſſa fuerit. In hoc tamen aliter ſenſit Marian. Socin. *in conſil. 76. incip. cum dieb. elapſis. num. 58. 100. & ſeqq. vol. 1.* quàm bene, ipſe viderit.

75 Tertiò † hanc doctrinam reſtringit Alvarottus *in d. §. Ergo*, ut non procedat, quotieſcunque quis non ab ipſo agnato, ſed ab extraneo feudum comparaſſet. Nam cum extraneo, quò minus in alium transferat feudum, nihil obſtet, ideo arbitratur, eum, qui ab ipſo emit, præſcriptione contra omnes agnatos tutum eſſe poſſe. Idque etiam ſequitur Balb. *de præſcriptio. in d. loco.* Sed advertè, reſtrictionem iſtam hac potiſſimum ratione niti, quoniam extraneus non eſt alienare prohibitus, atq; propterea vendendo juſtum poſſidendi & præſcribendi titulum emtori præbere poteſt. Doctrina verò noſtra, non tam ratione iſta eſt ſuffulta, quia agnatus alienare eſt prohibitus, quàm illa, quoniam non valenti agere nulla currit præſcriptio: id quod cum quæſtione illa, an, & quatenus prohibitus alienare præſcribere poſſit, nihil habet commune, ſed longè differt, uſque eò, ut, etiamſi contra alienare prohibitum præſcribi poſſit, hæc tamen præſcriptio non obſit illis, quibus agendi facultas nondum eſt facta, quemadmodum paulò ante demonſtravimus. Non igitur reſtrictio iſta ad propoſitum noſtrum pertinere poterit, ſed eò ſolum reſpicit, quatenus prohibita alienari præſcribi poſſint, quæ quæſtio, ut dictum eſt, aliena penitus eſt a propoſito noſtro, ut proinde haud ſatis conſideratè haſce inter ſe diſſidentes materias cõfudiſſe videatur Alvarott.

Deniq; † advertendum, ea omnia, 76
quæ hactenus diximus, in agnatis procedere: in filiis verò rem longè aliter ſeſe habere. Firmabimus enim infra *quæſt. XIII.* quod filii feudum à parentibus ſuis capere cenſeantur, atq; omnia ea, quæ parentes in feudis geſſerunt, rata habere & præſtare teneantur. Par igitur eſt, ut, cum beneficio parentum ad feuda perveniant, eorundemq; acceſſione fruantur, etiam præſcriptio contra parentes adimpleta ipſis obſit. *l. 1. §. Pro ſecundo. C. de caduc. tollend.*

Nam † in præſcriptionibus hoc 77
regulare eſt, ut, qui acceſſione ſui auctoris utitur, is illa cum omni ſua cauſa utatur. *l. Pomponius. §. 1. cum. ſeqq. de acquir. poſſeſſ. & comprobatur optimè ex iis, quæ docet Andr. de Iſern. in d. §. Quid ergo. col. 2. in fin.* ubi, poſtquam oppoſuerat, mirabile videri, quod præſcriptio contra unum impleta non obſit aliis, cum tamen omnibus, inter quos eſt acceſſio temporis, debeat negligen-

tia

Digitized by Google

ita vel diligentia auctoris ſui in damnū vel commodum cedere, reſpondet, ideo in agnatis rem aliter ſeſe habere, quia inter illos non eſt acceſſio, cum unus ab alio non cauſam habeat, ſed omnes à concedente. At filii à parentibus cenſentur cauſam habere, & beneficio eorum feuda conſequi, ut infra *quæſtione XIII* probabimus. Quare ceſſante ratione illa, ob quam in agnatis aliud introductum eſt, in filiis locus erit regulæ ab Andr. de Iſern. conſideratæ, quæ docet, quod omnes illi, qui utuntur acceſſione temporis, debeant ea uti cum omni cauſa, & quod adeò præſcriptio contra auctorem adimpleta ipſis etiam officiat.

18 Idem † magis etiam firmatur ex eo, quod videmus, filium feudum amittere, ſiquidem pater infra anni ſpacium inveſtituram non petierit. *c. 1. Quo tempor. miles inveſt. c. 1. Quæ fuit prima cauſa b. nefic. amitt. c. 1. de capit. Corrad.* Si enim hęc negligentia patris tam exiguo temporis curſu commiſſa obeſt filiis: ſanè nulla probabilis reddi poterit ratio, cur nō etiam temporis præſcriptio contra parentem impleta, filiis nocere debeat. Neque huic ſententiæ noſtræ quicquam impedimenti affert alia regula, quæ vult, quod contra non valentem agere præſcriptio non currat.

Non enim propterea filios præſcriptione excludi exiſtimamus, quaſi contra ipſos agere non valentes præſcriptum ſit, quo caſu rectè locum habet iſta regula: ſed tantum, quia contra auctorem ipſorum, qui agere potuit, præſcriptio eſt adimpleta, & filii non niſi hoc mediante ad feudū pervenire poſſunt, atq; acceſſione ejuſdem utuntur: hinc concludimus, præſcriptionem contra auctorem completam etiam filiis obeſſe. Quo ſtante, non in tam ancipiti, eodemque perpetuo periculo verſabitur emtor, ut rati ſunt interpretes, ſed quoties ſemel contra omnes agnatos ſuperſtites præſcriptum fuerit, tum filiis etiam eorū à jure revocandi excluſis, amplius ſecurus eſſe poterit. Id quod tam juris feudalis, quàm æquitatis rationi magis eſt conſentaneum, & præterea hac etiam de cauſa admittendum, ne omni penitus commercio feuda eximantur: ut & de hoc infra *quæſtione XIII.* pluribus monebimus.

ADDITIO SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Præſcriptione agnatum,] de iſta quæſtione tractat Fachinæ. *lib. 7. controv. cap. 11. & 12.*

QUÆSTIO IX.

AGNATUS HÆRES ALIENATORIS AN ET QUATENUS FEUDUM alienatum revocare poſſit, & quæ hoc caſu ſit ineunda æſtimatio portionis hæreditariæ, ſive inventarium confectum fuerit, ſive non: an item inventarium revocandi jus integrum conſervet hæredi.

1. *Hæres factum defuncti impugnare non poteſt.*
2. *Hæres & defunctus eadem perſona eſſe cenſentur.*

3. *Hære*

3. *Hæres non debet eſſe melioris conditionis, quàm defunctus.*

4. *Ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet.*

5. *Hæres adeundo hæreditatem voluntatem defuncti comprobat.*

6. *Quem de evictione tenet actio, hunc agentem repellit exceptio.*

7. *Hæres etſi de evictione non teneatur, facto tamen defuncti contravenire nequit.*

8. *Heres non poteſt contravenire illis, quæ defunctus in rebus ad ipſum hæredem pertinentibus geſſit.*

9. *Hæres non poteſt revocare alienata à defuncto, licet ex familia relicta, & alienari prohibita fuerint.*

10. *Hæres neq; ex propria perſona rem ſuam alienatam à defuncto revocare poteſt.*

11. *Agnatus hæres alienantis feudum revocare non poteſt, juxta communem. Contra verò, quod etiam hæres revocare poſſit feudum defenditur num. 40.*

12. *Hæres tantummodo pro portione hæreditaria tenetur præſtare factum defuncti.*

13. *Hæres ſolum pro portione hæreditaria repræſentat perſonam defuncti.*

14. *Hæreditaria portio, ſecundum quam hæres tenetur præſtare factum defuncti, æſtimatur potius ex portione, quàm ex valore.*

15. *Licet ex portione hæreditaria minus commodi percipiat hæres.*

16. *Inventarium efficit, ut portio hæreditaria potius ſecundum quantitatem, quàm ex portione æſtimetur; quando alioqui hæres damno afficeretur.*
Idem obtinet, licet utilius eſſet hæredi æſtimationem fieri juxta portionem, ſecundum Bald. nu. 19. Contrarium firmatur num. 21.

17. *Agnatus hæres, confecto inventario, ratione feudi alienati tantum præſtare tenetur, quantum ex hæreditate commodi percepit.*

18. *Inventarium hæredem ab omni damno liberat, & num. 29.*

20. *Inventario confecto, conſideratur utilitas & effectus non merum nomen hæredis.*

22. *Inventarium in favorem hæredum introductum eſt.*

23. *Regula l. Ex qua perſona: ejus efficatia non eſt, ut magis ad æſtimationem, quàm ad ipſam portionem hæreditariam reſpiciatur.*

24. *Agnatus hæres, confecto inventario, feudum alienatum revocare poteſt. Et hoc contra Pinell. & Vaſquium defenditur. num. 28.*

25. *Inventarium, quatenus bona hæreditaria ſufficiunt, nihil operatur. declaratur hoc num. 34. niſi hæredis ultra commodum, quod ex hæreditate percepit, interſit, & nu. 38.*

26. *Hæres, licet inventarium confecerit, non tamen debet ſentire lucrum cum jactura alterius.*

27. *Actiones hæredis, etiam confecto inventario, eatenus confunduntur, quatenus ex hæreditate lucrum percepit. declaratur num. 39.*

28. *Pinelli opinio refutatur.*

30. *Hæredis plurimum intereſt recuperare rem ſuam à defuncto alienatam, licet tantundem ex hæreditate perceperit.*

31. *Vendere rem ſuam nemo invitus cogitur.*

32. *Affectio, quam erga rem à majoribus poſſeſſam habemus, legibus conſiderari ſolet.*

33. *Inventarium efficit, ne actiones hæredis confundantur.*
Item, reducit cauſam ad eum ſtatum, ac ſi hæreditas adita non eſſet.

34. *Hæredis quoties intereſt rem ſuam à defuncto alienatam recuperare, tum confecto inventario, hoc ſibi integrum eſt, licet de evictione teneatur. & num. 28.*

35. *Hæres adiens cum inventario quatenus cenſeatur ſuſcipere obligationes defuncti.*

36. *Non poſſe fieri aliquid dicitur, quod nihilominus ſolutione ejus, quod intereſt permittitur.*

37. *Hæres quatenus ex hæreditate lucrum capit, eatenus exceptionem patitur, quomodo intelligendum.*
Exceptio, licet alicui competat, tamen replicatione elidi poteſt.

38. *Hæres audiens cum inventario non tenetur præſtare factum defuncti.*

41. *Hæres etiam ſine inventario non tenetur præſtare factum defuncti, quando tendit ad defraudandum eum beneficio legis.*

42. *Vaſallus alienans feudum cenſetur agnatos defraudare legis beneficio.*

43. Hæres

Digitized by Google

43. *Heres impugnare poteſt, factum defuncti, quod contra legis prohibitionem ſuſcepit. Idq; contra Pinellum defenditur.*

44. *De re aliena liberius quis diſponere poteſt, quam de feudo.*

45. *Hæres ex teſtamento magis tenetur ſtare voluntati defuncti, quàm ea præſtare, quæ extra teſtamentum geſſit.*

46. *Hæres proprio jure nitens poteſt impugnare factum defuncti.*

47. *Hæres revocans feudum tenetur de evictione in caſu, quo illa locum habet.*

(a) Quamvis feudum (a) ex pacto & providentia alienatum agnatus, defuncto alienatore, jure revocari poſſit, quemadmodum ſupra *quæſtione 6.* commemoravimus: ſi tamen alienanti mortuo hæres extiterit, tum hoc ipſi amplius integrum non eſſe, pleriq; interpretum *ibidem limit. 6.* & paulò poſt re-
1 lati exiſtimarunt: moti, quoniam † regulariter heres contra factum defuncti venire non poteſt, *ut probatur in l. Cum à matre. C. de rei vendicat. l ſi ab eo. C. de negoc. geſt. l. ſi patri tuo. C. de donat. l. ſucceſſores. C. de ſolut. & l. ſi uxor. C. de bon. auctor. judic poſſ. l ſi fundum, ibi, neq; ei ſucceſſiſti. C. de reb. alien. non alienand. l ſi Titio. de pignor. l. 1. de excep. rei judic. l. Poſtulante. ff. Ad S. c. Trebell.* quæ quidem regula præter adductas & ſimiles, multis etiam aliis juris rationibus con-
2 firmatur, tum † quia hæres & defunctus una eademque perſona eſſe cenſetur. *Auth. de jure jurand. à morient. pra-*
3 *ſtit. poſt princ.* tum † quia hæres non debet eſſe melioris conditionis, quàm defunctus fuerit *l. in omnibus. §. Non*
4 *debet. l hæredem. de reg jur.* tum † etiam, quia ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet. *l. Ex qua perſona de reg. jur. l. Pomponius. § cum*
5 *quis: de acquir poſſ* tum † quia hæres adeundo hæreditatem voluntatem defuncti ſuo conſenſu comprobare intelligitur. *l ſi ab eo. C. de liber. cauſa. l. ſi pa-*
6 *tro. § 1. Ad S.c. Trebellian.* tum † deniq; quia quem de evictione tenet actio, hunc agentem repellit exceptio. *l. vendicantem: de evictio. l. venditrici. C. de reb. alien. non alienand.* quod quidem ultimum in illis tantummodo caſibus, in quibus evictio locum habet, in conſiderationem venit: ad eos verò, ubi de evictione non poteſt agi, accommodari nequit, (quemadmodum nec etiam in propoſito ſatis expeditum eſt, utrum de evictione agi poſſit.) non tamen propterea hæres minus factum defuncti præſtare tenebitur.

Sed † etſi de evictione non tenea- 7
tur, propter alias tamen rationes commemoratas factum defuncti impugnare non poterit, *ut ſenſit gloſſ. in d. l. cum à matre: quam ſequuntur Bald. Paul. de Caſtro & communiter interpretes. Lancellot. Gall in l. 4. §. Cato. col. 28. verſ. Etſi in hac: de verbor. obligat. & ibi etiam Socin. nepos. num. 221. Fulgoſ. in conſil. 67. incip. Paterfamilias. col. 2. verſ. His tamen non obſtantibus: Tiraquell. in tractat. de retract. § 1. gloſſ. 9. num. 48. & Pinell. in l. 1. parte tertia. num. 81. verſ. Ampliatur ſecundo. C. de bon. matern.*

Regula † autem iſta, quæ hære- 8
dem factum defuncti præſtare debere docet, non ſolum in iis rebus, quæ defuncti fuerunt propriæ, & de quibus liberam diſponendi habuit facultatem, ſed procedit etiam in rebus ad hæredem jure proprio pertinentibus, de quibus alioqui defunctus jure diſponere non potuerat, *ut probatur in d. l. Cum à matre. & in d. l. venditrici. & in l. filium. de liberal. cauſa.*

Ideoque † etiam in rebus familiæ 9
relictis, alienarique prohibitis hæres alienantis non poteſt venire contra alienationem defuncti, quamvis ſucceſſio ſibi debeatur ex diſpoſitione primi inſtituentis, *ut probat text. in l. filiusfamilias. §. cum pater. de leg. 1. per quem hoc docet Pinellus in d. l. 1. parte tertia. num. 81. ampliat. 6. & num 82. verſ. infertur 3.*

10 Quinimò † hoc uſque eò verum eſſe, ut hæres non ſolum non jure hæreditario, ſed nec ex propria perſona alienationem rei ſuæ, vel ab anteceſſore ſibi relictæ revocare poſſit, *per textum in d. l. filium. de liberal. cauſa. & d. l. cum à matre, ubi idem ſenſit gloſſ. magna. & d. l. venditrici, contra multos aſſeruit Pinellus in d. loco: num. 82. verſ. infertur. 2.*

11 Haud † itaque præter rationem in hanc ſententiam deſcendiſſe videntur interpretes, ut exiſtimarint, (b) agnatum, qui alioqui poſſet revocare feudum alienarum, jure iſto non uti, neque alienationem factam impugnare poſſe, ſi hæres extiterit vaſallo, qui iſtud alienaverat, *quemadmodum ſenſit Jacob. de Belvis. in c. 1. §. Hoc quoque. & ibi etiam Bald. col. fin. Martin. Laudens. col. 3. verſ. Quaro an factum. Alvarott. & præpoſit. col. ultim. de ſucceſſ. feud. Jacob. de S. Georg. in verb. Et cum pacto de non alienando. verſ. Adverte ad id: Curtius junior in tractat. feud. parte quarta, num. 148. & 152. Zaſius in Epitom. feud. parte 9. de feud. alienat. verſ. Quibus conſequens eſt. Paul. de Caſtro. conſil. 207. incip. dico dictum Bartholomaum. in princ. lib. 2. & in conſil. 290. Viſa ſupra ſcripta facti narratione. verſ. Ex prædictis patet. num. 4. eod. lib. 2. Alexan. in conſil. 28. incip. In cauſa & lite. num. 18. volum. 5. Ruinus conſil. 1. incip. videretur fortaſſis. num. 2. & in conſil. 42. incip. Innocentis ſummus. num. 12. vol. 1. & in conſil. 25. incip. Viſo legato num. 11. vol. 2. Matth. de Afflict. in deciſione 112. Inter dominam. circa medium: & in conſtitut. Neapol. Rubr. 5. num. 9. Sigiſmund. Loffred. conſil. 1. incip. Dubitatur an inveſtitura. numer. 169. ut proinde ex hiſce facilè cuivis pateat, hanc concluſionem communi * interpretum calculo eſſe approbatam.*

12 Hæc † autem communiter recepta doctrina declaratur primò, ut agnatus hæres ſolum pro portione hæreditaria à jure revocandi excludatur, ita, ut, ſi ſolus hæres fuerit, in totum removeatur, ſi cum altero, duntaxat pro dimidia, ſi cum duobus, pro tertia, & ſic de ſingulis, *ut probatur in d. l. cum à matre, ibi, pro qua portione, & in l. 1. ibi, pro portionibus hæreditariis. C. ſi cert. petat. & in l. 2. & in l. ſi adulta ibi, ultra portionem, in qua ſucceſſit, petitio non confundatur. C. de hæredit. actio. & in l. ſi uxor. C. de bon. auct. judic. poſſid. l. ſi ab eo C. de negoc. geſt. Idq́; clarè docuit gl magna in d. l. cum à matre. circa fin. quam ſequuntur unanimiter interpretes ibi, & in l. fin. §. In computatione: ubi Bald. num. 14. & Corneus. num. 6. verſ. Quartus caſus. C. de jur. deliber.* Neq; ſanè mirum, nam omnes illæ rationes, quas efficere diximus, ne hæres factum defuncti impugnare queat, portiones modò hæreditarias reſpiciunt, uſq; eo, ut, † quamvis hæres cenſeatur repræſentare perſonam defuncti, iſtud tamen ſolum intelligatur pro quota, in qua hæres eſt, quo ad alias verò partes extraneus reputetur, *ut ſenſit gl. in l. 2. & in fin. ff. de prætor. ſtipulat. quam ſequuntur Bart. & reliqui communiter ibi. idem Bart. in l. Avus. de pact. & in l. continuus. §. fin. de verb. obli. Salicet. in d. l. ſi adulta. per illum text. Jaſ. in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. in 4. notab. de verbor. oblig. Socin. in l. 4. §. fin. ab fin. de verb. oblig. Tiraquell. in tractat. de retract. tit. 1. §. 37. gl. 1. nu. 50.*

Eſt † tamen hoc, quod diximus, 13
hæredẽ ſolummodo pro portione hæreditaria removeri à jure revocandi, ita inteligendum, ut in æſtimanda portione illa hæreditaria, ſecundum quam is tenetur pręſtare factum defuncti, potius habeatur reſpectus ad quotam hæreditatis partem, quàm ad ejuſdẽ quantitatem ſive valorem, uſq; eò, ut, licet portio illa hæreditaria, quæ ad ipſum pervenit, ratione quantitatis eſſet precii majoris feudo, atque adeò hæres ex hæreditate plus commodi perciperet, quàm ſibi ob feudum alienatum abſit, nihilominus tamẽ duntaxat pro portione hæreditaria à revocandi jure removeretur, pro reliquis verò portionib. in

quibus

Digitized by Google

quibus defuncto non ſucceſſit, feudum revocare poſſet, ut puta ſi feudum valeret quingenta, & quis eſſet hæres pro dimidia parte, atque hæc dimidia hæreditatis pars valeret mille, tum, etſi juxta quantitatis æſtimationem longè plus ex hæreditate perciperet, quàm feudum alienatum valuiſſet, nihilominus tamen habito reſpectu, ad quotam hæreditatis partem, ſecundùm quam ſolum dimidia hæreditas ad eum pervenit, feudum pro altera dimidia hæreditatis portione revocare poſſet. *Ita poſt gl. in d. §. in computatione: ſenſit Bart. ibi. nu. 6. in illis verbis:* hinc patitur exceptionem reſpectu quotæ, in qua ſit hæres, non reſpectu quantitatis, quæ ſit ultra, *quem ſequuntur Bald. Paul. de Caſt. Alberi. de Roſat. & interpretes communiter ibi: Anchoran. in conſil. 365. incip. In themate propoſito, nu. 5. & 6. & in col. 4. Ruinus in conſil. 42. nu. 12. lib. 1. Phannuc. de Phannuc. in tractat. de inventar. hæredis, part. 5. num. 72.*

15 Sic † etiam è converſo, licet portio hæreditatis, quæ hæredi obvenit, ſecundum quantitatem minus valeret, neque in æſtimatione correſponderet portioni feudi alienati, quam propterea revocare impeditur: tamen potius habebitur ratio quotæ partis, quàm quantitatis, & feudũ pro ea portione, pro qua hæres extitit agnatus revocare non poterit. Utputa ſi feudum alienatum valeret mille, & dimidia hæreditatis pars valeret 200. tum, etſi hæc portio juxta veram æſtimationem non reſpondeat mediæ parti feudi alienati, atq; propterea hæres minus commodi percipiat ex hæreditate, quàm ex portione feudi, cujus revocandi via ſibi præcluditur, tamen habito reſpectu ad quotam hæreditatis partẽ magis, quàm ad ejus quantitatem, feudum alienatum pro ea parte, quæ ei ex hæreditate obvenit, videlicet pro dimidia revocare non poterit, non attento, quod dimidia pars feudi plus valeat, quàm portio dimidia hæreditatis: quippe cum, ut dictum eſt, magis habeatur reſpectus ad portionem, quàm ad ejus quantitatem. *Hoc diſertè docuit gl. in d. l. cum à matre. num. 6. ibi hæreditatis dimidia non habet precium dimidiæ fundi, quam ſequuntur Bart. Bald. Salicet. Paulus de Caſtr. & reliqui omnes ibi. & in d. §. In computatione.* & de utroq; caſu hoc aſſerit Pinell. *in d. l. 1. parte 3. num. 79. verſ. Eadem concluſio,* hoc modo explicans id, quod interpretes ſatis obſcurè dicere ſolent, non eſſe inſpiciendam quantitatem ſed quotitatem. Idq; in caſu, in quo hæres nullum confecit inventarium, ſecundum jus vetus extra omnem controverſiam poſitum eſt. Nam & jura *in d. l. cum à matre. & in d. l. ſi uxor: & in d. l. ſi adulta,* quæ hæredem pro quota parte hæreditatis removeri, nulla habita ratione quantitatis, generaliter definiunt, eo tempore fuerunt edita, quo inventarii beneficium nondum fuerat inventum: & interpretes hoc aſſerentes paſſim eo de caſu loquuntur, quo nullum confectum fuit inventarium.

Sed † quid juris ſit, ſi hæres inventarium confecerit, an tum etiam magis 16
habenda ſit ratio quotæ partis, quàm æſtimationis ejuſdem, dubitatione non caret. Hoc quidem expeditum eſt, in ultimo caſu, ubi valor portionis hæreditariæ non reſpondet æſtimationi rei, à cujus repetitione quis propterea excluditur, ſed res, quam à defuncto alienatam hæres pro portione hæreditaria relinquere cogitur, aliquantò plus valet, quàm ex portione hæreditaria percipere queat, quod tum inventarii beneficiũ hoc præſtet, ut magis ad ipſam qualitatem & æſtimationem portionis reſpiciatur, quàm ut quotæ partis, ſive (ut noſtri loquuntur) quotitatis habeatur ratio, & quod adeò (inculcandum eſt enim propter rei difficultatem ſæpius) ea, quæ de quota parte, ſive quantitate ejuſdem conſideranda, paulò ante diximus, confecto inventario, hoc caſu non procedant, ſed potius ad

quantitatem, quam ad quotitatem (ut vocabulo ab interpretibus uſurpato utar) reſpectus habeatur. Hoc enim poſt gl. *in d.* §. *in computatione*, clarè docuit Bart. *ibi. num. 6. in illis verbis: facta computatione reſpectu quantitatis, non re-*
(c) *ſpectu quotæ*, (c) quem ſequuntur *Bald. Salicet. Paul. de Caſtro, Alberic. de Roſat. Alex. & univerſi deniq; in d.* §. *In computatione & in d. l. cum à matre:* quibus adſtipulatur etiam Pinellus *in d. loco. n. 79. verſ. Prædicta autem:* adductus potiſſimum, quia beneficium & effectus inventarii à Juſtiniano introducti verè quantitatem & emolumentum hæreditatis reſpicit, & hujus doctrinæ poſt Fulgoſ. tale proponit exemplum: ſi fingas, (inquit) patrem vendidiſſe rem filii, quæ valebat certum, poſteaq; deceſſiſſe, ſuperſtite filio, cum alio cohærede, & bona patris valere 50. ex quibus filius pro dimidia portione hæreditaria conſequitur 25. tunc confecto inventario, non repelletur pro dimidia rei venditæ, & ſic non pro 50. ſed pro quantitate ſuæ portionis, & ſic pro 25. cum aliàs non facto inventario, filius propter dimidiam hæreditatis, in qua habet 25. repellendus eſſet à dimidia rei venditæ, quæ dimidia valet 50. quia ſine inventario habetur ratio portionis quotæ, non quantitatis. *Hæc Pinellus.*

17 Hinc † itaq; in propoſito noſtro circa exemplum ſupra à nobis adductum idem dicendum erit, ut, confecto inventario agnatus hæres non quidem pro dimidia portione, in qua ſucceſſit, à revocatione feudi excludatur, ſed habita conſideratione quantitatis, pro ratione commodi, quod ex hæreditate percepit: ex quo ſequitur, cum poſuerimus eum ex dimidia hæreditatis parte tantummodo 200. conſecutum eſſe, quod etiam de feudo alienato tantundem repetere non poſſit: quatenus verò feudum plus valet, hoc jure revocare queat, cum alioqui, ſi nullum confeciſſet inventarium, feudum pro dimidia revocare non poſſet, licet dimidia pars feudi longè majoris eſſet precii, quam ex dimidia hæreditatis parte perceperat: atq; hæc in caſu iſto communiter ſunt approbata, & ſummam habent rationem.

Nam † inventarii remedium ideo eſt introductum, ut ab omni damno atq; incommodo immunẽ reddat hæredem, atq; efficiat, ne is ultra vires hęreditarias teneatur. *d. l. fin.* §. *Et ſi præfatam. C. de jur. delib.* Maximo autem hoc caſu afficeretur incommodo, ſi magis ad quotam hæreditatis partem, quàm ad ejuſdem quantitatem, & æſtimationem reſpiciendum eſſet: quippe cum plus in re propria amitteret, quàm ex hæreditate caperet, atq; hac ratione ultra vires hæreditatis de ſuo aliquid prǫſtare teneretur. Par igitur eſt, ut inventario confecto non amplius ad ipſam quotam partem, ſive portionem hæreditatis, ſed magis ad ejus quantitatem & æſtimationem habeatur reſpectus, atq; hoc ipſo res eo deducatur, ne ultra vires hæreditatis quippiam præſtare teneatur hæres, id quod proprium eſt inventarii. 18

Quid † autem ſtatuendum in primo caſu ſupra relato, quando videlicet valor portionis hæreditariæ, habita ratione quantitatis, longè ſuperat æſtimationem rei, à cujus repetitione quis excluditur: an etiam tum inventarium hoc prǫſtabit, ut magis ad quantitatem & æſtimationem portionis, quàm ad ipſam portionem & quotam partem habendus ſit reſpectus? Et cum Bart. *in d.* §. *in computatione. nu. 6.* generaliter concludat, confecto inventario, potius gerendam eſſe rationem quantitatis, quàm quotæ, (ut ipſe loquitur) & ſolum in caſu, quo nullum eſt confectum inventarium, admittat, potius reſpectu quotæ, quam reſpectu quantitatis incundam eſſe rationem: videtur hoc ipſo ſatis innuere, confecto inventario, ſemper ſpectari oportere quantitatem, & æſtimationem, neq; referre, utrum ſecundum hanc conſideratio- 19

nem

nem quis ex hæreditate plus percipiat, Idq; clarius tradidit Bald. *ibi*.

Primò enim generaliter concludit, quod hæres, qui non confecit inventarium, repellatur pro quota ſuæ inſtitutionis, deinde ſubjungit, ſi autem fecit inventarium, & tunc aut ut plus valet, vel tantundem tertia portio, in qua fuit inſtitutus, quam tertia portio fundi alienati, & facto inventario, repellitur uſque ad concurrentem
20 quantitatem, & non ultra, quia, † ubi fit inventarium, conſideratur utilitas, & effectus, & non merum nomen hæredis, unde, cum facto inventario hæres repellitur, hoc erit ſolummodo per illam regulam: Ex qua perſona quis lucrum ſentit: non per eam, quæ dicit, hæredem non debere venire contra factum defuncti. Hoc ergo (inquit) ſolum operatur inventarium, quod contra hæredem non conſideratur quota, ſed emolumentum. Ecce Bald. diſertè loquitur eo de caſu, quo portio hæreditaria plus valet, quàm portio rei alienatæ, & tamen concludit, propter confectum inventarium magis eſſe reſpiciendum ad quantitatem portionis, quàm ad ipſam portionem.

21 Contrarium † tamen poſt Jacob. de Ra. rectius docuit Alberic. de Roſat. *in d. §. In computatione. col. 2. verſ. Quod verum eſt*, ubi, poſtquam tradiderat, inventario confecto inſpiciendam eſſe quantitatem, ne filius hæres gravetur ultra id, quod habet in hæreditate, ſubjungit, hoc verum eſſe, ſecundum Jacob. de Ra. niſi inſpectio quotitatis prodeſſet filio, puta, quia quantitas hæreditatis major foret, quàm quotitas: quia inſpectio quotitatis, & quantitatis fieri debet, ſecundum quod prodeſt filio, quando fecit inventarium, ne quod favore, &c. *l. Quod favore: de reg. jur. Hac ille*. Quibus verbis utiq; perſpicuè docet, in caſu, quo portio hæreditatis plus valet, quàm portio rei alienatæ, etſi inventarium confectum ſit, tamen potius ad ipſam portionem, quam ad ejus quantitatem habendum eſſe reſpectum, quippe cum hoc longè ſit utilius hæredi. Nam, ut res exemplo ſit clarior, fingamus, retento exemplo ſupra tradito, rem alienatam valuiſſe quingenta: dimidiam verò hæreditatis portionem, quæ ad hæredem pervenit, valuiſſe mille: hic ſi ducenda eſſet ratio quantitatis magis, quàm quotitatis (balbutiendum eſt enim cum noſtris) rem alienatam recuperare non poſſet, ſed penitus à jure revocandi excluderetur: cum habita ratione quantitatis hæreditariæ plus lucri perciperet ex hæreditate, quàm ob rem alienatam amitteret: contra verò ſi ipſam portionem potius, quàm quantitatem ejuſdem contemplaremur, tum, etſi ex hæreditate plus lucri conſequeretur, quam ſibi abeſſet ex re alienata à defuncto, nihilominus tamē habita ratione portionis hæreditariæ pro dimidia parte, in qua non ſucceſſit, rem alienatam recuperare poſſet: ut proinde in aperto ſit, hoc caſu longè utilius eſſe hæredi, ſi portionis magis, quàm æſtimationis duceretur, ratio, contra verò in maximum ipſius diſpendium cedere, ſi conſideranda eſſet æſtimatio portionis.

Atqui † certum eſt, inventarii be- 22
neficium eſſe in favorem hæredum introductum, non autem ad diminutionem juris ſui, ut conſtat *ex l. fin. C. de jur. deliber.* Non igitur facultatem dividendi obligationem pro hæreditariis portionibus auferre poterit hæredi, ſed quod conſequens eſt, quemadmodum ante jus novum fiebat computatio ex portione hæreditaria, non ex quantitate portionis, ita hodie dicendum erit, quando hæredi utilius fuerit. Hac ratione impulſus opinionem iſtam ſequitur, eandemq; præ cæteris primus pulcrè declaravit Pinell. *in d. l. 1. part. 3. n. 50. verſ. Aliud etiam memoratu dignum*: adducens etiam pro ea textum *in l. 3. §. Emancipatus: de bon. poſſeſſ. contra tabul. ibi, quò magis admittatur, non quò minus.*

Eidem ſententiæ ſuffragatus eſt etiam Phanuc. de Phanuc. *in tractat. de inventario hæredis parte 5. num. 72.* exiſtimans, eam eſſe omni dubitatione exemtam, quoniam, inquit, certum eſt, quod ex jure antiquo non repellitur hæres, niſi ad ratam quotæ hæreditariæ. *d. l. cum à matre. d. l. ſi uxor. C. de bon. auctor. jud. poſſ. d. l. ſi adulta. C. de hæred. actio.* Ergo idem nos oportet ex jure novo dicere: quia non reperitur immutatum per legem inventarii, *arg. l. Præcipimus: in fin. C. de appellat. & l. ſancimus. C. de teſtam.* Quibus motus neq; ego huic ſententiæ ſubſcribere dubito: quippe cum ratio illa, ob quam in altero caſu, de quo ſupra diximus, aliud receptum eſt, in propoſito penitus ceſſet, & manifeſta inter hoſce duos caſus ſubſit diverſitatis cauſa. Non obſtat auctoritas Bartoli. Nam is obſcurè loquitur, cumq; non ſatis appareat, an idem ſenſerit in caſu iſto, de quo verba facimus: doctrina ejuſdem non incommodè intelligi poteſt de illo caſu, ubi portio hæreditaria minus valet, quàm portio rei alienatæ. Baldus verò, etſi hoc manifeſtè aſſeverare videatur, nullo tamen probabili fundamento nititur.

13 Nam † quod attinet ad regulam *l. Ex qua perſona:* quam potiſſimum conſiderat, eam ejus efficaciæ non eſſe, ut magis ad æſtimationem portionis, quàm ad ipſam quotam partem reſpiciendum ſit, ex L L. ſupra adductis manifeſtum eſt, quibus generaliter definitur, pro portione tantummodo hæreditaria obſtrictum eſſe hæredem, non obſtante regula *de l. ex qua perſona*, etiam tum exiſtente: cumque jura illa hoc quidem caſu nuſquam correcta eſſe reperiantur, conſectarium ſanè eſt, quemadmodum ſecundum jus vetus regula *l. Ex qua perſona:* hoc præſtare non potuit, ut ratio habeatur æſtimationis potius, quàm portionis, ita nec hodie illam ejus efficatiæ eſſe poſſe vigentibus adhuc L L. illis quibus cautum eſt, non tam valoris, quàm portionis habendam eſſe rationem. Atq; hæc pro declaratione ejus, quod diximus, hæredem pro portione ſolum factum defuncti præſtare debere, ſufficiant: quæ etſi plæraque à Pinello prius tradita fuerunt, tamen cum propoſito noſtro optimè conveniant, & à cæteris interpretibus alioqui ſatis confuſè & obſcurè probata, neque cuivis paſſim obvia ſint, ideo illa majoris perſpicuitatis gratia hic non modò commemoranda, ſed planius etiam explicanda eſſe duximus. Eſt tamen circa ea, quæ de inventario hactenus firmavimus advertendum, illa tum demum ad propoſitum noſtrum, ubi de revocatione feudi agimus, rectè accommodari poſſe, quando ſecundum opinionem quorundam ponimus, inventarium ejus efficaciæ non eſſe, ut quis feudum alienatum revocare poſſit: de quo mox dicturi ſumus. Nam quando propter inventarium integrum eſſet hæredi, totum feudum revocare, (ut in ſequentibus probabimus) fruſtra de portionis æſtimatione, ad ipſam feudi revocationem quod attinet, quæreretur. Sed hoc caſu eam duntaxat utilitatem habet inveſtigatio iſta, ut feudo ab agnato hærede revocato, cognoſcatur, quatenus is tanquam hæres alienatoris de evictione vel ſaltem ad precii refuſionem teneatur. Nam tum etiam portionis hæreditariæ æſtimatio iſta, de qua hoc uſque verba fecimus, rectè in conſiderationem veniet, ut ex infra dicendis eluceſcet. Licet etiam hoc loco de legitima quæri ſoleat, an ejus in computatione iſta ſit ducenda ratio, quia tamen hic non de filiis, ad quos materia iſta pertinet, ſed de agnatis agimus, conſultò prætermiſimus.

Secundò doctrina ſupra firmata, qua traditur agnatum hæredem vaſalli alienantis, feudum ex pacto alienatum revocare non poſſe, limitatur, ut locum non habeat, ſi is inventarium confecerit.

Hoc

Digitized by Google

24 Hoc † enim confecto, hæredem non ſolum pro portionibus, in quibus non ſucceſſit defuncto (quorum reſpectu etiam ſine inventario contra factum defuncti eum venire poſſe jam diximus.) Sed etiam pro portione, in qua hæres fuit, factum defuncti in irritum revocare, atque idcirco, licet hæres ex aſſe fuerit, nihilominus feudum eum recuperare poſſe, plærique exiſtimarunt, *ut Andr. de Iſern. in c. 1. §. Hoc quoq; col. 1. de ſucceſſio. feudi, & ibi etiam Afflict. num. 72. & 74. Alexan. in conſil. 19. incip. Super eo, de quo quæritur. num. 14. & in conſil. 28. incip. In cauſa & lite. num. 18. vol. 5. Decius in conſil. 208. incip. Ad clariorem. num 9. & in conſil. 185. incip. In cauſa iſtorum nobilium. nu. 5. & in conſil. 445. incip. In caſu ad me tranſmiſſo. num. 56. Jaſ. conſil. 7. incip. Pro reverendiſſimo domino. col. 8. & conſil. 56. incip. Viſo & diligenter conſiderato. col. 5. in princ. lib. 3. Socin. nepos in conſil. 112. incip. Abunde profecto num. 14 lib. 2. Paris. in conſil. 2. incip. Conſultus ab illuſtri. num. 32. & conſil. 3. incip. videtur prima facie dicendum. num. 18. & conſil. 10. incip. Mortuo illuſtriſſimo nu. 6. & conſil. 16 incip. Si attendimus tenorem. num. 43. vol. 1. Ruinus in d. conſil. 1. num. 11. lib. 1. & conſil. 38. incip. Quoniam de pluribus quæritur. num. 5. & num. 21. eod. lib. Curt. jun. conſil. 138 incip. Habita diligenti & matura. num. 20. & conſil. 155. incip. Pulcra & ſubtilis. num. 2. & in tractatu feudali. parte 4. num. 548. ubi ait, ita tenere omnes feudiſtas. & Anton. Rub. conſil. 18. incip. Videretur prima facie. num. 3. & 4. & conſil. 84. incip. Viſo & diligenter conſiderato. num. 7. Sylvan. in conſil. 30. num. 33. & 34. Cravett. conſil. 256. incip. In caſu tranſmiſſo. nu. 3. Thom. Grammat. in deciſ. 93. num. 10. & hanc ſententiam communiter * approbatam eſſe multis adductis auctoritatibus oſtendit Pinell. in ſupra dicto loco n. 93.*

25 Sed † hic advertendum, quoniam huic limitationi plurimum reclamat alia communiter approbata doctrina, qua traditur, Inventarium duntaxat hoc præſtare, ne hæres ultra vires hæreditarias teneatur, quatenus verò bona hæreditaria ſufficiunt, eatenus etiam confecto inventario confundi actiones hæredis, ut pro lucro & commodo illo, quod ex hæreditate percepit, factum defuncti non minus præſtare teneatur, quàm ſi nullum confeciſſet inventarium: *ut diſertè docuerunt. gl. Bart. Bald. Paul. de Caſtro. Alex. Jaſ. & deniq; omnes in d. §. In computatione. l. fin. C. de jur. deliber.* inde concludentes, quod, etſi filius, cujus bona propria pater alienaverat, ſuccedens patri inventarium confecerat, tamen nihilominus pro commodo, quod ex hæreditate percepit, exceptione removeatur, ne factum defuncti impugnare, & rem ſuam à patre alienatam repetere queat.

Idq; ſecutus eſt etiam Alberic. *ibi col. 1. in princ.* rationem addens, quia † hæres non debet ſentire lucrum cum alterius jactura, licet fecerit inventarium, *ut probatur in §. Licentia. Idem tenuit etiam Imol. in c. Ex parte col. 8. verſ. Sed adverte de feudis, quem refert, & ſequitur Decius in l. Debitori. num. 20. C. de pactis. & in l. Ex qua perſona, ubi etiam Cagnol. de reg. jur. & doctrinam iſtam ſecutus eſt Romanus in conſil. 18. Incip. Viſa facti narratione. num. 4. Paul. de Caſtro in conſil. 263. Circa primum. col. 3. num. 3. lib. 2. & in conſil. 370. quia in ſuprà ſcripto, num. 2. eod. lib. 2. Fulgoſ. in conſil. 67. incip. Paterfamilias. col. 2. Alex. in conſil. 30. incip. Viſis dubitationibus nu. 7. lib. 6. & in conſil. 165. incip. Circa præſentem. num. 6. circa col. 2. vol. 5. Corn. in conſil. 301. incip. Circa primum conſultationis articulum ſub litera A. lib. 1. Ruin. in conſil. 7. incip. Quæritur & in dubium revocatur. num. 46 in fin. & in conſil. 176. incip. Primò quæritur. n. 17 in fin. & in conſ. 208 incip. Præmittendum eſt primo num 16. vol. 1. & in conſil. 51. incip. Circa caſum de quo quæritur n. 22. & in conſil. 25. incip. Requiſitus ab illuſtri. num. 10 vol. 5.* 26

*Afflict. lib.3 conſtit. Rubric. 5. num. 9. Boër. deciſio. 23. num. 20. Socin. jun. conſil. 108. incip. Viſo puncto. nu. 42. vol. 2. Ludovic. Bolog. conſil. 50. Cravett. conſil. 225. incip. De tribus principaliter. num. 12 Gratus conſil. 9. incip. Facti ſpeciem ſubjiciam. num. 18. vol. 1. Pinell. in d. l. 1 part. 3. num. 81. verſ. Ampliatur ſeptimò. Vaſquius de ſucceſſio. creatione lib. 1. §. 6. num. 46. tit. de teſtam. poten. Phannuc. de Phannuc. de inventar. hæred. part. 5. num 60. quorum plerique hanc doctrinam communi * interpretum calculo approbatam eſſe aſſerunt.* Eademque inſuper probatur ex illo, quod paulò ante ſtabilivimus, inventarium hoc præſtare, ut portio hæreditaria, ſecundum quam hæres præſtare tenetur factum defuncti, juxta quantitatem & valorem æſtimetur potius, quàm juxta quotitatem, ut noſtri loquuntur. Nam hoc ipſo manifeſtè præſupponitur, hæredem etiam, confecto inventario, eatenus facto defuncti devinctum eſſe, quatenus ex hæreditate commodum aliquod conſequitur. Cum, ſi inventarii beneficium hæredi facultatem impugnandi factum defuncti concederet, eundemq; ab obligationis nexu, quo ad præſtandum factum defuncti eſt obſtrictus, penitus, liberaret, non neceſſe eſſet anxiè conſiderare, utrum ſecundum quantitatem & valorem, ſive (ut loquuntur interpretes) quotitatem, ineunda foret ratio ejus, quod ex hæreditate quis percepit. Sed non attento, quid vel quantum ex hæreditate eſſet conſecutus, factum defuncti impugnare poſſet, atq; propterea conſideratio illa ex communi interpretum ſententia deſumta prorſus ſupervacanea eſſet. ſed cum interpretes uno ore concludant, inventarium hoc efficere, ut magis quantitatis, quàm quotæ habeatur ratio, & ne ultra commodum ex hæreditate perceptum quis factum defuncti præſtare teneatur, hoc ipſo ſatis clarè docent, quod, etiamſi quis inventarium confecerit, tamen pro commodo ex hæreditate percepto, voluntatem defuncti ratam habere cogatur.

Ideoque etiam plerique interpretum exiſtimarunt, hoc, quod dicitur propter inventarium confectum actiones hæredis non confundi, ita eſſe accipiendum, ut tantummodo reſpectu effectus, & eatenus non confundi cenſeantur, ne damnum aliquod ſentiat hæres: interim verò concludentes, quatenus ex hæreditate commodum percepit, eatenus actiones revera confuſas eſſe, ut illas amplius in judicium deducere non poſſit, prout hoc explicavit gl. *in d. §. In computatione. in verbo confunduntur, ibi, quantum ad effectum. quam ſequuntur Bart. Bald. & DD. ibi. & in l. debitori. C. de pactis, & communi * ſcribentium calculo eſſe receptam teſtatur Alex. ibi in d. §. In computatione. num. 5. verſ. in gl. in verb. confunduntur. quem refert, & poſt alios à ſe relatos ſequitur Phannuc. de Phannuc. part. 5. num. 14. reſpondens argumentis ab Jaſ. in contrarium adductis.*

Ex quo ſimul tollitur objectum illud, quod contra communiter receptam ſententiam moveri poſſet, ex regula illa, quæ propter inventarium actiones non confundi docet. hæc enim intelligitur ſolum reſpectu effectus, ne quis ultra, quàm ex hæreditate percepit, præſtare, atque inde damnum ſuſtinere teneatur, quatenus verò quis ex hæreditate lucrum conſecutus eſt, eatenus regula iſta locum non habet, ſed potius actiones confuſæ exiſtimabuntur, ut ex jam dictis apparet. Hinc itaque ſententiam eorum, qui arbitrantur, hæredem ob beneficium Inventarii factum defuncti impugnare, & feudum alienatum revocare poſſe, reprobat Pinell. *in d. loco. num. 81. verſ. ampliatur 7. & num. 96. verſ. infertur 4.* inquiens, hoc eſſe notandum contra errorem multorum, qui putant, inventarium ad plura prodeſſe, quàm herbam Bethonicam, atq; inde

inde perperam tradunt, conditio inventario, hæredem admitti contra factum defuncti. & *Pinell. in hoc ſequitur Vaſquius in d. loco.*

28 Veruntenimverò utut hæc ſeſe habeant, nos tamen, dato, agnatum propterea, quia hæres eſt, feudum alienatum non poſſe revocare, quemadmodum ex communi interpretũ ſententia ſupra poſuimus, contra exiſtimamus, opinionem eorum, qui ob inventarii beneficium revocandi facultatem hæredi conceſſam eſſe arbitrantur, defendi, & ab impugnatione Pinelli ſalvari poſſe. (d)

29 Certum † eſt enim, inventarii remediũ hoc præſtare, ne hæres aliquod damnum ſentiat, nihilq; ut Juſtinianus ait, ex ſubſtantia ſua penitus amittat, ſed ab omni detrimento & incommodo, quod ex aditione ipſi imminere poſſet, liber atq; immunis reddatur, *ut diſertè probatur in d. l. fin. § Etſi præfatam, ibi, ſine periculo habeant, & nihil ex ſua ſubſtantia penitus amittant. § Licentia, ibi, neq; damnum aliquod hæres ex ejuſmodi ſentiat hæreditate. C. de jur. deliber.* prout verba illa poſt alios latius ponderat Paris. *in conſil. 33. incip. Præſens conſultatio n. 89. lib. 3.* inde concludens, hæredem, qui inventarium confecit, ne in minima quidem re damno alicui expoſitum eſſe debere.

30 Deinde † nemo etiam inficias ibit, quod, etſi hæres tantundem ex bonis hæreditariis percipiat, quanti feudum alienatum valeat, maximo tamen incommodo afficeretur, ſiquidem propterea feudo anteceſſorum pacto ſibi
31 quæſito carere cogeretur: non † ſolum, quia durum & iniquum eſſe jura noſtra reputant, quem invitum rem propriam alteri etiam pro juſto precio vendere, vel aliud pro alio recipere debere. *l. dudum. C. de contrahend. emt. cum ſimilib.*

32 Sed † etiam quia erga bona à majoribus noſtris poſſeſſa plerunq; ſumus affecti, ut, ſi ea aliis vendere atq; relinquere cogamur, maximam nobis fieri injuriam cum detrimento conjunctam putemus: quam quidem affectionem non minus conſiderare, & inter damna æſtimabilia referre ſolent leges, quam aliam quandam patrimonii diminutionem. *l. ſi in emtione. de minor.* ubi minor reſtituitur, ſi ſuperetur adjectione ab alio in re majorum ſuorum. ex quo not. *ibi* Bald. quod ſit enormis læſio perdere rem majorum ſuorum. *L. 1. §. & alias. ff. ſi quid in fraud. patron. ibi, affectionem oportunitatis, vel vicinitatis vel Zeli, quod illic educatus. l. lex quæ tutores. C. de adminiſtr. tut.* ubi Imperator Conſtantinus ait, lugubre eſſe, non videre fixas, aut revulſas imagines majorum à domo, in qua defecit pater, minor crevit, *cum ſimilib. adductis per Tiraquell. de retract. in præfat. n. 34.* Quare ſi inventarium ab omni damno immunem præſtare hæredem debet, ſequitur omnino, iſtud etiam hunc operari effectum, ut hæres illius beneficio fruens, hoc quidem caſu factum defuncti etiam pro portionibus hæreditariis, in quibus ſucceſſit, impugnare atq; idcirco feudum alienatum revocare poſſit, cum, ut dictum eſt, niſi hoc præſtaret, maximo damno hæres afficeretur: quod tamen, ut omni ex parte evitet, inventarii remedium potiſſimum eſt adinventum.

Præterea † inventarium non ſolum 33
propterea eſt introductũ, ne quia ultra vires hæreditatis devinctus ſit, ſed etiam ut actiones illas, quæ alioqui aditione confunderentur, ſalvas atq; integras conſervet hæredi, ut diſertè probatur *in §. Si verò & ipſe aliquas. d. l. fin. C. de jur. deliber.* ac omnem cauſam in eum ſtatum reducit, ac ſi hæreditas omnino adita non eſſet, *ut inquit Bald. in d. l. debitori. C. de pactis, quod dictum tanquam pulcrum refert & ſequitur Jaſ. in d. § in computatione. & in l. quæ dotis. ſol. matr.* Par igitur eſt, cum tanti interſit hæredis, potius feudum ipſum recuperare, quam frui commodo ex hæreditate percepto, ut jus ejus revocandi

feudum

Digitized by Google

feudum inventarii beneficio, perinde ac reliquæ actiones, ſalvum atq; integrum reſervetur, ut proinde interpretes, qui facultatem iſtam inventario tribuerunt, probabili ratione moti eſſe videantur.

34 Neq; † huic concluſioni obſtant ea, quæ ſupra ex opinione Pinelli fuerunt conſiderata. Nam communis illa doctrina, qua traditur, Inventarium, quatenus bona hæreditaria ſufficiunt, ad relevandum hæredem nullum ſortiri effectum, tum demum rectè procedit, quando ultra commodum, quod ex hæreditate percipitur, nihil amplius intereſt hæredis, ſed onus illud, quod ratione hæreditatis perceptæ ſuſtinere cogitur, cum commodo illo, quod inde conſequitur, penitus compenſari poteſt. At quando, ut in propoſito, ipſius intereſt, ut potius rem propriam à defuncto alienatam recuperet, quàm ut ex commodo hæreditario compenſationem admittat, tum ſanè, ne damno aliquo afficiatur, inventarium hoc præſtat: ut, non conſiderato eo, quod ex hæreditate acquiſivit, jus ipſi ſuum ſalvum & integrum ſit, atque ea de cauſa rem ſuam alienatam à defuncto recuperare poſſit, ita tamen, ut eatenus, quatenus ex hæreditate lucrum percepit, poſſeſſori damnum, quod inde hauſit, reſarciat. Hoc modo communem illam doctrinam præ cæteris pulcrè declarat Alberic. de Roſat. *in d* §. *In computatione. col. pen.* ubi diſtingvendo, ait. Aut intereſt filii, habere fundum alienatum à defuncto, puta propter affectionem, *ut l. ſi in emtione. de minor.* tunc non debet pati exceptionem, quia propter inventarium non debet ſentire damnum, ſed tenebitur emtori de evictione, non tamen ultra vires hæreditarias. Si verò non intereſt filii habere fundum, tunc eatenus patitur exceptionem, quatenus ex hæreditate percepit, & paulò poſt etiam magis generaliter de quovis hærede ſubjungit. Tu dic plenius: quod ſi fecit inventarium, & eſt hæres in ſolidum, eatenus patitur exceptionem, quatenus habet de hæreditate, & non in plus, propter beneficium inventarii, quia non debet ex hæreditate damnum vel lucrum ſentire: deinde hanc doctrinam reſtringens, niſi (inquit) ſua interſit habere fundum, tunc enim non patitur exceptionem, ſed tenebitur de evictione, ut prædictum eſt in filio. *Hæc Alberic.* quibus verbis perſpicuè docet, illud ipſum, quod nos modò aſſeruimus, ut mirandum ſit, Pinell. qui doctrinam ejuſdem in præcedentibus, ubi de portionibus hæreditariis egit, ſecutus fuit, ſicuti paulò ante diximus, hoc etiam non animadvertiſſe: niſi fortè ſtudio contradicendi, & novi aliquid parturiendi diſſimulaverit. Idem, licet de Alberico nullam facit mentionem, docuit etiam noviſſimè Phann. de Phannuc. *part. 5. n. 9.* adductus hac ratione, quia † hæres adeundo hæreditatem 35 cum beneficio inventarii, non ſuſcipit obligationes defuncti, quemadmodum conſiſtunt in perſona defuncti, ſed quoad certum effectum & ſecundum quid, ſcilicet quatenus capit emolumentum ex hæreditate & illud retinere vult. Sin autem eo ſe abdicare voluerit pro menſura & modo damni; quod poſſeſſor rei patitur ob evictionem rei, non videtur amplius quid ab eo deſiderari poſſe, quoniam ſolvendo id, quod intereſt cenſetur factum evictionis promiſſum præſtare. *l. ſtipulationes non dividuntur.* § *Celſus, & ibi not. de verbor. obligat.* & addit, ita eſſe concludendum, ne alioquin dicamus, hæredem cum beneficio inventarii exponi huic periculo, ſive damno, quod rem ſuam pecuniario commodo cogatur penes alium dimittere. quod nimis grave eſt propter affectionem.

Neque † obſtare ait huic concluſioni communem interpretum doctrinam: quia interpretes hanc quæſtionem 36

ſtionem non in ſpecie tractant, & intelligendi ſunt reſpectu effectus, cum ſæpe dicamus, aliquid fieri non poſſe, quod nihilominus permittitur, ſolvendo parti id, quod ejus intereſt. *juxta not. l. Si convenerit. ff. de jurisdict. omn. judic.*

37 Sed † ut planius dicamus, advertendum eſt, interpretes ſimpliciter concludere, hæredem etiam confecto inventario, quatenus ex hæreditate lucrum percepit, exceptionem pati, id quod minimè negamus: ſed hoc non concludit, quò minus in caſu, ubi hæredis, ut diximus, intereſt, is hanc exceptionem replicatione elidere, atque hinc conſequi poſſit, ut rem ſuam vendicare ſibi liceat. ſimul enim conſiſtunt, reo adverſus actorem exceptionem competere, & tamen actorem certo reſpectu eandem replicatione elidere & tollere poſſe. Nihil igitur communis illa interpretum doctrina huic conſiderationi refragabitur, ſed potius eidem optimè conveniet. Minus etiam obſtant illa jura, quæ hæredem ad præſtandum factum defuncti obſtringunt, ut in principio quæſtionis noſtræ adduximus. Ea enim omnia procedunt ſolum in caſu, quo hæres nullum confecit inventarium: hoc verò confecto, locum amplius non habent, ut reſpondet etiam Phannuc. *in d. loco.*

38 Doctrinam † iſtam Alberic de Roſat. ſecutus eſt etiam Hieronymus Gabriel. *conſil. 125.* inde concludens, etſi hæres etiam confecto inventario teneatur ratum habere factum defuncti, quatenus ex bonis hæreditatis percepit, juxta communem interpretum ſententiam, quod tamen hoc tantummodo procedat, quando hæres nullum damnum, quòd meritò in conſiderationem veniat, patitur, ſi factum defuncti præciſè obſervat, nec ejus quicquam intereſt, magis rem ſuam, aut ſibi debitam vendicare, vel retinere, quàm aliam hæreditatem ejuſdem valoris. Inventarium enim relevat à damno: ſed ſi ratione affectionis, quia res fuerat majorum ſuorum, *juxta l. ſi in emtionem. de minor.* vel quia res habet juriſdictionem, aut dignitatem annexam, (ut plerunque feuda) ſua interſit, rem illam potius habere, quàm aliam hæreditariam, vel ſi aliam ob cauſam ſua veriſimiliter referret, hæreditariam loco ſuæ non habere: hoc caſu, inquit, quia damnum aliquod incurreret hæres, ſi factum defuncti præciſè præſtaret, amplectenda eſt opinio Alberic. de Roſat. ut teneatur quidem de evictione, & ad ſolutionem æſtimationis, quatenus ſuppetunt bona hæreditaria, *juxta l. fin. C. de evictio.* ſed non devinctus ſit præciſè ſervare factum defuncti, & addit hanc diſtinctionem omnino ſequendam, & huic doctrinæ præſertim in feudis propter affectionem & dignitatem adhærendum eſſe. *Hac Gabriel.* Idem in materia quæſtionis noſtræ firmavit etiam Joann. Anton. Cannet. *in conſtitutione. volentes. §. Sed occurrit quæſtio non ocioſa:* motus potiſſimum, quoniam, niſi hæres poſſet vendicare feudum paternum, maximum damnum ſentiret, quantumvis hæreditas alioqui ſolvendo eſſet. nam propter res hæreditarias forſan mobiles & abjectas amitteret feudum à majoribus acquiſitum, quod amittere, nemo non judicabit eſſe damnum. Et addit hanc ſibi videri veritatem, & ita ſe judicaturum, ſi caſus accideret. Reſtingit tamen hanc doctrinam, ut locum non habeat, quando in hæreditate eſſent alia feuda nobilia, quæ ſuperarent precium feudi alienati, adeoque enervarent intereſſe affectionis, quod ſecundum eum raro accidit.

Ex quibus apparet etiam, etſi hoc caſu hæredi propter inventarii beneficium concedatur facultas impugnandi factum defuncti, non tamen propterea inania eſſe ea, quæ ſupra de portionibus hæreditariis diximus. nam illa in iis caſibus rectè ſibi locum vendicant,

dicant, quando ultra commodum pecuniarium ex hæreditate perceptum, nihil amplius intereſt hæredis: quinimò eorum in propoſito etiam maximus poteſt eſſe uſus, quando re ab hærede evicta, de eo agitur, quatenus hæres id, quod intereſt, poſſeſſori præſtare teneatur. Unde porrò ſequitur, ex doctrina illa nihil inferri poſſe, quod huic concluſioni valdè repugnet.

39 Quæ † deniq; de actionum confuſione ex communi interpretum ſententia protulimus, illa eandem recipiunt interpretationem, quam eorundem doctrina ſupra adducta, ut videlicet ante omnia conſiderandum ſit, utrum ultra commodum pecuniarium ex hæreditate perceptum quippiam referat hæredis, cum præſertim interpretes, hoc etiam caſu hunc potiſſimum effectum, ne in damno ſit hæres, perpendant, & ubicunq; aliquo detrimento afficeretur, actiones hæredum minimè confuſas eſſe concludant. Hiſce itaque communis illa interpretum doctrina, qua inventarii beneficium revocandi viam hæredi aperire ſtatuitur, ab impugnatione Pinelli facilè defendi poterit.

40 Hæc † tamen omnia, quæ hactenus propoſuimus, tum demum rectè procedunt, quando hæredem ex eo, quia hæreditatem adivit, à revocandi facultate excludi concedimus, quemadmodum communis interpretum ſchola hoc paſſim admittit, & manifeſtè aſſeverat: ſed videndum nunc eſt, ſemperne verum ſit illud, quod exiſtimant, hæredem feudum alienatum revocare non poſſe, ac propterea neceſſariò ad inventarii remedium deveniendum eſſe, an verò alia etiam ratione ipſi conſultum eſſe poſſit.

Plurimi commentatorum hæredem etiam ſine inventarii beneficio feudum alienatum repetere poſſe autumant, utentes iiſdem fundamentis, quibus ſupra quæſt. 6. agnato revocandi facultatem competere oſtendimus: illa enim etiam tum, quando agnatus hæres factus fuit, locum habere arbitrantur, neq; obſtare regulas, quibus hæredem factum defuncti præſtare debere ſupra probavimus.

Nam † jura ſupra in principio in hanc ſententiam adducta regulariter non procedunt, quotieſcunq; factum defuncti tendit ad defraudandum hæredem beneficio ſibi à lege conceſſo in bonis defuncti. Hoc enim caſu, ne in cujuſlibet poteſtate ſitum ſit, legis diſpoſitionem tollere, neúe fraudibus locus detur, ſed jus hæredum legibus ipſis conceſſum ſalvum maneat, hæres ejuſmodi factum defuncti etiam non confecto inventario pro libito impugnare & in irritum vocare, atq; beneficio à legibus ſibi indulto uti poteſt, *ita per textum in l. 2. C. Si quid in fraud. patron. docent Bart. Bald. & omnes ibi: Item Bart. & DD. in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2. Bald. in l. 1. col. 4. verſ. Quæro utrum. C. de inoſſicios. donat. Alexan. in conſil. 57. incip. Avus habens nepotem. lib. 5. Cravett. in conſil. 200. num. 6. cum ſimilibus adductis per Tiraquell. in tractat. de retract. §. 1. gl. 9. n. 57.*

In † propoſito verò perſpicuum eſt, feudum propter pactum anteceſſorum ipſa juris feudalis diſpoſitione deberi, atque propterea vaſallum alienantem hoc ipſo agnatos, beneficio jure feudali eis conceſſo privare, *ut diſertè docuit Bald. in c. 1. §. Hoc quoque n. 4. verſ. Præterea. de ſucceſſio. feud.* ubi ait, fraudem ſatis probari per alienationem feudi. Conſectarium igitur eſt, agnatum, etſi hæres alienatus fuerit, alienationem tamen ipſam ad defraudandum cum legis beneficio ſuſceptam impugnare, atq; feudum alienatum revocare poſſe: *ita per rationem iſtam poſt Bald. quem refert, concludit Jaſ. in conſil. 7. incip. Pro reverendiſſimo domino Epiſcopo. col. 7. verſ. Nec obſtat ſi diceretur. vol. 3. & in conſil. 56. Viſis & diligenter conſideratis. col. 6. verſ. Et ad illud dicitur, & in conſil. 64. incip. Circa primum verſ. hæc obſtat. col. 3. in fin. eod. vol. & in*

conſil.

Digitized by Google

conſil. 108. incip. In cauſa & lite vertente. num.18.vol.4. Dec. in conſ. 285. incip. Viſo puncto. num. 5. in fin. & ſeqq. & Matth. de Afflict. in c.1.§. Hoc quoq; num.35. de ſucceſſio. feud. Zaſius in conſil.18. num. 22. lib.1. Molinaeus in conſuetud. Paris.§.Octavo.gl.3.num.22.Thom.Grammat.deciſ.93. Cravett. d. conſ. 200. num. 7. quos ſequitur etiam Pinell.in d.l.1.part.tertia.n.83.verſ. limitatur XII. & n.99.verſ. Melius ergo reſpondebitur: ubi hanc limitationem ad * *regulam d. Cum à matre, communem * eſſe appellat.* Eſt tamen hoc loco advertendum, quod, etſi opinio iſta, *ut ait Joann. Anton. Cannet. in d.c. volentes.* §. *Non poteſt revocari alienatio.* mulceat animum, tamen adverſetur doctrinæ Andr. de Iſern. communiter approbatæ *in c.1. An agnat.* ubi uno ore concludunt interpretes, hæredi alia ratione ſuccurri non poſſe, niſi beneficio inventarii. Cumq; hoc communi calculo ſit receptum, exiſtimat Cannet. opinioni Baldi & aſſeclarum ejus aliter locum non eſſe, quàm ſi appareat, alienationem in fraudem agnatorum factam eſſe.

3 Alia † enim ratione ad regulam *d.l.Cum à matre.* & alia jura ſupra adducta, ne illa agnato hæredi feudum alienatum revocanti obſtent, interpretes reſpondent, ut videlicet illis in propoſito propterea locus non ſit, quia jure feudali expreſsè ſtatutum eſt, vaſallum de feudo in agnatorum præjudicium nihil diſponere poſſe. Exiſtimant enim illi, hæredi regulariter in omnibus rebus, de quibus defunctus liberè diſponere non poterat, ſed neceſſe habebat, illas relinquere hæredibus, hoſce factum ejuſdem præſtare non teneri, ſed iſtud etiam ſine inventario impugnare & in irritum vocare poſſe. *Hoc ſenſit Panormit. inter. conſil. Paul. de Caſtro in conſil.97. incip. Viſis dubiis. col. 2. vol. 2. Idem Paul. de Caſtro in conſil. 448. incip. Tria ſunt. col. fin. verſ. Tertiò facit. eod. vol. Jaſ. in d. conſil. 7. & in d. conſil. 56. & in d. conſil. 64. volum. 3. Cravett. in d. conſ. 200. num. 7. Thom. Grammat. deciſ. 93. nu. 11. & ſeqq. Gratus in conſil. 91. incip. Caſus talis eſt. n.38. vol.1.*

Et quamvis Pinell. *in d.l. num. 82. verſ. infertur tertio.* hanc doctrinam impugnet, ea potiſſimum de cauſa, quia planum eſt, hæredem etiam factum defuncti in rebus alienis præſtare debere, de quibus tamen, utpote ad ſe non pertinentibus, eum liberè diſponere non potuiſſe, in aperto eſt: item propter textum *in §. Cum pater. l. filiusfamilias. de leg. 2.* Ubi videmus, hæredem etiam in bonis alienari prohibitis familiæque relictis factum defuncti præſtare oportere, licet propter teſtatoris prohibitionem defunctus liberam de illis diſponendi facultatem non habuerit, & ſucceſſor ea non tàm à proximo poſſeſſore, quàm à primo inſtituente capiat. *l. Unum ex familia. §. 1. de leg. 2.* ab hac tamen objectione defendi aliquo modo poterit jam dicta doctrina.

Nam † quod attinet ad res alienas, quamvis verum ſit, quem cum iis pro libito agere non poſſe, non tàmen hoc ita manifeſtè prohibitum reperitur, ſicut de feudis diſpoſitum eſt, illa in præjudicium agnatorum alienari non poſſe: quin potius jura noſtra alienationem etiam de re aliena ſuſceptam eatenus fovent, ut uſucapiendi cauſam inde poſſeſſori contra dominum tribuant, & alios effectus concedant: quod in feudis ſecus eſt, in quibus præſcriptio ſucceſſoribus non obeſt, ut in quæſtione præcedente vidimus. 44

Major igitur eſt libertas diſponendi de re aliena, quàm de feudo.

Sic † etiam textus *in d. §. Cum pater.* eo de caſu loquitur, quo defunctus in teſtamento de re, quàm hæredi relinquere debebat, diſpoſuerat, & in eodẽ teſtamento illum hæredẽ inſtituerat. Nam cum quis hæres ex teſtamento eſſe non poſſit, niſi rata habeat omnia illa, quæ in teſtamento diſpoſita, & ipſi 45

tanquam hæredi injuncta fuerunt. *l. Papinianus.* §. *meminiſſe. de inofficioſ. teſtament. l. Alia. C. de his quibus ut indig. l. poſt legatum. ubi Bart. ff. eod. tit. c. Ex eo. de regul. jur. in ſexto.* non mirum, cur hac ratione obſtringatur ad præſtandum factum defuncti. Hæc verò ratio penitus ceſſat in iis, quæ extra teſtamentum, in quo quis inſtitutus eſt, defunctus geſſit, quo de caſu nos hic verba facimus. non itaque textus *in d.* §. *Cum pater,* ad propoſitum noſtrum rectè accommodari poterit. Neq; huic conſiderationi obſtat textus *in* §. *Ea lege. l. ſi ita quis. de verbor. obligat.* ubi videmus, hæredem ſcriptum poſſe venire contra ea, quæ in teſtamento diſpoſita fuerunt, quoniam, *ut interpretatur ibi Jaſ.* hoc duntaxat intelligendum eſt, quò ad eas portiones, in quibus non eſt ſcriptus hæres. ſed tamen hoc, quia altiorem indaginem requirit, ut plenius cogitandi demus materiam attigimus magis, quàm ut in alterutram partem aliquid certè aſſeruerimus, hujus quæſtionis reſolutionem, in alium locum reſervantes, atque interim cuivis liberum relinquentes judicium.

46 Quinimò † non defuerunt, qui exiſtimarunt, etiam extra caſus jam commemoratos hæredem generaliter factum defuncti impugnare poſſe, quotieſcunque non aliquo hæreditario, ſed proprio jure nititur, *ut ſenſit Paul. de Caſtro. in l. Lucius in fin. ſolut. matrimon. Alex. in conſil. 18. incip. Attentis narratis. n. 12. vol. 5. & in conſil. 109. incip. Viſo proceſſu. num. 4. vol. 4. Dec. in conſil. 185. incip. In cauſa iſtorum nobilium. nu. 5. in fin. & in conſil. 445. incip. In caſu ad me tranſmiſſo. nu. 55. Crotus in l. ſi is, qui pro emtore. num. 11. verſ. 2. de uſucap. Alciat. in l. Filiusfamilias* §. *Divi. ad fin. de leg. 1. Tiraquell. in tractat. de retract.* §. *1. gloſ. 9. num. 53.*

Et licet hanc etiam opinionem *latè refutet. Pinell. in d. l. n. 82. verſ. infertur. 2.* id quod ante ipſum fecit etiam Fulgoſius *in conſil. 67. incip. Paterfamilias. col. 2.* non tamen eſſet tàm difficilè eandem defendere, per textum *in l. Seja. de evictio. & l. ſi tibi. & l fin. C. eod. tit.* quibus ipſi non omni ex parte ſatisfaciunt. ſed quia materia iſta propter varia Juriſconſultorum reſponſa, quæ ſibi quodammodo adverſari videntur, perplexior eſt, & latius patet, quàm ut ad propoſitum, ubi de feudis potiſſimum agimus, rectè concinnari poſſit: ideo illius etiam explicationem in alium locum differemus, & de his ſaltem ſtudioſum lectorem movere volumus, in neutram partem quicquam affirmantes.

Hoc † denique in propoſito noſtro notatu dignum eſt, in omnibus illis caſibus, in quibus hæredem vel inventarii beneficio, vel ſine hoc feudum ex pacto & providentia alienatum revocare poſſe diximus, eum nihilominus propter aditam hæreditatem ad refundendum precium, vel etjam evictionis nomine, in caſu nimirum, quo illa locum habet, devinctum eſſe. Et hoc quidem reſpectu plurimum refert, utrum inventarium confecerit, nec ne. Nam eo confecto eatenus ſolum tenebitur, quatenus ex hæreditate percipit. *d. l. fin. C. de jur. deliber.* eo verò prætermiſſo, pro portione hæreditaria, habita potius ratione portionis, quàm quantitatis, obligatus erit, atque idcirco, quando in ſolidum hæres eſt, in totum etiam devinctus erit, *ut declarat Decius in conſil. 185. in fin. & latius proſequitur Pinellus in ſæpe dicto loco. n. 96. verſ. infertur quartò.* Quod ut planius intelligeretur, videndum nunc eſſet, in quibus caſibus, feudo per agnatum revocato, à priſtino poſſeſſore, hæres alienatoris vel de precio, vel de evictione conveniri poſſet: Sed de hoc quæſtione ſubſequente peculiariter agemus, ne prolixitas hujus deciſionis alioqui ſatis dotatæ legentibus tædium afferat.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) QVamvis feudum] de hac quæſtione vide *Jan ab Arcedura cap.4.concluſ.4.num.53. & ſeqq.*

(b) Ut exiſtimaverint] vide in caſu ſimili *Joan. Vincent. Hondeda. conſil. 3. in fin. lib. 1.*

(c) Non reſpectu quotæ,] vide *Menoch. conſ.125.n.6. ubi multis firmat.Knichen. de pact. veſtiturarum part.1. cap.2.n.325. cum ſeqq.*

Ab impugnatione Pinelli ſalvari poſſe.] Hanc ſententiam multis firmat *Gabriel.conſ.125 lib.1.* Vide quoq; *Schraderum in tract. part.7.cap.2.n.55. & part. 8.n. 27.28.29. Mich. Graſſum, in recept. ſentent. §. hæreditas quæſt.12.n.29.* (d)

QVÆSTIO X.
FEUDO PER AGNATUM REVOCATO, UTRUM HÆRES ALIENANTIS de evictione teneatur, & an precium ſaltem refundere cogatur.

1. *Si is, qui feudum emit, ignoraverit, bona eſſe feudalia, de evictione agere poteſt, feudo revocato ab agnato.*
2. *Etiamſi de evictione expreſſè dictum non fuerit.*
3. *Is, qui ſciens emit feudum, de evictione agere non poteſt, eo revocato. & nu.10. Niſi expreſſè de hoc evictionis caſu conventum ſit. num.17.*
4. *Alienam rem qui ſciens emit, de evictione non poteſt agere.*
5. *Feudum qui ſciens emit, non ignorare debuit, iſtud defuncto alienatore ad agnatos devolui.*
6. *Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere.*
7. *Evictio locum non habet, quando res evincitur ex propria ipſius natura.*
8. *Emphyteuſi, quæ uni hæredum in diviſione obvenerat, ad dominum devoluta, evictio locum non habet.*
9. *De evictione agi non poteſt, quando res evincitur ex jure retractus.*
11. *Quando evictio ex ipſo contractu, poſt eum initum, competere incipit, de evictione agi non poteſt.*
12. *Venditoris ſcientia non efficit, ut propterea is, qui ſciens feudum emit, de evictione agere poſſit.*
13. *Licet de evictione generaliter promiſſum ſit, tamen non comprehenditur caſus, quo feudum ad dominum, vel agnatum devoluitur.*
14. *Stipulatio intelligitur ſecundum naturam rei, ſuper qua interponitur.*
15. *Sufficit aliquid operari ſecundum naturam rei.*
16. *Nominis venditor, evictionem promittens quatenus teneatur.*
18. *De evictione, ut expreſſè conventum dicatur, ſufficit, hoc ex conjecturis colligi poſſe.*
19. *De evictione quando verbis univerſalibus promiſſum fuit, feudo revocato, de evictione agi poteſt.*
    Evictione univerſalibus verbis promiſſa comprehenditur etiam caſus, qui alioqui ex natura rei non veniret.
20. *Venditore aſſerente, ſe non habere agnatum, hæredes ejus de evictione tenentur, feudo revocato.*
21. *De evictione licet quis non teneatur, precium tamen refundere cogitur.*
22. *Rem alienam ſcienter emens precium repetere non poteſt: quæ ſit ejus ratio. num.29.*

23. *Hæres, cui in diviſione feudum obvenit, eo evicto, precium recuperare nequit.*

24. *De evictione qui non tenetur ex legis diſpoſitione: neq; etiam precium reſtituere cogitur.*

25. *Quando res evincitur ex propria ipſius natura, precium reſtitui non debet.*

26. *A quo res fuit evicta ex jure retractus, non poteſt repetere reſiduum precii, quo carius rem comparaverat.*

27. *Emtor feudi, eo revocato, precium ſaltem recuperare poteſt ab hæredibus alienatoris.*

28. *Emens rem reſtitutioni ſubjectam precium recuperare poteſt.*

29. *Emens ſcienter feudum plurimum differt ab emente rem alienam.*

30. *Pecunia alterius ſine cauſa apud alium manere non debet.*

31. *Venditorem feudi, eo revocato, precium nullo jure retinere poſſe oſtenditur.*

32. *Dividentes mutuum periculum invicem ſuſcepiſſe cenſentur.*

33. *Jus retractus, ad evictionis cauſam quod attinet, differt à jure revocandi feudum alienatum.*

AGnato feudum ex pacto & providentia alienatum revocante à poſſeſſore, ſolet in controverſiam vocari, an poſſeſſor de evictione hæredes alienantis convenire, vel ſaltem precium repetere poſſit. In qua quidem quæſtio-
1 ne hoc expeditum eſt, quod, † ſi ignorans bona feudalia eſſe, illa comparaverit, de evictione hæredes alienantis teneantur. *l. Non dubitatur: junct. l. ſi fundum, ibi, ignorans. C. de evictio. ubi hoc not. gl. & DD.* & in materia feudali eſt textus *in c. 1. de inveſtitur. de re alien. fact.* & in caſu quæſtionis noſtræ hoc probat textus *in c. 1. §. ſi vaſallus. ſi de feud. defunct. fuer. content. inter. dom. & agnat. vaſall. & tradidit Andr. de Iſern. in c. 1. §. Rurſus ſi fidelis. verſ. vel poſtquam. ad libellum, & ibi Bald. Alvarott. Prapoſit. & Matth. de Afflict. num. 14. Quib. mod. feud. amitt.*

2 Idq; † locum habet, etiamſi de evictione in contractu emtionis dictum non fuerit. *d. l. Non dubitatur. l. ſi. duo. §. ſi quis juraverit me, & ibi gloſſ. de jurejur. l. Ex emto. in princ. & ibi Bart. de actio. emt. l. In vendendo: in princ. de contrahend. emt. l. fin. de condict. cauſa dat.*

3 Sic † etiam in caſu converſo quando emtor ſcivit, bona eſſe feudalia, uno ore omnes concludunt, eum, agnato revocante feudum, defuncto alienatore, de evictione agere non poſſe, perſuaſi primò, argumento ejus, quod
4 † de eo, qui ſciens rem alienam emit, jure noſtro paſſim cautum reperitur, hunc evictionis nomine ad venditorem, ejusve hæredem nullum habere regreſſum, *ut in d. l. ſi feudum. C. de evictio. & in l. ſi à matre, & ibi gloſſ. & DD. C. de jur. dot. & in l. ſi fratres. C. Commun. utriusq. judic. l. fin. §. fin. & ibi gloſſ. & Salic. C. Commun. de legat. & probatur etiam in d. c. 1. de inveſtitur. de re alien. fact.*

Nam † quia cognovit bona illa eſſe feudalia, utique ignorare non debuit, eadem venditore ſine hæredibus maſculis defuncto, veluti reſoluto jure auctoris, ad agnatum devolvi, & ab iſto denuo recuperari poſſe. Si itaque nihilominus eadem emere placuit, non minus hoc ſibi, quàm illi, qui ſciens rem alienam emit, imputandum, atq; hinc evictionis nomine actio deneganda videtur. Neque enim ferendus eſt is, qui ſciens rem eſſe feudalem, prætendit, ſe ignoraſſe hanc eſſe ejus conditionem & qualitatem, ut, defuncto vaſallo, ab agnato revocari poſſit, cum hoc utique ex ipſa rei natura, & juris diſpoſitione manifeſta cum latere non debuiſſet, & † paria ſint ſcire vel ſcire debere. *l. Quod te: in fin. & ibi gloſſ. Bart. & DD. ſi cert. petat. l. Si duo. & ibi Alberic. Angel. & DD. de acquir. hæred. l. ſi Titius. in princ. de fidejuſſor. l. pen. ibi,* qui ſcivit aut ſcire potuiſſet. *& ibi. Alberic. Ad SC. Macedon.* Deinde idem probatur etiam ex eo, quoniam hoc, quod feudum ab agnato evincatur, ex ipſa natura feudi deſcendit, cujus emtor,

emtor, poſtquam bona feudalia ſciens emit, neſcius eſſe debuit.

7 Regulariter † enim quotieſcunq; res evincitur ex propria ipſius natura emtor evictionis nomine regreſſum habere non ſolet, *ut docet gloſ. notab. in l. ſi familiæ in gloſ. fin. verſ. Item quod ſi uni. C. Famil. herciſcund. quam ſequuntur Cyn. Bartol. Bald. Salicet. & deniq; omnes*
8 *ibi.* inde † communiter concludentes, quod, ſi in diviſione alteri ex hæredibus emphyteuſis vel feudum obvenerit, eoque ſine filiis decedente, feudum vel ad dominum vel ad agnatum devolutum fuerit, hæredes ejus de evictione agere nequeant cum altero cohæredum, cum quo diviſio facta fuerat. Idem probarunt etiam interpretes *in l. Qui Romæ. §. duo fratres de verbor. obligat. Roman. in conſ. 503. incip. Diligenter inſpectis. n. 4. Cuman. in conſ. 33. incip. quidam ponamus. col. 2. Aretin. in conſ. 3. incip. Conſultatio. Alexan. in conſil. 21. incip. Viſo compromiſſo. n. 3. lib. 5. Ruin. in conſ. 42. incip. Proponitur. nu. 19. & in conſ. 146. incip. in facto proponitur. n. 3. lib. 1. Dec. in conſ. 411. incip. Viſis his. num. 4. in fin. Alciat. in conſil. 133. incip. ſuperioribus annis. num. 5. & in conſ. 158. incip. Prima facie fundata. Cravett. in conſ. 211. Caballinus in tractat. evictio. §. 3. num. 33. verſ. Decimus caſus eſt. Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 9. num. 35.* ubi inde
9 concludit, quod, † ſi res emta evincatur ex jure retractus, emtor de evictione non poſſit convenire venditorem, quod in hac ſpecie facti etiam docuit *Aegid. Bellamer. in c. Conſtitutus. col. 3. verſ. Nec obſtat quod iſte hæres. de reſtit. in integr. Maſver. tit. de retract. §. Item ſecundum opinionem. & Matth. de Afflict. in tractat. Protim. in verbo, ut infra triginta dies in fin.* & magis in ſpecie,
10 quod † is, qui emit feudum, de evictione agere non poſſit, quando per mortem vaſalli venditoris, jure datoris ſoluto, etiam jus acceptoris ſolvitur, atque adeò feudum ad dominum vel agnatum revertitur, ex jam dicta ratione docuerunt *Bald. Alvarott. Laudenſ. Præpoſit. & Matth. de Afflict. in d. c. Rurſus ſi fidelis. quibus modis feud. amitt. & in d. c. 1. de inveſtit. de re alien. fact.* ubi Baldus hanc rationem affert, quia facultas iſta inerat à principio ex natura feudi, & ſcire debuit hoc is, qui cum vaſallo contraxit, *l. Qui cum alio de reg. jur.*

Accedit † hiſce Tertiò alia com- 11
muniter approbata regula, quæ docet, quotieſcunque evictio deſcendit ex ipſo contractu venditionis, & poſt contractum celebratum competere incipit, non autem ex cauſa ipſum antecedente, quod tum venditor de evictione non teneatur. *l. 3. ibi, hîc autem actio poſtea eſſe cœpit: de evictio. l. Lucius, in princ. ibi, poſt contractam venditionem. eod. tit. l. 1. ibi, quæ ex præcedenti tempore cauſſam evictionis parant. C. de peric. & commod. rei vendit.*

Atque † hoc, quod diximus, em- 12
torem ſcientem, feudo evicto, de evictione agere non poſſe, procedit, etiamſi venditor ſciens in alium tranſtulerit feudum. Nihil enim hoc caſu refert, utrum veoditor ſciverit, an ignoraverit, *ut probatur in c. 1. ubi hoc not. Matth. de Afflict. n. 11. de inveſtitur. de re alien. & in l. 1. §. 1. juncto. §. fin. de actio. emt. & ſenſit Roman. in conſil. 396. incip. In cauſa: circa fin. num. 3. Alex. in conſil. 69. incip. ſuper eo, quod quæritur. verſ. Nec etiam poteſt dici. lib. 4. Angel. in §. fin. col. 1. in princ. Inſtit. de emtio. & vendit. Tiraq. de retract. §. 12. gloſ. 1. n. 8.*

Secundò † concluſio hæc noſtra 13
uſque eò locum habet, ut, etſi de evictione generaliter promiſſum ſit, niſi tamen expreſsè de hoc caſu dictum fuerit, de evictione iſta ex ipſa natura feudi deſcendente agi non poſſit, *ut diſertè docuerunt Cyn. Bart. Bald. & Angel. in l. ſi familia. Famil. herciſcund. quos ſequitur Alex. in conſil. 21. vol. 5.* ejus hanc
afferens rationem, quia † ſimplex ſtipu- 14
latio de evictione debet intelligi ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur. *l. ſtipulatus; in princ. de uſur. l. ſi lega-*

l. ſi legati ſervi nomine: de leg. 1. l. ſi verò locat. Neq; ait objici poſſe, quaſi hac ratione ſtipulatio de evictione nihil o-
15 peretur, quia † ſufficit, eam operari ſecundum naturam contractus, *ut poſt Joann. in c. Ex literis. de jure patron. docuit Bald. in rubric. C. de contrahend. emtio. in IX. quæſtione. & in l. 1. verſ. Et adde ubicunq; clauſula. C. Commod. Idem tenuit Ruin. in conſil. 137. incip. de duobus principaliter quæritur. num. 14. vol. 2. & in conſ. 11. incip. ſtante themate. vol. 1. Curtius Sen. in conſil. 48. Memoria recolenda. col. 17. verſ. ad quintum argumentum: Martin. Laudenſ. & Præpoſit. in c. 1. Si de feud. vaſall. ab alio interpell. fuer. & Matth. de Afflict. in d. c. 1. num. 2. de inveſtit. de re alien. fact. Tiraquell. in d. loco. §. 1. gloſſ. 9. num. 56.*

16 Faciunt † huc & ea, quæ de vendente nomen & evictionem promittente, not. DD. *in l. ſi nomen de hæred. vel actio. vend. & Paul. de Caſtro in conſil. 170. incip. Viſo puncto ſupra ſcripto. n. 2. lib. 1. Socin. in conſ. 199. incip. In cauſa facta. col. 3. verſ. Poſtremo defendi poteſt.*

17 Si † tamen expreſsè de hoc evictionis caſu conventum fuerit: tum feudo poſt mortem alienatoris revocato, evictione rectè agi poſſe docet Bart. & DD. *in d. l. ſi familia, & omnes alii: in locis adductis.* Ad hoc autem, ut de eo conventum eſſe dicatur, non ſemper neceſſe eſt, ut eo de caſu expreſsè di-
18 ctum ſit, ſed ſufficit, Si † ex conjecturis probabiliter appareat, contrahentes hoc ſenſiſſe, *ut docet Alex. in l. Qui Romæ. §. duo fratres: de verbor. obligat. quem refert & ſequitur Alciatus in conſ. 133. incip. ſuperioribus annis. num. 5. & in conſil. 138. incip. prima facie. n. 1. quem refert & ſequitur Caball. in tract. evictio. §. 5. verſ. Decimus caſus eſt: nu. 35.*

19 Ideoq; † quidam exiſtimarunt, quando evictio verbis univerſalibus promiſſa fuit, quomodocunq; res fuerit evicta, quod ſub iſta generalitate etiam hic caſus comprehendatur, & propterea ſi is contigerit, de evictione agi poſſit, cum regulariter, quando evictio ita promiſſa eſt, etiam is caſus veniat, qui aliâs ex natura actus non contineretur, *argumento eorum, quæ not. gloſſ. in l. Cum pater: de arbitr.* exiſtimans, quod, etſi in caſu, in quo emtor ſponte compromiſſum fecit, & per ſententiam res evicta fuit, de evictione actio oriri nequeat. *l. ſi dictum. §. ſi compromiſero: de evictio. & not. in c. fin. de emt. & vendit.* tamen ſi promiſſa fuerit evictio, quomodocunque res evinceretur, etiam hoc caſu de evictione agi poſſit: & hanc gloſſ. doctrinam tanquam notabilem & ſingularem ſecuti fuerunt *Bald. Florian. & Bolog. ibi, idem Bald. Imol. & Alex. in l. ſi domus. §. de evictione. de leg. 1. Angel. §. fin. Inſtit. de emt. & vendit. Alex in conſil. 4. incip. Viſo proceſſu. vol 3. & in conſil. 102. Viſo themate. col. 2. n. 5. vol. 6. Barbat. in conſil. 12. ſcribitur. col. 8. lib. 1. Gozad. conſil. 14. Prima facie. col. penult. num. 22. & in conſil. 63. incip. videtur. n. 3. Et in propoſito noſtro poſt Alexan. in l. Qui Romæ. §. Duo fratres. de verbor. obligat. hoc tenuit Alciat. in d. conſil. 133. n. 5. ibi, ut in omnem caſum ſaltem tutus ſit.* licet interim Tiraquell. *in d. loco de retract. lib. 1. in fin. num. 98. verſ. 22. quæro,* putaverit ſupra dictam doctrinam gloſſ. nunquam eſſe trahendam ad hunc caſum, quando evictio procedit ex ipſo contractu ab eodem facto, à quo evincitur, ſentiens nimirum, verba illa generalia earum virium non eſſe, ut propterea de evictione agi poſſit, ſi ex jure retractus res evicta eſſet. Sed hoc amplius deliberandum relinquimus.

Poteſt † enim alius eſſe caſus, in 20
quo is, qui ſciens rem feudalem emit, de evictione agat, licet expreſsè de ea cautum non fuerit, ut puta ſi venditor aſſeveraſſet, nullum ſe habere agnatum, ad quem, ſe defuncto, feudum devolveretur, argumento ejus, quod de venditore aſſerente rem venditam non eſſe obnoxiam retractui, *tradit Tiraquell. in tract. tit. 1. in fin. nu. 99. verſ. ſed unum tamen.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ hactenus diximus, ea tum rectè locum inveniunt, quando de evictione quæritur. Sed, circa iſta dubitari porrò poteſt, an non in caſibus, in quibus venditorem de evictione obligatum non eſſe diximus, ſaltem is pretium reſtituere teneatur emtori.

21 Non † enim rarum eſt, ut, etſi quis de evictione non teneatur, precium tamen nihilominus reſtituere cogatur, ut videmus in eo, qui expreſsè ſibi cavit, ſe de evictione obligatum eſſe nolle, quod nihilominùs re evicta precium refundere compellatur emtori, *ut eſt text. notab. in l. Emtorem. §. pen. & fin. de action. emt.* quem notandum eſſe dicit Bald. *in l. 1. col. fin. verſ. Tertiò non operatur. C. de peric. & commod. rei vendit. & Salicet. in l. ſi rem. §. Quolibet tempore. de evictione. Jaſ. in l. ſtipulatio iſta habere. col. pen. verſ. Et adverte. de verbor. obligat.*

22 Negativam † autem ſententiam ſuadere videtur primò id, quod de ſcienter emente rem alienam vulgò receptum eſt, eum ne precium quidem à venditore poſſe repetere. Nam etſi Aretin. *in l. ſi. aliquam rem, num 5. de acquir. poſſeſſ.* aſſeverare auſus fuerit, etjam eum, qui ſciens rem alienam emit, precium recuperare poſſe: contraria tamen ſententia probatur per textum *in l. ſi fundum. C. de evictio. & in l. ſi à matre. C. de jur. dot. in l. ſi fratris. C. Commun. utriusq; judic.* eademq; communi
* *interpretum calculo eſt recepta, ut clarum eſt ex iis, quæ ſcripta reliquerunt DD. *in d. l. ſi fundum. & Jaſ. & alii in l. fin. C. Commun. de legat. Paul. de Caſtro in l. Emtorem. §. fin. de action. emt. cum aliis ad propoſitum iſtud adductis per Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 12. gl. 1. n. 11. & hanc*
* *opinionem magis communem* & veram eſſe teſtatur Didacus lib. 3. Variar. reſolut. cap. 17. num. 2. verſ. Ad eam quæſtionem. Gomeſius in lib. Variar. reſolut. Tom. 2. cap. 2. de emtion. & vendit. nu. 42. verſ. Septimus caſus.* Idem itaque in propoſito dicendum videtur, cum regulariter is, qui ſciens feudum emit, æquiparetur ementi rem alienam, ut ſupra diximus.

Deinde † hanc opinionem adjuvat, quoniam plerique interpretum, in 23
caſu, ubi in diviſione alteri cohæredum ſcienti feudum obvenit, neque precium recuperari poſſe exiſtimarunt, ut videre licet ex iis, quæ tradiderunt *in d. l. Qui Romæ. §. Duo fratres: de verbor. obligat. & Paul. de Caſtro in d. l. Emtorem. §. fin. de action. emt.* ubi † inde 24
generaliter concludit, quotieſcunque quis de evictione non tenetur ex legis diſpoſitione, quod tum neque etiam precium reſtituere teneatur, hinc conſtituens differentiam inter hunc caſum & illum, quo pacto contrahentium cautum erat, ne quis de evictione teneretur. *& hanc doctrinam ſecutus eſt Decius in conſ. 311. incip. Viſis his, quæ accuratè: num. 4. & Cravett. in conſil. 211. incip. Antequam condemnetur venditor. num. 6.* qui inde concludunt, quod, † ſi 25
res evincatur ex propria ipſius natura, tunc etiam neque precium reſtitui debeat. Ex quo etiam tradidit Tiraquell.
in jam d. loco: ſi † quis emerit rem, quæ 26
ex jure retractus evinci poterat, & poſtea eandem alteri ſcienti majori precio vendiderit, conſanguineus verò primi venditoris rem illam ex jure retractus evicerit, reſtituto ſaltem precio primæ venditionis, quod tum ſecundus emtor reſiduum iſtud, quod precii nomine venditori ſuo plus ſolverat, quàm à retrahente recuperet, non poſſit repetere à venditore.

Verum † ut ut ſeſe hæc habent, 27
nos contra exiſtimamus, feudo poſt mortem alienatoris evicto, emtorem precium ab hæredibus venditoris jure repetere poſſe.

In † quam ſententiam nos vocat 28
primò textus *in l. fin. §. fin. C. Commun. de legat.* qui, ſecundum unam lecturam probat, emtorem, qui fundum ſubjectum reſtitutioni, vel fideicommiſſo ſcienter emerit, illo evicto, habere actionem tantummodo ad precium: & *per textum illum hoc docent gl. Joann. Fabr.*

Fabr.& Bald.ibi, Cyn. Bart. Bald. Angel. & plerię alii, in d. l. ſi fundum. & licet quidam exiſtiment, hoc eſſe ſpeciale in rebus reſtitutioni ſubjectis, & propterea ad alios caſus non trahendum: tamen in feudis eadem ſpecialitatis ratio ſubeſt, cum feuda æquiparari ſoleant rebus reſtitutioni ſubjectis, ut apparet ex iis, quæ ſupra *quæſtione VI.* pro ratione ejus, cur vaſallus alienando agnatis præjudicare non poſſit, conſideravimus.

29 Secundò † movet me, quoniam in propoſito ceſſare videtur ratio illa, ob quam in eo, qui ſciens emit rem alienam, cautum eſſe tradunt interpretes, ut is pretium repetere non poſſit. Ajunt enim id inde fieri, quia is, qui ſciens emit rem alienam, videtur donare pretium, *l. Cujus per errorem.de regul.jur.* ſed in aperto eſt, illum, qui feudum emit, minimè ea mente eſſe, ut precium profundere velit, quin potius emtione feudi non ſibi ſolum, ſed & poſteritati conſulere, atque precium optimè collocare conatur. Non igitur ratio iſta ad propoſitum noſtrum pertinet, & conſequenter neque textus *in d.l.ſi fundum.C.de evictionibus*, huc accommodari poterit. ut interim omittam, dilucidam eſſe differentiam inter eum, qui rem alienam ſciens emit, & qui feudum comparat. Ille enim non ſolum manifeſtum ſubit periculum, ſed etiam volens dominum re ſua defraudare, mala fide rem gerit. Hic verò etſi ſciat, rem eſſe feudalem, tamen dum exiſtimat, multa evenire poſſe, ne agnati jure ſuo utantur, habet, quod non injuria ſperet, ſe tutum fore: neq; eſt, quod uſq; adeò vitio ipſi verti poſſit, præſertim à venditore. Par igitur eſt, ut vel hac diverſitatis ratione exigente, in emente feudum, diverſum ſtatuatur ab eo, qui rem alienam ſciens mala fide comparat.

30 Tertiò † hanc ſententiam fundat etiam ipſa naturalis æquitatis ratio, quæ exigit, ne quis cum damno & injuria alterius locupletetur. *natura: de condict.indebiti*: ne... nia aliena ſine cauſa ab alio ... rius diſpendio detineatur. *l. ſ... tium: ſi cert.petat.l.planè.§.ſed ... de petit. hæredit.*

Nulla † enim probabili... reddi ratio, cur precium iſtud... debeat, non quidem ex natu... tionis, (nam hæc potius exigit... rem ad tempus vitæ ſuæ modo... ram vendiderit, precium et... diu retineat, quàm diu jus ipſi... do durat, cum præſertim no... cundum jus vaſalli, quàm ſe... ipſius feudi valorem precii æ... inſtituta fuerit) ſed nec etiam... ſumta donatione venditor ... retinere poterit; præter enim... quod regulariter donatio no... menda eſt: ſatis jam oſtendim... jecturam illam, ſecundum qua... ſciens rem alienam emit, preci... naſſe videtur, huic negocio acc... dari non poſſe. Minus verò in ... emtoris ſcienter feudum emen... cium retinere poterit vendito... nihil in propoſito ſit, quod ju... verti poſſit emtori, ut ex iis, qu... ante diximus, conſtat. Sequen... eſt, iniquè precium à venditore ... ri, & quod conſequens eſt, ju... ab emtore repeti poſſe, quo arg... to in ſimili caſu uſus eſt Didac... *lib.3.Variar.reſolut.cap.17.n.3.* De... hoc ſenſit Andreas de Iſernia *in... Rurſus. verſ. vel poſt quam quib.mo... amitt.* dum ait, bonæ fidei emt... reſoluto jure datoris ad precium... poſſe. Bonæ fidei enim emtore... telligit eum, qui conſentiente do... emit ſciens feudum, non auter... ignoravit eſſe feudum, ut appa... eo, quod addit, de evictione ad ... eſſe eum agere non poſſe. Nam ... tor ignoraſſet, feudum eſſe, tum ... de evictione ipſi actio daretur. ... eo in loco interpretando doctr... Andr.de Iſern. clarius docuit Mat...

A...

Afflict. *nu.14.* diſertè inquiens: quod, ſi emtor ſciens feudum poſt mortem vaſalli reverſurum ad dominum emerit cum conſenſu domini, tum de evictione non agat, niſi ad precium contra hæredem vaſalli. *Idq́ tradidit etiam Afflict. in c.1.§. ſed etiam res. num.60. per quos fiat inveſt. & ſecutus eſt D. Schrader in conſil.20. quæſtion.5. nu. 8.& ſeq. Tom. 3. Varior. JCtorum.* Atque etiam, ut deinde reperi, in tractat. feudali, *parte 8.* & memini in hanc ſententiam etiam reſpondiſſe Dominos Scabinos Lipſenſes. Neque obſtat id, quod de emente rem alienam ſupra dictum fuit. Nam caſum iſtum huic propoſito minus convenire, in ſecundo fundamento oſtendimus.

32 Quæ verò ſecundo loco diximus, ea in diviſione ita procedunt, quoniam † dividentes propter mutuam traditionem mutuum etiam periculum ſuſcepiſſe videntur, *ut declarat gloſſ. in d. l. ſi familiæ: in verbo pro parte, ibi, hic uterq́ ſuſcepit rei eventum. C. familiæ Herciſcund. quam ſequuntur communiter DD. in d. l. Qui Romæ.§. duo fratres. de verbor. obligat. & Jaſ. in l. ſi pater. n.4. C. de inoffi. cioſ. teſtamento.* Non inde igitur inde ad omnem caſum, in quo ex natura contractus quid evincitur, argumentum extrui poterit, manifeſta nimirum exiſtente diverſitatis ratione. Ad ultimũ etiam, quod de jure retract. docet Tiraquell. facilè reſponderi poteſt: præter quam enim quod auctoritas Andr. de Iſernia & Afflict. haud paulò plus in propoſito quem movere debet, quam Tiraquell. diverſa etiam ratio eſt juris retractus, ab agnatorum jure revocandi.

Nam † cum ex jure retractus ſtatim poſt alienationem cœptam res alienata redimi poſſit, eſt, quod imputetur emtori, cur ſciens talẽ rem emerit. At feudum non niſi poſt mortem alienatoris ab agnato ſine precio revocari poteſt: & cum multa contingere queant, prius, quàm ad talem caſum res deveniat, excuſandus aliquo modo videtur emtor, qui ſperans, ſe tutum fore, feudum ſcienter emit, quemadmodum etiam is, qui rem reſtitutioni ſubjectam ſciens comparavit. Non igitur à jure retractus ad propoſitum noſtrum tanquam à ſeparatis quicquam commodè inferri poterit. *l. final. de calum. l. Papinianus: de minoribus. l. His conſequenter. §.1. Famil. Herciſcund. l.1. C. de edict. divi Had. toll. l. ſi maritus. in fin. C. de donat. inter vir. & uxor.* 33

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

AD hanc quæſtionem videatur *Albert. Brun. conſ.96.n.9. Aquilin. in §. morte. n.322. Laur. Tenn. caut. 64. n.3. Immol. in l. cum vir n.9. de uſucap. & in c. cum contingat. n. 20. Ext. de jurejur. Cacheran. conſ. 18. n.5. Surdus conſ. 340. n.6. & ſeqq. Modeſtin. Piſtor. conſil. 46. lib. 2. Vult. de feud. conſ. 2. n.5. vol.3. Pruckman. conſ.5. n. 72. 77. Tuſcus concluſ. 340. lit. C.*

Cæterum ubi quæritur utrum is, qui ſcienter rem feudalem emit, ſi ea poſtea ab agnatis evinceretur ſaltem ad pretii reſtitutionem agere poſſit? Parens ſecutus Andream de Iſern. & alios quos allegat generaliter ſtatuit, actionem hoc caſu competere. Motus potiſſimum *per text. in l. fin. §. fin. C. commun. de legat.* & quæ ibi tradunt Interpp. cum præſertim ipſa æquitatis ratio ab hac ſententia non ſit aliena.

Fachinæus autem *lib. 7. controv. cap.14.* hoc ita demum admittit, ſiquidem

dem de evictione ſibi emtor iſte expreſſo pacto aut ſtipulatione providit. Quam quidem proviſionem non ejus efficaciæ eſſe ut pleno jure evictio debeatur, tantum eam operari vult, ut ſaltem pretium repeti poſſit, quod in caſibus ubi de evictione nihil promiſſum eſt, plane non debeatur, & pro confirmanda ſua opinione.

Primo text. in *l. ſi fundum. C. de evict.* adducit, in quo habetur, eum qui ſciens fundum alienum emit nec quicquam de evictione ſibi cavit, id quod eo nomine dedit repetere non poſſe. Id autem quod eo nomine dedit aliud eſſe non poteſt, quam pretium, quemadmodum etiam verba illa ab interpretibus communiter explicantur, ex eoque validum ſatis argumentum pro ſententia Fachinæi duceretur niſi eidem text. *in d l. fin. §. fin.* à diametro obſtaret, dum aſſerit, ſcienter ementem rem reſtitutioni ſubjectam pretium etiam non ſtipulatum repetere poſſe. Et quamvis hunc ipſum textum in ſua quoque ſententia trahere conetur Fachinæus nova tamen planè & hactenus inaudita eſt interpretatio quam affert. Omnis igitur controverſiæ iſtius dijudicatio ex vero intellectu textus illius dependet: Cujus ſi quis verba diligenter prout jacent inſpexerit, is certè aliud inde colligere non poterit, quam quod diſponant. Eum, qui ſcienter rem reſtitutioni ſubjectam emit caſu eveniente pretium quidem repetere ulterius autem aliquid ſive duplæ ſtipulatione interpoſita ſive meliorationum prætextu conſequi non poſſe. Itaque hunc text. intellexit *gloſſ. in verb. dupla ſtipulatione. ibi. hic etiam* non ſtipulatus agit ad ſimplum quam ſequuntur præter eos quos Pater *n. 28.* allegat. Salic. Caſtrenſ. *n. 8.* Raphael Cuman. Jaſ. *num. 1.* Corneus *ibid.* cum ſimilibus cumulatis à Tiraq. *De retr. lig. §. 12. gl. 1. n. 13.* quibus adde Covarr. *lib. 3. variar. reſol. cap. 12. verſ. ad eam quæſtionem* cum ait; Emens rem ſubjectam reſtitutioni ſcienter ad pretium agere poteſt eſſe nulla appoſita ſtipulatione, *idem tenet Anton Gomez. tom 2. variar. reſol. ca. 2. n. 42. & noviſſimè Bertazol. in tract. de clauſulis inſtrum. clauſ. 19. gl. 2. n. 5.* Qui omnes tradunt duo ſpecialia in illo §. circa emtorem rei reſtitutioni ſubjectæ ſtatui unum quod etiamſi de evictione cautum non ſit pretium poſſit repetetere. Alterum etiamſi ultra pretium aliquid evictionis nomine ſtipulatus ſit, id tamen ei præſtandum non eſſe. Ex quo apparet intellectum hunc à communi Interpp. ſchola nemine refragrante eſſe receptum.

Quia verò primæ Concluſioni quæ inde colligitur & de qua nunc proprie agimus plurimum refragatur text. *in d. l. ſi fundum. C. de evict.* Ideo varias hujus ſpecialitatis rationes comminiſcuntur Interpp. Alii enim ut Cyn. id ideo fieri exiſtimant quod is, qui ſciens prudenſque rem alienam emit & pretium ei perſolvit quem nullum jus in re habere ſcit donare videatur, id autem ſecus eſſe in eo, qui rem reſtitutioni quidem ſubjectam à vero tamen domino emit: De hujus enim animo donandi tàm apertè nō conſtare arbitrantur ideoque repetitioni locum fieri. Alii hanc diverſitatis rationem tradunt quod emens rem reſtitutioni in certum aliquem caſum ſubjectam meliore fide agere videatur quàm is, qui rem prorſus alienam ab eo comparat, quem nihil plane juris in ea habere ſcit, is enim ſuſpitione fraudis non caret, dum occulta quadam colluſione rem vero domino ſubtrahens pretium ei cui id minime debetur perſolvit, quæ quidem reſponſio poſt alios præcipue Covarraviæ placuiſſe videtur.

Alii denique hoc etiam addunt, quod emens rem reſtitutioni ſubjectam interdum non planè improbabilem ſperandi cauſam habeat fore ut caſus ille reſtitutionis nunquam eveniat, utpote

utpote ſi res ſub conditione aliqua caſuali reſtituenda ſit, cum econtrà is, qui à non domino emit facile colligere potuerit aut certè debuerit verum rei dominum, quàm primum id reſciverit nunquam paſſurum eſſe, ut re ſua fraudetur, itaque mirum non videri ſi ei, qui in majus periculum ſe conjecit minus conſulatur neque caſu illo eveniente precium ſponte pro fuſum repetere poſſit quæ Azonis fuit ſententia.

Atque hæc ſunt quæ ab Interpp. in explicatione textus *d.* §. *fin.* traduntur, qui etſi in ratione diverſitatis plurimum varient in eo, tamen omnes conſentiunt *per d.* §. *fin.* ſpeciale aliquid in emtione reſtitutioni ſubjectæ eſſe ſtatutum, textus autem *in d. l. ſi fundum.* ad hoc propoſitum non pertinere. Nec repertus eſt qui hactenus contradicere auſus fuerit.

Quæ cum ita ſe haberent pater de intellectu *d.* § *fin.* ſibi amplius laborandum non putavit, ſed Interpp. veſtigiis inſiſtens ea quæ ibi de re reſtitutioni rei ſubjecta diſpoſita ſunt ad quæſtionem quæ in manibus erat applicuit indeque concluſit emtorem feudi, quod ſcit certo caſu ad agnatos deventurum æquè ad pretii recuperationem agere poſſe, ac is, qui rem reſtitutioni ſubjectam emit etiamſi nulla evictionis nomine interceſſerit promiſſio. idque ideo quod nulla probabilis diverſitatis ratio hoc quidem caſu reddi poſſit inter rem reſtitutioni ex quacunque cauſa ſubjectam, & feudum, cum præſertim etiam aliâs plerunque ab uno ad alterum inferatur.

Oſtendit præterea omnes illas diverſitatis rationes quas inter emtorem rei penitus alienæ & emtorem rei in certum caſum reſtituendæ afferunt Interpp. multò magis in feudi emtore locum habere, ſive enim donandi animum ſcienter emente rem alienam cum Cyno & aliis conſideraverimus, ſive ad meliorem fidem in qua verſatur is, qui rem licet reſtitutioni ſubjectam nihilominus tamen à vero domino emit cum Covarr. ac cæteris reſpectum habuerimus, ſive incertum reſtitutionis eventum cum Azone ponderabimus omnia hæc multo magis in emtione rei feudalis obtinent quippe in cujus emtione nec donandi animus nec ulla mala fides allegari queat multa quoque intervenire poſſint, quæ revocationem ejus impediant. Ex quo ſequitur jura de emtione rei penitus alienæ loquentia non magis ad emtionem feudi applicari poſſe quam ad emtionem rei venditoris quidem propriæ reſtitutioni tamen in certum caſum ſubjectæ. Ac certo certius eſt ſtante hoc communi & ab omnibus ſine contradictione hactenus recepto intellectu *d.* §. *fin.* Parentem rectiſſimè inde ad emtionem feudi intuliſſe & in uno idem juris ſtatuiſſe quod in altero. Utcunque enim obſtet text. *in d. l. ſi fundum* tamen cuivis apparet feudi naturam propius ad rem reſtitutioni ſubjectam accedere, ideoque ſecundum jura de ejuſmodi re in ſpecie loquentia regulandam eſſe, ea autem quæ de re prorſus aliena aut etiam alteri obligata *in d. l. ſi feudum* habentur, ad hoc propoſitum applicari non poſſe.

Alia prorſus Fachinei eſt ratio, is enim à doctrinis Interpp. *in d.* §. longiſſimè recedens textum illum ita interpretatur, ut tunc demum ad pretium agere poſſit emtor, quando ſtipulatio evictionis nomine eſt interpoſita, quam ſtipulationem non hoc operari dicit ut pleno jure evictio præſtetur, ſed id tantum, ut pretium caſu eveniente reſtituendum ſit.

Hanc §. iſtius interpretationem & antea *lib. 2, cap. 39. in pr.* oſtendit & *hoc. capite 14. lib. 7.* repetivit, Qua admiſſa omnia quæ Interpp. ad §. iſtum tradiderunt quæque inde Parens ad feudalem hanc materiam tranſtulit, planè corruunt. Nulla enim hac ratione

tione inter emtorem rei alienæ & reſtitutioni ſubjectæ hac quidem in parte eſſet differentia cum neuter pretium rei conſequi poſſit niſi de evictione ſibi expreſsè caverit.

Etſi autem hic Fachinæi intellectus quo jura illa inter ſe aliqua ex parte conciliatur, non omnino contemnendus eſſe videatur. In eo tamen plurimum laborat, quod verbis illius §. non ſatis conveniat, Neque enim diſtinguit text. utrum evictio promiſſa ſit nec ne, ſed generaliter loquitur. Emtor autem ſciens rei gravamen adverſus venditorem actionem habeat, tantum ad pretii reſtitutionem. Cum ſecundum Fachinæi ſententiam addendum fuiſſet id tunc demum procedere ſi evictio promiſſa ſit. Durum autem fuerit ejuſmodi aliquid ſupplere aut requirere cujus in lege ipſa nulla habetur mentio cum præſertim conſtitutio iſta non ad facti aliquam quæſtionem emanarit, ut proinde dici poſſit præſupponendos eſſe terminos habiles, ſed ſanctio Juſtiniani ſit jus novum hac in parte introducentis unde veriſimile non videtur eum aliquid, quod neceſſario intervenire voluiſſet omiſſurum fuiſſe: utpote qui aliâs verbis parcere non ſoleat, nec ad ſubtilem illam JCtor. brevitatem nobis ſit exaudiendus.

Et quamvis Fachinæus promiſſionem de evictione requiri ex eo evincere conetur, quod in eodem §. duplæ ſtipulationis fiat mentio, cuivis tamen „ apparet verba illa (neque duplæ ſtipu„ latione neq; melioratione locum habente) longe alio ſenſu accipienda, quod nimirum emtor neque duplæ ſtipulationem interponere aut ex interpoſita agere neque meliorationis prætextu plus conſequi poſſit. Ex quibus illud quidem ſequitur emtorem ſcientem etiamſi duplum ſtipulatus ſit tamen non niſi ſimplum conſequi, quod verò non aliter ſimplum peti poſſit, niſi duplum aut etiam ſimplum ipſum ſtipulatus ſit, id inde effici nequaquam poterit non magis ac ſi ex eo quod de melioratione eodem verborū tenore additur evincere coneris pretii petitionem non aliter locū habere quam ſi meliorationis cauſa allegetur. Cum hoc tantum velit Imperator ne emtor ullo prætextu ſive duplæ ſtipulationis ſive meliorationis plus quàm pretium ipſum conſequatur. Ipſam autem pretii petitionem non reſpectu illius duplæ ſtipulationis aut meliorationis, ſed præcedentibus verbis generaliter conceſſit eoque emtorem contentum eſſe juſſit. Quod autem ad hoc ut pretium conſequi poſſit ſpeciatim de evictione ſibi cavere debeat id nec Imp. expreſſit nec noſtrum eſt aſſeverare. Neque enim ſequitur Imperator duplæ ſtipulationem prohibuit, ergò ſimpli promiſſionem ſemper voluit intervenire. Hoc enim ſi voluiſſet facilè potuiſſet exprimere.

Et quamvis hoc *cum d. l. ſi fundum* pugnare videatur, ideoque de diverſitatis ratione invenienda plurimum laborent Interpretes; ubi tamen verba legis clara ſunt, ulterius diſputandum non videtur, cùm manifeſtum ſit Juſtinianum conſtitutione iſta jus novum inducere voluiſſe. Præſertim autem in caſu evictionis aliquid gravius ab eo ſtatutum eſſe colligi poſſe videtur ex verbis ejuſdem legis §. *ſin autem*; ubi expreſsè monet, venditores ut ſibi caveant à venditione rerum reſtitutioni ſubjectarum, ne, inquit, ſe gravioribus oneribus evictionis nomine ſupponant. Inter onera autem evictionis hoc eſſe poteſt, quod etiam emtoribus ſcientibus qualitatem rei pretium, licet promiſſum non ſit, reſtituere cogantur, ad quod alias jure communi non fuiſſent obligati. Ex quo ipſo communis intellectus ſatis probabilis reddi videtur. Ut ut autem hæc ſeſe habeant ſi rem ipſam diligentius perpenderimus facile animadvertemus, multa eſſe quæ nos in ſententiam Fa-

tiam Fachinæi adducant, & interpretationem ejus amplectendum ſuadeant.

Inter omnes enim conſtat ſcienter ementem rem alienam aut etiam alteri obligatam neque ad precium neque ad id quod intereſt agere poſſe niſi evictionem expreſsè ſtipulatus ſit *d. l. ſi fundum. cum ſimilibus.* Et quamvis varias rationes commenti ſint Interpp. cur idem in emente rem reſtitutioni ſubjectam obtinere non debeat, ſibiipſis tamen hactenus ſatisfacere non potuerunt, ut apparet ex iis quæ de hoc articulo poſt alios tradit Gomez. *d. l.* ubi omnes rationes ab Interpp. adductas refutat & eo tandem redigitur, ut ſimpliciter ſpeciale eſſe fateatur, rationem autem ejus nullam aſſignet, quod verè miſerorum eſt perfugium. Sin autem Juſtiniani verba ſecundum alias leges eadem de re loquentes exaudiemus omnis ille ſcrupulus penitus eximitur, cunctaque ſibi quam optimè conveniunt. Quod tanto magis faciendum nobis eſſe animadvertemus ſi mentem atque intentionem Juſtiniani in Conſtit. illa conſideraverimus: ea verò nequaquã hæc eſt quod emtoribus ſcienter rem reſtitutioni ſubjectam comparantibus indulgere voluerit ſed potius eos modis omnibus onerandos putavit, ut ab emtione ejuſmodi rerum facilius abſtinerent: Cum autem eos ſtipulationibus ſibi plerunque cavere animadverteret, in odium eorum hoc introduxit, ut quamvis duplum ſtipulati ſunt, non niſi ſimplum conſequi poſſint. Quod ſi mentem Juſtiniani ita accipimus ut etiamſi neque ſimplum neque duplum ſtipulati ſint, tamen ſemper precium repetere queant, non tantum magna ſit jurium quæ emtoribus ſcientibus hoc maniſeſtè denegant, correctio, ſed etiam conſtitutio in odium emtorum introducta in favorem eorum redundabit, cum ii qui nihil planè de evictione laborarunt æqualè cum iis qui expreſsè ſibi providerunt commodum conſequantur.

Nec obſtat ſi dixeris gravatos in uno in altero relevari, neque enim hæc Juſtiniani mens eſt, qui emtorum cauſam non leniorem aut æquabilem ſed duriorem efficere & jura eorum diminuere voluit, ut manifeſtè apparet ex eo quod his emtores bonæ fidei opponens expreſsè in fine conſtitutionis ait: Bonæ fidei procul dubio " emtoribus integra jura & nullo modo " ex hac conſtitutione diminuta, contra " venditores habentibus. Hoc ipſo in- " nuens ſe cæterorum jura diminuiſſe, quod non fieret ſi etiam ſine ſtipulatione precium conſequi poſſent aut ſi in uno gravati in altero relevarentur.

Et ſecundum hæc non difficilis eſſet ad ea quæ paulò ante in contrarium adducta ſunt reſponſio. Etſi enim Juſtinianus generaliter loquatur & jus novum eatenus introducere noluerit ne emtores gravamen rei ſcientes duplum ex ſtipulatione ſua conſequantur, non tamen propterea in eo etiam jura corrigere voluiſſe cenſendus eſt, ut emtores iſti pretium etiam non ſtipulatum petere poſſint: cum inter hos caſus magna ſit diverſitatis ratio, ſed potius generalis ſermo ſecundum leges alibi poſitas exaudiendus eſt, ut jura juribus concordentur.

Neque opus fuit de eo caſu quo de evictione nihil promiſſum eſt multa verba facere, cum is aliis juribus ſatis ſit deciſus, quod nempe neque ad pretium agi poſsit. Itaque ad eum tantum reſpexit Juſtinianus, quo evictionis nomine ſtipulatio duplæ intervenerit, quam ipſi in odium emtorum ita reſtrinxit ut non niſi ſolum pretium ex ea conſequi poſſint.

Quod verò præterea conſideratum eſt, Juſtinianum nova illa con-

ſtitutione venditores in evictionis periculo gravare voluiſſe: id ex verbis illis non ſequitur; neque enim eo in loco ubi de evictione propriè agitur quicquam horum reperitur, ſed ibi Juſtinianus expreſsè oſtendit ſe hæc, quæ de evictione diſputata ſunt, potius emtorum quàm venditorum odio induxiſſe. Et ſanè poſito quod voluerit precium, licet non promiſſum, emtoribus ſcientibus præſtandum eſſe: eo ipſo tamen quod duplum etjam ſtipulatum præſtare prohibuit venditoribus conſuluiſſet potius, quàm ut quicquam iis damnoſum ſtatuiſſet. Certò enim certius eſt, multò ſæpius evenire, ut emtor ſciens qualitatem rei duplum ſtipuletur, quàm ut nihil planè de evictione paciſcatur: ſi igitur contra eum caſum, qui frequentius accidere ſolet, muniti ſunt venditores ſanè exiguum eſt, quod cauſam eorum graviorem faciat in eo, qui rariſſimè ſolet evenire. Ut proinde ex verbis illis de evictionis onere mentionem facientibus nihil ad propoſitum poſſit inferri.

Ex quibus omnibus apparet, ſententiam quam ex ſua interpretatione elicit Fachinæus juris rationi & cæteris textibus magis eſſe conſentaneam, cum è contrario communis intellectus propter alias leges ipſi directè adverſantes non parum laborare videatur: Quia tamen Fachinæus ipſe in hoc cum primis articulo meliori judicio locum relinquere ſe profitetur, eidem & ipſe facilè cedo. Lectoris igitur erit cogitare utrum cum parente veſtigiis Interpp. inhærere ac communem & hactenus indubitatum §. iſtius intellectum tueri, an verò Fachinæi Interpretationem à cæteris textibus non certè alienam velit amplecti.

In utramvis partem inclinanti, facilis erit ad quæſtionem de qua hîc propriè agimus illatio: in intellectu enim h. §. tota vis diſputationis iſtius conſiſtit, cætera enim quæ ab utraque parte afferuntur ejuſmodi ſunt, ut ſubducto hoc fundamento per ſe facilè corruant, aut ſaltem vim ad perſuadendum multò minorem habeant.

Nam & ſecundum Fachinæi argumentum quemadmodum etiam quartum & quintum hoc tantum probant, emtori ſcienti evictionem non deberi. Quod autem nec pretium repeti poſſit id inde nequaquam efficitur, cum ſeparatæ ſint quæſtiones hæ, & ab una ad alteram non inferatur.

Poſtquam hæc ad Fachinæum eſſem commentatus deprehendi doctiſſimum virum D. Heinricum à Roſenthal *in tractat. ſuo feudali cap. 9. membr. 2. concluſion. 98.* hanc eandem quæſtionem attigiſſe. Is verò etſi præter ea quæ à Parente adducta ſunt in utramq; partem nonnulla diſputat, tandem tamen ingenuè fatetur textum *in d. §. fin.* (cujus ille nullũ alium niſi communem intellectum novit) pro ſententia Parentis & reliquorum fortiſſimè pugnare, itaque in eam partem declarationibus quibuſdam non ineptè additis lubenter concedit, in qua an intellectu Fachinæi cognito permanſurus ſit equidem divinare non poſſum, video ſanè eum ſi ulla ratione textum illum evitare potuiſſet, facilè in alia omnia iturum fuiſſe, itaque vereor ne via per Fachineum oſtenſa è numero eorum, qui communem tuentur ſententiam, ſe ſubtrahat.

Obiter quoque monendus lector eſt, in verbis ejus *num. 10.* manifeſtum mendum eſſe, cum ait caſum evictionis *in d. §. fin.* ita temperari ut quando de evictione expreſsè convenerit ſaltem debeatur pretium non alia evictio, ergò & econtra æquum eſſe

„ eſſe putetur & diſponatur ubi nihil „ conventum eſt precium emtori non reddi Delendum enim eſt penultimum illud (*non*) alias ſenſus illationis nequaquam conſtabit. Et Roſenthalius in ſententiam Fachinæi incider. quod tamen ipſi ne per ſomnium quidem (ut reor) in mentem venit.

Cæterum non intempeſtive ab eo movetur utrum diſpoſitio §. illius in eo quoque ad feudi emtionem accommadanda ſit quod ſtatuitur etiamſi duplæ ſtipulationem emtor ſciens qualitatem rei interpoſuerit eum tamen non niſi ſimplum conſequi poſſe? Id vero affirmat Fachinæus ea potiſſimum ratione, quod generaliter ſtatuendum exiſtimet quotieſcunque res alienari prohibita ſcienti qualitatem rei venditur ſtipulationem duplæ locum non habere quod generaliter etiam ſtatuit *Anton. Gamma. Deciſ. Luſitan. 20.* cumque feudorum alienatio agnatis non conſentientibus per textum *in cap. 1. de alien. feud. patern.* æque prohibita ſit ac legati aut fideicommiſſi *per d. l. fin.* inde colligit par utrobique jus ſtatuendum eſſe. Contrarium tamen ab Interpp. communiter receptum eſt ut oſtendit pater *d. quæſtion. 10. num. 17.* & Roſenthalius ipſe concludit. Rectiſſimè ſanè: Cum magna ſit inter caſus iſtos, hoc quidem reſpectu, differentia, neque Fachinæo concedimus feudorum alienationem ſine conſenſu agnatorum tàm odioſam eſſe, quàm legatorum aut fideicommiſſorum Juſtiniano viſa eſt: Inter omnes enim conſtat Domini conſenſu accedente feudum licitè & validè alienari poſſe licet poſt mortem alienantis jus agnati integrum maneat. Ideoque Interpp. cùm de revocatione feudi agunt, duos potiſſimum caſus conſiderant, an ſcilicet feudum ſine conſenſu domini an verò cum conſenſu ejus alienatum ſit, hanc licitam, illam verò illicitam alienationem vocantes. Nam etſi alienatio ſine conſenſu agnatorum facta eatenus non valeat quo minus hi feudum alienatum revocare poſſint, de quo intelligendus eſt textus *in cap. 1. de alienat. feud. patern.* nuſquam tamen legitur eam prohibitam eſſe, ut oſtendit Pater *quæſtion. 6. num. 23. & 60.* Ne quaquam igitur hac in parte ab uno ad alterum tanquam à ſeparatis inferri poteſt, nec eſt etiam quod vereatur Roſenthalius ne ideo minus textus *in d. §. fin.* quatenus de precio reſtituendo (ex ſententia Interpp.) diſponit ad feuda accommodari poſſit, quod alterum ubi de duplæ ſtipulatione agitur, eodem trahere durum videatur. Quid enim prohibet eam legis diſpoſitionem, in qua eadem (ſiquidem Interpp. ſequimur) ratio verſatur in feudis obtinere alterum autem, ceſſante paritatis ratione, ceſſare.

Diverſitatis quoque ratio inter feuda & fidei commiſſa quam tentare ſe non aſſerere oſtendit Roſenthalius conſiſtere nullo modo poteſt, neque enim textus *in d. §. fin.* de fideicommiſſis tantùm conditionalibus loquitur, ſed expreſsè idem in fideicommiſſis in diem certum (quem utique certo venturum noſtri non ambigunt) ſtatuit: ideoque etiam Azonis ſententia diverſitatis rationem inter emtorem rei penitus alienæ & reſtitutioni ſubjectæ ex hoc conditionis incerto inducere conantis (*ut §. meminimus*) à pleriſque rejecta eſt, Quod cum Roſenthalius ipſe animadverterit, nec certius quicquam habuerit meritò à communi Dd. ſententia ſibi non recedendum eſſe putavit.

Illud parentis mei cauſa in eo ferre non poſſum, quod in gloſſa *lit. g.* inter cæteros parentem ad communem illam doctrinam quod ſciens pretium repetere non poſſit allegans,

mox ſubdit ipſum ab hac doctrina recedere. Manifeſtum enim eſt parentem ab hac doctrina utpote certiſſima non recedere, ſed tantum oſtendere eam in propoſito locum non habere, ex eo, quod interpp. *ex d.* §. *fin.* inter emtorem rei alienæ & reſtitutioni ſubjectæ differentiam conſtituant. Hoc verò ſi à doctrina illa recedere eſt, omnes ſanè Interpp. ab ea receſſiſſe dicendi ſunt, cum omnes eam in emtore rei quæ reſtitutioni ſubjacet non procedere tradiderint.

Cautius igitur loquendum fuiſſet Roſenthalio.

QVÆSTIO XI.

AGNATI UTRUM, VIVO ALIENATORE FEUDUM REVOCARE poſſint.

1. *Agnatum vivo alienatore feudum etiam reſtituto precio recuperare non poſſe, multi exiſtimarunt, num. 1. Alii verò contra hoc ipſi integrum eſſe putarunt. num. 5. Alii diſtinxerunt inter feudum venditum agnato remotiori, vel extraneo. num. 6. Sed reprobata prima & ultima opinione, ſecunda defenditur num. 11.*
2. *Jus vaſalli in feudis durat, quamdiu is, atq; heredes ejus ſuperſtites fuerint.*
3. *Vaſallus jus ſuum, quod in feudo habet, donec is atq; hæredes ejus ſuperſtites ſunt, alienare poteſt. declaratur n. 16.*
4. *Filii cur magis quàm agnati feudum, vivo patre, revocare poſſint, ſecundum quoſdam: & num. 10. Sed hæc ratio refutatur. nu. 20.*
7. *Agnatus cur magis vivo alienatore feudum revocare poſſit, eo in extraneum alienato, quàm ſi agnato remotiori eſſet venditum. Sed hoc refutatur n. 17.*
8. *Jus προτιμήσεως introductum, ne res extra familiam alienetur. Sed hæc ratio improbatur num. 18.*
9. *Jus retractus, ſive προτιμήσεως locum habet in feudis.*
10. *Filii majorem habent affectionem erga bona paterna quàm agnati.*
11. *Agnatus vivo alienatore ex jure προτιμήσεως revocare poteſt feudum, etiam in remotiorem agnatum alienatum.*
12. *Textus in § ſed etiam res. c. 1. per quos fiat inveſtitura: declaratur.*
13. *Jus retractus conceſſum proximioribus competit, etiam quando res fuit vendita agnato remotiori. & n. 19.*
14. *Interpretum ſocordia & contrarietas in interpretando c. Titius.*
15. *Agnatus cur ſine precio revocans teneatur expectare mortem alienatoris. & non item, quando utitur jure προτιμήσεως.*
18. *Jus προτιμήσεως non competit re alienata titulo lucrativo.*
19. *Jus retractus locum habet, quando res fuit conſanguineo remotiori vendita.*
21. *Agnatus duplex revocandi jus competit.*

(a) QVatenus agnati (a) feudum paternum, conſentiente domino alienatum defuncto alienatore, revocare poſſint hactenus explanavimus. proximum nunc eſt diligentius inveſtigare, an etjam vivente alienatore, aliquo ad revocandum feudum remedio ipſis conſultum eſſe poſſit.

Interpretes † quidem communiter in hanc ferè ſententiam diſceſſerunt, ut exiſtiment, ſi feudum legitimè hoc eſt, voluntate & conſenſu Domini interveniente, alienatum fuerit, agnatos vivo alienatore revocandi facultatem in effectu nullam habere, hoc ipſo filios ab agnatis diſtinguentes: ut, licet illi quidem vivente adhuc patre alienante

nante feudum, refuſo precio, recuperare poſſint, his tamen idem permiſſum non ſit. *Hoc dilucidè ſenſit Andr. de Iſern. in d. c. Titius : ſi de feud. defunct. dum ibi verſ. Quod ſi Titius :* ait, quod filius ſtatim feudum revocet, reddito pretio, agnatus proximior demum poſt mortem alienatoris : ſubjungens, hunc morem, quod filius revocat vivente patre, hoc agnatis denegato, carere omni ratione. *& Iſern. ſequitur Alvarott. ibi, col. 2. & fin. Martin. Laudenſ. num. 11. Matth. de Afflict. n. 6. & Petrus Ravennates. idem Alvarott. in c. 1. de alienat. feud. pater. & in c. 1. §. fin. num. 23. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* ubi *concluſion. 27.* diſertè inquit, quod feudum cum conſenſu domini alienatum revocatur per agnatos demum, mortuo alienante, & non in vita, ſed per filios repetitur in continenti, refuſo precio. *Idem ſenſit Jacob. de S. Georg. in tractat. de feud. in verb. Et cum pacto de non alienando, num. 44. Curtius Sen. in conſil penult. incip. Capio primum, in quo quæri videtur, in princ. Jul. Clar. lib. 4. ſententiarum. §. feudum. num. 6. Ferrar. in tractat. feud. lib. 4. cap. 5. verſ. Et talis revocatio. Et opinionem hanc communem* * * *eſſe dicit Albert. Brun. in conſil. 80. num. 11.*

Moventur autem primò per textum *in ſæpe dicto c. Titius. ſi de feud. defunct.* juxta interpretationem eorum, qui opinati ſunt, textum in verſ. *Quod ſi Titius,* mutato caſu, de quo in principio verba fecerat, de filiis revocantibus agere. Nam cum ſecundum hanc interpretationem, textus agnatis demum poſt mortem alienatoris jus revocandi concedat, & ſolis filiis idem, vivo eo, tribuat, refuſo tamen precio : hinc arbitrati ſunt, filios tantummodo, non autem agnatos feudum refuſo precio revocare poſſe. Deinde pro hac ſua opinione conſiderarunt etiam text. *in c. 1. §. Hoc quoq; : de ſucceſſio. feud.* dum *ibi* dicitur. Quod ſi is, qui alienavit feudum, moriatur ſine hærede maſculo, feudum ad proximum agnatum revertatur. Hinc enim rati fuerunt, vivo alienatore nullum jus revocandi agnatis competere.

Denique † in ſententiam iſtam hanc rationem afferunt, quoniam jus vaſalli in feudo durare cenſetur, quoad is, & hæredes ejus in vivis ſunt : illis verò defunctis, agnatis demum jus in feudo quæritur. *d. §. Hoc quoq; & in c. 1. §. Etſi clientulus. de agnat. feud. & in c. 1. §. Rurſus. & §. Item ſi fuerint : Quibus mod. feud. amittat. cap. 1. § fin. In quibus cauſis feud. amitt. cum ſimilibus ſuprà in alia quæſtione adductis.* 2

Hoc † igitur jus ſuum cum vaſallus interim vendere, & alienare poterit, tàm diu, quòad ipſe vel hæredes ejus ſuperſtites ſunt, apud emtorem etiam perſeverare debet, ut ita reſoluto demum jure concedentis, reſolvatur etiam jus accipientis. *l. Puto. §. Prædium. de leg. 2. l. Qui tabernas. de contrahend. emt. l. Lex vectigali. de pignor. l. 1. in princ. ſi ſerv. pig. dat. Andr. de Iſern. in c. 1. in princ. de alienat. feud. patern. Matt. de Afflict. in d. c. Titius. num. 1. & num. 6. & in c. 1. n. 17. Qui ſucceſſor. teneantur. Albert. Brun. in d. conſil. 80. n 9.* 3

In † filiis verò ideo rem aliter ſeſe habere ajunt, quoniam hi, vivo patre, quodammodo domini bonorum paternorum eſſe cenſentur. *l. in ſuis. de liber. & poſthum.* non mirum igitur, cum plus juris in feudis habeant, quàm agnati, quod vivo etiam patre iſtud revocare poſſint, ita tamen, ut precium refundant. *Ita poſt Andr. de Iſern. docuerunt Alvarott. & Matth. de Afflict. in d. c. Titius.* 4

Alii † verò contra arbitrati ſunt, agnatum etiam vivo alienatore, feudum revocare poſſe, refuſo precio : *ad quod ſenſit Jacob. de Belvis. in c. 1. §. Hoc quoq;. verſ. Alio modo ſic, ibi, agnatus olim præferebatur in prohibendo & redimendo : ergo & in revocando debet præferri. de ſucceſſio. feud. Quem ſequitur Bald. in d. c. Titius. Si de feud. defunct. & Baro etiam,* 5

& Cujatius. Idem docuerunt Andr. de Iſern. Prapoſ. Afflict. & reliqui ſibi contrarii in §. porrò Qual. olim feud. pot. alien. & in §. ſed & res. per quos fiat inveſt. Albertus Brun. in conſil. 80. num. 2. & 12. & Hieronymus Schurff. inter conſil. feudal. conſ. 123. & conſ. 143. D. Schrader in conſ. 20. quæſt. 1. n. 165. Tom. 3. Varior. JCtorum, Idq; pluribus etiam defendit idem in tractat. ſuo feudal. in hanc ipſorum ſententiam itidem adducitur textus *in d. c. Titius*, ſecundum intellectum eorum, qui exiſtimarunt, in verſ. *Quod ſi Titius*, perinde ut in præcedentibus verbis, agi de revocatione agnatorum. Nam juxta hanc interpretationem textus ille dilucidè probaret, agnatum vivo etiam alienatore, feudum revocare poſſe, refuſo precio. Secundò idem probatur *in c. 1. §. Porrò. Qualit. olim feud. pot. alien.* Nam ibi diſertis verbis diſponitur, vaſallo feudum alienante, potiorem eſſe agnati conditionē in prohibendo vel redimendo, quàm domini. Tertiò ſuffragatur etiam huic ſententiæ textus *in c. 1. §. ſed etiam res. per quos fiat inveſtitura*, ubi agnato proximiori conceditur, ut reſtituto pretio, feudum alienatum redimere poſſit.

6 Haſce † inter ſe diſſidentes opiniones quidam hac diſtinctione conciliare conati ſunt, ut ultimæ ſententiæ tum quidem, quando feudum in extraneum quendam fuiſſet alienatum locum reliquerint, ſecundum eam agnatis hoc caſu jus revocandi vivo alienatore concedentes, refuſo tamen precio: primæ verò opinioni tum adſtipulentur, quando feudum agnato remotiori fuerit venditum, exiſtimantes, in ejuſmodi ſpecie agnatum proximiorem feudum vivo alienatore redimere nullo modo poſſe. *Ita ſenſit Thom. de Marin. in lib. 1. tit. 2. de feud. ex pact. & provident. n. 68.* autumans, hanc eſſe novam conſiderationem quàm ante eum iiſdem penè verbis tradidit etiam Sonſbec. *in commen. in uſus feud. part. 13. n. 117.* licet interim ejus nullam Marin. mentionem fecerit, quàm candidè, ipſe viderit.

Cur † autem illo caſu magis, quàm hoc agnatis jus revocandi concedant, ejus duplicem diverſitatis rationem afferunt. tum quia in caſu, quo feudum in agnatum remotiorem alienatur, per talem alienationem licitam vaſallus nondum plenè amiſit jus ſuum, quò uſq; vivat, facilèq; contingere poſſet, ut proximior agnatus vaſallum alienantem morte præverteret, atq; propterea ille, in quem alienatum eſt, ordine recto & jure ſuccedere poſſet. ideò ante mortem revocandi facultas meritò ei conceſſa eſſe non debet, quæ ratio tum, quando extraneo feudum venditur, conſiderari non poteſt, cum nulla ſpes ſit, eum quandoq; ſucceſſurum: Non mirum igitur, cur in extraneo aliter receptum ſit: tum etiam, quia † jus retractus principaliter conceſſum eſt, ne res patrimonialis immobilis extra familiam alienetur: quando autem feudum in agnatum etiam remotiorem transfertur, non alienatur extra familiam. Non igitur jus retract9 locum habere poterit, ſed quando extraneo venditur feudum, tum, quia extra familiam tranſit, meritò ab agnato retrahitur, cum noſtra interſit plurimum, feudum extra familiam non alienari. *l. ſi in emtione. de minor. l. Lex quæ tutores. verſ. nec verò domum. C. de adminiſtrat. tutor.*

Ex † quo not. Sonſb. in feudis adhuc hodiè jus retractus locum ſibi vendicare, quanquam res aliter ſeſe habeat in allodialibus bonis. *l. Dudum. C. de contrahend. emt.* Nam Fridericus, (inquit) Lotharius: & Conradus imperatores, qui feuda confirmarunt, dudum poſt Valentinum, Theodoſ. & Arcadium viguêre prohibitores juris προτιμήσεως. Quia verò ſecundo membro hujus diſtinctionis plurimum repugnat textus *in d. c. Titius, in verſ. Quod ſi Titius*, ſiquidem is de agnatis revocantibus intelligendus eſſet, (nam & is de patre in agna-

agnatum remotiorem alienata loquitur, & nihilominus jus revocandi concedit.) Ideo Thom. de Marinis *in d. loco,* licet prius textum illum de agnatis revocantibus contra communem intellectum interpretatus fuerit, quia tamen evadendi rationem aliam non invenire potuit, contra propriam animi ſententiam, ex communi interpretatione, ait, textum illum in verſ. iſto de filiis revocantibus accipiendum eſſe: his enim concedi, ut feudum alienatum in vita revocare poſſint, licet non in extraneum, ſed in agnatum remotiorem translatum ſit:

10 Idq; † tum propter affectionem majorem, quàm erga rem paternam magis, quàm cæteri habent, tum etiam quia illi multò plus juris in feudo habere videntur, quàm agnati. Sunt enim pars patris. *l. fin, C. de impub. & aliis.* & quodammodo domini in vita ejus. *§. fin. Inſtit. de hæred. qualit. & different.* Magisq; ipſorum intereſt, rem immobilem non transferri ad agnatos collaterales, cum ipſimet magis afficiantur erga domum aut caſtrum patris avitum, ex quo ferè cognomen habent, quàm collaterales. *d. l. Quæ tutores. verſ. Nec verò domum. C. de adminiſtrat. tutor.* Et ante Marinum hoc etiam docuit Sonsbec. *in d. loco,* addens, quod nemo ſibi facilè locum præripere ſinat, vel ab alio poſſideri permittat, à quo majores agnationis nomen, ſtemma & gentilitatem traxêre, quod in collateralibus ita frequenter non locum habet, nec ſimilitudinem vendicat: & hunc putat ille genuinum eſſe intellectum & meram rationem dicti reſponſi.

11 In hac † opinionum varietate nos ſententiam ſecundo loco relatam, ſine diſtinctione amplectendā, & juxta illā, reprobata prima atque ultima opinione, generaliter concludendum arbitramur, agnatum etiam vivo alienatore feudum, ſive in remotiorem agnatum, ſive in extraneum alienatum fuerit, redimere poſſe, refuſo precio, non quidem ex jure, quod per primam inveſtituram acquirentis ſibi fuit quæſitum, (nam cum id ordine ſucceſſivo poſt mortem demum illius, qui ipſum proximè antecedebat, ei quæratur, utique jure hoc, vivente illo, uti non poterit, prout ſupra *quæſt. 6.* de hoc dictum eſt.) ſed potius ex peculiari quodam jure πρoτιμήσεως conſuetudine feudali introducto. Hæc enim concluſio diſertè probatur juris feudalis textibus, quibus ſententiam ſecundo loco relatam tuentes nituntur. Nam quod attinet ad textum in ſæpè dicto *c. Titius.* quamvis eum illi, qui contra ſentiunt, in ſuas etiam partes trahere conentur, tamen ſupra *quæſt. 5.* ſolidis rationib9 demonſtravimus, verſ. *Quod ſi Titius,* non de filiis revocantibus, ſed de agnatis, de quibus in præcedentibus verbis agitur, capiendum eſſe. Quo ſtante (ſicut nemo, qui rectam ſectatur rationem, negare poterit) ex illo textu pluſquam manifeſtum eſt, agnatum, refuſo precio, feudum revocare poſſe, vivente adhuc alienatore, quamvis in agnatum remotiorem alienatum fuerit. Apertiſſimis enim verbis de feudo in agnatum remotiorem alienato capitulum iſtud loquitur: nec tamen minus proximiori revocandi facultatem concedit.

Idem † luculenter probat text. *in d. §. ſed etiam res. c. 1. per quos fiat inveſtitura.* non ſolum, quia is concedens agnato, redimendi facultatem, generaliter loquitur de agnato, qui feudum alienare voluerit, non diſtinguens, utrum remotiori agnato, an verò extraneo voluerit vendere; ſed etiam quia diſertè ibi dicitur, quod non permittatur ei alii vendere, niſi proximiori. Ex his enim verbis evidenter apparet, quod, etſi remotiori agnato venditum fuerit feudum, tamen nihilominus proximior redimere poſſit, cum certum ſit hoc caſu non eſſe proximiori venditum, cui ſoli id permiſſum eſſe, ait textus ibi. 12

Aaa 4 Nam

Nam proximior is tantum dicitur, quem alius nemo antecedit. *l. 2. §. Hereditas. & §. Legitima. de ſuis & legit.*

13 Quam † conſiderationem plurimum adjuvat id, quod ſenſit gl. *in c. Conſtitutus. & ibi Panormitan. not. 5. de reſtit. in integr.* dum conſuetudinem, quæ juxta textum illum concedebat proximioribus jus redimendi, ita interpretatur, ut etiam locum habeat, ſi conjuncto remotiori res fuiſſet vendita. Idq; ſequitur etiam Tiraquell. *in tractat. de retract. tit. 1. §. 11. gl. 6. nu. 18.* ubi licet multis in utramque partem adductis, oſtendat, quàm controverſi juris ſit articulus, utrum jus retractus locum obtineat, quando res cognato remotiori fuit vendita, concludit tamen, ſi conſuetudo concedens jus retractus de proximioribus loquatur, ut *in d. c. Conſtitutus.* quod tum jus iſtud procedat, etſi conjuncto remotiori res eſſet vendita, quaſi hoc verbo ſatis declaretur, proximiores admittendos eſſe ad redimendum à minus propinquo, cui res fuit vendita, ſicuti ab extraneo: adducens etiam in argumentum doctrinam Bart. Bald. & DD. *in l. Tranſactionem. C. de tranſactio.* dum ibi diſtinguunt, utrum ſtatutum de propinquis, & conſanguineis in genere loquatur, an verò de proximis [illegible]e proximioribus, concludentes, hoc ultimo caſu non ſufficere, remotiores adhibitos fuiſſe. Multò itaq; magis hoc admittetur in propoſito noſtro, ubi textus nō ſolum proximioribus jus redimendi concedit, ſed inſuper etiam addit, non permiſſum eſſe vendere alii, niſi proximiori, pro æquali precio accipere volenti. Hiſce enim verbis utique omnes alii agnati, in remotiori gradu exiſtentes, excluduntur, & luculenter oſtenditur, etiamſi remotiori feudum venditum fuerit, proximiorem tamen, cui ſoli vendere permiſſum erat, iſtud redimere poſſe. Accedit etiam textus *d. §. Porrò.* qui cum de agnato proximo verba faciat, eadem ratione ſententiam noſtram probat.

His manifeſtis juris feudalis
ſponſis non obſtant ea, quæ pro pri
opinione, vel etiam pro diſtinctio
fuerunt adducta.

Nam † quod attinet ad textum
d. c. Titius, cum ſatis probaverim
verſ. *Quod ſi filios*, non de filiis, ſed
gnatis revocantibus intelligendum
ſe, ex hoc ipſo perſpicuum eſt, cu
minimè communem eſſe opinione
ſed potius contrariam, ſententiam n
ſtram probare. Et mirandum ſanè
cur plerique interpretum ibi exiſtin
verint, agnato jus revocandi in vit
lienatoris non competere, atque hi
textum illum contra manifeſta ve
ejus ita perversè interpretati fueri
cum tamen iidem *in d. §. Porrò. & i*
§. Sed etiam res, per illa jura diſertè
firmaverint, agnatum in vita alien
tis feudum, refuſo precio redim
poſſe, *ut ſenſit Andr. de Iſern. Matth*
Afflict. & cæteri ibi. Tam directò en
ſibimet ipſis adverſantur, ut planè n
videam, quo pacto hæc inter ſe p
gnantia dicta eorum conciliari qu
ant. Poſſet quidem alicui de concil
tione harum diſcrepantium concluſ
num anxiè cogitanti in mentem ve
re, an non id, quod *in d. c. Titius.* aſ
runt, agnatum, vivo alienatore, fe
dum revocare non poſſe, intellige
dum ſit de jure revocandi ſine preci
quod poſt mortem demum alienat
ris competit, quod verò alibi tradun
id accipiendum ſit de jure redimend
refuſo precio, quod ex jure προτιμήσεως
deſcendit. Cum enim jura iſta int
ſe plurimum differant, haud immerit
diverſa de illis tradidiſſe videri po
ſent, ſed tamen conſideratio iſta inte
pretes excuſare non poterit, cum e
jam *in d. c. Titius.* diſertè loquantur
jure redimendi, refuſo precio, (quo
non niſi ex jure προτιμήσεως proficiſc
tur) neque tamen vaſallum vivo Titi
feudum revocare poſſe concludan
atque hinc differentiam inter filiur
& agnatum manifeſtè conſtituan
qua

quaſi filius vivo alienatore feudum poſſit redimere, precio refuſo, non item agnatus, cujus tamen contrarium profitentur *in d. §. Porro.* Ut proinde neque hac, neque ulla alia commoda ratione ad concordiam reduci poſſit hæc doctrinarum diſcrepantia, atq; hæc ipſa etiam ſatis arguat, quàm negligenter & oſcitanter hanc materiam illi tractarint.

Ex quo efficitur, etiam doctrinas commentatorum invicem pugnantes in propoſito nihil habere auctoritatis, neque etiam quicquam tribuendum eſſe interpretationi, quam *d. c. Titius.* inde affingunt: quippe cum non ſolùm verbis illius textus reclamet, ſed eæ etiam, quæ ex interpretatione illâ colliguntur, doctrinæ, ab ipſiſmet interpretibus alibi reprobentur.

15 Ad † textum verò *in d. §. hoc quoq;.* rectè reſpondet Thomas de Marin. *in d. loco*, eum intelligendum eſſe eo de caſu, quando vaſallus ex ſucceſſionis jure per primam inveſtituram quæſito, feudum ſine precio recuperare vult. Nam cum jus hoc tum demum ipſi quæratur, quando alienatore defuncto ſuccedendi via ipſi aperitur, ideo mortem ejus expectare tenetur: Inde verò minimè ſequitur, quod, ſi ex jure προτιμήσεως, refuſo precio, iſtud recuperare velit, hoc ipſi integrum non ſit: cum hæc jura inter ſe ſint diverſiſſima, & à ſeparatis nihil quicquam inferri poſſit. *l. final. de calum. l. Papinianus. de minor. l. His conſequenter. §. 1. Famil Herc. l. Si maritus. in fin. C. de donat. inter vir. & uxor.*

16 Eodem † etiam modò tollitur ratio, quam pro opinione ſua adducunt interpretes. Hæc enim illi demum caſui rectè convenit, quando feudum non ex jure προτιμήσεως, ſed ex jure per ſucceſſionem delato, abſque precio recuperatur. Nam cum vivente alienatore, etiamnum duret jus ejus, neque agnato proximo ſuccedendi via ſit aperta: non mirum, cur interim ſubſiſtat alienatio, neque eà in irritum vocari poſſit. At quando feudum ex jure προτιμήσεως redimitur, tum ratio illa locum ſibi minimè vendicare, neque obſtaculo eſſe poteſt, quò minus agnatus eo jure uti poſſit, cum jus hoc προτιμήσεως præſupponat, omnino jus alienatoris adhuc durare, atque hinc requirat, ut redimens eo jure rem alienatam, precium reſtituat, quod neceſſarium non foret, ſiquidem jus poſſeſſoris penitus eſſet extinctum.

Quod † præterea pro diſtinctione 17
ſua ponderat Thom. de Marin. agnatum proximiorem ideo à remotiore, in quem fuerit alienatum, feudum revocare non debere, dum adhuc alienator ſuperſtes eſt, quia poſſet contingere, ut is ante alienatorem decederet prius, quàm ſucceſſionis ordo ipſum tangeret: id ſanè perquàm futile eſt. Nam cum jus προτιμήσεως ipſi concedat, ut feudum mox intra annum revocare, & poſt mortẽ ad hæredes ſuos tranſmittere poſſit, nullam certè habet rationem, eum propterea jure hoc uti non poſſe, ut moriens locum faciat agnato remotiori.

Quinimò hoc ab omni æquitatis ratione alienum eſſet, quæ exigit, ne quis cum jactura alterius locupletetur, & ne in alterius gratiam ſuo jure privetur. *l. jure noſtro. de reg. jur. c. Locupletari. eod. tit. in ſexto. l. Nam hac noſtra. de condict. indebit. l. Si quis mancipiis §. fin. ff. de Inſtit. action.* ut interim omittam, jus προτιμήσεως à ſuccedendi jure penitus non dependere. Nam vel hinc manifeſtum eſt, ſucceſſionis ratione à jure illo minimè quem removeri poſſe.

Altera † etiam ratio non admodum 18
urget. Nam, *ut ait Cujatius in d loco*, jus προτιμήσεως non eam ob cauſam introductum eſt, ne res extra familiã exeat, cum alioqui nec per titulũ donationis, vel teſtamenti, vel aliam cauſam lucrativam res in alium transferri poſſet,

quod

quod tamen permiſſum eſſe omnes illi, qui de jure προτιμήσεως ſcripſerunt, fatentur, & apparet ex conſtitutione Frideric. quam Cujatius *in fin. lib. 5. jur. feud.* recenſet, & quæ tradit Tiraquell. §. *1. gl. 14. n. 90. & §. 25. glo. 2.* Non igitur èx ratione illa nullo fundamento ſubnixa quicquam inferri poterit.

19 Hinc † etiam non uſque adeò expeditum eſt, juri retractus locum non eſſe, quoties remotiori conſanguineo res eſt vendita, multis exiſtimantibus, etiam hoc caſu proximiorem retrahere poſſe, *ut ſenſit Joann. Fabr. in §. Ita tamen demum. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. deſer. quem ſequitur Benedict. in Repet. c. Raynut. in verb. & uxorem Adelaſiam. n. 606. de teſtam. Dec. in conſil. 619. Licet in caſu propoſito. Igneus in l. Dudum. col. 17. verſ. Quid autem ſi res fuerit: & complures alii relati à Tiraquell. de retract. §. XI. gl. 6. n. 15. & ſeqq.* & dato opinionem eorum, qui arbitrantur, hoc caſu jus προτιμήσεως non competere, veriorem eſſe, ut ſenſerunt illi, quos citat ibid. Tiraquell. *num. 6. & ſeqq.* ubi etiam *n. 13.* multas refert conſuetudines, quæ jus non faciunt retrahendi rem venditam conſanguineo remotiori, hæc tamen ſententia tum demum procederet, quando jus προτιμήσεως ſimpliciter eſſet conceſſum. Secus verò, quando, ut in propoſito proximioribus duntaxat agnatis. Nam hoc poſteriore caſu agnati proximiores hoc jure uti poſſunt, etſi in agnatum remotiorem res fuerit alienata, quemadmodum ſupra pluribus probavimus: ut proinde conſideratio iſta diſtinctionem Marin. minimè confirmare poſſit. Quin etſi alioqui jus retractus etiam proximioribus conceſſum regulariter non competeret, ſiquidem res remotiori eſſet vendita: quia tamen in propoſito manifeſta extant juris feudalis reſponſa, quæ hoc etiam caſu jus προτιμήσεως concedunt, ut ſupra oſtendimus, certè contra ea rationibus & argumentis hiſce parum extrui poterit: cum omnis ceſſet dubitatio, ubi juris aliqua extat diſpoſitio. *l. ancillæ. C. de Furt. l. Quod Labeo. ad Carbon.* Neque enim in hoc ſolum, ſed in cæteris etiam jus προτιμήσεως conſuetudine feudali introductum à propria juris retractus natura recedit, ut ex iis, quæ ſequenti quæſtione dicemus, latius patebit.

Cumque † ex his perſpicuum ſit, agnatos, vivo alienatore, revocare poſſe feudum, refuſo precio, nihil attinet anxiè inveſtigare rationem diverſitatis inter filium & agnatum. Non itaque ea, quæ ad hoc propoſitum ſupra fuerunt adducta, ſententiam hanc noſtram quicquam impugnare poterunt. Sed de filiorum jure *in quæſt. 11.* peculiariter videbimus.

His denique omnibus adductus ſine hæſitatione concludo, agnatum etiam vivo alienatore poſſe refuſo precio revocare feudum alienatum. Id quod locum etiam habet, licet feudum ſit hæreditarium, *ut ſenſit Matth. de Afflict. in c. 1. §. hoc quoq;. num. 56. de ſucceſſ. feud.* dum poſtquam in revocatione feudi quæ poſt mortem inſtituitur, dixerat, hoc caſu neceſſe eſſe, ut feudum non ſit hæreditarium, deinde in caſu, quo vivo alienatore iſtud revocatur, generaliter concludit, ſufficere, ut ſit feudum antiquum. *Idem clarius tenuit Jaſ. in conſil. 56. col. 6. lib. 3.* hanc afferens rationem, quoniam viventis nulla eſt hæreditas. *l. 1. de hæred. vel action. vend. l. neminem. de acquir. hæred. quos ſecutus eſt etiam D. Schrader in d. tractat. feudali parte 8.* Cavendum eſt igitur à Parid. de Puteo. *de redintegrat. feud. cap. 241. in fin.* Ex quibus tandem efficitur, duplex revocandi jus, ex diverſo tamen fonte, agnatis competere.

Alterum † enim innititur jure ſuccedendi ex prima inveſtitura quæſito, 21
cumq; jus hoc tum demũ agnato competere incipiat, quãdo ſucceſſionis ordo eum tangit, ideo vivente alienatore

atque

atque adeò jure ejuſdem durante, eo uti non poteſt, ſed expectare tenetur, donec, defuncto alienatore, jus ejus extinguatur, & ſuccedendi via ipſi aperiatur, & tum quidem poſt mortem, jure alienatoris reſoluto, proprio, quod ſibi competit, jure abſque precio revocare poteſt, quemadmodum ſupra *quæſt. VI.* copioſius explicavimꝰ. Alterum verò revocandi jus ex jure προτιμήσεως deſcendit, quod, cum durante etiamnum jure alienatoris mox poſt contractum initum competat, ideo vivente adhuc alienatore, agnatus eo uti poteſt, ita tamen, ut precium refundere neceſſe habeat, de qua differentia etiam ſupra *quæſtion. V. n. 30.* monuimus, neque ſolum jure iſto agnatus rem venditam, precio refuſo, redimere poteſt, ſed integrum etiam ei eſt, venditorem ſuſcipientem alienationem mox inito prohibere, ne vendat, ut probatur *in d. § Porrò, ibi, in prohibendo autem, vel redimendo,* ut ita duplici ratione agnato jure hoc conſultum eſſe poſſit. Ideoq; hæc duo remedia ex eodem jure προτιμήσεως deſcendentia ſejunxit D. Schrad. *in d. tractat.* Ac ne quis fortè exiſtimet, novum hoc eſſe, quod diximus vivo alienatore, agnatum ex jure προτιμήσεως revocare feudum, idem etiam poſt Bald *in l. ſancimus.* de jure προτιμήσεως docet Matth. de Afflict. *in d. §. Sed etiam res. num. 10. Paris. de Puteo. de redintegrat. feud. c. 241. & Sonsbecc. part. 13. num. 120. & Cujatius in d. §. Sed etiam res. & in d. c. Titius.* Eſt autem inter hæc duo diverſiſſima jura diligenter diſtinguendum, & quæ ſit cujuslibet natura & proprietas, ſedulò obſervandum. Nam cum ad hoc non ſatis adverterint interpretes, ideo in tàm ineptes prolapſi ſunt opiniones. Ut igitur nos iſtud evitemus, & inter hæc duo jura rectius diſtinguere diſcamus, naturam juris προτιμήσεως in quæſtione ſequente exquiſitius indagabimus, cum de altero jure, quod poſt mortem demum alienatoris incipit, in præcedentibus quæſtionibus abunde actum fuerit.

ADDITIO SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Quatenus agnati.] De iſta quæſtione conſule. *Jan ab Arcedura cap. 4. concl. 4. n. 43. & ſeqq.*

QVÆSTIO XII.

DE JURE ΠΡΟΤΙΜΗΣΕΩΣ,

AGNATIS FEUDUM ALIENATUM REDIMENTIBUS COMPETENTE: quodnam precium eo jure utentes refundere teneantur. An idem locum habeat in donatione: intra quantum temporis ſpacium jus hoc competat: quando tempus iſtud currere incipiat: & quomodo interrumpatur: utrum tempore ab hoc jure excluſi, defuncto alienatore, feudum revocare poſſint: Quatenus conſentientes alienationi ab hoc jure excludantur. Et an in jure iſto locum habeat ſucceſſorium edictum.

1. *Jure προτιμήσεως feudum revocari poteſt etiam ab alio poſſeſſum.*
2. *Matth. de Afflict. error.*
3. *Jus προτιμήσεως exigit precii reſtitutionem.*

4. *Agnatus volens recuperare feudum vivo alienatore, ante omnia precium offerre debet.*

5. *Offerre debet quis id, quod ad conſequendum aliquid prius fieri debet.*

6. *In jure* προτιμήσεως *non ſufficit offerre fidejuſſores, vel pignora loco precii.*

7. *Precia rerum non ex affectione ſingulorum conſtituuntur, ſed ex communi æſtimatione.*

8. *Æſtimatio animoſi licitatoris non attendenda.*

9. *Agnatus recuperans feudum refuſo precio, tenetur id precium refundere, quod emtor dedit, licet excedat juſtam æſtimationem.*

10. *Beneficia ſine damno alterius intelligenda.*

11. *Duplici onere nemo affici debet.*

12. *Jure redimendi conceſſo, ſi de precio nihil addatur, intelligitur de eo, quod emtor dedit.*

13. *Æſtimatione precii doloſè aucta, ad juſtum precium iſtud reducendum eſt.*

14. *Agnatus vivo alienatore revocare non poteſt feudum alienatum titulo lucrativo.*

15. *Precii ubi fit mentio, de venditione actum eſſe intelligitur.*

16. *Jus* προτιμήσεως *cur locum non habeat in re alteri infeudata.*

17. *Jus iſtud tantummodo locum habet in rebus translatis titulo oneroſo.*

18. *Agnati cur intra annum tantum refuſo precio feudum revocare poſſint.*

19. *Ex jure* προτιμήσεως *regulariter res non niſi inter annum redimi poteſt.*

20. *Baldi & Tiraquelli opinio refutatur.*

21. *Jure ſuo non utens intra tempus præfinitum, illi renunciaſſe cenſetur.*

22. *Agnatus vivo alienatore precio refuſo feudum intra annum duntaxat recuperare poteſt, licet extraneo fuerit venditum.*

23. *Annus præfinitus agnato ad revocandum feudum ex jure* προτιμήσεως *incipit currere à tempore contractus.*

24. *Temporis curſus ab eo tempore computatur, à quo agendi facultas inchoatur.*

25. *Annus præſtitutus agnato ignoranti currere non ſolet.*

26. *Tempus regulariter ignoranti non currit.*

27. *Ignorantia affectata non excuſat.*

28. *Ignorantia craſſa & ſupina non excuſat.*

29. *Scire dicitur qui verè & certò ſcit, & omnium qualitatum notitiam habet.*

30. *Annus jure* προτιμήσεως *& retractus deſtinatus non currit, niſi quis veram rei notitiam habuerit.*

Præſertim verò precii quantitatem ſcire debet.

31. *Agnato qui non plenam habuit notitiam venditionis, annus ad redimendum dictus non currit.*

32. *Pupillo annus non currit.*

33. *Minori ſcienti currit annus.*

34. *In præſcriptionibus, quæ lucrum excludunt, tempus contra minorem currit.*

35. *Minori datur reſtitutio adverſus tempus ipſi ignoranti elapſum.*

36. *Agnatus etiam ignorans ſpacio 30. annorum à jure redimendi repellitur.*

37. *Præſcriptione 30. annorum omnis actio tollitur, licet quis ignoraverit.*

38. *Ignorantia regulariter non excuſat, quando de lucro conſequendo agitur. & num. 43.*

39. *Agnatum, qui ignorans ſpacio 30. annorum excluſus eſt à jure redimendi, reſtituendum ſenſit Afflict. quod tamen refutatur num. 40.*

41. *Reſtitutio locum non habet, quando diſertè diſponitur de caſu, in quo alioqui ea concedi ſolet.*

42. *Reſtitutio non niſi ob juſtam læſionis cauſam conceditur.*

44. *Annuum tempus juri* προτιμήσεως *præfinitum non interrumpitur querela extrajudiciali, neq; etiam citatione, ſed neceſſaria eſt litis conteſtatio, num. 45.*

Præſcriptio quando citatione quando item litis conteſtatione interrumpatur.

46. *Temporis lapſu excluſus à jure redimendi, vivo alienatore, eo defuncto revocare poteſt.*

47. *Renuncians uni ex multis juribus, ſibi competentibus non cenſetur renunciaſſe cæteris.*

48. *Jura ſucceſſivè competentia uno tempore non tolluntur, neq; unum alterum abſorbet.*

49. *Conſentiens alienationi, feudum ex jure* προτιμήσεως *redimere non poteſt.*

50. *Conſentiens jus ſuum amittit, & alienare cenſetur.*

51. *Dominus conſentiens alienationi, juri redimendi renunciaſſe cenſetur.*

52. *Jus redimendi à quo tempore incipiat.*

53. *Renunciatio generalis extenditur ad futura, quæ habent cauſam de præſenti.*

54. *Conſenſus ad unum effectum adhibitus ad alium non porrigitur.*

55. Con-

Digitized by Google

55. Conſentiens officii gratia juri ſuo non renunciat.

56. Dominus conſentiens venditioni feudi, quatenus juri ſuo renunciaſſe videatur.

57. Conſenſus ex natura actus & mente contrahentium interpretationem recipit.

58. Agnatus requiſitus emere nolens, jus προτιμήσεως *amittit, ſecundum Bald. Contra verò Molin. & Tiraquell. n. 61. ſed tandem diſtingvitur. ut n. 62.*

59. Vendere alicui qui cogitur, ſi ille requiſitus noluerit emere, liberè vendere poteſt. Declaratur. n. 63.

60. Alienare prohibitus extra familiam poteſt extraneo vendere, ſi familia poſt denunciationem emere noluerit. declaratur n. 63.

64. In jure προτιμήσεως *locum habere ſucceſſorium edictũ pleriq; exiſtimarunt. Sed contrarium defenditur n. 65. & objectis reſpondetur n. 71.*

65. Redimendi facultas ſolum proximiori conceſſa eſt.

66. Jus feudale ſtrictè interpretandum, neq; extra caſus, de quo loquitur, extendendum.

67. Jus προτιμήσεως *ſtrictè accipiendum.*

68. Verba geminata indicant enixam mentem diſponentis.

69. Verba geminata extenſionem non recipiunt.

70. Agnatus remotior ſi redimeret feudum, defuncto alienatore, proximior ſine precio iſtud recuperare poſſet.

71. Textus in §. Sed etiam res. c. 1. per quos fiat: inducitur.

72. Jus revocandi cur etiam remotioribus competat: jus verò redimendi tantummodo proximioribus ſit indultum.

VASALLUM vivente alienatore ex jure προτιμήσεως feudum alienatum revocare poſſe, in præcedente quæſtione probavimus.

1 Eſt † autem circa hanc concluſionem primò notatu dignum, agnatum non ſolum jure iſto prius, quàm feudum alteri tradatur, & contractus perficiatur, uti atque hac ratione prohibere poſſe, ne alteri feudum vendatur, ſed & poſtquam, contractu perfecto, feudum ad alium poſſeſſorem pervenerit, nihilominus iſtud à poſſeſſore ex jure προτιμήσεως recuperare poſſe, ut probatur *in d. §. Sed etiam res, ibi, compellatur rem tibi reſtituere.* Hæc enim verba ſatis indicant, feudum jam penes alium poſſeſſorem fuiſſe: & per textum iſtum hoc poſt Andr. de Iſern. docet Matth. de Afflict. *nu. 81.* exiſtimans, Bald. poſt Petr. de Cremon. aliter ſenſiſſe.

2 In † quo tamen mentem Baldi non ſatis percepit. Is enim referens inter ſe diſſidentes opiniones Jacob. de Belvis. & Petr. de Cremon. de eo duntaxat agit, utrum in caſu, quo ſine conſenſu domini feudum illicitè eſſet alienatum, agnatus in redimendo præferatur domino, & contra Jacob. de Belvis. cum Petr. de Cremon concludit, Dominum agnatis præferendum eſſe: quæ quæſtio cum à propoſito noſtro ſit diverſiſſima, manifeſtum eſt, Afflict. doctrinam hanc perperam hac accommodaſſe.

Secundò † cum agnatis vivente alienatore non niſi ex jure προτιμήσεως redimendi facultas competat, ideo precium refundere neceſſe habet. Hoc enim & natura illius juris exigit, & diſertè probatur *in d. §. Sed etiam res. & d. c. Titius.* 3

Eſtq; † hoc adeò verum, ut agnatus volens hoc jure recuperare feudum, ante omnia teneatur precium offerre. 4

Cum † regulariter, quotieſcunq; quis conſequi aliquid vult, ad quod conſequendum neceſſe eſt aliquid fieri, id ante omnia afferre debeat, *ut per textum l. ſi reſiduum. C. de diſtract. pign. docet Bald. in c. licet. Si de feud. defunct. content. ſit inter dom. & agnatum. quem ſequitur Jaſ. in prælud. feudor. col. 22. verſ. Quartò ad idem adduco. & Decius in conſil. 421. col. 2. cum ſimilibus adductis per Tiraquell. in tractat. de retract. §. 1. gl. 17. n. 6.* ubi inde ad propoſitum noſtum infert, 5

 quod

quod is, qui ex jure retractus rem recuperare vult, neceſſe habeat ante omnia precium offerre.

6 Neq; † etiam ſufficit dare pignora, vel fidejuſſores, quantumvis idoneos: ſed omnino pecuniam, quam dedit emtor, reſtituere cogitur. *arg. l. 4. §. ait prætor. de rejudic.* ubi condemnatus ſolvere non liberatur dando idoneos expromiſſores. *& l. Quid ſi non ſolvere. de pign. act. & l. item liberatur. §. Qui paratus. quibus modis pign. vel hypothec. ſolvat. & l. Promiſſor. § fin. de conſtit pecun.* per quæ in jure retractus docuit hoc Tiraquell. *§. 3. gl. 3. num. 14 & ſeqq.* plurima in hanc ſententiam accumulans. Sed quia facilè contingere poſſet, ut agnato juſtum precium offerente, emtor plus juſto dederit, ideo haud præter rationem hoc loco dubitatur, de quonam precio id, quod paulò ante diximus, intelligendum, & uter alteri in precii æſtimatione ſit præferendus.

7 Et † quamvis alioqui regulariter precia rerum non ex affectione ſingulorum conſtituantur. *l. Precia rerum, ad l. Falcid. l. ſi ſervus. ad l. Aquil.* ſed potius communi regionis æſtimatione, ex rei qualitate, & quanti res in loco publico vendi poſſet, ut probatur *in c. 1. ibi: carius vendant, quam in mercatu vendere poſſent, de emtio. & vendit. not. gl. in l. 2. in gl. magn quæſt. ult. C. de reſcindend. vendit. per multa jura, quæ ibi*

8 *adducit.* Ex † quo etiam receptum eſt, animoſi licitatoris æſtimationem non eſſe admittendam. *l. Locatio. in princ. de publican. & vectigal. l. Ad officium. in fin. cum ibi not. C. commun. divid.*

9 Tamen † in propoſito non tam ad juſtam rei æſtimationem habetur reſpectus, quàm id ſolummodo conſideratur, quid emtor dederit. ideoque agnatus omne id, quod pependerit emtor, etſi precium juſtum excedat, reſtituere cogetur, ſi modò feudum alienatum recuperare voluerit. Hoc enim dilucidè probatur verbis. *d. §. Sed etiam res, ibi, pro æquali precio, & ibi, precio, ſi quod dederit, & in d. §. Porrò ibi, pro æquali precio, per quæ jura hoc tradiderunt Bald. Martin. Laudens. Alvarott. Præpoſit. Matth. de Afflict. & Petrus Ravenn ibi.* Cur autem in propoſito magis id, quod dederit emtor, quàm juſtum precium conſideretur, ſummam etiam habet rationem.

Nam † beneficia alicui indulta ita ſunt generaliter intelligenda, ne alteri damnum inferant. *l. 2. § Si quis à principe ne quid in loco publico: cum ſimil.* Par igitur eſt, ut emtor omne id, quod ſolvit, recipiat, cum alioqui indebitè damnū ſentiret, tam contra jam dictam regulam, quàm etiam contra *l. ad officium. C. commun. divid.* Quin niſi emtori omnè, quod dedit, reſtitueretur, duplici afficeretur injuria, tum quia partem precii à ſe datam amitteret, tum quia invitus cogeretur rem emtam concedere agnato: cum † tamen receptum 10
ſit non debere quempiam duplici onere, aut damno affici. *l. navis. § Cum autem. & §. cum ergo. ad l. Rhod. de jactu. & l. cogi. § inde quæritur. ad SC. Trebell. l. jure. de jur. dot.* ex quibus rationibus etiam Tiraquell. *in d. tract. de retract. §. 1. gl. 18. n. 7. 8. & ſeq.* concludit, quod, † 11
etſi generaliter ſit conceſſum jus redimendi, nihil inſuper de precio addito, id tamen intelligendum ſit non de precio juſto, ſed de eo, quod emtor dedit, plurimas etiam in hanc ſententiam adducens auctoritates interpretum: multò itaq; magis hoc in propoſito admittendum erit, cum manifeſta extet juris diſpoſitio, quæ requirit, ut agnatus æquale precium, quod emtor numeravit, reddat.

Eſt tamen hoc ita accipiendum, niſi † fraus aliqua ab emtore fuerit commiſſa. Nam quotieſcunq; apparuerit, precii æſtimationem doloſè fuiſſe auctam, vel alioqui in precio conſtituendo fraudem commiſſam, tum res aliter ſeſe habet, & ad veram rei æſtimationem recurrendum erit, *ut poſt Bald. quem refert,*

refert, docet Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict. in d. §. Porro. & d. §. Sed etiam res: quos in hoc etiam poſt alios ſequitur Dn. Schenck. in d. §. Porrò, inquiens: ſi feudi venditor cum extraneo l citatore colludens precium immoderatum & immodicum expoſcat, hoc ad juſtam æſtimationem reducere conveniet. *arg. l. ad officium. verſ. æſtimatione juſta facta. C. commun. divid.* eo duntaxat inſpecto quod ab alio revera accipi poteſt. *l. fin. C. de jur. emphyt.* poterit itaq; judicis implorari moderatio, qui ex perſonis cauſisq; id ſtatuet. neq; enim malitiis fuerit indulgendum. *l. in fundo aliena. de rei vendicat. l. ſervo alieno. § fin. de fideicommiſſ. libert. Idem ſenſit Ferrarius lib. 4. cap. 5.* inde monens, perſonarum conditionem, nunquid fraudes ejuſmodi exercere ſoleant, unà cum circumſtantiis, quæ contractus naturam prodere ſolent, diligenter eſſe expendendam, & ex his bene conſideratis, quod bonum ſit, & æquum, reſpondendum.

14 Tertiò † ex eo, quod jam diximus, agnatum non niſi jure προτιμήσεως, refuſo precio feudum recuperare poſſe, vivo alienatore, auſim penè affirmare, agnatum jure jam dicto uti non poſſe, quando titulo lucrativo feudum in alium eſſe tranſlatum: neq; eum hoc caſu vivo alienatore revocandi facultatem habere. Nam hoc primò inde colligitur, quod jura feudalia, quotieſcunq; agnato facultatem revocandi concedunt, ſemper requirunt, ut precium refundat & reſtituat, *ut in d. §. ſed etiam res. & in §. Porrò.*

15 Ex † hoc enim evidens eſt, jura illa de venditione tantummodo intelligenda eſſe: quippe cum regulariter, ubicunq; precii fit mentio, tum diſponentem de venditione ſenſiſſe veriſimile ſit. *l. fin. C. de præd. curial. ſine decreto non alien. lib. 10. Bald. in l. Ex conventione. C. de pact. gloſſ. & ibi Bald. in l. cum dotem. C. de jur. dot. Alex. in l. 1. §. qui ſuperficiem. de ſuperficiebus. Paris. in conſil. 82. incip. pro veritate. n. 19. & in conſil. 83. incip. pro reſolutione. n. 9. vol. 3.* per quam rationem jura iſta de emtione ſolum interpretatur Matth. de Afflict. *in d. §. ſed etiam res. n. 1.* hoc modo concilians verſ. *qui enim qualibet ratione.* cum verſ. *Per feudum tamen.* Id quod comprobatur optimè ex iis, quæ ad propoſitum accumulat Tiraquell. *de retract. §. 1. gl. 2. num. 1.* ubi multis in medium adductis concludit, conſuetudinem illam, de qua ibi loquitur, propterea de venditione duntaxat accipiendam eſſe, quia ſæpius precii mentionem facit. Non igitur extra caſum illum ad diverſum, quando videlicet ſine precio res fuit tranſlata, jura iſta extendenda erunt: cum conſuetudines feudales ſtrictè accipiendæ, neq; ultra caſum, de quo verba faciunt, porrigendæ ſint. *ut not. DD. in c. 1. de feud. cognit.* Nam conſuetudo, unde jus feudorum deſcendit, ſtricti juris eſt, & proprios terminos non excedit. *Quod translationem. & ibi Abb. in 2. notab. de offic. deleg. Bart. in l. poſt dotem. col. penult. ſolut. matrim. Bald. in l. fin. verſ. verum aliud quæritur. C. Commun. utrius. judic. Alex. conſil. 6 lib. 5.* Deinde adminiculatur etiam hiſce proprietas verbi, (redimere) quo utitur text. *in d. §. Porrò.* Hoc enim verbum emtioni, unde etiam originem ſumſit, maximè convenit.

Præterea † idem magis apparet ex eo, quod textus *in d. §. Sed etiam res*, excipit caſum, quo res in feudum fuit data. Nam cum hujus exceptionis hæc potiſſimum videatur eſſe ratio, quoniam feudum gratuitò concedi ſolet, prout ſenſit Matth. de Afflict. *ibi, n. 1.* utiq; ſatis hinc perſpicuum fit, jus προτιμήσεως non habere locum quoties titulo lucrativo res in alium transfertur. Idq; ſenſiſſe videtur Præpoſit. *ibi*, dum ait, quod, etſi res in feudum dari poſſit, ſi tamen vaſallus ſub colore infeudationis receperit precium, tum proximior agnatus reſtituto precio, feudum redimere poſſit, ita explicans id, 16

quod ibi dicitur, niſi in fraudem fiat infeudatio.

Hoc enim ipſo ſatis declarat, tum demum locum eſſe huic juri προτιμήσεως, quando precium intervenit, ſecus quando ſine precio feudum fuit translatum, idq́; interpretes ibi communiter ſequuntur. Ab hac ſententia non fuit etiam alienus Cujatius *ibid. tit. 4. lib. 2.* quatenus de venditione modò loquitur, inquiens, non poſſe quem feudum genearchitum alii vendere, quàm agnato. atq; inſuper ejus, quod ibi dicitur, niſi fiat in fraudem, hoc exemplum tradit, ſi adſimuletur inveſtitura feudi pro inveſtitura venditionis, quo caſu (inquit) jus προτιμήσεως locum habet: & clarius hoc docuit in interpretatione *d. c. Titius. tit. 14 lib. 1.* ubi ait, re alienata titulo donationis, dotis, vel teſtamenti, non eſſe locum juri προτιμήσεως, ſed id tantum admittendum in venditione vel locatione.

17 Denique † in hanc ſententiam plurimum me movet, quoniam regulariter jus retractus ex propria ſua natura in illis demum caſibus procedit, in quibus res ex titulo oneroſo transfertur: ſecus ſi ex titulo lucrativo ut apparet ex conſtitutione Frideric. de jure προτιμήσεως, quam *lib. 5. feud. circa fin.* recenſet Cujatius, & ex iis quæ tradit Tiraquell. *in tractat. de retract.* §. *1. gl. 14. n. 90. &* §. *25. gl 2. n. 1.*

Quare cum jus iſtud in donatione conceſſum, in jure feudorum expreſsè non reperiamus, ideo ſecundum propriam hujus juris naturam meritò exiſtimabimus, illi in donatione locum non eſſe, donec id aliter cautum eſſe docebitur. Cumq́; hoc primò paulò timidius aſſeveraverim, deinde verò comperiſſem etiam D. Schraderum *in ſæpe dicto ſuo tractatu feudali* idem ſenſiſſe; in ſententia iſta ita fui confirmatus, ut nunc audacter eam profiteri non dubitem.

18 Quartò † quia hoc caſu ex jure προτιμήσεως redimendi facultatem agnati conſequuntur, hinc deſcendit, ut jure illo non niſi intra anni ſpacium uti poſſint.

Hoc † enim *in d.* §. *Porrò. & d. c. Titius*: manifeſtè probatur, & in jure προτιμήσεως non rarum eſſe ſolet, ut apparet *ex c. conſtitutus: de reſtitut. in integ. & quæ ibi not. DD.* & ex conſuetudinibus relatis à Tiraquell. *de retract. gl. 11. nu. 62. & ſeqq.* ut non præter rationem plerique exiſtimaverint, quod, etſi abſque ulla temporis præfinitione jus προτιμήσεως conceſſum ſit, non tamen ultra anni ſpacium competat, quorum nomina longo ordine recenſet Tiraquell. *de retract.* § *1. gloſ. 10. n. 3 & ſeqq.* licet interim is *ibidem n. 10.* aliter ſentiat. Ex quo mirandum eſt, tantopere laboraſſe interpretes in ratione invenienda, cur annuum tempus agnatis præfinitum ſit, cum tamen evidens ſit, id omne ex natura προτιμήσεως provenire. 19

Non † itaq; adſtipulandum Baldo, & cæteris, qui ejus hanc afferunt rationem, quia vaſallus intra annum inveſtituram petere neceſſe habet. Nam cum juris ſit indubitati, vaſallum, qui feudi poſſeſſionem non habet, ad inveſtituram minimè teneri, qua quæſo ratione propter tempus petendæ inveſtituræ determinatum ad redimendum etiam feudum annus ipſi præfiniri potuit (Eadem de cauſa minus rectè ſenſiſſe videtur Tiraquell. *in d.* §. *1. gl. 10. num. 8. & 10.* dum ſeductus communi illa ratione interpretum exiſtimavit, textum *in d. c. Titius.* longè abeſſe à materia juris προτιμήσεως, & ſeparatam penitus habere rationem, cum tamen perſpicuum ſit, de hoc ipſo jure ibidem agi. Hinc etiam manifeſtum eſt, quàm ineptè & contra omnem rationem interpretes hoc tempus annuum, quod ex jure προτιμήσεως deſcendit, ad alterum etiam jus, quod defuncto alienatore agnatis competit, accommodarint, cum tamen in aperto ſit, hæc duo jura inter ſe eſſe longè diverſiſſima. 20

Quo-

Quotieſcunq; itaq; (ut eò, unde noſtra deflexit oratio, redeamus) agnatus annum præterire ſinit, feudo interim non redemto, tum amplius jure hoc *προτιμήσεως* uti non poteſt, *d. § Porrò. & d. c. Titius.*

21 Nam † quotieſcunq; intra certum tempus alicui jus aliquod competit, tum, ſi intra illud temporis ſpacium eo non utatur, illi renunciare cenſetur. *l. ſi ea: ubi hoc not. Bald. C. qui accuſ. poſſ. l. 1. §. ſed videndum de ſucceſſor. edict. not. gloſſ. in l. ſi ego. de negoc. geſt. & in l. 1. & ibi Salicet. C. de in integ. reſtit. minor. Bart. & Angel. in l. bonorum. rem rat. hab. not. Bald. in d. §. Porrò. & ibi Matth. de Afflict. n. 47. cum aliis congeſtis per Tiraquell. in tit. de. retract. convention. §. 1. gl. 2. n. 51.*

22 Idq; † non ſolum locum habet, quando feudum agnato proximiori fuit venditum, ſed etiam quando in extraneum alienatum fuerit, eadem nimirum utroq; in caſu ſubſiſtente ratione, quæ ex natura juris *προτιμήσεως*, ut dictum eſt, deſcendit. Nam etſi plerique interpretum exiſtimarint, quando in extraneum feudum alienatum eſſet, quod tum intra triginta annorum ſpacium proximior redimere poſſit, *ut ſenſit Alvarottus in d. §. ſed etiam res. col. 4. verſ. oppono d. c. Titius.* Hæc tamen ipſorum concluſio propriè pertinet ad eum caſum, quando defuncto alienatore, ſine precio, feudum recuperatur: ſecus verò, quando eo vivo redimitur precio. Et licet plurimi eandem etiam ad hoc propoſitum accommodarint, quando refuſo precio feudum redimitur, hoc tamen ex eo errore profectum eſt, quod non ſatis conſiderantes, unde jus tam redimendi quàm revocandi deſcendat, hæc ex diverſis fontibus promanantia jura non diſtinxerunt, ac propterea totam hanc materiam miſerè confuderunt. ſed cum abunde à nobis demonſtratum jam ſit hæc duo jura nihil inter ſe habere commune, ſed eſſe diverſiſſima, in aperto ſanè eſt, ea, quæ de jure revocandi ejuſdemq; præſcriptione traduntur, ad jus redimendi de quo nunc verba facimus, minimè adaptari poſſe: ut etiam ſupra *quæſt. 5.* monuimus: & reperio in hoc etiam nobiſcum facere D. Schraderum *in ſæpe dicto tractatu feud. part. 8. verſ. quæro intra quod tempus.*

Solet † autem hoc loco dubitari, utrum annus iſte juri *προτιμήσεως* præſcriptus à tempore contractus, an verò à tempore traditionis currere incipiat. Et quamvis quæſtio iſta controverſia non careat, multis exiſtimantibus, tempus juri retractus præfinitum non niſi à tempore traditionis computandum eſſe, *ut ſenſit Bald. in tractat. προτιμήσεως. col. pen. verſ. Quia non conſtat Guid. Pap. ſingul. 873. incip. ſi res vendatur. Aegid. Bellamer. in c. Conſtitutus. col. 12. verſ. tertiò dico. de reſtit. in integr.* Aliis verò contrà ſentientibus, ejus rationem mox à tempore contractus ineundam, *ut Alberic in l. ſi filiusfamilias. §. Cum fundum, paulò poſt medium verſ. Item facit ad alium. de verbor. obligat. Signo. de Homod. in conſil. 81. in quæſtione vertente. inter. N. col. 2. verſ. Hic ſi poſitis. Tiraquell. de retract. §. 1. gl. 10. n. 112. & ſeqq.* Tamen quia in propoſito agnatis, non ſolum poſtquam res alii vendita, & tradita fuerit, jus redimendi competit, ſed etiam mox ab initio prius, quàm perficiatur contractus, prohibere queant, ne alii feudum vendatur, ut diſertè probatur *in d. §. Porrò. ibi, in prohibendo vel redimendo.* Ideo quicquid in cæteris alioqui juris ſit, intrepidè exiſtimarem, in caſu noſtro, juxta ſententiam poſtremam mox à tempore celebrati contractus annum currere. 23

Æquum † enim eſt, ut ab eo tempore curſus computetur, à quo agendi facultas alicui conceditur *l. 1. §. final. C. de annal. except. auth. niſi tricennal. C. de bon. mater. l. quæcunq. §. fin. verſ. niſi forte, poſtquam poteſtate parentum eum contigerit liberari. C. de bon. quæ liber. l. cum notiſſimi. §. illud autem. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Qua ratione facilè tolli poſ- 24

ſunt omnia ea, quæ à Tiraquell. in primam opinionem adducuntur. in omnibus enim illis caſibus, de quibus ibi verba facit, ante traditionem quis agendi facultatem non habuit: non mirum itaq;, cur ibi tempus à traditione demum facta computetur: contra verò in caſu noſtro ipſum tempus contractus, à quo agendi jus competere incipit, conſideretur: & hoc ſenſiſſe videtur Matth. de Afflict. *in d. §. Porro, quatenus n.71.* ubi poſt Bald. quærit, an tempus hoc à die ſcientiæ, an verò à die celebrati contractus currat: nam hoc ipſo præſupponit, data ſcientia à tempore contractus, annum currere.

25 Eſt † tamen ad hoc, ut tempus iſtud à contractu currere incipiat, omnino neceſſe, ut agnatus, qui feudum intra illud ſpacium redimere debuit, ſciverit, feudum alienatum eſſe. Nam ignoranti annus iſte non currit, ut manifeſtè probatur *in d. § Porrò. ibi, annali ſilentio ex quo ſciverit. & in d. c. Titius, ibi, per annum ex quo ſcivit.*

26 Idq; † regulare eſt in omnibus illis caſibus, in quibus unius ſolummodo anni ſpacium, vel aliud tempus alicui eſt ſtatutum: nam hoc ignoranti nunquam currere ſolet. *l. ſemper. §. Hoc interdictum. verſ. annus. Quod vi aut clam. l. annus. ff. de calumn. l. Genero. de his qui not. infam. l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſervetur. cum aliis adductis per Tiraquell. de retract. §. 35 gloſſ. 4 n. 1. & 22.*

27 Niſi † ignorantia proveniat ex doloſo facto ejus, qui prætendit ignorantiam, atq; ab eo affectata fuerit. hæc enim non impedit, quò minus tempus etiam annuum currere incipiat. *l. 1. §. 1. Ibi. Sed ſi id egit emtor ne cognoſcat, deberi: de action. emt. l. qui contra, ibi, errore non affectato. C. de inceſt. nupt.* ubi Bald. not. eum haberi pro ſciente, qui ſcire non vult. *c. cum inhibitio. §. Si quis verò, ibi, affectatores ignorantiæ. de clandeſtin. deſponſat. per quæ, & multa alia hoc docet Tiraquell. in d. loco. num. 28.*

28 Vel † niſi ignorantia craſſa & ſupina fuerit: hæc enim regulariter pro ſcientia habetur, *ut not. gloſſ. in clem. 1. in verb. ſcienter. de conſangvin. & affin. & in c. 1. §. ſimiliter. in verb. ſcienter. quib. mod. feud. amittatur, & probat. text. in l. Etſi conſenſum. §. Ignorantia. de contrahend. emt. & in l. Nec ſupina. de jur. & fact. ignorant.* Ideoq; ea non excuſat, ut quis poſt anni ſpacium admitti poſſit, *ut docet Bald. in c. licet, col. 1. de ſupplenda negl. prælat. Imol. in c. fin. col. penult. verſ. ſed hic eſt advertendum: de præſcriptio. Roman. conſil. 127. ad fin. & alii fuſius relati à Tiraquell. in d. loco. num. 34.* In hiſce itaq; duobus caſibus etiam in propoſito noſtro tempus ignoranti curret, neq; agnatus propter ignorantiam ſeſe excuſare poterit.

Ut autem quis ſcire dicatur, atq; ob hanc ſcientiam annali ſpacio à jure προτιμήσεως excludatur, non ſufficit, cum generalem duntaxat notitiam perfunctoriè habere, ſed requiritur inſuper, ut totum negocium cum omnibus ſuis qualitatibus penitus cognoverit.

Cum regulariter is ſcire dicatur, qui verè & certò ſcit. *l. In totum, ibi, niſi vera & certa ſcientia. de reg. jur. gl in l. de ſtatu de teſtam. & in c. cupientes. in verbo, notitiam. de electíon. in 6. Bart. in l. admonendi. col. 4. de jurejurando.* atq; adeò non ſolum rei alicujus, ſed omnium qualitatum, & circumſtantiarum notitiam habet. *l. aut qui aliter. §. 1. ibi: neq; quidem perfunctoriè aut obſcurè. Quod vi aut clam. l. de pupillo. §. Qui denunciat. de oper. novi nunciat. l. ſi rem quam. §. Ultimò. de evictíon. per quæ jura hoc tradit Aretin. in conſil. 68. Excellentiſſimè. col. 1. & not. gloſſ. in c. concertationi: in verbo, ſciverit. & ibi Philipp. Franc. & alii: de appellat. lib. 6. quam gloſſ. tanquam notabilem ſequitur Roman. in conſil. 343. Ex propoſito. paulò ante fin. Alex. in conſil. 114. Ponderatis. col. 2. verſi. Accedit ad majorem. lib. 1. & Felin. in c. à nobis. col. 1. de except.* Et regulam iſtam ad propoſitum noſtrum accommodat, multisq; allegatis exornat Tiraquell. *de retract. §. 36. gl. 2. n. 30.* 29

Inde

0 Inde † inferens, tempus juri retractus præſtitutum nunquam currere, niſi quis certam rei ſcientiam & quidem omnium qualitatum notitiam habuerit. Præſertim verò neceſſe eſt, ut agnatus ſciat pretii quantitatem, utpote quæ animum ejus maximè impellere poteſt, ut vel redimat feudum, vel non. *hoc ſenſit Bald. in tractat.* περὶ προτιμήσεως *col. antepenult. verſ. Contrarium dico propter duo. & Matth. de Afflict. in eodem tractatu in verb. ut intra 30. dies: col. 2. verſ. Sed ulterius quærit, quos referens, etiam alios ſequitur Tiraquell. in d. loco. nu. 30. & 32.*

1 Et † in inſtituto noſtro, quod videlicet annus, qui conceſſus eſt agnato ad revocandum feudum, non currat, niſi certam & plenam notitiam habuerit, quemadmodum feudum alienatū ſit puta per inſinuationem inſtrumenti, *tenuit Jaſ. in conſil. 159. incip. circa primam dubitationem. verſ. Tertiò principaliter facit. vol. 2. Natt. in conſil. 636. incip. Multa ſunt. num. 193. & noviſſimè Cacheranus deciſ. 176.* Ubi multis adductis auctoritatibus tandem concludit, explorati juris eſſe, ſi non conſtet, agnatum habuiſſe certam ſcientiam venditionis & qualitatum ejuſdem, quod tum non noceat illi taciturnitas unius anni, cum potuiſſet venditio eſſe conditionalis, vel ad certum tempus, ſeu ad vitam tantum alienantis, vel cum aliqua moderatione, quibus cognitis, forſan fuiſſet ſecuta ratificatio, vel non, vel ſi non fuiſſet ſubſecuta, fieri potuiſſet cum aliqua qualitate. *Hæc ille.* Hinc itaq; cum agnatus ſciviſſet, quendam remotiorem poſſidere feudum, & tamen ignoraſſet, an proprietatis jure, an verò aliter poſſideret, & quo titulo acquiſierit, reſponderunt Domini Scabini Lipſenſes, tempus annuum ipſi interim currere minimè potuiſſe, & quod propterea etiam poſt annum ad redimendum admittendus ſit.

2 Quemadmodum † autem ignoranti tempus hoc annuum non currit, ita nec etiam pupillo, ut per ea, quæ not. *in l. fin. C. In quib. cauſis in integrum reſtitut.* tradunt. Bald. & DD. *in d. c. Porrò. & ibi Matth. de Afflict. nu. 73. Qualiter olim feudum poterat alienar.*

Minori † verò ſcienti annus nihilominus currit, *ut diſertè probatur in c. Conſtitutus. de reſtit. in integr. & ſenſit Bald. in d. §. Porrò. & ibi Afflict. num. 73. & plura in hanc ſententiam adducit Tiraquell. de retr. § 31. gl 2. nu. 1. 2. & ſeqq.* 33

Regulariter † enim in præſcriptionibus, quæ lucrum tantum excludunt, non etiam damnum & amiſſionem rei afferunt, tempus etiam contra minores currit, *ut docet Bart. in l. Etiam. La. 2. in ultim. quæſtio. ff. de minor. & in d. l. fin. C. In quib. cauſis reſtit. in integrum: quem ſequuntur Anton. & Pan. in d. c. Conſtitutus: & alii relati à Tiraquell. in tractat. de præſcriptio. §. 1. gloſſ. 9.* 34

Minori † tamen reſtitutio competit, ut manifeſtè apparet *ex d. c. Conſtitutus. per quem text. hoc ibi tradunt Innoc. & Joan. Andr. & tenuit Bart. in d. l. fin. C. In quib. cauſis in integrum reſtit. Guid. Pa. quæſt. 31. incip. Secundum ſtatutum. nu. 2. & multis auctoritatibus firmat Boër. Deciſ. 140. incip. Sed alia inſuper. & Tiraqu. de retract. §. 35. gl. 3. nu. 3.* ubi etiam definit, intra quod temporis ſpacium reſtitutio hæc petenda ſit. Ex quo perſpicuum eſt, non ſatis providè locutum fuiſſe Matth. de Afflict. *in d. §. Porrò. dum num. 73. poſt Bald.* inquit, minori tempus ipſo jure non currere, cum Bald. hoc de pupillo duntaxat affirmet, de minore verò illud aſſerat. 35

Sed † etſi tempus hoc annuum, de quo huc uſq; verba fecimus, ignoranti non currat: tamen præſcriptione 30. annorum agnatus etiam ignorans ab hoc jure προτιμήσεως ſubmovetur. *d. §. Porrò:* quippe † cum hoc annorum ſpacio omnis actio tollatur. *l. ſicut: & l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & l. 2. C. de conſtitut. pecun.* ſive quis ſciens fuerit, ſive etiam ignoraverit. *l. fin. ubi Bald. & Angel. not. C. de præſcript. longiſſ. tempor. & in d. l. ſicut. & ibi quoq; Bald. & in l. omnes.* 36 37

C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Præſertim quando, ut in propoſito, non tam de damno vitando, quàm de lucro cō-
38 ſequendo agitur. nam † hoc caſu ignorantia regulariter excuſare non ſolet. *l. ſi quis in gravi. §. Utrum. & ibi Bart. Ad SC. Syllan. Bart. in l. genero. de his qui not infam. l Qui autem. §. ſi quid cum pupillo. verſ. Similiq; modo. ff. Quæ in fraud. creditor. Bald. in l. ultima. C. de dolo. cum aliis adductis per Tiraquell. de retract. §. 35. gloſſ. 4. num. 27.*

39 Hinc † autem quæri ſolet, utrum agnatus, qui ignorans præſcriptione 30. annorum excluſus eſt, tantummodo ex clauſula generali (ſi qua mihi juſta cauſa videbitur) reſtituatur. Et eum reſtituendū eſſe exiſtimavit Matth. de Afflict. *in d. §. Porrò. nu. 71.* per ea, quæ not. gl. & DD. *in l. cum filius. §. in hac: de verbor. obligat. & in l. ſi parte. §. ſuper fundum: quemadmodum ſervit. amitt. Bart. in l. 1. §. ſi quis autem: de itiner. actuq; privat. & Abb. in c. Vigilanti. de præſcript.* quibus addi poſſunt auctoritates eorum, qui generaliter arbitrati fuerunt, in caſibus, in quibus ignoranti currit præſcriptio, reſtitutionem locum habere, quas longa ſerie recenſet Tiraqu. *de retract. §. 35. gl. 4. nu. 36. & 37.*

40 Verum † ego haud ſcio, utrum Matth. de Afflict. in hoc adſtipulandum ſit. Primò enim non ſatis expeditum eſt, utrum contra præſcriptionem triginta annorum ob ignorantiam quis reſtitui poſſit, multis non minoris cenſuræ interpretibus exiſtimantibus, hoc caſu reſtitutioni locum non eſſe, quos refert Tiraquell. *in d. l. nu. 38.* Deinde movet me, quod in propoſito textum habemus manifeſtum, quo diſertè diſponitur, ignorantem præſcriptione 30. annorum repelli.

41 Nam † regulariter quotieſcunq; in lege expreſſa ſit mentio ejuſmodi caſus, qui alioqui reſtitutionem in integrum admitteret, tum contra illam legem reſtitutio in integrum non conceditur, *ut ait Bald. in l. 1. in 24. oppoſ. C. Qui admitti. quem refert & ſequitur Petrus de Ancharan. conſil. 170 principaliter: & Alexan. in conſil. 165. incip. Dubitatur. col. 1. verſ. ſupereſt videre alterum. in fin. lib. 6. Tiraquell. de retract. §. 35. gl 2. nu. 6.* Idq; in propoſito vel ideo magis procedit, quia non ſolum ignorantiæ, quæ alioqui reſtitutioni cauſam præbet, ſimplex fit mentio, ſed inſuper etiam diſertè diſponitur, ignorantem præſcriptione ſubmoveri. Hæc enim verba utiq; cum effectu ſunt intelligenda. *l. 1. §. 1. Quod quiſq; jur. l. penult. §. Docere. ne quis eum. c. Relatum. de cleric. non reſid. c. Hæc autem verba. de pœn.* Præſertim verò, quia inſuper verbis hujus textus ignorans hoc caſu ſcienti æquiparatur, ibi, tam ſciens, quàm ignorans. Nam cum de natura æquiparatorum ſit, ut idem de illis jus ſtatuatur. *l. qui neq;. §. 1. de rebus eor. gl. in l. 2. C. de curatoribus furios: Bart. & DD. in l. 3. de legat. 1.* Veriſimile ſanè inde fit, auctorem hujus reſponſi id ſenſiſſe, ignorantem non magis, quàm ſcientem contra præſcriptionem iſtam reſtituendum eſſe. Accedit hiſce, quod in propoſito non de damno vitando agitur, ſed potius de lucro conſequendo. Nam etſi aliàs ignorantia reſtitutioni cauſam faciat: tamen † aliter res ſeſe habet, quando magis de lucro conſequendo, quàm de damno vitando agitur. *l. ſi quis in genere. §. Utrum. & ibi Bart. Ad SC. Syllan. l. Qui autem. §. Si quid cum pupillo. verſ. ſimiliq; modo. Quæ in fraud. creditor. Bart. in l. genero: de his qui not. infam. cum ſimilibus paulò ante adductis.* quam regulam ad jus retractus accommodat Tiraquell. *de retract. §. 35. gloſſ. 2. num. 7.* Conſidero præterea, quod agnatus, etſi jure προτιμήσεως præſcriptione 30. annorum excluſus ſit, tamen defuncto alienatore feudum ſine precio recuperare poſſit, ut paulò poſt dicemus. Cum autem longè commodius ipſi ſit feudum ſine precio revocare, quàm eo refuſo, ex jure προτιμήσεως redimere, atque inſuper

elapſis

Digitized by Google

elapſis 30. annis veriſimile ſit, alienatorem maximam vitæ ſuæ partem confeciſſe, & morti jam propinquum eſſe, nullam ſanè juſtam cauſam prætendere poterit agnatus, cur magis ex jure προτιμήσεως feudum, refuſo precio, recuperare, ac propterea reſtitui velit, quàm mortem alienatoris expectare, ut feudum ſine precio conſequatur, & quod conſequens eſt, minimè ad jus
13 προτιμήσεως reſtituendus erit: quippe † cum non niſi ob juſtam læſionis cauſam concedi ſoleat. *l. Nam poſtea. §. ſi minor. verſ. neq; enim utiq; quod minor eſt, ſtatim & circumſcriptum ſe docuit. ff. de jurejur. l. Minoribus. l. a. 1. & l. fin. C. de in integr. reſtitut. minor. d. l. Verum. §. ſciendum autem eſt. verſ. item non reſtituetur. ff. eod. tit.* Quamvis igitur alioqui contra præſcriptionem triginta annorum quis reſtituatur, ut quorundam habet opinio, in propoſito tamen rem aliter ſeſe habere, neq; reſtitutionem ignoranti concedendam eſſe, jam adductis rationibus motus exiſtimo.

14 Quæri † etiam circa tempus iſtud annuum ſolet, utrùm curſus ejus per ſolam extrajudicialem interpellationem rumpatur: an verò inſuper citatio, vel etiam litis conteſtatio neceſſaria ſit. Quamvis enim aliâs regulariter extrajudicialis requiſitio præſcriptionem impedire non ſoleat. *l. Alienam. & ibi Bart. & DD. ff. pro emtore. c. olim cauſam. de cenſib. gloſſ. & DD. in l. ſi. in princ. de eo. per quem fact. erit.* Dubitationem tamen in propoſito movet, quod textus juris feudalis nihil amplius requirunt, quàm ut quis per annum tacuerit, & quotieſcunq; de lapſu hujus anni loquuntur, nuſquam præſcriptionem anni, ſed ſolum ſilentium vel taciturnitatem appellant. *d. c. Titius: & d. c. 1. §. Porrò. Qualiter olim feud. poter. alien.* Nam hinc colligi poſſe videtur, quaſi ad interpellandum hoc tempus, & jus redimendi integrum conſervandum ſufficiat ſola querela extrajudicialis: cum præſertim textus *in d. §. Porrò:* manifeſtam conſtituat differentiam inter taciturnitatem unius anni, & 30. annorum, hanc præſcriptionem, illam ſilentium appellans, & quidem utranq; per adverſativam dictionem (autem) disjungens, de cujus natura eſt, ut adverſetur tam in jure, quàm in facto. *Bart. in l. ſed ſi lege. in princ. de petit. hæred.* Nam poſtquam dixit, dominum redimendi facultatem amittere annali ſilentio, ex quo ſcivit computando, ſubjungit: Præſcriptione autem 30. annorum ſubmovebitur tam ſciens, quàm ignorans, hoc ipſo ſatis denotans, annalem hanc taciturnitatem à præſcriptione plurimum differre. Et reperio dominos Scabinos Lipſenſes hac ratione perſuaſos olim in ſententiā iſtam reſpondiſſe. Veruntamen quod ejuſmodi extrajudicialis requiſitio atq; inſuper oblatio precii facta tempus annuum non interrumpat, in hac ipſa juris προτιμήσεως materia clarè docuit Joann. Fabr. *in l. acceptam: col. 2. verſ. ſed an ſola oblatio. C. de uſuris:* tum per text. *in l. 2. in fin. C. de jur. emphyteutic.* tum quia non reperitur oblatio inter modos impediendi curſum præſcriptionis: *quem refert & ſequitur Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 8. gl. 2. nu. 1. idem etiam ſenſit Chaſſaneus, in conſuetud. Burgund. rub. 10. de retract. §. 1. in verbo Dedans l'an & jour. verſ. Sed quæro quidem.* & confirmatur hæc ſententia optimè ex eò, quod generaliter de annalibus actionibus, earum præſcriptionem requiſitione extra judicium facta non interrumpi, uno ore tradunt DD. *in d. l. Alienam. & in d. l. fin. Bartol. in l. 2. §. ſi rem alienam. pro emtore. Abbas in c. illud. numer. 11. de præſcriptio.* ut proinde de hoc ne ambigendum quidem videatur. Neque enim quicquam refert, quod jus feudale circa annuum iſtud tempus duntaxat ſilentium conſiderat. Cum hoc tantum rationem amittendi juris, non autem ejus conſervandi modum reſpiciat, neque ex eo, quod quis taciturnitate jus ſuum amittat, ſequatur,

quatur, ſola proteſtatione iſtud conſervari poſſe: ſic nec etiam ex hoc, quod annale ſilentium diſtinguitur à præſcriptione 30. ann. iſtud rectè colligi poterit, cum hæ præſcriptiones tum in tempore, tum in multis aliis inter ſe diſtent, ut ad conſtituendam differentiam planè neceſſe non ſit, diverſum interruptionis modum præſcribere. Adverſativæ verò dictioni *in d. §. Porro:* conſideratæ abunde eo ſatisfit, quod altera præſcriptio tantum contra ſcientem, altera etiam contra ignorantem currit, id quod potiſſimum conſiderat textus, hæc duo disjungens.

45 Sed major ſubeſt dubitatio, an non citatione ſaltem interpelletur annalis præſcriptio. Eſt † enim pro regula traditum, præſcriptionem à ſtatuto vel conſuetudine introductam, qua agendi facultati certus præſtitutus eſt terminus, ſola citatione interrumpi. *Hoc docuit Bart. in d. §. ſi rem alienam. n. 2. & in l. In omnibus: de action. & obligatio. quem ſequuntur Alex. Jaſ. & DD. in d. l. fin. in princ. de eo per quem fact. fuer. & Abb. in d. c. illud. num. 12.* & per regulam iſtam annale ſpacium juri redimendi præfinitum ſola citatione interpellari, dilucidè tradidit Tiraquell. *in d. §. 8. gloſ. 2. num. 1.* addens, iſtud certum videri poſſe. *& tenuit idem Chaſſan. in ſuprad. loco.* Contra verò, quod non ſola citatio ſufficiat, ſed inſuper litis conteſtatio neceſſaria ſit, ſuadet alia communiter approbata doctrina, quæ habet, in omnibus illis juribus, vel actionibus, quæ vel ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione ſui natura temporalia ſunt, non niſi litis conteſtatione præſcriptionem impediri, *ut perſpicuè etiam docet Bart. in d. §. ſi rem alienam. num. 6. ibi, quæ ſui natura ſunt annales: & in d. l. fin. in princ. ibi, Quædam eſt præſcriptio. quæ currit ſui natura, quem ſequuntur Bald. Alex. & Jaſ. ibi, de eo, per quem fact. fuer. & Jaſon. in §. pœnales. num. 125. Inſtit. de act. Abb. in d. c. Illud. num. 11 in fin.* Et ut rectius percipiamus, quæ jura ſui natura dicantur temporalia, Bald. *in d. l. fin.* planius, quàm reliqui definit, horum nomine ea comprehendi, quorum actiones & præſcriptiones ex eadem lege veniunt: & lex, quæ actionem produxit, ipſam ab origine coarctavit, ne ultra tempus præfinitum duret. *Hæc ille.* Ex quibus manifeſtum eſt, inter hæc etiam jus προτιμήσεως eſſe referendum, cum conſuetudines feudales, quæ jus hoc ad feuda adaptarunt, eidem etiam annuū hoc tempus mox ab initio præſtituerint. Conſectarium igitur modis omnibus eſt, ad hoc jus doctrinam illam ultimo loco relatam propriè pertinere, atque adeò ſecundum eam annui temporis ſpacium huic juri, ſui natura determinatum, non niſi litis conteſtatione interrumpi. Ut ita haud parum verear, ne ſi communes interpretum concluſiones ſequi voluerimus, huic potius opinioni, quàm priori ſit adſtipulandum: cui etiam ſubſcripſiſſe video D. Schrader. *in d. tract. feudal. part. 8.* Non enim quicquam huic ſententiæ obſtat doctrina *illa*, qua Tiraquell. nititur, cum ea de ejuſmodi præſcriptione ſtatuaria loquatur, quæ juri agendi, non ex ipſo ſtatuto introducente præſcriptionem, ſed aliunde competenti, certum præſcriptionis tempus præfinit: nos verò in propoſito agamus de caſu, quo tam ipſum jus agendi, quàm etiam præſcriptionis tempus ex una & eadem conſuetudine deſcendit, & hoc illi ſua natura ita inhæret, ne ultra tempus præfinitum durare queat. Non itaque prior illa doctrina ad propoſitum noſtrum rectè accommodari poterit, ſed referenda eſt huc potius illa, quam poſteriore loco adduximus. Qua ratione etiam doctrinæ iſtæ, quæ alioqui non rectè conſideranti pugnare invicem videri poſſent, dextrè explicari, & in concordiam reduci poſſunt. Auctoritati verò Tiraquell. in propoſito vel ideo minus tribuendum videtur, cum præterquam quod, ut jam diximus, haſce diverſas

Digitized by Google

verſas doctrinas interpretum confudit, etiam in terminis conſuetudinis, de qua loquitur (ut ex textu §. *octavi* apparet) citationem annuum illud tempus interrumpere, diſertè cautum, atq; is propterea iſthoc fretus confidentius locutus fuerit. Niſi forte quis dixerit, id, quod ibi de citatione diſponitur, generaliter ad omne jus προτιμήσεως, pertinere, quod tamen non ſatis tutum eſt, cum ejuſmodi conſuetudines ſtrictè ſint interpretandæ, neque ultra locum, in quo uſurpatæ ſunt, extendendæ, ut multis probat idem Tiraquell. *de retract. in præfat. num. 60.*

5 Quintò † ſciendum, quod, etſi agnatus à jure προτιμήσεως tempore excludatur, tamen defuncto alienatore nihilominus proprio jure per ſucceſſionem ex inveſtitura anteceſſorum quæſito, feudum abſq; precio revocare poſſit, *ut poſt alios docet Matth. de Afflict. in d. §. ſed etiam res. nu. 2. verſ. Quia reſpondetur: & in d. §. Porrò nu. 81. & idem ſecutus eſt Thom. de Marin. in tract. feud. l. 1. tit. 2. nu. 72. & Sonsbecc. in tract. feud. part. 13. nu. 136.* ubi, licet exiſtimet, quæſtionem hanc difficilem eſſe, tamen manifeſta æquitatis ratione nititur hæc concluſio. Nam cum palàm ſit, hæc duo jura ex penitus diverſis promanare fontibus, interque ſe eſſe diverſa: Conſequens omnino eſt, quod, etſi uni ex his renunciatum eſt, non tamen alii propterea renunciatum videatur.

7 Nam † regulariter quotieſcunq; alicui duo jura competunt, tum ſi uni renunciaverit, nihilominus alterum ipſi ſalvum atque integrum manet. *l. ſi dominus. & ibi Bart. de ſervit. urban. prædior. l. ſuum hæredem. C. de jur. deliber. Dec. in l. Quoties duplici. de regul. jur. cum aliis in hanc ſententiam cumulatis à Tiraquell. de retract. §. 1. gl. 9. num. 124. & num. 161.* Idq; cum locum habeat in illis juribus, quæ ſimul competunt, multò magis procedet in his, quorum ea natura eſt, ut aliud demum poſt aliud competere incipiat.

In his enim pro regula traditum eſt, quod, † ubicunque plures cauſæ concurrunt in unum tempus & ordinantur ex tempore, ut ſcilicet una poſt aliam ordinatim procedat, tunc una aliam non abſorbeat. *l. in operis. ff. locati. c. Si propter. ſecundum intellectum Joann. Andr. ibi, de reſcript. lib. 6. Oldrad. conſil. 237. plures ſunt. col. 1. Joann. Andr. in addit. ad ſpecul. in rubric. de conceſſio. prebend. col. 2. cum aliis adductis per Tiraquell. de retract. §. 1. nu. 5.* Quæ quidem omnia in propoſito vel ideo magis urgent, quia alterum revocandi jus, vivente alienatore ne competit quidem agnato, ſed demum poſt mortem alienatoris ipſi quæritur: quomodo igitur per lapſum anni illud tolli potuit: cum nunquam temporis lapſu quis ab eo jure excludatur, quod intra illud tempus exercere non potuit, ut ſupra *quæſtione VIII.* pluribus probavimus. 48

Sextò † obſervandum eſt, hoc loco, quod, etſi agnatus ex jure προτιμήσεως feudum refuſo precio redimere poſſit, ſi tamen conſenſerit venditioni, tum jure illo amplius uti nequeat, ut probatur *in d. c. Titius, ibi, quod ſi conſenſit alienationi:* per quem textum hoc tenent omnes interpretes, eò loci. Et quamvis hoc ſatis planum atque manifeſtum ſit, tamen ideo prætermittendum non eſſe duximus, quoniam, niſi ita expreſsè jure feudali cautum eſſet, probabili dubitandi ratione non careret, quibuſdam exiſtimantibus, quod per ſolum conſenſum quis juri προτιμήσεως renunciaſſe non cenſeatur, *ut Molinæus in conſuetud. Paris. tit. 1. §. 13. gl. 1. nu. 10.* In quam ſententiam multa adducit Tiraquell. *de retract. §. 1. gl. 9. nu. 133.* & eandem in perſona domini, ut is conſenſu ſuo non obſtante, feudum redimere poſſit, multis defendere conatur Joann. Cannet. *in c. Volentes. §. Quid enim ſi princeps vel prorex* aſſeverans ſecundum hanc ſententiam judicatum fuiſſe. 49

Sed

Sed rectius hoc etiam caſu aliud voluit Florian. *de S. Petro* (*a*) *inter conſil. Petr. de Anchoran. conſil. 371. incip. Quod dicta domini. & Bal. in c. 1. §. Porrò. col. 3. & ibi etiam Matth. de Afflict. numer. 84. Qualit. olim feud. poter. alienar. Afflict. in deciſione 112. circa fin. Joann. Igneus in repetit. l. Dudum. C. de contrahend. emt. & Joann. Lup. in Rubric. de donat. inter vir. & uxor. §. 47. num. 19.* generaliter exiſtimantes, quod quis eo ipſo, dum conſentit alienationi, amittat jus προτιμήσεως, quos ſequitur etiam Tiraquell. *in d. loco* per textum *in c. Conſtitutus. de reſtit. in integr.* ubi videmus, minorem, qui conſenſit alienationi, reſtituendum eſſe, adverſus conſenſum, ex jure προτιμήσεως uti poſſit. Ex hoc enim ipſo ſatis evidens eſt, quod propter conſenſum jus hoc amiſerit, cum alioqui, ſi adhuc integrum ipſi fuiſſet, non neceſſe habuiſſet, uti reſtitutionis remedio.

50 Neque † ſanè mirum: qui enim conſentit, jus ſuum amittit. *l. Cum quædam. poſt medium. C. de adminiſtrat. tutor. l. fin. C. de remiſſ. pignor. l. Quidam ex parte. de evictio. l. Fidejuſſor impetravit. §. Pater. de pignor. & alienare quodammodo cenſetur. l. Et ſic. ſolut. matrimon. l. in ædibus. §. Quod ſi filius. de donat. cum ſimilib. adductis per Tiraquell. in d. loco. & in l. ſi unquam in verbo. donatione largitus. nu. 346. C. de revocand. don.*

51 Non † obſtant huic ſententiæ ea, quibus Cannetius in perſona domini aliud ſentiens, nititur. Nam etſi textus *in d. §. Porrò, qualit. olim feud. poter. alienar.* ad hoc, ut dominus beneficium amittat, refutationem requirat, inde tamen minimè ſequitur, ſolum conſenſum ad hoc non ſufficere, qui cum conſentiens omni jure ſuo ſe abdicare cenſeatur. *d. l. fin. C. de remiſſ. pignor. c. 1. §. Propterea. Quib. mod. feud. amitt. cum ſimilib.* utiq; dominus hoc ipſo, quod conſentit alienationi, refutaſſe cenſebitur.

Nec † quicquam impedi
Cannetius ait, ideo minus con
hoc loco refutationis inſtar h
quia jus redimendi tempore c
ſus nondum competiit, ſed den
perfectam venditionem initiun
quaſi propterea dominus juri
minus renunciare voluiſſe intel
l. ſi ita ſcriptum. §. Si ſub conditione
2. not. DD. in l. 1. C. de pact. No
ita ſimpliciter admittendum, j
duntaxat poſt perfectam vendi
incipere, cum etiam ante vendit
ex hoc jure prohibendi habeat f
tem dominus, ut diſertè probat
§. *Porrò.* Sed dato, jus hoc redi
completa demum venditione,
ſortiri, hoc tamen obſtaculo n
quò minus refutatio, quæ ex co
adhibito colligitur, ad iſtud eti
res ſuas porrigat, cum depende
re, & cauſa jam ante exiſtente,
caſu generalem renunciatione
iam ad futura extendi ab interpr
communiter traditum eſt, *in l.*
ma. §. Duo fratres. de verbor. oblig
d. l. 1. C. de pact. Cravett. in conſ
num. 6. & ne mendicatis utamur
giis, juris futuri conſiderationem
efficaciæ non eſſe, ut propterea c
tiens non cenſeatur juri redime
nunciaſſe, dilucidè probatur *in d.*
ſtitutus. & in d. c. Titius. quæ jur
manifeſta ſint, facilè omnem ſub
arguendi rationem evertunt: *l. A*
C. de furtis. Conſiderat propterea
net. ad domini officium pertine
conſentiendo robur addat vendi
& vel hac de cauſa conſenſum e
retorquendum non eſſe, ut ma
ſuo damno juri ſui competenti, r
ciaſſe putetur, cum † quia conſen
unum effectum adhibitus ad aliu
porrigitur, neq; ultra id, quod a
fuit, extenditur. *l. inter officium.*
vendic. l. fidejuſſor. §. Pater filiæ. de p
l. Jubemus. C. ad SC. Vellejan. tum † e
quia per ea, quæ quis muneris ſui
diendi vel auctoritatis gratia geri

proprio ſuo jure ſe abdicaſſe plerunq; non cenſetur. *l. Cajus. ubi hoc not. gl. & DD. C. de pignor. act. l. Cum quadam. C. de adminiſtrati. tutor.* ex quo ferè in his terminis communiter traditum eſt, dominum conſentientem venditioni feudi, juri ſuo, etſi id expreſſè reſervatum non fuerit, minimè præjudicare: quippe cum ſolum actum fuerit de utili dominio ipſius vaſalli, non autem de jure domini, *ut docet Innoc. in c. Inter dilectos. de fide inſtrument. quem refert & ſequitur Bald. in c. 1. §. Præterea. in princ. Quib. mod. feud. amitt. & ſenſit idem Andre. de Iſern. in d. c. Impertalem. nu. 11. de prohib feud. alien per Frederic & ibi etiam Alvarott. Præpoſ. Afflict. in 16. quæſtion in princ.* Sed hoc etiam argumentum facili negocio dilui poteſt.

56 Procedit † enim tantummodo in illis juribus, quæ domino conſentienti comp. tentia ſeparatam habent rationem à negocio, cui conſenſus accedit, non autem in his, quæ ad robur & firmitatem actus pertinent. nam ad iſta quod attinet, dominus conſentiens omni juri ſuo, quod actum illum impedire quovis modo poterit, renunciaſſe, & negocio iſti validiſſimum robur áddidiſſe cenſetur, *ut declarat Andr. de Iſern. in c. 1. in princ. col. 4. Qui ſucceſſor. teneant. Camerar. in c. Impertialem. pag. 339. & 353. Marinus Freccia lib. 2. de auctoritate & poteſtate Baron. erga ſub feud. auctorit. 29. nu 8 verſ. Fallit etiam hæc regula. in fin.* Ideoq; videmus, dominum conſentientem oppignorationi feudorum juri ſuo eatenus renunciaſſe exiſtimari, ut in ipſum utile dominium feudi, eo amplius nõ requiſito, executio fieri poſſit, *ut docet Matth. de Afflict. in conſtit. Neapol. l. 1. rubr. 97. incip. Si quis poſt litem. nu. 23. Camerarius. in d. c. Imperialem. pag. 388. & nos prolixè defendimus lib. 1. quæſt. 15.* Sic etiam dominus oppignorationi conſentiens, feudo ſibi aperto, ipſemet debitum ſolvere tenetur, quantumvis hoc caſum demum futurum reſpiciat, *ut tradidit Marin. Freccia in d. auctor. 29. num. 9. & Paris de Puteo de feud. redintegratio. cap. 257. num. 12. & nos infra quæſtione 48. aſſeruimus.* Pari igitur ratione in propoſito concludendum erit, dominum conſentientem venditioni juri ſuo eatenus renunciaſſe cenſeri, ne contractum, quem ſemel approbavit, ex jure προτιμήσεως impugnare poſſit, quippe cum hoc ipſum, ut jure redimendi ſe abdicaſſe videatur, ad majorem firmitatem contractus ſpectet. Nam etſi concedamus, eum qui redimit, contractum non impugnare, ut poſt Joan. Igneum *in l. Dudum. col. penult. C. de contrahend. emti.* conſiderat Cannet. tamen negari non poteſt, translatione ab uno in alium facta, rem venditam ab emtore auferri: quod ipſum & naturæ venditionis & voluntati contrahentium, conſenſumq; domini requirentium plurimum repugnat: ſiquidem illa rem in emtorem ita transfert, ne præter ejus voluntatem ipſi auferri queat: hi verò maximè ſpectarunt, ut emtor magis, quàm alius rem emtam habeat. Quamobrem vel ex hac ipſa tum natura cõtractus, tum etiam mente eorum, qui negociũ geſſerunt, conſenſus domini vires ſuas meritò eò extendet, ut is conſentiendo venditioni jure redimendi ſe abdicaſſe judicetur.

Conſenſus † enim regulariter interpretari ſolet ſecundum naturam 57
actus, ſuper quo interponitur. *l. Si poſtea. rem rat. haberi. l. Si uno. locat. Camerar. in d. c. Impertialem mihi pag 342. Marin. Freccia in d. lib. 2. verſ. Secundò quæro. nu 14. & ſæpe alias.* Sic etiam conſenſus ſæpiſſimè ex mente eum requirentium declarationem recipit. *l. Si defenſor. §. qui interrogatur. de interrogat. act* per quem textum hoc docet Freccia *de lib. 2. quæſtione XI. num. 9.* Quæ cum ſint ejuſmodi, verendum ſanè eſt, ne judices, quorum præjudicio ſe tuetur Cannetius, malè judicaverint, ac propterea, ſi caſus ita contigerit, improbata opinione Cannetii, potius ſe-

cundum ſententiam Afflict. reſpondendum ſit. Et quicquid denique de conſenſu domini in medium afferri poſſet: quia tamen de agnato conſentiente manifeſtum habemus textum, *in d. c. Titius.* utiq; ſine hæſitatione illi adhærendum, & ne latum quidem unguem inde recedendum erit.

58 Quæ † præterea circa conſenſum iſtum alienationi adhibitum conſiderari poſſunt, de iis ſupra *quæſtione VII.* abunde diximus. ideo eadem huc repetere libenter ſuperſedemus: de eo duntaxat, quod maximè ad propoſitum noſtrum pertinere videtur, diſpiciendum eſt, an, ſi agnatus requiſitus, à
(b) venditore feudum emere noluerit, (b) hoc ipſo conſenſiſſe cenſeatur, atque adeò jure προτιμήσεως amplius uti non poſſit. Nam quod hoc caſu, quando agnatus requiſitus noluit emere, amplius non ſit audiendus, neque ad jus προτιμήσεως admittendus, *ſenſit. Bald. in d. § Sed etiam res, & etiam Matth. de Afflict. nu. 2. verſ. Etſi ille proximior.* vide-
59 turque † hæc ſententia probari per textum *in l. Qui Romæ. §. cohæredes. de verbor. obligat.* ubi, qui tenetur alicui vendere, ſi hic requiſitus noluerit emere, poterit liberè alii vendere. per quem
60 text. *Bart. Imol. Aretin. & Socin.* ibi concludunt, quod prohibitus alienare extra familiam poterit vendere extraneo, ſi prius illis, qui ſunt de familia, denunciaverit, & hi emere recuſaverint, *quod ſequitur etiam Salicetus, & Angel. in l fin. per text. illum, & ibi etiam Jaſon. nu. 24. C. de jur. emphyteut. Bald. in tract. προτιμήσεως col. 1. verſ Sed nunc quæro. & alii relati per Tiraquell. in d. loco. § 1. gloſſ. 4. num. 114. & in propoſito noſtro idem ſenſiſſe videtur Nevizan. conſil. 10. & Caccheran. deciſio. 175.* Contra verò Molinæus *in conſuetud. Pariſ. §. 13. gloſſ. 1. num. 6.*
61 exiſtimat, quod, † etiamſi agnatus requiſitus feudum emere noluerit, non tamen propterea jus redimendi amittat: quem ſequitur Tiraquell. *in jam d. loco nu. 145.* hac potiſſimum motus ratione, quoniam non ſibi præjudicare debet, quod maluit expectare venditionem, & rem intra annum ſibi à ſtatuto conceſſum redimere, quo interim pecunias in id neceſſarias ſibi colligeret, compararet, explicaret, (ut utar verbis Juriſconſulti *in l. Debitoribus. de re judic.*) quas fortè tunc non habebat, cum fuit requiſitus: certè non debet magis ipſi obeſſe obeſſe inquit Tiraquell. quàm filio, qui dicit, ſe nolle hæredem inſtitui, quia malebat ab inteſtato ſuccedere ex ſententia Cyn. *in l Si quando. in ultima quæſtione C. de inoffic. teſtamento.* Ad ea, quæ pro prima ſententia fuerunt conſiderata, reſpondet tam Molinæus, quàm Tiraquell. quod illa tantummodo procedant, in prohibito vendere, niſi certæ perſonæ, quę ſi debitè requiſita negligat, videtur prohibitionem remittere: ſecus verò quando quis non eſt prohibitus alienare, & ſolum conſanguineis conceditur jus retrahendi ab extraneo emtore, quod non oritur, nec competit, niſi venditione facta & conſummata.

Venit † mihi hoc loco in mentem, an non pro conciliatione harum opinionum in propoſito conſiderandum ſit, quemadmodum requiſitus fuerit agnatus, & quid reſponderit. 62
Nam ſi ſimpliciter requiſitus ſine precii, & emptoris deſignatione recuſaverit emere: hoc ſanè ipſi in jure προτιμήσεως nihil præjudicare debere videtur. Ad hoc enim, ut ſecum conſtituere poſſit, utrum emere debeat, nec ne, non ſolum neceſſe eſt, ut ſciat quantitatem precii, ſed etiam qualitatem emtoris, cum ea poſſit emtoris eſſe conditio, ut etſi alioqui feudum non emeret, tamen vel maximè propter emtorem, ne is, magno cum periculo vel jactura retineret, feudum redimeret. Niſi igitur de hoc certior factus fuerit agnatus, nunquam eum per ſimplicem recuſationem juri retractatus renunciaſſe putarem, atq; adeò ultimæ opinioni adſtipularer.

Quod

Quod ſi verò venditor requirens agnatum tam precium, quàm emtorem indicaverit, tum plurimum refert, quid reſponderit agnatus: ſi enim animi ſui ſententiam explicare nollet, non video, quo pacto venditor requiſitione ſua ipſum jure ſuo abſq; alia ejus declaratione privare poſſit, quò minus poſt celebratam venditionem intra anni ſpacium ſibi hoc integrum ſit. Nuſquam enim hoc in propoſito jure noſtro cautum reperitur: ac propterea etiam minimè concedendum, cum, prætérquam quod erubeſcendum ſit, ſine lege aliquid proferre, §. *Conſideremus. auth. de trien. & ſemiſſ. l. illam. C. de collat. c. inter corporalia, de translat. Epiſcop.* vel maximè ſine manifeſta legis diſpoſitione jure ſuo nemo privari debeat. §. *Cum igitur. Auth. de non eligend. ſecund. nub. l. At ſi quis. §. divus. de relig. & ſumt. fun. gl. in c. fin. de jure patron. Bald. in auth. Ex teſtamento. in pen. col. C. de ſecund nupt.* Quin etiam maximopere iniquum foret, ſi venditori permiſſum eſſe deberet, ſola requiſitione, agnato invito, jus ſuum auferre. Quare hoc etiam caſu poſteriori opinioni ſubſcribo, quam etiam reperi tenere ſpecul. *in tit. de Emphyt. §. Nunc aliqua. num. 123.* generaliter concludens, quod ſola requiſitio non ſufficiat niſi expectatur conſenſus. *arg. c. Cum in veteri de elect. & c. cum olim. de arbitr. & l. Vidua. C. de nupt. & l. pater tutelam. de Admin. tut.*

3 Neque † obſtant ea, quæ pro prima opinione fuere adducta. Nam illa tum demum rectè procedunt, quando illis, qui requiruntur de alienatione, aliud jus non competit, quam ut quis rem præ cæteris eis vendere cogatur: tum enim non mirum, cur ſimplici requiſitione jus hoc amittant, ſi intra certi temporis ſpacium animi ſui ſententiam non declarent. At res longè aliter ſeſe habet in jure προτιμήσεως alicui conceſſo. Nam cum iſtud non ſolum hoc tribuat, ut quis teneatur agnatis præ cæteris vendere, ſed id potiſſimum, ut rem alteri venditam redimere poſſit; Sola requiſitio ejus efficaciæ eſſe non debet, ut quem jure iſto privare queat. quam diverſitatis conſiderationem plurimum adjuvat, quod iidem interpretes, qui ſupra relata tradiderunt, *in d. §. coheredes*, illa reſtringunt, ut non procedant, quando non ſimplex eſt facta prohibitio alienationis, ſed inſuper fideicommiſſum, a quo, & hinc jus repetendi in caſum alienationis eſt introductum. Sin autem agnatus ad requiſitionem legitimam venditoris reſponderit, ſe nolle emere: tum ſanè, quia hoc ipſo conſenſiſſe videtur, ut alteri res vendatur, eum jure hoc προτιμήσεως amplius uti non poſſe exiſtimarem, juxta ſententiam primo loco relatam, & ita videtur accipienda opinio primo loco relata, quam amplexus eſt etiam Specul. *in d. § Nunc aliqua. nu. 123.* disertè diſtinguens inter eum, qui requiſitus reſpondit, ſe nolle emere, & eum qui dixit, ſe velle deliberare. In hanc verò ſententiam, præter rationes ſupra conſideratas potiſſimum me movet textus *in d. §.* Sed etiam res, dum ibi dicitur, quod non permittatur alii vendere, niſi tibi, vel alii proximiori, pro æquali precio accipere volenti. Nam ſi, volente agnato emere, non permittitur alii feudum vendere, utiq; ex his ipſis verbis, *ut ſenſit Bald.* à contrario ſenſu colligitur, quod eo nolente emere conceſſum ſit alteri vendere, & quod adeò hoc caſu jus προτιμήσεως locum non habeat: quippe cum iſtud in propoſito ex eo deſcendere videatur, quod volenti agnato emere, non ſit permiſſum feudum alteri vendere. Accedit huic rationi, quoniam agnatorum jus redimendi non poſt perfectam ſolum venditionem incipit, ſed vigore illius juris ab initio prohibere hi poſſunt; ne vendatur extraneo, ut apparet *ex d. §. Porro, ibi: in prohibendo.*

Eſt igitur, quod ipſi imputetur, quare, cum prohibere potuerit emtionem, dixerit ſe nolle emere. Hoc enim ipſo utiq; jus ſuum remittere cenſetur. Ex quo efficitur, non obſtare huic ſententiæ noſtræ auctoritatem Molinæi & Tiraquelli, cum illi diſertè loquantur eo de caſu, quo conſanguineorum jus demum poſt factam venditionem incipit, interim concedentes, quod, ſi ab initio quis prohibitus eſſet alienare, tum is, qui ſe emere nolle dixit, hanc prohibitionem remiſiſſe cenſeatur. Hinc etiam parum urget ratio à Tiraquell. adducta. Nam cum in caſu illius conſuetudinis integrum fuerit venditori alienare, & conſanguineis nullum aliud jus conceſſum ſit, quàm ut redimere queant rem venditam, excuſari poterit aliquo modo conſanguineus, qui requiſitus tempus, quo jus ipſius competere incipit, expectare maluit, ac propterea ſpe illius juris ſe nolle emere, dixit. At quando, ut in præſenti materia, prohibere potuit, ne alii vendatur: meritò ipſi imputatur, cur jus ſuum negligens, palàm teſtatus fuerit, ſe emere nolle, ut proinde caſus illi, de quibus loquitur Molinæus & Tiraquell. ab eo, de quo hîc verba facimus, plurimum differre, ac propterea ad propoſitum noſtrum minus pertinere videantur, ſed quia iſta pleniorem requirunt tractatum, ideo hæc, ut cogitandi materiam demus aliis, monere magis, quàm quippiam aſſeverare voluimus, ſuum cuilibet liberum relinquentes judicium.

64 Septimò † operæ precium eſt videre, an in jure προτιμήσεως de quo hactenus locuti fuimus, locum habeat ſucceſſorium edictum, ita, ut ſi proximior agnatus vel nollet vel non poſſet eo jure uti, ſequentes in gradu admitterentur, atque hi propterea feudum, refuſo precio, redimere poſſent vivo alienatore. Et hoc ipſis licere diſertè docuit Matth. de Afflict. *in d.* §. *Sed etiam res. nu. 2. ibi, & ſi ille proximior non vult emere, defertur ad ſequentem. & in d.* §. *Porrò. num. 81. verſ. Sed adverte,* ubi clarius *inquit*, quod, ſi conſanguineus conſenſerit venditioni, ſibi quidem præjudicet, ut nequeat redimere: alii tamẽ conſanguinei ſequentes non conſentientes redimere poſſint. *arg. c. 1.* § *Hoc quoq. de ſucceſſ. feud.* Idem ſecutus etiam fuit Sonsbeccius *part. 13. nu. 119.* dum ait, à quocunq; agnato etiam in remotiori gradu conſtituto feudum retrahi poſſe. Ex quo porrò colligit Afflict. *in d.* §. *Porrò. nu. 81.* Si remotior agnatus redemerit feudum alienatum, quod tum proximior, alienatore defuncto, feudum ab ipſo ſine precio revocare poſſit, quod poſt alios, quos refert, ſequitur Cacheranus *deciſ. 277. nu. 4. verſ. Hinc fit ut quod. Hanc autem opinionem probare videtur textus in d.* §. *Sed etiã res, ibi, Tibi vel alii proximiori:* intelligendo illa verba ſecundum ordinem ſucceſſivum, ut videlicet tibi proximiori concedatur venditio: vel ſi tu nolueris, alteri, qui à te proximiorem gradum obtinet. Magis urget textus, *in d. c. Titius.* dum ibi ſecundũ intellectum, quem ſuprà defendimus, agnato, etiam exiſtentibus filiis, jus revocandi permittitur. Nam cum in aperto ſit, filium primum gradum agnationis obtinere, agnatum verò reſpectu filii in remotiori gradu eſſe, & tamẽ textus agnato hoc caſu jus revocandi concedat, manifeſtè hinc apparere videtur, quod non ſolum proximiori in gradu, ſed etiam remotiori jus προτιμήσεως competat. Atq; hinc etiam omnes illi interpretes, qui textum illum de revocatione agnatorum intelligentes exiſtimant, Filium feudum non minus, quàm agnatum revocare poſſe, ſed jure iſto in caſu illius capituli uti noluiſſe, huic ſententiæ ſuffragantur, *veluti Hieronym. Schurff. conſil. 143. incip. Diligenter viſo & ponderato. num. 4. & 5. inter conſil. feudal. & clarius Thom. Marin. in tit. 2. de feudo ex pacto & providentia. nu. 48.* Tertiò eandem adjuvat,

Digitized by Google

adjuvat, quod regulariter videmus in jure προτιμήσεως ſucceſſorio edicto locum eſſe, ut patet ex Conſtitutione Friderici Imperatoris, quam Cujacius *in fin. lib. 5. Juris feud.* recenſet, & ex iis, quæ tradit Tiraquell. *de retractu. §. 11. & 41.*

Veruntamen † in contrariam
(c) ſententiam (c) nos vocat, quod videmus, in reſponſis juris feudalis facultatem hanc redimendi proximiori duntaxat agnato conceſſam eſſe, ut apparet *ex d. c. Titius. & d. §. Porrò. & d. §. Sed etiam res.* Nam hinc ſanè vereor, ne ad alios agnatos in remotiori gradu exiſtentes jus hoc non ſit extenden-
66 dum: cum † pro regula traditum ſit, jus feudale, utpote à conſuetudine feudali profectum, in iis demum caſibus, de quibus diſertè loquitur, procedere, neq; extra illos interpretatione aliqua porrigendum eſſe. *d. c. 1. de cognit. feud. & ibi DD.* Quod cum regulariter ita ſeſe habeat, utique multò magis in jure προτιμήσεως obtinebit.

67 Nam † & hoc utpote juris communis regulis repugnans ſtrictè ſemper eſt accipiendum. *l. Quod. verò. de ll & c. Quæ à jure. de reg. jur. in 6. not. in l. ſi vero. §. de viro. ſolut. matrim. gl. in c. mala. 8. diſ*[illegible] *Joann. Andr. in addit. ſpecul. tit. de emt. & vendit. §. nunc dicendum. verſ. ſed pone ſtatutum eſt. Angel. in l. Dudum. C. de contrah. emt. cum multis aliis ad hoc propoſitum congeſtis à Tiraquell. de retract. in præfat. num. 60.* ubi multis tam rationibus quàm auctoritatibus in medium adductis probat conſuetudinem introducentem jus
68 προτιμήσεως tanquam adverſantem juri communi ſtrictiſſimè interpretandam.

Secundò † hoc fundamentum magis confirmat etiam, quod *in d. §. Sed etiam res,* dictio hæc (*proximiori*) bis repetitur. Nam ex geminatione iſta evidenter conſtat de mente diſponentis, quod ſolum ad proximiorem agnatum reſpectum habuerit, neq; hanc facultatem redimendi remotioribus conceſſam eſſe voluerit: quippe cum ex verbis geminatis magis colligatur mens præciſa & enixa diſponentis, *l. Quinquaginta. de probat. l. Baliſta. junct. gl. Ad Trebell. l. ſi mulier. & in Auth. ſive à me. C. Ad Vellejan.* Ex quo communiter receptum eſt ab interpretibus, ut, † 69
licet alioqui diſpoſitio aliqua interpretationem & extenſionem recipiat, tamen quando unum, & idem verbum ſæpius in illa repetitum eſt, tum nulla ſit admittenda extenſio, ſed ſimpliciter verbis illis ſtandum, *ut docet gloſſ. in clem. 1. in verb. Diœceſanis. de jure patronat. quam ſequitur Geminian. in c. Si duobus. col. 6. in princ. & ibi etiam Philipp. Franc. de reſcript. lib. 6. Socin. in l. Cum filiusfamiliâs. nu. 17. verſ. Ad primum. de leg. 1. Jaſ. in l. Si conſtante. nu. 83. Solut. matrim. & plerig, alii à me relati in quæſtione XXIV. lib. 1.* Quibus rationibus motus Cujatius *in d. §. Sed etiam res tit. 4. lib. 2.* ait, quod non audeat affirmare, ulteriori agnato jus redimendi licitum eſſe, cum agnato proximiori ſive agnato ſive extero vendiderit, competere jus hoc probet. *d. c. Titius* & hoc titulo adſignificet, bis poſitum verbum (*proximiori.*)

Tertiò † haud parum me movet, 70
quod etſi agnatus proximior jure προτιμήσεως non utatur, tamen defuncto alienatore feudum alienatum revocare poſſit, ut ſupra probavimus, atq; adeò licet remotior agnatus ex jure προτιμήσεως redimeret feudum, iſtud tamen deinde mortuo alienatore ſine precio reſtituere cogeretur proximiori, ut ipſemet Afflict. concedit. Quia verò veriſimile non eſt, aliquem ita ſocordem & dementem fore, ut magno precio redimat id, quod poſtea aliis gratis reſtituere cogeretur. ideo hinc planè mihi credibile ſit, vel hac de cauſa auctores juris feudalis facultatem hanc redimendi ſolum proximioribus conceſſiſſe, non autem remotioribus, ne hiſce eandem facultatem indulgendo, cum injuria poſſeſſoris introducerent

remedium,cujus vel rarus eſſet uſus,vel nullus etiam fructus, & quo is, qui illo uteretur,magis damno,quàm commodo afficeretur. Non enim ad ea,quæ rarò fiunt,jura adaptari ſolent. *l. Nam ad ea de ll.* Neq; juris remedia ſuperflua & ſine fructu eſſe debent. *l. Divus.* §. *Hac ſtipulatio.ut legat.nom.cau.l.1.*§.*dixerit aliquis. de publican. c. 2. de probat.* Neq; etiam in favorem alicujus introducta in ejuſdem detrimentum redundare. *l. Nulla. de legibus. l. Non eo minus. C. de procuratoribus. l. 3.* §. *dua item ff. de Carb. edict.*

Denique † hanc ſententiam ideo
71 libentius amplector, cùm animadvertam, neque ea, quibus interpretes nituntur, ita firma eſſe, ut illis tutò inſiſtere liceat. Nam quod attinet ad textũ *in d.* §. *Sed etiam res.* ſatis ſupra *quæſt.VI.* à nobis oſtenſum fuit,verba illa (*& alii proximiori*) non eſſe ordine ſucceſſivo accipienda, ſed quia incertum erat, utrum is agnatus, ad quem dirigitur oratio, vel alius proximior eſſet, ut appareret ex illis verbis, (*ſi quis ex agnatis tuis,*) ideo ita conceptum fuit reſponſum,ut, ſi is, ad quem dirigitur oratio, proximior eſſet, illi jus προτιμήσεως concederetur, vel ſi alius illo foret proximior, huic tantum iſtud tribueretur, non autem illi, ad quem oratio refertur. Qua ratione textus iſte magis cõfirmat ſententiam noſtram. Si enim etiam remotiori jus redimendi competeret, non fuiſſet neceſſe ita anxiè conſiderare, utrum ille vel alius proximior eo eſſet, ſed omnes agnati etiam remotiores eo jure uti poſſent. Textus verò *in d.* §.*Titus.* pro contraria opinione multum faceret, ſi daremus, filiis etiam jus revocandi competere. Verùm hoc cum jure noſtro feudali nuſquam probetur,minimè concedimus, ſed potius quæſtione ſequente probabimus, Filios feudum à patre alienatum revocare nullo modo poſſe, quam etiam veram rationẽ eſſe exiſtimamus, cur juxta noſtrum intellectum dere vocatione dun-

taxat agnatorum ibidem agatur. N
igitur verba illius capituli opinioni
ſtræ obſtaculo eſſe poterunt: quin
tius cum de proximioris agnati re
catione agat, rectè inde colligitur
hoc ad remotiorem non pertinere.

Sic † nec etiam argumentu
natura juris προτιμήσεως deſumtũ,q
quam nobis obſtat. Nam quo
conſtitutione Friderici,& in conſu
dine, de qua Tiraquellus loquitur
προτιμήσεως etiam remotiori conc
tur, id inde fit, quoniam expreſſ
cautum fuit, ut evidenter liquet ex
bis d. conſuetudinis apud Tiraq
ex §. *14.* In propoſito verò hoc
ſolum nuſquam cautum reperitur
& contrarium potius eo ipſo clar
ciſum eſt, dum jura feudalia de pr
mioribus agnatis loquuntur. Me
igitur hæc juris noſtri verba cert
indubitata magis ſequimur, quàm
bia argumenta aliunde mutuata:
præſertim manifeſta ſubſit ratio di
ſitatis, cur in propoſito minus, q
in cæteris caſibus, jus hoc remot
bus agnatis concedendum ſit, quia
mirum agnato proximiore poſt m
tem alienatoris feudum ſine preci
vocante, agnatus remotior, qui e
re fuiſſet uſus, gratis teneretur reſt
re feudum, & amiſſo precio maxim
inde incurreret damnum, ut non
ſimile ſit, quempiam facilè hoc jur
ſurum. In cæteris verò caſibus ſ
conſideratis remotiores agnati
dum redimentes, hujus periculi p
expertes ſunt, atque idcirco caſu
diverſam penitus habent ratione
Non igitur ex eo, quod de jure προ
τιμήσεως alioqui ſtatutum reperitur,ad
poſitum noſtrum hoc caſu quicq
commodè inferri poterit. *arg. l.*
natales. C. de probat. l. fin. de calumn
Quæ enim diverſam habent ratio
in his & diverſum etiam jus ſtatu
par eſt. *l. Inter ſtipulantem.* §. *ſac*
de verb. oblig. l. fin. de tit. nupt.

Ut proinde mirari nemo debeat, cur, cum ea, quibus nituntur interpretes, admodum ſint levia: contra verò quæ noſtræ ſuffragantur ſententiæ, ipſis juris feudalis verbis, & ratione hiſce conſentanea, ſint ſuffulta, hanc potius veram ſententiam amplectamur, quàm communem ſequamur opinionem. Illi enim ſemper opinioni eſt adſtipulandum, quæ melioribus rationibus nititur. *l. 1. §. Sed neq. C. de vet. jur. enuclean. §. Item precium. inſtit. de emt. & vendit. c. Ego ſolis in fin. 19. diſtinc. not. Joann. Andr. Abb. & DD. in c. 1. de conſtit. & in c. 1. Capellan. in penult. notab. de feriis. Anton. in c. Tua nos. & ibi Abb. de uſur. Bald. in l. 1. C. de ſent. præfec. prætor. Abb. in c. Ex literis. 1. de ſponſal. Alex. in l. Cum prolatis in fin. de re judic. Angel. in conſil. 110. incip. Sanctiſſima & illuſtriſſima.* ubi id procedere ait, etiamſi Imperator in contraria ſit ſententia. *arg. l. Æmilius. de minoribus. quod dictum refert Curtius jun. in conſil. 63. num. 3. plura ad hanc rem cumulans.*

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) FLorianus de ſancto Petro] adde *Alexan. conſ. 52. lib. 1. Corneum conſ. 29. & conſ. 151. vol. 1. Dec. conſ. 222. & conſ. 300. Paris conſ. 71. & 72. vol. 3.*

(b) Feudum emere noluerit] *Fachina. lib. 7. controv. cap. 16.*

(c) Veruntamen in contrariam ſententiam] Non aſſentitur Parenti Fachinæus *lib. 7. controverſ. quæſt. 17.* neganti jus retractus in feudis alienatis competere agnato remotiori quando proximus eo negligit uti. Hujus ſui diſſenſus ſi probabiles rationes affert me illius partes ſecuturum profiteor: ſin minus, non eſt quod ſua diſceſſione nos commoveat. Argumenta quibus Parens in tuenda ſententia ſua utitur tria ſunt: I. Quod jus illud retractus ſtricti juris ſit, nec ultra extendendum quam verba quibus id conceſſum eſt ſonant. Id quod Fachinæus ipſe *cap. 19.* fatetur, Jam verò omnes juris feudalis text. de hoc jure loquentes proximioris tantum agnati mentionem faciunt, de remotioribus verbum nullum: Igitur ad eos facultas illa non erit extendenda. Quod enim lex non dicit, nec nos dicere debemus, quo argumento in hac ipſa materia utitur Fachin. *infra c. 19.* ex eo filiis jus retractus denegans, quia inquit hæc res ſtrictè potius quàm latè interpretanda. Idq; ſecundo loco tantò magis quod vocabulum, proximioris, toties in textibus repetatur, ut appareat auctores juris feudalis vim quandam in eo feciſſe, ideoq; de aliis idem nequaquam diſpoſitum voluiſſe. Denique quod nullius utilitatis futura ſit facultas illa ulteriori agnato conceſſa, quippe cum feudum poſt mortem alienantis ad agnatum proximiorem recaſurum ſit, idq; ei redemtor iſte ſine pretio reſtituere neceſſe habeat. Unde factum ſit ut fruſtratorium hoc remedium jura indulgendum non putarunt. Oſtendit præterea parens ſententiam eorum, qui contrarium tenuerunt ex mala interpretatione textuum quorundam ortum habuiſſe, ut proinde ſubducto fundamento eorum opinio per ſe ipſa corruat.

Non placent, inquam, hæc Fachinæo. At quo fundamento? Quia inquit, credendum eſt jus retractus in feudis introductum eſſe, ut feuda in agnatione conſerventur nec ad extraneos tran-

os tranſeant. Ego vero illum in hæreticorum numero nunquam habebo, qui ea qui Fachinæus credere jubet non crediderit, & ne ita eſſe credamus faciunt rationes à parente *quæſt. 11.n.18.* poſt Cujacium adductæ ex quibus neceſſariò evincitur ad familiam aut agnationem ſimpliciter reſpectum nequaquam eſſe habitum cum jus retractus proximiori agnato (de quo ſolo jura loquuntur) concederetur, ſed potius ad jus quod ipſi præ cæteris agnatis in feudo alienato competit. Etſi enim omnes de familia ſint, nemini tamen dubium eſt ejus, qui proximior in gradu eſt & ad quem feudum alias eſſet recaſurum potiſſimam rationem verſari: Itaq; propter hanc ipſam ſucceſſionis ſpem ei non autem cæteris jura hanc facultatem indulſerunt.

Et quamvis aſſertio hæc æquè ac Fachinæi nullo aperto textu probari poſſit, in eo tamen noſtra potior eſt conditio quod ſaltem verbis legis expreſſis ac ſæpe eadem forma repetitis nitimur, ad quæ qualiſcunq; ratio accedat ea certè facilius recipienda eſt, quàm quæ nec verbis eſt conſentanea & legem ſtrictè q. de induſtria (quod ex geminatione apparet) loquentem ultra limites ab ea conſtitutos extendit.

Quibus & illud accedit, quod ſi ſecundum Fachinæum jus retractus in feudis ideo tantum introductum eſſet, ne ea in extraneos tranſeant, inde neceſſariò ſequeretur, quoties feudum in aliquem de familia alienatur licet is remotior ſit, proximioribus jus retractus non competere, utpote ceſſante ratione ob quam jus retractus eſſet conceſſum. Atqui id proximiori non tantum cum in extraneum feudum alienatum eſt competit, verum etiam cum in agnatum remotiorem Ex quo apparet in jure retractus concedendo non tantum in genere ad hoc ut feudum in familia conſervetur reſpectum füiſſe habitum, verum etiam jus quod proximiori agnato præ cæteris compe-
tit in conſiderationem veniſſe & c
huic potius quàm reliquis id eſſe
ceſſum. Hic autem quamdiu ſep
de cæteris ſibi laborandum jura
putarunt. Nihil eſt igitur quod c
nerali illa ratione & mente legis q
Fachinæus ſibi fingit contra ſenten
parentis expreſſis legum verbis n
tem poſſit inferri.

Altera Fachinæi ratio ex eo c
mitur quod ubicunq; lex proxin
aut proximiorem vocat, ibi ſemper
adhibeatur interpretatio, ut ſiqui
is qui gradu proximus eſt jure ill
aut nolit aut non poſſit, illico ſeq
in gradu admittatur, isq; altero v
remoto proximus habeatur. Ex
infert idem in jure retractus feu
ſtatuendum, ſed animadvertere de
rat argumentum hoc ita demum
procedere, ſi is qui priorem gra
obtinet planè remotus ſit & jus
penitus extinctum, ita ut ſequenti
gradu locus fiat, ut puta ſi proxin
aut morte aut alia quacunq; inha
tate excludatur. Hoc enim caſu n
ni dubium eſt ſequentem admitti,
pote cum is verè proximior ſit alter
tem ne nomen quidem mereat
Quæſtionis autem noſtræ cardo ir
verſatur, ſi is qui proximior eſt jure
tractus ideo non utatur, quod id
non expedire arbitretur, aut etiam e
ſtate excludatur, ita tamen ut aliàs
ſuum ad ſucceſſionem feudi quod
tinet integrum retineat, utrum his
ſibus ſequens in gradu admittatur.
hæc certè illa quæ ex jure communi
ducit Fachinæus applicari non po
runt. Cum enim jus feudale proxim
ri jus retractus concedat, is autem, c
revera proximus eſt, propterea qu
eo jure non utatur proximus eſſe no
deſinat, ſed nihilominus omnia jur
ſangvinis & proximitatis ad ſucceſſi
nem & cætera quod attinet ſalva at
integra habeat, atq; adeo etiamnu
verè proximus ſit, quomodo dici p
teſt cum ita è medio ſublatum eſſe u

ſeque.

ſequenti in gradu locus fiat. Nec eſt quod objicias, etſi is qui jure retractus non utitur ſucceſſionis reſpectu adhuc proximus ſit, quod jus tamen προτιμήσεως attinet eum excluſum eſſe, atque ideo alterum in locum ejus ſuccedere, magna enim hac ratione introduceretur abſurditas, ut nimirum is, qui & natura & ſucceſſionis jure remotior eſt proximior dicatur eo, cui ſucceſſionem ſangvinis ratio defert, & ut duo in gradu diſpares eodem tempore proximiores dicantur, unus quidem in ſucceſſione, alter in retractu. Quod certè iis qui primi juris feudalis auctores fuerunt in mentem venire nunquam potuit, illorum enim hæc fuit ſententia, ut feudo alienato, agnato proximiori duplici remedio conſultum eſſe voluerint, uno quidem ut expectet donec alienante & deſcendentibus ejus deficientibus feudum ad ipſum devolvatur, quo caſu id ſine pretio revocandi facultatem conceſſerunt. Quod ſi alienans copioſam ſobolem habeat, neque ſpes ſit feudum linea illa deficiente tam citò ad eum ſucceſſionis jure perventurum, jure προτιμήσεως ipſi conſultum eſſe voluerunt, ut pretio reſtituto id ſibi vendicare poſſit. Hæc ſunt quæ jure feudali in favorem proximioris agnati reperiuntur conſtituta. Si igitur caſu eveniente agnatus proximior juri προτιμήσεως pro ſe introducto liberè renunciet & ſucceſſionis eventum expectare malit, nihil ſane eſt, quod ſequens in gradu conqueratur utpote qui legem agnato dicere nequeat, qua via ad feudum illud debeat pervenire. Nec ex eo quod agnatus proximior προτιμήσεως remedio uti non vult ſequens in gradu ſtatim id ſibi ex jure edicti ſucceſſorii vindicare poterit. Edictum enim ſucceſſorium eo non pertinet ut ſi cui duplex remedium rem aliquam conſequendi ſit propoſitum & is uno non utatur, ſequens in gradu continuo ad illud quo alter uti noluit admittatur, ſed quamdiu is cui remedia illa æquè principaliter competunt in medio eſt, & altero adhuc uti poteſt, ſequens in gradu ab utroq; excluditur *argumento l.1.§. ſed videndum de ſucceſſ. edict.*

Ex quibus omnibus apparet proximitatis rationem à Fachinæo conſideratam in propoſito locum nullo modo habere poſſe. Quod verò pro adſtruenda ſententia ſua ſubjicit excluſo poſt mortem alienantis proximiore eum qui ſequitur in gradu feudũ revocare poſſe, nulla præſcriptionis exceptione quæ proximiori obſtabat, ipſum remorante, obſcurum eſt.

Si enim hoc dicere vult agnatò proximiore per præſcriptionem excluſo ſequentem in gradu illico poſt mortem alienantis ad feudi revocationem admitti, id vero ipſi nemo conceſſerit, cum non ſufficiat proximiorem præſcriptione excluſum omne, ut cæteris locus fiat ſed requiratur ut morte aut alia ratione è medio plane ſublatus ſit. Utputa ſi Titius feudum alienaverit Cajus proximior agnatus id intra 30. annos non revocavit atq; ita præſcriptione excluſus eſt, ſupervivit autem adhuc annos 10. certè Sempronius hunc in gradu ſequens in vita ipſius quamvis jam excluſi nequaquam admittitur, ſed mortem ejus expectare cogitur, quantumvis etiam ille qui feudum alienavit mortuus ſit, *ut docet Pater quæſt. 6. n. 61. & ſeq.*

Quod ſi hoc nobiſcum fatetur Fachinæus (fateri autem videtur cum *cap. 12.* ad quod hic ſe remittit expreſse de eo quærat an poſt mortem ejus qui præſcriptione excluſus eſt, cæteri admittantur) ſuo ſe jugulat gladio, ex eo enim rectiſſimè infertur, quemadmodum ſequens in gradu ad feudi revocationem non admittitur quamdiu proximior in medio eſt etiamſi is præſcriptione excluſus ſit ita nec etiam ad jus retractus eum admittendum, licet eo proximior uti noluerit.

Quemadmodum autem ea quæ pro ſententia ſua tuenda Fachinæus attulit

tulit ejuſmodi non ſunt ut iis quis magnopere moveri debeat, ita nec id quo argumentum parentis ab inutili deductum diluere conatur ullius momenti eſt, ad hoc enim quod parens monuerat nullam ferè utilitatem agnati ſequentis in gradu etſi feudum jurè retractus revocet cum id poſt mortem alienantis etiam ſine precio proximiori reſtituere neceſſe habeat, ita reſpondet Fachinæus fieri poſſe ut tranſigat cum proximiore ne mortuo alienatore quæſtionem ei moveat, Ergone ex eo quod quis fortè per transactionem aliquid remittere poteſt jura nobis univerſaliter conſtituenda ſunt? Poteſt ſanè tranſigere & jure revocandi ſe abdicare agnatus proximior imo poteſt etiam jus ipſum retractus ſibi competens, ſequenti in gradu cedere: ſed non propterea quod id aliquando fieri poteſt, id ſemper fore, credendum eſt. Neq; enim donatio aut remiſſio juris ſui præſumitur: Ecquis enim credet agnatum ad quem feudum aliquando ſine pretio recaſurum eſt in gratiam remotioris id repudiaturum. Hoc ipſo igitur quod de transactione dicit Fachinæus manifeſtè oſtendit argumentum parentis ubicunq; transactio illa non intervenit fortiſſimum eſſe. Ejuſdem farinæ etiam illud eſt, quod fieri poſſit, ut agnatus remotior proximiori ſupervivat. Neque enim hoc futurum jura præſumunt: ideoq; ex caſu ſingulari jus univerſale conſtitui nequit: etſi maximè caſus ita contingeret ut proximiorib. extinctis remotior in locum eorum ſuccederet, eo ipſo tamen maximopere illi qui jure retractus uſus fuiſſet pœnitendum eſſet quod nimia feſtinatione feudum ſine pretio jam ad ſe perventurum pecunia redemiſſet. Ex quo ipſo apparet etiam iis in caſibus quos maximè ſelegit Fachinæus, jus illud retractus remotiori planè inutile eſſe, nam ut extat proximior & huic niſi donationem ab eo extorquet feudum ſua pecunia emptum ſine precio reſtituere cogitur, aut non extat & tunc ipſe ſine pretio conſequi poſſet quod paulò antè magno redemit. Eadem de cæteris caſibus, ætatis incapacitatis aut culpæ dicta ſint: nam aut eo tempore quo remotior feudum retrahere vult incapax eſt atq; inhabilis proximior & tunc cuivis apparet eum ne quidem proximiorem dici cum nullum penitus jus in feudo amplius habeat, ſed illum qui hunc in gradu ſequitur verè proximiorem eſſe, aut poſteaquã remotior feudum retraxit, talis evadit proximior, tunc caſus quidem ille à periculo reſtitutionis remotiorem liberat, conſultius tamen fuiſſet remotiori, ſi de caſu hoc cogitaſſet redemtionem feudi amiſiſſe cum id jam ſine precio ad eum poſſit pervenire. Ut ita quocunque ſe vertat Fachinæus argumento illo ab inutili ducto planè conſtrictus ſit.

Sed ut penitius adhuc introſpiciamus abſurda quibus opinio quam defendere conatur Fachinæus laborat, illud lector mecum perpendat ſi concedimus remotiori jus retractus competere quoties proximior eo uti non vult ante omnia videndum erit, unde appareat proximiorem eo uti nolle: de eo verò variis modis conſtare poteſt. Nam aut expreſsè declarat ſe feudum redimere nolle, ſalvo tamen jure quod ipſi defuncto alienatore competit: aut verò tacitè ex circumſtantiis mens ejus colligitur utputa ſi tempora retractus labi patiatur aut etiam ſi in facultatibus tantum non habeat, ut precium ſolvere poſſit: inde enim facilè licet conjicere eum ad feudum redimendum animum nunquam eſſe adjecturum. Undecunq; tandem hoc colligatur ſi illico cum is jure ſuo non utitur, ſtatim ſequentem ad retractum admittimus, variis proximior oneratur incommodis. Multa enim evenire poſſunt ut malit feudum antequam pleno jure ad ipſum devolvatur, interim apud extraneum eſſe quam apud agnatum ſequentem Ideoque quamvis cum feudum extraneo venderetur expreſsè dixerit ſe nolle re-

dime.

Digitized by Google

dimere,non tamen hæc declaratio ipſi oberit quando videt feudum ad alium quam in quem conſenſit transferri. Simul ac igitur ſequens in gradu id ſibi vendicare conabitur,jure ſuo adverſus ipſum uti poterit eumq; impedire ne feudum avocet, itaq; invitus ad emtionem cogetur ad quam aliàs nunquam acceſſiſſet. Quod ſi proximior jus illud retractus expreſſe non remiſerit tunc ſanè id ipſi ex communi Dd. ſententia per totos annos triginta integrum eſt, ex quo ſequitur nec ſequentem in gradu antea admittendum quam proximior per lapſum illum temporis penitus excluſus ſit: Nemini autem dubium eſt intra tot annorum ſpatia tam varia accidere poſſe ut juris illius quod remotior (ſecundum communem opinionem) tunc temporis ex hoc capite habiturus eſt, exigua ducenda ſit ratio. Si verò etiam ante lapſum 30 annorum remotiorem admittimus,hoc ipſo gravior fiet proximioris conditio. Nam ſi feudum apud extraneum manſiſſet jus reluendi per 30. annos ipſi fuiſſet integrum. Poſtquam verò id in agnatum remotiorem hac ratione transfertur intra unius anni ſpatium id redimere neceſſe haberet. Perquam autem iniquum eſt jus quod in feudo illo habet ſine facto ſuo ipſi deterius fieri, ideoq; nec remotiores petere poſſe ut proximiori terminus intra quem retrahere debeat ſtatuatur rectè cenſet *Roſenthal. tract. feud. memb.2.c.9.concl.83.n.13 & concl. 94. n.6.* Hos verò omnes ſcopulos facilè effugiemus ſi extra terminos jure feudali nobis præſcriptos non vagabimur, nec jus quod proximiori juſtiſſimè conceſſum eſt ad alios in lege non expreſſos extendemus. Ex quo fit,ut à ſententia parentis mihi hac in parte nequaquam recedendum exiſtimem.

Illud à Fachinæo rectiſſimè monetur Cujacium quem parens pro ſua ſententia adduxit de hac quæſtione in loco citato non agere. Quod cum & liberè indicarit & parenti cum epiphonemate in humanam fragilitatem benignè ignoverit, virum bonum ſe præſtitit & eſt apud nos viciſſim erratis ipſius, venia parata. Utitur tamen Cujacius iſtic eodem planè argumento quo parentis ſententia potiſſimum nititur quod nimirum lex proximiori tantum agnato jus reluendi tribuat Ex quo colligi poſſe videtur Cujacium cum argumentum hoc pro valido ac firmo habuerit à ſententia parentis non omnino fuiſſe alienum quod agnoſcere etiam viſus eſt Roſenthalius *membr.2.c.9. concl 82.n 11.* De quo tamen nobis amplius laborandum non eſt: quem enim rationes à parente adductæ non movent,ei auctoritas Cujacii fruſtra oſtenditur.

His cum res, ad Fachinæum quod attinet, ferè confecta videri poſſit Roſenthalius nobis occurrit. Is à parente hac in parte itidem diſſentiens non tantum rationes ab ipſo allatas aliquid ſalis aut momenti habere negat, verùm etiam contrariam opinionem fundamentis quibuſdam fulcire conatur *Memb. 2. cap. 9. concluſ. 82.* Paucis igitur quantum ſalis ea habeant diſpiciamus.

Is igitur poſtquam *nu. 7.* expreſsè ſtatuit jus retractus proximioribus redimere nolentibus mox per edictum ſucceſſorium ad gradus ſequentes devolvi paulò poſt *n. 10.* fatetur agnatum proximiorem id defuncto alienatore ſine pretio à remotiore repetere poſſe, neq; tamen argumento ab inutili quod ex hac ipſa doctrina parens deduxit, vel unico verbo reſpondet,ſed nihil ſe morari ait quod Piſtoris contrarium affirmet & illico q. caput quoddã Gorgonis opponit text. *in* §. *ſed & res per quos fiat inveſtit.* cum ait: tibi vel alii proximiori, quæ ita interpretatur,tibi vel alii agnato proximiori,intellige quam tu es.

Hæc interpretatio ſi vera eſt (ut maximè vera eſt) id quod ex §. iſto evincere conatur nunquam efficiet. Hoc enim, ipſo Roſenthalio teſte, tantummodo textu eo continetur feudum non niſi tibi aut alii qui proximior eſt quam tu es vendi poteſt. Et mox: reddito

Digitized by Google

dito pretio à te aut alio qui proximior eſt quam tu es rem reſtituere cogitur. Ex quo illud quidem ſequitur eum qui proximior eſt quam is cum quo ſermo habetur feudum revocare poſſe, id autem quod poſtea ſubjicit Roſenthalius: ut ſi tu nolis alii poſt te proximiori vendere permittatur. Id inquam nulla vi inde exprimere poterit. Ac miror ſanè hominem eruditum in re tam aperta tantopere hallucinari, ſi enim ad vocabulum proximiori ſupplendum eſt, quam tu es, ut ipſe fatetur, quomodo eum ſignificare poterit qui poſt te eſt proximior. Sunt enim hæc inter ſe ex diametro pugnantia, tamque inſipida ut nulla unquam ſalſura poſſint corrigi. Cæterum quia parens veram text. illius ſententiam *d quæſt. 13. n. 71.* jamdudum explicuit Roſen. divinatorium eum eſſe contendit. Hic verò lectorem maximopere rogatum volo ut ſecum perpendat uter intellectus plus divinationis habeat. Ait enim text. Si quis ex agnatis tuis &c. & mox tibi vel alii proximiori. Hic parens primo incertum eſſe ait ad quem ſermo referatur, deinde quis ex agnatis ſit ille de quo agitur. Idque ita eſſe nemo ſani capitis unquam negaverit. Ut igitur incertitudinem hanc tolleret auctor illius capituli non ſatis habuit dicere, ſi quis ex agnatis tuis feudum vendere vult, tibi id vendere debet, ſed addidit, tibi vel alii proximiori, quod idem eſt ac ſi dixiſſet, tibi dummodo proximus ſis, ſin minus alii, qui te eſt proximior, ut ita oſtenderet proximitatis potiſſimam rationem habendam. Hic inquam parentis intellectus eſt, verbis illius §. quam maximè conſentaneus. Vulgus autem Interpp. text. ita explicat quaſi divinitus revelatum ſit cum ad quem ſermo in capitulo illo dirigitur ejus de quo ſermo habetur proximiorem agnatum eſſe, quod nec verba textus generalia dicunt, nec ulla ratio eſt, quæ nos hoc cogat credere. Si enim certum individuum ſibi in animo propoſuiſſet autor ille cur in genere dixiſſet. Si quis &c. hæc enim verba cujuſcunq; gradus agnatos complectuntur, itaq; ne generalitate illa deciperemur, ſermonem ſuum ad proximiorem poſtea reſtringere neceſſe habuit. Id autem quod in genere de agnatis dicitur de eo intelligere qui proximus in gradu eſt, ſine divinatione aut ſuppletione inſigni fieri nunquam poteſt. De quo non jam ad JCti, ſed ad Grammatici atq; adeo cujuſcunq; qui rectè loqui didicit judicium provoco. Quod verò Roſenthalius ex dictione (alii) evincere conatur eam tanquam ejuſdem qualitatis implicativam ſatis oſtendere quod is ad quem ſermo fit etiam proximior ſit, frivolum eſt, neq; enim generale eſt ut dictio (alius) eandem qualitatem importet. Et ut maximè id concedatur, tamē & huic optimè ſatisfit, cum (ſecundum intellectum parentis) textus dicit: tibi vendere debet vel alii proximiori, eo ipſo enim quod dicit feudum tibi vendi debere, præſupponit te proximiorem eſſe, quia verò propter generalitatem qua initio uſus erat, id tam ſimpliciter aſſeverare non potuit mox alternativam ſubjungit, aut alii proximiori, q. diceret proximitatis ratio habenda eſt itaq; tibi vendere debet, ſiquidem talis es aut alii ita ſe habenti. Implicat igitur dictio, alii, proximitatem etiam in vocabulo TIBI ſed ita ut totius contextus ratio habenda ſit Neq; enim verba illa: tibi vendere debet, verificari poſſunt niſi qualitas illa, quæ per dictionem (alii) ſubjicit ut in te inveniatur. Multò minus ſalis ac momenti habet quod porro *ex c. Titius ſi de feud. def. affert.* nihil .n. ex hoc textu ſumi poteſt, niſi præſupponam, filiis jus revocandi competere: id verò parens negat, affirmat Roſenth. ſed quia hujus loci non eſt hæc diſputatio alibi eam copioſius tractabimus, quemadmodū etiam Roſentalius ipſe aliò ſe remittit. Interim illud nobis detur nihil certi illo nondum conſtituto ex hoc textu inferri poſſe, ideoq; Roſenthalium fruſtra in re adhuc controverſa gloriari. Quemadmodum autem in rationibus ſuæ ſententiæ

tentiæ adducendis valde jejunus eſt Roſenthalius, ita cum ad argumenta parentis reſpondere conatur planè inanem ſe oſtendit. Quod enim parens fortiſſimè urget, quoties de jure retractus agitur de proximiore tantum mentionem fieri, id ipſe argumentum à contrario ſenſu vocat, quod ad correctionem juris communis aut feudalis vetitum ſit. Atqui non tantum à contrario ſenſu argumentatus eſt pater, verum etiam atq; adeò cum primis à lege ceſſante, quod nulla lex ſit quæ remotiori hanc facultatem concedat, omnes autem de proximiore tantum loquantur. Neque argumento à contrario ſenſu ad correctionem hic utitur: cum nullibi ſtatutum reperiatur remotiori hoc jus competere. Illud autem perquam ridiculum eſt, quod ſubdit ſi proximo in gradu tantum deferretur jus retractus textus non uſuros fuiſſe gradu comparativo, ſed potius dicturos proximis hoc concedi. Ego verò ad Grammaticorum ſcholas hominem remitto, aut ſi id nimis indignum ipſi videtur, ſaltem ad Tiraquel. *de retract. lign.* §. *11. gl. 1.* ubi docet inter proximum & proximiorem nihil revera eſſe diſcriminis cum proximo proximior eſſe non poſſit. Quia verò receptum eſt, ut proximorum appellatione omnes qui jure ſangvinis nos attingunt comprehendamus ideo inventum eſſe à recentioribus ut proximior dicatur qui cæteros in gradu antecedit. His à Tiraq. conſtitutis argumentum Roſenthalii ſententiam ejus planè evertit: Cum enim auctores juris feudalis ſatis non haberent proximos vocare, quod de omnibus agnatis intelligi poſſit, proximioris vocabulo utuntur, ut oſtendant illi tantum, qui in gradu cæteros antecedit hoc jus competere reliquorum nulla ratione habita, Roſenthalius autem proximioris vocabulum hic ita interpretatur quaſi is, qui remotior eſt proximo eo deſignetur, quod hactenus inauditum nobis eſſe profitemur. Quia igitur reſponſiones ab argumento patris parùm feliciter ſibi ſuccedere animadvertit Roſenthal. iis demiſſis ſuam tantum opinionem, firmare ſatagit, in eo non mediocre ſibi præſidium ſtatuens quod communiter recepta ſit: ſed jamdudum noſſe potuit cum de veritate quærimus de communib. opinionib. & uſu vulgi nequaquam laborandum eſſe, quin etiam parens ipſe, quæ communis ſit ſententia jamdudum oſtendit & ſecundum eam ſe aſſentiente pronunciatum eſſe fatetur. Id tamen ſibi nequaquam obſtare arbitratus eſt, quin veritati indagandæ operam daret diligentiorem, eiq; repertæ palam aſſentiretur. Non movit etiam ipſum quod ex conſtitutione Friderici & ſimilib. affertur ad id enim *n. 72.* ipſe jamdudū reſpondit licet id diſſimulet Roſen.

Quod verò ſententiam ſuam ex rationibus quibuſdam probabiliorem reddere conatur, vehementer peccat & tantum non prævaricari videtur dum ea adducit quæ ſi rectè conſiderentur, cauſam ipſius potius lædunt quàm adjuvant. Ait enim jus redemtionis in feudo intuitu ſucceſſionis inductum eſſe. Hoc ipſum verò eſt quod ſuperius diximus. Si enim intuitu ſucceſſionis jus retractus introductum eſt, utiq; neceſſario ſequitur ei cui ſucceſſio non competit nec jus retractus competere. Atqui remotiori agnato ſucceſſio non datur quam diu proximior in medio eſt, Ergo nec jure retractus uti poterit. Hoc inquam ex præſuppoſito illo Roſenthalii neceſſariò ſequitur quod verò ipſe ſubjicit cum non inveniamus jus retractus expreſsè magis reſtrictum quàm jus ſucceſſionis id coarctandum non eſſe, concedo ſanè: ut autem jus retractus etiam ultra jus ſucceſsionis extendamus neq; hoc nobis eſt integrum. Maneat igitur hoc, cui jus ſucceſsionis competit eidem jus retractus competere. Quod verò Roſenthalius fortaſsis inferre vult, cum in jure ſucceſsionis edictum ſucceſſorium locum habeat, id etiam in jure retractus obtinere debere. Id quoq; concedo: dummodo rectè intelligatur ut ad quemcunq; (de agnatis loquimur,

filiorum enim aliam cauſam eſſe alibi oſtendemus) jus ſucceſſionis tranſit ad eundem jus retractus devolvatur: cui autem illud non competit ei neq; hoc. Quod enim jus retractus ſeparatim ſine ſucceſſionis jure ad aliquem tranſeat, ita ut unus quidem feudum retrahere, alter verò poſtea in eo ſuccedere poſſet, id nullo jure cautum reperitur & ſtatuere abſurdum eſt, cum hac ratione jus retractus non reſpectu ſucceſſionis (quod ipſe Roſenthalius fatetur) ſed alia ratione eſſet introductum. Ex quibus omnibus apparet auctores juris feudalis non ſine myſterio proximioris mentionem facere, neq; id exempli tantum cauſa fieri, (ut Roſenthalius autumat) cum aliquoties id repetatur ut appareat conſtituentes peculiarem quandam vim in eo feciſſe, neq; veriſimile eſt quando JCtus procedit definiendo & ponendo caſum legis quod aliquid dicat cauſa frequentioris uſus, ut in ſimili dicit *Jaſ. in l. 1. n. 15. de legib.*

Contra omnem ſententiam loquitur quoq; Roſenthal: dum jus retractus in feudis odioſum eſſe negat, omnes enim rationes quibus id generaliter odioſum eſſe ſtatuunt interpp. in hoc quoq; locum inveniunt: licet itidem familiæ in illis conſuetudinib. ratio habeatur. Quod verò nulli damnum inde momentoſum (ut loquitur) inferri putat Roſenthalius non ſatis perpendit quantùm incommodi proximior agnatus inde conſequatur cum remotior feudum ab extraneo retrahit, quod cum à nobis *ſupra §. ſed ut penitius, &c.* oſtenſum ſit non eſt quod hic ingeminemus.

QUÆSTIO XIII.

FILII UTRUM POSSINT REVOCARE FEUDUM EX PACTO ALIENATUM à patre, cum conſenſu domini: idq; integrum ipſis non eſſe, contra receptam interpretum opinionem defenditur ex jure tàm communi, quàm Saxonico.

1. *Filii perinde ut agnati feudum à patre alienatum revocare poſſunt, juxta communem, quæ tamen refutatur num. 33.*
2. *Ordinatio defuncti, jus æqualiter ſuccedendi in feudo filiis auferre non valet.*
3. *Argumentum ab ultima voluntate ad contractum valet.*
4. *Ultima voluntas pleniorem recipit interpretationem, quàm contractus.*
5. *Jus revocandi agnatis ſucceſſuris conceſſum eſt.*
6. *Filius proximus eſt agnatus, & primam cauſam habet in ſucceſſione. declaratur n. 63.*
7. *Filii in revocandi jure cur potiores ſint agnatis. Contra n. 63.*
8. *c. Titius. Si de feud. defunct. de filiorum revocatione agit, ſecundum quoſdam: Sed alio modo inducitur n. 55. & prior intellectus refutatur n. 64.*
9. *Textus in §. Sed & res. per quos fiat inveſtitur. de filio revocante intelligitur. Contrarium oſtenditur n. 65.*
10. *Ratio revocandi jus concedens agnatis, etiam in filiis locum habet. Contrarium firmatur n. 66.*
11. *Filius vivente patre, cenſetur dominus feudi, & inveſtitus cum patre. declaratur n. 68.*
12. *Filius, defuncto patre, feudum non acquirit, ſed jam ante quæſitum capit.*
13. *A genere tributa filiis incolumia eſſe debent: declaratur n. 69.*
14. *Filii bona à parentibus vendita jure proprio vendicare poſſunt: declaratur num 70.*
15. *Jus [illegible] proximioribus indultum, filiis etiam competit: Reſpondetur num. 72.*
16. *Pater filios beneficio à legibus indulto defrau-*

defraudare non poteſt: Reſpondetur num. 71.

17. Feuda ad conſervandum honorem familiæ quæſita cenſentur. Declaratur num. 73.

18. Filius etiam vivo patre, refuſo tamen precio, revocore poteſt feudum alienatum, juxta communem. contra Dn. Schenck. Sed hæc etiam opinio refutatur n. 33.

19. Rationes D. Schenck exiſtimantis, filios vivo patre feudum revocare non poſſe, refutantur.

20. Patri non ſemper competit uſusfructus in bonis filiorum.

21. Patriæ poteſtatis in jure feudali nulla ducitur ratio.

22. Filiis feuda redimentibus, patres ipſorum cur ægrè ferre non debeant.

23. Filius cur feudum revocare poſſit, cum tamen hæres patris eſſe cogatur.

24. Tit. An agnatus vel filius: in quibus caſibus locum non habeat.

25. Inventarium efficit, ut filius hæres feudum revocare poſſit.

26. Filius hæres etiam ſine inventario revocare poteſt feudum: Præſertim quando nihil ultra legitimam ipſi eſt relictum n. 27.

28. Filius cur ſuccedens in hæreditario feudo magis teneatur præſtare factum defuncti, quam quando hæres eſt ex tit. An agnat.

29. Filii intra quantum temporis ſpacium feuda revocare poſſint.

30. Filiis annuum tempus etiam vivente patre currit, juxta communem contra Martinum.

31. Metus reverentialis quando excuſet.

32. Præſcriptio ob impedimentum facti non ceſſat, ſed ex cauſa datur reſtitutio.

33. Filios feudum à patre alienatum revocare poſſe, nullo jure cavetur.

35. Sine lege nihil temerè aſſeverandum.

Sine lege, vel contra legem aliquid fieri paria ſunt.

36. Probare debet, qui lege aliquid fieri aſſerit.

37. Filiis neq; etiam ſecundum juris civilis [illegible]rationes revocandi facultas com[illegible]tis [illegible]petit.

38. [illegible]nusnatio rerum ſuarum liberis hominibus permiſſa eſſe debet. declaratur num. 41.

39. Liberi geſta à parentibus retractare non debeant, licet bona à majoribus provenerint.

40. Regula juris qui nititur, cenſetur habere fundatam intentionem.

Regulæ juris tenaciter inſiſtendum, donec contrarium doceatur.

42. Feudum non pleno jure pertinet ad vaſallum.

Vaſallus exæquatur uſufructuario.

43. Jus vaſalli in feudo filiorum reſpectu morte ejus non extingvitur, ſed in perſona horum ſuſtinetur & num. 67.

44. Agnatis tantummodo jure feudali revocandi facultas eſt conceſſa, nulla habita ratione liberorum.

45. Filiorum ſemper ab agnatis ſeparata ſolet haberi ratio jure feudorum.

46. Agnatorum nomine filii non comprehenduntur jure feudali. & numero 60.

47. Generale vocabulum non comprehendit id, quod diſponens ſeparatim conſideravit.

48. Jus revocandi agnatis conceditur ſolum, filiis non extantibus, nulla præterea horum ratione habita.

49. Agnati feudum ex prima inveſtitura capiunt.

Filii verò beneficio patris ad feudum perveniunt.

50. Filii in materia feudali hæredes patris dicuntur,

51. Filii jure feudali disertè diſtinguuntur ab agnatis, & deteriori loco conſtituuntur.

52. Agnati hæredes cur magis revocare poſſint feudum, quàm filii hæredes.

53. Delictum patris nocet filio in feudis.

54. Hæres domini tenetur habere ratum factum anteceſſoris.

56. Feudum ea conditione quæſitum cenſetur deſcendentibus, ſi non fuerit alienatum.

57. Conditio, quam contractus primò accepit, ad hæredes transmittitur.

58. Camerarius refutatur.

59. Capitula extraordinaria quantum habeant auctoritatis.

60. Feuda commercio hominum eximi non debent.

61. Pietatis ratio obſtat filiis, quò minus feuda revocare poſſint.

62. Textus in c. 1. de ſucceſſ. feudi declaratur.

74. Textus Apocryphus relatus à Baldo declaratur.

75. Argumentum à contrario ſenſu locum non

non habet, contra ea, quæ aliter diſpoſita ſunt.

76. *Exceptio quando confirmet atq; extendat regulam.*

Excluſio unius non includit aliud, quod alia ratione excludebatur.

77. *Filios revocare feudum non poſſe, conſtitutione ſanciendum eſt.*

78. *Jure Saxonico utrum filius revocare poſſit feudum alienatum.*

79. *Textus art. 52. lib. 1. Specul. Saxon.*

80. *Et in c. 31.* Lehenrecht.

81. *Et in art. 9. lib. 1. Specul. Saxon.*

82. *Et in cap. 55.* Lehenrecht.

declarantur.

(a) DE agnatorum jure (a) revocandi feuda alienata hactenus vidimus: ſupereſt, ut de filiis etiam, an & quatenus hi factum parentis in feudo paterno præſtare teneantur, agamus: Quod ut eò commodius fiat, & veritas quæſtionis hujus magis eluceſcat, quæ fuerit ea de re interpretum opinio, paucis explicabimus, priuſquam animi noſtri proferamus ſententiam.

1 Omnes † igitur interpretes uno ore concludunt, filium in feudo paterno, quod ex pacto & providentia vulgò appellant, facto ſive contractu parentis non magis teneri, quàm agnatum: ſed eum inſtar agnati à contractu ejuſmodi pro libito reſilire, & feudum à parente alienatum revocare poſſe, atque propterea omnia ea, quæ de agnatorum jure huc uſq; diximus, etiam in filiis locum habere, paucis quibuſdam exceptis, de quibus paulò poſt dicendi locus erit.

2 Moventur † autem primò, quod auctor juris feudalis *in c. 1. de ſucceſſio feudi:* generaliter ſcriptum reliquit: Nullam ordinationem defuncti, quæ jus æqualiter ſuccedendi filiis auferat, vel diminuat, in feudo valere. Licet enim textus iſte non de quavis diſpoſitione paterna, ſed de illa duntaxat loqui videatur, quæ facta ſit in teſtamento, vel ultima voluntate, non minus tamen rectè etiam de diſpoſitione inter vivos accipi poterit, argumento ab ultima voluntate ad contractum ducto, quod in jure firmum ac validum eſſe conſtat. *l. ſervum filii. §. Eum qui Chirographum. de leg 1. §. diſponat. in Auth. de nupt. not.*
3 *DD. inſtit. de leg. Fuſ. Can. toll. ubi Joann. Fab. n. 1. & Angel. n. 1. & 3 Matth. de Afflict. in d. c. 1. in pr. n. 45 de ſucceſſio feud.*

Præſertim † verò cum ultima voluntas, quam in præjudicium filiorum nullo diſponi modo poſſe conſtat, cum majore ſit conjuncta favore, plenioremq; recipiat interpretationem, quàm pacta & contractus. *l. in teſtamentis. de reg. jur. c. cum dilecti. in fin. de donat.* 4

Secundo † pro opinione iſta conſiderari ſolet, quod jura feudalia, quæ de revocandi facultate verba faciunt, generaliter de agnatis, ad quos feudum per ſucceſſionem pertinet, loquuntur. *c. 1. de alien. feud. patern. c. 1 §. E contrario de inveſtitur. de re alien. fact. c. 1 §. Sed & res: per quos fiat inveſtitur. c. 1. § fin. quæ fuer. prim. cauſ. benefic. amitt.* 5

Nam † filius proximus eſt agnatus patri ſuo, *l. filius: de ſuis & legitim. hæredib.* & filiorum prima & potiſſima eſt cauſa in ſucceſſione parentum, ſive de bonis hæreditariis, ſive de feudalibus agatur. § 1. §. *Emancipati. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur. §. ſi quis igitur deſcendentium. Auth. de hæredit. quæ ab inteſt. veniunt. c. 1. § Et quia vidimus, verſi. ſed cum hoc: de his qui feud dar. poſſ. & in c. 1. In princ. de ſucceſſ. frat. vel grad. ſuccedenti in feudo.* Quamobrem jura illa non minus vel etiam multò magis ad filium, quàm agnatum pertinere videntur. 6

Si † enim remotior agnatus alienationem rei feudalis revocare poteſt, ſicq; potior emtore exiſtit, quanto magis conſentaneum erit, filium ejuſmodi revocatione minimè excludi. Nam cum filii, utpote proximum agnationis gradum, & primum ſucceſſionis locum obtinentes, melioris 7

Digitized by Google

ris ſint conditionis, quàm agnati ex transverſo latere patrem attingentes, qui tamen emtore ſunt potiores, neceſſariò ſequatur oportet, filios vincentes ipſos agnatos, emtore quoq; potiores eſſe. *l. De accuſationibus: de diverſ. & tempor. præſcript.*

8 Tertiò †in hanc ſententiam adducitur etiam textus *in c. Titius. verſ. Quod ſi Titius filios: ſi de feud. defunct. fuer. controverſ.* juxta interpretationem eorum, qui opinati ſunt, textum illum in verſi. illo, mutato caſu, de quo in principio verba fecerat, de filiis revocantibus agere: id quod ſenſit *Andr. de Iſern. Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict. ibi, quos ſequuntur etiam alii ſupra quæſtio. V. ubi de intellectu hujus capituli egimus, à nobis citati.* ſecundum hanc enim interpretationem verba hujus capituli dilucidè & perſpicuè probarent, filios multo etiam magis, quàm agnatos feudum alienatum revocare poſſe, atq; ideò manifeſta ſubſiſtente juris diſpoſitione omnis videretur ceſſare dubitatio. *l. ancillæ. C. de furt. l. ſi pignore. §. Cum furti actio. ff. de furt.*

9 Quarto † poteſt pro opinione iſta etiam conſiderari textus *in c. 1. §. Sed etiam res: per quos fiat. inveſtit.* Nam textus ille videtur loqui de duobus fratribus, ut apparet ex eo, dum ait: feudum à communi parente ad alterum perveniſſe: & tamen dicitur, non ſolum fratrem feudum alienatum redimere poſſe, ſed etiam alium proximiorem, *ibi,* (niſi tibi vel alii proximiori) fratre verò nemo proximior eſſe poteſt, quàm filius: conſequens eſt igitur, filium etiam feudum alienatum redimere poſſe.

10 Quintò †hanc concluſionem comprobant etiam rationes, ex quibus agnatis jus hoc revocandi competit. Diximus enim ſupra *quæſtione 6.* duplicem potiſſimum ob cauſam agnatis jus iſtud conceſſum eſſe: tum quia jus vaſalli in feudo ad vitam ejus duntaxat durare, & cum morte ſimul expirare cenſetur ad exemplum uſusfructus, cui propterea æquiparari ſolet Bald. *in c. 1. §. hoc quoq;. col. 3. de ſucc. feud.* ut meritò ſanè omnia illa, quæ de feudo diſpoſuit, jure ejuſdem per mortem ſoluto penitus ceſſent. *c. 1. §. rurſus quib. mod. feud. amitt. l. lex vectigali. de pigno. l. epiſtola. §. fin. de pactis.* quemadmodum de geſtis ab uſufructuario diſponitur. *in l. ſi quis domum. §. 1. locati. & l. neceſſario. §. fin. de per. & commo. rei. vendit.* Tum etiam quia feuda ea lege cenſentur eſſe data, ut poſt mortem unius ex prima conceſſione ad alium agnatum tranſeant, uſq; eò, ut perſona unius è medio ſublata is qui in feudo ſuccedit, non à proximo defuncto, ſed ex prima inveſtitura proprio quodam jure quæſitum à domino iſtud capiat, ut poſt alios luculentius declarat. Camer. *in d. c. imperialem §. præterea ducatus. in princ. verſi. quo ad primum caput. pag. 772.* meritò itaq; jus hoc ex prima conceſſione quæſitum ipſis invitis adimi non debet. *l. id quod noſtrum. de reg. jur.* Utraq; autem ratio etiam in filiis ſibi locum vendicat, nam & horum reſpectu non minus jus vaſalli morte ejus extingvi cenſetur, quàm reſpectu agnatorum: cum iſtud non ex alterutrius perſona, ſed ab ipſa natura feudi dependeat, quæ ſemper eſt eadem, ſive de filiis ſive de agnatis loquamur. Sic etiam hi perinde ut agnati feudum non tam à parente, quàm ex pacto primi acquirentis proprio quodam jure obtinere intelliguntur, ut paſſim tradunt interpretes. Par igitur eſt, ut idem jus etiam in filiis, quod in agnato, iſtæ rationes efficiant atq; conſtituant. *l. illud. ad l. Aquil. l. 3. in fin. princ. de injuſt. rupt. & irrit. teſt. l. à Titio. de verbor. obligatio.*

Quinimò conſideratio iſta ſexto loco fortius urget in perſona filiorum, quàm in agnatis, tum quia, ut jam diximus, filii primum agnationis & ſucceſſionis locum obtinent: tum etiam quia filiis magis, quàm cæteris proſpectum eſſe videtur, *argumento c. 1. De duob. fratrib.*

trib. à cap. inveſtit. & l. ſi pactum: de probatio.

11 Tum † deniq; quia filius eandem pæne cum ipſo parente perſonam ſuſtinens. *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ratione feudi aviti & paterni ex pacto primi concedentis quæſiti, quidam quaſi dominus cenſetur vivo etiamnum patre *arg. l. in ſuis: de liber. & poſth.* & ſuperſtite etiam patre inveſtitus eſſe, & poſſidere quodammodo intelligitur, ut proinde mortuo patre & dominium & poſſeſſio in eundem continuari videatur, *Bald. in l. Cum antiquioribus. col. 6. verſ. Decimo ſic. C. de jur. deliber. Idem Bald. in c. 1. col. fin. ad fin. An mut. vel ali. imperfect. & in c. 1 §. Inter filium nu. 2. & not. ibi Matth. de Aſſl. cl. ſi de feud. def. Jaſ. in l. ſi ſorori. nu. 2. in 3. limitat. C. de jur. deliber. Cotta in memoral. ſuis, in verbo (feudum etiam vivo patre) & Tiraquell. in tract. de jur. primogenit. quaſt. 40. numer. 99.*

12 Ex † eoq; fit, quod filius feudum non acquirat tunc, quando patri ſuccedit, ſed jam tum quæſitum ſolummodo capiat, vel apprehendat, *gloſſ. eſt notab. & ſingularis in c. 1. in fin. de feud. cognitio. quam refert & ſequitur D Hieronymus Schurff. in conſilio ſuo, quod inter feudalia eſt 130. incip. Quanquam pro victoria: & pertinet eodem, quod tradit Bald. in c. 1 n. 1. De content. inter maſcul. & fœmin. de benefic.* filium, inquiens, venire ad poſſeſſionem feudi magis continuativè, quàm ad novæ poſſeſſionis adeptionem. Quæ cum ita ſint, neceſſario ſequitur, quemadmodum agnatis propter jus ex prima inveſtitura quæſitum revocandi facultas eſt indulta, ne ipſis invitis jus eorum auferatur. Ita multò magis filiis, utpote qui longè fortius atq; potentius jus habent, hanc revocandi facultatem competere, ne jure ſuo præter ipſorum voluntatem defraudentur contra. *l. final. de pact. l. cum dos. de pactis dotal. l. Id quod noſtrum eſt: de reg. jur. l. Nemo exterus. C. de Juda.*

13 Septimò † confirmatur hæc ſententia reſponſo JCti Alpheni *in l. Eum qui. de interd. & releg.* qui juris civilis ratione exigente generaliter ſcriptum reliquit, ea, quæ filio non à patre, ſed à genere vel aliunde tributa ſunt, ei manere incolumia debere. Nam & feudum, ut jam diximus, non à patre, ſed beneficio tum acquirentis tum concedentis ad filios pervenire cenſetur.

Sic † etiam Octavò eodem jure 14
civili cautum eſt, filios bona à parentibus vendita jure proprio vendicare ac repetere poſſe. *l. Seia. de evictio. l. fin. C. eod. tit l. venditrici. C. de reb. alien. non alienand.* Licet igitur de filiorum revocatione jure feudorum nihil diſpoſitum & propterea caſus iſte veluti omiſſus jure civili ſaltem decidendus eſſet, nihilominus tamen filiis ſecundum hujus juris regulas hæc revocandi facultas concedenda videretur.

Quibus † accedit Nonò textus *in* 15
c. Conſtitutus: de reſtitut. in integ. ubi videmus, jus προτιμήσεως conſuetudine indultum proximioribus, etiam filiis competere, eoſdemq; bona alienata à parente redimere poſſe. Eadem ergo ratione jus revocandi agnatis conceſſum, etiam ad filios pertinebit, ut hi feudum à patre alienatum recuperare poſſint.

Decimò † facit, quod etiam juxta 16
juris communis regulas parentibus integrum non eſt, liberos beneficio à legibus ipſis indulto defraudare, ſed licet id conati fuerint, liberis tamen hoc nullum præjudicium parere poteſt, quò minus jus ſuum recuperent. *l. ſi arrogator. de adoption. l. fin. ſi quid. in fraud. pat.* Cum itaque feudum tam ex pacto primi acquirentis, & concedentis feudum, quàm ipſius legis beneficio ad filios pertineat. *c. 1. §. cum verò Conradus. de iis qui feud. dar poſſ.* par eſt utique, etiam ſecundum juris civilis rationes patrem filiis in feudo antiquo præjudicare non poſſe, ſed hiſce non minus quàm agnatis feudum alienatum revocandi facultatem permiſſam eſſe.

Unde-

Digitized by Google

17 Undecimò † hiſce ſuffragatur alia ratio, quoniam is, qui primò feudum acquiſivit, cenſetur non ſolum filiis ſuis, ſed & nepotibus & omnibus deſcendentibus proſpicere voluiſſe, atq; adeò ad honorem totius familiæ reſpexiſſe, eo conſilio, ut feudum iſtud perpetuò apud familiam permanere, atque hoc ipſo dignitas & auctoritas ejuſdem cōſervari debeat, uſq; eò, ut quilibet ex poſſeſſoribus feudi cenſeatur gravatus poſt mortem illud reſtituere proximo ſucceſſori, prout ſupra diximus, modo ſi filiis denegaretur jus revocandi, facilè feudum ad alienas manus perveniret, & honor familiæ citiſſimè aboleretur, fieretq; injuria primò acquirenti, cui poſteri omnes ſucceſſionem feudi debent. Non igitur hoc utpote repugnans menti, atq; intentioni acquirentis admittendum videtur. Qua ratione in ſimili utitur Pinell. *in l. 1. parte tertia, num. 95. verſ. Roboratur tertiò*, exiſtimans eam eſſe urgentem.

Duodecimò hanc opinionem plurimum ſtabilire videtur textus quidam apocryphus, quem recenſet & in libro ſuo ſub tit. de inveſtitur. in maritum facta: poſitum eſſe ait Bald. *in c. 1. col. penult. in fin. ſi vaſall. feud. privet.* Sic enim verba ejus refert: ſi aliquis feudum habuerit, & aliquam conventionem aut refutationem fecerit domino, aut alicui perſonæ, quod vel quæ nocere videatur ei, qui in feudum ſuccedere debeat, talis conventio aut refutatio ei, qui in feudo ſuccedere debet, non nocet. Excipimus patrem, qui feudum acquiſivit, niſi in odium filii vel nepotis fecerit. Ecce dum textus duntaxat excipit patrem, qui feudum acquiſivit, atque ita in feudo tantum novo permittit patri, ut filio præjudicare poſſit, utique ſatis denotare videtur, hoc ipſi in feudo antiquo à ſe non acquiſito integrum non eſſe, & addit Bald. quod, etſi capitulum ſit apocryphum, & quia auctor ignoratur, auctoritatem non habeat, tamen habeat in ſe ex æquitate multum de medulla rationis, ut ipſe loquitur.

Deniq; huic opinioni adminiculantur omnes illæ rationes, quibus pleriq; moti exiſtimant, patrem neque in feudo novo filio præjudicare poſſe, prout eas ſupra recenſuimus. illæ enim omnes rectius in feudo paterno, ſive antiquo ſibi locum vendicant, quàm in feudo novo. Hæc ferè ſunt fundamenta, quibus interpretes probare conantur, filium poſſe feudum à patre alienatum repetere, & cum omnes pene, qui de hac materia ſcripſerunt, in ſententiam iſtam peronatis pedibus irruperint, nullo fere diſſentiente, ideo eorum nomina hic recenſere lubens ſuperſedeo, tū quia cuivis legenti poſſunt eſſe obviam, tum quia paulò poſt ad aliud propoſitum allegandi erunt. Et concluſionem iſtam etiam in nepote locum habere contra Joann. Aloys: multis probat Joan. Anton. Cannet. *in c. volentes. §. & retenta iſta opinione. nu. 7.*

Sed † cum ſupra *quæſt. 11.* à nobis oſtenſum ſit, agnatos non ſolum defuncto alienatore, ſed etiam eo vivo feudum alienatum, refuſo precio, recuperare poſſe: proximum nunc eſt, ut paucis videamus, an idem etiam in filiis locum habeat. Et quamvis Dn. Baro Schenck *in d. c. Titius in fin.* in ea ſit ſententia, filium poſt mortem demum patris ad revocationem feudi aviti legitimè alienati admittendum eſſe, quia abſonum ſit, filios, etiam patre viventе, feudum alienatum, reſtituto precio, revocare poſſe: Unde, *inquit*, obſecro, vivente patre, filiis nummi & pecunia, quibus hoc precium emtori refundant: non enim ſemper Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe peculium liberi poſſident. Item, cum filii in patria conſiſtant poteſtate, quomodo eis hanc revocationem facere integrum fuerit vivo patre? quantam porrò exiſtimes inter parentum libereſque exorituram contentionem, aut ſi forte colludant, quàm fuerit indecorum, 18

ſi, quod hodie cum domini conſenſu alienavit pater, id protinus in irritum filii revocare voluerint, contra *l. Ea quæ à patre. C. de reſtit. milit.* Multò tamen crebrior & ſanior pars Commentatorum in contrariam diſceſsère ſententiam, ut ſcilicet jus revocandi patre nō ſolum mortuo, verum etiam adhuc ſuperſtite, filio competere exiſtiment, ita tamen, ut vivo patre precium refundere neceſſe habeat: eo antem defuncto, abſq; ulla etiam precii reſtitutione uti revocatione poſſit, quemadmodum de agnatis ſuprà dictum fuit. Hoc ſenſit *Andr. de Iſern. in d. c. Titius filios. verſ. Quod ſi Titius. & ibidem Alvarott. nu. 13. & 14. in fin. Item Præpoſitus: & Matth. de Afflict. in c. 1. §. Hoc quoq; nu. 55. & 56. de ſucceſſio. feud. Jacob. de S Georg. in tractat. feud. verb. Et cum pacto de non alienando. nu. 44. Zaſius in tract. feudal. parte 9. de feud. alien. num 30. verſ. ſeptimò principaliter. Pinell. in d. l. 1. tertia parte nu. 95. C. de bon. matern. Ferrarius Montanus lib. 4. cap. 5. Sonsbeccius part. 13. num. 125. Thomas de Marinis in tit. 2. de feud. ex pacto & providentia. num. 48. in fin. Hieronym. Schurff. in conſil. 143. incip. Diligenter viſo & ponderato. inter conſilia feudalia, quod eſt conſil. 89. centur. 3. Joann. Anton. Cannet. in c. Volentes. §. Et quia ſtat firma regula: & complures alii.* Et probatur hæc opinio non tam ex verbis *d. c. Titius filios.* cum, ut ſupra *quæſtione 5.* viſum fuit, illa interpretationem aliam recipiant, quàm ex fundamentis, quibus jus revocandi filiis etiam competere oſtendimus. Nam qua ratione filiis hæc revocandi poteſtas agnatorum exemplo conceditur, eadem etiam convincitur, filios hoc ipſo tempore feudum recuperare poſſe, quo agnatis id eſt indultum: ut proinde, ſi filiis ex recepta omnium interpretum opinione revocandi jus permittere voluerimus, hæc ultima ſententia etiam tanquam probabilis amplectenda, & ſecundum eam filii etiam vivo parente ad revocationem

admittendi ſint, ita tamen, ut prec
reſtituant.

Nam † domini Baronis Frid
rationes (*ut in quodam ſuo conſilio*
ganter declarat D. Jacobus Thoming.
admodum ſunt imbecilles, ſentie
abſonum eſſe, ut filii, patre etiam
vente, feudum alienatum, precio
ſtituto, revocent. Cum enim a
tus, vivo alienatore, feudum di
ctum, reddito precio, recuperet,
nam ratione inconveniens dici pot
ut filio idem ſit permiſſum, cujus c
in feudo melior eſt, quàm agnati
in princ. de ſucceſſio. feud. nec injuria
dem, cum filius patri agnatus ſit
ximus. *l. filius: de ſuis & legitim. h*
& feudi antiqui quaſi dominus,
etiamnum patre. *l. fin. C. de impub*
ali. ſubſtit. §. fin. Inſtit. de hered. qua
different. not. DD. in ſæpe d. c. Titius.
Andr. de Iſern. in verſ. Quod ſi Titius
Alvarott. num. 8. ſi de feud. defunct. S
beccius in comment. ad uſus feud. part
num. 121. ubi multis comprobat, fi
in jure revocandi majore prærog
frui, quàm agnatos. Quod verò d
de conſiderat filios nulla poſſidere
na, unde precium refundant, m
urget, cum, licet filii nullum Caſtr
peculium poſſideant, poſſint ta
ipſis obvenire multa bona advent
quæ planè jure proprio habeant, n
quoq; ipſorum uſufructu ad patres
tinente: quippe † cum multi ſint ca
in quibus patri non quæritur uſus
ctus. *Auth. Excipitur cum duab. ſeqq.*
not. ibi gloſſ. & DD. C. de bon. quæ li
§. 1. Auth. ut liceat matri & aviæ.
DD. in l. Qui ſe patris. ubi Jaſ. num.
C. unde liberi: quin experientia do
filiosfamiliâs quotidie, vivis etiamn
patribus ſuis in alias domos quaſi c
nias exire, ſeparatim habitare, ſibiq
non parentibus acquirere. Ac e
ſanè, filio bona non eſſe propria, n
tamen inde ſequitur, ab eo preci
emtori haud poſſe reddi. Nam lice
ſe non habeat, inveniet tamen ex a

cis aliquem facilè, vel extraneum tantum, qui mutuò ſub fœnore (ſi non gratis) ſubminiſtrabit, videns ex re filii eſſe feudum recuperari, *ut reſpondet Sonsbeccius d. part. 13. num. 127.*

21 Patria † verò poteſtas filio non obeſſe poterit, cum poteſtatis hujus in materia feudali nulla ducatur ratio, ſicut nec etiam ſuitatis, vel emancipationis: ſed eò ſolummodo reſpiciatur, utrum perſonæ ex linea maſculina ſint oriundæ: *c. 1. §. Etſi clientulus: de alien. feud. Bald. in l. Qui ſe patris: ad fin. C. unde liber. Caſtrenſ in l. ſi ab eo. C. de legit. hæred. Quos refert & ſequitur Curt. in tr. feudal. part. 2. tertia partis principalis. in princ. nu. 4. ad fin.* Non obſtat poſtremò, quod veretur Dominus Baro, ne graves inde contentiones inter parentes & liberos oriantur.

22 Nam † fortè pater neceſſitate impulſus alienavit, tunc ſi filius poſſet tantundem aliunde corradere, quo emtori ſuum reſtitueret, ſibique redimeret, quare hoc indignè ferret pater? imò gauderet. Poſſunt enim eſſe amici, quibus ex aliqua benevolentia adductis filium duntaxat adjuvare in animo ſit, patrem contra neutiquam, nec forſan ſine cauſa, nempe propter prodigalitatem, ignaviam, aut ejuſcemodi aliquod vitium. Si verò pater animo maligno non neceſſitate preſſus alienaſſet, tum, etſi filius feudum revocans voluntati patris contranitatur, atq; ex eo ſimultas ebullire quædam poſſit, iſtud tamen non fuerit curandum, cum pater per alienationem ſuum jus, quod in feudo, habuit, à ſe totum abdicaverit: *Andr. de Iſern. in ſæpe dicto c. Titius filios, verſ. Quod ſi Titius. & ibidem Alvarott. nu. 3.* filiis verò revocandi facultas proprio ipſorum jure competat, *ut not. DD. in d. c. Titius.* atq; adeò hi jure ſuo utentes nihil in patrem committant, de quo is conqueri meritò debeat, vel poſſit. *arg. l. Proculus: de dam infect. & l. Nullus videtur. de reg. jur.* ut interim omittam parentibus non ſemper eſſe indulgendum, ut paſſim & ſine delectu quidvis contra liberos agere poſſint, *ut arg. l. Imperator. Ad SC. Trebell. in propoſito ait Sonsbecc. part. 13. nu. 138.* Ex quibus denique manifeſtum eſt, argumenta Dn. Baronis Friderici nihil obſtare communiter approbatæ ſententiæ, quæ filiis non ſolum, defunctis patribus ipſorum, ſed etiam ipſis vivis jus revocandi concedit, refuſo precio. Id quod revocandi facultate ſemel conceſſa filiis nullam prætterea videtur habere controverſiam.

Veruntamen † circa id, quod filios defuncto etiam parente ipſorum feudum alienatum revocare poſſe, interpretes concludunt, difficultatem movet textus *in d. c. 1. An agnatus vel filius:* qui à filio, ſi quidem is feudum paternum obtinere voluerit, exigit, ut ſimul etiam hæreditatem patris adeat. Nam cum hæres factum defuncti præſtare teneatur. *l. Cum à matre. C. De rei vendicat. l. ſi uxor. C. de bon. auctor. jud. poſſ. l. ſi ab eo. C negoc. geſt. l. ſolutum. §. ſolutam ff. de pignor. action. l. ſi ab eo. C. de liberal. cauſ. l. Ex qua perſona. de reg. jur.* filios verò ad ſucceſſionem feudi non admittatur, niſi ſimul hæres patri extiterit, videtur ſanè filium, patre defuncto, factum ejuſdem minimè impugnare, neq; idcirco jure revocandi uti poſſe. Quidam itaque, ut objectum hoc diluerent, exiſtimarunt, diſpoſitionem *d. tit. An agnat. vel filius:* non habere locum in feudo ex pacto & providentia, de quo nunc agimus, ſed tantum in feudo hæreditario, *ut Bald. Martin. Laudenſ. & Alvarott. Præpoſit. & Dn. Schenck, ibi: Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. ita ipſi inveſtiti. num. 2. Zaſius in Epitome feudal. de ſucceſſio. feud in quarta concluſione. Julius Clarus lib. 4. ſententiarum. §. feudum. quæſtione 76. num. 3. & complures alii ſupra quæſtione 2. citati.* quæ quidem opinio, ſi vera eſſet, omnis ceſſaret difficultas, cum hac ratione *d. tit. An agnatus vel filius:* ad propoſitũ noſtrum omnino 23

omnino non pertineret. Sed nos ſupra *quæſtione 2.* multis oſtendimus, opinionem eorum, qui arbitrati ſunt, *tit. An agnat. vel filius*, de feudo ex pacto & providentia potiſſimum intelligendum, non ſolum magis communiter receptam, ſed etiam longè probabiliorem eſſe, ſi modò communem illam diſtinctionem inter feudum ex pacto & hæreditarium retinere voluerimus.

24 Alia † igitur ratione objectum hoc diſſolvendum, videndumq; erit, quomodo titulo, An agnatus vel filius, in feudo ex pacto, ſuus poſſit eſſe locus, & tamen filii nihilominus jure revocandi, quod illis competere diximus, commodè uti queant. Interpretes quidem certos tradiderunt caſus, in quibus diſpoſitionem *d. c. 1. An agnat. vel filius:* non procedere, neq; filium ad adeundam hæreditatem obſtringi aſſeruerunt, ut puta ſi pater, qui feudum alienavit, nihil in hæreditate reliquerit filio, vel ſi hæreditas paterna ad alium, quàm ad filium pervenerit: de quibus quia ſupra *quæſtione 2.* copioſius egimus, ideo illos hic repetere ſupervacaneum eſſe arbitramur. In hiſce igitur ſpeciebus omnibus ſæpe dictus titulus, An agnatus vel filius: impedimento non erit, quò minus feudum alienatum pro libito filius revocare queat, cum in hiſce caſibus hæres patris eſſe non cogatur, ſed abſq; hæreditate paterna feudum obtinere poſſit.

25 Præterea † etſi vel maximè juxta diſpoſitionem illius tituli hæres patri factus fuerit, ſi tamẽ inventarium confecerit, jus revocandi integrum ei eſſe cenſuerunt interpretes: quippe cum inventarium hæredi conſervet omnia jura, & actiones, perinde ac ſi hæreditatem paternam non adiviſſet, *ſecundum* * *gl. ſingularem, & communiter * receptam in l. fin. §. In computatione: in verbo confundantur. C. de jur. delib. per quam in inſtituto noſtro hoc docuit Andr. de Iſern. in c. 1. in fin. Qui ſucceſſ. teneant. tit. 1. & in d. c. 1. An agn. vel filius. quem ſequitur Alvarott. Præpoſit. & cæteri. ibi, Mart. Laudenſ. in d. c. Titius filios. nu. 15. & 16. ſi de feud. defunct. Et Matth. de Aſflict. in d. c. 1. § Hoc quoq;. nu. 74. De ſucceſſ. feud. ubi dicit, DD, in hanc ſententiam communiter * diſceſſiſſe, & alii in hanc ſententiam citati ſupra quæſt. IX. ubi pluribus de hoc egimus:* *

Quinimò † non deſunt, qui exiſtimarunt, filium, etſi juxta diſpoſitionem ſæpe *d. tit. An agnat.* hæres fuerit patri, neq; etiam inventarium confecerit, nihilominus tamen feudum alienatum à patre recuperare poſſe, ut pluribus firmat Pinell. *in d. l. 1. in 3. part. in 7. ampliat. l. Cum à matre. & nu. 95.* ſed quia de hac opinione ſupra *quæſt. 9.* plura diximus, illuc brevitatis ſtudio lectorem remittimus. 26

Unum † ſaltem huc addo, opinionem hanc in filio facilius defendi poſſe, ſiquidem illi ultra legitimam nihil eſſet relictum à patre. Nam tum etſi inventarium nõ confecerit, feudum alienatum à patre revocare poterit, *per ea, quæ in hanc ſententiam adducit Pinell. in d. l. nu. 80.* Ex quibus tandem in aperto eſt, diſpoſitionem *d. tit. An agnat. vel filius*, quæ exigit, ut filius volens conſequi feudum, hæreditatem patris adeat, certis reſpectibus ei minimè obſtare, quò minus, patre defuncto, feudum revocare poſſit. 27

Neq; † eſt, quod miretur aliquis, cur res aliter ſeſe habeat in feudo hæreditario, ubi propterea, quod hæres eſſe cogitur, alienationem defuncti ratam habere tenetur, ut quæſtione proximè ſequente latius videbimus. Nam plurimum differt, utrum quis hęres ſit ex diſpoſitione *d. tit. An agnat. vel fil.* an verò ex natura feudi hæreditarii. Nam in illo caſu, licet hæreditatem adeat, non tamen in feudo ipſo ut hæres ſuccedit, ſed potius feudum, utpote quod propriam ſuam naturam ſeparatam à cæteris rebus hæreditariis conſervat, ex beneficio anteceſſorum, nullo hæreditario, ſed proprio ſolum jure cõſequitur. At feudum hæreditarium, immutata 28

priſtina

Digitized by Google

priſtina natura, qualitatem hæreditariam ita aſſumit, ut annumeretur cæteris rebus in hæreditate relictis, & filius nõ ideo duntaxat, quia hæres eſt in reliqua hæreditate, feudum obtineat, quemadmodum in primo caſu contingit, ſed etiam in ipſo feudo ut hæres hæreditario jure ſuccedat, prout ſupra *quæſtione 1. & 2.* abunde fuit demonſtratum.

29 Quibus † ita poſitis, videndum nunc eſſet, quamdiu filii uti poſſint jure hoc revocandi, & quanto temporis ſpacio inde excludantur. Verum cum commentatores omnes exiſtiment, ea, quæ de agnatis ab ipſis ſunt tradita, ut videlicet intra annum ſolummodo revocare poſſint, ſiquidem in remotiorem agnatum fuerit facta alienatio, vel ſi in penitus extraneum, intra ſpacium triginta annorum, quia (*inquam*) hæc eadem etiam in filiis locũ habere pleriq; arbitrantur: nos autem de præſcriptione iſta præcludente viam revocandi ſupra copioſe tractavimus: Ideò eadẽ huc repetere libenter ſuperſedemus. Dato enim, filiis jus competere revocandi, ad hanc temporis præfinitionem quod attinet, nulla erit differentia inter filios & agnatos.

30 Circa † hoc ſaltem advertendum eſt, quod Thomas de Mariniis *tit. 2. de feud. ex pact. & provident. nu. 71.* exiſtimat, filiis ſive deſcendentibus, vivente patre, per lapſum unius anni minimè præcluſam eſſe viam revocandi. Quia (inquit) vivente patre, aliquando ſeveritas ipſius patris prohibet filium ipſius facto contravenire. Nam etſi hoc quidem eo in caſu aliquo modo admitti poſſet, quando conſtaret, filium metu parentis prætermiſiſſe, quò minus feudum revocaverit, attamen haud ſcio, an propterea generaliter concludendum ſit, filiis tempus hoc annuum propter reverentiam patris non currere, *prout ſenſit Marin.*

31 Cum † pro regula traditum ſit, nunquam reverentiam patris juſtam probare excuſationem, niſi prius appareat, tale quid interveniſſe, quod terrorem meritò incutere alicui potuerit, ut puta ſi vel ob id ipſum, de quo agitur, verbis minatus fuerit, vel percuſſerit filium, *ut docet Bart. in l. 1. §. Quæ oneranda. Quar. rer. act. non detur, cum ſimilibus adductis per Angel. & Jaſon. in §. Quadruplici Inſtit. de action.* Quinimo licet filius probaverit, ſe juſto parentis metu impeditum fuiſſe, quò minus egerit, tamẽ cum iſtud ſit impedimentum facti, nihilominus interim tempus annuum contra ipſum currere potuit, ita tamen, ut probato metu reſtituatur.

Nam † ob impedimentum facti etiam ex juſtiſſima cauſa præſcriptio non ceſſat, ſed ex cauſa reſtitutio datur, *ut docet Bart. in l. Senatusconſulto. num. 2. de offic. præſid. & in l. 1. §. Si quis autem. de itin. actuq; privat. Bald. in l. fin. §. donec. nu. 2. C. de jure delib. Paul. de Caſtro in l. 2. §. Si quis in judicio. nu. 4. Si quis caution. Jaſ. in §. Rurſus. nu. 24. Inſtit. de action.* Neq; obſtat *Auth. Niſi tricennal. C. de bon. matern.* Ubi videmus, contra filium, qui in poteſtate eſt, nullam currere præſcriptionem. Loquitur enim textus ille de bonis adventitiis filiorum, in quibus patri uſusfructus acquiritur, & quorum nomine filii in poteſtate patris exiſtentes agere omnino non poſſunt. Ut proinde mirum nõ ſit, cur filiis, qui juris impedimento prohibiti minus agere poſſunt, præſcriptio non currat, *ut declarant interpretes ibi. & Pinell. n. 42.* cum interim in propoſito filiis, patre adhuc ſuperſtite, juxta communem interpretum ſententiam jus revocandi ſit cõceſſum, neq; adeò, quò minus agant, aliquod juris præpediat obſtaculum, & inſuper jure feudorum nulla habeatur ratio patriæ poteſtatis, ut ſupra in refutatione argumentorum Dn. Schenck. pluribus confirmavimus. 32

Porrò † quæ de filiorum jure revocandi feuda alienata huc uſq; diximus, ea magis ex communi interpretũ ſententia in medium protulimus, quàm quod noſtro etiã probaremus calculo. 33

Sin

Sin autem, remotis præjudiciis, ex ipſis juris feudalis textibus quæſtio hæc decidenda mihi eſſet, in penitus diverſam tranſirem ſententiam. Nam contra omnium opinionem ſtatuerem, filios feudum à patre cum conſenſu domini alienatum revocare nequaquam poſſe. Idque contra tot graviſſimas interpretum auctoritates haud temere aſſeverarem, niſi in hanc opinionem urgentes me traherent rationes.

34 Primò † enim me movet, quod quod perlectis & diligenter conſideratis omnibus juris feudalis capitulis, nullibi ne uno quidem verbo cautum reperiatur, filios feudum à patre alienatum revocare poſſe. Nam vel hac de cauſa circumſpectius in hoc negocio
35 fuerit agendum, cum † ſine certa juris auctoritate nihil temerè ſit aſſeverandum. *c. Hi in Eccleſia. in fin. princ. de ſent. excommunicat. lib. 6. c. Conſuluiſti. 2. quæſt. 5. l. diſſentientis. ibi nulla præcipit juris conſtitutio. C. de repudiis.* §. *Cum igitur. ibi. nec qualibet lex eſt tale aliquid dicens. in Auth. de non eligend. ſecund. nub.* Sed erubeſcendum potius ſit, ſi abſq; lege quid proferatur. *l. illam. C. de collat.* §. *conſideremus. in Auth. de trien. & ſemiſſ.* Paria enim ſunt aliquid fieri ſine lege, & contra legem, *ut ait Bald. in c. In Geneſi. nu. 10. de elect. per text. in d.* §. *Conſideremus. & in l. contra juris regulas de pactis.*

36 Ex † quo fit, ut is, qui lege aliquid cautum eſſe aſſerit, id omnino probare debeat, ſive ſe fundet in affirmativa, ſive in negativa, *ut ait idem Bald in conſil. 340. incip. Et præmitto. & in conſil. ſeq. incip. Secundum ea. l. 3. quem refert Cravett. in conſ. 6 incip. Plura videnda ſunt. nu. 87. Et in conſ. 25. incip. Dubia plura proponuntur. nu. 9.* Alioqui locum habet illud vulgatum: quod lege non cavetur, in practica non habetur. *Bald. in c. Nihil. circa fin. de elect.*

37 Secundò † argumentum hoc in propoſito vel ideo magis urget, quoniam, licet quæſtio iſta ſecundum jus civile decidenda foret, prout plerunq; fieri ſolet in caſibus jure feudorum prætermiſſis, tamen neq; ex juris civilis regulis revocandi facultas filiis competere poſſet, ſed potius hæc illis eſſet deneganda. Nam † eo jure manifeſtè cau- 38
tum eſt, liberis hominibus rerum ſuarum alienationem permiſſam eſſe debere. *l. In re mandata. C. Mandati. l. 2. Si quis à parente fuerit manumiſſ. l. Qua ratione. verſ. Hoc quoq; de acquir. rer. dom.* §. *per traditionem. de rer. diviſ.* neq; cuiquam vel agnationis vel cognationis jure vel quavis alia ratione licitum eſſe impedimentum objicere alteri, quò minus de re ſua pro libito diſponat, niſi hoc ipſi legibus ſpecialiter ſit conceſſum. *l. Dudum. C. de contrah. emt.* potiſſimum verò liberis eo jure eſt interdictum, ne † ea, quæ à patribus ipſorum 39
geſta ſunt, in irritum revocent. *l. Ea quæ à patre. C. de reſtit. milit.* quantumvis bona, de quibus pater contraxit, ab avo vel à familia deſcenderint. Nam ne hoc quidem probabilem filiis præbere cauſam, ut factum parentis impugnarent, reſcripſerunt imp. *in l. Si avia. C. de don.* ſecundum haſce igitur juris regulas exiſtimandum erit, filios revocare bona à patre alienata minimè poſſe, donec illi, qui contrarium aſſerunt, doceant, hoc ipſis jure vel civili vel feudali expreſsè indulgeri. Quo non probato, jam dictis communibus regulis omnino inſiſtendum, neq; ad tuendam ſententiam noſtram aliud neceſſarium erit argumentum.

Nam † is, qui regula aliqua juris 40
nititur, cenſetur fundatam habere intentionem. *gl. in l. Omnis definitio. de regul. jur. & in c. 1. Eod. tit. in ſexto.* Is verò, qui aſſeverat regulæ in certo caſu locum non eſſe, iſtud probare neceſſe habet. *Barthol. Socin. in conſil. 231. incip. Cum in præſenti conſultatione. & Cravett. in conſil. 25. incip. Dubia multa proponuntur. nu. 8. & in conſil. 168. incip. de duobus principaliter. num. 8.* Ideoque regulæ tenaciter inhærendum, donec liquidò demon-

Digitized by Google

demonſtretur, aliud eſſe expreſsè diſpoſitum, *l. Suus quoq;. verſ. puto. de hæred. inſtit. l. 2. Cum ibi not Si quis in jus voc. non ierit. c. Venerabilis.* §. *Potes quoque. de ſententi. excommunicat. lib. ſexto.* per quæ jura ait Bald. *in l. ſi tutor. in fin. C. de ſerv. pignor. dat manum.* Quod regula juris firmiter ſit obſervanda, niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis, *quod refert Jaſ. in l. Dedi. §. 1. nu. 4. de condict. cauſ. dat.* Jam verò ea, quæ pro prima opinione fuerunt adducta, ita clara & manifeſta non ſunt, ut hiſce juris regulis nonnihil derogare valeant: quin potius levia, atque futilia ea eſſe infra in reſolutione docebimus. Non itaque ſatis firma eſſe poterunt, ut proptea à ſententia noſtra certis juris regulis munita ſit recedendum. Quin etſi probabilem dubitandi cauſam præbere poſſent, quia tamen ancipitem aliquem relinquunt, longè tutius eſſet in hac ambigua argumentorum fluctuatione communes juris regulas ſequi, cum, ut dictum eſt, in dubio regulis ſemper ſit inſiſtendum, & niſi contrarium manifeſtè doceatur, ne latum quidem unguem inde digrediendum.

41 Non † latet me, quoſdam ſupra adductam juris regulam, quæ cuilibet de re ſua diſponendi liberum relinquit arbitrium, opinioni ſuæ refragari animadvertentes reſpondere, huic regulę illis ſolum in rebus locũ eſſe relictum, quæ pleno jure ad diſponentem pertinent. Id quod dictiones hæ (*de re ſua*) non obſcurè præ ſe ferunt, ac ſignificant. *l. Quintus. 2. §. argento de aur. & arg. leg.*

42 Cum † interim feudum ad vaſallum pleno jure non ſpectet, ſed utili ſolum ipſius dominio, & quidem non ſimpliciter, ſed eatenus duntaxat, quoad uſura hujus vitæ fruitur, ſit ſubjectũ. *c. 1. §. fin. in quib. cauſis feud. amitt.* Exiſtimant enim, ex hoc ipſo rectè colligi, patrem filiis ſuccedendi ſpem foventibus non niſi ad tempus vitæ ſuæ præjudicare poſſe, ſicut in ſimili de fructuario (cui vaſallus quodammodo exæquatur. *d. c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud. amitt.*) legibus noſtris civilibus cautum eſt, quod is ſcilicet fundum uſufructuarium ulterius, quàm ad vitæ ſuæ tempora firmiter locare nequeat. *l. Si quis demum. §. Locati.* quam ſolutionem poſt alios plurimum urget Cannetius *in d. c. Volentes. §. Et quia ſtat firma regula n. 25.* Sed hanc juſto judicio ponderanti in proclivi erit perſpicere, eam admodum eſſe fragilem. Nam etſi hoc facilè demus, vaſallum domino, penes quem directum dominium remanſit, & item agnato, cui ex prima inveſtitura jus fuit quæſitum, præjudicare non poſſe, & quod adeò horum reſpectu jus, quod vaſallus in feudo habet, ad inſtar uſusfructus tantum in vita ipſius durare cenſeatur: Inde tamen minimè ſequitur, jus vaſalli etiam filiorum reſpectu, de quibus in propoſito agimus, ita eſſe coarctatum, & ad vitam hominis agglutinatum, ut ea, quæ conſentiente domino geſſit pater, filio præjudicare nequeant, manifeſta præſertim ſubſiſtente ratione diverſitatis inter dominum, ſive agnatum & filium, ut ex iis, quæ paulò poſt dicemus, liquidò conſtabit: quin † potius cum jure feudali diſertè ſtatutum reperiatur, contractum 43 à vaſallo initum non ſolum eo ſuperſtite, ſed & quamdiu filii ejus (qui plerunque hæredes dicuntur) extiterint, vim atq; robur ſuum obtinere, *ut apparet ex c. 1. §. Etſi clientulus. de alien. feud. c. 1. verſ. Si autem diſſentiente. Qualiter olim feudum poter. alienar. c. 1. §. rurſus. Quibus mod. feud. amittat. c. 1. §. Si aliquis. apud quem vel quos.* Ex hoc ipſo manifeſtum eſt, jus vaſalli filiorum reſpectu morte ejus non penitus expirare, ſed in perſona filiorum, quos factum parentis devinctos tenet, etiamnum ſuſtineri, quemadmodum ſupra *quæſtione IV. nu. 68.* fuſius declaravimus. Nihil igitur conſideratio iſta huic argumento noſtro officere poterit: ſed

cum alia ratione non probetur, vaſallum filiis conſentiente domino præjudicare non poſſe, neq; etiam id expreſſè ſancitum reperiatur, vim ſuam etiamnum obtinebit regula ſupra adducta, quæ cuivis de re ſua diſponendi liberam tribuit facultatem, quatenus à lege manifeſtè non prohibeatur. Quinimo non ſolum, ut hactenus diximus, jure feudali nuſquam cautum extat, Filios feudum à patre alienatum revocare poſſe, neq; juris civilis regulæ modò ſuadent, hoc ipſis integrum eſſe non debere, ſed inſuper etiam ex multis juris feudalis capitulis non obſcurè colligitur, hanc revocandi facultatem jure illo ademtam ipſis eſſe.

44 Nam † in hanc ſententiam tertio loco haud leve præbet argumentum, quod jura feudalia, quotieſcunque de facultate revocandi feudum alienatum diſponunt, de ſolis agnatis loquãtur, nulla interim facta mentione filiorum, *ut videre eſt ex c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. §. Porrò. Qualit. olim feud. poter. alien. c. 1. §. E contrariò. de inveſt. de re alien. fact. c. 1. §. Sed etiam res. per quos fiat inveſtitur.* Cum tamen è contrario, quotieſcunq; de jure pertinente ad filios agitur, de iis diſertè etiam diſponatur, *ut in c. 1. de ſucceſſ. feud.*

45 Quinetiam † ubicunque tam de filiis, quam de agnatis eſt agendum, nunquam ſub uno agnatorum nomine utrique comprehenduntur, ſed filii ab agnatis manifeſtè diſtinguuntur, & illorum ab his ſeparata ſemper habetur ratio, *ut conſtat ex c. 1. in princ. & §. His verò deficientibus. de gradibus ſuccedent. in feud. & in c. 1. §. Hoc quoque. de ſucceſſio. feud. & in c. 1. §. ſi vaſallus ſi de feud. defunct. content. & in c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur. & in c. 1. An ille, qui interfecit fratrem domini ſui. & in tit. An agnatus vel filius. & in c. 1. §. filius de capitan. qui cur. ven. Et multis aliis in locis.*

46 Nam † inde ſatis probabili conjectura licet ratiocinari, omnia ea, quæ de agnatorum jure in capitulis feudalibus diſpoſita reperiuntur, ad filios minimè pertinere, quantumvis alioqui agnatorum nomine etiam filii veniant. *l. Filius. de ſuis & legitim. hæred.*

Cum † pro regula traditum ſit, quod, etſi vocabulum aliquod generale alia ſub ſe comprehendat: ſi tamen appareat, diſponentem vocabula illa tanquã diverſa & ſeparata accepiſſe, quod tum res aliter ſeſe habeat, neq; ſub generali ſignificatione vocabuli alia, quorum ſeparatam habuit rationem, comprehendantur, *ut per textum in l. Heredes palam. §. Sed etſi notam, ibi, vel ex viciniis ſcripturis, vel ex conſuetudine patrisfamiliâs. de teſtam. & in l. Qui filiabus, ibi, ſi mentionem in aliqua parte teſtamenti fecit poſthumæ. & in l Si ſervus plurium. §. fin. de leg. 1. & not. per Bart. in l. Centurio. num 27. verſ. Quid enim ſi dicit teſtator. de vulgar. & pupillar. docet Corneus in conſil. 314. incip. Rem arduam. in litera X. vol. 3. & in conſil. 9. incip. Scrupuloſa. in litera F. eod. vol. Idem tenuit auctor conſil. quod eſt apud Barthol. Socin. in conſil. 152. incip. caſus iſte non eſt novus. col. 3. part. 1. quem ſequuntur plurimi DD. in ſubſcriptionibus ibi ſubjectis, & Barthol. Socin. in conſil. 69. incip. Viſò teſtamento. in primo dubio num. 2. verſ. ſecunda ratio. vol. 3. Marian. Socin. in conſil. 128. incip. Præſentis conſultationis materia. num. 71. vol. 1. & in conſil. 168. incip. Præſentis conſultationis. num. 77. vol. 2. Curtius jun. in conſil. 111. incip. Dominus Paulus. num. 7. & Cravetta conſil. 62. incip. Nobilis urbanus. num. 12.* 47

In propoſito autem liquidò conſtat, auctores juris feudalis vocabula agnatorum, & item filiorum tanquam ſeparata uſurpaſſe, & ea manifeſtè diſtinxiſſe. Non igitur in materia feudali agnatorum nomine filii comprehendi poterunt, *ut ſenſit etiam Bald. in d. c. 1. vol. 2. verſ. Item nota. An agnatus vel filius. & invitus pene fateri cogitur Albertus Brunus in conſil. 8. nu. 12.* generaliter, inquiens, filios in materia feudali

non

Digitized by Google

non ſolere agnatorum appellatione contineri. Ex quo deniq; efficitur, capitula feudalia de agnatorum jure revocandi diſponentia minimè, ut pleriq; interpretum opinati fuerunt, de filiis eſſe intelligenda, & cum de filiis nuſquam hoc diſpoſitum reperiatur, illis etiam jus iſtud revocandi jure feudali non eſſe conceſſum. Quo ita ſtante, fundamentum, quo potiſſimum ſuffulta eſt interpretum opinio, exiſtimantiũ, quæ de agnatis diſpoſita ſunt, ad filios pertinere, penitus corruit.

45 Quartò † argumententum hoc magis veriſimile reddit, quod in multis juris feudalis capitulis, in quibus de revocando feudo alienato agitur, licet ſimul etiam filiorum quandoque fiat mentio, non tamen propterea hoc jus revocandi ipſis conceditur, ſed huic juri tum demum locus relinquitur, ſi is, qui alienavit feudum, ſine filiis deceſſerit, *ut in c. 1. §. Si aliquis de capitaneis. Apud quem vel quos controverſ. feud. definiatur*, ubi dicitur: Si quis beneficium ſuum, ſive totum ſive partem alienaverit, & ipſe vel hæres ejus ſine hærede deceſſerit, quia domino feudum aperitur, totum quod fecit, revocari debet. Ecce hîc manifeſta fit mentio hæredis, (quo nomine filios duntaxat comprehendi clarum eſt) & tamen nihil de revocandi jure agitur, quod ipſi competat, ſed potius præſupponitur, filio exiſtente, interim validam manere alienationem, ut obvium eſt ex illis verbis (totum quod fecit, id eſt, pater alienans,) cum alioqui ſi filius revocare poſſet, non ſolum factum patris alienatoris, ſed etiam filii, utrum is revocaverit, nec ne, conſiderandum eſſet. Sic *in c. 1. §. Si verò vel totum. Qualiter olim feudum poter. alienar.* tum demum in irritum revocatur alienatio, ſi ſine hærede maſculo deceſſerit alienator: ergo hærede exiſtente, alienatio interim revocari non poterit. Sic etiam *in c. 1. § Hoc quoque. de ſucceſſio. feud.* dicitur. Si alienans ſine hærede maſculo deceſſerit, feudum ad agnatum nihilominus reverti: de hærede verò maſculo quod ad ipſum, ſi extiterit, hoc caſu feudum revertatur, nihil prorſus diſponitur. Quod prætermiſſum utique non eſſet, ſi filiis revocandi jus competeret, ſed aliqua ſaltem ipſorum in revocando fuiſſet habita conſideratio. Cum autem nulla penitus ipſorum ducatur ratio, ſed demum illis deficientibus juri revocandi via aperiatur: in confeſſo ſanè eſt, eos feudum revocare non poſſe. Nam ſi hoc ipſis liceret, non ſolum eis deficientibus revocationi locus daretur, ſed vel maximè exiſtentibus ipſis eodem jure uti permiſſum eſſet. *arg. l. Unic. §. Sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. l. 1. ibi, utiq; enim ſcit prætor. ſi menſor. falſ mod. dix.*

Quintò † hanc ſententiam plurimum adjuvat ratio, quæ in cauſa eſt, quò agnati feudum alienatum revocare poſſint. Si enim rectius quis ſecum perpenderit, animadvertet hoc inde potiſſimum deſcendere, quoniam agnatus collateralis feudum non ab eo, qui alienavit, obtinet, neque ullam cauſam habet, cur ipſi hac in re quicquam acceptum ferat, ſed potius per inveſtituram ejus, à quo tanquam à communi ſtipite feudum ad alienatorem pervenit, ſuccedere videtur, *ut diſertè probatur in c. 1. §. His verò deficientib. de gradibus ſucceden. in feudo. c. 1. §. ſi capitanei. de feud. March. & in c. 1. de eo, qui ſibi vel hæred. ſuis maſculis.* Non mirum igitur cur ipſi invito jus hoc aliunde quæſitum auferri nequeat. Hæc verò ratio in filio & cæteris deſcendentibus penitus ceſſat. Nam in feudo non tam beneficio primi acquirentis, quàm mediante perſona patris ſui ſuccedit, & ab ipſo patre capere videtur, *ut probatur in d. §. Si capitanei. & not. Bald. & DD. in c. 1 An agnatus vel filius,* ubi Cujacius ejus manifeſtam affert rationem, quoniam, ſi filius cenſeretur feudum non à patre proximè defun- 49

ſto, ſed ab avo obtinere, tum ſanè patruus filii, qui avo proximior eſt gradu, potius ſuccederet in feudo, excluſo filio: Sed cum patruum in ſucceſſione feudi excludat, palàm eſt, illud feudum non ab avo, ſed patre ſuo nanciſci.

Non igitur revocandi jus agnatis conceſſum ad filios pertinere debet, non ſolum quia ceſſat ratio, ob quam agnatis hoc jus eſt indultum. *l. Quod dictum. ff. de pact. l. Adigere. §. quamvis. de jur. patron. l. Cum pater. §. Dulciſſimis. de legat. 2 c. ceſſante. de appellat.* ſed etiam quia alia ſucced t, quæ in perſona filiorum longè aliud ſuadet, nimirum hoſce factum ejus præſtare debere, à quo lucrum capiunt, & cujus beneficio ad feudi ſucceſſionem perveniunt. *l. Ex qua perſona. de reg. jur.*

50 Sextò † adminiculatur hiſce, quod filii plerunque in materia feudali hæredes patris appellantur, *ut in c. 1. §. Hoc quoque. de ſucceſſio. feud. & in c. 1. §. Si aliqui. Apud quem vel quos. & in c. 1. §. Si verò vel totum. Qualiter olim feud poter. alienar. c. 1. §. His verò. de grad. ſuccedent. in feud. & in c. 1. de frat. de nov. benefic. inveſtit. & in c. 1. §. Hiſce conſequenter. Hic finit. lex & in c. 1. An agnat. vel filius. & in tit. de eo. qui ſibi vel hæredib. maſcul. & in c. 1. in princ. & in §. Si capitanei. de feud. Marchi. & multis aliis in locis.* Non enim id fruſtra factum eſſe, ſed hoc ipſo ſignificari videtur, filios ad feudum non niſi ex perſona patris ipſorum pervenire, atque adeò ipſi in feudo hæredes eſſe, & feudum illi acceptum ferre, factumque parentis præſtare debere. Et quamvis me non fugiat, pleroſque interpretum exiſtimare vocabulum (*hæredes*) jure feudorum uſurpatum, non de hærede hæreditatis, ſed de hærede ſanguinis accipiendum eſſe. Hoc tamen etiam conceſſo, non propterea minus inde colligere licet, cum filii ſemper hæredes patris in feudo exiſtimentur, eos feudum magis à patre ipſorum, quàm ab anteceſſoribus conſequi. Ut proinde propoſito noſtro convenire minimè videantur ea, quæ de differentia inter hæredem ſanguinis, & hæredem hæreditatis tradiderunt interpretes.

Septimò † ut non ſolum argumentis, ſed ipſis juris feudalis textibus nitamur, ſententiam noſtram optimè probat text. *in c. 1. An agnatus vel filius, & in c. 1. §. Filius. de capitan. qui cur vendit.* Nam cum ibi manifeſta conſtituatur differentia inter agnatum & filium, & huic injungatur, ut unà cum feudo ſimul hæreditatem paternam adeat, & de feudo etiam debita hæreditaria perſolvat, Quis negare auſit, magnam eſſe inter filios & agnatos diverſitatem, & filios factum parentis in feudo longè magis capeſſere debere, quàm agnatos, neque propterea feudum à patre alienatum revocare poſſe? cum regulariter hæres factum defuncti præſtare teneatur. *l. cum à matre. C. de rei vendic. l. ſi uxor. C. de bon. auctor. jud. poſſ. l. ſi ab eo. C. Negoc. geſt. l. ſolutum. §. ſolutam ff. De pignor. action. l. ſi ab eo. C. de liber. ca. l. Ex qua perſona. De reg. jur.* Si enim filius de feudo tenetur luere debita parentis etiam eo in caſu, in quo de mente patris non ſatis conſtat, filio in feudo præjudicium generare eum voluiſſe, utique multò magis factum patentis præſtare tenebitur, quando ex alienatione facta certum eſt, eum feudum ad alium magis, quàm ad filium tranſmittere in animo habuiſſe, ut admirari quis non immeritò poſſit, interpretes filios uſque eò agnatis exæquaſſe, cum tamen manifeſta adſit juris diſpoſitio, quæ differentiam inter eos faciat, & filios in longe deteriori ponat loco.

Nam quod exiſtimant illi, filium inventarii remedio poſſe tutum eſſe, ne juxta diſpoſitionem *d. tit. An agnatus vel filius.* cogatur adita hæreditate, ratione feudi aliquid exoluere, id mihi

mihi haud ſit veriſimile, ut ſupra *quæſtione 11.* pluribus indicatum fuit. Sic nec etiam ulla probabili ratione conſiſtit id, quod porrò afferunt, textui illi locum non eſſe, quando pater nihil in bonis hæreditariis reliquit, ut eodem in loco latius demonſtravimus. Et quamvis poſſent eſſe aliqui caſus, in quibus diſpoſitioni *d. c. 1. An. agnatus.* locus non eſſet: hi tamen impedimenti nihil exhibent, ut ideo minus ex illo textu generaliter colligere liceat, filios ratione feudi longè magis obſtrictos eſſe parentibus, atque iccirco factum eorum præſtare debere, quam agnatos: quippe cum feudum beneficio patris conſequantur, ac propterea cum ipſi deferre teneantur honorem, ut, licet de voluntate parentis certi quid cognitum non habeatur, utrum gravare illos animatus fuerit, hæreditatem tamen ejus adire, & de feudo æs alienum perſolvere ſint devincti. Pinell. *in d. l. 1. parte tertia. num. 95.* animadvertens, hoc argumentum filiis plurimum obſtare reſpondet, quod textus *in d. tit. An agnatus vel filius.* loquatur tantummodo de ſolutione debitorum paternorum, nihil verò de non revocando alienationem. Imò, *inquit*, cum textus *ibi, & in c. 1. §. Filius. de capit. qui cur. vendid.* gravet filium, ne hæreditatem repudiet, ſi feudum velit, magis inducere videtur, ut alienationem feudi revocare poſſit, tum ex regula, qui in uno gravatur, &c. tum ex proprietate verbi: feudum enim intelligi debet de integro. *juxta §. 1. l. Si defenſor. de interrogat. action.* Sed hæc ſolutio admodum debilis eſt. Nam textus *in d. §. Filius*, generaliter loquitur, filium non poſſe recuſare hæreditatem patris abſq; feudo, & dato, cum duntaxat de æris alieni ſolutione intelligendum eſſe, *juxta tit. An agnat. vel filius.* tamen quemadmodum filius ideo tenetur de feudo ſatisfacere creditoribus, quia hæres eſt, ita ex eadem ratione tenebitur etiam in reliquis præſtare factum parentis, hocque pacto ratam habere alienationem feudi, cum præſertim in hoc caſu magis conſtet de parentis animo, volentis filium in feudo gravatum reddere, quàm in illo. Neq; video, quomodo ex eo, quod filius hæreditatem adire cogatur, colligendum ſit, cum propterea, ut exiſtimat Pinellus, in hoc relevandum eſſe, ut feudum revocare poſſit. Cum hæc ſimul ſtare nequeant, quod filius ſit hæres, & propterea, quia hæres eſt, factum parentis impugnare queat, ſed potius ex hoc ipſo, quod feudum, niſi hæres ſit, obtinere non poſſit, neceſſariò ſequatur, eum ratum habere factum defuncti, atque adeò feudum revocare non poſſe.

52 Nec † obſtant huic argumento ea, quæ de agnatis ſupra *quæſtione IX.* diximus, eos, licet hæredes ſint defuncti, feudum alienatum revocare poſſe, nihil impediente regula. *l. Cum à matre.* Nam agnati feudum ex inveſtitura antecesſoris ſine aliquo facto defuncti, proprio jure conſequuntur, eiſdemq; hinc jus revocandi expreſsè eſt conceſſum. Non mirum igitur, cur in illis potius locum habeant limitationes *l. cum à matre:* quàm ipſa regula, & quod ideo jus ipſorum, ad ea etiam hæreditate, integrum conſervetur. At nuſquam liquet, filiis conceſſum eſſe jus revocandi, quomodo itaq; quæſo hoc illis, adita hæreditate, ex limitationibus *d. l. cum à matre*, ſalvum atque integrum erit? Nam prius, quàm demus, filiis poſt aditam hæreditetem jus ſuum revocandi, juxta exceptiones regulæ *d. l. Cum à matre.* ſalvum etiamnum eſſe, neceſſe eſt, ut ante probetur, illis tale jus competere, quod integrum meritò conſervari debeat. Quo non probato, ſtandum regulæ *d. l. Cum à matre*, quæ docet, hæredem præſtare debere factum defuncti, cum præſertim ex hoc ipſo, quod filius ad feudum aliter pervenire non poſſit, niſi adita hæreditate, palàm ſit, filio tale jus in feudo non indultum

 eſſe,

eſſe, cujus ab hæreditate paterna ſeparata ſit ducenda ratio, & poſt eam aditam ipſi ſalvum eſſe poſſit.

63 Octavò † ſententia iſta confirmatur etiam illis juris feudalis capitulis, quibus docetur, quod, etſi delictum vaſalli agnatis nocere nequeat, filiis tamen ejuſdem obſit. *ut in c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur*, cujus hæc ſunt verba. Licet feudum vaſalli delinquentis ad agnatos quandoq; pertineat, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licitè acquirat ſibi gratiam faciente, *& in c. 1. §. vaſallus ſi de feu. defunct. content*, dicitur. Si vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius neque deſcendentes ad id feudum revocabuntur, ſed agnati, qui quarto gradu ſunt, dummodo ad eos pertineat. Idem probatur *in c. 1. §. fin. Quæ fuer. prim. cauſa benef. amitt. & in c. 1. An ille qui interfec. fratrem domini ſui.* Nam vel ex hoc ipſo manifeſtum eſt, filios in feudo non eodem cum agnatis jure uti, ſed illos factum parentis magis luere ac præſtare debere, neq; ulla probabilis poteſt reddi ratio diverſitatis, quàm ob cauſam vaſallus, quovis modo amittendo feudum, poſſit præjudicare filiis, alienando verò hoc ipſi integrum eſſe non debeat, quemadmodum infra *quæſtione 16.* pluribus firmabimus.

64 Nono † ſuffragatur hiſce, quod ex parte domini jure feudorum expreſsè cautum eſt, hæredes ejus teneri rata habere ea, quæ inveſtiendo geſſit, *ut probatur in c. 1. Qui ſucceſſor. teneant. & in c. 1. §. Idem ſciendum. de notis feudorum.* Ubi dicitur, hæredes neceſſe habent tenere firmam inveſtituram, quam pater fecit. Si enim filius domini inveſtientis tenetur præſtare factum ejus, ſanè non video, cur non in perſona vaſalli idem juris eſſe debeat: Cum utrobique eadem ſubſit ratio. Quo enim jure, defuncto vaſallo, feudum ad filium ejus pertinet, eodem etiam filius domino ſuccedit. Nec quicquam facit, quod Pinellus *in d. l. 1. parte tertia, num. 95.* reſpondet, hæredem per illa jura non aſtringi ad conſervandam alienationem, ſed ad firmam tenendam primam conceſſionem, quæ tunc firma tenetur, quando bona feudalia non alienantur, omniaq; juxta tenorem inveſtituræ continuantur. Nam dominus etiam inveſtiendo aliquem de eo, quod ad ipſum pertinebat, alienat, alteriq; concedit, *ut probatur. § fin. Quid ſit inveſtit.* ubi inveſtituram facere & alienare æquiparantur, neq; tamen minus hæres eam inveſtituram ratam habere tenetur, *ut habetur in d. §. Item ſciendum.* Nihil igitur inter alienationem & inveſtituram, quam ratam habere tenetur hæres, intererit. Minus etiam obſtat, quod quidam exiſtimarunt, capitula iſta de feudo hæreditario interpretanda eſſe: nam hoc veritati minimè conſentaneum, ſed illa potius de feudo ex pacto eſſe intelligenda, pluribus oſtendemus infra *quæſtione XXVI.* ubi de materia tit. Qui ſucceſſor. teneant. peculiariter nobis agendum erit.

Decimo ſententia † noſtra plurimum ſtabilitur *per c. Titius. ſi de feud. defunct. content. ſuer. inter dom. & agnat.* juxta intellectum ſupra à nobis firmatum. tum quia ibi extantibus filiis, ſolis agnatis jus revocandi conceditur, nulla habita filiorum conſideratione, quod ſanè non leve præbet argumentum, filios feudum revocare non poſſe, ut ex hac ratione in caſu illius *c. ſenſit Jacob. de Belvis. & Bald.* tum vel maximè, quia ſi filiis jus revocandi competeret, agnati feudum refuſo precio revocare non poſſent. probavimus enim ſupra *XII. quæſtione* jus revocandi ex jure προτιμήσεως non niſi proximiori agnato conceſſum eſſe, uſq; eo, ut, etiamſi is jure illo uti nollet, non tamen propterea ad ſequentes in gradu tranſeat. Si igitur filii feudum revocare poſſent, utiq; tanquam proximiores obſtaculo eſſent agnatis, quò minus illis jus revocandi competeret, quamvis ipſi 65

juri

jure illo uti nollent, atque adeò vaſalli in caſu, quo filii extarent, feudum, vivente Titio, revocare non poſſent: Sed cum nihilominus textus ille diſponat, agnatum, extantibus filiis: revocare alienatum feudum poſſe, utique palàm eſt inde, filios à jure revocandi penitus excluſos eſſe: cum alioqui, ſi hoc ipſis competeret, agnati illis in medio exiſtentibus, ad revocationem non admitterentur. Cur enim quæſo agnati, refuſo precio, revocarent feudum, ſi integrum eſſet filiis, defuncto parente, feudum ſine precio recuperare, & agnatis, qui carò emerunt, id iterum auferre? Nam omnem laborem in revocando fruſtra ponerent, omnemque pecuniam profunderent. Quod quia veriſimile non eſt, eos commiſſuros. *l. cum de indebito. in princ. de probat.* ideo minimè credendum eo in caſu, in quo extantibus filiis, jura feudalia de agnatorum revocatione ſolicitè agunt, filiis jus revocandi competere, ſed potius ex hoc ipſo ſtatuendum eſt, eos feudum alienatum revocare non poſſe.

Undecimò pertinent huc etiam illa, quæ ſupra *quæſtione IV.* in ſententiam affirmativam, præſertim verò in tertio fundamento adduximus.

16 Oſtendimus † enim, eo in loco hanc eſſe mentem tam acquirentis quàm concedentis feudum, ut tum demum ad filios tranſire voluerint, ſi in eadem voluntate perſeverantes iſtud non alienaverint, atque inde hanc ipſam conditionem contractui inter dominum & vaſallum inito tacitè ineſſe, *ut docuit Andreas de Iſernia in cap. 1. §. Etſi libellum. col. 3. in fin. de alienat. feud. patern. & Camerar. in cap. 1. in princ. in ſecunda oppoſit. num. 32. An agnat. vel filius.*

Eadem igitur lege atque conditione ad deſcendentes ſuos feudum tranſmiſiſſe cenſebitur acquirens, ut tum demum ad filios eorum devolvatur, ſi ipſimet non alienaverint.

17 Nam † regulariter conditio, quam ex conventione ab initio accepit contractus, ad hæredes etiam tranſmitti ſolet. *l. 2. §. Ex his. de verbor. obligat. l. Prætoria. §. Incertam. de prætor. ſtipulat. l. Cui fundus. de condit. & demonſtrat.* & à primordio tituli poſterior formatur eventus. *l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript.* Ideoque omnia ad originem referenda, & ſecundum initium dijudicanda ſunt. *l. In ratione. §. ſi filio. verſ. ut cum opes. ad l. Falcid. l. Prætor. §. prædium. de leg. 2. l. Si quis domum §. Huic ſubjungi. locat. l. neceſſariò. §. fin. de pericul. & commod. rei vendit.*

Ex † quo ſimul etiam tollitur conſideratio Camerarii *in d. c. 1. oppoſ. ſecunda. num. 32.* dum ait, quod feudum hanc conditionem & qualitatem habeat reſpectu primi acquirentis, non autem in reliquis deſcendentibus. Nullam enim probabilem cauſam afferre poterit, cur res aliter ſeſe habeat in deſcendentibus. quin potius rationes à nobis adductæ exigunt, ut quam contractus ab initio cepit conditionem, eadem etiam pari modo ad hæredes tranſeat, ita tamen, ut ſecundum illam propriis tantum filiis, non autem agnatis præjudicare quis poſſit. 18

Duodecimò huic ſententiæ noſtræ ſubvenit etiam textus *in §. ſi alter ex fratribus: in capitulis extraordinar.* quem Cujacius inter cætera jura feudalia retulit, *ſub tit. 83. lib. 4.* ſi alter ex fratribus, (inquit textus) qui paternum habeat beneficium, ſuam portionem dederit domino vel alicui extraneo, dominus vel extraneus tam diu teneat ſine præjudicio, quàm diu ille, qui dedit, hæredem maſculum habuerit, ſi verò ſine hærede deceſſerit, alter frater ſi vixerit, vel ejus hæres ſine ullo obſtaculo & temporis præſcriptione beneficium, quod hæreditarium eſt, vindicet à quocunque poſſidente. Ecce his verbis diſertè aſſeritur, eum, in quem feudum alienatum eſt, iſtud tam diu tenere, quàm diu is, qui alienavit hæredem maſculum id eſt filium habeat.

Digitized by Google

In aperto igitur eſt, filium feudum alienatum revocare non poſſe, cum alioqui non tam diu, quam diu alienator hæredem habeat, teneret, ſed quam diu hæres non revocaret.

59 Et † quamvis non ignorem pleroſque exiſtimare capitula iſta extraordinaria exiguam in decidendis controverſiis feudalibus obtinere auctoritatem, tamen, ut hoc in illis caſibus admittimus, in quibus diverſa traduntur ab iis, quæ libris feudorum ſunt inſerta, ita non video, cur non in aliis, in quibus cum capitulis juris feudalis conveniunt, eorum teſtimonio uti, iiſdemq; ea, quæ non ſatis clara ſunt, manifeſtius declarare liceat, ut in propoſita facti ſpecie, ubi hoc idem, quod *in d §. ſi alter ex fratribus*: diſertè explicatur, ex multis etiam aliis juris feudalis capitulis haud obſcurè colligitur, cum præſertim animadvertam, multa in illis extraord. cap. planius explicata haberi, quàm in jure noſtro feudali, ut ex iis, quæ in ſequentibus quæſtionibus dicturi ſumus, paſſim obviam erit. longè igitur rectius de his judicavit Cujatius *lib. 4. tit. 73.* inquiens, Ab hoc titulo incipiunt fragmenta ſive extraordinaria capitula, quæ nobis Ardizo, & Alvarottus conſervarunt, hactenus neglecta ab omnibus, ſed non minoris fructus, quàm libri ſuperiores. Auctoritas verò cur non & tanta his, quanta ſuperioribus libris, aut cur illis major? Et rurſus: quando iſta juris parte nulla veterum prudentum ſcriptis indigentior eſt, quæ (malum) hæc ſtultitia, ut has inſuper reliquias nacti à ſuperiorum librorum principiis minimè diſcrepantes improbemus.

60 Denique † ſi filii feuda à parentibus alienata revocare poſſent, bona feudalia omni commercio eximerentur, neque quicquam certi de illis poſſet conſtitui.

Nam etſi omnes agnati, qui tempore alienationis ſuperſtites ſunt, con ſentirent: filiorum tamen conſenſus impetrari non poſſet, cum illi vel nondum in vivis, vel in minori ætate conſtituti eſſent, atque pr[...] ea nunquam ita de feudo poſſet c[...] hi, quin contractus iſte progreſſu [...] poris in irritum revocaretur, *ut* [...] *dunt Andr. de Iſern & cæteri interp*[...] admonitionis occaſionem inde c[...] tes, ut omnes emtores ſibi cave[...] emtione feudi paterni. Quàm au[...] hoc ſit abſonum, nemo eſt, qui n[...] deat. Non itaq; facilè id exiſtima[...] eſt, niſi doceatur, expreſsè jure n[...] cautum eſſe. Eſt enim argument[...] abſurdo vitando deſumtum val[...] mum. *l. Nam abſurdum: juncta l.* [...] *dente. ff. de bon. libert. l. obſervare.* [...] *de offic. proconſul. & legat. l. fin. C. pe*[...] *perſon. noc. acquiratur.* Quòd in p[...] ſito vel ideo magis locum habet, [...] jure feudali tot extent capitula, i[...] bus de feudorum alienatione di[...] tur, atque perſpicue ſtatuitur, f[...] rum alienationem validam & ſta[...] eſſe, modò domini & agnatorum [...] dat conſenſus, *ut in tit. de alienat.* [...] *& in tit. de alienat. feud. patern. &* [...] *de alienat. feud. prohib. per Lothar.* [...] *tit. qualiter olim feud. poterat. aliena*[...] *multis aliis in locis.* Si enim feudo[...] ea eſſet conditio, ut propter revo[...] nis periculum, quod ſemper inſta[...] tori, omni commercio exempt[...] rent, utique nemo feuda facilè em[...] neque de eorundem alienatione [...] multa verba fuiſſent facta, neq; e[...] veriſimile eſſet, auctorem juris feu[...] hoc prætermiſſurum fuiſſe, quin ad[...] nuiſſet emtorem de revocationis [...] culo, quod ſibi immineret, nec ull[...] tare modo poſſet, ſiquidem liberi[...] revocandi competeret.

Ut † interim omittam, opi[...] nem illam, quæ filiis jus revocandi [...] cedit, nec pietatis quidem rationi [...] convenire. Honor enim ille, que[...] parentibus liberi exhibeant, divi[...] ſanctione ſeverè adiguntur, à filiis [...] exigit, ne ea, quæ pater ipſorum ge[...] & contraxit, cum dedecore ipſius [...]

irritum revocent, ſed potius ut ea, quæ ipſi placuerunt, pro debita reverentia rata habeant, & ſuo etiam conſenſu approbent. Nollem itaq; liberis auctor eſſe, ut contractum parentis impugnare auderent, & hoc ipſo grave impietatis flagitium ſubeuntes, pœnam legibus divinis conſtitutam capiti ſuo attraherent, ſed conſulerem magis, ut eum jus revocandi ipſis expreſsè conceſſum non ſit, factum parentis ratum haberent, debitumq; ipſi præſtarent obſequium. Hac enim ratione non tam parentis voluntatem executi, quàm divino præcepto tutiſſimæ vivendi regulæ obſecundantes ampliſſima, quæ illi annexa ſunt, præmia conſequerentur, cum, ſi contra auſi fuerint, grariſſima eos pœna maneat, & veluti ante fores præſtoletur.

Hæc ſunt, quæ me de veritate hujus quæſtionis anxiè cogitantem, in eam planè deducunt ſententiam, ut exiſtimem, filios feudum paternum ex pacto & providentia à patre ipſorum alienatum revocare non poſſe, cum præſertim animadvertam, ea, quibus opinio contraria fulcitur, tam firma non eſſe, ut quis tutò illis inniti poſſit.

61 Nam † quod attinet ad textum *in c. 1. de ſucceſſio: feud.* licet facile concedamus, capitulum hoc non ſolum in ultima voluntate, ſed & in diſpoſitione inter vivos locum habere: ſupra tamen *quæſtione 4.* abundè demonſtravimus, iſtud eſſe duntaxat intelligendum eo de caſu, quo domino non conſentiente, pater de feudo inter liberos diſponit. nam cum filiis non ſolum à patre acquirente, ſed etiam à domino concedente jus quæratur: non mirum ſanè, cur ſola patris voluntate hoc ipſis auferri nequeat. In propoſito verò de eo diſceptatur, utrum pater conſentiente domino poſſit præjudicare filiis. Non igitur textus *in d. c. 1. de ſucceſſ. feud.* huc rectè accommodari poterit, propter ea, quæ *in d. quæſt. 4.* copioſè diximus, ubi etiam ſimul ratio indicata fuit, propter quam pater, conſentiente domino poſſit filiis jus ipſorum auferre, non autem abſq; voluntate domini.

Ad † alterum argumentum facilè reſponderi poteſt ex iis, quæ paulò 63
ante circa tertium fundamentum ſententiæ noſtræ in conſiderationem deducta fuerunt. Probavimus enim illic, in materia feudali ſemper agnatorum ſeparatam geri rationem à filiis, neque adeò agnatorum appellatione filios comprehendi poſſe: id quod & locum habet, etiamſi de proximis agnatis dictum fuerit, *ut videre licet c. 1. An ille: qui interf. fratrem domini ſui: juncto c. 1. ſi vaſallus feudo privetur, cui deferatur, & multis aliis ex locis ſupra adductis.* Non igitur ea, quæ de agnatis diſponuntur, ad filios pertinere poterunt, ſed potius, cum jura feudalia, quotieſcunq; de jure revocandi verba faciunt, de ſolis agnatis loquantur, nulla filiorum habita conſideratione, quantumvis horum mentio etiam quandoq; fiat, vel ex hoc ipſo manifeſtum eſt, jus iſtud revocandi ſolis agnatis, non autem filiis conceſſum eſſe. Ut proinde argumentum hoc non tam primam opinionem confirmet, quàm eidem plurimum adverſetur: contra verò noſtram ſententiam optimè comprobet, ut ſupra viſum fuit.

Tertium † argumentum deſumtum ex communi intellectu *d. c. Titius,* 64
admodum fragile eſt, ſatis enim ſupra *quæſtione 5. ubi de intellectu hujus capituli peculiariter egimus,* à nobis oſtenſum fuit, intellectum communem verbis illius capituli manifeſtè contrarium eſſe, neq; ſalva rectè loquendi ratione locum ſuum tueri poſſe. contra verò alteram interpretationem, ſecundum quam textus ille tantummodo de agnatis revocantibus intelligitur, tàm verbis, quàm rationi magis eſſe cõſentaneam. Cumq; hæc filios à revocandi jure penitus excludat, in aperto eſt,

eſt, capitulum iſtud magis opitulari noſtræ, quàm priori opinioni, ut in decimo fundamento pluribus vidimus.

65 Minus † etiam me movent ea, quæ *ex d. §. Sed etiam res*: quartò adducta fuerunt. Primum enim nego, textum illum de duobus fratribus accipiendum eſſe. Nam etſi de feudo, quod à communi parente ad ipſos pervenit, loquatur, tamen manifeſtum eſt, in jure feudali eo nomine non ſolum illa feuda, quæ fratres poſſident, ſed omnia feuda paterna, quæ etiam ab agnatis ulterioris gradus obtinentur, venire, *ut apparet ex c. 1. §. His verò deficientibus: de grad. ſuccedend. & c. 1. §. Hoc quoq. de ſucceſſ. feud. & multis aliis in locis.* Non igitur ex eo, quod de communi parente dicitur, rectè colligi poteſt, textum de fratribus tantum intelligendum eſſe: cum præſertim parentis nomē generalius ſit, & omnes aſcendentes comprehendat. *l. Quiq. §. Parentes de in jus voc. l. 1. in princ. & l. Juriſconſultus. §. Parentes: de grad. affinit. l. appellatione parentis. de verbor. obligat.* Quinpotius cum non de fratribus, ſed de agnatis generaliter loquatur, veriſimilius eſt, textum illum generaliter de quovis alio agnato interpretandum eſſe, maximè ſecundum intellectum, quem ſupra *quæſtione 4.* firmavimus. Oſtendimus enim ibi, in caſu illius §. non ſatis conſtitiſſe, utrum is, ad quem dirigitur oratio, an verò alius proximior eſſet: ideoq; reſponſum alternativè fuiſſe conceptum, ut vel illi, ſiquidem proximior foret, jus redimendi competeret, vel ſi alius, qui illo proximior extaret, huic tribueretur. Neceſſe igitur eſt, illorum verborum intellectum ad alium agnatum, quàm ad fratrem referri: cum, ſi de fratre ſenſiſſet, nullum fuiſſet dubium, eum proximiorem agnatum eſſe, neq; opus fuiſſet alternativè reſponderi. Quo ſtante, efficitur inde neque verba illa (*alii proximiori*) de filio eſſe intelligenda, ſed magis de alio agnato, qui agnatione alienantem propius contingeret, & quod conſequens eſt, verba illius c tuli pro opinione contraria parum cere. Sit ſanè, etiam §. illum de fr bus intelligendum eſſe, non tamen pterea concedendum, ſequentia ve (*alii proximiori*) de eo, qui ante ip proximior eſſet, atq; hinc de filio pienda eſſe, ſed eorum ſententia æ vel magis commodè ad eum appl poſſet, qui poſt illum, ad quem di tur oratio, eo nimirum in medio n exiſtente, proximiorem gradum o net, ut proinde textus ille ad p poſitum noſtrum accommodari queat.

Rationes, † quas quinto loco p deravimus, parum roboris habe Nam illæ quidem in agnatis rectè cum ſibi vendicant, ut puta qui feud non à proximè defuncto acquiru ſed ex inveſtitura ejus, quem cum functo communem parentem hab runt. *c. 1. §. Si capitanei: de feud. Ma not. DD. in c. 1. an agnat. vel filius.* cu jus ipſorum mox è medio ſublato ſallo, qui gradu ipſis proximior e incipiat, hinc meritò ſanè exiſtimat eſt, vaſallum jus ad vitam tantumm ſuam habere, eundemque, ut p mortem proximum à ſe agnationis g dum obtinenti reſtituat gravatum v ri, neque propterea agnatis in prop ipſorum jure quicquam præjudica poſſe. Atqui in filiis res longè alite ſe habet.

Quamvis enim feudum ab an ceſſoribus eorum quæſitum fuerit, men quemadmodum vitam poſt D UM à parentibus acceperunt, ita eti feudum non tam ex inveſtitura, ma rum quàm à patre conſequi cenſen atque huic ut iſtud acceptum ferar neceſſe habent: quippe cum non lum ad feuda, mediante perſona tris perveniant, ſed & abſque ho fuiſſet, ne in rerum quidem natura fuiſſent producti. Ideo filii ſemper redes patris in feudo appellantur *d. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. & in c.*

in

item ſi fuerint. quibus modis feud. amitt. c. 1. §. his vero de grad. ſucc. in feud. & feudum aliter obtinere non poſſunt, niſi ſimul hæredes exiſtant in bonis allodialibus. *d. tit. an agnat. vel filius. ubi hoc DD. pro ratione aſſignant.* Et generaliter, quicquid pater contrahendo in feudo geſſit, non ſolum in vita ejus vim atque robur obtinet, ſed & quamdiu filii ejus ſunt ſuperſtites, *ut probatur in d. c. 1. §. & ſi clientulus. de alien. feud. c. 1. §. fin. apud quem vel quos. c. 1. §. ſi verò vel totum: qualiter olim feud. pot. alien. c. 1. qui ſucc. tenea. c. 1. §. rurſus quib. mod. feud. amitt. c. ſi alter ex fratribus in ext. capitul.* quin etiam delictum patris filiorum jus reſpicit uſq; eò, ut non ſolum obſit filiis, ne ad feudum aſpirare poſſint. *c. 1. ſi vaſall. feud. prive. ad quem deſc. c. 1. an ille qui interf. frat. dom. c. 1. §. ſi vaſallus. ſi de feud. defunct. cont.* ſed & ad quem jus patris propter delictum transfertur, ad eum etiam jus filiorum devolvatur, & tam diu apud eundem permaneat, quàm diu filii ſunt ſuperſtites. *c. cum feudum hareditarium. & in c. fin. in capit. extraord. quod infra quaſt. 15. pluribus firmabimus.*

67 Minimè † itaq; verum eſt, jus patris filiorum etiam reſpectu ad vitam tantummodo durare, ſed potius ſtatuendum, jus filiorum ita à patris jure dependere, illiq; ſemper connexum eſſe, ut ad quemcunq; ſive ex contractu ſive ex delicto tranſit jus patris, ad eundem etiam jus filiorum devolvatur, & tam diu jus patris ex jure filiorum ſuſtineatur, quàm diu horum jus durat, quemadmodum ex jam commemoratis manifeſtè liquet. Ex quibus ſimul evidens eſt, filios feudum nequaquam à majoribus, neque etiam ex aliquo reſtitutionis onere patri injuncto, ſed potius patris beneficio aſſequi: cum non ſolum, niſi pater extitiſſet, filius ne vitam quidem habere, nedum ad feudum aſpirare potuiſſet, ſed & filius patris hæres ſit, & jus ejus à jure patris penitus dependeat, ita ut integrum ſit patri contrahendo vel delinquendo, quin etiam ſola negligentia non petitæ inveſtituræ ad alium iſtud transferre, ut ſatis jam probatum fuit. Non igitur rationes illæ, quæ cauſam præbent ut agnati feudum alienatum revocare poſſint, ad filios ſpectare poterunt, ſed potius ea, quæ inter utroſque manifeſta ſubeſt diverſitatis ratio, exigit, ut in filiis diverſum conſtituatur: ceſſante enim ratione ipſa diſpoſitio ut ceſſet neceſſe eſt. *l. quod dictum. de pact. l. adigere. § quamvis. de jure patron. l. cum pater. §. dulciſſimis. de legat. 2. c. cum ceſſante de appell.* & ubi diverſa eſt ratio æquum eſt, ut etiam diverſum jus conſtituatur. *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbor. oblig. l. fin. de ritu nuptia.*

Pari † modo tolluntur etiam reliquæ rationes, quas ſextò hiſce ſubjecimus. 68 Illæ enim omnes ex interpretum commentis potius, quàm ex juris feudalis placitis ſunt deſumtæ, & maxima ex parte inde fuerunt profectæ, quod pleriq; ad jus feudale non ſatis advertentes exiſtimarunt, filiis in feudis jus quoddam peculiare ex primo contractu acquirentis, & concedentis, abſque facto parentis eſſe quæſitum, quod ipſis invitis à patre auferri non poſſit. Ex hoc enim fonte iſta & alia id genus infinita defluxerunt: Sed cum ſatis jam à nobis declaratum ſit, quàm longè interpretes vana ſua ſomnia, magis quàm jus feudale ſecuti tum in hoc, tum in aliis ad hujus materiæ explicationem pertinentibus à veritatis ſcopo aberraverint, nosque in eo toti ſimus, ut, remotis opinionum præjudiciis, ex ipſis juris feudalis fontibus veritatem eruamus: ſanè hæc & alia interpretum commenta non prius curanda nobis eſſe arbitramur, quàm ſi illa rationibus & fundamentis ex ipſo jure feudali deſumtis comprobaverint, id quod ſanè fieri ab illis nullo modo poſſe credimus. Nam quæ ex jure civili afferunt, quaſi filius

cadem

Digitized by Google

eadem perſona cum patre cenſeatur, & quaſi dominus feudi, vivo parente, reputetur, ea certè ejuſmodi eſſe non poſſunt, ut propterea filiis revocandi jus ſine expreſſa juris feudalis diſpoſitione concedendum ſit: Siquidem certò certius eſt, jure civili, unde hæc ſunt mutuata, rationes haſce ejus efficaciæ non eſſe, ut hac de cauſa filius bona à parente alienata recuperare poſſit, quantumvis is vivo etiamnum patre dominus eorum eſſe putetur. Poſſent quidem ea, quæ de poſſeſſionis continuatione dicuntur, & alia id genus aliquo modo procedere, quando feudum in priſtino ſtatu permanſit, & juſto ſucceſſionis ordine ad filium tranſivit, ut videlicet filius tum non ſolum à patre, ſed à primo etiam acquirente id conſequi, atque ideò jam ante quæſitum capere perhibeatur: quippe cum hoc caſu voluntas patris proximè defuncti ſit conformis voluntati primi acquirentis, illique optimè reſpondeat. Sed quod pater propterea duris adeò legibus ſit devinctus, ut feudum, conſentiente domino alienare non poſſit, ſed filio relinquere omnino neceſſe habeat, id neque ex hoc ſequitur, neque ulla juris feudalis diſpoſitione, neque etiam ratione illi ſatis conveniente probatur. Non igitur id admittendum, neque inde aliquid ſolidi extrui poterit. Erubeſcimus enim ſine lege loqui. §. *conſideremus: in Auth. de trient. & ſemiſſ. l. illum in fin. C. de collat.*

Quod in propoſito vel ideò magis locum habet, quia à nobis jam firmatum eſt, hoc multis juris feudalis capitulis reluctari, quæ filiis jus revocandi denegant magis, quàm ut concedant.

69 Reſpoſum † verò JCti Alpheni, quod ſeptimò adductum fuit, de iis tantum rebus loquitur, quæ ad filios non à patre proveniunt, ſed eiſdem aliunde tribuuntur. Probavimus autem ſupra filios feudum non tam à familia, quàm à patre ipſe capere. Non igitur reſponſum iſtud, ad ꝓpoſitū noſtrum pertinere poterit. Præterea JCt. *in d. l. eum qui:* de iis reb. potiſſimum loquitur, quæ ob delictum parentis filiis ſint auferendæ, & exiſtimat, ea quæ non à patre, ſed à genere vel aliunde filiis tributa ſunt, eis incolumia manere debere. Sed jure feudorum expreſſè cautum eſt, filium ob delictum parentis feudum amittere. *c. 1. Si vaſallus feud. privet: cui deferat.* Sequitur igitur omnino, vel filios feuda magis à parente, quàm à genere obtinere: vel regulam illius reſponſi jure feudorum eſſe correctam: quod ultimum cum facilè non ſit admittendum, ſed jurium correctio, quoad ejus fieri poſſit, evitanda: *l. præcipimus. C de appellat. l un. C. de inoffic. dot. c. cum dilectus: cum gl. ſuper verb. Juri communi: de conſuetud. c. cum expediat: de elect. in ſexto:* ideo vel ex hoc ipſo credibile potius eſt, filios feuda nullo proprio jure, ſed potius à parente obtinere, & quod conſequens eſt, regulam illius textus, quæ de bonis aliunde quæſitis loquitur, huic propoſito minimè adaptari poſſe.

Ex † quo ſimul ceſſant ea, quæ de 70
filiis repetentibus bona alienata à parente ex jure civili octavo loco protulimus, procedunt enim illa tantummodo in iis bonis, quæ ad filios jure proprio pertinent: cum interim hi feudum à parente capere cenſeantur, atq; illi omnem feudi ſucceſſionem acceptam referre cogantur, ut multis argumentis à nobis jam fuit aſſertum.

Eadem † ratione etiam tollitur re- 71
gula, de legis beneficio liberis non auferendo, qua decimum argumentū nititur: cum filii patri ſuccedentes in feudo iſtud non tam ex legis beneficio acquirere, quàm à parente, cujus hæredes etiam eſſe adiguntur, capere credātur, ut ſæpius jam dictum & probatum fuit. Neq; verò ſucceſſio, quæ filiis in feudis jure feudali eſt conceſſa, ejus efficaciæ eſſe poteſt, ut quippiā impedimēti afferat, quò minus patri integrum ſit feudū in præ-

Digitized by Google

in præjudicium liberorum alienare. Videmus enim jure civili ſæpius novum ſuccedendi jus certis perſonis eſſe indultum, neque tamen propterea has perſonas impedire poſſe, quò minus is, cui ſuccedunt, alienandi facultatem habeat, neque idcirco aliquod revocandi jus illis inde competere, quemadmodum ſupra *quæſtione IIII.* abunde probatum fuit, quæ huc repetere brevitatis ſtudio prætermittimus.

72 Textus † autem *c. Conſtitutus de reſtit. in integrum* quem nonò in argumentum adduximus, peculiari loci conſuetudine nititur, filiis jus redimendi concedente. Cum autem juris ſit indubitati, conſuetudinem extra terminos, in quibus uſu eſt recepta, minimè eſſe extendendam. *c. quod ad translationem*: *& ibi Abb. in 2. notab. de offic. deleg. Bartol. in l. Poſt dotem. col. penultim. ſolut. matrimon. Bald. in l. fin. verſ. Verum aliud quæritur*: *commun. utriuſque judic.* Et in ſpecie de conſuetudine introducente jus ἀντιμήσεως idem docuit Angel. *in l. dudum. C. de contrahend. emtion. & complures alii relati à Tiraquell. de retract. in præfatione. numer. 60.* utique ex textu illo nullum validum excerpi poterit argumentum, præſertim cum ex multis juris feudalis capitulis manifeſtum ſit, ſecundum conſuetudinem feudorum rem longè aliter ſeſe habere.

73 Quæ † undecimò de mente atque voluntate primi acquirentis dicta ſunt, ea ex meris conjecturis, nullis juris feudalis rationibus ſubnixis, proficiſcuntur, ideoque ejus momenti eſſe nequeunt, ut ſolidis fundamentis ex ipſis juris feudalis textibus extructis derogare queant, ſed qua facilitate aſſeruntur, eadem etiam negari poſſunt. Nam etſi is, qui primò acquiſivit feudum, cenſeatur toti familiæ acquirere voluiſſe: tamen cum nuſquam jure feudali ſancitum ſit, filiis propterea jus revocandi eſſe conceſſum, utique ex tacita acquirentis voluntate minimè hoc ipſis competere poterit. Neque enim acquirens hac tacita & præſumta voluntate juri communi, quod filios ad feudum ex perſona patris ipſorum vocat, derogare, atque efficere potuit, ut filii feudum ita acquirant, ne patri ipſorum, cui in feudo immediatè ſuccedunt, iſtud acceptum ferant, contra juris feudalis regulas. *l. Nemo poteſt*: *de leg. I.* Quinimo cum ſecundum jus feudale, & naturam, quam inde aſſumunt feuda, filii in feudo etiam majoribus acquiſito patri ità ſuccedant, ut fedum à patre capere, eidemque hoc acceptum referre, & hæredes exiſtere, atque ea de cauſa factum ejus præſtare teneantur, magis veriſimile eſt, acquirentem feudum ſeſe cum natura illa feudi, & jura feudali conformare, quàm peculiari intentione illi derogare voluiſſe. Nam regulariter gerens actum cenſetur voluiſſe naturam ejus imitari. *l. ſi unò, in princ. Locati. l. ſi ſtipulatus. de uſuris. l. ſi Legati ſervi nomin. de lege. I. l. damni infecti. in princ. de damn. infect.* & vel maximè intelligitur ſeſe conformaſſe cum legibus de illo actu diſponentibus. *l. Hæredes. in §. cum ita. & ibi DD. Ad Trebell. Alexan. poſt alios in l. Gallus. §. primo. de liber. & poſthum.*

Idque præterea ex eo etiam apparet, quoniam is, qui primò acquiſivit, quantumvis ad familiam ſuam reſpectum habuiſſe cenſeatur, non tamen propterea credibile eſt, tam duras leges ſibi dixiſſe, ut integrum ipſi non ſit, feudum, conſentiente domino, in detrimentum filiorum alienare, prout ſupra *quæſtione IIII.* pluribus obfirmavimus. Quemadmodum igitur hoc ſibi jus reſervatum eſſe voluit, ita exiſtimandum eſt, eum feudum eodem jure ad filios ſuos tranſmittere voluiſſe, ut & hi ſuis filiis præjudicare poſſent, modò agnatis jus ipſorum ſalvum ſit. Cenſetur enim quis plerunque eo jure ad filios ſuos aliquid tranſmittere, quo

penes ipſum fuit. *l. ſi pactum. de probat. c.1. de duob. fratrib. à capit. inveſtit. l. cum patronus. §.1. de oper. liber.* Et regulariter à primordio tituli poſterior formatur eventus. *l. Un. C. de imp. lucrat. deſcript. lib.10.*

74 Quod † attinet ad textum apocryphum relatum à Baldo, ad eum, ſi modò aliquod inde depromere licet argumentum, reſponderi poteſt, verba illa (Excipimus patrem, qui feudum acquiſivit) non eſſe intelligenda de feudo à patre de novo acquiſito, ſed de feudo antiquo, hoc ſenſu, ut tum demum pater filio præjudicare poſſit, in feudo antiquo, quando feudum jam quæſierit à ſuo patre: nam tum verè ex perſona ejus & ipſius beneficio ad feudum pervenit filius, ſecus verò quando pater feudum nondum ſucceſſione. quæſivit, ſed iſtud etiamnum apud avum reſidet. Cum enim hoc caſu nepos non ex perſona ſui patris, ſed beneficio avi conſequatur feudum, non mirum, patrem filio ſuo ſuccedenti avo, præjudicare non poſſe.

Deinde dato, textum illum de feudo novo accipiendum eſſe, tamen in feudo paterno rem aliter ſeſe habere, ratione alia colligi non poteſt, quàm vel argumento à contrario ſenſu, ut puta pater in feudo à ſe quæſito duntaxat, filio præjudicare poteſt: ergo idem in feudo paterno ſibi permiſſum non eſt: vel à natura exceptionis quæ eſt, ut, ſi unus caſus excipitur à regula, in cæteris regula confirmetur. *l. Nam quod liquidè. §. pen. de pen. legat. l. Quæſitum. §. denique: de fund. inſtruct. & inſtrument. leg.* Excluſio enim unius regulariter eſt incluſio alterius, ut noſtri loquuntur. *l. Cum prætor de judic.* ſed cum multis non ſolùm rationibus, ſed & juris feudalis reſponſis firmatum jam à nobis ſit, filios etiam in feudo paterno factum parentis præſtare debere, utique argumento, à contrario ſenſu in propoſito locus eſſe non poterit.

Nunquam † enim tantum valet, ut contra ea, quæ alioqui diſpoſita reperiuntur, inde aliquid extruere liceat, *ut not. gloſſ. & DD. in l. 2. C. de condit. inſert. & in l. conventiculam. C. de Epiſcop. & Cleric. Everhard. in loco à contrario ſenſu. num. 8.* 75

Eadem † etiam de cauſa argumentum innitens natura exceptionis non obtinet, quoties aliæ adſunt rationes, quibus oſtendi poteſt, præter caſum expreſsè exceptum reliqua non comprehendi. *l. Generali. §. uxori. de uſufruct. legat. Florian. in l. Paulus. §. hæres rogatus. de uſuris. Felin. in c. Quoniam frequenter. col. 2. ut lite non conteſtat. cum aliis adductis per Crotum in l. Qui Romæ. §. duo fratres. num. 95. de verbor. obligat.* idque confirmatur ex eo, quod paſſim tradi ſolet, excluſionem unius non excludere aliud, quod peculiari quadam ratione excludebatur. *Salicet. in l. Quod de crimine. in 2. oppos. C. Qui accus. Decius in conſil. 11. numer. 18. Hippol. Rimnald. Inſtit. de donat. in princ. numer. 313.* In propoſito autem multas in medium attulimus rationes, cur filius etiam in feudo paterno factum parentis præſtare debeat. 76

Argumentum igitur ab exceptione depromtum infirmius eſt, quàm ut omnes illas rationes infringere poſſit. Denique in quemcumque ſenſum interpretemur verba illius capituli, tamen cum iſtud non ſolum in libris feudorum, quos in manibus habemus, nullibi reperiatur, ſed nec inter capitula illa extraordinaria commemorata à Jacob. de Ardizo. & Alvarot. ſic relatum, neque ullus vetuſtiorum interpretum præter Baldum de eo mentionem faciat, nullam ſanè, ut idem fatetur Baldus, auctoritatem obtinere poterit, ſed exiſtimandum potius eſt, verba iſta ad librum Baldi à quodam interprete communi opinione decepto ita fuiſſe aſcripta: cum præſertim multis juris feudalis rationibus

nibus & capitulis ſupra recenſitis, quin etiam expreſſis verbis *d.c. Si alter ex fratribus*, adverſentur. Ut proinde ex hiſce omnibus manifeſtum ſit, quàm levibus argumentis nitatur opinio eorum, qui arbitrantur, filium feudum à patre cum conſenſu domini alienatum revocare poſſe. Meritò itaq; in ſententia noſtra ſolidis fundamentis & ipſa juris feudalis diſpoſitione ſuffulta perſiſtimus, filio jus revocandi minimè conceſſum eſſe ut exiſtimemus. Et ne omni prorſus deſtituamur auctoritate, idem ante nos rectè ſenſerunt *Jacob. de Beluis. in c.1. §. Hoc quoque: circa fin. de ſucceſſio. feud.* ubi diſertis verbis ſcriptum reliquit, quando pater ſe naturaliter & civiliter obligat, quod tunc filius non revocet. *l. ea quæ. C. De reſtit. milit. & c.1. An agnat. vel filius: & Jacob. de Beluiſo refert, & ſequitur etiam Baldus ibi ſibimetipſi contrarius.* Ejuſdem etiam ſententiæ fuiſſe videtur Eguinarius Baro & Cujacius *in d. c. Titius.* Non latet nos, ea, quæ pro comprobatione hujus ſententiæ noſtræ adduximus quantumvis veritati ſint conſentanea, in judiciis parum habitura eſſe auctoritatis, refragante nimirum nobis communi interpretum ſchola, quinetiam metuendum, ne illis, quorum oculos interpretum commenta ita perſtringere ſolent, ut verum à falſo dignoſcere nequeant, labor hic noſter non ſolum inanis, ſed etiam temerarius videatur: veritatis tamen ſtudio adducti non propterea hoc prætermittendum, ſed quò majorem iſta habent difficultatem, eò copioſius explicanda, atque confirmanda eſſe exiſtimavimus, ut non ſolum his quibus cordi eſt ſolidam ſectari juriſprudentiam, quid in hac quæſtione maximè verum ſit, liquidò conſtet: (quos ſanè hunc laborem noſtrum non improbaturos confidimus) verum etiam ut illi, penes quos conſtituendi eſt poteſtas, ſi quando hac de re cogitationem ſuceperint, quid tutò ſequi poſſint, in conſpectu habeant. Quos † quidem monitos 77
velim, cum videant aliena prorſus à juris feudalis rationibus in propoſito tradidiſſe interpretes, & filiis revocandi facultatem non ſolum eo jure minimè conceſſam, ſed magis denegatam eſſe, ut veritati interpretum commentis penitus ſepultæ auctoritate ſua ſubveniant, remotisque opinionibus, quod ex ipſis juris faudalis capitulis maximè verum eſſe oſtendimus, conſtituant. Hac enim una re laboranti veritati quaſi ſalubri medicamento conſuli poterit. Quod ſi unquam aliâs, certè ſeculo iſto egentiſſimo apprimè neceſſarium eſſe arbitror. Nam cum indies ob æs alienum feuda diſtrahi, & in alium poſſeſſorem transferri videamus, quis quæſo erit litium finis, ſi paſſim filiis feuda alienata revocare conceſſum eſſe debet? Verendum ſanè eſt, ne hiſce perſequentibus, quod interpretum commentis ſeducti ſibi putant competere, emtoribus verò de iniquitate illorum facto parentis contra nitentium, fruſtra conquerentibus ac propterea poſſeſſionem vel vi defendentibus, magnis tumultibus anſam quandoque id præbeat. Meritò itaque omnes magiſtratus in hanc curam incumbere debent, quemadmodum huic naſcenti malo in tempore occurrant. Id quod tum rectè fiet, ſi conſtitutione aliqua declaraverint, filium feudum à patre alienatum revocare non poſſe. Hoc enim textibus feudalibus maximè eſſe conſentaneum, atque propterea jure ita conſtitui poſſe, abunde jam demonſtravimus.

78 Quæ † de filiorum jure revocandi hactenus firmavimus, ea ſecundum jus commune feudorum vera eſſe exiſtimamus: quid autem juxta leges Saxonicas ſtatuendum ſit, non minorem habet dubitationem. Nam quod jure iſto filii factum patris præſtare non teneantur, id primò colligi poſſe videtur ex eo, quod diſertè cautum repetitur, patrem bona avita ſine conſenſu hære-

hæredum alienare non poſſe. *l.1. art.52. Specul. Saxon.* hoc enim ad feuda etiam pertinere apparet *ex cap.31.* Lehenrecht. Unde eodem jure receptum eſt, filios bona avita à patre alienata ex jure προτιμήσεως redimere poſſe, quod etiam conſtitutionibus Electoralibus eſt confirmatum, *part.2. conſtitutio.31.* Idem magis probari videtur *in artic.9. libr.1. Specul. Saxon.* ubi habetur, filium non teneri adimplere promiſſionem patris, pollicentis ſe feudum reſignaturum. Stirbet auch einer (inquit textus) der ſein Gut einem andern aufflaſſen ſolte/ deſſen Sohn iſt nicht pflichtig aufzulaſſen / er habe es dann ſelber mit gelobet. Nam hoc etiam de feudis intelligendum eſſe, non ſolum ex præcedentibus verbis, ſed & ex textu latino luculenter patefit. Quin quod filius promiſſionem patris de feudo factam, ratam habere non teneatur, diſertis verbis diſponitur *in artic.55.* Lehenrecht. Contrà autem, quod pater filiis in feudo præjudicare poſſit, textus eſt manifeſtus *in artic.14. libr.1.* ubi dicitur, ſecundum jus feudale patrem uni filiorum aſſignare poſſe feudum in præjudicium reliquorum, & licet ibidem addatur, rem aliter ſeſe habere, ſecundum jus provinciale, nach Landrecht / gloſ. tamen Germanica *in fin.* teſtatur, huic juri provinciali conſuetudine derogatum eſſe. Cui adminiculatur textus *in cap.27. & cap.45. & 54.* Lehenrecht/ubi videmus, delictum patris filiis nocere in feudis.

Nam ex hoc idem certè videtur in contractibus, per ea, quæ ſupra arguendo à delictis ad contractus diximus. Facit huc etiam *cap.30.* quatenus ibi dicitur, Patrem, qui denuò fuit inveſtitus de feudo alienato, & iſtud uſque ad extremum diem poſſedit, filiis nullum generare præjudicium: hinc enim argumento à contrario ſenſu rectè colligitur, quod, niſi pater denuo recuperet feudum, hoc filiis maximè obſit. Neque verò reliqui textus in diverſam ſententiam modò adducti tam ſunt manifeſti, ut ad correctionem eorum, quę ex jure communi probavimus, ſufficere poſſint.

Nam † textus *art.52.* non de feudis, ſed generaliter de bonis verba facit, quorum nomine feudalia in dubio non comprehenduntur: cum præſertim textus *in d. art.14.* clarè diſtinguat inter jus feudale & jus provinciale, atque inſuper etiam hujus diverſitatis ratio non incommoda tradi poſſit. Nam reliqua bona majorum beneficio ad filios pervenerunt: cum interim feudum non ſolum pacto primi acquirentis, ſed & beneficio concedentis ad deſcendentes perveniat. Non mirum igitur, cur domini conſenſu magis in præjudicium deſcendentium alienari poſſint. Quinetiam & ipſum jus προτιμήσεως, quod inde deſcendit, conſtitutione Electorali ad eum caſum eſt reſtrictum, ut tantummodo ante traditionem integrum ſit liberis, bona alienata redimere, non autem poſt traditionem, *ut videre licet ex d. conſtitutione 31.* 79

In † *cap.31.* autem manifeſta conſtituitur differentia, utrum feudum in mortis demum caſum mulieri concedatur, an verò ipſa ſtatim inveſtiatur: & in primo ſolum caſu requiritur conſenſus hæredum, non autem in ſecundo, prout etiam declarat additio Germanica *ibi.* Non igitur ratio illius textus in eo conſiſtit, quod pater filiis in feudo præjudicium gignere non poſſit: nam alioqui utroque caſu conſenſus hæredum neceſſarius eſſet: ſed potius in eo, quod in uno caſu magis, quàm in alio poſſeſſio transfertur. Animadverto enim, jus Saxonicum ad hoc, ut factum parentis in feudo obſit filiis, maximam vim in eo ponere, utrum pater mortis tempore feudum poſſideat, an verò poſſeſſionem ejus in alium tranſtulerit, ut ſenſit etiam additio ibi, & apparet *ex d. cap.30. & iis, quæ mox dicturi ſumus.* 80

Textus

81 Textus † *in articulo IX. lib. I.* generaliter loquitur, neque diſtinguit inter feudum novum & antiquum: & ſi ita generaliter intelligendus eſſet, plurimum reluctaretur juri communi, cum in aperto ſit, patrem in feudo novo filiis præjudicare poſſe, ut ſupra *quæſtione IIII.* ſtabilivimus: cum verò ad feudum antiquum reſtringi verba vix ſatis admittunt. quamobrem rectius illo de caſu intelligi poterit, quo conſenſus domini non acceſſit, ſicut videmus in iiſdem terminis, textum *in c. I. de ſucceſſio. feud.* generalibus utentem verbis eandem interpretationem recipere, ut *in d. quæſtione IIII.* docuimus, quam in propoſito etiam ſuadet non ſolum principium, ſed & totus contextus illius articuli, dum ibi dicitur de pacto, quo vel emtor, vel venditor promiſit, ſe domini conſenſum ſive inveſtituram imperraturum: nam inde ſanè manifeſtè liquet, domini conſenſum contractus tempore non interveniſſe. Prætereà quod filius contractu parentis devinctus non eſt, ejus hæc etiam poteſt eſſe ratio, quoniam jure Saxonico ad hoc, quod attinet, perpendi ſolet, utrum pater mortis tempore feudum etiamnum poſſideat, nec ne, ut paulò ante monuimus. Hæc autem ratio in propoſito non eſt recepta. Non enim memini unquam ſecundum eam, in hac præſertim materia, judicatum fuiſſe. Non igitur ex textu illo ad juris correctionem validum deſumi poterit argumentum.

82 Sic † etiam *cap. 55.* minus huc pertinere videtur, loquitur enim ibi textus de patre acquirente feudum, cum pacto redimendi, & diſponit. filium pacto iſto non obligari. Hoc ſi ad juris regulas referretur, illis ſanè plurimum adverſaretur, non ſolum quia de patre feudum acquirente loquitur, cujus factum filium præſtare debere jam ante probavimus, ſed & multò magis, quia verba facit de pacto ab initio acquiſitionis adjecto, quo ſanè filium devinctum eſſe, extra omnem poſitum eſt controverſiam. Neceſſe eſt igitur, textum iſtum peculiarem quandam habere rationem, quam nemo facilè divinaverit. Ideoque etiam gloſ. ibi illum interpretatur eo de caſu, quo poſt mortem patris filius ſine conditione de feudo inveſtitus fuerat, atque adeò de novo acquiſierat. Quo ſtante, nihil ſanè inde ad materiam noſtram commodè inferri poterit. Ex quibus ſatis denique conſtat, jus Saxonicum in hoc articulo admodum obſcurum, dubium, atque incertum eſſe. Conſectarium igitur modis omnibus eſt, inſiſtendum eſſe potius illis, quæ ex juris communis regulis ſupra aſſeruimus. Eſt enim trita juris regula, eam ſemper eſſe capiendam interpretationem, per quam à jure communi minus, quo ad ejus fieri poſſit, recedatur. *l. unic. C. de inoffic. dot. c. Cum dilectus. de conſuetud. c. Cum expediat de Electio. lib. VI.* §. *fin. in Authent. de exhiben. reis.* Id quod in propoſito vel ea de cauſa magis locum habet, quoniam ratio illa, quam jus Saxonicum in hac materia ſectarum eſſe aliquo modo apparet, conſuetudine non eſt recepta. Nam leges Saxonicæ, ut ſæpius monere ſolemus, eatenus duntaxat locum obtinent, quatenus uſu ſunt comprobatæ, atque omnis earum auctoritas à conſuetudine magis dependet, quàm ab iis, quæ de hoc jure ſcripta in manibus habentur.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

DE agnatorum Jure) De iſta quæſtione *vide Jan. ab Arcedura cap.4.concluſ.4. Knichen.de pact.veſtitur.part.1.cap.2.nu.183. & ſeqq. Fachinæ. libr.7. controverſ.cap.18. & 19.* Cæterum qui acumen Fachinæi propius intueri vult, is, quæ hoc capite ab ipſo contra parentem diſputantur, diligenter mecum perpendat, inveniet enim præ nimio contradicendi ſtudio eum ſibimetipſi tandem contradicere. Res quæ in controverſiam venit hæc eſt: utrum filii feudum à patre alienatum eo mortuo revocare poſſint. Negavit id parens *Quæſtion.13.* quatuordecim, rationibus in eam ſententiam adductus quas à *num.34. uſq. ad num.62.* copiosè recenſet, argumenta deinde quibus contraria opinio nititur excutiens nihil ea roboris aut firmitatis habere oſtendit.

Contra hæc ſeſe Fachinæus inferens opinionis ſuæ geminam quaſi aciem quandam conſtituit ita ut ſiquidem hęres parentis alienatoris ſint filii, feudum revocari non poſſe cum parente ſtatuat, ſi autem hæredes non ſint revocandi facultatem concedat. Cujus ſententiæ cum prior pars extra dubitationem poſita videatur, alteram tribus argumentis confirmat. Quorum prius eſt quod jura feudalia hanc revocandi poteſtatem agnatis expreſsè largiantur, idem igitur de filiis qui agnatorum appellatione continentur ſtatuendum eſſe. Hoc argumentum à parente fortiſſimis rationibus ita eliſum eſt, ut mirandum ſit, id tam audacter à Fachinæo iterum in aciem produci. Et quamvis poſtea, ad ea quæ Parens in contrarium attulit reſpondere conetur, ibidem, tamen oſtendemus ea nequaquam homini rem ipſam paullo diligentius expendenti ſatisfacere, neque adeo ea, quæ de agnatis dicuntur, ad filios poſſe applicari. Ut interim omittamus etiam in jure civili à nonnullis in controverſiam vocari, an filius agnatus patris rectè dicatur: quemadmodum videre eſt ex his quæ ad text. *in l. filius. De ſuis & legit.* annotarunt Alciat. *lib.3.parerg.cap.25.* & Hotoman. *lib.1.obſerv.cap.16.* Qui contendunt inſerendam eſſe negativam legendumq; Filius patri agnatos proximus non eſt, moti potiſſimum quod Paulus Juriſconſultus *ſentent. lib.ult. § 1. De grad.& affin.* ait, &c.

Sed quia contrarium *à Cujac. libr. 14. obſerv.cap.11.& Gilbert.Reg.lib.2.concil. cap.13. Vacun. à Vacun: Declarat.40. num.21. nec non noviſſ. ab Anton.Fabro. lib.10.conject.cap.12.p.284. & Joh.Mar. Aquilin.in l.Gallus §. Et quid ſi tantum* 8 *verſ.Hi enim caſus num.6. De libr. & poſt.* multis argumẽtis aſſeritur de eo nobis dubitandum quidem amplius non videtur, quoties tamen aliæ conjecturæ adſunt ex quibus appareat, filios agnatorum appellatione non comprehendi, eæ certè, tanquam ad ſpeciem directę, potiores nobis eſſe, quam generalis illa & indeterminatata vocabuli ſignificatio.

Alterum argumentum dilemmate incluſit Fachinæus, Aut enim filio jus quæſitum eſt ex inveſtituris, inquit. Aut non, ſed jus utique quæſitum eſt. Igitur ejus vigere feudum revocare poterit. Hîc vero ante omnia oſtendendum ipſi fuiſſe qualenam jus iſtud ſit quod filio ex inveſtituris

tis

ris illis competit. hoc enim ipſum eſt de quo jam quæritur: Principium itaque petit dum id quod in controverſia eſt præſupponit in eoque opinionis ſuæ fundamentum conſtituit. Quale autem filiorum jus in feudo ſit id Parens *Quæſt. 13. numer. 56. & latius Quæſt. 4. numer. 51. cum ſeqq.* latiſſimè declaravit, & ex eo facultatem hanc revocandi deduci nequaquam poſſe copioſe oſtendit: Quæ omnia Fachinæus ne verbo quidem attigit ſed quaſi argumenta jamdudum refutata nuda tantum repetitione aliquid ſoliditatis acquirant lectori ea denuo obtrudit. Quibus quantum proficiat eorum qui ſcripta Parentis diligenter perlegerint & rationes utriusque expenderint eſto judicium.

Ejusdem farinæ eſt quod tertio loco de jure filiorum non à Parente, ſed à majoribus in ipſos translato ſubjicit: ea enim omnia à Parente *d. Quæſt. 13. n. 66. & ſeqq.* ſunt refutata nec à Fachinæo hactenus quicquam allatum eſt, quo argumentum iſtud contra impugnationes parentis ſuſtineri poſſe videatur.

Quia tamen ad ſententiam Parentis convellendam tandem deſcendit, age reſponſiones quas rationibus ipſi ſingulatim opponit diſpiciamus.

Primum Parentis argumentum quo filiis jus revocandi non competere ſtatuit inde deſumptum eſt, quod nulla lex ſit in toto jure feudali quæ filiis hoc tribuat, aut tributum ulla ratione ſignificet. Ad hoc Fachinæus veterem illum coccyſmum repetit ſufficere quod agnatis hoc conceſſum ſit. Eorum enim appellatione etiam filios venire. Atqui hoc in ſpecie jamdudũ refutavit Parens. *nu. 44. & 63.* non eſt igitur quod id perſuadere nobis conetur Fachinæus cum præſertim nihil quo Parentis rationes diluantur in medium afferet.

Eadem de reſponſione ad ſecundum argumentum dicta ſunto. Nam & ea Parens non tantum prævidit verùm etiam *num. 41. & ſeqq.* expreſsè refutavit. Quod etſi Fachinæus aſtutè diſſimulet nunquam tamen nobis perſuadebit ut argumentis & reſponſionibus ipſius aſſentiamur, antequam ea quæ Parens in contrarium attulit removeantur.

Tertio loco à Parente conſideratum eſt, quod jura feudalia quotieſcunque de filiis agunt id ſemper exprimant & ab agnatis eos diſtinguant: ex hoc ipſo enim validiſſimè colligitur juris iſtius compilatores filios agnatorum appellatione non cenſuiſſe *per jura numer. 47. copiosè adducta.* contra hæc Fachinæus primè iterum κοκκύζει Filios agnatorum appelatione venire. Atqui parens hoc ipſo in loco oſtendit id jure feudali non procedere, nam ſeparata plerunque filiorum & agnatorum mentio fiat, unde neceſſario ſequitur, his ſub illorum appellatione non contineri. Nec refert quod nullo jure feudali prohibitum ſit ne filii agnatorum appellatione veniant.

Ex ipſis enim verbis totoque juris feudalis contextu ſatis apparet conditores ejus filiorum ſeparatam ab agnatis rationem habuiſſe, cum quoties de filiis aliquid diſponendum fuit nunquam ſatis habuerint, eos agnatorum nomine deſignare. Quod verò Fachinæus id tunc demum fieri aſſerit, quando eodem in loco aliud ſtatuitur in filiis aliud in agnatis, frivolum eſt: nullum enim locum in toto jure feudali oſtendet in quo filii ſub agnatorum appellatione contineantur etiamſi idẽ alias juris ſit in uno quam in altero: Quinimò cum toto jure feudali ſemper alia ſit filiorum cauſa quam agnatorum, neceſſario ſequitur ſemper ſeparatim de iis tractandum fuiſſe nec unum alterius appellatione venire. Quia nec ipſe ſibi hac reſponſione ſatisfacit, ſed ad aliam delabitur quod nimirum eadem ſit ratio in filio, quæ in agnato, ut merito idem juris eſſe debeat, in quo iterum principium petit:

negat enim Pater eandem inter iſtos rationem eſſe, nec negat tantum, verum etiam dilucide differentias cor. oſtendit *d. Quæſt.13.n.49.& ſeqq.*

Quæ an à Fachinæo ſatis ſolidè refutata ſint infra in quinto argumento videbimus. Sane cum ne hac quidem via ſatis effugii ſibi patere animadverteret nec aliam reſponſionem ad argumentum Parentis inveniret, eo planè amiſſo ipſe tertio loco opponit nullibi in jure feudali eſſe prohibitum, ne filii feudum paternum revocare poſſint. Ergo id ex regulis juris communis deſumendum eſſe quæ filio poteſtatem revocandi res proprias à patre alienatas concedunt, ſi hæres non eſt Quaſi verò argumentum contrarium hoc ipſo diluatur quod aliud & quidem longè diverſum opponitur, utut ſit, ad eundem ſcopulum impingit, dū ea, quæ jure civili de bonis maternis liberor. ſunt diſpoſita, ad feuda paterna accommodat: Prius enim ipſi oſtendendum fuiſſet, filiis non minus juris in feudo paterno competere quam in bonis maternis. Quod nemo unquam aſſeverabit qui filios etiam in feudo paterno hæredes patris dici, eosdemque reliquam patris hæreditatem repudiare non poſſe: delicto quoque paterno eis præjudicare noverit. Ut alias quam plurimas diverſitatis rationes omittamus, nec ea quæ Parens contra hoc Fachinæi argumentum *Quæſt. 13. numer.69.* accuratè congeſſit otioſè repetamus.

De quarto argumento non admodum laborandum eſt. Nam & Parens ipſe concedit *in c.1.§. Si aliquis. apud quem vel quos. cum ſimilib. ibi adductis* nihil diſponi utrum filii feudum revocare poſſint nec ne. Ex hoc ipſo tamen quod filiorum expreſſa ſit mentio neque tamen de jure revocandi ipſis competente quicquam dicitur, non inconcinne infertur jura feudalia nullam revocandi facultatem filiis conceſſiſſe, alioqui enim antequam domi-

no feudum aperiatur inſpiciendum
fuiſſet, an hæres id ad ſe revocarit n
nè. De eo autem in juribus illis v
bum nullum ſed expreſsè in eo ca
quo alienans hæredem (id eſt filium
poſt ſe reliquit, ſtatuitur, tunc id qu
defunctus fecit revocari ſi hæres e
ſine hærede decedat; Quod ſi hæres
vocandi facultatem haberet, certè
dendum fuiſſet, niſi hæres jam revo
caverit :· Ubi autem tum demum
ctum defuncti irritum fit, quando h
res ejus ſine hærede decedit, eo i
oſtenditur hærede extante id valid
fuiſſe. Aut ſi hæres jus impugnandi
buit, neceſſario conſiderandum fui
an eo uſus fuerit. Id autem cum om
ſum ſit mens ſtatuentium inde ſ
apertè colligitur. Quod autem Fac
næus ideo ibi feudum Domino no
aperiri dicit quia filius id retrahere p
ſit, fruſtra eſt, neque enim id ſatis co
mode verbis illorum text. conveni
cum è contra illatio parentis illis pl
ſit conſentanea.

Ad quintum Parentis argum
tum planè frivola eſt Fachinæi reſp
ſio. Oſtendit ibi Parens jus agnator
à jure filiorum plurimum differr
quod illorum quidem jus à primo
quirente ſine facto ejus qui feud
alienavit deſcendat filiorum aut
non niſi beneficio parentis ortum
beat, atque adeò totum ex perſon
ejus dependeat, cum alius ab agn
qui primo acquirenti proximiores f
excluderentur. Ex quo infert, filios
cto patris multò magis obſtrictos e
quam agnatos tum quod diverſa a
borum ſit ratio tum quod filii ex per
na patris lucrum capiunt ideoque n
mirum ſi factum ejus præſtare tene
tur. Fachinæus autem rationem
verſitatis inter agnatum & filium n
gare & impugnare non auſus, tantu
modò ad regulam l. ex qua perſon
quaſi in ea ſola argumenti ſui vim co
ſtituiſſet. Parens, reſpondet, filium q
hæres non eſt nullum lucrum ex p
ſo

ſona patris capere cum feudum alienatum eſt, ideoque nec factum ejus præſtare debere.

Hæc verò planè indigna eſt Jurisconſulto reſponſio, etſi enim quod ad literam L. ex qua perſona attinet, ea propriè hoc dicat illius demum factum præſtandum eſſe, ex quo quis lucrum ſentit, id tamen latius accipiendum eſt, ut quotieſcunque non niſi mediante perſona alicujus ad rem aliquam poſſum pervenire illius perſonæ factum præſtandum ſit etiamſi per hoc factum à re quæ mediante perſona illa ad me potuiſſet deferri, ego penitus excludar. Quemadmodum enim lucrum ex perſona illa percepiſſem re non alienata, ita & damnum propter alienationem ab ea factam ſentire debeo, & cujus beneficio in acquirendo uterer ejus factum mihi rem auferentis æquo animo pati debeo.

Eodem pertinet quod Fachinæus quærit, quo pacto filius ex perſona patris lucrum ſentire poſſit, ſi feudum revocare nequeat; neque enim neceſſe ſemper eſt, ut reipſa lucrum ſentiat filius, ſed ſufficit quod ad feudum aliter pervenire non poſſit, niſi mediante perſona patris. Ex hoc ipſo enim ſequitur ut quoties feudum ad ipſum pervenit toties factum ejus præſtare teneatur: Etſi igitur ſecundum Fachinæi opinionem revocare poſſet, atque ita lucrum ſentiret, hoc tamen beneficio patris, & jure à parente in ipſum translato fieret, igitur factum ejus præſtare teneretur, atque ita res eodem rediret, & feudum revocatum emtori reſtituere cogeretur. Hoc ipſo igitur, quod Fachinæus fatetur filium ſi feudum alienatum revocat, ex perſona patris lucrum ſentire, ſimul concedere cogitur, eum tunc factum ejus præſtare debere, atq; ita ſuam ipſius opinionem penitus evertit, & quod una manu filio largitur, altera eripit.

Sed omiſſis Fachinæi tricis paullo diligentius circa hoc quintum argumentum, quantum inter agnatos & filios interſit videamus: id autem nulla ratione facilius intelligitur, quam ſi conſideraverimus, quantum filii à parente habeant, quod agnatis imputari non poſſit. Non enim vitam tantũ poſt Deum à parente acceperunt, verum etjam ipſius feudi reſpectu maximopere parentibus devincti ſunt. Etſi enim feudum à majoribus ipſorum quæſitum eſt, facto tamen aut certò felicitate parentis evenit, ut id ad ipſum potius quam ad fratres ejus perveniret: ob quam parentis acquiſitionem etiam liberorum ejus potior, quam reliquorum agnatorum habetur ratio, ita ac quamdiu aliquis ex alia linea ſupereſt illi potius, quam reliqui agnati vocentur, quo reſpectu quaſi primus acquirens dici poteſt, cum facto ſuo feudum ſibi cum fratribus commune ad ſuam lineam transtulerit, eoq; & huic quaſi proprium fecerit. Quod in hoc parentis beneficium filii repudiare, & ad jus ex inveſtituris majorum quæſitum ſe referre maluerint, hoc ipſo præ reliquis agnatis eodem jure nitentibus via aperitur, qui ſi primum acquirentem eodem agnationis gradu attingunt, utique æqualiter cum ipſis ſuccedent, aut ſi propiores ſunt, eos excludẽt, ſi igitur feudum ſibi retinere & cæteros agnatos remotos eſſe cupiunt filii, neceſſariò non tantum ad perſonam parentis, ſed etiam ad jus, quod ex facto ipſius dum feudum à reliquis fratribus ad ſe transferret, ipſis quæſitum eſt, neceſſe habent recurrere, & beneficium parentis velint nolint agnoſcere cogantur. Nec eſt quod antiquas inveſtituras jactitent, hæ enim id quidem efficiunt ut ad feudum vocentur (quamvis neque hoc ipſis, niſi mediante perſona patris contigerit) ut autem ipſi ſoli excluſis cæteris agnatis qui in primis illis inveſtituris æquè vocati ſunt, ſuccedant, hoc certo non niſi ex perſona & facto parentis evenit, qui feudum ſibi & lineæ ſuæ propriè acquiſivit.

Dupli-

Duplici igitur beneficio patris ad feudum perveniunt filii: Nam & per ipſum in familiam & agnationem eorum qui feudum primi acquiſiverunt inſiti atque producti ſunt, & ipſius beneficio ac jure cæteros qui eodem aut etiam propiore agnationis gradu ſunt excludunt. Unde rectè naturalis ratio ſuadet ut qualecunque factum patris in feudo tueantur nec eum cujus jure utuntur ulla ratione impugnent. Cum enim non niſi beneficio patris ad feudum pervenire atq; adeò ſoli pervenire poſſint, æquo animo ferre debent, ſi eo beneficio ideò frui non valent, quod parens (qui ſemper optimum pro liberis conſilium capere putatur) neceſſitatibus ſuis adactus feudum alienaverit, & in eum ſtatum eos redegerit quo fuiſſent, ſi non ipſe ſed alter ex fratribus feudum eſſet adeptus.

Hoc enim jus ipſis integrum manet, ut ſi agnatus feudum à patre alienatum revocaverit, ipſi ſpem ſucceſſionis ex antiquis inveſtituris hoc demum caſu rectè competentem retineant. Quæ omnia cum in agnatis longè aliter ſe habeant, nec quicquam ſit quod ulla ratione alienatori acceptum ferre teneantur, ſed verè & directo jus ſuum ex antiquis inveſtituris deducant, merito his potius quam illis revocandi jus conceſſum eſt. Ac de quinto Parentis argumento (in quo ferè tota vis controverſiæ hujus conſiſtit) hactenus.

Nihilo firmiora ſunt quæ ad ſextum argumentum affert, Fachinæus quo ex eo quod filii plerunque hæredes patris in feudis dicuntur, colligitur ipſos non niſi ex perſona patris venire ideoque factum ejus tanto magis præſtare debere.

Primò enim ait hoc procedere ſiquidem filius hæres patris ſit. Atqui textus à parente allegati non diſtinguunt utrum in reliqua hæreditate hæres ſit nec ne, ſed generaliter filium hæredem patris appellant hoc ipſo innuentes, eum tanquam hæredem in ipſo corpore feudi ſuccedere adeò ut qualitas illa hæreditaria ab ipſo ſeparari non poſſit, Subjicit deinde Fachinæus ſi filius hæres non ſit ſe non videre cur non poſſit feudum revocare ad quod invitatus eſt ex priſtinis inveſtituris. Quibus verbis pro reſponſione quam ad parentis argumentum afferre deberet ſuam ſententiam aliis huc non pertinentibus fundamentis, confirmare nititur. Sed Parens *nu. 56.* jamdudum oſtendit qualenam ſit illud jus quod filio ex antiquis inveſtituris competit, non eſt igitur quod hic id immiſceat Fachinæus, Quod verò addit filium in feudo tunc demum tanquam hæredem patris ſuccedere, quoties id feudum in hæreditate patris reperitur, à qua id ſeparari non poſſit, ubi autem id inter bona non extat tunc ex antiquis inveſtituris id revocari poſſe, ſi hæres non ſit, ineptiſſimum eſt, neque enim jura feudalia cum hęredis appellatione filium deſignant ullum reſpectum ad hæreditatem allodialem habent, ſed in ipſo feudo filium ut hæredem ſuccedere innuunt. Nec nullibi apparet filium tunc demum hæredem dici, quando feudum una cum reliqua Patris hæreditate accepit, ſed ex eo potius quod jura feudalia eum pro vero & legitimo hærede in ipſo feudo habuerint conſequenter ſtatutum eſt ne à reliqua hæreditate ſe abſtineat, ſive autem hæreditas illa allodialis adſit ſive non, filius ſemper hæres in ipſo feudo eſt, & dicitur, ideoque factum patris in eo præſtare tenetur.

Illud verò perquam abſurdum eſt quod Fachinæus in uno & eodem feudo duplicem ſuccedendi rationem filio tribuit ita ut ſiquidem feudum in bonis paternis adhuc extet tunc tanquam hæres patris ſuccedat, ſin autem alienatum ſit, tunc ex antiquis inveſtituris ei deferatur.

Quaſi

Quaſi verò antiquæ inveſtituræ aliter eum vocent quam à jure ipſo vocatur, aut filius plus juris in feudo alienato habeat, quam in eo quod adhuc extat, ut in hoc quidem hæres patris dicatur in illo ſecus, quod nemini unquam hactenus ne per ſomnium quidem in mentem venire potuit. Textus certè *in c.1.§.ſi aliquis apud quē vel quos* expreſsè de patre qui feudum alienavit loquitur & tamen filium hæredem appellare nequaquam dubitat, cum ait tunc demum factum alienantis revocari, quando hæres ejus (notetur) ſine hærede deceſſerit. Nec eſt quod excipiat Fachinæus id intelligendum de filio qui hæres patris ſit in reliqua hæreditate, hoc enim ſi diceret ſibi ipſi contrarius eſſet, cum ſupra *in reſponſione ad quartum argūmentum verſ. ex hoc textu.* id ſimpliciter de filio ſit interpretatus & ſtatuerit eum in text. illo feudum revocare poſſe, quod certè ex propria ipſius confeſſione ipſi non liceret, ſi in reliqua hæreditate hæres patris extitiſſet.

Ex quibus ſextum hoc Parentis argumentum ab impugnatoribus Fachinæi ſatis munitum eſt.

Eadem ad ſeptimi argumenti defenſionem poſſunt accommodari, in quo Parens ex text. *in c.1. An agna. vel fil.* per quem inter agnatos & filios magna inducitur diverſitas arguit eos neq; in revocatione feudi æquandos eſſe. Fachinæus autem negat eo ex quod filius hæreditatem patris accepto feudo repudiare nequeat conſequi eum feudum revocare non poſſe, cum multa accedere queant ut c.1. An agnat. locum non habeat, atq; ita filius hæres patris non ſit.

Atqui paullo antè oſtenſum eſt jura feudalia filium non eo reſpectu hæredem patris appellare quod feudum ſine hæreditate allodiali capere non poſſit, ſed potius generaliter & ipſius feudalis ſucceſſionis intuitu. Ex quo deinde factum ut nec allodialem patris hæreditatem repudiare potuerit. Cumque jura filium parenti adeò voluerint eſſe obnoxium ut quotieſcunque ipſi hæreditas paterna defertur, eam repudiare ſalvo feudo non poſſit, atque adeò ad omnia onera hæreditaria eam obſtringant, quis ſibi perſuaderi patietur eadem jura filios in parentem armare voluiſſe ut facto ejus contravenire & feudum quod alienavit revocare poſſint. Nec objiciat nobis Fachinæus id tunc demum permitti cum hæres non eſt, nunquam enim non Parentis hæres eſt filius. Nam quod allodialem hæreditatem attinet, quis eſt cui potius ea deferatur quam ipſi: Et quamvis certi quidam caſus fingi poſſint, in quibus ab ea excludatur, ij tamen & pauci ſunt, & controverſia non carent. Utcunque tamen ſint aliqui certè ratio ob quam hæreditatem, ſi delata ipſi fuiſſet; non potuiſſet repudiare, adhuc ſubeſt, dum nihilominus feudum ex perſona & beneficio parentis capere dicitur;

Quæ ratio quamvis tunc id efficere non poſſit, ut hæreditatem allodialem filius agnoſcere debeat, quia tamen nihilominus verum eſt eum hoc caſu feudum beneficio parentis conſequi ſaltem hoc operabitur, ut in ipſo feudo factum patris filius nequeat impugnare: utut enim hæres in allodialibus non ſit tamen feudum ipſum à patre habet, & ejus reſpectu hæres parentis dicitur. Nec iterum nobis objiciat Fachinæus filium à parente feudum non capere quando alienatum eſt. Ad id enim in argumento ſatis reſpondimus.

Firmiſſimum quoq; permanet & à Fachinæo penitus intactum parentis argumentum dum ex eo quod filius debita parentis ex feudo luere tenetur, etiamſi de voluntate parentis non appareat, collegit ei multo magis expreſſam patris voluntatem; quæ ex alienatione ſatis apparet obſervandam eſſe. Nam ex qua re debita

debita alicujus perſolvere tenere eam certè ſi ab ipſo alienata ſit (quòd utiq; propter æs alienũ potiſſimum fieri ſolet,) vendicare me poſſe abſurdum eſt. Quod verò Fachinæus ait tunc demum filium debita parentis ex feudo ſolvere debere cum hæres eſt, generaliter verum non eſt. Etſi enim aliqui caſus excogitari poſſint (quamvis revera nullus ſit qui non probabilem dubitandi cauſam habeat aut ſaltem manifeſtam colluſionem ſapiat,) in quibus filio hæreditas patris non deferatur, tamen tunc neceſſariò alius quiſpiam præſupponendus eſt, cui ea filio poſthabito dilata ſit. Nam quod inter cæteros caſus non is numeratur, quando nihil planè in hæreditate requiritur, id à parente *Quæſt.2.numer.42.* jamdudum refutatum eſt, & hac potiſſimum ratione convincitur, quod hæreditas non in corporibus ſed juris intellectu conſiſtat. Extra hunc caſum inquam neceſſario præſupponendus eſt aliquis, qui excluſo filio parenti hæres in allodialibus extiterit.

Is igitur debita quidem hæreditaria ſolvere tenetur, ſed ſi hæreditas illa non ſufficiat, nihilominus creditoribus recurſus ad filium patri in feudo ſuccedentem patebit, isque ex feudo reliqua ſolvere tenebitur, quemadmodum concilio Neapol. deciſum refert Anton. Capic. *Deciſ.199.numer.4.& 5.* Sin autem hæreditas ſufficiens eſt, jam non ideò à ſolutione æris alieni liberatur filius, quod hæres non ſit, ſed quia debita ex allodialibus ſolvi poſſunt quo caſu etiamſi maximè in iis hæres eſſet, tamen propterea ex feudo aliquid ſolvere non teneretur, cum receptum ſit ad feuda non niſi in ſubſidium deveniri.

Ex quibus omnibus apparet quantopere filius ad factum parentis ſervandum ipſo jure feudali obſtrictus ſit: ipſamque adeò Fachinæi reſponſionem dum id tantum conſiderat, utrum in allodio hæres ſit planè inconcinnam eſſe. Sed ſi unquam aliàs offendit Fachinæus noſter, in reſponſione certè ad octavum parentis argumentum turpiſſimè impingit, adeò ut (quod initio monuimus) ſtudio contradicendi ſibi ipſi contradicat.

Fortiſſimum enim argumentum pro ſententia ſua Parens inde deduxit, quod jura feudalia generaliter & indiſtinctè ſtatuant filio per delictum patris in feudo præjudicari. Ex quo intulit id multo magis per contractum fieri poſſe: Hoc inquam argumento cum Fachinæus graviſſimè urgeretur, aliter elabi non potuit, quam ut negaret delictum patris filiis in feudo antiquo nocere: Quia verò Parens *Quæſt. 16.* hanc ipſam elabendi viam & prævidit & ita præcluſit, ut ne ipſi quidem Fachinæo ulla ſpes effugiendi eſſet aut fiducia, quod virtute obtinere non potuit, callido quodam commento ſe conſecuturum putavit: Dolus enim an virtus quis in hoſte requirat? ait igitur ſe alibi *capite nimirum 21.* hanc parentis ſententiam confutaſſe. Atqui *capite 21.* ne verbum quidem de quæſtione hac invenitur. *Capite* autem *23.* ubi tandem hanc quæſtionem quatenus delictum vaſalli noceat filiis ex profeſſo tractare incipit, ultro in ſententiam Parentis (quam poſtremo loco ponit callidè interim cujus ſit diſſimulans) tranſit ac manifeſtè ſtatuit omne Patris delictum quod quidem ex ipſo jure feudali pœnam mereatur, filius præjudicare nulla diſtinctione adhibita utrum feudum filiis an hæredibus conceſſum ſit, an antiquum ſit, an novum. Quod igitur hîc ad parentis argumentum reſpondet, delictum patris in feudo antiquo filiis non nocere, id ipſemet *cap.23. verſ. prior ſententia*: verum non eſſe & textibus juris feudalis repugnare aſſerit, ſecum igitur ipſe manifeſtiſſimè pugnat. Quod non ideò à me monetur, quaſi Fachinæum exagitandi mihi ſit animus, ſed ut lectori tanto clarius pateat, quantope-

topere argumentum quod octavo loco pro ſua ſententia parens adduxit, urgeat: adeò ut Fachinæus qui tamen omnem lapidem movit, ut fundamenta patris convelleret, ſibi ipſi contradicere neceſſe habuerit, poſtquam nihil aliud quod opponere poſſet, inveniret, à parente tamen modis omnibus ſibi diſſentiendum putaret. Atqui non tantum mendacem (ut in veteri proverbio eſt) verum etiam diſputatorem oportet eſſe memorem, Quod verò tam hoc loco quàm *cap.23.* inculcat, an quæ non ex patris beneficio, ſed aliundè deferuntur filiis delicto parentis auferri non poſſe, quàm vim in feudis habeat, ex ipſius traditis facilè colligitur: Cum enim ſecundum veram & ab ipſo Fachinæo *cap. 23.* approbatam opinionem feudum etiam antiquum & ſub expreſſa filiorum mentione conceſſum ob delictum patris filiis auferatur, neceſſariò inde efficitur filiis etiam feuda antiqua non aliunde, ſed ex patris beneficio deferri. Scire igitur velim quodnam illud feudum ſit, in quo regula illa locum inveniat? cum ad feuda antiqua ipſo teſte applicari non poſſit. Fruſtra igitur ea ſe jactitat.

Nono Parentis argumento à ſimilitudine inter hæredem domini & vaſalli defuncto quod objiciat Fachinæus nihil habet aliud quàm ut concedat quidem id procedere quando filius hæres eſt, ſecus ubi hæreditatem ejus adire non potuit. Atqui ſupra oſtenſum eſt filium ſemper hæredem patris dici nulla diſtinctione adhibita hæreditatem allodialem adierit nec ne, ut nec text. à parente adducti id conſiderant, donec igitur diſtinctionem ſuam probet Fachinæus argumentum hoc pro firmo habebimus.

Nihilo meliora ſunt quæ ad decimum affert: Quia enim *in c. Titius ſi de feud. defunct. cont. ſit* expreſsè ſtatuitur, agnatum proximiorem feudum retrahere poſſe quoties alienans liberos habet, parens inde collegit fruſtra hanc facultatem agnato concedi ſi filii alienationem parentis ratam habere non tenerentur, cum ſuo jure feudum vindicare poſſint, quo caſu rem & pretium agnatus perderet: Reſpondet Fachinæus agnatum ſibi de evictione cavere poſſe, aut etiam fieri poſſe, ut hæreditas alienantis locuples ſit, unde veriſimile fiat filium hæredem futurum, & denique quia plerunque filii parentis hæredes ſunt ideò agnato ab iis metuendum non eſſe.

Hîc certè manifeſtiſſimè delirat homo: qua ratione enim agnatus feudum retrahens evictionem ſtipulari poteſt? aut quis eam promittet? Anne ipſe alienans? id quidem voluiſſe videtur cum ait: & patris alienantis bona pro indemnitate ſuffectura ſint, quis verò hoc unquam fando audivit, ut is qui feudum alienavit agnato qui id revocare & factum ipſius impugnare vult de evictione caveat? vix certè mihi perſuadere poſſem, hæc à vigilante ſcripta eſſe niſi dormientem ſcripſiſſe tàm ab omni ratione ſcirem eſſe alienum quam hoc ipſum eſt quod ſcripſit.

Quod ſi cautione hac non ipſum alienantem, ſed eum in quem feudum translatum eſt, onerandum putat, æquè ineptus eſt: quis enim huic ulla ratione perſuadebit ut feudi nomine quod ab ipſo invito aufertur de evictione caveat ſpondeatque agnato id ſine damno futurum? Sanè cum novum hoc ſit atque inauditum hactenus cautionis genus nomen ab ipſo auctore ei imponendum eſt, ut poſthac ad exemplum illius Mutianæ cautionis Fachinæanam in uſum fore introducamus ad quam tamen nemo ſe adſtringet niſi quod ſtultior fuerit ſtultiſſimo.

Eodem pertinet quod præterea ſubjicit agnato in ipſis bonis patris proſpectum eſſe poſſe, neque enim video qua ratione hoc fieri queat, niſi oſtendat Fachinæus patrem qui feudum in

extraneum alienavit, agnato id redimere volenti de indemnitate proſpicere debere. Quod hactenus inauditum nobis eſſe fatemur.

Quod verò ideò agnato metuendum non eſſe exiſtimat quia fieri poſſit & plerunque fiat an filius hæres patris ſit atque ita à revocatione feudi excludatur, antiquum obtinet, non enim aliter filium patris hæredem dici exiſtimat, quam ſi hæreditatem ejus allodialem adierit. Et hoc ipſo fatetur, quotieſcunque filius in allodio hæres non eſt (quod certis quibusdam caſibus evenire poſſe ipſemet concedit) agnato nulla ratione cõſuli, quin filius feudum ab eo avocare poſſit. Atqui jura generaliter loquuntur, & hoc tantum conſiderant, an liberos alienans habeat, quod ſi illud quoque attendendum eſſet, an hi hæredes in allodialia ſint, nec ne, utique id non omiſiſſent: verum id ideò neceſſe non fuit, quod jura indiſtinctè filium pro hærede patris in ipſo feudo habeant nulla (ad hunc quidem caſum quod attinet) allodialis hæreditatis conſideratione habita.

Non exigua vis in tota hac controverſia dijudicanda in undecimo Parentis argumento conſiſtit: in eo enim de mente contrahentium agitur, quatenus tam dans feudum quam accipiens poſteris conſultum, iisque jus in eo quæſitum eſſe voluerint. Hic verò inter Parentem & Fachinæum primum de eo convenit, quod is qui primo feudum acquirit id hac demum conditione ad liberos ſuos pertinere velit, ſi id ipſe in vita ſua non alienaverit, eandemque dantis mentem eſſe; ex quo fit ut feudum novum in præjudicium liberorum cum conſenſu domini alienari poſſe, uterque ſtatuat. In feudo autem antiquo (de quo hic propriè agimus) diſſenſus inde oritur, quod Parens id eadem lege atque conditione ad deſcendentes tranſmitti exiſtimet: quo primus acquirens habuit: Fachinæus autem in poſteris conditionem hanc ceſſare eosque potius jus habere velit quam liberos primi acquirentis. Rationes ſententiæ ſuæ Parens *num. 57.* aliquot adduxit ex medio jure depromtas, quas ne verbulo quidem attingit Fachinæus, ſed dictatoria quadam auctoritate aſſerit eam primorum acquirentium intentionem fuiſſe, ut feudum quod ipſi acquiſiverunt & non alienarunt, perveniat ad nepotes: Unde verò hoc colligitur? aut quid eſt, quod nos adducat ut credamus patrem alia conditione feudum ad filios ſuos velle pervenire quam ipſe id acquiſivit? unde inquam de hac voluntatis mutatione nobis conſtare poteſt? Quia non alienavit inquit. Atqui hoc filiorum quidem favore feciſſe credendus eſt; quod autem graviore lege propterea eos obſtringere & nepotibus ſuis obnoxios reddere voluerit, id nullibi apparet neque veriſimile eſt contrahentes nepotum potiorem rationem habuiſſe quam filiorum cum in fideicommiſſis quoque abſurdum eſſe jura ſtatuant, ut nepotis melior ſit conditio quam filii, niſi de expreſſa & manifeſta teſtatoris voluntate conſtet. *l. ſi viva matre. c. de bon. matern. cum ſimilib. not. Angl. conſil. 118.*

Quod ſi mentem primi acquirentis tantopere urgere libet, qui fit, ut eam potius ad liberos alienantis referamus quam ad reliquos agnatos, qui acquirentem aut pari aut propiore neceſſitudine attingant, neque ideò quod liberi feudum alienatum revocare non poſſunt, propterea menti primi acquirentis non ſatis fit, cum agnatis id ſemper ſit integrum, ac multo veriſimilius eſt, primum acquirentem id filiis & collateralibus inter ſe quidem permittere voluiſſe quam ut poſteros ſuos contra proprios parentes armarit, cum tamen ii non tantum ipſius

Digitized by Google

ipſius, verum etiam parentum beneficio, ad feudum perveniant.

Neque verò opus eſt nos de ſententia Parentis defendenda diutius laborare cum nec argumenta quibus ipſemet *numer. 57.* eam firmavit à Fachinæo refutata imò ne tacta quidem ſint, nec is opinationis ſuæ ullam probabilem rationem afferat, quod etiam in camerario eodem in loco Parens deſiderat: ideoque Fachinæo ne eandem reprehenſionem incurreret cavendum fuiſſet, ſed more ſuo facit ut argumenta ab aliis jamdudum refutata odioſè repetere non vereatur.

Quod etiam in reſponſione ad duodecimum patris argumentū committit: ait enim texti quem Parens adducit authenticum non eſſe cum inter ordinarios textus non contineatur. Nam & hoc monuit Pater & rationes cur nihilominus recipiendus ſit attulit *numer. 59.* ex Fachinæo removendæ fuiſſent ſi ullum reſponſionibus ſuis robur ineſſe voluiſſet. Nunc verò nihil eſt quod iis aſſentiamur, Quod verò tandem ad diſtinctionem ſuam utrum filius hæres ſit patris nec ne revertitur, inanè eſt, & à nobis ſupra refutatum, neque enim textus ita diſtinguit ſed generaliter filium hæredem appellat.

Poſtremo loco Parens abſurda enumeravit, quæ ex eo ſequuntur, quod filiis libera feudum à patre alienatum revocandi facultas conceditur. Ea ut removeat Fachinæus mirabiliter ſe torquet nec tamen quicquam extorquet. Nam quod primo ait, poſſe filiorum conſenſum exigi: ineptum eſt & à Parente jam refutatum quid enim ſi nondum nati ſint? quid ſi in minore ætate ſint? quid ſi in longinquis regionibus abſint? Quid ſi etiam conſentire nolint? hic vero miſellus Parens filiis obedire cogeretur. Secundo ait poſſe emtorem de evictione ſibi cavere: Sanè evictionis cautio aliquando rectius hic in conſiderationem venit quam ſuperius in decimo argumento, ſed nec ea quidem ſemper locum habere poteſt. Quid enim ſi pater bona ſua dilapidavit, aut etiam feudum (quod plerunque fit) propter æs alienum vendit. Quomodo hic caveri poterit emtori, nam nec fidejuſſores inveniet pater, nec aliud quicquam quo periculum à filiis ſibi & ei cum quo contrahit imminens poſſint avertere.

Quod verò tertio loco frequentiſſime contingere ait ut filii patris hæredes ſint, itaq; metuēdum emtori non eſſe, æquè ineptum eſt. Nam hoc ipſo fatetur quoties filii hæredes non ſunt certiſſimum periculum ſubeſſe. Inter caſus autem in quibus filius parentis hæres non eſt, ab ipſo Fachinæo *cap 4.* numeratur etiam is quando parens nihil in hæreditate reliquit, hoc ſi verum eſt, neceſſariò ex ipſius ſententia efficitur filium tunc feudum illud revocare poſſe.

Ponamus jam patrem ære alieno gravatum nec quicquam in allodio habentem feudum ideò vendere ut creditoribus ſatisfaciat, is pretio inter illos diſtributo moritur. Hic certè cum nihil ſit in hæreditate, ex Fachinæi ſententia filii hæredes patris non dicerentur, ideoque feudum poſſent revocare. Id ſi cautus emtor prævideret, qua ratione quæſo aut ipſi aut miſero parenti Fachinæus conſuleret? ut à periculo evictionis liberentur. Cumque hic caſus frequentiſſimè eveniat, quinimo nullam ferè aliam ob cauſam feuda alienari ſoleant, is potius in conſideratione habendus eique providendum eſt quam quod Fachinæus ſæpiſſimè contingere ait ut filii patris hæredes ſint: Id enim ſecundum ipſum non fit, niſi quando locuples eſt hæreditas quo caſu nec feudum alienatum iri admodum eſt veriſimile. Eadem de quarto remedio quod affert dicta ſint bellè quidem ſuadet ut pretium in emtionem rerum immobilium ponatur, ſed cum

æris alieni diſſolvendi cauſa feudum venditur & pretium creditoribus diſtribuitur quas hic rerum immobilium emtiones nobis comminiſcitur? Quocunq; tandem ſe vertat Fachinæus neceſſe habet fateri eo caſu qui ut plurimum vaſallos ad alienationes feudorũ adigit, nulla ratione cavere poſſe, quin filii præſertim qui nondum nati ſunt, aut tempore alienationes minorennes aut abſentes fuiſſent factum parentis impugnare, & feudum revocare valeāt. Quo ipſo quid aliud fit quam quod Parens monuit, ut hac ratione feuda ferè omni commercio eximantur.

Quæ deniq; de reverentia parentib. debita pater ſubjecit, ea Fachinæus in caſibus ubi parens de reb. filiorum diſponit locum habere negat, cum filius lege permittente id poſſit impugnare. Rectè quidem, ſed prius probandũ ipſi fuiſſet feudum rem filiorum eſſe & à lege ejus revocationē ipſis permitti. Quod hactenus quidem præſtare non potuit.

Ex his omnibus ſatis intelligi poſſe exiſtimo argumenta Parentis ab impugnationibus Fachinæi planè immota eſſe, unde facilè eſt ſtatuere cui potius in hujus diſceptationis dijudicatione ſit adhærendum.

Sed dimiſſo tandem Fachinæo Roſenthalius nobis reſtat, nam neq; huic Parens ſententiam ſuam probare potuit, quin *in tract. ſuo feudali ca. 9. mem. 2. concl. 67.* contrarium ſtatuerit, & filiis feudum antiquum revocandi poteſtatem conceſſerit, quam concluſionem etſi quamplurimis auctoritatibus adductis, quod nec Parens unquam negavit, communem eſſe facilè evincat, nihil tamen affert quo ea aut confirmetur, aut ſententia Parentis ſubvertatur. Nam quod ad text. attinet *in gl. lit. a.* allegatos ii omnes de agnatis loquuntur, filiorum autem longè aliam rationem eſſe Parens jamdudum oſtendit; contra quod ille ne verbum quidem, ſic etiam *ad c. 1. de ſucceſſ. feud.* & cætera quæ congerit à Parente jamdudum reſponſum eſt, fruſtra igitur ea reponuntur, niſi ſimul quæ à parente in contrarium allata ſunt removeantur. Hoc verò opus hic labor eſt, quem quaſi data opera ſubterfugere videtur. Nec movet quod de jure ſingulari quo feuda antiqua filiis ex beneficio concedentis & contractu concedentis deferantur, annectit. Nam nec text. *lit. f.* ab eo allegati hoc probant, & quænam tam concedentis quam acquirentis voluntas in jure filiis quærendo fuerit à Parente oſtenſum eſt, contra quæ cum nec Fachinæus omnia conando quicquam ſolidi afferre potuerit, non eſt quod de Roſenthalii nuda aſſertione diutius laboremus.

Ad retractum porrò quod attinet vivo patre impertiendum aſſentitur Parenti in hoc articulo Fachinæus neganti filiis jus retractus competere, nihil eſt igitur quod cum eo litigemus illud tamen monendum eſt iiſdem argumentis, quibus filium jus retractus non habere firmatur, illud etiam effici ne agnato quidem remotiori id competere, cum æquè nullus ex jure locus proferri poſſit, ex quo agnato id tributum eſſe demonſtretur, & juris communis ratio jus illud odioſum eſſe nec ultra perſonas quibus nominatim conceditur extendendum æquè in uno ac in altero rata evincat. Si inquam in filiis argumenta hæc Fachinæo valida ſunt cur ea in agnato remotiore æque non paritur obtineret, ſed de his alibi dictum eſt copioſius. Majores turbas tamen nobis hîc movet Roſenthalius is enim *d. cap. 9. membr. 2. Concluſion. 88.* filios ad jus retractus audacter admittit & *numer. 7.* ſcribit ſe rejicere quæ parens *ex lect. c. Titius filios & aliis quibuſdam rationibus* colligere conatur. Nimis perfecto ſuperciliosè. Videamus tamen quid afferat. In eo primum eſt vulgatum illud quod filii parentis proximi agnati ſint. Atqui jamdudũ oſtenſum eſt filiorum & agnatorum

torum toto jure feudali ſeparatam ut plurimum rationem eſſe. Id Roſenthalius refutare debuerat, antequam fundamentum opinionis ſuæ in eo ſtatueret, quemadmodum etiam nullam in propoſito vim argumentum hoc habere animadvertit Fachinæus cum quo ipſum hac in parte committimus. Æquè frivolum eſt quod aliis conſuetudinibus quibus jus retractus agnatis tribuitur, id etiam filiis indulgeri aſſerit, eò etiam conſtitutionem Friderici extendens. Primò enim negari poteſt id ita eſſe, niſi lex aut conſuetudo de filiis expreſsè loquatur, cum receptiſſimum ſit ejusmodi conſtitutiones ac conſuetudines ſtrictè interpretari. Deinde ut maximè hoc in aliis conſuetudinibus obtineat, non tamen inde ad feuda poteſt, inferri quorum ſeparata eſt ratio & peculiaris natura. Nam quo jure filiis retractus eſſet, conceſſus eodem jure etiam feudum ſine pretio poſt mortem patris revocandi facultas fuiſſet concedenda, cum hæc ſe mutuo conſequantur. Cum autem hanc revocandi facultatem jura filiis denegarint ut à Parente, fortiſſimis rationibus *Quæſt. 13.* eſt oſtenſum, utique neque alterum ipſis indulgendum fuit. Quod ſi Roſenthalio ne hac quidem ratione ſatisfit, cum ſtatuat (quamvis nullo probabili fundamento) filius jus revocandi competere, tamen quamvis & hoc ipſi concederemus multominùs ſibi jura feudalia de jure retractus filiorum cauſa laborandum putaſſent. Si enim filii feudum à patre alienatum poſt mortem ejus revocare poſſunt, utique id ſine pretio ad exemplum reliquorum agnatorum facere poterunt, quo poſito ſanè fatui eſſent, ſi id vivente patre jure retractus, & pretio dato redimerent quod paullo poſt ſine pretio ipſis eſſet obventurum. Aut igitur jus hoc filiis planè non competere ſecundum veram juris rationem fatendum eſt, aut ſi communem Interpretationem ſequimur id competere quidem ſed inutile planè ipſis eſſe neceſſe habemus confiteri. Jura autem ſuperflua remedia inducere non ſolent, ex quo fit, ut neq; de eo jure quod agnato proximiori competit agendum ſibi putarint, niſi cum filii ſunt in medio ut inde veriſimile ſit feudum jure ſucceſſionis tàm facilè ad ipſum non perventurum. Diverſa planè ratio eſt aliarum conſuetudinum quibus jus retractus conſanguineis conceditur, neq; enim illæ conſiderant an res alienata poſt mortem alienantis alia ratione poſſit, ad Conſanguineos pervenire, quinimo per alienationem illã omnis ſucceſſionis aut alterius devolutionis ſpes ipſis adeò præciditur, ut niſi jure retractus iis conſuleretur, re illa penitùs carere teneantur. Quod in feudis metuendum non eſt: etſi enim res planè non retraheretur tamen jus agnatorum nõ fit deterius ſed quamprimum alienatoris linea deficit feudũ ad eum, qui proximum ſucceſſionis gradum obtinet revertitur. Hujus igitur juris in retractu concedendo potiſſima habenda fuit ratio, & maximopere cavendum ne aut in præjudicium ejus qui in feudo ſucceſſuri ſunt, alii admittantur, aut apud eum cui jus hoc conceditur id planè inutile ſit. Quorum alterutrum contingeret, ſi aut remotiori agnato retractus concederetur, aut ij qui feudum alienatum poſt mortem alienatoris revocare non poſſunt, ad id eo vivente poſſint pervenire aut deniq; iis remedium hoc proponeretur, qui rem ſine pretio ſucceſſionis jure paullo poſt eſſent cõſecuturi. Quæ omnia cum in retractu rerum allodialium introducendo ceſſent, nec unquam in conſiderationem venire poſſint, facilè apparet ab uno ad alterum argui non poſſe, non eſt igitur, quod hoc argumentum toties nobis inculcet Roſenthalius.

Illud mirandum eſt quod negare audet filios feudum antiquum beneficio patris capere, cum tamen à Cujacio & cæteris tam dilucidè id ſit explicatum, ut nemo hactenus de eo dubitare am-

plius potuerit, quemadmodum etiam Fachineus ipſe c. 15. id apertè confitetur. Niſi enim filius beneficio parentis uteretur, ſed omne jus ſuum à primo acquirente vellet deducere jam à patruo qui primo acquirenti propior eſt vinceretur; quod ne fiat ſub parentis perſona delitescere & ex ipſius jure venire cogitur. Unde æquum eſt ut ejus quoq; factum modis omnibus præſtet.

Quod verò Roſenthalius etiam poſito filios feudum ex perſona parentis capere inde tamen non conſequi exiſtimat ipſos à jure retractus excludi planè ineptum eſt. Nam ſi filii feudum ex perſona parentis capiunt neceſſario ſequitur eos factum ipſius præſtare debere, atq; ita alienationē à defuncto factā impugnare non poſſe, quo conceſſo (ut illo poſito hoc modis omnib. concedere neceſſe habet Roſenthalius) abſurdū eſt vivente patre filios id revocare poſſe ad quod etiā co ſe medio remoto nequeat adſpirare quaſi nimirū plus juris vivo patre habeant quam mortuo. Nec juvat eum quod ſucceſſionis demū reſpectu filios feudum à patre capere, jus retract. autem ab eo non depēdere ſed potiorem ſanguinis rationem in eo habere autumat. Præterquam n. quod nova planè atq; inaudita hæc ſit diſtinctio ipſemet paullo ante *Conclu. 82. n. 13.* contrarium ſtatuit dum ibi aſſeverat jus redemtionis in feudis intuitu ſucceſſionis inductum eſſe. Quod ſi verum eſt, quomodo id quod hic affert poteſt conſiſtere. Interim tamen non negaverim ſanguinis rationem in tribuendo jure retractus eſſe habitā ſed id ita temperandum fuiſſe ſupra oſtendimus ne iis qui in feudo ſucceſſuri ſunt aut inutile ſit aut damnoſum dum hac ratione feudum ad eos qui aliàs ad id pervenire non poſſent transferatur. Quæ omnia cum in jure retract. rerum allodialium aliter longè ſe habeant fruſtra ex eo etiā hic iterum infert Roſenthalius. Nam quod ait proximiores etiam res allodiales jure ſucceſſionis capere & tamen nihilominus feudum retrahere poſſe animadvertere debuerat proximiores in ejusmodi re alienata nullā ſucceſſionis ſpem amplius habere atq; ita neceſſario ad jus retractus deveniendū eſſe: at in feudo etiā alienato jus ſucceſſionis manet integrum. Hic igitur ſi redemtionem ei cōcedis qui mox defuncto alienatore ſine pretio feudum revocare poteſt, ineptus es dum ſuperflua & inutilia planè remedia inducis, ſin verò ei qui feudum poſt mortem alienantis revocare non poteſt, hoc jure conſultum eſſe vis inevitabili contradictione te implicas, cum inde neceſſario ſequatur eum qui poſt mortē alienatoris factum ej. impugnare nequeat id vivo eo poſſe. Hæc omnia ut conditores juris feudalis evitarent non liberis (utpote qui aut patris hæredes ſunt nec facto ejus contravenire poſſunt, ſecundum veram & ſupra à nobis defenſam ſententiam aut ſi maximè poſſent tamen conſultius mortuo quam vivo patre id facturi eſſent) ſed proximiori agnato hoc jus cōceſſerunt. Qui etſi propter filios ſibi obſtantes ſucceſſionis jure ad feudum pervenire nondum valeat, quia tamen neq; factum alienatoris præſtare tenetur, & poſt liberos facto parentis excluſos proximum ſucceſſionis gradum obtinet feudū ſine ullius injuria reſtituto nimirum pretio poteſt revocare. Intra has metas à jure nobis præſcriptas & definitas ſi manſiſſent Interpp. in tot intricatas opiniones & abſurda quæ inde ſequuntur non incidiſſent.

Illud non contemnendum eſt quod *n. 10.* affert Roſenthalius & à Parente *Quæſt. 11. n. 20.* receptum eſt agnatos etiā feudum hæreditarium jure protimiſeos revocare poſſe licet id ſucceſſionis jure ab ultimo defuncto capere dicantur, & tanquam hæredes factum ejus præſtare teneantur: Si n. hoc agnatis in caſu quo itidem ut filii hæreditario jure ſuccedunt non obſtat quo minus feudum jure retractus vivente alienatore poſſint avocare, nihil eſſe videtur cur

id ſi-

id filios utcunque hæredes patris aliquando futuri ſint debeat impedire. Quibus & ratio ſuffragatur qua in agnatorũ cauſa tuenda utuntur Interpp. qui nimirum viventis nulla ſit hæreditas ex qua colligunt etſi agnati poſt mortem alienatoris hæreditario jure feudum capiant eo tamen vivente qualitatem hanc hæreditariam conſiderari non poſſe, atque ita agnatos jure proprio ad feudum admittendos eſſe. Hæc enim conſideratio non minus in liberis quam in agnatis locum invenit. Conſiderãt prętere a quod jus retract. contractum venditoris præciſè non impugnet ſed potius eum validum eſſe præſupponat & alium ſolummodo in locum prioris emtoris ſurroget ex quo fit, ut nec filius feudum retrahens factum patris impugnare dicatur. Quibus rationibus etiam moti plerique in aliis quoque conſuetudinibus jus retractus inducentib. generaliter ſtatuunt filium etiamſi hæres patris ſit tamen eo uti poſſe. Movent inquam hęc ſed non permovent, Nam quod ad doctrinam Interpp. attinet qua agnatos etiam in feudo hæreditario, ad jus retractus admittunt ea ideo facilius tolerari poteſt quod expreſsè jure feudali agnatis hæc facultas conceſſa ſit, & quidem generaliter nulla diſtinctione inter feudum ex pacto & hæreditario adhibita unde facilè induci potuerunt Interpp. ut id tam in uno quam in altero locum habere ſtatuerent, Cum præſertim jus retractus qualitati hæreditariæ tam directè non adverſetur. Et quamvis hoc omni penitus controverſia non careat, parens tamen hanc ipſorum ſententiam in loco ſupra citato ideo facilius admiſit quod ibi quæſtionem hanc ex profeſſo non tractarit ſed in genere de jure agnatorum egerit, quod cum ſatis ſuperq; firmaſſet id etiam in feudo hæreditario locum habere libenter Interpp. conceſſit ex ipſorum potius ſententia loquens quam ut rem diſcuſſis utriuſque partis rationibus diſcerneret, Inde vero ad filios inferri nequaquam poteſt illis enim revocandi poteſtas nullo jure expreſſo tributa eſt, non igitur ex eo quod qualitatem hæreditariam agnatis non obſtare putarunt Interpp. filiis id concedendum eſt, quod nec jura indulgẽt & aliæ rationes non minus urgentes prohibent. Beneficium enim quod agnatis jura expreſsè concedunt facilius ab una ſpecie feudi ad aliam (ſiquidem diverſæ ſunt) extendi potuit ab Interpp. quam perſonis in lege non tantum non nominatis ſed ſæpiſſime etiam diſtinctis de novo tribui. Eodem pertinet etiam ratio ab Interpp. conſiderata quod viventis nulla ſit hæreditas, hæc enim in agnatis rectiſſimè militat, cum ii vivente alienatore feudum ſucceſsionis jure ab eo habere non poſsint: Sed præter hoc jus quod ex ſucceſsione tandem conſequuntur aliud ipſis ex pacto majorum competit quod certè non ex facto aut beneficio agnati alienantis ſed aliunde provenit: Unde fit ut etiam feudum hæreditarium ex pacto & providentia majorum capere dicantur ut not. Parens *Quæſt. 14. num. 10.* eo igitur ipſo vivente etiam contra ipſum uti poterunt & feudum ab eo alienatum retrahere. Alia filiorum cauſa eſt hi enim præter qualitatem hæreditariam cum agnatis communem nihil habent quo ſe tueri poſsint, quicquid enim de pactis majorum jactitent, ad ea nunquam adſpiraſſent, niſi mediante perſona parentis, ipſius inquam facto & beneficio.

Quantò magis igitur ipſi devincti ſunt tantò magis par eſt, ut factum ipſius ſartum tectum habeant, nec ulla ratione impugnent. Nam quod porro conſiderant per redemtionem factũ defuncti non impugnari ad id Parens *quæſt. 12. n. 56.* jam dudum reſpondit, cũ n. tam alienantis quã ementis voluntas

ſit, ut res perpetuo apud eum in quem transfertur maneat, Certè qui per jus retractus eam ab emtore aufert voluntati utriuſque contravenit & contractum reſcindit.

Nec refert quod Roſenthalius *concluſ. 89. in fin.* ait, eum potius præſupponere contractum validum eſſe qui rem alienatam dato pretio redimit, etſi enim hoc ei concederetur nihilominus contractus ille eatenus impugnari dicitur, quod neque emtoris neque venditoris voluntati ſatisfit. Neq; is tantum contractum impugnare dicitur qui eum prorſus invalidum eſſe aſſerit, ſed etiam qui ei quacunque ratione contravenit, ut in iis qui remedio reſtitutionis & ſimilibus utuntur evenire videmus. Quod vero Interpp. hæredibus nonnunquam jus retractus competere ſtatuunt, id & controverſum eſt, prout noviſſimè contrarium conſuluit *Joh. Vincent. Honded. conſ. 3. num. 43. cum ſeqq. lib. 1.* & aliis quibuſdam rationibus nititur, quæ huc accommodari non poſſunt, cum ſæpè dictum ſit retractus feudalis ſeparatam plane eſſe naturam ab ipſo jure feudali ſatis definitam cujus limites excedere nobis integrum non eſt, Ad text. *in c. Titius filios. ſi de feud. def.* quod attinet valde in vero ejus intellectu aſſerendo *à num. 4. uſq; ad nu. 7.* ſe fatigat Roſenthalius, ſed qui parentis *Quæſt. 5.* legerit, is facile intelliget nihil eo opus fuiſſe, cum omnia plenius & explicatius ibidem ſint pertractata.

Quibus ſtantibus parens rectiſsimè intulit cum agnato filiis extantibus ſimpliciter & ſine ulla conditione jus retractus concedatur, jus feudale nullam filiorum in revocando feudo rationem habuiſſe, Roſenthalius verò primò text. hunc varios intellectus habere cauſatur. eam vero frivolam reſponſionem eſſe ait Gribald. *in l. non puto. De jur. fiſc.* præſertim cum de vero & genuino ſenſu illius capituli inter Patrem & Roſenthalium, atque adeo omnes qui leges rectæ conſtructionis intelligũt planè conveniat, Ejuſdem momenti eſt quod textum frequentioris, tantum uſus cauſa filiorum mentionem feciſſe aſſerit, quaſi aliâs agnatus jure retractus uſurus non ſit, id enim etſi concederemus, ſi tamen filiis etiam jus retractus competeret, non ſuffeciſſet certè ſimpliciter in textu exprimere filios adeſſe, ſed illud etiam conſiderandum fuiſſet, an hi eo uti velint nec ne antequam ad agnatum deveniretur. Id vero cum textus omittat & rectà ad agnatum progrediatur, multo certo rectius inde infertur filiis jus illud non competere, quam quod Roſenthalius præſupponendum, ait ibi nec filios revocare voluiſſe aut neglexiſſe aut alio impedimento non potuiſſe. Quid vero divinare eſt, ſi hoc non eſt? Nunquam certè juris feudalis compilatores tam ſtupidos tamque ineptos fuiſſe perſuadere mihi poterit, ut id cujus potiſſima ratio habenda fuiſſet planè omiſerint. Quod ſi vel ullum iota in jure feudali extaret ex quo colligi poſſet filiis jus hoc competere facilius id hic ſupplendum eſſe concederemus, ſed cum nec ullibi id ſcriptum reperiatur nec ulla ratio ſit, quæ nos hoc cogat ſtatuere, certè ex eo quod id eo in loco omiſſum eſt, ubi neceſſaria ipſius mentio habenda fuiſſet multo validius infertur, id planè non competere quam aliunde ſupplendum eſſe.

QVÆSTIO

QUÆSTIO XIV.

FEUDUM PATERNUM HÆREDITARIUM A POSSESSORE ALIENAtum utrum agnati, ſive filii hæredes revocare poſſint: & quid juris ſit, ſi inventarium confecerint, vel ſi hæredes duntaxat primi acquirentis fuerint: vel nihil in bonis hæreditariis ſit reſidui, vel etiam hæreditas defuncti non fuerit ipſis delata. Quid idem ſecundum jus Saxonicum in hoc articulo ſit ſtatuendum.

1. Feudum merè hæreditarium in præjudicium ſucceſſorum alienari poteſt.
2. Interpretum varietas circa revocationem feudi hæreditarii in duas claſſes reducitur.
3. Feudum hæreditarium revocari poſſe, quibus argumentis oſtendatur. Contra verò iſtud generaliter revocari non poſſe, multos exiſtimaſſe docetur num.34. Et hoc ultimum, refutata prima opinione defenditur nu.36.
4. Feudum hæreditarium, præterquam quod hæres quis eſſe cogitur, in cæteris propriam naturam retinet. declaratur hoc num.37. & nu.40.
5. Feudum hæreditarium ad extraneos hæredes non tranſit.
6. De feudo hæreditario vaſallus pro libito diſponere non poteſt.
7. Feudum hæreditarium non venit ſimpliciter in petitione hæreditatis, neque in reſtitutione fideicommiſſi. Contra num.38.
8. Feudum hæreditarium tranſit ad inſtitutum in re certa. Contra nu.39.
9. Feudorum hoc eſt proprium, ne in præjudicium ſucceſſorum alienari queant.
10. Feudum hæreditarium quis cenſetur capere ex pacto anteceſſorum. declaratur nu. 41.
11. In feudo hæreditario quis ſuccedit tanquam hæres primi acquirentis: declaratur nu. 42.
12. Agnati in feudo hæreditario perinde, ut in feudo ex pacto jus quæſitum habere cenſentur, reſtringitur nu.41.
13. Vaſallus cenſetur in feudo habere tantummodo jus limitatum ad vitam, & gravatus poſt mortem reſtituere.
14. Jus ad certum tempus limitatum habens, poſt illud tempus de re diſponere non poteſt.
15. Gravatus reſtituere poſt mortem, alienare non poteſt.
16. Uſufructuarius nihil diſponere poteſt poſt mortem de re, in qua uſumfructum habet.
17. Feudum tanquam jus cohærens perſonæ æquiparatur uſufructui.
18. Feuda reſpiciunt honorem familiæ.
19. Generi quæ debentur, tolli non poſſunt.
20. Feudum conceſſum hæredib. quidam mixtum appellarunt.
21. Hæres tenetur præſtare factum defuncti etiam in rebus ipſius hæredis, ita ut nec ex propria perſona contravenire poſſit.
22. Interpretum varietas in reſpondendo regulæ l. Cum à matre, C. de rei vendicat.
23. Inventarium præſtat, ne quis ultra vires hæreditatis teneatur, omniaque jura integra conſervat, ne ullum omnino damnum ſentiat, declar. n.43.
24. Feudum hæreditarium etiam ab hærede, mediante inventario, revocari poſſe, non obſtante regula l. Cum à matre. multi exiſtimarunt. Contrarium firmatur nu.43. & auctoritas aliter opinantium refutatur nu.44.
25. Feudum hæreditarium per inventariũ ſeparatur à reliquis rebus hæreditariis: Secundum Ruinum ; quod improbatur.
26. Agnati cum hæredes alienantis eſſe nõ cogan-

cogantur, feudum hæreditarium revocare poſſunt, non obſtante regula l. Cum à matre. contra nu. 45.

27. *In feudo hæreditario ſufficit quem eſſe hæredem primi acquirentis, licet non ſit hæres ultimi. Contra quod etiam debet eſſe hæres ultimi defuncti, probatur nu. 45. & aliter ſentientes refutantur nu. 46.*

28. *Feudum hæreditarium ab hærede revocari poteſt, non obſtante l. Cum à matre, quando alienans poſt mortem nihil in bonis reliquit. Contrarium firmatur num. 47. & 49.*

29. *Sic etiam revocari poteſt regula illa non obſtante, quando hæreditas alicui non eſt delata. Contra nu. 50.*

30. *Filius præteritus feudum hæreditarium revocare poteſt. Contra nu. 51.*

31. *Sic etiam ſi exhæredatus, vel in certa re inſtitutus eſſet, vel vivo patre hæreditati renunciaſſet.*

32. *Feudum hæreditarium etiam ab hærede generaliter revocari poſſe, non obſtante regula l. Cum à matre, quidam exiſtimarunt. improbatur hæc opinio num. 52.*

33. *Hæres impugnare poteſt factum defuncti, quod tendit ad defraudandum eum beneficio legis: hoc verò ad feudum hæreditarium accommodari nõ poſſe oſtenditur nu. 52.*

35. *Feudum hæreditarium generaliter revocari non poſſe, cur plerique æſtimaverint.*

Feudum hæreditarium aſſumit naturam rei hæreditariæ, & illius jure cenſetur.

37. *In feudo hæreditario quando de ſucceſſionis effectu agitur, potius conſideratur qualitas hæreditaria, quàm propria natura feudi.*

40. *In feudo hæreditario quatenus cenſeatur immutata natura feudi, hæreditariæ qualitati inhæret, facto defuncti non poſſe contra veniri.*

41. *Feudum hæreditarium licet quis ex pacto anteceſſorum obtineat, nihilominus tamen factum defuncti præſtare tenetur.*

42. *In feudo hæreditario quis non ſolum primi acquirentis, ſed & ultimò defuncti hæres eſſe cenſetur.*

43. *In feudo hæreditario hæres factum defuncti præſtare tenetur etiam confecto inventario.*

Inventarium eatenus, quatenus vires hæreditatis ſeſe extendunt, nihil operatur.

48. *Matth. de Afflict. auctoritas refutatur.*

49. *Jacob. de Beluis. locus declaratur.*

51. *Feudum hæreditarium obtinere non poteſt, qui eſt excluſus à ſucceſſione hæreditatis.*

52. *Feudum hæreditarium alienans non cenſetur hæredem defraudare legis beneficio.*

43. *Opinionum facta collatione circa feudi hæreditarii revocationem cui adſtipulandum ſit oſtenditur.*

54. *De feudi hæreditarii revocatione quid ſit ſecundum ipſum jus feudale ſtatuendum, remotis interpretum opinionibus.*

55. *Feudum hæreditarium utrum jure Saxonico alienari poſſit in præjudicium agnatorum, vel filiorum.*

ABSOLUTO tractatu feudi, quod ex pacto & providentia vulgò appellant, reſtat ut de feudo hæreditario etiam agamus, quatenus in diſpendium agnatorum ſive filiorum ejuſmodi feudum cum conſenſu domini alienare, vel alioqui de eo diſponere poſſit vaſallus, & utrum iſtud alienatum agnatus vel filius recuperare, vel aliam diſpoſitionem defuncti in irritum revocare, queat. Licet enim hujus quæſtionis veritas maxima ex parte ab iis dependeat, quæ ſupra *quæſtione 1.* de feudo hæreditario diximus, quia tamen ea, quæ ad propoſitum noſtrum pertinentia eo in loco commemoravimus, magis eum finem reſpiciunt, ut ex iis propria feudi hæreditarii natura penitus cognoſcatur, quàm ut inde plena hujus quæſtionis reſolutio peti poſſit: Ideo viſum fuit nobis, materiam iſtam revocationis peculiariter excutere, atque enucleare. Ne autem vocabuli ambiguitas obſcuritatem pariat, revocanda ſunt in memoriam ea, quæ ſupra *quæſtione 1.* de varia hujus vocabuli ſignificatione monuimus, cumque inter cætera feu-

dum

Digitized by Google

dum aliud dicatur merè hæreditarium, quod videlicet alicui & hæredibus ejus quibuſcunq; conceſſum fuit: aliud verò ſimpliciter nominetur hæreditarium, propterea quia in inveſtitura hæredum facta eſt mentio, nos de hoc ultimo in propoſito acturi ſumus.

1 Nam † ad illud quod attinet, ſine controverſia ab interpretibus receptũ eſt, iſtud in præjudicium ſucceſſorum alienari poſſe, ut apparet ex locis ſupra *quæſtione 1.* citatis.

2 Circa † alteram verò feudi hæreditarii ſpeciem variæ ſunt commentatorum opiniones, quibus non ſolum alii aliis, ſed plerique etiam ſibimetipſis adverſantur, prout varietates illas collegit Pinell. *in l. 1. part. tertia. num. 92. C. De bon. matern.* Sed hæ inter ſe diſſidentes opiniones duabus claſſibus comprehendi poterunt: aliis nimirum exiſtimantibus, agnatum vel filium feudum hæreditarium à defuncto cum conſenſu domini alienatum revocare poſſe: aliis verò è converſo hanc revocandi facultatem in hoc feudorum genere ipſis denegantibus.

Et quamvis ex iis, qui arbitrantur, feudum hæreditarium ab agnato vel filio revocari poſſe, quidam iſtud tum demum admittant, quando inventarium fuerit confectum, vel aliud quippiam intervenerit, quod ab onere hæreditario liberet agnatum: quidam verò etiam ſine inventario hanc revocandi facultatem ſimpliciter concedant: hæc tamen, quæ inter haſce duas opiniones exiſtit diverſitas, potiſſimum exoritur circa reſolutionem regulæ, quæ hæredem factum defuncti præſtare debere docet, atque adeò huic concluſioni plurimum refragatur, aliis alio modo ad regulam illam reſpondentibus. Interim verò interpretes hanc concluſionem amplectentes non ſolum in eo conveniunt, quod remoto iſto objecto, & ceſſante ratione hujus regulæ, feudum hæreditarium revocari queat: ſed & utraque opinio iiſdem juris rationibus eſt ſubnixa. Quamobrem & nos, ne bis idem repetendum ſit, haſce aliquo modo diſcrepantes opiniones in prima claſſe conjungemus, de diverſitate, quæ circa dictæ regulæ ſolutionem oritur, deinceps acturi, ubi relatis fundamentis hujus ſententiæ ad regulam illam reſpondendum erit.

Qui † itaque affirmativam tuentur 3
opinionem, & in feudo hæreditario etiam revocandi facultatem concedunt, quorum nomina paulò poſt recenſebimus, hi ſequentibus potiſſimum moventur rationibus.

Primò, † licet feudum hæredita- 4
rium requirat, ut is, qui feudum obtinere vult, ſimul hæres eſſe cogatur: huic tamen qualitati hæreditariæ in eo ſatisfactum videtur, quando hæreditas adita fuit: in cæteris verò omnibus feudum propriam naturam retinet: ut non ſolum ex generali regula probatur, quæ docet, quotieſcunque in inveſtitura adjectum fuerit pactum contra naturam feudi, quod nihilominus in aliis, quæ dilucide expreſſa non ſunt, propriam naturam retineat. *c. 1. de feud. non habent: propriam nat. feud.*

Sed † etiam inde apparere vide- 5
tur, quoniam ejuſmodi feudum, quamvis hæreditarium ſit, ad extraneos hæredes non tranſit, ſed juxta propriam naturam feudi duntaxat ad hæredes feudales, id eſt, deſcendentes maſculos. *c. 1. §. Etſi clientulus. de alienat. feud. c. 1. §. Ita ſi de feud. fuer. controverſ. Bartol. & DD. in l. Gallus. §. Etiam de liber. & poſthum. & in l. Quod dicitur. de verbor. obligat. & in l. Etiam. ſolut. matrimon. Alexand. in l. Si patroni. Ad SC. Trebellian. ubi col. 4. verſ. gloſ. Super verb.* hinc dicit, ejuſmodi feudum non eſſe propriè hæreditarium.

Eadem † ratione vaſallus de ejuſ- 6
modi feudo non teſtari, neque alio modo pro libito diſponere poteſt: quod utique permiſſum ei eſſet, ſiquidem

natura

Digitized by Google

natura penitus eſſet immutata, *ut arguit Curtius ſenior in conſil.44. & conſil.48. incip. memoria recolendæ. Pariſ. in conſ.23. incip. Prima in hujuſcemodi conſultatione. num.13.& num.173.vol.1.& in d.conſil.65. incip. Paternum feudum. numer.8. in fin. vol.3.*

7 Sic † etiam ejuſmodi feudum non venit ſimpliciter in petitione hæreditatis, & in reſtitutione fideicommiſſi, cum tamen, ſi naturam hæreditariam aſſumſiſſet, de eo non eſſet dubitandum, *ut docet Bart. Alex. & DD. in l. Si patroni. ad SC.Trebell.*

8 Sic † videmus feudum hæreditarium obtinere poſſe etiam eum, qui certa tantummodo in re inſtitutus eſt, cum alioqui, ſi naturam haberet hæreditariam, pro portionibus hæreditariis in eo ſuccederetur, nec poſſet venire ad eum, qui in re certa inſtitutus fuerit: quod in hoc feudo aliter ſeſe habet, *ut ſenſit Bald. in c.1. in fin. princ. de ſucceſſio. feud. quem ſequitur Imol. in l. Ex facto. de hæred. inſtit. Et Alexand. in conſil.12. Incip. conſideratis. num.8. col. fin. volum.1. Molinæus in conſil.50. numer.45.* Sunt præterea multæ proprietates feudorum ſeparatę penitus à cæteris rebus hæreditariis, quas nihilominus feudum hoc hæreditarium retinet, *ut conſtat. ex §. & quia vidimus: de his qui feud. dar. poſſ. & in tit. Quib. mod. feudum amittatur. & in tit. de feud. ſucceſſio. & de alienat. feud. cum ſimilib.* ut proinde ex hiſce evidens ſit, feudum hoc præter iſtud, ut quis hæres eſſe cogatur, in reliquis propriam naturam retinere.

9 Inter † cætera autem etiam hæc peculiaris feudorum proprietas eſt, ut ea in præjudicium agnatorum vel filiorum alienari non poſſint, ſed alienata revocentur. *c.1. de alienat. feud. pater. c.1. §. Hoc quoque. de ſucceſſio feud. c. Titius. ſi de feud. defunct. controverſ. fuerit.* Conſequens igitur omnino eſt, feudum hæreditarium etiam hanc propriam feudorum naturam retinere, & quod propterea feudum hæreditarium alienatum agnatus vel filius revocare poſſit.

10 Secundò † in hanc ſententiam affertur, quoniam, etſi in feudo hæreditario quis hæres eſſe teneatur, nihilominus tamen iſtud ex pacto & providentia anteceſſorem capere cenſetur, *ut ſenſit gloſ. in c.1. §. Cum vero Conradus: Qui feud. dar. poſſ. & clarius docuit Jacob. de Beluis. in c.1. de eo, qui ſibi & hæredib. maſcul.* ubi ait, quod, quando feudum eſt acquiſitum pro ſe & hęredibus, tum hæredes primi acquirentis feudum directè, vel per mediam perſonam acquirant ex pacto propter hæreditatem defuncti. *In eadem fuiſſe opinione videtur Andr. de Iſernia in c.1. in 1. col. verſ. Item quæritur. de alienat. feud. patern. & Gulielm. à Perno in ſecundo notab.* ubi ait, in omni conceſſione feudali ineſſe providentiam principis: *& pluribus probat Camerar. in d. §. Præterea ducatus. pag. 707. & Thomas Marin. in tit. de feud. ex pacto & provident. num.13.* inde concludentes, feudum hæreditarium etiam rectè feudum ex pacto & providentia dici, ut ſupra *in 1. quæſtione* commemoravimus.

11 Idque † probatur etiam ex eo, quod plerique rati fuerunt, in feudo hæreditario quem non tam ſuccedere, ut hæredem ultimi defuncti, quàm hæredem primi acquirentis, & quod ſufficiat quem eſſe hæredem primi acquirentis, à quo cauſam habuit, ad radicem mediatè vel immediatè; etſi feudum ambulaverit per mille manus, *ut inquit. Angel. in conſil.10. incip. ſanctiſſima & illuſtriſſima Regina. col.7. verſ. Nec quiſquam putet. Alexand. in conſil. 26. incip. Ponderatis his. numer.4. col.4. volum.5. Albertus Brun. in conſil. 18. in cauſa vertente inter ſpectabiles. numer.14. cum aliis quos paulò poſt adducemus.* Nam vel ex hoc ipſo palam eſt, in feudo hæreditario non minus quàm in feudo ex pacto, ad primum acquirentem reſpectum haberi, & ex pacto & providentia ejuſdem feudum hoc quem obtinere.

re, *prout hoc etiam clarè aſſeruit Ruinus in conſil.38. incip. Quoniam de plurib. numer.16. & 17. volum.1. Albertus Brunus in d. conſil.18. numer.13. & 15. & ſeq.* ubi diſertè ait, in feudo hæreditario non tam per ſucceſſionem ſucceditur, quàm ex pacto & providentia. *Pariſ. in conſ.23. num.177. num.20. volum.1. Et in conſil.65. incip. Paternum feudum dicitur. numer.16. & ſeq. volum.3. Marian. Socin. in conſil.112. incip. Abundè profectò. numer.4. in fin. libr.2. Et in conſil.72. incip. Propoſita quæſtio admodum difficilis. numer.29. & ſeqq. volum.1.* ubi *num.31.* ait, quod licet filius cogatur eſſe hæres patris, non tamen habeat feudum ut hæres ultimò defuncti, ſed dicitur illud habere tanquam hæres primi inveſtiti, & ex pacto & providentia concedentis, adducens pro hoc auctoritatem Paul. de Caſtro *in Authent. poſt fratres. la.2. C. de legitim. hered.* aſſerentis, licet quis in feudo ſuccedere non poſſit, niſi ſit hæres, non tamen ſequi, quod ſuccedat, ut hæres, ſicut videmus in ſimili in querela inofficioſi teſtamenti non præparata, quæ in filium hæredem tranſmittitur, non tamen tanquam in hæredem, ut idem Paul. de Caſtro declarat *in l. Si quis filium. in ſecundo notab. verſ. ſed dubium eſt. C. de inofficioſ. teſtamento. hæc Socinus.* Idem aſſeruit Carol. Molinæus *in d. conſil.50. num.49.* ubi, licet, *inquit*, quis cogatur eſſe hæres in feudo recepto pro ſe & hæredibus, quod tamen quis non feudum capiat ut hæres, ſed jure feudorum, vel per inveſtituram patris, avi vel proavi primò inveſtiti. *c.1. Ibi per inveſtituram patris & avi, & ibi not. Andr. de Iſernia. Jacob. de Belvis. Bald. & omnes. de feud. March. ducat. & comit. c.1. & ibi DD. de grad. ſuccedent. in feud. c.1. & ibi Bald. & Alvarot. de natur. ſucceſſ. feud.* Adſtipulatur hiſce Pinell. *in d. l. parte tertia. numer.96. verſ. infertur ſexto. C. de bon. matern.* ubi luculenter ait, quamvis feudum exigat hæredis nomen, non tamen accipiatur à defuncto, ſed à concedente, & primo

acquirente. Hoc † itaque poſito, ni- 12
mirum feudum etiam hæreditarium ex pacto & providentia anteceſſorum acquiri, ut multis jam probavimus, inde porrò extrui poſſe videtur, quod, quemadmodum feudum ex pacto & providentia ideo in præjudicium agnatorum alienari non poteſt, quia jus ex pacto anteceſſorum quæſitum ipſis invitis auferri nequit: ita nec etiam feudum hæreditarium in agnatorum diſpendium alteri concedi queat, cum, ut dictum eſt, agnati iſtud, perinde ut alterum feudorum genus, ex pacto anteceſſorum conſequi, atque inde ex contractu ipſorum jus partum habere cenſeantur, quod ne ipſis invitis auferatur, eadem juris ratio efflagitat.

Denique ex hoc ipſo conſectarium eſt, omnes illas rationes, quibus jus revocandi in feudo ex pacto & providentia conceſſum eſſe ſupra diximus, etiam in feudo iſto locum habere: cum illæ potiſſimum dependeant à jure, quod vel ex pacto anteceſſorum agnatis revocare volentibus quæſitum eſt, vel vaſallus defunctus, qui alienavit, in feudo habere æſtimatur.

Nam quod attinet ad jus agnatorum, ſatis jam probatum eſt, iſtud tale eſſe in feudo hæreditario, ut ſine ipſorum conſenſu jure tolli nequeat. Sic & jus, quod vaſallus in feudo etiam hæreditario habet, ejus potentiæ non eſt, ut poſt obitum illius vires ſuas extendere, & agnatis proximum ſuccedendi locum obtinentibus, in proprio ipſorum jure aliquod præjudicium inferre queat.

Cenſetur † enim vaſallus tantum 13
uſque ad vitæ ſuæ ſpacium jus limitatum habere, & gravatus eſſe, ut poſt mortem ſuam iis, qui in inveſtitura comprehenduntur, feudum reſtituat, *ut tradit Andr. de Iſernia in d. c.1. §. Hoc quoque. numer.9. & ibi Matth. de Afflict. de ſucceſſio. feud. & in c.1. §. Quid*

ergo.de inveſt. de re alien.facta. Non igitur factum ipſius agnato vel filio præjudicare poterit, tum quia, ut dictum eſt, jus ejus ad vitam ſolummodo durat.

14 Nam † regulariter, qui jus ad certum tempus limitatum habet, poſt illud tempus de re iſta diſponere non poteſt. *l. penultim. C. de legat. l. lex vectigal. de pignor. l. Epiſtola.* §. *fin. de pact.*

15 Tum † etiam quia gravatus cenſetur reſtituere poſt mortem, quod ipſum alienationi obſtaculo eſſe ſolet. *argument l. fin.* §. *Sin autem ſub conditione. & Authent. res quæ. C. Commun. de legat.* ſed potius reſoluto jure datoris, ut jus etiam acceptoris reſolvatur neceſſe eſt: quibus argumentis in propoſito utitur Bald. *in conſil. 38. incip. Dominus Thom. de Scarampis. vol. 1.*

16 Facit † quod in ſimili de uſufructuario jure noſtro cautum reperitur, quod is videlicet, quia morte ipſius finitur uſusfructus, nihil de jure illo fruendi diſponere poſſit. *l. ſi quis domum.* §. *ff. locati. l. Neceſſario.* §. *final. de pericul. & commod. rei vendit.*

17 Dicitur † enim feudum jus quoddam perſonæ cohærens, ſimile uſufructui, *ut docet Jacob. de Ardizo in ſum. feud & in Rubr. utrum feudum divid. poſſ. Bald. in c. 1.* §. *Hoc quoque. col. 3. de ſucceſſ. feud. in d. conſil. 38. volum. 1.* Sicut ergo uſufructuarius nihil de uſufructu diſponere poteſt, quod finito uſufructu robur habeat, ita nec vaſallus, *ut arguit Calcan. in conſil. 73. incip. præſuppoſito, quod teſtamentum. col. 1. quem refert & ſequitur Marianus Socin. in conſil. 72. incip. Propoſita quæſtio admodum difficilis. numer. 18. volum. 1.* Sive igitur jus, quod agnatis ex pacto anteceſſorum quæſitum eſt, in feudo hæreditario ſpectes, ſive etiam jus, quod agnato alienanti competit, conſideres, utriuſque ratio ſuggerere videtur alienationem in feudo hæreditario agnatis vel filiis non magis officere poſſe, quàm in feudo ex pacto & providentia: ſed quod utrunque feudorum genus alienatum revocari poſſit, ſubſiſtente nimirum utrobique eadem juris ratione, quæ revocandi viam aperit, *prout poſt alios hoc copioſè declarat Pariſ. in d. conſ. 65. numer. 15. volum. 3.*

Accedit † hiſce alio ratio, quoniam feuda plerunque honorem familiæ reſpiciunt, quæ & nomen ſuum inde ſortiri ſolet: non igitur permiſſum eſſe debet vaſallo, quod à majoribus ſuis pro conſervatione totius familiæ conſtitutum eſt, pro libito ut aboleat: 18

Cum † ea, quæ generi debentur, non poſſint tolli per patrem, vel agnatum defunctum, *ut dicit textus in l. 3. de interdict. & releg. & in l. Cum ratio. de bon. damnat.* 19

Hæc enim ratio non minus in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto locum habet, *ut ſenſit. Pinell. in l. 1. part. tertia. nu. 95. verſ. Roboratur tertio. C. de bon. mater.*

Hiſce itaque rationibus moti complures interpretes, quos paulò poſt citabimus, exiſtimarunt, feudum hæreditarium non minus, quàm feudum ex pacto & providentia ab agnato ſive filio revocari poſſe.

Cumque † ſecundum rationes iſtas feudum hæreditarium præterquam quod exigat, quem eſſe hæredem in cæteris propriam feudi naturam retineat, atque inde partem de feudo hæreditario, quod merè hæreditarium nuncuparunt, longe verò majorem partem à feudo ex pacto & providentia capiat; ideo quidam hoc feudorum genus feudum hæreditarium mixtum appellarunt, hoc ipſo diſtinguentes id à feudo merè hæreditario, & feudo ex pacto. 20

Ab hac diſtinctione non videtur fuiſſe alienus *Bald. in l. Cum virum. C. de fideicommiſſ. & in l. Qui ſe patris. C. unde liber. & Jaſon. in præl ud. feudorum.*

rum, in col. fin. & præ cæteris clarè eandem tradidit Decius in conſil. 185. Incip. in cauſa iſtorum nobilium: & in conſil 395. incip. cauſa magnifici: in fin. quem ſequitur Matth. de Afflic. in c. 1. An agnat. vel fil. nu. 13. verſ. Ex quibus infero. Marian. Socin. in d. conſil. 72. volum. 1. & in d. conſil. 112. num. 11. & in conſil. 103. incip. In cauſa iſtorum nobilium num. 33. & in conſil. 114. incip. In cauſa feudali. in fin. vol 2. Pariſ. in d. conſil. 23. volum. 1. & in d. conſil. 65. vol. 3. eandem tenere videtur Sylvan. in conſil. 15. num. 14. Cravett. in conſil. 197. num. 3. Pinell. in d. loco num. 96. verſ. infertur 8. qui Decium prudenter hoc advertiſſe dicit, & Cacheran. in deciſio. Pedemontan. 161. & Joan. Baptiſt. Vince. in conſil feud. 1. num. 87. Quia verò feudum iſtud hæreditarium, quamvis in cæteris propriam feudorum naturam conſervet, hoc tamen peculiare habet, ut is, qui feudum hoc conſequi vult, hæres eſſe omnino cogatur, ut nullo refragante, omnes (licet alius alio modo,) admittuntur: utique hoc ipſum opinioni, quæ revocandi facultatem concedit, haud parum adverſatur, atque ideo hoc ſolum obſtaculo eſſe videtur, ne feudum hæreditarium alienatum revocari queat.

21 Hæres † enim regulariter tenetur præſtare factum defuncti. *l. Cum à matre. C. de rei vendic. l. ſi ab eo. C. de negoc. geſt.* etiam in iis, quæ defunctus in propriis rebus hæredis geſſit. *l. ſi fundum. ibi: neque ei ſucceſſiſti. C. de reb. alien. non alienand. l. 1. de except.* uſque eò, ut, etjamſi ex propria perſona illud impugnare velit, non admittatur. *l. 3. C. de reb. alien. non alienand.* Nam hæreditatem adeundo voluntatem defuncti ſuo conſenſu confirmaſſe cenſetur, *ut ait textus in l. ſi ab eo. C. de liberali cauſa.* & cum ſemel adita eſt hæreditas, omnis defuncti voluntas rata conſtituitur, ſecundum Juriſconſultum *in l. ſi patroni. §. 1. Ad SC. Trebellian.* Cur igitur recuſaret id, quod recuſare non potuit is, cujus hæreditatem ſuſcepit, ut ait Juriſconſultus *in l. poſtulante. Ad Trebellian.*

Quo circa † ut hoc objectum removeant interpretes huic opinioni ſubſcribentes, varias adinvenerunt ſolutiones, quibus regulæ *d. l. Cum à matre,* ſatisfaciant, atque hinc iterum in diverſas fuerunt diſtracti partes. Alii concedentes, regulam illam impedimento eſſe, quò minus feudum alienatum revocari poſſit, multifarios excogitarunt caſus, in quibus illi locus non ſit, atque in hiſce duntaxat feudum hæreditarium revocari poſſe, abitrati ſunt. Alii verò exiſtimantes, regulam iſtam à propoſito noſtro penitus eſſe alienam, generaliter concluſerunt, ea non obſtante feudum hæreditarium alienatum indiſtinctè recuperari poſſe. 22

Qui prædictæ regulæ in propoſito locum relinquunt, hi ſecundum illam concedunt quidem, feudum hæreditarium regulariter revocari non poſſe: interim tamen regulam illam in tam multis caſibus, quos jam commemoraturi ſumus, non procedere, ſed ea nihil remorante, feudum hæreditarium propter rationes ſupra adductas revocari poſſe concludunt, ut rarò huic regulæ locus eſſe poſſit, atque idcirco non immeritò ſecundum horum etiam opinionem generaliter quis ſtatuat, feudum hæreditarium non obſtante regula *d. l. Cum à matre.* revocari poſſe: qua ratione & nos adducti, utranq; opinionem in prima hac claſſe conjunximus.

Primò enim arbitrantur, regulam illam locum non obtinere, quoties inventarium confectum fuerit. Nam † 23 cum inventarii beneficium hoc præſtet, ne quis ultra vires hæreditarias teneatur (a) *ut eſt textus in l. fin. §. Etſi præfatam. C. de jur. delib.* Omniaque jura & actiones hæredi integra atque illæſa conſervet. *§. In computatione. d. l. fin. uſque eò, ut Bald. in l. Debitori. C. de pactis,* ſcriptum reliquerit, inventarium effi- (a)

cere, ut hæreditas cenſeatur jacens: quod tanquam pulcrum refert Jaſon. *& d. §. In computatione. & in l. Quæ dotis. ſolut. matrimon.* addens, quod inventarium aliquem reducat in gradum & ſtatum, in quo eſſet, ſi hæreditatem non adiviſſet, cum ſimilibus adductis per Pariſ. *in conſil. 33. incip. ut præſens conſultatio. numer. 89. libr. 3.* Ubi per textum *d. §.* etſi præfatam, ibi, hæreditatem ſine periculo habeant, & nihil ex ſua ſubſtantia penitus hæredes amittant, ait, Inventarium hæredem ab omnibus damnis, quæ pati potuiſſet ex aditione ſimpliciter facta, tutum & ſecurum reddere, ut nec in re minima detrimentum aliquod capiat.

24 Ideo † interpretes exiſtimarunt, inventarii remedium revocandi jus, quod etiam in feudo hæreditario ante aditam hæreditatem competere ſupra probavimus, hæredi ſalvum atque integrum conſervare, & quod ideo is, qui inventarium confecerit, feudum alienatum non impediente regula paulò ante conſiderata, revocare poſſit. *Hoc docuit Bald. in l. Qui ſe patris. col. 7. verſi. unde in uſibus feudor. C unde liberi. Martinus Laudenſis in c. Titius col. fin. ſi de feud. defunct. content. fuer. Alvarottus in c. 1. An agnat. vel filius: Prapoſit. in c. 1. Ibi, in feudo hæreditario non ſuccedit niſi faciat inventarium: de eo, qui ſibi & hæredib. maſcul. Jacob. de S. Georg. in tractat. feudal. in verb. Itaque ipſi inveſtiti. numer. 8. & in verb. & cum pacto. de non alienando. numer. 143.* ubi diſertè ait, quod, ſi filius confeciſſet inventarium de bonis allodialibus, tum alienatio facta per patrem ſibi non præjudicaret. Hoſce etiam ſecutus *eſt Zaſius in tractat. ſuo feud. part. 8. numer. 10. verſi. Quintò limita. & Dn. Baro Schenck. in c. 1. An agnat. vel filius. Eandem opinionem de facto conſulti fuerunt amplexi Alexan. in conſil. 124. incip. ſuper primo quæſito. numer. 8. volum. 4. & in conſil. 13. Perſpectis his, quæ in themate. numer. 11. Ibi, & etiam abſque beneficio inventarii. vol. 5. Jaſon. in conſil. 56. incip. Viſo & diligenter conſiderato. col. 6. verſ. Et ad illud, quod dicitur. volum. 3. & in conſil 136. incip. viſo & diligenter conſiderato. col 6. verſ. Et ad illud quod dicitur. volum. 3. & in conſil. 136. incip. In præſenti conſultatione. num. 5. col. pen. volum. 4. Ruin. in conſil. 47. Pro ſolutione dubiorum. numer. 9. & in conſil. 38. incip. Quinimò de pluribus. num. 21. vol. 1.* ubi hanc opinionem, contraria reprobata latè defendit, inter cætera inquiens:

Quando † feudum eſt antiquum, 25 etiamſi ſit receptum pro hæredibus, potuit ad filium ultimò defuncti feudum pertinere, etiamſi non fuiſſet hæres patris, dummodo eſſet hæres primi inveſtiti: nec ad illum pervenit providentia paterna, ſed alterius concedentis: propterea ſi adeat hæreditatem patris, in qua fuerat feudum, & inventarium non conficiat, factum patris cogitur approbare: quia tunc feudum non ſeperatur, neque ſeparari poteſt ab ipſa hæreditate, nec ab aliis rebus hæreditariis, ſed confecto inventario dicitur eſſe in hæreditate paterna ſeparabiliter, & ſic licet in dicta hæreditate paterna ſit confuſum cum reliquo patrimonio. *d. l. Sed ſi plures. § filio. de vulgar. & pupillar.* tamen illud per beneficium inventarii ſeparare poteſt filius ab hæreditate patris, & illud retinere alio jure, id eſt, tanquam hæres primi inveſtiti, & cujus eſt etiam hæres mediante perſona patris. *Hæc ille.* Idem tenet *Albertus Brunus in conſil. 18 incip. In cauſa vertente inter ſpectabiles dominos: numer. 16. Anton. Rubeus in conſil. 164. incip. Circa primum dubium. numer. 14. in fin. Decius in conſil. 185. incip. In cauſa iſtorum nobilium. numer 5. & in conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem. numer. 9. & in conſil 408 incip. ſuperiori anno. numer. 29. Pariſ. in conſil. 10. incip. Mortuo illuſtriſſimo domino. numer. ſeptimo. & in conſil. 21. Prima in hujuſmodi conſultatione. numer. 201. volum. 1. & in conſil. 65. incip.*

Paternum

Paternum feudum.numer.47.vol.3.Gozadin. in conſil.46.Viſis inſtrumentis.num.6. Marian.Socin. in conſil.112.incip. Abundè profectò.num.13.vol.2. ubi ait, quod hæc * *opinio ſit verior & magis communiter** *approbata.Sylvan.in d.conſil.15.num.36.Thomas Grammatic.deciſio.93.nu.10. Roland. à Valle in conſil.97. incip. Prima facie. numer.49. vol.1. ubi aſſerit, opinionem hanc veriorem eſſe, quàm eorum, qui contra tenent: & ſecundum hanc opinionem judicatum fuiſſe,ait Cacheranus in deciſio.180.in fin.quam ſequitur etiam Guerrinus Piſo in prælud feudorum: circa finem.*

26 Secundò † plerique commentatorum autumarunt,ſupra dictam regulam *l.Cum à matre*:non prohibere agnatos, quò minus feudum etiam hæreditarium revocare poſſint: cum, etſi hoc feudorum genus exigat,ut volens iſtud obtinere cogatur hæres eſſe, non tamen neceſſariò requiratur, ut quis ſit hæres ultimò defuncti, qui feudum alienaverat, ſed ſufficiat eum eſſe hæredem primi acquirentis: & quod hac de cauſa agnatus, cum alioqui primi acquirentis hæres eſſe potuerit, neceſſe non habeat adire hæreditatem alienantis,neq; quod inde ſequitur,tanquam hæres facto defuncti ſemet obſtringere, ſed repudiata hæreditate ejus, feudum proprio jure revocare poſſit, non repugnante regula *d.l.Cum à matre*:quę ſola hæreditatis aditione nititur. In agnatis igitur concluſio ſupra firmata, quæ etiam in feudo hæreditario revocandi facultatem concedit,generaliter præcedet,& in iis hinc regulare erit,ut, niſi ſponte adierint hæreditatem ejus, qui feudum alienavit, iſtud liberè recuperare queant.

27 Nam † quod in feudo hæreditario neceſſe non ſit, ut quis ultimo defuncto ſuccedat, ſed ſufficiat, eum eſſe hæredem primi acquirentis, *ſenſiſſe videtur Jacob. de Beluis. in c.1. de eo, qui ſibi & hæredib. ſuis maſcul. & ibi etiam Alvarott. col.4. verſ. quæro ab extra.ibi.ſunt hæredes primi acquirentis directò vel per mediam perſonam. Alexand. in conſil. 26. incip. Ponderatis his, quæ in themate. numer.9. volum 5. & in conſil.30. Quoniam omne datum.num.17.vol.1. Calderinus in conſil.13.incip. Conceſſum eſt: in fin. Decius in d. conſil.208. num.13. Albertus Brunus in d. conſil.18 numer.13.verſ.Tertio quia præſuppoſito. Pariſ. in d. conſ.23. num.177. & num.181. ubi ait, hanc opinionem veritati magis conſentaneam, & receptiorem eſſe.vol.1. Gozadin.in conſil.8.incip. In hac cauſa illuſtriſſimi.num.2.& in d. conſil 26. num 25. Marian.Socin. in conſil.27. incip. Propoſita quæſtio admodum difficilis. numer.29 Roland.à Valle in conſil 3.incip. devenio modò ad quæſtionem. num.77. vol 1. & latius in conſil.28. incip. Articulus ſuper quo interrogatus ſum.num 12 volum.3. Cephalus conſil.224. nu.25. & hanc opinionem veriorem & magis communem** *eſſe* * *aſſerit Sylvan.in conſil.30.incip.Facti quæſtio ſic ſe habet. num. 20. & Julius Clarus in d. §. feudum,quæſt.5.num.5.ubi addit,ſecundum eam in facti contingentia fuiſſe judicatum.*

Tertiò † regulæ *d l.Cum à matre*, 28
etiam eo in caſu, quo nihil ex hæreditate reliquum eſt, neque ex bonis defuncti quicquam ad filium vel agnatum pervenit,locum non eſſe interpretes arbitrantur, atque hinc generaliter concludunt,in hac facti ſpecie feudum hæreditarium à filio vel agnato revocari poſſe. *Hoc ſenſit Jacob.de Beluis.in d.c.Titius.Si de feud.defunct.* Quæritur, inquit, quid ſi pater alienavit feudum paternum,& moritur,nihil habens in bonis, nunquid filius hoc caſu poteſt recuperare feudum. *argum. eſt hic,quod non,& d.tit. An agnat vel filius:* in contrarium videtur,quia ſi dicimus, eum repelli, quia ſit hæres, ergo erit hæres, & inane ſit nomen hæredis, ſine aliquo fructu, & repellitur à vendicatione feudi,& egeſtate laborabit, & ſic non habebit hæreditatem, nec feudum: tunc conſultum erit agnato, non filio, quod eſt iniquum & contra omnem æquitatem.

Ideò credo quod hoc c. & ille, tit. *An agnat. vel filius*: debeat intelligi, quando aliquid de bonis & hæreditate paterna pervenit & pervenire poteſt ad filium: Aliâs credo, quod filius recuperare poteſt feudum, & quod præferatur agnato. *Hæc ille*. Quæ tanquam probè notanda ſecutus eſt *Joan. Rayn. in c. Imperialem. §. pœna. num. 7. De prohib. feud. alienat. per Frederic. & Martin. Laudens. in d. c. 1. An agnat. vel filius.* Qui licet intelligat text. tantum eo de caſu, ubi feudum receptum eſt pro ſe & hæredibus, tamen illum reſtringit, ut non procedat, quando pater poſt alienationem feudi moriens nihil habet in bonis. certè, inquit, hoc caſu poterit feudum habere, ne egeſtate laboret: & quia conſuleretur agnato, non filio, quod eſt contra omnem æquitatem. *Idem docuit Jacob. de S. Georg. in tractat. feudal. in verb. Itaque ipſi inveſtiti. num. 4. & in verb. & cum pacto. de non alienando. num. 43. & Matth. de Afflict. in c. Titius num. 16.* ubi expreſsè loquitur de feudo hæreditario accepto pro ſe & hæredibus: *& in conſtit. Neapol. Rubric. 97. lib. 1.* ubi ex dicto Jacob. de Beluis. tanquam ſingulari & recondito concludit, quando filius feudatarii nihil conſecutus eſt de hæreditate patris, & pater feudum hæreditarium antiquum alienavit cum conſenſu domini, quod filio integrum ſit hoc caſu alienationem in irritum vocare, addens hoc ſibi videri ſanctum & juſtum: & quamvis contrarium judicatum fuerit, ſe tamen ſecundum ſuam conſcientiam credere, quod fuerit erratum. *Idem repetit. in rubric. 5. lib. 3.* ubi dictum Jacob. de Beluis. ſupra relatum intelligit de feudo hæreditario, non feudo paterno ex providentia, nam de hoc non eſt dubium: & ſubjungit tandem, ſe bis ita conſuluiſſe, & credere, quod conſuluerit veritatem, tum quia Jacob. de Beluis. fuit magnus feudiſta: nam ipſe in rubrica feudorum ait, quod per octo vices legerit librum feudorum: tum quia hactenus non reperit in ſpecie reprobatam ab aliquo hanc opinionem. quinimo Præpoſitus eam refert, & ſequitur *in d. c. 1. An agnat. vel filius, in 6. colum. verſi. ſecundo limitat. Idem ſecutus fuit Zaſius in tractat. feud. part. 8. num. 11.* Ubi hoc modo limitat textum *in d. c. 1. An agnat.* quem tamen de feudo duntaxat hæreditario poſt alios intelligit, *& Sylvan. in d. conſil. 15. num. 36. volum. 1.* & comprobatur ex eo, quod in ſimili tradit Decius *in l. Ex qua perſona: de reg. jur.* ubi limitando regulam illius textus, dicit, eam locum non obtinere, ubi agitur de damno. idque ſequitur etiam *Cagnol. ibi.*

Quartò † feudum hæreditarium, 29
non obſtante regula *d. l. Cum à matre*, revocari poſſe concludunt, quotiescunque alicui hæreditas non eſt delata. Nam etſi natura feudi hæreditarii poſtulat, ut quis hæres ſit, res tamen aliter ſeſe habet, quoties hæreditas alicui non obvenerit, ideoque cum hoc caſu hæres non ſit, nihil eſt, quod ipſum revocare volentem impedire valeat. Hoc primus docuit *Jacob. de Beluis. in d. c. 1. An agnat. quem ſecuti fuerunt Bald. Alvarott. & Præpoſit. ibi, Jacob. de S. Georg. in verbo. itaque ipſi inveſtiti. nu. 5. Decius in conſil. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem. num. 13. in fin. Ruin. in conſil. 17. incip. ſuper primo quæſito numer. 11. & in conſil. 149. incip. Inprimis eſt videndum. num. 8. vol. 1. Albertus Brunus in conſil. 18. incip. in cauſa vertente inter ſpectabiles. numer. 15. Capic. in deciſio. 199. numer. 2.* Cumque multis modis contingere poſſit, ut hæreditas alicui non deferatur: ideo doctrina iſta varios etiam caſus complectitur.

Locum † enim ſibi vendicat, ſi- 30
quidem filius in teſtamento præteritus voluntati paternæ obtemperaret, *juxta l. filio præterito: de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtamento.* Nam cum hoc caſu in feudo hæreditario hæres eſſe non

teneatur,

Digitized by Google

teneatur, ideò feudum alienatum non obſtante *d. l. cum à matre*: revocare poterit, *ut docet Bald. in c. 1. col. 3. verſi. Quid ſi filius à patre: an agnatus vel filius. Curt. jun. in tractat. feud. 2. parte tertiæ partis principalis. num. 9. Zaſius parte 8. num. 7. Thomas de Marinis in tit. 6. de feudo hæreditario antiquo, ſive paterno, num. 5.*

31 Idem † juris eſt, ſi filius exhæredatus fuerit, vel ſi inſtitutis univerſalibus hæredibus quis in re tantummodo certa, ſive in legitima fuerit inſtitutus: vel ſi filius in vita patris cum juramento renunciaſſet bonis paternis, *ut poſt Jacob. de Ardizo in ſumma tertiæ partis principalis: in tit. de ſucceſſio. feud. verſi. ſed adhuc quæritur: docuit Alvarottus in d. c. 1. 12. col. verſ. Quæro ab ex. An agnat. vel fil. Jacob. de S. Georg. in verbo præſentes num. 9 & 10. & in verb. Itaq; inveſtiti. num. 7. Curtius junior in ſecunda parte tertiæ partis principalis. quæſtio. 5. num. 6. & 8. Zaſius part. 8. num. 7. 8. & 9. Ruinus d. conſilio. 17. num. 11. vol. 1. Calcaneus conſil. 73. col. 4. Thom. de Marin. in d. loco. numer. 4. 6. & 7.* In omnibus igitur caſibus hactenus enumeratis interpretes paulò ante citati exiſtimarunt, regulam *d. l. cum à matre*, revocationi obſtaculo non eſſe. atque propterea feudum hæreditarium alienatum revocari poſſe ab agnato, vel filio, prout ſupra de feudo ex pacto & providentia dictum fuit: interim tamen admittunt, extra hos caſus feudum hæreditarium revocari non poſſe: idq; non tam ex natura feudi hæreditarii, quàm propter ſæpè dictam regulam, quæ exigit, ut hæres factum defuncti præſtet.

32 Alii † verò arbitrantes, regulam iſtam ad propoſitum noſtrum non pertinere, ſine aliqua caſuum commemoratione magis generaliter concludunt, quod, etſi quis in feudo hæreditario hæres eſſe cogatur, nihilominus tamen feudum alienatum revocare poſſit, neque ei quicquam præpedimenti objiciat *d. regula. l. cum à matre.*

33 Etenim reſpondent, eam locum non habere, quotieſcunque factum defuncti tendit ad defraudandum hæredem beneficio à lege conceſſo in bonis defuncti. nam ejuſmodi factum etjam hæres pro libito impugnare poteſt, *ut eſt textus in l. 2. C. ſi quid in fraud. patro. ubi Bart. Bald. & omnes hoc notant. Bart. & DD. in l. Titia. § Imperator. de leg 3. Bald. in l. 1. col. 4. verſ. Quæro utrum. C. de inofficios. donat. Alexand. in conſil 57. incip. viſa brevi caſus narratione. numer. 5 libr. 5 Cravetta in conſil. 200. incip. Avus habens neptes numer. 6. cum ſimilib. adductis per Tiraq. de retract. §. 1. gloſ. 9. num 57.* Cum itaque feudum etjam ex pacto anteceſſorum legis quodam beneficio ad agnatos ſive filios pervenire intelligatur, conſequens eſt, eos, etſi hæredes ſint, factum defuncti impugnare, & feudum alienatum revocare poſſe, *prout in propoſito noſtro poſt Bald. ab ipſo relatum, arguit, atq; concludit Jaſ. in conſil. 7. incip. Pro reverendiſſimo domino col. 7. verſ. Nec obſtat ſi diceretur. vol. 3. & in conſil 56. incip. Viſis & diligenter conſideratis. col. 5. verſ. Et ad illud quod dicitur. eod. vol & in conſil. 168. incip. In cauſa & lite vertente numer. 18. vol. 4. Decius in d. conſil. 281. num 5. in fin. & ſeq. Matth. de Afflict. in c. 1. §. Hoc quoq; numer. 35. de ſucceſſio. feud. Zaſius in conſil. 18. num. 22. lib. 1. Molinæus in conſuetud. Paris. §. octavo. gl. 3. num. 22. Thom. Grammat. in deciſio. 93. & Pinell. in d. l. 1 part. 3. num. 83. verſ. limitatur 12. & numer. 99. verſ. Melius ergo reſpondebitur*: ubi hanc limitationem communem appellat, addens, quod fraus ſatis probetur ex alienatione rei feudalis, quam alienans ſcit perpetuò familiæ relictam ut conſtat ad ſenſum. Alias enim limitationes ad ſæpe dictam regulam *d. l. cum à matre*: in locis enumeratis tradunt DD. ſed cum hæc, *ut inquit Pinellus*, communior * ſit, ideò iſta contenti erimus: & de prima claſſe interpretum hactenus. *

Alterius † claſſis interpretes in 34
alia omnia deſcendẽtes generaliter ſtatue-

Digitized by Google

tuerunt feudum hæreditarium alienatum indiſtinctè revocari non poſſe ab agnato,vel filio,neque etiam in eo prodeſſe inventarium. Hoc docuit *Andr. de Iſernia in c.1. in fin. Qui ſucceſſor. teneant. & in c.1.§. Hoc quoque de ſucceſſio. feud. & in c.1. de alienat. feudi pater. quem ſequitur Matth. de Afflict. in c.1. in prin. num.4. de ſucceſſio feud & in c.1. An agnatus vel filius. Curtius jun in tractat. feud. part.1. quæſt.8. nu.2. Camerarius in d l. Imperialem.§ Præterea ducatus, mihi pa. 789. Zaſius ſibi contrarius in tract. feud. part.8. num 6. Didacus in lib. 2. Variar. reſolutio. ca.18. verſ. Octavo refertur. Martinus Freccia, differentia 9. & in tit. de auctoritate & poteſtate Baronis lib.2.§ ſupereſt ut aliqua in materia aſſenſus diſcutiamus: quæſtio.1. nu.3 poſt Andr. de Iſernia,* inquiens, hoc in regno Siciliæ uſu & interpretatione prudentum paſſim receptum eſſe,ut nullam amplius habeat difficultatem: *& Thomas de Marinis d. tit.5. de feudo hæreditario. num.39. & tit. 6. de feudo hæredit. antiquo. num.27.* Hanc ſententiam etiam in reſponſis ſuis quàm plurimi ſecuti ſunt, *ut Alexand. in conſil. 19. incip. ſuper eo, de quo quæritur: & in conſil. 28. incip. in cauſa & lite. nu.18. vol 5. Barbat. in conſil.66. incip. Afferam in medium. vol.4. Sigiſmund. Loffred. Neapolit. in conſil.1. num.52. & in conſil.14. numer.43. ubi ait, iſtud communiter * teneri. Matth. de Afflict in deciſio 26. num.3. Deciſio.112. numer 3. deciſio.240. num.7. Joann. Campeg. conſil.2. inter conſil. feudal. incip. Viſo themate transmiſſo. num.8 Curtius junior in conſil 1. incip. Primam amplector dubitationem. num.12. & in conſil.30. incip. Habita diligenti conſideratione. nu.8. & in conſil.138. incip. Habita diligenti & matura conſideratione: & latius in conſil.155. incip. incip. Pulcra & ſubtilis oblata eſt dubitatio, nu.9. Paris. conſil.3. incip. videtur prima facie dicendum. num.18. & in conſil.16. incip. ſi attendimus tenorem. num. 43. vol. 1. Gozadin. in conſil. 8. incip. In hac cauſa illuſtriſſimi domini. numer. 36. Eandem tanquam communem * contra Decium latè defendit Gratus in conſil.4. incip. Dubitatur an illuſtris dominus numer. 42. & ſeqq. & in conſil.55. incip. ſuper contentis in allegatione num.43. lib.1. Alciatus in conſilio.160. qui aſſerit, eam communi * omnium conſenſu receptam eſſe. Id quod etiam teſtatur Sylvan. in conſil.30. num.31. & 34. & Cravetta in conſil. 256. incip. In caſu transmiſſo agam. nu.3. Hieronymus Schurff. in conſil. feud.136. & hoc communi * interpretum calculo approbatum eſſe invitus pene fateri cogitur Pinell. in d.l.1 parte tertia. num.93. Idq; ita verè ſeſe habere, multis in medium adductis auctoritatibus oſtendit Burſatus in conſil. 3. nu. 28. incip. Dubiis diligenter perſpectis: & conſil. 40. incip. Illuſtriſſimus quondam dominus. numer.49. & in conſil.132. numer. 32. Capolla conſil.31. in fin. Valla de inventar. pag. 152. numer. 27. hanc ſententiam etiam ab Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis cooptatam eſſe aſſerit Mynſingerus in obſervat.67. centur.3.*

Omnes † autem iſti, qui vel hujus opinionis auctores fuerunt, vel eidem ſubſcripſerunt, non tam eo nituntur, quod is, qui ad feudum hæreditarium aſpirat, hæres eſſe cogitur, ut arbitrati ſunt illi, qui primam tuentur opinionem, quàm ea ratione, quia feudo hæreditario ex dictione (*hæredibus*) in inveſtitura uſurpata eam aſcribunt naturam, ut immutata priſtina natura, qualitatem hæreditariam verè aſſumat, cæteris rebus hæreditariis annumeretur, & earundem jure cenſeatur, atque adeò is, qui iſtud obtinere vult, ut hæres in ipſo feudo ſuccedat, jureque hæreditario id conſequatur. Hinc enim putarunt illi, vaſallum de ejuſmodi feudo hæreditario in præjudicium hæredum non minus pro libito diſponere poſſe, quàm de cæteris rebus hæreditariis, cum juris ſit indubitati, in re hæreditaria, cujus jure feudum hoc cenſetur, non plus poſſe hæredem, quàm potuerit defunctus, ſi viveret. *l. ſi ab eo C. de liber. cauſa. l. Quæ à patre geruntur. C. de reſtitut. milit. Alexand.* 35

in

in d.conſil.28. numer.18. vol.5. & alii jam citati. Hanc verò eſſe circa hunc articulum interpretum, quorum mentionem fecimus, mentem atque ſententiam, eoſdemque hanc naturam & qualitatem feudo hæreditario tribuere, ut quò ad hunc effectum pro re hæreditaria reputandum ſit tam ex locis, quos modò allegavimus, cuivis apparere poterit, quàm etiam ex iis, quæ ſupra *quæſtione 1. 2. & 3.* prolixè commemoravimus: quare eadem huc repetere neceſſarium non eſſe arbitramur: unico ſolum dicto Camerarii, qui hanc feudi hæreditarii naturam præ cæteris planius declaravit, hoc loco contenti erimus. Is enim *in d. §. Præterea ducatus: mihi pag. 776.* dilucidè ait: quandocunque in ipſa conceſſione feudi expreſſis verbis dictum fuerit (concedimus tibi feudum pro te & hæredibus.) propter hanc hominis expreſſionem prima natura non hæreditaria in hæreditariam convertitur, atque ſic convertitur, ut feudum ipſum ſecundum propriam naturam efficiatur hæreditarium, *juxta Bartol. in l.ut jurisjurandi. §. ſi liberi. de oper. libert. Iſern. in c. 1. §. Hoc quoq. de ſucceſſio. feudi. & in c. 1. col. 2. de alienat. feud. patern.* Dixi (*inquit*) ſecundum propriam naturam effici hæreditarium: quia tunc in ipſo feudo erit hæres ſecundum Iſern. *in c. 1. §. Quid ergo: de inveſtitur. de re alien. fact.* & addit, hanc qualitatem hæreditariam tranſire in ſubſtantiam; quia ſic alterat naturam feudi, ut non amplius ſit illud, quod fuerit antè, ſed dimiſſa natura feudi, verè feudum conditionatum fiat. Hinc planè fit, inquiens, ut tametſi in feudo recto unus alteri nocere non poſſit, in hac tamen ſecunda hæreditarii feudi ſpecie hæres defuncti factum ratum habere obligetur, quia in ipſo feudo hæres tenetur eſſe. *l. cum à matre. C. de rei vendicat. Andr. de Iſernia in c. 1. de alienat. feud. patern. ibi. alia tamen ratione non revocabit.*

36 Hoc † ita ſtante, non ſolum difficilè non erit, eam, quam inde extruunt interpretes, ſententiam defendere, ſed facili etiam negocio tam rationes, quibus primæ claſſis commentatores opinionem ſuam ſuffulciunt, diſſolvi, quàm caſus illi deſtrui poterunt, quos, ut regulæ *d. l. cum à matre*: ſatisfiat, & opinioni ſuæ locus ſit, affingunt.

Nam † ad primum quod attinet, 37 haud inviti admittimus, feudum hæreditarium in cæteris, quæ non ſucceſſionem hæreditariam, ſed magis perſonam domini vel aliam qualitatem reſpiciunt, feudum propriam naturam retinere, atque hinc fieri, ut ſine conſenſu domini alienari non poſſit, & iis ex cauſis amittatur, quibus reliqua feuda: item ut ad maſculos duntaxat tranſmittatur, & id genus alia, de quibus in primo argumento dictum fuit. Interim tamen dato, feudum ex inveſtitura juxta poſtremam hanc ſententiam qualitatem hæreditariam aſſumere, hoc etjam nobis ut concedatur neceſſe eſt, in omnibus quæ ad ſucceſſionem hæreditariam, ejuſdemq; effectum pertinent, magis ad jus iſtud hæreditarium, & quæ inde dependent, quàm ad propriã naturam feudi reſpiciendum eſſe, *ut diſertè declarat Camerar. in d. §. Præterea ducatus. pag. 775. & Didacus in c. 18. lib. 2. variar. reſolution. numer 5. verſ. Decimo: & Marinus Freccia differentia ſecunda. num. 3. quorum dicta ſupra quæſtione 1. recenſuimus.*

Ex † quo fit, ut ejuſmodi feudum 38 in petitione hæreditatis venire cenſetur. *Bart. in l. ut jurisjurandi. §. ſi liberi. de oper. libert. Andr. de Iſernia in c. 1. in princip. An agnat. vel filius not. DD. in d. l. ſi patroni Ad Trebellia. Alexand. in conſil. 18. incip. Attentis narratis in themate nu. 10. vol. 5.* Item quod ſub fideicommiſſo univerſali comprehendatur. *Joann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. locati. §. Nunc aliqua: in addit. incip. quæſtio non eſt dubia: quem ſequitur Alexander in conſil. 19. incip. ſuper eo, de quo quæritur numer. 8. vol. 5.*

Item

Item † quod non ad inſtitutum in re certa, ſed ad hæredem tantummodo univerſalem devolvatur. *Joann. de Imol. in l. Quod dicitur. col. penultim. de verbor. obligatio. Alex. in l. Quædam §. nihil num. 7. de edendo, & in conſil. 44. incip. Viſo themate ſupra ſcripto numer. 2. vol. 1. Didacus lib. 2. variar. reſolution. cap. 18. numer. 5. verſ. Undecimò ego ex his infero: cum ſimilib. in d. quæſt. 1. in hanc ſententiam adductis, ubi plures effectus ex hac qualitate hæreditaria reſultantes paſſim collegimus.* Unde etiam perſpicuum eſt, præſuppoſita hac qualitate hæreditaria, concluſiones illas, quas pro corroboratione primi argumenti adduximus, ad feudum hæreditarium non ſatis rectè accommodari poſſe: quippe cum hæ ab effectu juris hæreditarii dependeant, & propterea magis ex jure hæreditario, quod feudum immutata priſtina natura ex verbo (*hæredibus*) aſſumſit, quàm ex propria feudi natura dijudicandæ ſint: Ideoque etiam omnes illi, qui feudo qualitatem hanc hæreditariam aſſcribunt, aliter quàm in primo argumento dictum fuit, ſentiunt, & jam commemoratæ ſententiæ accedunt.

Qualitas autem illa hæreditaria, quam feudum ex inveſtitura induit, & tum, quando de ſucceſſionis effectu agitur, potiſſimum conſiderandam eſſe diximus, inter cætera hunc etiam effectum habet, ut quis in præjudicium hæredum de re aliqua diſponere poſſit. Eſt enim juris indubitati, eum, qui jure hæreditario ſuccedit, factum defuncti prçſtare debere. Sequẽs igitur eſt, ut quotieſcunq; quærimus utrum factum defuncti in feudo hæreditario præjudicet hæredi, iſtud potius ex qualitate hæreditaria, quàm ex propria feudi natura decidendum, atque hinc concludendum ſit, agnatum vel filium jure hæreditario ſuccedentem factum defuncti præſtare debere. Nam ut quis poſſit de feudo in præjudicium hæredum diſponere, & hæres iſtud ratum habere teneatur, ex qualitate hæreditaria neceſſariò ſequitur. Non mirum igitur, ſi, quoad hoc cenſeatur immutata natura feudi, in cæteris verò ea nihilominus integra conſervetur. Ut proinde ex hiſce evidens ſit, huic concluſioni nihil obſtare regulam *cap. 1. de feud. non habent. propriam naturam:* & quæ ſecundum illam de propria natura feudi in medium afferunt interpretes.

Hæc † enim regula, ut majoris 40
perſpicuitatis gratia ea, quæ jam diximus, paucis repetamus, tantum locum habet, quoad illam proprietatem feudi, quæ ex qualitate hæreditaria non immutatur, ſed unà cum qualitate hæreditaria ſalva atque integra manere, & ſimul conſiſtere poteſt, utpote quod vaſallus devinctus ſit recognoſcere dominum, & ex certis cauſis amittat feudum. Item quod non poſſit alienare ſine conſenſu domini & ſimiles. Quod verò attinet ad illos effectus, qui hæredis perſonam concernunt, & ex qualitate hæreditaria proficiſcuntur, in illis cenſetur, immutata natura feudi. Meritò itaq; hi potius ſecundum qualitatem hæreditariam, à qua dependent, quam ex propria feudi natura dijudicandi ſunt, *ut pulchrè declarat Gratus in d. conſil. 4. ubi numer. 57.* reſpondens ad argumentum Decii exiſtimantis naturam feudi eo tantum reſpectu, ut quis hæres eſſe teneatur, non autem ut facto defuncti ſit obſtrictus, immutatam eſſe, ait. Fragilis eſt hæc ratio. nam in eo, in quo eſt alterata natura, & in conſecutivis ad illud habet alteratio effectum, & dictum ſuum procedit in aliis pactis penitus ſeparatis, *ut docet Socin. in conſil. 262. incip. viſis inveſtituris col. 6. in ſecunda parte:* ſed quod ſit hæres, eſt expreſſum in feudo: & quod hæres non contraveniat defuncto, eſt conſequens neceſſarium ad hæredem: ergo alterando naturam feudi in illo alterat neceſſariò, ut non poſſit contravenire. *Hæc ille. Idem ſenſit*

Digitized by Google

ſenſit Camerarius in d. §. Præterea ducatus. verſ. Quò verò ad ſecundum caput, mihi pag. 775. feuda recta (*inquit*) alterari poſſunt facto hominis, & ita alterari, ut omnes qualitates contra propriam naturam recipiant, ac dimiſſa feudi recti natura adhuc feuda remaneant: ſed propter qualitates addita in naturum feudi conditionati convertantur, ut dicit gl. in c. fin. de cap. qui cur. vend. ſeu feudi improprii, vel non habentis propriam feudi naturam. c. 1. de feud. non habent propriam natur. feud. unde & hoc aliud emergit, nempe, ut, quandocunque in ipſa conceſſione feudi verbis claris dictum fuerit, (concedimus tibi feudum pro te & hæredibus) propter hanc hominis expreſſionem prima natura non hæreditaria in hæreditariam convertatur, & ſic convertatur, ut feudum ipſum ſecundum propriam naturam efficiatur hæreditarium, & in ipſo feudo quis hęres ſit, & deinde *pag. 778.* addit. Hinc ſanè fit, ut tametſi in feudo recto unus alteri nocere non poſſit, in hac tamen ſecunda ſpecie hæreditarii, feudi conditionati hæres factum defuncti ratum habere obligetur. *l. cum à matre. C. de rei vendicat. Iſern. in c. 1. de alienat. feud. patern. in princip.* ubi alia ratione non revocabit. Quia, (*ut paulò poſt pag. 779. addit*) in feudo hæreditario tenetur eſſe hæres in ipſo feudo, propter pactum ab initio generationis feudi expreſſum, ideoque non revocabit, quod à defuncto factum eſt. *Hæc Camerar.* quibus verbis idem, quod nos aſſervimus, docere voluit, videlicet hoc, ut quis factum defuncti præſtare teneatur, eſſe conjunctum cum qualitate hæreditaria, quam feudum aſſumſit, & in hoc ipſo feudi naturam immutatam eſſe, atq; propterea iſtud magis ſecundum qualitatem hæreditariam, quàm ſecundum propriam naturam feudi eſſe judicandum. Quæ quidem omnia ideò copioſius à nobis commemoranda fuerunt, ut, cum hæc penitus ab interpretum doctrinis dependeant, & niſi quis eorum auctoritate nitatur, non facilè hoc aſſeruerit, vel fidem aliquam meruerit, inde appareat, nos in hoc veſtigiis interpretum inſiſtere, & eadem, quæ ab illis in hoc genere tradita fuerunt, proferre.

Hinc † etiam ad alterum argumentum facilè reſponderi poterit, ſi quidem hoc nobis datum fuerit, feudũ eam, de qua modo diximus, qualitatem hæreditariam induere, ut interpretes ſupra citati uno ore fatentur. Nõ enim ſequitur: feudum hæreditarium, ex pacto anteceſſorum acquiritur: ergo omnes qualitates feudi ex pacto ipſi conveniunt: ſed diſtinguendum eſt inter feudum ex pacto, quod propriam naturam retinet, & inter feudum ex pacto, quod propter qualitatem pacto inſertam aliam peculiarem naturam aſſumſit, prout ſupra in prima quęſtione inter haſce duas ſpecies diſtinximus. Licet itaq; non inficiemur, feudum hęreditarium etiam pacto anteceſſorum acquiri, atq; hinc rectè feudũ ex pacto & providentia appellari: non tamen pactum iſtud ſimpliciter eſt conſiderandum, ſed omnes qualitates & circumſtantiæ ejuſdem pacti diligenter ſunt obſervandæ. Cumq; pactum hoc initio generationis feudi expreſſum, eam habeat annexam qualitatem, & ejus ſit efficaciæ, ut naturam feudi non hæreditariam in hæreditariã tranſmutet, & is, qui iſtud conſequi vult, in ipſo feudo ut hæres jure hæreditario ſuccedere teneatur, atq; ex hoc etiam efficiatur, ut quis factum defuncti pręſtare cogatur, ut paulò ante diximus: neceſſario ſanè ſequitur, ut is, qui ex pacto anteceſſorũ feudum obtinere vult, ſimul etiam omnes ejuſdem pacti qualitates agnoſcat, eiſdemq; ſatisfaciat, atq; idcirco jure hæreditario ſuccedens factũ defuncti ratũ habeat. Nõ igitur hoc, quod quis feudũ ex pacto anteceſſorum conſequi intelligitur, quicquã huic ſententiæ obſtare poterit, ſed potius eandẽ magis confirmabit 41

Digitized by Google

mabit: quippe cum, ut dictum eſt, hoc ipſum pactum, cujus vigore ad feudum pervenit, propter hæreditariam, quam habet annexam, qualitatem poſtulet ut voluntatem defuncti, cui jure hæreditario ſuccedit, ratam habeat. Hoc ſenſiſſe videtur *Jacob. de Belvis in d c. 1. de eo qui ſibi & hæredib. maſcul.* dum diſtinguit inter feudi ſucceſſionem, & ſucceſſionem ex pacto, propter hæreditatem defuncti: *& hoc voluit Andr. de Iſernia in c. 1. in ſecunda col. de alienat. feud. patern.* dum ait, licet feudum datum pro hæredibus nobis debeatur ex providentia dantis, alia tamen ratione agnatus non revocabit, quia tenetur eſſe hæres quaſi prima natura in hanc ſecundam ſit transfuſa. Et poſt eum hanc feudi hæreditarii qualitatem pulcrè declarat, & à feudo ex pacto & providentia hoc modo diſtinguit Camerarius *in d. §. Præterea ducatus: mihi pag. 778.* ſimul (inquit) ſtant, ut feudum hæreditarium debeatur nobis ex pacto & providentia: & ſimul ſit hæreditarium ſecundum Iſern. *in c. 1. in princ. de alienat. feud. patern.* Atqui dices, ſi ita eſt, quo in angulo ſanguinem relinques, pactum item primi acquirentis, ut his poſthabitis, me graves, ut morientis ſim hæres? Ego verò dicam, non inconveniens eſſe, ut ſanguis & qualitas hæreditaria ſimul concurrat, & ſanguis reguletur à qualitate hæreditaria, *ſecundum Franc. de Aret. Jaſ. & alios in l. quod dicitur: de verbor. obligat.* quia ſi ſanguis regulariter à pacto. *c. 1. de feud. non habente propriam naturam feudi*: pactum quoque eſt, per quod qualitas hæreditaria additur, qua de re ex qualitate illa ſanguinem alterari poſſe dicemus. Et ratio eſt, quia etiamſi omnia concurrant in hac ſpecie feudi hæreditarii, quæ concurrebant in feudo iſto non hæreditario: non tamen illa ſimpliciter conſideramus, ſed modum ſtipulandi & concedendi quoq; intuemur. quamobrem ſi attentis his, quæ in præcedente concluſione diximus, unus alteri præjudicare etiam cum domini aſſenſu non poſſet. *c. 1. de alien feud. patern.* & illa omnia non minus in ipſo feudo hæreditario militarent, alia tamen ratione: quia in feudo hæreditario tenetur eſſe hæres & in ipſo feudo propter pactum ab initio generationis feudi expreſſum non revocabit, quod à prædeceſſore factum eſt, *ſecundum Iſern. in d. c. 1. de alien. feud. patern. arg. l. Cum à matre. C. de re. vendicati. pro quo eſt caſus in l. Jus ſepulcri. C. de relig. & ſumt. fun.* à ſolo Perno Doctore eximio Siculo in feudis ponderatus: & ratio rationis erit, quia ex hac diverſitate ſtipulationis provenit, ut attenta prima natura non hæreditaria detur feudum ſucceſſione, *ut in cap. 1. de ſucceſſ. feud.* ſed conſiderata hac natura hæreditaria per ſtipulationem feudo data, feudum nobis debeatur transmiſſione ad hæredes, ut non ſolum ſuccedamus primo, ſed à moriente ad nos transferantur ſanguis, & qualitas hæreditaria ſimul. hoc enim vocabulo utitur Iſern. *in cap. 1. §. Quid ergo. de inveſtitur. de re alienat. fact. & pag. 789.* ait. Itaque tu intellige verba Iſerniæ *in cap. 1. de feud. alienat patern.* dum inquit, feuda hæreditaria ex pacto & providentia nobis deberi, dic tu, ſub qualitate tamen hæreditaria, ita quidem, ut verè ſit feudum filii ex pacto & providentia ei debitum, ſub natura tamen hæreditaria, quæ efficit, ut feudum transmiſſione debeatur: proindeque teneatur eſſe hæres morientis. *l. Jus ſepulcri. C. de religioſ. & ſumt. fun.*

Sic enim alia ratione non revocabit, uti ibi Iſern. dicit, nempe quia tenetur eſſe hæres in re illa, ſic ex providentia regis & primi acquirentis pacto ſibi data. *Hæc Camerarius.* Idem docuit *in c. 1. §. Oppono primo numer. 1. An agnat. vel filius.* ubi diſſolvendo hoc objectum ait: fateor quod tam in hæreditario, quàm in non hæreditario pactum primi acquirentis, & providentia dantis

dantis concurrat. Atqui in uno differunt: quia non hæreditaria in ſua ſangvinis & propria ſtant natura, quo fit, ut in illos, *l. ſi arrogatur*, locum habeat. Hæreditaria verò in hæreditariæ rei naturam ſunt converſa. Unde licet ex pacto & providentia ad nos veniant, fit tamen talis deſcenſus ſub natura hæreditaria, quàm retinent: & quia inde hæres eſſe tenetur agnatus, quod per auctorem factum eſt, non revocabit, *l. cùm à matre, C. de rei vendicat. ſecundùm Andr. de Iſern. in c. 1. col. 2. de feud. patern.* & addit, quod ita Andreæ de Iſer. ſubſcribentes paſſim in regno Neapolitano, ubi feuda in torculari ponuntur, judicare ſoleant. Et ſi fortè hanc curioſam commemorationem verborum Camerarii mirabitur quiſpiam, is ſi recordatus fuerit eorum, quæ ſupra quæſtione prima monuimus de opera & induſtria, quam in jure feudali interpretando ille collocavit, facilè mirari deſinet.

Eodem modo doctrinam iſtam declaravit Franciſc. Anton. Villanus *in reſponſo, quod habetur poſt Canctium, nu. 27.* ubi ait, licet feudum conceſſum hæredibus dicatur ex pacto primi acquirentis, & providentia concedentis deferri ad agnatos, quod tamen nihilominus deferatur cum qualitate hæreditaria, quæ iſtud à feudo ex pacto diverſificat, atq; efficit, ut agnatus cogatur eſſe hæres ultimi defuncti in ipſo feudo, ejuſdemque factum præſtare.

Ex his, quæ de natura feudi hæreditarii hactenus recenſuimus, manifeſtum etiam eſt, omnes illas rationes, quas ſupra pro prima opinione collegimus, ad propoſitum noſtrum non pertinere. Illæ enim omnes ex qualitate feudi deſcenderunt, quod propriam naturam retinet, & huic duntaxat conveniunt: non igitur ad feudum hæreditarium, quod immutata priſtina natura, ex verbis inveſtituræ novas qualitates rationibus illis penitus adverſantes aſſumpſit, jure accommodari poterunt: quippe cùm hæ duæ feudorum ſpecies inter ſe plurimum differant, atque propterea ab una ad alteram nihil certi queat inferri, ſed meritò diſtingvantur, ut non ſolùm quæſtione prima copioſè oſtendimus, ſed etiam ex iis, quæ jam diximus, perſpicuum eſt.

Sicut enim ex eo, quod homo animam habet, idq; ipſi cum brutis commune eſt, inferri nequit, ideò numerare non poteſt, cùm præter animam etjam ratione ſit præditus, qua à brutis ſeparatur. Ita ex eo, quod feudum hæreditarium perinde ut feudum ex pacto beneficio anteceſſorum quæſitum cenſetur, & hoc utriq; commune eſt, atque inſuper quædam aliæ qualitates feudi ex pacto conveniunt etiam feudo hæreditario: non rectè colligi poterit, ergo feudum hæreditarium ad exemplum feudi ex pacto in præjudicium ſucceſſorum alienari non poteſt cùm in feudo hæreditario inſuper accedat qualitas hæreditaria, quæ, ut hæres factum defuncti præſtet, exigit, & hanc feudorum ſpeciem à feudo ex pacto non minùs diſcernit, quàm ratione præditum eſſe hominem à bruto ſeparat. Ut ita diſtinctione iſta omnes illæ rationes, quæ hanc ſententiam impugnare videbantur, corruant.

Non † obſtat etiam, quod, ut ſu- 42
pradictum fuit, ſufficiat, quem eſſe hæredem primi acquirentis. Nam etſi hoc quidem libenter concedamus, quod is, qui in feudo hæreditario ſuccedit, cenſeatur etiam eſſe hæres primi acquirentis: inde tamen minimè ſequitur: ergò ultimo defuncti hæres non eſſe neq; ejus factum præſtare tenetur.

Sicut nec ex eo, quod hæres hæredis mei meus hæres eſſe reputatur, colligi poterit, eum ultimò defuncti hæredem non eſſe: quin potiùs hæc ipſa qualitas hæreditaria, quæ ineſt huic feudorum generi, hoc deſiderat, ut is, qui

Digitized by Google

qui primi acquiſitoris hæres eſſe cupit, etiam ultimò defuncti hæreditatem adeat, & eo modo, quo ſecundo hæres eſt, cenſeatur etiam hæres primi *gl in l. 3. de petit. hæred.* ut paulò pòſt prolixiùs demonſtrabimus. Quo facto, feudum non tàm à primo acquirente, quàm ab ultimo defuncto, cui hæreditario jure ſuccedit, conſequi cenſetur.

Quando enim bona veniunt ad aliquem ut hæredem, dicuntur ea venire ex perſona proximè defuncti, ut dicit Bart. *in l. 3. de interdict. & releg.* & quod tunc filii cenſeantur feudum habere tanquam à patre defuncto acquiſitum, tradit Alex. *in conſil. 18. volumine quinto*, quodque hoc caſu non dicatur ad feudi ſucceſſionem venire ex perſona propria, dicit Martinus Laudenſ. *in c. 1. An agnatus vel filius & Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. verſ. Itaque ipſi inveſtiti, numero undecimo*, & probatur per textum *in l. privilegio, ibi, quod ſi militari avo & patre decurione naſcetur, paternæ erit ſuccedaneus functionis, C. de decurion. lib. 10. & l. ſi ex paternis, verſ. Quod ſi à patre, ibi. quia per patrem avitos libertos conſequitur de bon. libert.* Quæ jura ad hoc allegat Jacob. de Ardizo *in ſua ſumma tit. de ſucceſſion. feudi. cap. 137. §. Sed nunquid nepos.* inde dicens, quod in beneficio vel in honore ſuccedens ſucceſſor eſt patris, non avi, licet utrique functi fuerint honore & beneficio. Facit, quod dici ſolet, cauſam proximam magis inſpiciendam quàm remotam, *gl. in l. ſi mulier. rer. amot. quam ad hoc ordinariam dicit Pariſ. in d. conſil. 73. numero decimo quinto, volumine primo*, & hoc ſenſit etiam Camerar. dum in verbis proximè commemoratis ait, quod conſiderata natura hæreditaria, feudum debeatur nobis tranſmiſſione ad hæredes, ut ne dum ſuccedamus primo, ſed quod à moriente ad nos transferantur ſangvis & qualitas hæreditaria ſimul.

Porrò, quemadmodum ad argumenta omnia pro prima opinione conſiderata, facili negocio reſponderi poſſet, ſiquidem feudo hæreditario qualitas illa hæreditaria tribuenda eſſet, quam Interpretes ultimam tuentes ſententiam illi aſſcribunt: ita etiam eadem ratione omnes illi caſus, quos circa regulam *d. l. Cùm à matre*, conſiderârunt, primæ claſſis commentatores evitari poterunt, ne hoc præſtent, ut in feudo hæreditario facto defuncti contravenire alicui licitum ſit.

Nam † quod attinet ad beneficium 41
inventarii, iſtud quidem hanc habet efficaciam, ne quis ultra vires hæreditatis teneatur, neve aliud damnum adeundo hæreditatem incurrat, *d. §. In computatione, l. fin. C. de jure deliber.* Interim verò circa res, quæ ſunt de hæreditate defuncti, nihil operatur, neque hoc præſtare poteſt, ne de rebus hæreditariis factum defuncti ratum habere teneatur, ſed, etſi inventarium confectum fuerit, nihilominus tamen hæres onera hæreditaria eatenus agnoſcere cogitur, quatenus vires hæreditatis ſeſe extendunt, ut not. *gloſſ. Bartol. Bald. Alexand. Jaſon. & Dd. in d. §. In computatione*, inde in fortioribus terminis concludentes, quod, etſi filius, cujus bona pater alienaverat, ſuccedens patri inventarium confecerit, tamen nihilominus pro commodo, quod ex hæreditate percepit, exceptione removeatur, ne factum defuncti impugnare, & rem ſuam à patre alienatam recuperare queat.

Id quod ſecutus eſt etiam Imol. *in c. Ex parte, col. VIII. verſ. Sed adverte. de feudis, Decius in l. Debitori, numero vigeſimo, C. de pactis, & quàm plures alii in hanc ſententiam à nobis citati ſupra quæſtione nona*, ubi doctrinam iſtam declaravimus, eam potiſſimùm in rebus ad hæreditatem pertinentibus procedere.

Atqui feudum ſecundum poſteriorem hanc opinionem, quæ qualitatem hæreditariam ipſi attribuit, numeratur in-

tur inter ipſas res hæreditarias, & jure hæreditario cenſetur, ut hujus ſententiæ aſſeclæ communiter fatentur. Non igitur circa feudum hæreditarium inventarium quicquam operari, neque efficere poterit, ne reſpectu illius factum defuncti hæres jure hæreditario ſuccedens ratum habere teneatur. *Idq; dilucidè ſenſit Andr. de Iſernia in c.1. in fin. Qui ſucceſſor. teneantur, & in c. 1. §. Hoc quoque de ſucceſſion. feudi, & in c. 1. de alienat. feud. patern.* Quibus in locis in feudo hæreditario generaliter concludit, quod filius compellatur præſtare factum defuncti circa feudum verò ex pacto & providentia diſtingvit, an inventarium confecerit, nec ne: quia (*inquit*) illud habere poſſet, ſi non eſſet hæres, niſi videlicet diſpoſitione *d. c. 1. An agnat. vel filius*, ad hoc aſtringeretur. hoc enim ipſo ſatis dilucidè innuit, in feudo hæreditario, quod quis hæres obtinet, inventarii nullam haberi conſiderationem. & licet idem *in c. 1. An agnatus vel filius* dicat, quod in feudo hæreditario nemo ſuccedat, niſi hæres: hæres autem teneatur ad omnia onera, quatenus vires hæreditatis patiuntur, & ultra, ſi non fecit inventarium: ex his tamen verbis inferre non licet, quaſi ſenſerit, inventarii beneficium hoc caſu relevare, cùm etiam feudum ipſum hæreditarium inter res hæreditarias numeretur, *ut ex Alexand. Grato, & cæteris mox adducendis planum erit.*

Hoc etiam clariùs docuit Matth. de Afflict. *in d. c.1. in princ. numero quarto de ſucceſſion. feud. & in c. 1. An agnatus vel filius,* addens rationem: Quia inventarium inducit tantummodò ſeparationem bonorum, & feudum hæreditarium eſt de hæreditate defuncti, *l. item veniunt, de petit. hæred.* & propterea filius vel agnatus, quantumvis fecerit inventarium, non veniet contra factum defuncti in feudo hæreditario.

Idem tenuit Curtius junior *in tract. feudal. parte prima, quæſtione octava, numero decimo nono*, ubi ait: nota perpetuò, quod adeò feudum receptum pro ſe & hæredibus dicitur hæreditarium, quod, etiamſi filius adeat hæreditatem patris cum beneficio inventarii, teneatur tamen de commoditate feudi ſatisfacere creditoribus.

Idem ſecutus eſt Sigiſmundus Loffredus *in cap. 1. de alienat. feud. patern ita declarans doctrinam Andr. de Iſernia.* Adſtipulatur hiſce Camerarius *in d c Imperialem, §. Præterea ducatus, mihi pag. 789.* ſine hæſitatione aliqua concludens, nihil prodeſſe inventarium in feudo hæreditario, cui vera qualitas hæreditaria in ipſa ſubſtantia feudi ineſt. Quod etiam aſſerit *in c. 1 quæſtione octava, num. 84. An agnat.* ubi ait, nulli dubium eſſe, quod in feudo hæreditario inventarium non liberet hæredem, cùm, ut cæteræ res Burgenſaticæ, judicetur, & inventarium res hæreditarias, & in hæreditate exiſtentes non liberet, ſed hoc tantùm operatur inventarium, ne teneatur ultra, quàm ſit in feudo.

Hujus ſententiæ etiam videtur fuiſſe Zaſius, ſibi contrarius *in d. tractat. feudal. part. 8. numero ſexto*, ubi, poſtquam de feudo hæreditario tradiderat, filium facto patris contravenire non poſſe, in feudo ex pacto & providentia diſtingvit, an inventarium confecerit, nec ne, prout facere ſolet Andr. de Iſern. hoc etiam communi omnium conſenſu receptum, & ex mente & reſolutione omnium, qui rem iſtam diligenter examinârunt, ita eſſe concludendum, conſtanter affirmat Didacus *in d. lib. 2. variar. reſolution. cap. 18. verſ. Octavò infertur.* Idem ſecutus eſt Marinus Freccia *differentia 9.* addens pro ratione, quia hæres, quò ad feudum hæreditarium, cenſetur una & eadem perſona cum defuncto propter aditionem hæreditatis, & feudum ejuſmodi cenſetur res defuncti & non hæredis, qui venit non ex perſona ſua, ſed defuncti: & hanc opinio-

Digitized by Google

nem ſine controverſia eſſe aſſerit *Thomas de Marin. d. tit. 5. de feud. hæreditario, numero trigeſimo nono, & tanquam receptiſſimam ſequitur Johan. Anton. Cannet. in conſtitut. Volentes, §. Conſequenter differendum eſt, num. 35. Eandem amplexus eſt Alex. in d. conſil. 19. volum. 5.* ubi illam hac firmat ratione, quoniam feudum hæreditarium factum eſt idem corpus cum reliquis rebus hæreditariis, & patrimonium inſeparabile, *l. ſed ſi plures, §. filio, de vulgar. & pupillar. & ibidem reſpondet etiam ad decirioam Bald. in l. Qui ſe patris, C. Unde liberi, & ad regulam, §. In computatione*, inquiens, hanc tantummodò procedere in his, quæ filius petere poterat, alio jure quàm hæreditario: in feudo verò hæreditario, illum non aliter quàm in jure hæreditario ſuccedere: *& in conſil. 28. incip. In cauſa & lite, numero decimo octavo, eodem volumine*, pro ratione affert, quia in re hæreditaria (intelligens nimirum feudum hæreditarium) non plùs poteſt hæres, quàm poſſet defunctus, ſi viveret, *l. ſi ab eo, C. de liber. cauſa, l. Quæ à patre geruntur, de reſtitut. milit. addens, quod Dd. communiter * ſequantur.*

Et quamvis idem *in conſil. 124. lib. 4.* videatur ſentire, quod inventarii beneficium relevet ab obligatione, ſive diſpoſitione defuncti: tamen ut rectè animadverterit Gratus *in præallegat. conſil. 4. numero ſexageſimo nono*, loquitur in caſu diverſo, neq; in eo, quod de inventario dixerat, pedem figit, quatenus ſubjungit (ſine dubio tamen eſt, quod feudum prædictum non eſt obligatum) ſatis innuens, ea, quæ paulò ante ex opinione Bald. dixerat, non eſſe ita certa, Alex. etiam à contrarietate ſalvat Alciatus *in conſil. 160. incip. pro declaratione*, ubi eandem opinionem firmans ait, quod, etſi hæres confecto inventario, non periclitetur de ſuo, tamen ſuum dicatur, quod aliunde habet, quàm titulo hæreditario, & hac ratione feudum ſtipulatum alicui ut filio remaneat ipſi ſalvum, dato, quod ſecundùm jus feudorum cogatur eſſe hæres: ſin autem ad feudum non tanquam filius ſimpliciter veniret, ſed tanquam hæres, tùm, inquit, aliud eſt, neq; adjuvatur tali inventario, quia text. *in d. §. In computatione*, per tale beneficium reſervat illi expenſas ex cauſa neceſſaria, & actiones, quas contra defunctum habebat, non autem illas, quas non niſi ex perſona defuncti poteſt habere.

Hanc ſententiam latè poſt alios defendit Gratus *in d. conſil. 4. vol. 4.* ubi ad *d. §. In computatione*, reſpondens, inter cætera inquit: confectio inventarii in re hæreditaria alienata per defunctum nihil prodeſt, ut ſentiunt omnes Dd. *in l. fin. §. In computatione de jur. deliber. & in l. debitori, C. de pactis*, concludentes, quod in re hæreditaria non obſtante quacunq; confectione inventarii, hæres contravenire non poteſt, ſed feudum eſt hæreditarium & propriè. ergò confectio inventarii nihil emolumenti affert hæredi, ut poſſit contravenire: idque ulterius etiam probat verbis *d. §. In computatione*.

Deniq; hiſce adſtipulati ſunt omnes illi, quos ſupra in ſecunda claſſe interpretum recenſuimus.

Et opinionem iſtam præter Alex. & Didacum in locis adductis communi interpretum calculo receptam eſſe teſtantur *Gratus in d. conſil. 4. Alciatus conſil. 160. Celſus Hugo conſil. 113. numero quinto, Sylvan. in conſil. 30. num. 33. & 34. Burſatus in conſil. 2. num. 46. in conſil. 3. numero vigeſimo octavo, & in conſil. 49. n. 49. & in conſil. 89. n. 38. ubi ait, ſecundùm hanc opinionem bis judicatum fuiſſe, & in conſil. 132. numero trigeſimo ſecundo, ubi allegat Roland. à Vall. in tract. de inventario, pag. 152. num. 27. cum ſeqq. Capoll. conſil. 31. capit. in inveſtit. feud. verbor. feudorum executiones, pagina centeſima nonageſima ſexta. Idem fatetur & Pinell. in d. l. 1. parte tertia, num. 93. & Johan. Thom. Minadous in conſil. 10. numero vigeſimo quarto*, generaliter concludens, quod in hoc feudo

tanquam

Digitized by Google

tanquam re hæreditaria inventarium non proſit.

44 Quamvis † autem multi, quorum nomina in prima claſſe enumeravimus, in aliam tranſiverint ſententiam: hæc tamen ex illo fonte derivata eſt, quoniam exiſtimârunt, feudum hæreditarium ex verbis inveſtituræ nullam qualitatem hæreditariam aſſumere. Verùm dato, feudi naturam propriam in hæreditariam eſſe immutatam, id quod ſentiunt omnes, qui poſteriori opinioni ſubſcripſerunt, prior opinio, veluti ſublato fundamento facilè corruit, *l. Egi, de except. rei judic. c. Cùm Paulus, 1. quæſt. 1.* contra verò hæc ſecunda ſententia hoc ipſo magis firmatur. Poſito enim feudum hæreditarium, ad præjudicium ſucceſſorum quod attinet, à cæteris rebus hæreditariis nihil differre, ſed iiſdem annumerari, & eodem cum illis jure cenſeri: quem quæſo hoc caſu effectum habere poterit inventarium, cùm iſtud hoc modo præſtet, ne quis ultra vires hæreditatis oneretur? in propoſito verò feudum inter res hæreditarias referatur, atque adeò licet quis de feudo ipſo teneatur præſtare factum defuncti, non tamen propterea ultra vires hæreditatis gravari dicatur, ut explanat Camerar. *in d. cap. 1. quæſt. 8. numero octuageſimo quarto, An agnat. vel filius.* Ex quo etiam penitùs tollitur conſideratio Ruin. *in d. conſil. 38.* cùm qualitas hæreditaria inſit in ipſa ſubſtantia feudi, ut ait Camerar. *in d. §. præterea ducatus, pag. 789.* hac ratione diſtingvens caſum iſtum ab illo, quo filius hæres eſſe cogitur in feudo ex pacto, juxta *c. 1. An agnat. vel filius.* Quia enim in poſteriore caſu hoc, quod filius hæres eſt, reputatur qualitas accidens, ſeparata à ſubſtantia feudi, ideò facta inventario liberatur: ex diverſo autem cùm in feudo hæreditario qualitas hæreditaria in ipſa ſubſtantia feudi inſit, &, ut paulò antè *pag. 777.* ait, in ſubſtantiam tranſeat, ita ut citra ſubjecti corruptionem ſeparari non poſſit, ideò hinc palàm eſt, nihil prodeſſe inventarium. Errat igitur Ruinus, exiſtimans hanc qualitatem ſeparari poſſe.

Deinde etiam illos, qui primam opinionem amplexi ſunt, errore quodam ſeductos eſſe, ex eo dilucidè apparet, quod pro ſe advocant Andr. de Iſern. cùm tamen contrarium ſenſiſſe eum ex verbis ſuprà commemoratis manifeſtum ſit. Qui quidem error inde potiſſimùm profluxiſſe videtur, quod, dum Andr. de Iſern. & illius ſuffragatores *tit. An agnat. vel filius*, intelligunt ſolum de feudo ex pacto & providentia, eum reſtringunt, ut non procedat, ſi filius confecerit inventarium, ſupra *quæſtione III.* vidimus: cæteri titulum illum de feudo hæreditario interpretantes limitationem Andr. de Iſernia huic ſuæ interpretationi accommodârunt: Cùm tamen in aperto ſit, Andr. de Iſernia, & cæteros, reſtringentes illum textum, eum non de feudo hæreditario, ſed, ut dictum eſt, de feudo ex pacto & providentia interpretari, ut proinde, qui haſce duas feudorum ſpecies & diverſas inde deſcendentes doctrinas confuderunt, magno in errore verſentur, & incauti præter voluntatem ſuam in novas fuerint prolapſi opiniones. Quantum igitur horum auctoritas ponderis habere debeat, quivis facilè dijudicare poterit, cùm præſertim pauci ex illis ſibimetipſis conſtiterint, ſed pleriq; miris modis variaverint, prout variationem hanc optimè collegit Pinellus *in d. l. 1. parte tertia, C. de bonis matern.* atque inſuper maxima illorum pars hanc opinionem duntaxat in reſponſis ſuis leviter attigerint, ſecuti eandem non tam veritatis, quàm partium ſtudio. contra verò reliqui, qui hanc tuentur ſententiam, iis in locis eandem amplexi fuerint, ubi maximè circa eruendam veritatem elaborârunt, atque deſudârunt, in eademque utpote menti atque verbis Interpretum ve-

tum veterum maximè conſentanea, conſtanter perſeverârunt.

Rectè itaq; ſcriptum reliquit Burſatus *in d. conſil. 89. numero trigeſimo octavo*, doctores pro opinione negativa, numero, auctoritate ac qualitate præponderare tenentibus affirmativam, & pleroſque ex his de feudo ex pacto ſolum loqui.

Omittendum autem hoc loco non eſt, etſi à feudo hæreditario inventarium non relevet, id tamen ita intelligendum eſſe, quatenus ex feudo iſto aliquid ſupereſt. Inventarium enim non efficit, ut quis eo nomine non teneatur. Interim veerò hoc præſtat, ne quis ultra teneatur, quàm ſit in feudo, *ut declarat Camerar. in c. Imperialem, in princ. pag. 142. & in d. c. 1. quæſtione octava, num. 84.*

45 Secundus † etiam caſus, quem ut evitent, regulam *d. l. cum à matre*, effinxerunt primæ claſſis interpretes, ægrè ſubſiſtere poterit, ſiquidem feudo hæreditario qualitatem iſtam hæreditariam conceſſerimus.

Hæc enim qualitas, quæ in ipſa ſubſtantia feudi, *ut Camerarius loquitur*, ineſt, hoc exigit, ut quis non ſolùm hæres primi acquirentis, ſed potiſſimùm etiam ultimi defuncti hæreditatem adeat, atq; hinc in ipſo feudo tàm ultimi, quàm etiam mediante perſona ejuſdem, hæres primi exiſtat: quippe cum ultimo decedens perinde ut primò acquirens, feudum cum qualitate iſta hæreditaria naturæ ejuſdem inſeparabiliter inſita, poſt ſe reliquerit, ut ad hæredes ſuos tranſmittatur, & in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedatur, prout diſertis verbis docuit, & præ cæteris optimè declaravit *Curt. jun. in d. conſil. 138.* Idem ſenſit *Bartholom. Socin. in conſil. x. inter conſil. Albert. Brun. incip. Viſa quæſtione, num. 11. ibi, niſi ſint hæredes prædefuncti, qui habebat feudum, Pariſ. in conſil. 3. num. 17. incip. Videtur prima facie dicendum, & in conſil. 4. incip. Conſiderando diſpoſitionem, & in conſil. 16. incip. ſi attendimus tenorem, num. 21. ubi multos refert, vol. 1 Natta in conſ. 464. incip. In præſenti quæſtione, & in conſil. 679. vol. 4. Socin. jun. in conſil. 188. incip. In hac conſultatione, numero decimo quinto, volumine ſecundo, & Camerarius in d. §. præterea ducatus mihi pag. 279.* ubi ait, quod conſiderata natura hæreditaria per ſtipulationem feudo data feudum hæreditarium debeatur nobis tranſmiſſione ad hæredes; ut non ſolùm ſuccedamus primo, ſed quod à moriente ad nos transferatur ſangvis, & qualitas hæreditaria ſimul, & paulò pòſt *pagina 789.* natura, inquit, hæreditaria efficit, ut feudum debeatur nobis tranſmiſſione ad hæredes, proindeque teneatur eſſe hæres morientis.

Idem docuit *in c. 1. In princ. in quinta oppoſit. numero quadrageſimo octavo.* ubi ait, quando dictio (*hæres*) apponitur in feudis, tunc ſtat ut qualitas propriæ ſubſtantiæ inſeparabiliter cohærens, & ſubjectum in eo mutat, ita ut filius non uti filius, nec ut hæres primi, & non morientis, ſed ut hæres etiam morientis feudum capiat: & paulò pòſt *quæſtione prima, numero vigeſimo quarto*, ait, eo ipſo, quod appoſita eſt dictio (*hæredibus*) feudum efficitur hæreditarium tranſmiſſione ad hæredes, ut unus alteri ſit hæres, ita ut, licet à dante & primo acquirente feudum habeant, non tamen primo ſuccedant & nihil ultra ſangvinem à moriente habeant, quemadmodum in feudo non hæreditario contingit, ſed feuda iſta potius de uno etiam ad alium ratione qualitatis hæreditariæ tranſmittantur, & addit iſtam eſſe communem concluſionem Andreæ, & omnium. idem tenuit in ſæpè citato reſponſo, quod poſt Cannet. habetur, ubi paulò antè finem diſertis verbis ait, in feudo hæreditario quem hæredem eſſe debere, non ſolùm primo, verum etiam ultimo morienti. Hanc etiam ſententiam eleganti ratione confirmat Marin. Freccia *in ſupra citato*

toto loco differentia X. inquiens. Feudo. hæreditario iſta forma tradita eſt, ut omnis, qui vult in feudo ſuccedere, debeat eſſe hæres: hæc autem forma non eſt perſonalis pro primo hærede, ſed pro omnibus hæredibus & ſucceſſoribus. Unusquiſque enim ſibi & hæredibus ſuis proſpexit. non igitur debet fieri in primo tantum, quod eſt ad omnes tranſitorium, ſed potius ſicuti forma aſſignata feudo adimplenda eſt in primo, ita & in omnibus ſucceſſoribus, ut ita omnis, qui ſuccedere vult, debeat habere qualitatem appoſitam in inveſtitura, ſcilicet ut hæres ſit illi, cui ſuccedere vult: cum etiam is ultimo loco defunctus perinde pro ſe, atque hæredibus inveſtitus fuerit, ac primò acquirens, atque ita cauſa nulla ſubſit, cur qualitas hæreditaria hujus reſpectu non eundem habere debeat effectum, quem ex prima inveſtitura recepit. eandem opinionem tanquam magis communem & veriorem amplexus eſt Thomas de Marin. *in d. titul de feud. hæreditar. numer. 34.* aſſerens, falſum eſſe, quod quidam contra fuerunt opinati: quibus adſtipulatur etiam Alciatus *in conſ. 178. incip. Viſo conſilio ſpectatiſsimi JConſulti. n. 3. & in conſ. 190. incip. Tranſeo in ſententiam Roland. à Vall in conſ. 29. incip. Quia decreto principis. n. 5 vol. 3. Joh. Bol. in conſil. 5. num. 23. Burſatus in conſil. 3. incip. Dubiis diligenter perſpectis. numer. 46. & in d. conſil 49. num 59. & conſil. 89. incip. Super dubiis doctiſsimè & luculenter editis. & in conſil. 148. numero duodecimo. & in conſil. 132. numer. 34. & Johann. Thom. Minadous in conſil. 10. quæſtione tertia. numero vigeſimo.* Ubi ait, nemini dubium eſſe oportere, eum, qui vult conſequi feudum hæreditarium, eſſe hæredem ultimi morientis debere. *Suffragatus etiam fuit hiſce Franc. Ant. Vill. in reſponſo, quod habetur poſt Cannetium num. 27. Alciatus & Menochius in conſil 1. num 31 vol. 1. Guerr. Piſo in præludiis feud. circa fin.*

Neque tadmodum referre videtur, 46
multos, quos ſupra retulimus, aliter exiſtimaſſe. nam qui auctores hujus opinionis laudari ſolent, non ſatis rectè in hanc ſententiam advocantur, cum minimè id aſſeruerint, ſed hoc ſolummodo docuerint, quem debere eſſe hæredem primi acquirentis, vel directò, vel per mediam perſonam, *ut diſertis verbis ajunt Jacob. de Belvis. & Alvarot. in locis citatis.* hoc verò cum quæſtione iſta, an quis cogatur eſſe hæres ultimò defuncti, nihil habet commune: non igitur inde ad propoſitum quicquam commodè inferri, neque horum auctoritate opinio iſta probari poterit. Quin potius cum hi requirant, ut quis ſit hæres primi acquirentis, vel directò vel per mediam perſonam, hoc ipſo præſupponunt, quod, quotieſcunque à perſona intermedia feudum ad aliquem devolvitur, tum is illius hæres eſſe teneatur, ut hoc ipſo cenſeatur etiam hæres eſſe primi acquirentis, cum alioqui, niſi ultimò defuncti hæres extiterit, hæres primi eſſe non poſſit, quemadmodum nec hæres hæredis mei meus hæres dici poterit, niſi hæredis hæres fuerit. Ita doctrinam iſtam declarat etiam, & auctoritates, quæ inter ſe diſſidere videbantur, conciliat Guerrinus Piſo *in præludiis feud. circa fin.* inde concludens, utramque opinionem in idem recidere. Eſtque hoc loco obſervandum, id quod dicitur in feudo hæreditario quem hæredem eſſe debere, non tàm de reliquis bonis allodialibus, quàm de ipſo feudo intelligendum eſſe, ita ut quis in ipſo feudo hæres eſſe, & hæreditario jure ſuccedere cogatur, quemadmodum quæſtione 1. declaravimus, & paulò poſt *numer. 47.* oſtendemus. Sed ut quis in ipſo feudo ad ſe devoluto, demum per mortem agnati, hæres ſit primi inveſtiti, impoſſibile planè eſt, niſi ſit etiam hæres ultimò defuncti, à quo feudum ad ipſum devolvitur.

Quomodò enim quæſo aliàs primo acquirenti hæres in ipſo feudo eſſe potuit, cum iſtud non niſi per mortem ultimi ad ipſum devolutum fuerit. Neceſſe igitur omnino eſt, ut is, ad quem feudum hæreditarium non mox à primo acquirente, ſed ab alio agnato defertur; ſi primi acquirentis hæres eſſe voluerit, ſimul etiam ab ultimò decedente feudum agnoſcat, & in ipſo feudo hæreditario jure ſuccedens, hoc ſaltem reſpectu hujus etiam hæres ſit. iſta enim ſola ratione, mediante perſona hujus, primi hæres eſſe rectè reputabitur.

Et hoc eſt, quod antiquiores tradiderunt, quem debere eſſe hæredem primi mediatè vel immediatè, id eſt, ſi feudum mox à primò acquirente ad aliquem deferretur, ut tùm illius hæres immediatus dicatur: ſi verò ab alio agnato ad ſucceſſorem devolveretur, tum agnoſcendo feudum ab ultimo defuncto, & in eo hæreditario jure ſuccedens, non niſi mediante perſona ultimò defuncti hæres primi exiſtere poſſit. Minimè itaque id eò deflecti poterit, quaſi hoc poſteriore caſu ſufficiat quem eſſe hæredem primi acquirentis.

Ex quo ſimul obvium eſt, eos, qui ſupra dictæ concluſionis auctores, in ſententiam iſtam advocarunt, erroris non fuiſſe expertes, & propterea opinionem horum ex errore promanantem minus ponderis habere. Videturque hic error ex eo profectus eſſe, quod multi id, quod dicitur, quem eſſe debere hæredem primi acquirentis, acceperunt de hærede non in feudo ipſo, ſed in reliquis bonis hæreditariis. Nam hinc putarunt, aliquem ratione bonorum hæreditariorum à primo acquirente ad ſe tranſmiſſorum, commodè hæredem ejus exiſtere poſſe, licet non ſit hæres agnati ultimò defuncti, & propterea quia jam antè hæres primi acquirentis fuit, atq; hoc ipſo qualitati hæreditariæ, quam feudi natura requirit, ſatisfecit, inde opinati ſunt, eum feudo per mortem agnati decedentis ad ſe poſtea devoluto, amplius ultimò defuncti hæredem eſſe non oportere.

Sed cum abunde à nobis jam demonſtratum fuerit, quod aſſeritur, quem hæredem eſſe debere primi acquirentis, non de reliquis bonis hæreditariis intelligendum eſſe; ſed potius de hærede in ipſo feudo, in quo ab cognato ad ſe devoluto, quis alioqui hæres eſſe non poteſt, niſi mediante perſona ultimò defuncti, qui feudum ad eum tranſmittit, atq; adeò, niſi ab hoc feudum agnoſcat. & huic in feudo hæres ſit: palàm eſt ſomnium reliquorum quod ex errore iſto deſcendit, ſubſiſtere nullo modo poſſe. Deinde ex iis, quæ ſupra *quæſtione 2.* de interpretatione tit. *An agnatus vel filius.* copiosè diximus, evidens eſt, hanc concluſionem inde deſcendiſſe, ut hac ratione fulciretur opinio eorum, qui putarunt, *d. tit. An agnat. vel fil.* in feudo hæreditario locum habere.

Nos verò contra oſtendimus, pleroſq; interpretum in alia juiſſe omnino, atque exiſtimaſſe, textui, illi in feudo hæreditario locum non eſſe. quare hac communi interpretum concluſione opinio eorum, qui, ut ad feudum hæreditarium textum illum accommodent, fingunt ſufficere, ut agnatus hæres ſit tantum primi acquirentis, penitus deſtruetur: cum præſertim hi, qui feudum hæreditarium ſeparant à materia tit. *An agnat. vel fil.* hac, ut *quæſt. 2.* diximus, ratione potiſſimum nitantur, quia in feudo hæreditario non ſolum filius, ſed etiam agnatus hæres eſſe cogitur. Eſt enim manifeſtum, textum *in d. c. 1. An. agnat. vel filius.* de hæreditate ultimò defuncti verba facere. quare cum pleriq; interpretum concludant, ideo eum textum in feudo hæreditario non procedere, quia agnatus perinde ut filius hæres eſſe cogitur, ut ratio iſta textui conve-

niat, neceſſe omnino eſt, illos eandem etiam de hæreditate ultimò defuncti intellexiſſe, atque ea de cauſa exiſtimaſſe, quod agnatus in feudo hæreditario debeat eſſe hæres ultimo defuncti. Alioqui enim ſi modò de hæreditate primi acquirentis intelligeretur, ratio iſta non ſolùm verbis d. titul. non conveniret, ſed etiam communem illam concluſionem inde extructam, videlicet textum illum in feudo hæreditario locum non tenere, penitus labefactaret, prout eam ex hoc infringere conantur *Sylvan. & Cephal. in locis ſupra adductis*: Sed quia veriſimile, non eſt, interpretes, qui ex dicta ratione conſtanter aſſeruerunt, tit. *An agnat. vel filius.* in feudo hæreditario non procedere, communi ſenſu ita fuiſſe deſtitutos, ut, de qua hæreditate loquatur textus, non animadverterint, & tali nixi fuerint ratione, quæ non ſolum à propoſito eſſet aliena, ſed & doctrinæ ipſorum maximè adverſaretur, ideo magis eſt, ut hæc ipſorum concluſio de hæreditate ultimò defuncti accipiatur, prout ſupra quæſtione ſecunda latius hoc probavimus.

Ex quo tandem efficitur, ut quemadmodum ſententia eorum, qui exiſtimarunt, textum illum *in d. c. 1. An. agnatus vel filius.* in feudo hæreditario non procedere, crebriori calculo eſt approbata, & communibus interpretum doctrinis magis eſt conſentanea, ut in quæſtione ſecunda oſtendimus: ita etiam concluſio hæc noſtra, quæ docet agnatum eſſe debere hæredem ultimò defuncti, ab interpretibus communiter ſit recepta, contra verò altera improbata: quippe cum illa interpretatio hac concluſione potiſſimum innitatur, quæ requirit, ut quis ſit hæres ultimò defuncti. Ut proinde opinioni eorum, qui ajunt, ſufficere, ut quis ſit hæres primi acquirentis, inhærere tutum non ſit: de quo plura etjam diximus ſupra *quæſt. 2.*

47 Quod verò tertio loco exiſtimant, feudum hæreditarium, non obſtante regula *l. Cum à matre*: eo in caſu revocari poſſe, quando nihil de bonis hæreditariis ſupereſt, neque iſtud verum eſſe poteſt, quando huic feudorum generi qualitas iſta hæreditaria conceditur. Nam cum qualitas hæc in ipſa ſubſtantia feudi ita inſit, ut iſtud pro re hæreditaria reputetur, & quis in eo jure hæreditario ſuccedere cogatur, quî quæſo is, qui decedens ejuſmodi feudum hæreditarium reliquit, nihil in bonis hæreditariis reliquiſſe dici poterit? an non potius hoc ipſo, quod feudum hæreditarium, extat, bona hæreditaria ſupereſſe cenſebuntur, & is, qui in ipſo feudo hæres eſt, ratione ejus factum defuncti præſtare tenebitur? Neq; verò hoc, ut quis factum defuncti in feudo hæreditario præſtare teneatur, à cæteris rebus hæreditariis dependet: quo caſu non immeritò conſideraretur, an illæ ſupereſſent, nec ne: ſed potius ex ipſa natura hæreditaria feudi ſubſtantiæ inſita proficiſcitur, ut ex iis, quæ ſupra *& quæſtion. 1.* in medium protulimus, manifeſtum eſt. Nihil igitur refert, utrum alia bona hæreditaria adſint, nec ne: quippe cum feudum nihilominus utroq; caſu hanc ſuam naturam hæreditariam irreſolubili vinculo retineat, quæ, ne ſucceſſor facto defuncti contravenire poſſit efficit.

Nam ipſum feudum pro re hæreditaria reputatur, & in ipſo feudo jure hæreditario quis ſuccedit, *ut ſenſit Iſern. in capit. 1. §. Quid ergo: in fin. de inveſtit. de re alien. fact. & pluribus declarat Camerarius in cap. 1. quæſt. 9. num. 91. An agnatus vel filius. Et in reſponſo, quod in modum dialogi inter ſe & Cannetium confectum poſt Cannetium habetur, explicando doctrinam Iſernia* ait:

Ecce quàm doctè Iſern. docet, propterea non poſſe quem in feudo hæreditario venire contra factum defuncti, quia eſt hæres ejus, non in hæreditate

tate burgenſatica, ſed quia eſt hæres in feudo. (audi, in feudo) hoc eſt, ut feudum tanquam rem verè hæreditariam ab ultimo moriente in eum provenientem ſuſcipiat, ita, ut, niſi ſit hæres morientis, ſaltem in feudo, non poſſit feudum capere. unde emergit, ut cum non poteſt in aliis bonis burgenſaticis eſſe hæres, teneatur tanquam hæres in ipſo feudo ſtare contractui facto cum aſſenſu regio per ultimum morientem.

Hæc ille. Idem docet *in d. c. 1. quæſt. 14. num. 114.* ubi ait. quod quis ſit hæres in feudo hæreditario, non eſſe qualitatem accidentem extra feudum, ſed inesse ipſi feudo: ſufficit ergo, quod ſit hæres in feudo, maximè cum ſit quoddam univerſum, in quo qualitas hæc hæreditaria per ſe eſſe poteſt. Deinde hæc opinio etiam confunditur alia communi interpretum concluſione paulò antè à nobis firmata, quæ docet, in feudo hæreditario beneficium inventarii locum non habere. Nam cum inventarium hunc potiſſimum effectum habeat, ne quis ultra vires hæreditarias teneatur, & in propoſito de confectione inventarii ideò diſceptetur, ut ſciamus, an hæres tantummodo ratione rerum hæreditariarum, an verò etiam ratione ipſius feudi, licet nihil ex bonis hæreditariis perceperit, factum defuncti præſtare teneatur. Interpretes verò, ut ſupra concluſum fuit, communiter ſtatuant, inventarii confectionem in feudo hæreditario non relevare: utiq; hoc ipſo evidenter docent, quod, etſi nihil de rebus hæreditariis ſuperſit, tamen feudum hæreditarium naturam ſuam retineat, uſque eò, ut quis in ipſo feudo hæres eſſe, & inde factum defuncti præſtare cogatur.

Id quod magis etiam elucet ex rationibus, quibus moti inventarii beneficium hæredi denegant. Dicunt enim, hoc inde fieri, quia feudum hæreditarium intelligitur eſſe effectum unum & inſeparabile corpus, cum hæreditate defuncti, & de viribus hæreditatis. Non igitur, donec ſupereſt feudum hæreditarium, rectè dici poterit, eum nihil in hæreditate reliquiſſe, cum illud ipſum feudum de hæreditate defuncti eſſe cenſeatur, ut ſupra pluribus firmavimus. & hoc eſt, quod dicit Camerar. *in d. cap. 1. quæſt. 8. num. 84. An agnat.* inventarium in feudo hæreditario iſtud tantum operari, ut hæres non teneatur ultra, quàm ſit in feudo.

Ex † quibus apparet, illos, qui judicarunt, ſucceſſorem etiam tum, quando nihil in bonis hæreditariis eſt reſiduum, obligari, à Matth. de Afflict. *in d. conſtitut. Neapolitan. Rubric. 97. lib. 1.* immeritò in reprehenſionem erroris vocari, cum in hoc rectè indicaverint: & quamvis Matth. de Affl. ſanctè aſſeveret, ſe ſecundum conſcientiam ſuam credere, quod in hoc erratum fuerit: tamen non ſatis conſideratè loquitur. eſt enim ſibimetipſi contrarius, ac repugnat iis, quæ de inventario in feudo hæreditario non attendendo tradidit ipſe idem *in cap. 1. An agnat. vel filius,* cum ut dictum eſt, ex hoc ipſo, quod inventarii beneficium in feudo hæreditario locum non habere ſtatuitur, neceſſariò etiam ſequatur, neque ſucceſſorem eo ſe tueri poſſe, quod nihil in hæreditariis bonis ſuperfuerit. Non igitur conſcientia illius à verò ſcopo deflectens in hoc articulo quicquam curanda erit. 48

Neq; † huic ſententiæ quicquam obſtat auctoritas *Jacob. de Belvis.* quam tantopere extollit Matth. de Afflict. Nam ut prætermittam ea, quæ de doctrina Jacob. de Belvis. tradit Alexan. *in conſil. 19. incip. ſuper eo de quo quæritur. num. 19. vol. 5.* ex verbis ejus abunde apparet, illum eo in loco non de feudo hæreditario, ſed ſolum de feudo ex pacto & providentia loqui. idq; non ſolum inde colligitur, quod verſatur circa materiam *c. Titius*, quem textum 49

de feu-

de feudo ex pacto & providentia interpretes communiter accipiunt, *ut teſtatur etiam Alexandr. in conſ. 26 circa fin. vol. 5.* ſed & ex hoc elucet, quod textum *in d. c. Titius.* conjungit cum *cap. 1. An agnat. vel filius*: & utrumq; reſtringit, ut locum non habeat, quoties pater nihil in bonis relinquit. Oſtendimus autem ſupra *quæſt. 2.* Jac. de Belu. cum pleriſq; aliis ſæpe dictum *cap. 1. An agnat vel filius.* tantummodo interpretari de feudo ex pacto & providentia. Conſequens igitur eſt, etiam doctrinam hanc de feudo ex pacto & providentia accipiendam eſſe, ad feudum verò hæreditarium minimè accommodari poſſe. Ex quo etiam porrò evidens eſt, nō ſolum nihil referre, quod, ut conſiderat Matth. de Afflict. nemo doctrinam Jacobi de Belvis. improbaverit. (nam cum hoc, ad quod advocatur, nunquam dixerit, ac ne in mentem quidem ipſi venerit, nulla ſanè opus fuit refutatione.) Sed etiam cæteros, qui doctrinam hanc ad feudum hæreditarium tranſtulerunt, errore quodam faſcinatos, & auctoritate Jacob. de Belvis. abuſos fuiſſe, dum ea, quæ de feudo ex pacto is tradidit, illi feudo hæreditario aſcripſerunt, cum tamen inter haſce duas feudorum ſpecies plurimum ſit diſcriminis, quinetiam ipſa natura feudi hæreditarii, huic doctrinæ prorſus adverſetur, ut abunde probavimus. Exiguum igitur pondus habebunt omnes auctoritates illæ pro priori opinione adductæ: quippe cum omnes nitantur potiſſimum auctoritate Jacob. de Belvis. & in eodem errore, de quo jam diximus, verſentur, ad feudum hæreditarium ea accommodantes, quæ ille de feudo ex pacto dixerat.

Deinde ex his quidam ſibimetipſis adverſantur, dum huic concluſioni ſubſcribunt, & tamen interim nihilominus aſſerunt, in feudo hæreditario inventarii beneficium non valere. Prætereà pleriq; huic opinioni adſtipulantes feudo hæreditario eam injungunt qualitatem, quæ longè ſeparatam habet rationem à natura, quam huic feudorum generi interpretes tribuunt: ſin autem contra ſententiam eorum, qui exiſtimant, qualitatem hæreditariam in ipſa ſubſtantia feudi hæreditarii ineſſe, reprobata opinione altera, obtinere debet, tum, ut pleraque alia à prima opinione deſcendentia, ita & hoc, quod inde de bonis hæreditariis non exiſtentibus aſſerunt, minimè ſubſiſtere poterit, ut ſatis jam oſtenſum fuit.

Ex † eodem errore profectum eſt 50
etiam, quod quidam quarto loco opinati ſunt, regulam *d. l. cum à matre*: ne tum quidem obeſſe, quò minus feudum hæreditarium revocari poſſit, quando alicui hæreditas delata non eſſet. Nam cum Jac. de Belvis. *in d. c. 1. An agnat. vel filius,* cujus auctoritate potiſſimum nituntur, iſtud modò de feudo ex pacto & providentia aſſeruiſſet, ita reſtringendo textum *in d. capite primo.* quem de feudo ex pacto interpretatur, illi hoc perperam ad feudum hæreditarium accommodarunt, ut ſupra etiam in prima quæſtione monuimus: cum tamen huic feudorum generi, ſiquidem ei qualitas illa hæreditaria aſcribatur, de qua ſæpius diximus, minimè conveniat, ſed illi plurimum repugnet. Nam qualitas illa hæreditaria, quæ in cauſa eſt, ut ſucceſſor factum defuncti ratum habere teneatur, nequaquam dependet à reliqua hæreditate defuncti, ſed ipſi naturali ſubſtantiæ feudi inhæret, ut ſupra copioſè probavimus. quamvis igitur hæreditas alicui delata non ſit tamen propter qualitatem illam hæreditariam, quę in ſubſtantia feudi ineſt, facto defuncti contravenire non poſſet, ut aſſerunt omnes interpretes, qui ſecundæ opinioni adſtipulantur.

Quinimò † tantùm abeſt, ut quis 51
propterea, quia hæreditas ſibi delata non eſt, feudum hæreditarium revocare

vocare poſſit, ut etiam in caſu iſto, quo ab hæreditate eſt excluſus, ad feudi ſucceſſionem eum aſpirare non poſſe multi putarint; *ut Andr. de Iſern. in c. 1. in princ. de ſucceſſio feud. Barthol. Socin. in d. conſil. 10. inter conſil. Bruni. num. 11. & 17. Curt. jun. in tractat. feud. part. 1. quæſtio. 8. num. 20. verſ. Quarto ſub hac ſpecie. Paris. in conſil. 1. incip. Viſa facti narratione. n. 7. & in conſil. 2. incip. Conſultus ab illuſtri. n. 29. vol. 1. Natta in d conſil. 464. Johan. Ferrar. in uſib. feud. lib. 6. verſ. Quinto loco poſſet referri. Roland. à Vall. in conſil 23. incip. Viſis jurib. ad me tranſmiſſis. num 52. vol. 1. ubi plures refert idem ſentientes & Cephalus conſil. 224. incip. dubitatur an habentes feudum quod tamen, quomodo intelligendum ſit, declarat Camerar. in ſæpe citato reſponſo. & in cap. 1. quæſtio. 14. num. 114. An agnatus vel filius: & Minadous in conſil. 10. num. 20.*

Quomodo igitur quæſo ob hoc ipſum, quod hæreditas alicui non eſt delata, feudum hæreditarium magis recuperare poterit? Et dato, feudum hæreditarium aliquem ſine reliqua hæreditate defuncti conſequi poſſe, veluti contingit, quando hæreditas ſine conſenſu domini ad alium eſt tranſlata: tamen cum feudum iſtud verè reputetur res hæreditaria, & de viribus hæreditatis cenſeatur, uſque eo, ut jure hæreditario in ipſo feudo ſuccedatur, & inventarii beneficio à reliquis rebus hæreditariis ſeparari nequeat: manifeſtum ſanè eſt, vel ob hanc ipſam qualitatem hæreditariam feudo inſitam ſucceſſorem facto defuncti contravenire non poſſe, quamvis reliqua hæreditas ad ipſum non perveniat.

Ut proinde neque hic caſus feudo hæreditario rectè accommodari poſſit, id quod diſertè docuit Camerar. *in d. cap. 1. quæſtion. 14. num. 114. An agnat.* ubi concludit, quod etſi alius ſit inſtitutus in bonis allodialibus, filius tamen nihilominus cogatur eſſe hæres in ipſo feudo hæreditatio: quia non eſt qualitas accidens extra feudum, ſed ineſt ipſi feudo. Idem docuit in ſæpe dicto reſponſo, quod poſt Canne habetur ubi poſtquam concluſerat, filium non poſſe obtinere feudum hæreditarium, niſi ſit hæres morientis, ſaltem in ipſo feudo, unde emergit, (inquit) ut, quando non poteſt in aliis bonis burgenſaticis eſſe hæres, teneatur tanquam hæres in ipſo feudo ſtare contractui facto cum aſſenſu regio per ultimum morientem. *Idq; ſecutus eſt etiam Minadous in d. conſ. 10. n 20.*

Deniq; quod ultimò pro limitatione d. l. cum à matre, tradunt primæ claſſis interpretes, id, ut reliqua etiam, inde profectum eſt, quod exiſtimarunt, feudum hæreditarium nullam aliam qualitatem hæreditariam aſſumere, quàm ut quis hæres eſſe cogatur in rebus allodialibus, feudo interim propriam ſuam naturam retinente, & ex pacto anteceſſorum ſine qualitate hæreditaria ad ſucceſſorem tranſeunte. Hoc enim dato, poſſet hæc doctrina aliquo modo ſuubſtere. Sed contra. ubi conceſſum fuit, feudum hoc, priſtina ſua natura immutata, hæreditariam qualitatem ita induere, ut in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedatur, ut poſterioris ſententiæ auctores exiſtimarunt: tum ſanè hæc etiam doctrina feudo hæreditario minimè convenire poterit. 5

Nam hoc conceſſo, non amplius feudum ex pacto anteceſſorum, & legis beneficio ad ſucceſſorem ita ſimpliciter pertinere poterit, ut ſi huic jus iſtud auferatur, legis beneficio defraudari cenſeatur, atq; adeò propter jam dictam doctrinam ejuſmodi factum defuncti revocare poſſit: ſed potius cum feudum iſtud ex pacto anteceſſorum, inverſa priſtina natura, hanc qualitatem aſſumſerit, ut ipſa ſubſtantia feudi ſit hæreditaria, & in ipſo feudo jure hæreditario ſuccedatur: hujus verò ſucceſſionis hæreditariæ ea ſit proprietas, ut quis in præjudicium ſucceſ-

Digitized by Google

ſucceſſorum liberè de eò diſponere, poſſit, (ad ipſos ſucceſſores videlicet quod attinet.) & hæres factum defuncti ratum habere teneatur, quemadmodum omnes poſterioris ſententiæ ſectatores affirmant: utiq; is, qui ejuſmodi feudum hæreditariũ alienat, jure pacto anteceſſorum ſibi quæſito, uti, neque propterea ſucceſſores proprio aliquo beneficio defraudare cenſebitur: cum is, qui jure ſuo utitur, nemini injuriam facere dicatur. *l. Proculus. & l. Flumine. ff. de damn. infect.* & quod conſequens eſt, neque doctrina illa, quæ ea duntaxat ratione nititur, ne quis proprio jure defraudetur, ad propoſitum hoc rectè accommodari poterit.

Præterea omnes illi, qui huic poſteriori ſententiæ ſubſcripſerunt, uſq; eò hæredem facto defuncti obſtrictum eſſe arbitrantur, ut nec etiam inventarii beneficio ſe ab iſto obligationis nexu liberare poſſit, ut apparet ex autoritatibus ſuprà citatis. multò itaque minus huic doctrinæ, quæ ſine inventario hæredem inde eximit, locum relinquent. Cumq; pauci admodum huic ultimæ doctrinæ in feudo hæreditario fuerint adſtipulati: contra verò illi ſententiæ quàmplures interpretes ſuffragentur: utiq; paucorum opinio contra receptam multorum ſententiam parum auctoritatis habere poterit. Quin ſi hoc admitteremus, feudum hæreditarium ita indiſtinctè revocari poſſe non ſolũ omnia illa, quæ de qualitate hujus feudi interpretes ſcripta reliquerunt, & quæ inde deſcendunt doctrinæ communiter approbatæ deſtruerentur, ſed & ipſa ab omnibus recepta diſtinctio, qua feudum hæreditarium à feudo ex pacto ſeparatur, penitus curruerit: cum, hoc dato, feudum hæreditarium perinde, ut feudum ex pacto revocari poſſe, nulla inter hæc duo feudorum genera ſubeſſet differentia. Non igitur opinio iſta alicui prius perſuaderi poterit, quàm hoc evictum fuerit, hanc quæſtionem non juxta interpretum ſententias dijudicandam, ſed ab eorum doctrinis prorſus recedendum, & novo modo eam explicandam eſſe.

Ex † his modò, quæ hactenus in utramq; partem copiosè commemoravimus, non ſolum perſpicuum eſſe arbitramur, quod omnis illa, quæ inter haſce diſſidentes opiniones ſubeſt diſcrepantia, ex diverſa feudi hæreditarii definitione derivetur: quippe, cum primæ opinionis ſectatores feudo hæreditario nullam aliam qualitatem aſſignaverint, quàm ut quis hæres eſſe teneatur in bonis allodialibus, feudo interim ſuam naturam retinente, atq; hinc concluſiones ſuas extruxerint: poſterioris verò ſententiæ auctores qualitatem hæreditariam ita ipſi attribuerint, ut ea, immutata priſtina natura, in ipſa ſubſtantia feudi inſit, & in feudo jure hæreditario ſuccedatur, ut in prima etiam quæſt. prolixius demonſtravimus: ſed & hoc inde evidens, atq; manifeſtum eſt, quemadmodum illo conceſſo, aliquo modo ſuſtineri poteſt prima opinio, ita etiã hoc ultimo dato eandem penitus corruere: & quod propterea plurimum referat, quomodo feudum hæreditarium definiatur, & quæ ipſius ſit natura: quod cum pauci animadverterint, atq; inde modò hanc modò illam ſententiam amplectentes materiam iſtam ſæpius confuderint, ideo hæc copioſius explicanda fuerunt. Omnis igitur inſpectio in eo erit, ut, quæ ſit feudi hæreditarii natura & proprietas certò conſtituamus. hoc n. conſtituto, cognitu non erit difficile, utri, ex prædictis opinionibus adſtipulandum ſit. Verum nos ſupra *qu.1.2.&3.* multis argumentis oſtendimus, opinionem eorum, qui feudo hæreditariã illam qualitatem, de qua ſæpius diximus, aſſcribunt, crebriori calculo receptã, & propterea tenendam eſſe: quare ſi quæſtio iſta ex opinionibus interpretum 53

dijudicanda foret, planè exiſtimarem, ſecundum hanc poſteriorem ſententiam tam judicandum, quàm reſpondendum eſſe. Non ſolum enim ex eo, quod hæreditaria qualitas feudo tribuitur, neceſſariò conſequitur, iſtud juxta ſecundam ſententiam in præjudicium ſucceſſorum alienari poſſe, ut ex paulò ante dictis manifeſtum eſt. Sed inſuper etiam quibus argumentis probavimus, opinionem eorum, qui qualitatem hæreditariam feudo apponunt, potiorem eſſe, iiſdem etiam convinci poterit, ſententiam iſtam, ſecundum quam feudum hærereditarium revocari non poſſe concluditur, priori opinioni contrariæ longè prævalere: cumq; ex iis, quæ eo in loco copioſius recenſuimus, cuivis in promtu ſit, argumenta iſta etiam ad propoſitum noſtrum applicare: ideo eadem huc repetere neceſſarium non eſſe duximus.

Hoc ſaltem pro comprobatione illorum addemus, ea vel hac de cauſa magis urgere, quia ex iis, quæ paulò ante diximus, dilucidè apparet, quàm ſæpenumero hallucinati fuerint illi, qui primæ opinioni ſuffragati fuerunt, dum ea, quæ de feudo ex pacto & providentia tradiderunt, reliqui ipſi ad feudum hæreditarium perperam accommodarunt, atq; hinc auctoritate illorum nitentes, illa abuſi ſunt.

Deinde ut hanc ſuam opinionem ſuffulciant, varia adinvenerunt, quæ tamen omnia non ſolum fundamentis ſecundæ opinionis facilè deſtrui poſſunt, ſed & ſecum ipſis vix conveniunt: cum è contrario data qualitate illa hæreditaria, qua ultima ſententia nititur, nihil in medium afferri poſſit, quod hanc valdè oppugnet. Accedit tertio, quod admodum pauci eorum qui primæ opinioni aſſenſerunt, ſibimetipſis conſtiterunt, ſed pleriq; ex his multis in locis variarunt, prout varietatem hanc collegit Pinell. *in d. loco*, cum contra poſterioris ſententiæ aſſertores, qui inter cæteros primas tenent, eandem conſtanter defenderint. Deniq; ſi prior opinio tenenda eſſet, eò tandem redigeremur, ut concederemus, feudum, ſive iſtud hæreditarium, ſive ex pacto fuerit, ſine diſtinctione revocari poſſe, atq; hac ratione communiter recepta differentia penitus deſtrueretur, ut ex ſupra dictis in aperto eſt.

Contra verò altera ſententia communi diſtinctioni magis eſt conſentanea: ut veriſimile ſit, omnes illos, qui hujus diſtinctionis auctores fuerunt, de feudo hæreditario idem judicaſſe. Aut igitur hæc ſententia ſectanda, aut, ſi priori accedere voluerimus, communis diſtinctio prorſus rejicienda erit, ſicuti etiam primi auctores hujus opinionis communem illam diſtinctionem non fuerunt amplexi.

Quia verò hoc ultimum in judiciis, in quibus communes interpretum doctrinæ maximum pondus habere, & non rarò etiam veritati præferri ſolent, nemo facilè obtinere poterit: ideò plane in hanc ſententiam devenio, ut hanc poſteriorem opinionem & judicando & reſpondendo amplexandam putem. Atq; hæc juxta communes interpretum doctrinas ita ſeſe habent.

Quod † ſi verò res iſta magis ex veritate, quàm interpretum opinionibus pendenda eſſet: haud paulò alitor ſentirem. Nam ſupra *quæſtione prima*, multis in medium adductis argumentis probavimus, communem commentatorum ſententiam, qua feudo pro ſe & hæredibus acquiſito ex proprietate vocabuli (hæredes) qualitatem hæreditariam aſcribunt, atque hoc ipſo feudum iſtud hæreditarium à feudo ex pacto diſtinguunt, nullo ſatis probabili fundamnnto niti, ſed quod potius feudum hiſce verbis conceſſum atque acquiſitum, eandem cum feudo pro ſe atq; liberis quæſito rationem habeat, & propriam 54

feudi

feudi naturam retineat, neq; propterea quicquam à recto feudo differat. Quo ita firmato, fruſtra ſanè in propoſito conſideratur qualitas illa hæreditaria, & quod conſequens eſt, etjam opinio eorum, qui inde aſſeruerunt, feudum hæreditarium revocari non poſſe, veluti ſublato fundamento penitus corruet: quippe cum ea ſolum innitatur jam dicta qualitate hæreditaria: & hoc labefactato fundamento, nihil habeat amplius, quo fulciri poſſit, ut ex iis, quæ paulò antè diximus, liquidò patet. Potius igitur, rejecta hac diſtinctione interpretum, ex ipſis juris feudalis textibus generaliter in feudo pro ſe atque hæredibus acquiſito, idem ſtatuerem, quod ſupra de feudo ex pacto probavimus. Nam jura etiam feudalia generaliter loquuntur, neque inter has duas feudorum ſpecies diſtinctionem ponunt: quamvis hæredum ſæpius mentionem faciant. Ideoque Pinellus etiam *in d. loco* hoc generaliter ita defendendum ſuſcipit. Et hanc noſtram ſententiam haud parum adjuvat, quoniam ex ſupra commemoratis evidens eſt, quàm longè interpretes affingendo hanc qualitatem hæreditariam huic feudorum generi, à propria natura feudi, & à juris feudalis diſpoſitione receſſerint, usq; eò, ut poſſeſſori liberam alienandi facultatem conceſſerint, contra manifeſtam juris feudalis regulam *in c. 1. de alien. feud. pater. & c. Titius. ſi de feud. defu. & c. 1. §. hoc quoq. de ſucceſſ. feudal.* cui, ſolo vocabulo hæredum vel obiter in inveſtitura prolato, tam concedentem quàm acquirentem feudum, derogare, & priſtina feudi natura immutata, novam penitus introducere voluiſſe, planè veriſimile non eſt per ea, quæ ſupra *quæſt. 1.* copiosè recenſuimus.

Nam cum illa quivis facilè hùc referre poſſit, repetenda eſſe non duximus, ne eadem de iiſdem dicendo, materiam hanc per ſe ſatis copioſam & tædioſam prolixiorem reddamus, & majorem nauſeam legentibus obtrudamus. Suffragantur etiam huic ſententiæ prioris claſſis interpretes: videmus enim ex iis, quæ ſupra fuſius narravimus, illos, dum qualitatem feudi hæreditarii ad propriam feudi naturam ipſi juri feudali conſentaneam reducere conantur, eò ſenſum delabi, ut de feudo hæreditario idem penè ſtatuant, quod de feudo ex pacto & providentia, & quod idcirco omnis difficultas, quæ circa primam opinionem exiſtit, in eo potiſſimum conſiſtat, quemadmodum de feudo hæreditario eadem, quæ de feudo ex pacto tradi, & ſimul etiam communis illa diſtinctio defendi queat. Nam dum de hoc laborant, neq; tamen feudi hæreditarii naturam à reliquis interpretib. ipſi tributam, cum regulis juris feudalis ita conciliare potuerunt, ut utriſq; ſatisfiat, ideo hinc in tam varias tantum non ineptas prolapſi ſunt opiniones, ut nihil penè certi, ſed ut ait Pinellus, Cimmerias tenebras nobis ſcriptis ſuis reliquerint. Quantò igitur eſſet conſultius, rejecta communi diſtinctione, ex juris feudalis textibus quæſtionem hanc definire, atque hinc de feudo pro ſe & hæredibus parto idem ſtatuere, quod in feudo alicui & liberis conceſſo juris eſſe ſupra probavimus, ne, dum figmentis commentatorum inhærentes, de inanibus vocabulis diſceptamus, ipſam rei veritatem amittamus, quod pleriſque in hac materia contigiſſe videmus. Quia tamẽ, ut monet Pinellus, ad eam miſeriam redacta eſt noſtra jurisprudentia, ut ſententiæ magis numerentur, quàm ponderentur, & propterea hæc noſtra opinio, utpote aliena ab interpretum doctrinis, niſi publica acceſſerit auctoritas, in judiciis ægrè obtinere poterit, ideo interim veſtigiis interpretum inſiſtendum, & cum eis balbutiendum erit, donec conſtitutione aliqua certius

tius quippiam ſanciatur. Hac enim una re laboranti & pene obfuſcatæ veritati rectè conſuli poterit.

55 Cæterum † hoc loco prætermittendum non eſt, ea, quæ ex communi interpretum ſententia de revocatione feudi hæreditarii hactenus aſſeruimus, in foro Saxonico non ita ſimpliciter locum habere poſſe. Nam cum Saxonum jure inter agnatos ſuccedendi jus ſit ſublatum, & omnis ſucceſſio à ſola ſimultanea inveſtitura dependeat: atque propterea agnati, quia ſinguli ſemetipſos inveſtiri curant, vivente poſſeſſore, proprio ipſorum facto jus quæſitum in feudo habeant, quemadmodum infra *quæſtione XX. & XXI* pluribus oſtendemus: in aperto eſt, quod, licet feudum pro ſe atque hæredibus quis acquiſierit, atque hinc feudum hæreditarium exiſtimandum ſit, non tamen propterea agnatis ſimul inveſtitis alienando præjudicium generare poſſit, ceſſantibus nimirum omnibus illis rationibus, ob quas agnatos factum defuncti in feudo hæreditario præſtare debere diximus.

Tantum enim abeſt, ut hæreditario jure agnatus, in feudo ſuccedere, & defuncto hæres eſſe putetur (quod unicum efficit, ne in feudo hæreditario facto defuncti contravenire poſſit.) ut ſine ullo ſuccedendi jure feudum ad eum devolvi, & is duntaxat ex ſimultanea inveſtitura proprio ipſius facto quæſita, iſtud obtinere cenſeatur. Potius igitur in propoſito locum ſibi vendicabunt rationes illæ, ob quas in feudo ex pacto & providentia agnatum facto defuncti obſtrictum non eſſe ſupra *quæſtione 6.* probavimus: idque eò magis, quia in foro Saxonico agnati non tam pacto anteceſſorum, (quod potiſſimum in feudis ex pacto & providentia conſideratur.) quàm ex proprio ipſorum ſimultaneam inveſtituram accipientium contractu feuda acquirunt.

Nam ea, quæ noſtro facto quæſivimus, longè minus nobis invitis extorqueri poſſunt, quam quæ beneficio aliorum ad nos pervenerunt, *ut not. gloſſ. in l. ſi quid bello. de capt. & poſtlim. reverſ. Jacob de Belvis Iſern. & Afflict. in capite primo, an mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus.*

Ideoque videmus, etiam in feudis novis ſucceſſoribus præjudicari non poſſe, quando proprium ipſorum acquirentium factum intervenit, ut firmavimus ſupra *quæſtione IIII.* Ad filios verò quod attinet, quia horum reſpectu ſuccedendi ratio jure Saxonico non eſt correcta, ſed juxta juris communis regulas in feudo ſuccedunt, uſque eò, ut etiam hæredes patris appellentur, *quemandmodum ex cap. 5.* Lehnrecht / *probavimus d. quæſtione 14.* ideo ad illos rectè accommodari poterunt ea, quæ de revocatione feudi hæreditarii ſecundum receptam interpretum opinionem docuimus. Ex quo tandem efficitur, quod jure etiam Saxonico filii factum parentis in feudo hæreditario præſtare teneantur: agnati verò ex ſimultanea inveſtitura feudum obtinentes eo devincti non ſint. Quod quidem eò libentius amplectendum, quoniam juxta hanc juris Saxonici rationem totum hoc negocium ad priſtinos & proprios ipſius juris feudalis terminos reduceretur. Oſtendimus enim ſupra *quæſtione 13.* ſi quæſtio iſta ex juris feudalis placitis magis, quàm ex opinionibus commentatorum dijudicanda eſſet, quod tum generaliter concludendum foret, filios non modò in feudo hæreditario, ſed etiam in feudo ex pacto factum patris defuncti præſtare debere: contra verò agnatos juxta ejuſdem juris rationes, reprobata illa communi diſtinctione, facto defuncti omnino non obſtrictos eſſe, paulò ante monuimus. ut proinde in foro Saxonico eum, qui jus conſtituendi poteſtatem alioqui habet, nihil impediat,

quo

Digitized by Google

quò minus conſtitutione edita idem ſanciat.

De materia revocationis feudi hæc ſufficiant, in qua ſi nihil aliud, hoc certè præ cæteris, qui hactenus in hoc genere ſcripſerunt, præſtitiſſe nos opinamur, quod diligentius conſideratis doctrinis interpretum, quæ fuerit ipſorum mens & ſententia, & unde illa inter ſe diſſidentium opinionum varietas fuerit profecta, plenius explicaverimus: In quo plurimum quidem eſſe poſitum arbitramur. Nam ſicut cauſâ morbi cognita, ad faciẽdam medicinam facilior eſt via: ita hoc perſpecto, ex materia iſta impedita & intricata longè facilius quis ſemet expedire, atque eluctari, & non ſolum quid ex ſententia interpretum concludendum, ſed etiam, ſi veritatis ſimul curam ſuſceperit, quod huic verè decumbenti remedium adhibendum, quidve juris feudalis regulis, & hiſce innitenti veritati maximè ſit conſentaneum, ſtatuere poterit.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

(a) Ultra vires hæreditarias] *Jan. ab Arcedura cap. 4. concl 39. & ſeqq.*

QUÆSTIO XV.

SI VASALLUS OB CULPAM VEL IN IPSUM DOMINUM, VEL IN ALIUM

commiſſam feudo privetur, utrum iſtud ad dominum, an verò ad agnatos pertineat, & quatenus vaſallus delinquendo agnatis præjudicare poſſit.

SUMMARIA.

1. *Vaſallo culpam in alium, quàm in dominum committente feudum ad agnatos devolvitur, & quidem ſtatim non expectata morte ejus. n. 3.*
2. *Delicti & alienationis eadem eſt ratio, quo ad hoc, ne agnatis præjudicetur.*
3. *Agnatorum jus quando vivo vaſallo poſſeſſore, quando verò demum poſt mortem ejus incipiat.*
4. *Matth. de Afflictis opinio reprobatur.*
5. *Ob delictum cur feudum ſtatim aperiatur agnatis, cum tamen hi feudum alienatum non niſi poſt mortem revocare poſſint.*
6. *Jacob. de Ardizo locus declaratur.*
7. *Publicatis bonis feudum ad fiſcum non tranſit: declaratur hoc, ut tantum procedat in delictis, ob quæ vaſallus feudo privatur. num. 8.*
8. *Textus in §. Cornelio. l. Statius. de jur. fiſc. quatenus in feudis locum habeat. & num. 41.*
9. *Agnati intra quartum gradum conſtituti ad feudum ob dilictum amiſſum non admittuntur, ſecundum quoſdam: ſed hoc refutato contrarium defenditur. numer. 12.*
10. *Ex propinquitate de moribus & probitate hominis judicari ſolet. Reſpondetur num. 19.*
11. *Proximiores qui dicantur: ſed aliter res declaratur n. 15.*
13. *Delicto ſive odio alterius nemo prægravari debet.*
14. *Proximioribus agnatis magis cenſetur jus quæſitum in feudo, quàm remotioribus.*

15. *Textus in cap. 1. An ille, qui interfec. fratrem dom. ſui: declaratur. & n.26. & latius num.47.*
16. *Verba clara nullam interpretationem recipiunt.*
17. *Textus in c. ſi vaſallus culpam: ſi de feud. defunct. & in cap. 1. ſi vaſallus feud. priv. declarantur.*
18. *Dictio* [usq;] *denotat terminum ad quem, non autem terminum à quo.*
20. *Feudum ob delictum in dominum commiſſum domino aperitur, penitus excluſis agnatis, ſecundum pleroſq;. Contrarium ſentiunt alii n. 24. Conciliantur hæ diſſidentes opiniones n.27.*
21. *Lex alia declarat aliam, præſertim ea, quæ magis clarè diſtinguit, generalem.*
22. *Agnati cur ob delictum vaſalli in dominum commiſſum feudo priventur.*
Sed hæc ratio refutatur num. 23 & 35. & n. 49.
Feudum cenſetur ea lege conceſſum, donec vaſallus poſſidens culpam non commiſerit: declaratur num. 23. & n. 35. & n. 49.
25. *Delictum unius ex agnatis cur reliquis in feudo obeſſe non debeat. & latius numer. 33.*
26. *Textus in §. fin. Quæ fuer. prima cauſa beneſic. amitt. declaratur. & n.38. & latius n.47.*
28. *Res ſubjecta reſtitutioni tàm diu manet apud fiſcum, quàm diu ſuperſtes eſt delinquens: & an idem ſit in feudis.*
29. *Textus in §. fin. de c. Corrad. declaratur, ſed rectius n.47. & n.42.*
30. *Textus in §. fin. in c. extraordin. declaratur, ſed rectius n.45.*
31. *In caſu, quo ob delictum in dominum commiſſum quæritur de agnatorum præjudicio, utrum locum habeat diſtinctio inter feudum ſimpliciter conceſſum & liberis quæſitum.*
Feudum etiam ex pacto, agnatis excluſis, ad dominum pertinet ob delictum in perſonam ejus commiſſum.
32. *Feudum amiſſum ob culpam in dominum perpetratam ad dominum pertinere, quoad ſuperſtes eſt delinquens, & hoc defuncto ad agnatos devolvi, multis firmatur.*
34. *Naturalis ratio ſemper eſt ſequenda: quippe cum ea ad cuncta rectè reſpondeat.*
Sufficit allegare rationem naturalem.
36. *Feudum cur ob delictum in dominum commiſſum ad ipſum pertineat, & quatenus ratio iſta locum habeat.*
37. *Ex ratione quævis diſpoſitio interpretationem recipit.*
38. *Dictio* [ſaltem] *imminuit.*
39. *Interpretatio ea ſemper capienda, ne quis indebite damnum ſentiat.*
40. *Privationis pœna nunquam locum habet, niſi ea legibus ſit expreſſa.*
41. *Qui privatur re ad vitam tantummodo conceſſa, eo defuncto, res ad alium tranſit.*
43. *Agnatus facto defuncti non magis tenetur, quàm ſucceſſor in dignitate Eccleſiaſtica facto anteceſſoris.*
44. *Feudum ita conceſſum, ut de uno in alium tranſeat, commiſſo delicto in dominum, pertinet ad agnatos, defuncto delinquente.*
46. *Textus in §. Cum feudum hæreditarium. in cap. Extraordinar. declaratur.*
48. *Differunt quærere ad quem feudum amiſſum pertineat, & quam diu apud eum permanere debeat.*
50. *In opinione communi dijudicanda, quid potiſſimum ſpectandum.*
51. *Feudum amiſſum ob delictum in dominum perpetratum non ſolum vivo delinquente, ſed & quam diu ſuperſtes eſt deſcendens ex eo, ad dominum pertinet.*
52. *In feudo hæreditario delictum vaſalli præjudicat agnatis.*

EXplicavimus hactenus, an & quatenus factum vaſalli alienantis, vel alioqui diſponentis obſit agnato, vel filio: quia verò huic tractatui affinis eſt illa quæſtio, utrum delictũ vaſalli, ob quod feudo privandus eſt, in incommodum filiorum vel agnatorum cedat: & hanc etiam materiam interpretes ſuis commentis admodum obſcuram & intricatam nobis reddiderunt, ideo de ea more noſtro diligentius, brevibus tamen, quoad ejus fieri poterit, videbimus, ac ordini antea à nobis inſtituto inſiſtentes, primò de agnatis, deinde de filiis agemus.

Cumq; in aperto ſit agnatos in feudo novo non ſuccedere, nec quicquam juris in eo obtinere; ſupervacaneum

Digitized by Google

neum foret, in propoſito, ubi de eo, utrum agnati ob delictum vaſalli feudum amittant, agitur, de feudo novo, nos eſſe ſolicitos. Privatio enim ſui natura habitum præſupponit, *l. Manumiſſiones, de juſt it. & jur. c. ad diſſolvendum, de deſponſat. impub.* & non exiſtentis nullæ etiam poſſunt eſſe qualitates, *l. 4. §. fin. de action. empt. l. 1. de hæred. vel act. vendit.* Omnis igitur inſpectio in feudo paterno ſive antiquo erit, quæ duabus generalibus poteſt concluſionibus comprehendi. Quarum prior hæc eſt.

1 Si † vaſallus non in dominum ipſum peccaverit, ſed aliam culpam commiſerit, ob quam feudo privandus eſſet, tùm tantùm abeſt, ut hoc agnatis damno ſit, ut etiam feudum ad ipſos mox devolvatur. Hoc diſertè probatur *in c. 1. §. fin. quæ fuerit prima cauſa benefic. amittend. & in c. 1. An ille qui interfecit fratrem domini ſui, & in c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur, per quæ jura hoc docuerunt Andr. de Iſern. Bal. Laudenſ. Alvarott. Præpoſit. Matth. de Afflict. & deniq; unanimiter omnes interpretes ibi.* Rectè itaq; concluſionem hanc per omnia approbatam eſſe teſtatur Curtius iun. *in tractat. feud. part. 5. nu. 10. verſ. Tertia principalis concluſio: quam ſequitur etiam Petrus Ravennates in §. Et quia vidimus in tit. de iis qui feud. dar. poſſ.*

2 Comprobatur † inſuper rationibus illis, quibus factum vaſalli contrahentis agnatis nullum afferre præjudicium ſupra quæſtione ſexta firmavimus. Omnes enim illæ rationes etiam hoc exigunt, ne delictum vaſalli in agnatorum incommodum redundet, neve jus eorum pacto anteceſſorum quæſitum ſine proprio ipſorum facto eis auferat, ſive diminuat.

3 Hæc † autem concluſio uſque eò procedit, ut vaſallo culpam committente, ob quam feudo privandus eſt, agnatus non teneatur mortem ejus expectare, ſed feudum ſtatim ad ipſum devolvatur. Nam etſi alioqui jus agnatorum demùm poſt mortem poſſeſſoris incipiat, eo verò vivente nihil juris ſibi in feudo arrogare queat, ut ex rationibus ſupra *quæſtione* VI. adductis manifeſtum eſt: quibus oſtendimus, agnatum tandem, mortuo poſſeſſore, feudum ex proprio jure, ſine precio recuperare poſſe: eſt tamen hoc ita accipiendum, ſi jus poſſeſſoris etiam uſque ad mortem duraverit: quod ſi verò priùs ceſſaverit, quemadmodum in propoſito vaſallus ob delictum jure ſuo penitus privatur: tùm ſanè eò, qui obſtaculo erat agnato proximum ab illo locum obtinenti, quò minùs feudum ad ipſum pertinere poterat, è medio ſublato jus proximioris ab iſto incipit, atque idcirco feudum meritò ad hunc devolvitur: quandoquidem is in omnem illum caſum, quo jus ejus, qui ipſum proximè antecedit, ceſſaverit, pacto anteceſſorum vocatus eſſe cenſetur, ut ſuprà adductis rationibus probavimus.

Ut ita mirum non ſit, feudum, quod vaſallus ob culpam amittit, eo etiam vivo, utpotè jure ejus penitus extincto, ad agnatum proximiorem pertinere. Idq; dilucidè probatur *in d. c. 1. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* Si verò non in dominum, (*inquit textus*) ſed aliàs graviter deliquerit, vel grave quid commiſerit, feudum amittit, & non ad dominum, ſed ad agnatos pertinet. Ecce dicitur primò, vaſallum feudum amittere: deinde, feudum amiſſum non ad dominum reverti: & additur, deniq; iſtud ad vaſallum devolvi.

Manifeſtum igitur hinc eſt, feudum quod vaſallus ob culpam amittit, etjam eo vivo, ſtatim ad proximiorem agnatum pertinere, tùm quia illo feudum amittente, jus ejus penitus expirat, quo caſu jus agnatorum incipere diximus: tùm quia dicitur feudum non ad dominum, ſed ad agnatos pertinere, atque ita duo hi caſus æquiparantur. Certum eſt autem, quando ob de-

ob delictum domino aperitur feudum, ſtatim iſtud ad ipſum pertinere. Idem ergo de agnato dicendum eſt: tùm denique quia alioqui vaſallo feudum amittente iſtud, utpotè quod ad dominum, ut dictum eſt, non pertinet, penitùs vacaret, & à nemine detineretur, niſi ſtatim ad agnatum deferretur. Hoc clarè docuit *Andr. de Iſernia in c. 1. §. Hoc quoq;, verſ. Et olim, col. 1. de ſucceſſ. feud. Alvarott. in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. concluſio. x11. quem ſequitur Præpoſitus, & Petrus Ravennates ibi, & Dn. Baro Schenck in c. 1. Si vaſallus feud. privet. cui deferatur, idem multis probat Camerar. in c. 1. quæſt. 17. num. 120. An agnat. vel filius, & Johan. Anton. Cannet. in repetit. c. Si aliquem, §. Adnotandum eſt etiam, quod iſta ſucceſſ. nu. 17. Cum quibus faciunt etiam Bartol. Imol. Alex. & Dd. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. de dam. infect.* Quod propterea monendum duximus, quoniam Jacob. de Ardizo *in ſumm. tit. Quib. mod. feud. amitt. cap. 135. circa fin.* licet primò aſſerat mortem delinquentis non eſſe expectandam, ſed feudum ab agnatis vendicari poſſe, idem tamen deinde quibuſdam in medium adductis contra arguit, quod, ſive vaſallus in dominum, ſive aliàs deliquerit, vivente vaſallo, & ejus filiis maſculis, feudum ad dominum debeat pervenire, & defuncto demùm vaſallo, ejuſdemque filiis ad agnatos pertinere, ut ita nihil certi concludere videatur.

Sic Bald. *in d. c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur*, in utramvis partem ſimpliciter refert verba Jacob. de Ardizo. (non enim eſt Jacob. de Arena, ut in pleriſq; libris apud Baldum habetur, & Alvarottus perperam exiſtimavit, ſed ille ipſe Jacob. de Ardizo, ut cuivis verba ejuſdem cum verbis Baldi conferenti apparebit,) & dum addit, eum ſatis benè arguere, videtur in hanc ſententiam inclinare, quaſi vivo delinquente, feudum ad dominum pertinere debeat, ut mirum ſit, tàm

Alvarott. quàm etiam Præpoſitu qui ſimpliciter nituntur auctorit Jacob. de Ardizo, & Bald. hoc non pendiſſe.

Quinimò † Matth. de Afflict. *in fin. Quæ fuer. prima cauſa benef. amitt 4.* auſus fuit diſertè affirmare, agnat hoc etiam caſu debere mortem del quentis & filiorum ejus expectare, que hiſce vivis eum interim feudu petere non poſſe.

Verùm in hoc minùs conſider eum locutum eſſe ex iis, quæ paulò tè diximus, manifeſtum eſt. Mini igitur ipſi adſtipulandum, cùm p ſertim nihil in hanc ſententiam a rat. Neq; obſtant ea, quæ Jacob. de A dizo *in d. loco*, in medium adduci Nam ex iis, quæ allegat in jure noſt feudorum, repe ire nihil potui, præ *§. ſi alter, & §. vaſallus habens, in cap. traordinar.* quæ habentur apud eu dem Jacob. de Ardizo *in fini ſecunda p tis, cap. 149.* & apud Alvarottum *in fin lib.*

Textus † autem *in d. §. ſi alter*, not de delinquente loquitur, ſed de Vaſa lo, qui feudum alteri alienavit, quo c ſu cùm jus ſuum atq; filiorum in er torem transtulerit, atq; propterea j hoc tàm diu durare cenſeatur, quàn diu is & filii ejus ſuperſtites fuerunt non mirùm, cur agnatus ſucceden via nondum ſibi aperta, ad feudum non admittatur.

At quando vaſallus ob delictum feudo exuitur, tùm jure ipſius peniti ſublato, agnato ſuccedendi via aper tur, ut paulò antè diximus. Meritò it que vaſallus ad feuda admittetur; quod conſequens eſt, ad propoſitum noſtrum *d. §. Si alter* pertinere non pc terit, manifeſta ſubſiſtente diverſitat ratione. Sic etſi *§. Vaſallus habens*, de de linquente loquitur, tamen præter quàm quod de delicto in dominum commiſſo verba facit, & diverſas opi niones referens, nihil certi conſtituit hoc potiùs inde colligitur, agnato

domi-

dominò præferendos eſſe, quàm ut inde inferri queat, feudum vivente vaſallo, ad dominum redire debere, ut proinde jura iſta ſententiæ noſtræ nihil refragentur.

6 Verba † verò Jacob. de Ardizo ſi quis rectè conſideraverit, videtur ſanè is in verbis illis. (Nec intelligitur hic, quod mors delinquentis expectetur, ſed ſtatim vendicabunt agnati (ſine hæſitatione aſſeverare, feudum hoc caſu ſtatim ad agnatos pertinere. Quod verò deinde ſubjungit (ſed expreſſim videtur dicendum, quod, ubi culpa vaſalli aufertur ei feudum, ſive deliquerit in dominum, ſive aliàs, quod vivente vaſallo delinquente, & ejus filiis maſculis, ad quos aliàs deberet pertinere, ad dominum debet pervenire, ſed cohæredibus non præjudicat, niſi ad tempus, dum delinquens, & ejus filii ſuperſunt,) hiſce verbis non videtur de eo agere, utrum vaſallo aliàs, quàm contra dominum delinquente, feudum ſtatim ad agnatum pertinere, an verò mors delinquentis expectari debeat. Hoc enim in proximè præcedentibus pro certo jam poſuerat: ſed potiùs de eo duntaxat quærit, an in caſu, quo contra dominum deliquit vaſallus, feudum ad dominum ita pertineat, ut etiam, defuncto delinquente, iſtud ad agnatos devolvi nequeat, & concludit, quod etiam hoc caſu tantùm in vita delinquentis & filii ejus dominus feudum obtineat: iis verò defunctis agnatis obtingat, & quod adeò delictum vaſalli hoc caſu non magis obſit, quàm ſi aliàs, non autem in perſonam domini, eſſet commiſſum.

Id quod propter ea, quæ in ſequente concluſione dicemus, diligenter notandum. Neq; huic interpretationi obſtat, quod Ardizo non ſolùm loquitur de delicto in dominum patrato, ſed inſuper addit, (ſive aliàs.) quoniam id ideò ab eo factum videtur, ut denotet, non ſolùm tùm, quando aliàs vaſallus delinquit, hoc agnatis non præjudicare, ſed nec etiam, quando in ipſum dominum eſt peccatum, hoc agnatis obeſſe: quamvis interim hoc caſu demùm poſt mortem delinquentis agnatorum jus incipiat: illo verò ſtatim poſt delictum perpetratum feudum ad agnatos deveniat. Secundum quam interpretationem rectè nobiſcum facit Ardizo. Quamobrem tàm auctoritate ejus & reliquorum, quàm etiam rationibus ſupra conſideratis motus contra Matth. de Afflict. audacter concludo, quando vaſallus ob culpam non in dominum ipſum, ſed alioqui commiſſam feudo privatur, quod tùm ſtatim, eo vivo, ad agnatos iſtud tranſeat.

Non † reluctatur huic concluſioni textus *in l. Status Florus*, §. *Cornelio Felici, de jure fiſci*, ubi publicatis bonis hæredis, etiam ea, quæ poſt mortem ejus ex fideicommiſſo alii reſtituenda erant, interim ad fiſcum tranſeunt, hac tamen lege, ut defuncto hærede reſtituantur fideicommiſſario: ex quo de feudo idem tradidit ſpecul. *in tit. de feud.* §. *quoniam, verſ. 40.* iſtud videlicet publicatis bonis vaſalli tamdiu pertinere ad fiſcum, donec ſuperſtes eſt vaſallus delinquens: eo verò demùm defuncto ad agnatos ſuos devolvi. 7

Nam hæc doctrina ſpeculat. communi Interpretum calculo eſt improbata, qui omnes uno ore concludunt, bonis vaſalli ob delictum publicatis, feudum minimè ad fiſcum, ſed juxta regulas juris feudalis, de quibus jam agimus, vel ad agnatum, vel ad dominum, vivo etiam delinquente tranſire, neq; propterea quo ad hoc in feudis locum eſſe *d.* §. *Cornelio*, ut docet *Bart. Paul. de Caſtro, uterq. Imol. Roman. & Dd. in d.* §. *Si de vectigalibus, Alexand. in conſil. 23. colum. 3. & in conſil. 103. Videtur prima conſideratione, col. fin. volum. 1. & in conſ. 89. utrum emphyteuſis, col. 1. verſ. idem videtur in feudo, vol. 4. Decius in conſ. 252. col. pen. Joan. Raynal. in rep. c. Imperialem, verſ.*

Digitized by Google

verſ. Pœna, num.3. de prohibit. feud. alien. per Frederic. Jacob. de S. Georg. in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt, num. 63. Ruinus conſil. 23. num. 32. lib. 5. Curt. jun. conſil. 4. num. 20. Rubeus conſil. 134. num. 3. Boër. deciſ. 274. num. 9. Julius Clarus in §. feudum, quæſt. 84. Camerar. in d. c. 1. quæſt. 17. An agnatus vel filius & Cannet. in d. c. Si aliquem, §. Adnotandum eſt etiam, quod iſta ſucceſſ. num. 17. Aegid. Boſſ. de bonorum publicatione, num. 53.

8 Quæ † quidem communis doctrina abſq; dubitatione procedit, quando, ut in propoſito, de illis delictis agimus, propter quæ vaſallus feudum juxta juris feudalis rationes amitteret: prout delicta illa potiſſimùm conſiderat Bart. *in d. §. Si de vectigalibus,* & in hoc propoſito concluſionem iſtam optimis firmat rationibus Camerar. *in d. loco.* Sed quid (ut obiter hoc moneam) ſtatuendum ſit de aliis delictis, ob quæ quidem feudum vaſallus regulariter non perdit, ſed alioqui bona ejus publicanda ſunt: hoc difficultate non caret.

Nam etſi Johan. de Imol. *in d. §. Si de vectigalibus* exiſtimaverit, hoc etiam caſu, quando videlicet bona vaſalli publicantur ob delictum, propter quod feudo ſecundùm jus feudale non privaretur, iſtud non ad fiſcum pertinere, ſed mox, vivo etiam delinquente, ad agnatum devolvi: *quem ſequitur Alex. ibi. Jacob. de S. Georg. & Julius Clarus in d. locis, & Boſſus de bonor. public.* qui inſuper addit, neq; etiam ſolam feudi commoditatem ad fiſcum ſpectare.

Contra tamen, quod interim, donec ſuperſtes eſt delinquens, feudum apud fiſcum manere, & illo demùm mortuo, ad agnatos tranſire debeat, atq; ideò hoc etiam reſpectu in feudis locum habeat, *d. §. Cornelius,* diſertè docuit Andr. de Iſernia *in c. 1. col. 2. Hic finitur lex, & in c. 1. §. Si verò de pac. tenen. c. 1. col. 3. Si vaſall. feud. privet. quem ſequitur Marinus Frecc. de auctorit. & poteſtat. Baron. lib. 2. auctor. 29. col. 1. & 4.* ubi doctrinam hanc præ cæteris pulchrè declarat, *inquiens*: non loquitur Andr. ibi, quando pro culpa & delicto feudum eſſe deperditum, (nam cùm ſtatim, vivo delinquente, rediret feudum ad Baronem, à quo tenet, nec interim perciperet fiſcus fructus.) Sed quando propter delictum bannitur vaſallus, & adhuc durat jus vaſalli neq; eſt reſolutum: nam hoc caſu interim, donec eſt in banno, percipit tunc fiſcus fructus, & tenet feudum, quod teneret vaſallus. *Hæc ille.* Idem in effectu tenuit Nellus *in tractat. de Bannit. 1. part. 2. Temporis quæſt. 24.*

Nam licet generaliter concludat feudum, ad fiſcum non tranſire, in fine tamen ſubjungit, quod ſi vaſallus bannitus ſervitium præſtare, atque hinc feudum retinere poſſet, tùm fiſcus non ipſum jus feudi, ſed commoditatem, quæ inde percipitur, durante feudo occupare queat, *arg. l. Neceſſariò, §. fin. de peric. & commod. rei vendit. & l. uſufruct. ſolut. matirm.* Atq; hæc ſententia optimè probatur ex eo, quod in caſu penè ſimili de uſufructu, quem pater habet in bonis adventitiis filiorum tradunt Dd. *in d. §. Si de vectigalibus, & Salicet. in l. ſi quis poſt C. de bon. damnat.*

Diſtingvunt enim, utrum publicatio bonorum ſit facta ex cauſa, quæ patriam poteſtatem tollit, an verò nihilominus duret patria poteſtas, & in illo demùm caſu concludunt, uſumfructum expirare, & cum proprietate conſolidari, in hoc verò commoditatem tranſire ad fiſcum, *quod ſequitur Nell. in tractat. de bannit. 1. part. 2. temporis quæſt. 27.*

Ex eadem igitur ratione in propoſito inter publicationem, quæ fit ex delicto privante vaſallum jure, quod in feudo habet, & inter publicationem, quæ jus vaſalli non perimit, diſtingvendum, atq; hinc concludendum erit, eo in caſu, ubi adhuc durat jus vaſalli, commoditatem feudi ad fiſcum tranſi-

tranſire. Magnam enim uſusfructus cum jure vaſalli cognationem habet, *c.1.§.fin. In quibus cauſis feud.amitt.cum ſimilib.* Confirmantur iſta alia communiter recepta doctrina Bald.*in d.§.Si de vectigalibus*, quæ tradit,executionem in fructus & commoditates feudi etjam abſq; conſenſu domini fieri poſſe, ipſo feudi jure penes vaſallum remanente: quod nos copioſius explanavimus *lib.1. quæſt.15.*

Nam cum hoc etiam loco vaſallus propter delictum jus, quod in feudo habuit, non amittat, nihil ſanè impedit,quò minùs hoc ejus jure durante, & ejuſdem perſonæ adhærente, fructus feudi tantiſper,dum ſuperſtes eſt, cum reliquis bonis publicatis ad fiſcum ſpectent. Ut proinde parùm ad propoſitum faciat ratio, qua potiſſimùm nituntur Interpretes,exiſtimantes, propterea feudum non pertinere ad fiſcum, quia ad extraneum hæredem,cujus inſtar fiſcus eſt,non tranſit. Hæc enim ratio tùm demū rectè procederet, ſi ipſum jus feudi ad fiſcum devolvi diceretur. Atqui nos hîc præſupponimus, jure feudi apud vaſallū delinquētem perſiſtente, ſolam commoditatem feudi ad fiſcum tranſire:id quod ſine conſenſu domini jure fieri poſſe ab omnibus receptum eſt.

Non ſolùm itaque ratio iſta nobis non obſtat, ſed nec etiam opinionem Imolæ quicquam confirmare poterit. Quibus accedit, quoniam certò certiùs eſt, agnatos tùm demùm ad feudi ſucceſſionem vocatos eſſe, quando per mortem, vel delictum contra leges feudales commiſſum jure poſſeſſoris in feudo extincto ſucceſſionis via ipſis reſeratur, ut ſupra *quæſtione ſexta* copiosè probavimus: uſque eò, ut licet vaſallus conſentiente domino feudum alteri vendat, atque hac ratione jure, quòd in feudo habuit, penitus ſe abdicet, & in emtorem illud transferat, tamen agnatus ſucceſſionis jure ad feudum aſpirare nequeat, quamdiu ſuperſtes fuerit alienator, *c. Titius. ſi de feud. defunct. cum ſimilibus.*

In propoſito autem eo de caſu verba facimus, ubi feudum propter ejuſmodi delictum, quod ſecundùm juris feudalis regulas ad privationem non ſufficit, publicatur, & quod conſequens eſt,jus vaſalli,quod in feudo habet,nondum ceſſat: quippe cùm iſtud non niſi ex cauſis jure feudali expreſſis amittatur.

Sequitur igitur hoc caſu, ſuperſtite vaſallo, & jure ejus etiamnum durante,feudum minimè ad agnatos,ut exiſtimavit Imol. devolvi, ſed potiùs, ut ſenſit Iſern. commoditatem ſolùm feudi ad fiſcum pertinere, *argum. d. §. Cornelio.* Non enim una & eadem res duplici jure cenſeri, & ſimul ac ſemel ad diverſos pertinere poterit, *argum.l. Eum qui ædes de uſucap. per quam rationem hoc docet Paul.de Caſtr. in conſil.353. incip.commodum,volum.1.*

Ex quibus tandem ſententia iſta Iſerniæ facilè defendi poſſe videtur. Secundùm hanc itaq; poſito,bonis vaſalli ex delicto, propter quod feudum non amittitur, publicatis, feudi fructus interim,donec ſuperſtes eſt vaſallus, ad fiſcum pertinere, (id quod in medio nunc relictum alibi pleniùs diſcutiendum reſervamus) non tamen hoc concluſioni noſtræ quicquam refragaretur. Nam in illis demùm caſibus,bonis publicatis feudi commoditas ad fiſcum tranſit, quando (ut ſæpè jam diximus) bona publicantur ob ejuſmodi delictum, propter quod vaſallus feudum non amittit, ut mirum non ſit, durante adhuc jure vaſalli, agnatos ad feudum aſpirare non poſſe.

In propoſito verò noſtro de iis delictis agimus, ob quæ vaſallus jure ſuo, quod in feudo habet, penitus privatur, & agnatis ex pacto anteceſſorum ſuccedendi via aperitur, non itaque ea, quæ de publicatione ex ſententia Iſerniæ diximus, hùc accommoda-

modari poterunt: ſed hiſce non obſtantibus, ſine hæſitatione ſtatuendum erit, feudum culpa vaſalli amiſſum mox ad agnatos pertinere, prout inter hæc diverſa delicta rectè diſtingvit Marin. Freccia *in d. lib. 2. auctor. 29. colum. 3. verſ. Si deliquit ſubfeudatarius, colum. 4. verſ. Neq; quis putet.*

Quamvis autem concluſio iſta hactenus à nobis firmata ex ipſis juris feudalis capitulis ſatis plana atq; manifeſta ſit, tamen ne quid certi nobis ſuis ſcriptis relinquant interpretes, dubitationem circa concluſionem iſtam movet opinio quorundam, qui eo in
9 caſu, quo † vaſallus ob delictum extra perſonam domini commiſſum feudo privatur, putârunt, iſtud tantummodò ad agnatos, qui in quarto & ulteriori gradu ſint conſtituti, pertinere, excluſis illis, qui ſunt intra quartum gradum: moti primò per textum *in c. Si vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. contentio ſit.* Ubi dicitur. Si vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neq; filii neque deſcendentes ad id feudum revocabuntur, ſed agnati, qui quarto gradu ſunt, dummodo ad eos pertineat.

Secundò per textum *in c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur:* ubi ſimiliter habetur, eos agnatos ad feudi petionem admitti, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui acquiſivit, & etiam uſq; in infinitum.

Per jura enim iſta hoc diſertè docuit *Jacob. de Belvis, quem craſſo pede ſecutus fuit Bald. & etiam Jacob. de S. Georg. in verb. Dictiq; vaſalli promiſerunt. num. 53. & hanc opinionem contra Alvarottum defendendam ſuſcipit Dominus Baro Schenckius in d. c. Si vaſallus,* inquiens, quod, etſi durum videatur agnatos in quartum uſq; gradum aliena culpa prægravari, tamen hoc feudorum uſibus receptum obſervationē mereatur. *Item Franciſc. Curtius in tractat. feudal. part. 5. num. 10. verſ. Tertia principalis concluſio,* illectus auctoritate Jacob. de Belvis

autumat, hanc opinionem in jud
do eſſe ſervandam, addens, quoc
dura ſit iſta opinio, negari tamer
poſſit, jura adducta eam urgenti
probare, neq; ſe videre, quî poſſi
liter reſponderi. Non enim ſatisf
rationem Alvarott. quaſi jura illa
duntaxat velint, non eſſe admitte
agnatos ad ſucceſſionem feudi u
quartum gradum.

Quoniam (*inquit Curtius*) ipſe a
ad quem uſq; gradum, nos autem
quimur, à quo gradu veniant. *Eam*
opinionem ſecutus eſt etiam Zaſ. in Ep
feud. part. 15. tit. ad quem feudum ap
revertatur, concluſ. 5. verſ. Hæc con
fallit Duarenus de feud. cap. 17. num. 3
illam tanta πληροφορία amplexu
Sonsbecc. *in comment. in uſus feud.*
12. num. 8. verſ. Secunda regula gene
ut non dubitaverit Alvarottum
ſentientem erroris inſimulare: &
mentitium eſſe intellectum, quem
fingit Alvarott. dixit D. Schenck
c. Si vaſallus culpam. hanc etiam opini
quicquid dicat Alvarott. communem
aſſerit Ruinus in conſil. 23. incip. Qu
facto, n. 32. vol. 5. & poſt eum Julius C
in lib. 4. ſententiar. §. feudum, quæſt.
cet concedat, eam admodum duram e
quibus adſtipulatur etiam Ferrar. in
feudal. lib. 4. cap. 6. Rubeus conſil. 76.
circa primum quæſitum, num. 3. Socin.
conſil. 68. incip. Maximi ponderis eſt, n.
28. & 124. Alciat. Reſponſ. 180. incip. c
duo quæſita, num. 4. in fin. Alexand. d
vo. in conſil. 98. num. 18. lib. 1. & tanq
*communiter * receptum ſequitur M*
chius conſil. 99. incip. De re graviſſim.
147. vol. 1. Berous conſil. 77. num. 7.
Burſatus in conſil. 148. num. 7. ubi poſt
tos, quos refert, opinionem hanc com
*nem * eſſe teſtatur.*

Ejus autem, cur agnati intra q
tum gradum exiſtentes ob delict
vaſalli removeantur à feudo, adm
tantùm illis, qui in quarto vel ulte
re gradu ſunt conſtituti, hanc trac
rationem: quoniam † in agnatis

i

intra quartum gradum ſunt, utpote admodùm propinquis eadem ineſſe videtur delicti nota, eademq́; morum depravatio: quantò enim proximiores, tantò & infectiores delinquentis macula cenſentur, *arg. l. Quiſquis, C. ad l. Jul. majeſtat. & arg. l. humanitatis, C. de excuſat. tut.* nec id mirum videri debet, cùm jura civilia etiam ex ratione iſta, & probitatem, & improbitatem hominis æſtimare ſoleant, *l. Quod ſi nolit, §. Qui mancipia, de ædil. edict.* Quin etſi conjuncti illi innocui eſſe poſſint, & probi neſcio tamen, quo pacto ab ipſa etiam natura ſuſpecti habeantur, cujus inſtinctu ebullire ſangvinem offenſo conſpicimus, quoties perſonas offenſori tàm conjunctas intuetur, *ut poſt Bald. in d. c. Si vaſallus culpam declarat Dn. Schenck in d. c. 1. Si vaſallus feudo*
11 *privetur.* Quia † verò huic opinioni plurimum adverſatur textus *in d. c. 1. An ille qui interfec. fratrem domini ſui, & in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* dum ibi dicitur, feudum hoc caſu ad proximiorem agnatum pertinere: ideò exiſtimant, proximiorem eum intelligendum, qui à tertio gradu proximior ſit, quaſi proximior is demùm rectè dicatur, quem jus permittit eſſe proximum, hoc eſt, ille, qui gradu demùm quarto delinquentem contingit *ut poſt Jac. de Bel. explicaverunt Dn. Baro,*
12 *& Sonsbecc.* Verùm † enimverò nos opinione iſta tanquam inſulſa atq; inepta penitus exploſa, contra intrepidè arbitramur, feudo ob culpam extra perſonam domini commiſſam aperto ad agnatos proximiores, atq; adeò etjam ad illos, qui intra quartum gradum ſunt conſtituti, iſtud pertinere. In quam ſententiam nos vocat primò
13 vulgata juris regula, quæ † docet, neminem alterius delicto ſive odio prægravari debere, *l. Crimen, ff. de pœn. l. Sancimus, C. eod. tit. l. Tutorem, ff. de his quibus ut indig. l. Si quis in ſuo, §. legis, C. de inoffic. teſtam. l. Non debet, de reg. jur.* Huic enim regulæ utique inſiſtendum erit, donec doceatur, contrarium manifeſtè diſpoſitum eſſe, *l. 2. cùm ibi not. Si quis in jus vocat. non ierit, l. ſuus quoq;, §. puto, de hæred. inſtit. Bald. in l. Si tutor in fin. C. de ſerv. pignor. dat. manum. cum aliis adductis per Jaſ. in l. dedi, §. 1. n. 4. de condict. cauſa dat. & Decium in l. 1. & in l. omnis definit. de reg. jur.* Jure autem noſtro feudali nuſquam cautum reperitur, agnatos, qui intra quartum gradum delinquentem attingunt, à feudo excludendos eſſe, ut in tra *circa interpretationem textus in d. c. 1. Si vaſallus culpam.* abundè demonſtravimus. Meritò itaq; ſecundùm certiſſimam hanc regulam!, licet aliis fundamentis deſtitueremur, quæſtio iſta dijudicanda eſſet.

Secundò hanc ſententiam confirmat etiam ratio, ob quam propter delictum vaſalli agnatis jus ipſorum auferri non poſſe, ſuprà diximus.

Hæc enim ratio non minùs locum obtinet in agnatis proximioribus, quàm in illis, qui quarto demùm gradu delinquentem contingunt.

Par † igitur eſt, ut ex eadem utrobique idem jus conſtituatur, cùm præſertim feudum ex pacto anteceſſorum longè magis debeatur agnatis proximioribus, quàm remotioribus, uſq; eò, ut illis in medio exiſtentibus, hi ad feudum penitus pervenire non poſſint. 14

Ut proinde ſi extantibus proximioribus remotiores admitterentur, omnis penè feudorum & juris ſuccedendi ratio everteretur. Quod quia nuſquam cautum reperitur, ideò minimè admittendum.

Tertiò † hoc ipſum dilucidè probant verba *d. c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui.* Quia erga dominum non fuerit facta felonia, (*inquit textus*) ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, ſi paternum fuerit, eodem penitus obſervando, quantum ad ordinē gradus, qui continetur in legib. 15

Ecce diſertè loquitur de proximiori agnato: & ne quis fortè dubitet, quis

quis dicatur proximior, inſuper addit, proximitatem ſecundùm ordinem gradus; qui continetur in legibus, æſtimandam eſſe. Neminem igitur non videre arbitror, quàm ſit abſonum atq; abſurdum, vocabulum (*proximioris*) interpretari de eo, qui poſt tertium gradum proximior ſit. Non ſolùm enim repugnat proprietas hujus dictionis (*proximior*) cum eo nomine is demùm veniat, quem nemo antecedit, *l. proximus de verbor. ſignificat. l. 1. §. proximus, unde cog.* ſed adverſantur etiam verba illa, quibus declaratur, proximitatem juxta leges intelligendam eſſe.

Nam extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, proximum ſecundùm leges minimè eum dici, qui poſt tertium demùm gradum proximus eſt, ſed qui nemine in medio exiſtente, primum ſucceſſionis gradum obtinet, *Inſtit. de hereditat. quæ ab inteſtat. defer. & de legitim. agnat. ſucceſſ. in princ. & in Auth. de hæred. ab inteſt. venient. c. 1. de ſucceſſio. feud. c. 1. de grad. ſucced. in feud. c. 1. §. Et quia vidimus de his qui feud. dar. poſſ.* Neque hoc caſu referre arbitror, utrum vocabulum (*legibus*) de jure civili, an verò Longobardorum interpretemur, *de quo infra quæſt. 19. plura dicturi ſumus*: cùm nulla hoc quidem caſu inter utrumque jus ſit differentia. Cumq; verba hujus textus tàm clara atq; manifeſta ſint: ridiculum ſanè eſt, eadem ex verbis, *c. Si vaſallus culpam* interpretari velle.

16 Nam † præterquam quod verba per ſe dilucida nullam interpretationem regulariter recipere ſolent, *l. Quicquid aſtringendæ de verbor. obligat. l. Si mihi & Titio, §. ſi ſtipulatus fuero, ff. eod. l. ille aut ille, §. cum in verbis, de legat. 3. l. Voluntatis, & ibi not. Bald. C. de fideicommiſſ. Bald. in l. certo generi, §. 1. per illum textum de ſerv. ruſtic. præd. etiam d. c. Vaſallus culpam:* non ſolùm longè obſcurius eſt, quàm textus noſter, ſed & planè diverſum ab eo, quod inde vulgò colligunt, ibi diſponitur, ut paulò poſt demonſtrabimus. Multò itaq; magis *d. c. Si vaſallus*, utpotè non ſatis clarum, ex manifeſtis verbis textus noſtri interpretationem recipiet, quàm è contrario. Accedit hiſce quarto textus *in d. §. fin. Quæ fuer. pr. cauſ. benef. amitt.* ubi ſimiliter dicitur, feudum culpa amiſſum ad proximos pertinere: quæ verba de eo, qui in quarto demùm gradu conſtitutus eſt, accipi non poſſe, planum eſt: cùm præſertim proximus ibidem ille dicatur, quem textus in præcedentibus verbis ſucceſſorem appellaverat. Hoc enim ipſo ſatis apertè deſignatur, proximum illum eſſe, qui alioqui vaſallo defuncto ſuccederet. Non itaque de eo, qui in quarto gradu eſt conſtitutus, ſed de illo, qui primum ſucceſſionis locum obtinet, vocabulum iſtud intelligendum erit.

Deniq; ut auctoritate etiam ſententiam noſtram fulciamus, ab ea non videtur fuiſſe alienus Jacob. de Ardizo *in ſum. feud. in cap. 135. verſ. Item ſciendum eſt, quod ubi vaſallus amittit feudum:* dum ibi generaliter concludit, vaſallo in extraneum delinquente, feudum ad agnatos pertinere, per text. *in d. §. fin. Quæ fuer. pr. cauſ. benef. amitt. & d. c. 1. An ille qui interf. fratrem domini ſui:* & addit, hîc eſſe caſum, ubi filii, licet proximiores, repelluntur, & ulteriores agnati admittuntur, *d. c. Si vaſallus culpam: ſi de feud. defunct. content. ſit inter domin. & agnat. vaſall. & in c. 1. ſi vaſallus feudo privetur.* Nam vaſallus delinquendo ſibi & liberis ſuis præjudicat, licet præjudicare non poſſit cohæredibus domini, id eſt, agnatis. *Hæc ille.* Quibus verbis utique luculenter docet, ſolis filiis obeſſe delictum vaſalli, reliquis verò agnatis, quamvis intra quartum gradum ſint conſtituti, nullum hoc caſu generari præjudicium.

Idem ſenſit Andr. de Iſern. *in d. c. ſi vaſallus culpam*, dum textum illum ita interpretatur, quemadmodum paulò poſt dicemus, & clariùs contra Jacob. de Beluis, & Bald. hoc aſſeruit,

Alvarott. *in d.§.fin. Quæ fuer.prima cauſa benefic. amitt. concluſ. 11. quem ſequitur Præpoſitus ibid.col.4.in prin. Videturq; huic ſententiæ ſubſcripſiſſe Matth.de Afflict.dum ubiq; generaliter concludit, delictum vaſalli hoc caſu non obeſſe agnatis: & adſtipulatur dubitans tamen Johan.Thom.de Marin. tit.2. de feud.ex pact.& provid patern.nu. 98.* Quinimò hanc ſententiam omni dubio carere, evidenter apparebit, ſi priùs oſtenderimus, jura, quibus primam tuentes opinionem nituntur, minimè iſtud probare, quod inde volunt colligere.

17 Nam † licet *in d. c. 1. ſi vaſallus feud. privet. cui defer. & in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct.* dicatur, feudum culpa amiſſum ad agnatos, qui in quarto ſunt gradu, pertinere: hoc tamen non ita eſt ſumendum, quaſi illi, qui intra quartum gradum ſunt conſtituti, excluſi eſſe debeant, ſed ut rectè interpretatur Alvarott. hanc habet ſententiam, quod illi ad feudum admittantur, qui tantùm quarto gradu, non ultrà ſunt remoti: idq; ea de cauſa, quoniam de jure antiquo feudorum agnati non niſi uſq; ad quartum gradum ſuccedebant, *ut probatur in c. 1. §. Hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & in c. 1. §. Hoc quoq; de his qui feud. dar. poſſ.*

Non igitur quartus gradus conſideratur, ut ad excluſionem eorum, qui ſunt intra quartum gradum, definiatur, à quo gradu ſucceſſio incipere debeat, ſed potiùs ad conſtituendum terminum, ad quem uſq; ſucceſſio extendatur, atq; adeò ad removendos eos, qui ſunt ultra quartum gradum: quo dato, tantùm abeſt, ut textus illi primam opinionem probent, ut etiam eandem penitus deſtruant.

Si enim illi, qui ultra quartum gradum ſunt poſiti, à feudo ob culpam amiſſo removentur: conſectarium omninò eſt, reliquos, qui quarto gradu, & intra exiſtunt, ad ejuſmodi feudum admittendos eſſe. Hunc autem genuinum eſſe horum verborum ſenſum, convincitur omnibus illis fundamentis, quibus ſententiam noſtram firmavimus. Non ſolùm enim ratio, quæ efficit, ne factum vaſalli ſucceſſoribus obſit, hunc intellectum poſtulat, quæ quidem ipſa ad interpretanda jura plurimùm momenti habere ſolet, *l. Regula, §. fin. & ibi not. Bart. & Dd de jur. & fact. ignor. l. 2. §. ſi mater. verſ. Quid ſi curatores, ad Tertull. l. Nomen debitoris, §. fin. de leg. 3. l. cùm pater, §. dulciſſ. de leg. 2. l. Adigere, §. quamvis, de jure patro.* ſed vel maximè verba textus *in d. §. fin. Quæ fuerit prima cauſa: & in d. c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui:* idem exigunt: cùm alioqui, niſi ita intelligerentur textus *in d. c. ſi vaſallus culpam, & in c. 1. ſi vaſall. feud. prive.* jura hæc invicem ita pugnarent, ut nulla conciliari ratione poſſent. Eſt autem ea ſemper capienda interpretatio, per quam jura juribus concordentur potiùs, quàm ut contrarietas introducatur, *c. cùm dilectus de conſuet. l. 2. & ibi not. Dd. C. de noxal. act.* ſequitur igitur, hæc jura ſecundùm illa potiùs intelligēda eſſe, quàm ut aliquid adverſi inde colligere velimus: cùm præſertim illa clariora, apertioraq; ſint, quàm hæc, atq; propterea par ſit, hæc ſecundùm illa interpretari potiùs, quàm è contrario verbis non ſatis planis depravare verba manifeſta ut ex iis, quæ ſuprà diximus, obvium eſt. Secundò hunc intellectum etiam ſuadent verba illa, (uſq; in infinitum) quæ habentur *in d. c. 1. ſi vaſallus feudo privetur.* Nam cùm horum uſus tum eſſe ſoleat, quando quæritur, uſque ad quem gradum ſuccedant agnati, ut videre licet *ex d. §. hoc quoq; de his, qui feud. dar. poſſ.* utiq; ea manifeſta deſignant, hîc non de eo agi, à quo gradu incipiant agnati ſuccedere, ſed potiùs uſque ad quem gradum.

Id quod etiam denotat proprietas dictionis (*uſq;*) quæ † eſt, ut non termi- 18
num à quo, ſed terminum ad quem ſignificet, & omnia, quæ intra illum terminum comprehenduntur, includat,

l.patronus, §. *Sempronio, de leg.3.cum aliis adductis per Bald. in Auth. Hoc amplius in fin. C. de fideicommiſſ. & Pariſ. de Puteo, de reintegrat. feud. cap.116.* Cumque hæc verba per dictionem, (*etiam*) quæ eſt implicativa, præcedentibus annectantur: meritò ſanè inde colligitur, etiam in præcedentibus, ubi de quarto gradu dicitur, non de termino à quo, ſed potiùs de termino ad quem, agi.

Tertiò advertendum, quod, ut reperi etiam conſiderare Johan. Thom. de Marin. *in d.loco* (neminem enim ſua laude defraudare, neq; aliena pro noſtris ſolemus venditare: quippe cùm hoc non ſolùm animi jejuni, ſed & improbi eſſe exiſtimemus) textus, quatenus de quarto loquitur gradu, non perpendit gradum, reſpectu delinquentis, ſed reſpectu ejus, qui primò feudum acquiſivit. Hujus autem perſona tùm conſiderari ſolet, quando de eo quæritur, ad quem uſq; gradum extendatur ſucceſſio, ut ab eo, qui primus acquiſivit, dinumeratio fiat: cùm è contrario, quando de eo ageretur, à quo gradu incipiat ſucceſſio, (*ut affingunt interpretes*) non eſſet conſideranda perſona ejus, qui feudum acquiſivit: ſed potiùs perſona delinquentis, cui quis ſuccedere debet in feudo. Ab hac enim, juxta communem interpretum ſententiam, non autem à ſtipite, dinumeratio graduum inchoanda eſſet.

Cùm itaq; in textu illo, ut diximus, non perſona delinquentis, cui ſuccedi debet, ſed potiùs perſona ejus, qui feudum acquiſivit, conſideretur: manifeſtum ſanè fit, minimè in illo textu agi de eo, à quo gradu ſucceſſio initium ſumat. (Nihil enim hoc habet commune cum ſtipite, quem textus conſiderat.) Sed potiùs de eo quæri, uſque ad quem gradum ſucceſſio extendatur, ad quam rem perſona ejus, qui feudum acquiſivit, utpotè à quo ſucceſſio incipit, rectè attenditur. Ex quo deniq; efficitur, magno in errore hæſitare eos, qui exiſtimârunt, textum hoc velle, quaſi illi demùm, qui quarto gradu diſtant à delinquente, ſuccedere poſſint excluſis proximioribus intra quartum gradum conſtitutis. Secundùm hanc enim interpretationem neceſſe eſſet conſiderare perſonam delinquentis, & ab illa graduum computationem exordiri, quemadmodum etiam hujus opinionis auctores faciunt: ſed in aperto eſt, textum non reſpectum habere ad perſonam delinquentis, ſed ſolùm ad ſtipitem, à quo feudum primò fuit acquiſitum, extra omnem itaq; dubitationem eſt, eum minimè hoc probare, quod vulgò fuit exiſtimatum.

Quid enim quæſo, habet commune perſonę acquirentis feudum, quam textus conſiderat, cum perſona delinquentis, quam ſpectant interpretes: aut quomodo is, qui à ſtipite quarto gradu diſtat, poteſt etiam quarto gradu diſtare à delinquente, ut juxta interpretum opinionem per verba illius textus (qui de quarto gradu diſtante à ſtipite loquitur) propterea, quia quarto gradu diſtat à delinquente, ad feudum admiſſus cenſeatur? Eſt enim hoc ſecundùm computationem juris civilis, quam interpretes non in hoc ſolum loco, ſed & aliâs communiter ſequi ſolent, impoſſibile: ſed ſemper neceſſe eſt, ut is, qui quarto gradu diſtat à ſtipite, ulteriori quàm quarto gradu ſit remotus ab eo, qui in altero latere conſiſtens deliquit.

Quamobrem ſi juxta opinionem interpretum id, quod in textu illo de remotis quarto gradu dicitur, ita intelligendum eſſet, ut illi demùm, qui quarto gradu ſunt conſtituti, ad feudum admitterentur, ſequeretur inde, illos, qui quarto gradu ad eum, qui acquiſivit feudum, accedunt, admittendos eſſe, & quod porrò conſectarium eſt, non illos, qui quarto gradu à delinquente diſtant, (*ut opinati ſunt interpretes*) ſed demùm eos, qui quinto & ulterio-

Digitized by Google

ulteriori gradu à delinquente remoti ſunt,ad feudum pervenire. Qua ratione agnati penitus à ſucceſſione feudi hoc caſu excluderentur contra manifeſtam diſpoſitionem *d.§.fin. Quæ fuer. prima cauſ.beneſic.amitt.* Pone enim,nepotem ejus,qui acquiſivit feudum,ob culpam iſtud amiſiſſe: modò ſi juxta vulgarem interpretationem id, quod in textu de quarto gradu dicitur, ità accipiendum eſſet, quaſi illi tandem, qui quarto gradu ſunt conſtituti, admitterentur, excluſis propinquioribus: ſequeretur, abnepotem ejus, qui acquiſivit, & ſic eum, qui ſexto demùm gradu diſtat à delinquente, admittendum: reliquos verò omnes removendos; atq; adeò maximam agnatorum partem excluſam eſſe. cùm etſi hi quarto gradu diſtent à delinquente, non tamen, ut verba textus manifeſtè exigunt, à primo acquirente quarto gradu remoti ſint. Quod quam ſit abſurdum, nemo eſt, qui non videat. Ideoq; ne illi quidem, qui primæ ſententiæ auctores fuerunt, hoc concedunt, exiſtimantes, non perſonam primi acquirentis, ſed potiùs delinquentis conſiderandam, ac propterea illos, qui quarto gradu ſunt conſtituti à delinquente, admittendos eſſe: ſed cùm hoc, quod perſona delinquentis ſit attendenda, verbis illius textus directò adverſetur, ex eo verò, quod ipſi putant, id, quod de quarto gradu ibi dicitur, ita accipiendum, quaſi à quarto gradu ſucceſſio initium capiat, rectè ponderatis verbis textus, quæ ad primum acquirentem ſunt directa, abſurdum iſtud neceſſariò ſequatur, ut jam ſatis demonſtravimus: certè ex hoc ipſo evidens eſt, hanc eorum interpretationem verbis textus minimè convenire, ſed illam ipſis etiam auctoribus penitus deſtrui.

Quinimò ſi illa verba hunc haberent ſenſum, quemadmodum ipſi opinantur, poſſet dari caſus, ubi aliquis delinquenti eſſet conjunctus in ſecundo gradu, & juxta diſpoſitionem illius textus ſuccederet.

Pone enim, pronepotem acquirentis deceſſiſſe, relictis duobus filiis abnepotibus acquirentis, & unum ex his propter delictum feudum ſuum amiſiſſe: hoc caſu feudum juxta primam opinionem ad fratrem illius in ſecundo gradu exiſtentem pervenire non poſſet, ſed, ſi verba textus in primum acquirentem directà conſideraverimus, quia is in quarto gradu diſtat à primo acquirente, utique admittendus eſſet, non obſtante, quod delinquenti in ſecundo gradu ſit conjunctus: quippe cùm, ut dictum eſt, textus non perſonam delinquentis, ſed primi acquirentis reſpiciat.

Licet itaq; demus, id, quod de quarto gradu dicitur in textu, ita accipiendum, quaſi ab eo gradu ſucceſſio incipere debeat: non tamen id, quod vulgò opinati fuerunt commentatores, nimirum eos, qui intra quartum gradum ſunt conſtituti à delinquente, non admittendos, inde colligi, neq; etjam ratio ab ipſis efficta ad caſum iſtum accommodari poſſet: ſed potiùs contrarium ejus ex hoc ipſo appareret: ut proinde vulgaris illa interpretatio verbis textus accommodari nullo modo queat, atque propterea mirandum ſit, tantæ auctoritatis atq; eruditionis interpretes in re tàm manifeſta tàm imprudenter impegiſſe, recentiores præſertim; qui hanc materiam enucleandam ſuſceperunt, & latinitatis admodum fuerunt ſtudioſi.

Veteribus enim propter ſeculi ſui vitium magis eſt condonandum, ſed hoc loco ex eo, quod diximus, quartum gradum conſiderari reſpectu ejus, qui feudum acquiſivit, ut verba manifeſtè deſignant, alia & quidem major oritur difficultas, cur videlicet in dinumeratione quarti gradûs, ad primum acquirentem magis, quàm ad vaſallum delinquentem reſpiciatur, cùm tamen alioqui, quando de quarto gra-

to gradu agitur, ad quem uſq; ſucceſſio inter collaterales olim porrecta fuit, juxta computationem juris civilis conſideretur perſona ultimò defuncti,& ab hoc dinumeratio incipiat, ut apparet *ex d. §. Hoc quoq; ſciendum*: ubi ejus, quod *in d. §. Hoc quoq; obſervatur de ſucceſſ. feud.* de quarto gradu dicitur, exemplum traditur in fratribus patruelibus, id eſt, duorum fratrum filiis, qui certè non à primo acquirente, ſed inter ſeſe quarto gradu diſtant. cur igitur quæſo *in d. tit. ſi vaſallus feudo privetur, cui deferatur*: quartus gradus computatur ab eo, qui feudum acquiſivit. Non enim hæc ſatis convenire videntur. Verùm de nodo iſto plura *infra quæſt. 19.* dicturi ſumus. Prætermittendum etiam non eſt, Egvin. Baron. textum *in d. tit. ſi vaſall. feud. privet.* ita interpretari, quaſi verſ. verbi gratia: ſimul ſit conjungendus cum verſic. ad ejus petitionem: hoc ſenſu: ſi non adſint aliis proximiores agnati ex latere, quibus feudum amiſſum aperiatur, quod tùm illi, qui quarto gradu remoti ſunt, admittantur. Quo dato, tantùm abeſt, ut textus ille iſtud, quod vulgò opinantur, probet, ut etiam contrarium ejus perſpicuè doceat, videlicet proximiores priùs admittendos, & his demùm deficientibus, remotiores quarto gradu exiſtentes.

Sed huic interpretationi refragatur primò vulgaris litera, quæ plerunque verſ. ad ejus petionem: diſtingvit à verſic. verbi gratia: deinde non ſatis convenit illis verbis: verbi gratia, quibus utiq; denotatur, auctorem porrò declarare velle id, quod antè dixerat. In præcedentibus verò de filiis potiſſimùm actum fuit, quare verſ. iſte potiùs ad filios, quàm ad agnatos referendus erit: cùm præſertim hac ratione optimè id, quod in proximè præcedentibus verbis dictum fuerat, filios à domino gratiam ſibi faciente licitè feudum acquirere, declaretur, id tùm demùm rectè procedere, ſi non extent agnati, quibus aperiatur. Alioqui enim nimis generaliter locutus fuiſſet auctor, atq; inſuper verba illa (*verbi gratia*) prorſus eſſent ſupervacanea. Potiùs igitur inhæreo illis, quæ paulò antè diximus, donec melior nobis occurrat interpretatio.

Cæterùm † cum ex fundamentis 19 jam adductis clarum, atq; perſpicuum ſit, nuſquam probari, agnatos, qui intra quartum gradum ſunt conjuncti delinquenti, à feudo removendos eſſe, ſed contrarium potiùs ejus ſatis jam firmatum ſit: nihil attinet nos de ratione, quàm pro fucanda opinione ſua effinxerunt interpretes, valdè ſolicitos eſſe. Hæc enim, ſublato fundamento, ſua vi corruit, *l. Nam origo, ff. Quod vi aut clam, l. Egi, de except. rei judic.* quippe cùm non exiſtentis nullæ poſſint eſſe qualitates, *l. 4. §. fin. de act. emt. & vendit. l. 1. de hæred. vel act. vendit.* Præterea hæc ratio reſpicit tantũ perſonã delinquentis, & ex odio ejuſdem deſcendit: textus verò, quos in hanc ſententiam adducunt interpretes, conſiderant perſonam ejus, qui primus feudum acquiſivit. Quare ſicut interpretatio commentatorum non convenit verbis illius capituli, ita nec etjam ratio iſta illis accommodari poterit. Ut interim alia prætermittam, quibus oſtendi poſſet, rationem ipſam levem atq; futilem omninò eſſe. Non ſolùm enim facilè deſtruitur regulis ſuprà conſideratis, quæ alterum alterius odio non prægravari, neq; factum ſive delictum vaſalli agnatis obeſſe debere docent: ſed etiam cùm hîc agamus de delicto non in dominum, ſed in extraneum commiſſo: nulla juſta poteſt duci ratio offenſionis, ob quam agnati à feudo meritò removeri debeant, vel poſſint. Hiſce itaque omnibus motus, rejecta atq; exploſa priore opinione, poſteriori adſtipulandum, & ſecundum hanc tàm judicandum, quàm reſpondendum eſſe, ſine hæſitatione ulla concludo.

Quod

Quod etſi apud illos, qui recto judicio valent, non uſque eò magnam videtur habere difficultatem, quia tamen multos etiam præſtantiſſimos alioqui viros errore quodam occupatos videmus, neque etiam nos latet, quantum ponderis apud pleroſque interpretum auctoritates habere ſoleant, ideò eruendæ atque tuendæ veritatis gratia prolixius hæc à nobis declaranda fuerunt. Et de prima concluſione hactenus.

Secunda concluſio generalis, qua feudum amiſſum, ad quem devolvatur, definiri ſolet, ad delictum in ipſum dominum commiſſum pertinet: ſed cum circa hunc caſum in varias opiniones diſtracti fuerint interpretes, ſingulas prius commemorabimus, atq; ex hiſce demum certam firmabimus concluſionem.

20 Quidam †enim exiſtimarunt *b*, feu-
(*b*) dum, quo vaſallus ob culpam in dominum admiſſam privatur, non ad agnatos ejus, ſed ad dominum pertinere, excluſis agnatis, *ut ſenſit gloſſ. in d. capit. fin. in verb. ad proximos: Quæ fuer. primæ cauſa benefic. amitt. & in cap. ſi vaſallus culpam: in verbo revocabuntur: in fin. ſi de feudal. defunct. fuer. controverſ. & in cap. 1. § fin. in gloſſ. ultim. in fin. de pac. jurament. firm. quam ſequitur Jacob. de Belviſ. in d. § fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. & ibidem Bald col. 2. in. 6. 1. §. aut ſi libellario. Quib. mod. feud amitt. & in d. c. ſi vaſallus culpam. Johann. Rayn. in c. Imperialem. in § pæn. num. 5. de prohib. feud. alien. per Frederic. Jac. de S. Georg. in tractat. de feud. in verſ. Dictiq; vaſalli promiſerunt num. 58. ubi relatis aliis opinionibus, ab hac utpote ſuffulta auctoritate tantorum virorum, recedendum non eſſe ait, quod etiam poſt eum aſſerit Curtius jun. in tractat. feudal. part. 5. num. 2. verſ. Primaq; erit concluſio. inquiens, durum eſſe in judicando ab opinione iſta tanquam communi * diſcedere: quem refert & ſequitur Zaſ. in epit. feud. part. 10. verſi. Quarta concl. ſentiens, rectius eſſe adhærere opinioni, quæ à pleriſque tenetur. eandem etiam amplexus eſt Dn. Baro Schenck. in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt. Duarenus de feud. cap. 17. num. 2. & Sonsbec. part. 12. num. 1.* qui hoc tam planum atq; manifeſtum eſſe putat, ut miretur de Zaſio viro alioqui doctiſſimo, quod is hanc partem dubiam eſſe dixerit. hanc quoq; concluſionem communem * poſt alios, quos refert, teſtatur Julius Clarus *in d. § feudum: quæſtione 66. numer. 33.* addens, quod, etſi ea nunquam ſibi placuerit, tamen verendum, ne non in practica propter auctoritatem DD. obtineat. Idem videtur ſenſiſſe Bartol. *in l. Eum qui num. 1. in fin. de interdict. & relegat.* & doctrinam iſtam tanquam frequentiori calculo approbatam de facto conſulti approbarunt etiam *Alexan. in conſ. 30. 30. incip. Viſis dubitationibus. num. 9. vol. 6. Curt. ſenior. conſ. 49. Memoriæ recolendæ. col. 17. verſ & ſic. communis eſt Johan An. in conſil. 32. num. 5. Decius conſil. 544. incip. ſereniſſimus imperator. num. 30. Gozad. in conſil. 84. incip. Prima facie videtur dicendum: num 3. Rubeus conſil. 76. incip. circa caſum mihi propoſitum num. 4. Paris. conſ. 21. num 52. lib. 1. Gratus conſil. 2. incip. Rurſus in cauſa mihi exhibita. num. 15 lib. 1. Soçin. jun. d. conſil. 65. n. 126. lib. 3. & Menoch. in d. conſ 99. num. 144. volum. 1. Berous conſil. 114. num. 28. cum ſeq. & num 58. volum. 1. & hoc magis communiter * receptum eſſe teſtatur Burſatus in d. conſilio. 148. num. 9.*

Non ſolum autem jam dictis auctoritatibus, ſed etiam manifeſtis juris feudalis capitulis probatur hæc opinio. Nam *in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* diſertis verbis diſponitur, quod, ſi vaſallus ita in dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, ſed ad dominum beneficium revertatur: & additur ratio: ut hanc ſaltem habeat ſuæ injuriæ ultionem. ſic etiam *in capite primo, An ille qui interfec. fratrem domini ſui*, clarè dicitur, cum ad dominum

minum reſpicit felonia, quod tum feudum domino aperiatur, quo textu (*ut inquit Sonsbec.*) quid poteſt eſſe clarius, apertius, dilucidius? ut proinde propter tam aperta iura de hoc ne ambigendum quidem eſſe videatur, *l. Ancillæ. Cod. de furt.* Non enim aliquam dubitandi cauſam præbere poteſt, quod *in d. capite ſi vaſallus culpam. ſi de feud. defunct. content. ſit*, generaliter traditur, vaſallo propter culpam feudum amittente, iſtud ad agnatos transferri debere: cum hoc ſecundum diſtinctionem traditam *in d. §. fin.* commodè accipi queat eo de caſu, quo culpa non in dominum, ſed aliàs eſt commiſſa.

21 Lex † enim una regulariter aliam declarare ſolet. *l. non eſt novum de ll.* præſertim verò ea, quæ generaliter loquitur, ex altera magis clarè diſtinguente interpretationem recipere debet. *l. Sanctio legum. de pœn. l. doli clauſula: de verbor. obligat. Bart. in l. Non dubium. numero nono C. de LL. & in l. prætor ait. §. Eritq; hæc differentia. col. fin. vi bon. rapt.* Ad hanc etiam diſtinctionem rectè referri poteſt id, quod *in d. c. 1. ſi vaſall. feud. priu.* dicitur, feudum vaſalli quandoq; ad agnatos pertinere, cum juxta illam non ſemper ad agnatos ſpectet, ſed quandoq;, id eſt, ſi delictum in extraneum commiſſum fuerit, feudum agnato aperiatur, *ut poſt alios interpretatur Sonsbecc.* Quia verò huic opinioni plurimum adverſatur ratio ſupra ponderata, quæ docet, delictum & pœnam ſuos debere tenere auctores. *l. Sancimus. C. de pœnis:* & alterum ex delicto alterius gravari non debere. *l. Non debet. de reg. jure.* atque idcircò iniquum eſſe, agnatos propter delictum vaſalli jure anteceſſorum pacto ipſis quæſito ſpoliari:

Ideo ut hoc objectum diluant, hujus opinionis auctores dicunt, iſtud propterea minus in propoſito locum
22 obtinere, quia † dominus ab initio tacitè pepigiſſe, & feudum cum hac qualitate & conditione dediſſe videtur, ut, ubicunq; delinqueretur in eum, ſtatim feudum ad ipſum reverteretur, & per hoc injuriæ ſibi illatæ ultionem haberet.

Non itaque juſtam conquerendi cauſam habere videntur agnati, ſi ipſis deinde feudum auferatur, cum ut dictum fuit, hæc conditio in traditione feudi tacitè appoſita ſit, & integrum fuerit domino, ab initio feudum concedenti, quam voluerit legem rei ſuæ apponere. *l. Legem. C. de pactis.* Et hoc eſt, *inquit Curtius*, quod voluit dicere textus *in d. c. 1. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* in illis verbis: ut dominus hanc ſaltem habeat ſuæ injuriæ ultionem. ſubintelligitur enim in conceſſione feudi tacita conditio, ſi primus, cui fit conceſſio, & omnes ab eo deſcendentes grati erga dominum erunt. *arg. l. cum quis: de ſolut. l. ſtipulationem: de jure dotium.*

Ergo quamprimum aliquis ex deſcendentibus primi inveſtiti in dominum exiſtit ingratus, ceſſat tacita conditio, ob quam feudum fuit datum, ac propterea etiam meritò ad dominum revertitur, *arg. l. 1. C. de donat. quæ ſub mod. Eandem rationem poſt Iſern. ſecutus eſt etiam Duaren. in d. c. 17. & Camerar. in d. c. Imperialem. pagina 454.* ubi ait, quod dominus directus hac lege cenſeatur feudum hæreditarium omnibus in infinitum dediſſe, donec unus ſit rebellis: quo caſu in præjudicium omnium domino in compenſationem ſuæ injuriæ aperiatur, *ut in cap. penult. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* quaſi eatenus duret conceſſio, quatenus in eodem ſtatu duraverit res. *l. cum quis: de ſolut. ſtipulationem: de jure dot.* Itidem, inquit, & in feudo ex pacto & providentia, quia etſi ex propria ſtipulatione, quaſi ex novo & ſeparato conſenſu domini ſequens feudum capit, tamen illud tunc erit, quando ex antiqua cauſa ad dominum non revertitur:

anti-

antiqua (inquam) quia ab initio conceſſionis ita ſequentibus dedit, donec anteceſſores fideles eſſent: quo fit, ut eo, qui tenet feudum, effecto infideli, ab omnibus auferatur. *Hæc Camerar.*

23 Sed † adverte, quia conſideratio iſta non omni ex parte ſatisfacit. Nam etſi hoc quidem rectè concludat, eum, qui deliquit, propter conditionem ab initio feudo annexam, jure ſuo meritò privari, idemq; ad dominum devolvi: tamen, quod propterea etiam agnatis jus ipſorum præſertim poſtquam hoc eis ex pacto anteceſſorum longo ſucceſſionis ordine quæſitum, & in perſonis eorum (*ut noſtri loquuntur*) eſt radicatum, auferri debeat, & quod hoc etiam reſpectu feudum ab initio hanc conditionem annexam habeat, id nullibi ſatis probatur: ex quo rectè ſubſannando dixit Camer. *in c 1. verſ. Oppono primò. num. 34. An. agn. vel filius*: quis revelavit interpretibus, hoc ita actum fuiſſe inter dominum & vaſallum? quin hoc ipſum æquitatis rationi adverſatur, ac propterea ex ratione ſupra adducta, utpote quæ naturali æquitate eſt ſubnixa, penitus deſtruitur. Quare vel ob hanc rationem probabili dubitandi cauſa non caret hæc opinio, ut non immeritò dixerit Julius Clarus *in d. loco*, eam ſibi nunquam placuiſſe. Videtur enim (*inquit*) iniquum, quod vaſallus poſſit delinquendo excludere agnatos à feudo eis debito virtute primæ inveſtituræ, abſque aliquo eorum facto, aut culpa. Et hæc de opinione prima.

24 Contra † verò alii arbitrati ſunt, quòd, etſi delictum in domini perſonam commiſſum ſit, tamen extantibus agnatis, perinde ut in prima concluſione diximus, magis ad illos, quàm ad dominum pertineat. *Hoc ſenſit gloſſ. in cap. 1. §. Hoc quoque. in verbo: partem ſuam: circa medium: de ſucceſſio. feud. & in c. 1. ſi vaſallus feud. privetur. in fin.* dicens, æquiorem hanc eſſe ſententiam, ne ex delicto alterius alter damnum patiatur. *Idem tenuit Hoſtienſis in ſumma titul. de feudis: & hanc ſententiam tanquam æquiorem multis in locis ſecutus eſt Andr. de Iſern. ut in c. 1. §. Deniq. num. 40. in fin. ibi, ſi verò filios non haberet. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & in c. Imperialem §. firmiter. num. 30. ibi, videtur verius: de prohibit feud. alien. per Frederic. & in cap. 1. nu. 4. de capit. Corrad. & in multis aliis locis ad hoc ſedulò congeſtis per Marin.*

Moventur † autem potiſſimum ratione ſupra adducta, quæ docet, iniquum eſſe, ut agnatus ob delictum alterius orbetur jure proprio, quod non à delinquente habet, ſed ab alio, qui fuit agnationis communis. *c. 1. de gradib. ſuccedent. in feud.* qui quidem non ſolum propter delinquentem, ſed & propter omnes agnatos feudum ita quæſiviſſe cenſetur, ut alter poſt alterum ſuo ordine feudum obtineat. *leg. Cum ita. §. In fideicommiſſo. & l. cum pater. §. à te. de l. 2. l. Hæredes. §. penultim. Ad Trebell.* Ideoq; feuda dicuntur eſſe ſubjecta reſtitutioni, & quaſi ad vitam tantummodo uni data, & poſt eum alii. *l. Quoties. C. de donat. quæ ſub mod ut declarat Andr. de Iſern. in d. cap. 1. ſi vaſall. feudo privetur, cui deferatur.* 25

Secundò conſiderant, quoniam, ſi ob delictum in dominum commiſſum agnati feudum amitterent, tum ſemper eſſet in poteſtate vaſalli privare agnatum feudo, quotieſcunq; ſibi libitum foret, ſolum proferendo verba aliqua injurioſa in dominum, cum etiam ob ſimplicem verbalem injuriam feudum amittat. §. *Præterea ducatus: quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.*

Quod quàm ſit abſurdum, nemo eſt qui non videat, non itaq; facilè admittendum. Tertiò nituntur generalitate textus *in capite. 1. §. ſi vaſallus culpam: ſi de feud. defunct.* ubi feudum culpa vaſalli amiſſum ad agnatos tranſire generaliter diſponitur, neq; diſtinguitur, utrum

Digitized by Google

utrum culpa in dominum commiſſa fuerit nec ne.

26 Sed † cum huic opinioni plurimum adverſetur textus *in §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & in d. capite prim. An ille qui interfec. fratr. domini ſui*: ideo ad jura iſta reſpondent, illa, quatenus agnatos excludunt, de feudo novo eſſe intelligenda. Hæc tamen ſolutio à pleriſque improbatur. Nam, (ut rectè conſiderat *Sonsbecc.*) hac ratione de indubitato loquerentur illa jura, cum certum ſit ſatis, quod in feudo novo non ſuccedant agnati.

Præterea ex verbis textuum manifeſtum eſt, eos de feudo paterno loqui, ibi, ſi paternum fuerit beneficium. Quamobrem Andr. de Iſern. & Alvarott. alio modo hoc objectum diluere conantur, exiſtimantes, id, quod dicitur *in d. §. fin.* beneficium non ad proximos, ſed ad dominum reverti, eſſe intelligendum de filiis, quippe cum filii primum atq; proximum agnationis gradum obtineant.

Quod verò *in d. cap. 1. An ille qui interfec. fratrem domini ſui*: dicitur, feudum domino aperiri, id accipiendum eſſe eo de caſu. quo nulli extarent agnati, vel ſi extarent, ſuccedere nollent, *ut expoſuit Andr. de Iſernia ibi.* Verum neque hæc ſolutio ſatis convenit verbis horum capitulorum. Manifeſtum eſt enim, *in d. §. fin.* vocabulum *(proximos)* in verſu final. uſurpatum, de agnatis intelligi: quare cum unum & eundem caſum perſequatur, & uno contextu de eodem caſu loquatur auctor illius §. *1.* neceſſe eſt ut etiam in præcedenti verſiculo de agnatis accipiatur. conſiderat præterea Menochius *in d. conſil. 99. num. 125. volum. 1.* quod textus non ſimpliciter feudum ob ejuſmodi culpam amiſſum ad proximos non pertinere dicit, ſed inſuper addit, iſtud ad dominum reverti, atq; ita reſpectu domini proximos excludit.

Nam hinc ſanè omnes alios, ſive filii ſive agnati illi fuerint, præter ſolum dominum excludere videtur, *argumento ejus, quod not. Bart. in l. 2. §. Videndum; ſub fin. verſ. Non obſtat ſi dices. Ad S C. Tertullian.* ubi ait, ſtatutum excludens matrem ob filios, omnes alios præter filium excludere: *quem ſequitur Ruin. in conſil 107. incip. Ex omni capite. numero ſexto & conſil. 143. incip. Ponderatus his numero tertio. lib. 3. Socin. junior. conſil. 5. incip. Eleganter & multum ſubtiliter. numer. 13. lib. 2.* Idem ſuadet ratio aſſignata *in d. §. fin.* ut ſcilicet habeat ſuæ injuriæ ultionem. Hæc enim generalis eſt, neque ſolum perſonam filiorum, ſed etiam agnatorum reſpicit. Sic etiam *in princip. d. capit. 1. An ille qui interfec. fratrem dom. ſui.* diſertè præſupponitur, agnatos extare, quare verba etiam, finalia quibus idem caſus pertexitur, in hanc etjam ſententiam erunt interpretanda: cum præſertim perſpicuum ſit, agnatorum tantum gratia ibi fuiſſe dubitatum. eos verò ſponte jure ſuo ſe abdicaſſe, & ſuccedere noluiſſe, veriſimile planè non eſt: cum nemo præſumatur jactare ſuum. *l. cum de indebito. de probat.*

Quin ſi ideo in ſequenti caſu feudum ad dominum rediret, quia vel non extarent agnati, vel ſuccedere nollent, non fuiſſet neceſſe, anxiè cogitare, utrum delictum in dominum, vel alium eſſet commiſſum, & caſus hoſce diſtinguere. Eſſet enim utrobiq; eadem ratio, & in utroq; ſine diſtinctione idem ſtatuendum. Sed cum in primo caſu dicatur feudum ad proximiorem pertinere, in ſecundo verò ad dominum ſpectare, ut ſibi conſtet oratio conſectarium omnino eſt, in poſteriore caſu perinde ut in primo extare agnatos, qui alioqui ſuccedere velint, niſi quis penitus ſtoliditatis & ineptiæ arguere velit auctorem hujus capituli. pluribus etiam ſolutiones iſtas refutat Camerarius *in d. cap. 1. verſi. oppono primo. numero 22. & ſeq. An*

ſeq. An agn. vel fil. Ex quibus deniq; eluceſcit, etiam hanc opinionem ita generaliter acceptam propter hæc ipſa jura non minus eſſe dubiam, quàm primam, ut mirandum ſit de Zaſio, qui dixerit, eam eſſe ſuſtentabilem.

27 Haſce † inter ſe diſſidentes opiniones ita declarat, atque conciliat Andreas de Iſern. *in d. capite primo ſi vaſall. feud. privet. cui deferatur.* Quod ob delictum vaſalli in dominum commiſſum feudum aperiatur domino, & apud eundem tamdiu maneat, quàmdiu vaſallus delinquens ſuperſtes eſt, ut hoc reſpectu locum habeat prima opinio. defuncto verò eo, qui deliquit, feudum ad agnatos devolvatur, quibus juxta ſecundam opinionem factum defuncti obeſſe non debet.

Nititur autem potiſſimum rationibus paulò ante in ſententiam poſteriorem adductis, quibus oſtenſum fuit, alterum alterius odio non eſſe prægravandum. *l. Crimen. ff. de pœn. l. ſancimus. C. Eod. titul. l. Tutorem. ff. de iis qui ut indign. l Si quis in ſuo. §. Leges. C. de inofficios. teſtament. l. Non debet. de reg. jur.*

Cur autem dominus vivo delinquente feudum obtineat, id inde contingere ait, ut injuriæ ſibi illatæ hanc ultionem habeat, *ut ait textus in d. §. Denique.* Nullam enim juſtam conquerendi cauſam hoc caſu habet agnatus, ſi tantum conſequitur, quantum ſibi eſſet, ſi vaſallus non deliquiſſet: quippe cum jus ſuum demum moriente eo, qui proximior gradu eſt, incipiat, atque propterea in eo jure nihil ſibi derogetur. *l. Cum pater. §. Hæreditatem. de leg. 2.*

2. Sed huic argumento opponunt primæ ſententiæ aſſertores rationem ſupra conſideratam, exiſtimantes, hanc conditionem ab initio feudo annexam eſſe, ut vaſallo in dominum delinquente iſtud omnino ad ipſum redeat.

28 Secundò † in hanc ſententiam affert Iſernia, quoniam regulariter res ſubjecta reſtitutioni tamdiu apud fiſcum manet, quàmdiu in vivis eſt delinquens: eo verò defuncto, ad alterum, cui reſtitui debet, redit. *l. ſtatus. § fin. de jur. fiſc. l. 1. in fin. commun. de manumiſſ. l. Peto. §. Prædium de leg. 2. Authen. ingreſſ. Codic. de Epiſcop. & Cleric.* Idem ergo in feudis dicendum, cum & ea, ut ſupra diximus, reſtitutioni ſubjecta eſſe cenſeantur. Sed ad hoc etiam facilè reſponderi poteſt, diverſam eſſe rationem feudorum, tum quia hæc, ut diximus, ex pacto ab initio addito hanc conditionem receperunt, tum etiam quia jura illa eo de caſu loquuntur, ubi fiſcus ob delictum commiſſum nullam juſtam cauſam habet alios jure ipſorum privandi: in ſpecie verò facti à nobis propoſita dominus ob culpam in ipſius perſonam factitatam hanc meritò habet injuriæ acceptæ ultionem, ut feudum ad ipſum revertatur. Ideoque textum *in d. §. fin.* in materia feudali locum non habere disertè aſſerit Matth de Afflict. *in decis. 282. num 15. & quam plures alii citati ſupra n. 7.*

29 Tertiò † adducit Iſern. textum *in §. fin. in tit. de c. Corr.* ubi dicitur, quod ſi Epiſcopus vel Abbas feudũ habeat, & illud propter culpam perdat, cùm eo vivente beneficium ad dominum pertineat, poſt mortem verò ejus ad ſucceſſorem revertatur. Verùm neq; hic textus multum urget. disertè enim de clerico & perſona Eccleſiaſtica loquitur, quorum facto ſucceſſores non perindè ut laicos teneri manifeſtum eſt ex titul. qui ſucceſſor. teneant. Deinde loquitur de beneficio non perſonæ, ſed Eccleſiæ conceſſo, innuens nimirum, intuitu Eccleſiæ hoc contingere, ne factum adminiſtratoris in ipſius incommodum cedat, & quod ideo ſecus ſit, ſi perſonæ eſſet conceſſum. præterea non diſtinguitur ibi, utrum culpa in dominum deſignata fuerit,

Digitized by Google

fuerit, nec ne, ſed generaliter diſponitur, beneficium vivente delinquente ad dominum pertinere : eo verò defuncto, ad ſucceſſorem tranſire, ut ita textus ille multis reſpectibus ſeparatam videatur habere rationem à caſu noſtro. Id quod ſenſit Bald. *ibi*, inquiens, favore Eccleſiæ introductum eſſe, ut feudum poſt mortem delinquentis revertatur ad ſucceſſorem.

Addit inſuper pro hac opinione
30 Alvarot. textum † *in c. Extraordinar. in §. fin.* ſed ad illum reſpondet Curt. *in d. loco.* capitula extraordinaria communiter non haberi, & eſſe apocrypha, id eſt, non alleganda, ideoque non curanda. præterea in illo textu non ſolum, relatis duabus opinionibus contrariis, nihil certi definitur, ſed etiam contraria potius ſententia magis recepta videtur. Hæc enim ſunt illius verba: Vaſallus habens feudum deliquit contra dominum, cui judicatum eſt.

Agnati cum domino litigant: quidam domino dicunt pertinere, quidam agnato, dicimus autem, non ad dominum pertinere, donec aliquis maſculus ex delinquente vaſallo ſupereſt. Ecce dum textus ait, (dicimus ad dominum non pertinere, quàm diu aliquis ex deſcendentibus ſupereſt.) videtur decidere, quaſi omnino ad dominum non pertineat, atq; adeò tantum abeſſe, ut hanc ſententiam probet, ut penitus aliena à propoſito noſtro tradere videatur.

Non itaque textus iſte huc facere poterit. Deniq; huic ſententiæ plurimum repugnat generalitas *d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & cap. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui*, ut non immeritò eam improbaſſe videantur Jacob. de S. Georg. Curt. junior. & Sonsbecc. *in d. loco.* & quod conſequens eſt, utrum illi adhærendum ſit, haud præter rationem quis dubitaret.

31 Poſſet † etiam hîc alicui in mentem venire, an non hæc opinionum diſſenſio in concordiam reduci queat, tali diſtinctione, ut prima quæ ſtatuit, delictum vaſalli obeſſe agnatis, intelligenda ſit de feudo ſimpliciter conceſſo. Secunda verò locum habeat in feudo ex pacto & providentia, *ut in ſimili docuerunt Imola. Paulus de Caſtro. Roman. & DD. in l. ſi finita. §. Si de vectigalibus. de damno infect. ubi Alex. col. 12. verſ. Adde etiam, ſecundum Imol. qui ait, quod iſtud omnes interpretes ſequantur. Idem tenuit etiam Imol. in cap. ex parte. num. 18. de feudis. Ruin in d. conſil. 23. num. 32. volum. 5. Et Julius Clarus in lib. 4. ſententiarum. §. feudum quæſtion. 66. num. 6. in fin.*

Nam licet jam dicti interpretes loquantur de filiis: tamen multò magis hoc locum habebit in agnatis, ut illis factum defuncti non officiat, quoties feudum quis pro ſe & liberis acquiſivit. Neque etiam videtur referre, quod eo de caſu verba faciant, quo non in dominum ipſum delictum commiſſum eſt. Nam cum illi jura feudalia indiſtinctè filios à feudis, etiam in caſu, quo in extraneum fuit perpetratum delictum, excludentia, reſtringant, tamen ut locum non habeant, quando feudum pro ſe & liberis eſt acquiſitum: pari ratione etiam videntur reſtringenda jura, quæ dicunt, vaſallo culpam in dominum committente feudum ad agnatos non pertinere, ut videlicet non procedant, feudo pro ſe atque liberis acquiſito. Sed adverte, quia iſta diſtinctio non ſolum refutari poteſt ex iis, quibus ſupra *quæſtione 1.* demonſtravimus, eandem eſſe rationem feudi ſimpliciter acquiſiti, & feudi ex pacto & providentia, ſed directò etiam adverſatur iis, quæ primæ opinionis auctores aſſeruerunt: non enim illi tum ſolum, quando feudum ſimpliciter eſt conceſſum, locum eſſe voluerunt huic ipſorum concluſioni, ſed vel maximè, quando quis acquiſivit ſibi & liberis, ut cuivis dicta ipſorum diligentius conſideran-

Digitized by Google

ſiderandi facilè conſtabit: tum quia diſertè de feudo ex pacto & providentia loquuntur: tum etiam quia hanc ipſorum doctrinam limitant, ut tum demum locum non teneat, quando ita feudum eſt conceſſum, ut deſcendentes iſtud non à primo acquirente capere videantur, *ut docet Curtius junior. in d. tractat. part. 5. numero tertio. in 1. limitatione.* nam ex hoc ipſo manifeſtum eſt, eos huic opinioni etiam in feudo ex pacto locum relinquere, cum iſtud maximè à primo acquirente quis capere cenſeatur: tum deniq; quia ejus hanc afferunt rationem, quod conditio iſta tacitè videtur annexa feudo, ut ſupra diximus: hæc enim ratio non minus ad feudum ex pacto, quàm ad feudum ſimpliciter conceſſum pertinet, *quemadmodum declarat Camerar. in d. capit. Imperialem. pagin. 454.* quinimo hæc diſtinctio refragatur etiam rationi, quam conſiderat textus *in d. §. Deniq.* videlicet, ut dominus injuriæ ſibi illatæ ultionem habeat. hæc enim ratio generalis eſt, ac etiam feudo ex pacto & providentia convenit. par igitur eſt, ut textus etiam de feudo ex pacto intelligatur, quemadmodum in hoc omnes ſunt concordes. Ideoq; illi ipſi, qui hujus diſtinctionis auctores fuerunt, eam non ad hunc caſum, quo delictum in dominum eſt patratum, accommodarunt, ſed ad illum duntaxat alterum, quo in extraneum eſt perpetratum, ſatis hoc ipſo innuentes, eam ad caſum noſtrum non quadrare. Poteſtque ejus, cur ad unum caſum magis, quàm ad alium, pertineat, hæc eſſe ratio: quoniam quando in alium, quàm in ipſum dominum admittitur delictum, tum feudum ad agnatos devolvitur: hinc itaque etiam filiorum perinde ut agnatorum meritò habendam eſſe rationem, putarunt interpretes, quando in inveſtitura eorum facta eſt mentio. at quando culpa in dominum commiſſa eſt, textus juris feudalis hoc caſu etiam agnatos excludunt. non mirum igitur, cur etiam filiorum nullà ducatur ratio, qualitercunque feudum conceſſum fuerit. Ut proinde diſtinctio iſta huic caſui minimè adaptari debeat.

Quod ideo monendum duximus, ne quis forſitan ea, quæ de hac diſtinctione tradiderũt interpretes, ad hunc etiam caſum, quo in dominum commiſſum eſt delictum, pertinere errore ductus exiſtimet: ſed ut quivis intelligat, ea quæ hoc loco de delatione feudi culpa amiſſi aſſerimus, eſſe de feudo ex pacto & providentia accipienda. Ex quibus denique vides, quàm controverſus ſit articulus iſte, ut haud præter rationem Zaſius acrem de eo diſceptationem eſſe dixerit, ac propterea à Sonsbeccio reprehendi non meruerit.

32 Nos † itaque ut in hac opinionum fluctuatione certi aliquid definiamus, ſententiam Andre. de Iſernia tertio loco relatam amplectendam, & ſecundum eam in hoc controverſo articulo ita concludendum arbitramur: ſi vaſallus in dominum deliquerit, quod dum feudum quidem domino aperiatur, & apud eundem tamdiu maneat quamdiu is, qui deliquit, ſuperſtes eſt: ex enverò ſine hæredibus maſculis, defuncto feudum ad agnatos devolvatur.

Prior hujus concluſionis pars extra omnem controverſiam poſita eſt: dilucidè enim probatur verbis *d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui,* & hanc habet rationem, ut dominus, qui culpa vaſalli fuit offenſus, hanc habeat injuriæ ſibi illatæ ultionem. Altera verò pars, quæ maximè controvertitur, firmatur primò ratione illa, qua Andr. de Iſern. nititur, & nos ſupra ſæpius uſi fuimus.

33 Nam † cùm agnati in feudis ex pacto primi acquirentis jus quæſitum habeant,

ant, uſque eò, ut illa non à proximè defuncto, ſed à primo acquirente jure proprio capere cenſeantur, atq; hinc deſcendat, ut vaſallus nullo ſuo facto agnatis jus ipſorum auferre poſſit, ut ſupra prolixè oſtendimus: rationi ſanè conſentaneum non eſt, eos hoc jure ipſorum proprio ob delictum alienum exui, ſed potius tam æquitatis quàm juris ratio exigit, ut quemadmodum vaſallus contrahendo agnatis non præjudicare poteſt, ita nec etiam delinquendo.

Præter enim quàm quod à contractibus ad delicta in hanc ſententiam rectè argumentum ducitur, *gloſſ. in l. Omnem. de judic. §. hæc conſiderantes. Authen. ut omnes obœd. jud. Authen. Qua in provincia. Codic. Ubi de crimin. agi oportet.* etiam de delictis hoc peculiariter cautum eſt, ea ſuos tantum tenere auctores. *l. ſancimus. Cod. de pœn. l. Crimen. & l. ſi pœna. ff. eod.* neque alterum alterius odio jure prægravari poſſe. *l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſt. l. Non debet, de reg. jur.*

Cumque hoc ipſa naturalis æquitatis ratio poſtulet, ab hac ſententia certè, niſi aliter expreſsè ſancitum reperiatur, minimè recedendum, ſed eidem tenaciter inhærendum erit.

34 Neq; † enim à ſcopo facilè quis aberrare poteſt, qui in judicando, natura duce, rectam rationem ſequitur: quippe cum potiſſima juris noſtri pars ex igniculis & principiis illis ſingulorum mentibus hominum à natura inſitis atq; impreſſis deſcendat, adeoq; in natura conſtituta ſit. Ex quo etiam ab interpretibus per manus traditum eſt, quod ſufficiat, quandoq;, ad deciſionem cauſarum allegare rationem naturalem. *capite Secundo requiris. de Appellat. l. ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſat. tutor. ubi hoc not. Baldus. l. cum ratio, in princip. de bon. damnat. l. ſi me & Titium. ſi cert. petat. l. Ubi autem non apparet. §. illud. ibi, ipſa natura manifeſtiſſimum eſt. de verbor. obligat.* & dictum rationi conſentaneum Judicem non minus movere debere, quàm legem ipſam, *docet Andr. de Iſernia in princ. in penult. col. quod refert Jaſ. in l. Quoties. C. de rei vendicat.*

Nam ratio naturalis ad cuncta rectè reſpondet: & vix aliquid reperitur, quod ſit contra rationem naturalem, quod non remordeat conſcientiam, *ut inquit Bald. in conſil. 38. incip. Dominus Thomas. lib. 1. quem refert Cravett. in conſil. 31. num. 5.* Quocirca etiam Ariſtoteles *1. Ethicorum* ideo ſe veritatem ſcire fatetur, quoniam eam à natura didicerit, *quem ad hoc citat. Bald. in conſil. 312. incip. Viſis ac diligenter diſcuſſis. in princ. vol. 4.*

Hinc etiam eodem Ariſtotele auctore, dici ſolet, quod quærere legem vel rationem, ubi naturaliter ſentimus, nihil aliud ſit, quàm infirmitas intellectus: *quod refert Angel. in conſil. 318. incip. In quæſtione vertente inter illuſtr. & Jaſ. in auth. ſi qua mulier. nu. 11. C. De ſacroſanct. Eccleſ.* Et hoc ipſum eſt, quod in ſimili *in l. 2. §. Idem Varus, ff. de aqu. pluv. arc.* ait Juriſconſultus Paulus, hoc æquitas ſuggerit, etiamſi jure deficiamur.

Neq; † verò huic argumento ex na- 35
turali æquitate deſumto quicquam obeſſe poteſt, quod vulgò traditur, in propoſito ideo eam non procedere, quia feudum ab initio hanc ditionem annexam habere cenſetur. Nam hæc interpretum doctrina ex eo defluxit, quod opinati ſunt, delictum vaſalli in dominum commiſſum agnatis obeſſe. ideo ut huic ſuæ aſſertioni colorem aliquem inducerent, hanc rationem excogitarunt. Sed cum jam de eo laboremus, ut oſtendamus, minimè verum eſſe, quod agnati ob delictum alterius jure proprio privari debeant: hoc ipſorum commentum veluti κρινόμενον, de quo maximè controvertitur, in medium afferri neutiquam poteſt, ſed potius ratio noſtra ipſa naturali

turali æquitate ſubnixa eſt conſideranda: cum præſertim nihil ab interpretibus adducatur, quo rationem ab ipſis effictam probent. Ut proinde eadem facilitate negari poſſit, qua aſſeritur, *quemadmodum ſupra demonſtravimus, & animadvertit etiam Camerar. in d. cap. 1. verſ. oppono primo. num. 34. An agnatus vel filius.* quærens inde ab interpretibus, quis eam ipſis revelaverit.

36 Secundò † hanc ſententiam etiam probat concluſio paulò ante firmata. Oſtendimus enim ſupra, delictum vaſalli in extraneum commiſſum minimè reliquis agnatis in proprio ipſorum jure præjudicare uſque eò, ut etjam feudum ſtatim poſt delictum perpetratum ad eos pertineat. Quod autem aliter in propoſito negocio ſtatuitur, id ab eo ſolo dependet, quia delictum eſt in dominum commiſſum, ut disertè diſtinguunt jura feudalia, & unanimi conſenſu omnes fatentur. Ejus verò, cur tum, quando in dominum peccavit vaſallus, feudum ad dominum magis, quam ad agnatum devolvatur, eam affert rationem textus *in d §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* ut hanc habeat injuriæ ſuæ ultionem.

Rationem iſtam ſi rectè conſideraverimus, ea minimè concernit agnatos, quod ipſi ſuo etiam jure privari debeant: ſed tantum attingit perſonam delinquentis: quippe cum naturalis ratio doceat, ut quis injuriæ ſuæ ultionem ab eo, qui illam intulit, non autem alio, qui culpæ expers fuit, conſequatur, atque inſuper in prima concluſione abunde oſtenſum ſit, delictum vaſalli regulariter agnatis in jure ipſorum nihil obeſſe poſſe.

Conſequens eſt igitur, ut vel ob hanc ipſam rationem textui *in d. §. fin.* inſertam, id quod ibi diſponitur, feudum hoc caſu ad dominum reverti, ſolum de jure delinquentis intelligatur, ita ut tam diu apud dominum feudum permaneat, quàmdiu durat jus delinquentis.

Regulariter † enim quævis diſpoſitio ex ratione interpretationem, atq; reſtrictionem recipit. *l. cum pater §. Dulciſſimis. ff. de legat. 2. l. adigere. §. quamvis. de jure patr. l. milites agrum. in princ. de re militar.* Præſertim verò ſi ea, ut in propoſito, expreſsè addita fuerit. *l. fin. de hæredit. inſtitut. l. Titia. de verbor. obligation. not. Bartol. in l. Ambitioſa. de decret. ab ordin. fac. prope fin.* quippe cum ratio dicatur anima legis. & ſicut anima dominatur corpori, ita ratio ſit præponenda verbis. *l. ſcire leges. de ll. l. Cum mulier, & ibi DD. ſolut. matrimon. cap. Secundo requiris. de appellat.* Ideoque pudenter monet Juriſconſultus, non oportere jus civile calumniari, neque verba ejus captare, ſed qua mente id dicatur, animadverti convenire. *lege penult. Ad exhib.* 37

Neque eſt, quod quis vereatur, propterea nimis reſtringi illum textum. Nam rationi ibi conſideratæ, & diſpoſitioni hac innitenti abunde eo ſatisfit, quando vivente delinquente, feudum ad dominum revertitur, quod alioqui, ſi non in dominum eſſet commiſſa culpa, ſtatim ad agnatum pertinere inciperet. Vires verò ejus eò velle extendere, ut etiam jus agnatorum auferatur, id non ſolum alienum prorſus eſt à ratione in textu expreſſa, ſed & cum ipſa naturali æquitate, quam in primo fundamento conſideravimus, pugnat. minimè itaque hoc admittendum. *l 1. §. Unde quæritur. de public. l. Nam abſurdum. junct. l. præced. de bon. libert. l. obſervare. §. fin de offic. proconſul. & leg. l. ſcire oportet. § aliud de excuſat. tutor.*

Tertiò † hanc interpretationem adjuvat, quod textus *in d. §. fin.* utitur dictione *(ſaltem)*, ut hanc ſaltem, inquiens, habeat ſuæ injuriæ ultionem. Nam cum hujus dictionis proprietas ſit, ut imminuat ea, quæ dicuntur. *l. prim.* 38

Digitized by Google

C. de emendat. propinq. Bart. in l. 1. col. 2. verſ. Sed quid ſi dixit num. 5. de jur. codic. utque ſatis deſignat non uſque eo magnam eſſe ultionem, ſed aliquam ſaltem, etiam minimam ſatisfactionem.

Modo ſi feudum ita ad dominum reverteretur, ut id agnatis etiam ademtum eſſe deberet, certè non eſſet exigua ea ultio, ſed magna, & admodum rigida, atque iniqua, dum ob delictum unius alius etiam jure ſuo privaretur.

Hoc enim uſque adeò magnum, & durum exiſtimarunt jura noſtra, ut non niſi in atrociſſimo læſæ Majeſtatis crimine, & in filiis duntaxat admiſerint. *l. Quiſquis. §. filii verò. C. Ad l. Juliæ majeſtat.* Quare vel ob hanc ipſam proprietatem dictionis *(ſaltem)* veriſimile non eſt, textum de hac tam gravi ultione ſenſiſſe, ſed potius reſpexiſſe ad jus delinquentis, ut videlicet dominus tamdiu feudum teneat, quamdiu eo ſuperſtite jus ejus durat, atq; ita hanc ſaltem injuriæ ſuæ habeat ultionem.

Quarto ſuffragatur huic interpretationi, quoniam, ſi aliter diceremus, agnatis jus ipſorum indebite adimeretur, & maximo damno ſine aliqua ipſorum culpa afficerentur.

39 Cum † tamen in quavis diſpoſitione ea ſemper ſit capienda interpretatio, ne quis indebitè damnum ſentiat. *cap. cauſam quæ & ibi not. de reſcript. not. gloſſ. Bart. Jaſ. & DD. in l. fin. §. In computatione. C. de jur. deliber. Alex. conſil. 33. volum. 1. & in conſil. 142. Decius in cap. Paſtoralis. de appellat. & in conſil. 374. numero ſeptimo, & in conſil. 439. Gozad. in conſil. 5. n. 3. Cravett. conſil. 3. num. 3 & conſil. 33. numer. 24.* Sed ut potius res ad æquitatis rationem, quoad ejus fieri poſſit, reducatur. *l. 1. in fin. ibi, rem ad ſuam æquitatem rediget. C. de interdict. l. ſi tibi. in fin. ibi. benignius tamen eſt utrunq; valere. Si cert. petat. l. placuit. C. de jud. c. final. de tranſactionib.*

Pertinet † hùc quinto alia vulgata regula, quæ docet, etiam ob culpam commiſſam, quæ pœnam aliquam mereatur, nunquam aliquem jure ſuo privandum eſſe, niſi hoc expreſsè cautum reperiatur. 40
§. *Cum igitur. verſ. Sicut enim pactus. Authen. de non eligend. ſecund. nub. l. At ſi quis. §. Divus. de religioſ. & ſumpt. fun. not. gl. in c. fin. de jure patron. Bald. in Authen. ex teſtamento. in pen. col. C. de ſecund nupt. Alex. in l. Etiam. §. Licet in dotalibus. ſolut. matrimon. & in conſil 103. col. pen. vol 1. Dec. in conſ 571. incip. Viſo puncto controverſo. num. 10.* nam neq; textus *in d. §. fin. & in c. 1. An ille qui interfec. fratrem domin. ſui*, ſatis probat, agnatos hoc caſu jure ipſorum privandos eſſe, ut infra demonſtrabimus. neque etiam ullo alio juris feudalis capitulo id doceri poterit. minimè igitur concedendum erit, ut ob delictum vaſalli agnati jure etiam ſuo ſpolientur.

Id quod in propoſito vel ideo magis locum habet, quoniam agnati omnis culpæ expertes ſunt, ut ita aliqua pœna jure affici nequeant. Ubi enim nulla eſt culpa, ibi nulla debet eſſe pœna. *l. ſancimus. C. de pœnis. l. Gracchus. C. Ad l. Jul. de adulter. l. ſed etſi non data. §. fin. de fideicommiſſ. libert. capit. Quæſivit. de his quæ fiunt à major. part. capit.* ex quo Hoſtienſis dicere ſolitus fuit, qui caruit culpa, careat me judice pœna, *ut refert. Barbat. conſil. 17. numer. 1. volum. 1.*

Accedit Sextò id, quod vulgò traditur, ea, quæ jure noſtro feudali ſatis expreſsè diſpoſita non ſunt, ſecundum regulas juris civilis dijudicanda eſſe. *c. 1. de feud. cogn. cum ſimil.*

Nam † ſecundum juris civilis rationem dubium non eſt, quoties quis ob delictum commiſſum privatur re, quæ ſolùm ad vitam ipſi conceſſa eſt, ita ut poſt mortem alii delinquere eam cogatur, quin hoc minimè cedat in incommodum eorum, ad quos poſt mortem ejus pervenire debeat, 41

Digitized by Google

beat, ſed tantiſper ſolum privationis pœna locum habeat, donec durat jus delinquentis, *ut eſt textus manifeſtus in l. Statius Florus.* §. *Cornelio Felici. de jure fiſci. & in l. cum pater.* §. *hæreditatem. de leg. 2. not. D D. in l. ſi finita.* §. *Si de vectigalibus. de damno infect. plurima hujus rei exempla afferentes.*

Quamobrem cum,ut dictum eſt,& infra planius oſtendemus,jure feudali aliud diſpoſitum non reperiatur,quin potius hoc ipſum juris illius placitis optimè conveniat, ut mox dicemus, utique ſecundum jam dictas juris civilis regulas negocium propoſitum definiendum erit, nec quicquam refragatur, quod ſupra monuimus, in feudis non eſſe locum diſpoſitioni. *d.* §. *Cornelio, ut tradunt communiter D D. in d.* §. *Si de vectigalibus. & firmavit Camerar. in d. c. 1. quæſt. 17. An agnat. vel filius.*

Nam cum Juriſconſultus *in d.* §. *Cornelio.* de duobus agat, primò utrum res aliqua, publicatis bonis, ad fiſcum tranſeat: deinde quàmdiu apud fiſcum manere debeat, id quod dicitur, textum eum ad feuda non pertinere,de priore ſolum intelligendum eſt, quia nimirum feuda ad fiſcum tranſire non ſolent: de quo plura diximus *ſupra numer. 7.* interim tamen nihilominus textus ille, ad alterum quod attinet, quàmdiu res apud fiſcum manere debeat, etiam in feudis rectè locum ſibi vendicat,in illis videlicet caſibus, in quibus feuda ad fiſcum tranſire ſolent, utpote quando ad extraneum hæredem devolvi poſſunt: ideoque in his ipſis caſibus feudum tamdiu duntaxat, donec ſuperſtes eſt vaſallus,apud fiſcum conſiſtere ex ratione *d.* §. *Cornelio. docuerunt Alex. & interpretes in d.* §. *ſi de vectigalibus Jac. de S. Georg. in d. verb. dictiq. vaſalli promiſerunt. n. 63. & Aegid. Boſſ. de publ. bon. nu. 54.* hoc ipſo ſatis denotantes, hanc rationem *d.* §. *Cornel.* ad feuda rectè accommodari poſſe.

Ex eadem igitur in propoſito meritò ſtatuetur, feudum, quod ad dominum tranſit, propter delictum tamdiu apud eum manere debere, quàmdiu ſupereſt vaſallus delinquens. Pro quo facit etiam, quod de marito, cui feudum in dotem datum fuerat, traditur, bonis ejus publicatis, feudum tantiſper ad fiſcum tranſire, donec maritus ſupereſt, *ut docet Joann. Blanc. libr. 2. cap. 5. de cauſis propter quas jus domini, quod habet in feudo, amitt. n. 8. quem refert Marin. Frecc. de auct. & poteſtate Baronis. lib. 2. auctor. 29. n. 2.*

Septimò †ſententiam noſtram probat etiam textus *in d. c. fin. de capitul. Conrad.* quo etiam Andr. de Iſern. nititur. disertè enim ibi diſponitur, clerico adminiſtratore Eccleſiæ ob culpam amittente feudum, quod tum eo vivente,& Eccleſiaſticum beneficium habente, ad regem illud pertineat: eo verò mortuo ad ſucceſſorem ejus revertatur. Neque refert, quod, ut ſupra conſideravimus, textus ille de perſona Eccleſiaſtica loquatur, cujus ſucceſſor ob factum anteceſſoris minus præſtare tenetur,quàm laicus. 42

Nam† ad agnatos quod attinet,nulla, quò ad hoc propoſitum, poterit reddi probabilis diverſitatis ratio inter illos, & ſucceſſorem in dignitate Eccleſiaſtica: quippe cum agnati facto defuncti vaſalli nō magis obſtringi poſſint, quàm ſucceſſor in beneficio Eccleſiaſtico facto anteceſſoris ſui. 43

Sicut enim hic non ab anteceſſore ſuo,ſed ex electione beneficium obtinere cenſetur: ſic etiam agnatus feudum minimè à proximè defuncto,ſed beneficio primi acquirentis conſequitur. Ut ita utrobique eadem ſubſit juris ratio, quæ efficit, ut neuter factum ſive delictum defuncti præſtare teneatur.

Quod verò textus non ſolum conſiderat perſonam delinquentis, ſed & Eccleſiam, utrum huic etiam hoc

Digitized by Google

beneficium conceſſum ſit: neq; probabilem aliquam diverſitatem inducere poterit inter caſum illius textus, & propoſitum noſtrum.

Nam ideo Eccleſiam in conſideratione habet, quoniam ſi perſonæ ſimpliciter, non autem Eccleſiæ etiam beneficium conceſſum eſſet, tum perſona delinquente, beneficium omnino ad dominum reverteretur, nemine exiſtente, qui poſt mortem delinquentis aliquod jus ſibi in beneficio illo vendicare poſſet. Quæ enim perſonæ conceſſa ſunt beneficia, unà cum perſona extinguuntur. *l. Quia tale. ſolut. matrimon. l. Cum patronus de legat. 2. l. in omnibus cauſis. l. Privilegia quædam. de reg. jur.*

Ut igitur ſucceſſori in dignitate illa jus aliquod ad beneficium iſtud competere poſſit, ideo requiritur beneficium Eccleſiæ quoque conceſſum eſſe, atque adeò non hanc ob cauſam conſideratur Eccleſia, quaſi minus poſſit præjudicari Eccleſiæ, quam laicis, ſed ideo ſolum, ut beneficium, quod alioqui cum perſona extingueretur, ad ſucceſſorem tranſeat. Ex quo porro efficitur, nihil peculiari ratione ibi in Eccleſia ſtatui, ſed diſpoſitionem illius textus, quatenus amiſſionem feudi reſtringit ad tempus vitæ delinquentis, in omnibus aliis caſibus locum obtinere, in quibus quis alioqui ſucceſſorem habet, ad quem feudum ita tranſit, ut non ab ipſo, ſed ab alio iſtud conſequi cenſeatur.

Dubium autem non eſt, agnatis in feudo ex ex beneficio primi acquirentis jus eſſe quæſitum, ita ut feudum, defuncto vaſallo, proprio jure obtineant.

Sequitur igitur, etiam ad illos poſt mortem delinquentis feudum reverti. nam quod in caſu illius textus efficit Eccleſiæ conſideratio, ut videlicet beneficium etiam ſucceſſorem ſequatur, hoc in propoſito præſtat pactum primi acquirentis.

Quod autem ibi generaliter definitur, feudum vivo delinquente ad dominum pertinere, neque diſcernitur, utrum delictum in dominum ſit commiſſum, nec ne, quemadmodum in laico, ut ſupra diximus, diſtinguitur, ejus hæc poteſt eſſe ratio, quia, cum feudum hoc non ſolum Eccleſiæ, ſed principaliter adminiſtratori Eccleſiæ conceſſum ſit, quamdiu is dignitate hac fungitur, nullus alius in medio exiſtit, qui adminiſtrationis ratione aliquod jus in feudo iſto ſibi vendicare poſſit, quemadmodum contingit in aliis feudis, ubi ſtatim, poſtquam extinctum eſt jus poſſeſſoris, incipit jus agnatorum.

Eccleſia enim ipſa hoc contenta eſſe debet, quod ſciat, hoc beneficium adminiſtratori conceſſum, integrum eſſe novo ſucceſſori. ſed cum hæc ſpecialitatis ratio ſolum hoc reſpiciat, utrum feudum, vivo delinquente, ſtatim ad proximum agnatum pertineat, an verò demum poſt mortem: inde ad quæſtionem illam, ad quem feudum poſt mortem delinquentis devolvatur, nihil inferri, neque hoc caſu aliqua inter Eccleſiam & laicum conſtitui poterit diverſitas, cum præſertim hoc caſu, defuncto videlicet delinquente, non ſolum hæc diverſitatis ratio penitus ceſſet, ſed & novo ſucceſſore electo, utrobique eadem ſubſit ratio (ut paulò ante diximus) propter quam feudum ad ſucceſſorem ejus revertitur, *juxta d. §. fin.*

Quin potius cum ex hac ipſa conſideratione appareat, eo in caſu, ubi demum poſt mortem delinquentis feudum ad ſucceſſorem pertinere poteſt, nullam poni differentiam, utrum in dominum, vel alioqui delictum commiſſum ſit, ſed generaliter definiri, quod feudum poſt mortem delinquentis ad ſucceſſorem revertatur, *ut dilucidè aſſeritur in d. §. fin.* utique ex hoc ipſo magis veriſimile redditur, differentiam illã, quæ inter delicta in

ſta in dominum vel extraneum commiſſa conſtituitur, in eo tantummodò conſiſtere, quod hoc caſu, videlicet quando in extraneum peccatum eſt, feudum ſtatim ad agnatos devolvatur: in illo verò, quando delictum domini perſonam reſpicit, non mox, ſed tandem poſt mortem delinquentis: & quod propterea hæc differentia minimè eò extendi poſſit, quaſi agnati etjam poſt mortem delinquentis jure ſuo privari debeant.

44 Octavo † hiſce adminiculatur, quod illi ipſi, qui primam tenent opinionem, eam reſtringunt, ut locum non habeat, quando feudum ita eſſet conceſſum, ut de uno in alium tranſiret, vel quando eſſet conceſſum generi, *ut poſt Bald. in d. c. 1. Si vaſallus feudo privetur, & in d. c. 1. de vaſall. qui contra conſtit. Lothar. & Alvarot. in c. 1. §. fin. quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. docet Curtius junior in 5. parte principal. in princ. n. 3.*

Nam vel hinc manifeſtum eſt, in feudo ex pacto & providentia huic opinioni locum non eſſe, neque delictum unius alteri obeſſe poſſe, cùm regulariter hujus generis feuda de uno in alium conceſſa videantur, ut in prima quæſtione probavimus.

Quo argumento utitur Camerarius *in cap. 1. verſ. oppono primò, num. 34. An agnat. vel fil.* inde inquiens, quod, etſi hoc alioqui non probaretur, tamen ex neceſſitate terminorum, & limitationis eorum ita dicendum eſſet.

45 Nonò † in hanc ſententiam non leve argumentum præbat textus *in c. Extraordinar. §. fin.* quod ut oſtendamus, ſciendum, textum illum, ut in rebus, quæ non admodùm curantur, facilè contingere poteſt, in plerisq; libris mendoſum eſſe, & ita legi.

Dicimus autem, ad dominum non pertinere, donec aliquis maſculus ex delinquente vaſallo ſupereſt, cùm tamen demta dictione (non) affirmativè ita legendum ſit.

Dicimus autem, ad dominum pertinere, donec aliquis maſculus ex delinquente vaſallo ſupereſt, *ut rectè animadvertit Cujacius,* & ex eo veriſimile ſit, dum Alvarott. & quidam alii textum illum in hanc ſententiam adducunt.

Nam hoc ipſo teſtatum faciunt, in libris ipſorum abſuiſſe negativam illam, cùm alioqui, ſi ea addita fuiſſet, non ſolùm non hoc, quod ipſi inde colligunt, ſed potiùs contrarium ejus probaretur, videlicet, quàm diu aliquis maſculus ſuperſtes eſt, feudum ad dominum non pertinere, quod ipſos, ſiquidem negativam appoſitam habuiſſent, in libris ſuis non vidiſſe credibile non eſt. Præterea ſi retinenda eſſet illa negativa, tùm textus ille probaret, feudum amiſſum ob culpam in dominum perpetratam ad filios magis devolvi, quàm ad dominum: atq; idcircò multis juris feudalis capitulis reclamaret, quæ clarè docent, hoc caſu feudum, excluſis deſcendentibus, ad dominum reverti.

Et ne quis fortè hoc acceptum referat capitulis extraordinariis, quaſi mirum non ſit, eadem minùs recepta pugnare cum jure noſtro feudali: eadem ratione adverſaretur illis, quæ in capitulis extraordinariis dicuntur, ut apparebit ex iis, quæ mox in decimo fundamento ſubjungemus.

Quinimò textus ille ſibimetipſi non ſatis conſtaret, dum propoſita facti ſpecie de agnatis altercantibus cum domino, deinde de filiis tantùm reſponderet. Verba enim illa, (donec aliquis maſculus ex vaſallo delinquente ſupereſt) non niſi de filiis intelligi poſſunt, cùm hi modò, non autem agnati ex illo deſcendere cenſeantur.

Ut igitur verba illius §. tùm juri noſtro feudali, cùm reliquis capitulis extraordinariis, tùm etiam ſibimetipſis conveniant, neceſſe omninò eſt, ut è medio tollatur illa negativa, atque ita legatur. Dicimus autem, ad dominum pertinere.

Digitized by Google

Quo ita firmato, textus ille ſatis probat, feudum amiſſum ob delictum in dominum deſignatum, tamdiu ad dominum pertinere, quoad delinquens & deſcendentes ejus vivunt: hiſce verò vita evocatis, non amplius ad dominum ſpectare, ſed ad agnatos devolvi, & licet deinde ſubjungat, alios contradicere, tamen auctorem hujus textus nihilominus adhærere priori opinioni, dilucidè ex eo liquet, dum in prima perſona loquens, Dicimus, (*inquit*) ad dominum pertinere. Neque fidem huic textui derogat id, quod de exigua auctoritate capitulorum extraordinariorum in medium affert Curtius.

Nam etſi non negem, ea tanti ponderis non eſſe, ut inde contra capitula juris feudalis in certum volumen relata argumentum deſumi poſſit, nihil tamen impedit, quò minùs capitulis illis extraordinariis pro declaratione eorum, quæ jure feudali aliquantò obſcuriùs tradita ſunt, utamur: quippe cùm etiam jura, quæ correcta & penitus ſublata ſunt, hunc nihilominus uſum habeant, ut ex iis jura nova declarare liceat, *ut not. gloſſ. & Bart. in l. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ. & in l. 1. in fin. princ. de conjung. cum eman. lib. Felin. in c. 1 col. 6. n. 5. de conſtit. cum aliis, quæ ſupra quæſt. 13. de auctoritate horum capitulorum diximus.* Id quod in propoſito vel ideò magis locum habet, quia id ipſum, quod ex illis capitulis deſumitur, ipſius juris feudalis rationib. tùm naturali etiam æquitati conſentaneum eſt, ut paulò antè oſtenſum fuit. Rectè itaque dixit Camerar. *in d. c. 1. An agnat. verſ. oppono primò, num. 28* quod, etſi capitulum iſtud nunquam extaret, tamen doctores, qui interpretandi auctoritatem habent, poſſint & debeant ſic interpretari.

46 Decimò † idem clariùs etiam probatur *in §. cùm feudum hereditarium: in d. cap. extraordinar.* cujus hæc ſunt verba. Cùm feudum hæreditarium uni ex cohæredibus propria culpa auferatur à paribus per judicium, cæteris non præjudicat. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo eo, & ejus hæredibus, feudum ad cæteros venire non intelligatur. Ecce textus iſte dilucidis verbis inquit, culpam vaſalli cæteris agnatis non præjudicare, quò minùs defuncto eo, & hæredibus ejus, feudum ad ipſos devolvatur.

Illum verò de culpa in dominum commiſſa capiendum eſſe, ex eo manifeſtum eſt, quod additur: vivo tamen delinquente ad agnatos feudum non venire. Nam ſi in extraneum peccatum eſſet, cùm etiam vivo delinquente ad agnatos pertineret. Cumq; hæc verba textus dilucida atq; aperta ſint, & rationibus, quas tàm ex jure feudali, quàm ex ipſa naturali æquitate deſumtas ſupra adduximus, optimè conveniant: ea ſanè haud paulò magis quem movere debent, quàm quæ commentatores ex proprio ipſorum cerebro, contra juris tàm feudalis, quàm naturalis rationes effinxerunt, quicquid alioqui ad imminuendam auctoritatem capitulorum extraordinariorum in medium afferri poſſit, de quo copioſiùs egimus *quæſt. 13.*

Undecimò opinio hæc vel eò magis amplectenda videtur, quoniam hac ratione tàm domino conſulitur, ut is injuriæ ultionem nanciſcatur, quàm etiam agnatis, ne indebitè jure ipſorum priventur. In dubiis enim ea ſemper tenenda eſt opinio, per quam utriq; parti conſulitur, *l. 1. ſi quis cautionibus, ibi, uterq. litigatorum: & in l. Ex his, ibi, quia ea ratione nemo fraudatur: de his quæ in fraud. creditor. l. de die, Qui ſatisdar. cog. l. Etſi poſt tres, ſi quis caution. Joh. Thomas Minado. in conſtit. in aliquibus, §. Tertiò nota. n. 65.* Deniq; ne auctoritate etiam deſtituamur, ſententia iſta claſſicorum interpretum ſuffragiis eſt ſuffulta. Eam enim non ſolùm magnus ille feudiſtarum auriga Andr. de Iſern. *in loco ſupra adducto* docuit, ſed idem etjam ſen-

Digitized by Google

jam ſenſit antiquus & celebris feudor. doctor Jacob. de Ardizo *in cap. 135. verſ.* Item ſciendum eſt, quod, ubi vaſallus amittit feudum, ſed expreſſim (inquit) videtur dicendum, ubi culpa vaſalli auſertur ei feudum, ſive deliquerit contra dominum, ſive aliâs, quod vivente vaſallo delinquente, & ejus filiis maſculis, ad quos aliâs deberet pertinere, ad dominum debet pervenire, ſed cohæredibus non præjudicat, niſi ad tempus, dum delinquens & ejus filii ſuperſunt. *Hæc ille.* Quæ verba ſupra in prima concluſione latius explicavimus.

Ab hac etiam ſententia non videtur fuiſſe alienus Alvarott. *in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſ. beneſic. amitten. eandem ſecutus eſt Matth. de Afflict. ibidem, num. 2. & in c. 1. num. 6. ſi vaſallus feud. privet. ubi eam omninò tenendam eſſe ait, & in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. Idem etiam diſertè aſſeruit Bald. in l. lege duodecim tabularum, C. de legit. hæred.* inquiens illud, quod dicitur dominum debere ſuæ injuriæ habere ultionem, verum eſſe in vita delinquentis, *arg. l. Peto, §. prædium de leg. 2.* nec refert, quod is in locis ſupra adductis aliter ſentire videatur, quoniam, *ut ait Matth. de Afflict. in d. §. fin. nu. 2. Quæ fuer. prima cauſa beneſic. amitt. Bald.* ibi non videtur firmare pedes. Hiſce adſtipulatur etiam Camerar *in c. 1. verſ. oppono primò, An agnat. vel fil. ubi n. 30. & 34. hanc opinionem communem* & propterea in judicando amplectendam eſſe aſſeverat. Eandem tenuit Marin. Frecc. de auctoritate & poteſtate Baronis, lib. 2. auctorit. 29. n. 1. addens, ita fuiſſe judicatum in regia Camera, Capitius in c. Imperialem, col. 259. quos refert & ſequitur Joh. Thom. de Marin. in d. tit. 2. de feudo ex pacto & providentia antiquo, nu. 88. exiſtimans, ab hac opinione minimè recedendum eſſe, & ſuffragatur etiam noviſſimè Cujat. de feu. lib. 3. tit. 2. & lib. 4. tit. 78.*

47 Sed † omnis difficultas in eo eſt, ut reſpondeamus ad textum *in d. §. deniq. & in d. c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui*, qui quidem primæ opinionis aſſertorum oculos perſtrinxerunt. Nos igitur, prætermiſſis illis, quæ ad hanc rem ſatis futiliter affert Marin. *in d. loco*, objectum iſtud duplici modo diſſolvi poſſe arbitramur. Nam etſi jura iſta generaliter loquuntur, feudum ob culpam vaſalli in dominum commiſſam aperiri domino, tamen cùm rationes ſupra adductæ exigant, hoc ita accipiendum, ut ſolummodo vivo delinquēte illud apud dominum maneat, eo verò defuncto, ad agnatum devolvatur, ex his ipſis rationibus verba generalia horum capitulorum meritò eandem interpretationē capient.

Regulariter enim quævis diſpoſitio, quantumvis ea generalis fuerit, ex ratione ejuſdem interpretationem & reſtrictionem recipit, *l. cùm pater, §. dulciſſimis, de leg. 2. l. adigere, §. quamvis, de jur. patron. l. milites agrum, de militar. teſtament.* Id quod in propoſito vel ea de cauſa magis locum habet, quia non ſolùm ratio idem ſuadens *in d. §. fin.* eſt expreſſa, quod ad interpretanda verba plurimum momenti habet, *l. fin. de hæred. inſtit. not. Bart. in l. Ambitioſa, de decr. ab ordin. fac.* ſed hoc ipſum etiam dictat naturalis ratio, quæ ejus eſt potentiæ, ut, ne violetur, verba quantumvis præciſa etiam contra propriam ſuam ſignificationem reſtringenda & temperanda ſint, *l. ſcire oportet, §. aliud autem, de excuſ. tutor. l. In ſumma, §. Idem Varus de aqu. pluv. arcend. l. ſi cui de ſervit. l. Salvius, de legat. præſtand.* non enim oportet jus civile calumniari, neq; verba ejus captari, ſed qua mente quid dicatur, animadvertere, *ut ait JCtus in l. penult. ad exhibend.*

Quinimò interpretationem iſtam etiam verba ejuſdem §. *fin.* ſupra conſiderata adjuvant, & deniq; hoc ipſum in aliis etiam juris feudalis capitulis ita expreſsè deciſum reperitur.

Meritò itaq; ſecundùm illa, quæ alibi planiùs explicantur, verba *d. §. fin.* intelligenda erunt.

Lex

Digitized by Google

Lex enim una plerunq; declarat aliam, *l. Non eſt novum, de LL.* præſertim verò ad jura, quæ magis diſtinctè loquuntur, alia generalibus verbis utentia accommodanda, & ſecundùm illa interpretanda ſunt, *ut docet Bartol. in l. Non dubium, num. 9. C. de LL. cum ſimilib. ſuprà num. 21. adductis.*

48 Deinde † advertendum, in hoc genere duas eſſe quæſtiones, quæ cùm inter ſe penitus ſeparatæ ſint, tamen ab interpretibus in propoſito iſto perperam confunduntur. Quandoque enim quæritur, feudum ob culpam vaſalli apertum ad quem pertineat: quandoque verò de eo agitur, quàm diu apud illum, cui apertum fuit feudum in præjudicium aliorum, permanere debeat.

Quas quidem inter ſe plurimum diſtare, atq; propterea ex diverſis fontibus & rationibus definiendas eſſe, rem ipſam auctorem habemus, modò in dictis capitulis de eo duntaxat agitur, feudum ob culpam apertum utrum ad dominum, an verò ad agnatos tranſmitti debeat: de eo verò, quàm diu apud dominum manere debeat, & utrum agnati propterea jure ſuo priventur, in illis textibus ne verbum quidem reperitur: minimè igitur hoc ex hiſce capitulis definiri poterit, ſed potiùs tanquam caſus omiſſus ejus deciſio aliunde atque adeò ex his ipſis rationibus, quas paulò antè conſideravimus, petenda erit, tùm quia juris feudalis placita utpotè à conſuetudine profecta ſtrictè ſunt accipienda, neque ultra caſum, quem verba expreſsè deſignant, extendenda, *c. 1. de cognit. feud. & ibi not. Dd. c. Quod tranſlationem & ibi Abb. de offic. leg. Bart. in l. poſt dotem, col. penult. ſolut. matrim.* tùm etiam quia à ſeparatis nullum argumentum rectè deduci poteſt, *l. fin. de calum. l. ſi maritus, C. de donat. inter vir. & uxor.* tùm deniq; quia vel maximè, ubi de juris alicujus privatione agitur, ea nunquam eſt admittenda niſi expreſsè cautum reperiatur, *§. cùm igitur, verſ. non eſt lex. Auth. de non eligend. ſecund. nub.* Ut proinde ſæpè dicta jura huic ſententiæ noſtræ impedimento non ſint, quin potiùs illa rectè conſiderata eandem magis probent, & confirmatur inſuper interpretatio iſta ex iis, quæ ſupra *num. 41.* circa textum, *§. Cornelio, l. Statius, de jure fiſci.* diximus.

Ex † quo ſimul etiam tollitur ratio, 49
qua primæ opinionis aſſertores eidem fucum inducere conantur. Cùm enim hoc, quod ipſi ex illis textibus colligunt, minimè probetur, non neceſſe eſt, nos etiam de ratione ejuſdem valde eſſe ſolitos: cùm præſertim hæc eadem nullo probabili fundamento juris ſit ſubnixa, *ut ſupra latius oſtenſum fuit.* Rectè itaq; dixit Camerarius *in d. c. 1. verſ. oppono primò, numero trigeſimo quarto, An agnat. vel filius* quis revelavit eis, quod à principio conceſſionis feudi videatur actum, quod uno exiſtente infideli in dominum, debeat reverti in præjudicium aliorum: nam videmus, in uno homine infideli reſpectu partis feudi, quod in alia parte ei non nocet, *ut in c. illud, quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt.* Si igitur hoc in una perſona, quæ infidelis eſt, non conſideratur, quomodo conſiderabitur in diverſis perſonis? *Hæc ille.* Ex quibus apparet, eum, cùm ex profeſſo hanc materiam tractaret, longè aliud ſenſiſſe, & rectiùs ea de re judicâſſe, quàm cùm in aliam materiam intentus obiter tantùm eam attingeret, ut in loco ſupra citato factum videmus.

Minùs obſtant auctoritates aliorum, qui primæ opinioni fuerunt ſuffragati: nam ſi cum illis contulerimus auctoritates aliorum, qui nobiſcum faciunt: hi ſanè illos, ſi non numero, ſaltem pondere longè ſuperabunt. Non enim, *ut inquit Camerar. in loco paulò antè citato,* curandum de recitatoribus & conſulentibus, quoniam conſulentes pecunia obcœcantur, alii ex debilitate ſtomachi, quæ in feudis ſunt.

Digitized by Google

ſunt, non digerunt. Maximè verò quia ultima ſententia optimis atq; firmiſſimis tàm juris feudalis, quàm ipſius naturalis æquitatis rationibus eſt fundata: contra verò opinio illorum cum multis illius juris capitulis, quin etiam cum recta ratione pugnat.

50 Nam † in dijudicando quæ nam opinio ſit communis, non nomina commentatorum tantùm ſunt enumeranda, quippe cum illis plerunq; id, quod regalibus avibus, contingere ſoleat, ut unum prævolantem reliqui alatis pedibus ſequantur, *Dec. conſil. 481. incip. In caſu ad me tranſmiſſo, nu. 12. & conſil. 479. col. 1. conſil. 176. incip. viſo themate, n. 6.* ſed potiùs quæ fuerit ſingulorum auctoritas, quibusve nitantur rationibus, recto judicio expendendum, & neglecta caterva eorum, qui rapidi inſtar fluminis, in quaſvis tantùm non abſurdas opiniones prolabuntur, illa opinio pro communi reputanda, quæ melioribus rationibus eſt fulta, *l. 1. §. ſed neq; C. de vet. jur. enucl. Clem. 1. in fin. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. c. ſuborta, ibi, efficaciorib. rationib. de re judic. l. ob carmen de teſtibus, l. ſed licet, §. ſubtilius de condict. ob cauſam:* vel quam ſanior interpretum pars eſt amplexa, *c. In canonicis ſcripturis, 19. diſtinct. l. divi. de jure patron. l. pen. C. de condict. indeb. Angel. in l. ſi idem cum eodem, §. fin. de juriſd. om. jud. Abb. in c. prudentiam: de offic. deleg. cum ſimilibus.* Hiſce itaq; omnibus adductus planè exiſtimo, quotieſcunq; vaſallus ob culpam in dominum commiſſam feudo cadit, quod tùm iſtud quidem domino aperiatur, ita tamen, ut tantiſper teneat, quoad delinquens ſuperſtes eſt: eo verò defuncto, ad agnatos proprio ipſorum jure ſuccedentes devolvatur.

51 Eſtq; † hoc ita accipiendum, ut feudum non ſolùm vivo delinquente, ſed & quamdiu deſcendentes ex eo in humanis agunt, ad dominum pertineat.

Hoc enim dilucidè probatur *in d. c. cum feudum hæreditarium, & in d. §. fin. in cap. Extraordinari.* & hanc habet rationem, quoniam, quemadmodum vaſallus alienando non ſolùm proprium ipſius, ſed & filiorum jus in emtorem transferre cenſetur, ita ut agnatus ſuperſtitibus filiis feudum proprio jure ſine precio revocare non poſſit, *c. Titius, Si de feud. defunct.* ſic etiam ob delictum ab eo in dominum admiſſum non modò jus ejus, ſed & filiorum in dominum tranſire, ita putatur, ut agnatus interim ad iſtud aſpirare non poſſit.

Agnatus enim ex pacto anteceſſorum demùm poſt mortem ejus, qui ipſo gradu proximior eſt, ordine ſucceſſivo vocatus cenſetur, quemadmodum ſupra *quæſtione 6.* ubi de alienatione egimus, copiosè demonſtravimus. Quare ſicuti delinquente in medio conſtituto, non habet, quod conqueratur de domino feudum obtinente, ut paulò antè diximus: ita nec etiam ullam conquerendi juſtam habere cauſam poterit, extantibus filiis ejuſdem, utrobiq; eadem ſubſiſtente juris ratione. Ideoq; etiam Andr. de Iſernia, Matth. de Afflict. & reliqui in locis ſupra adductis rectè hoc aſſeverârunt.

52 Denique † quæ hactenus de feudo ob culpam vaſalli aperto diximus, ea omnia de feudo ex pacto & providentia intelligenda ſunt, quemadmodum de hoc feudorum genere Interpretes citati diſertè loquuntur. Quod ſi verò de feudo hæreditario ageretur, & huic ea eſſet aſſcribenda natura, quam ex communi Interpretum ſententia illi ſupra *quæſtione prima, & 14.* tribuimus: tunc ſanè haud paulò aliter eſſet dicendum. Nam omnibus iſtis rationibus, quibus ibi firmavimus, agnatum vaſalli contrahentis facto devinctum eſſe, doceri etiam poſſet, eundem factum ejus delinquentis præſtare debere, *prout aſſeruit Matth. de Afflict. in d. c. 1. num. 6. ſi vaſall. feudo privetur: & Loffred. in conſil. 1. num. 143. ſentiens, hoc omni dubitatione exemtum eſſe.*

ADDI-

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

(a) IN *incommodum agnatorum cedat.*] Hanc quæſtionem ex profeſſo tractavit Fachin. *lib. 7. controverſ. cap. 20. 21. 22. 23.* qui cùm nulla nobis hac in re controverſia intercedit, ſed illud tantùm monendus lector eſt parenti iterum injuriam fieri, dum eum ſimpliciter illis accenſet, qui opinionem tertio loco poſitam tuentur.

Cùm tamen parens etſi aliqua in eam ſententiam afferat, tandem expreſsè profiteatur, ſe id in medio relinquere, & alibi pleniùs diſcutiendum reſervare, mox etiam ſubjiciat ex ſententia Iſerniæ ſe illa dixiſſe.

Cum igitur non tàm parentem quàm Iſerniam oppugnet Fachinæus, inſtituti noſtri ratio non patitur, ut defenſionem ejus ſuſcipiamus. Cæterùm hanc quæſtionem latiùs pertractârunt *Joſeph. Cunna. in repet. c. Si aliquem, verb. mortis, n. 16. Hartman. Hartm. pract. obſerv. tit. 54. obſervat. 27. Joh. Petr. Anchor. lib. 3. Quæſtion. famil. quæſt. 5. Alexand. Raudenſ. de analog. cap. 32. num. 49. & 61.*

Illa difficilis maximique momenti quæſtio eſt, an & quatenus agnatis per delictum vaſalli poſſidentis præjudicetur. In qua pater ita verſatus eſt, ut conſideratis rationibus, quibus tàm in affirmativam quàm negativam ſententiam moventur Interp. ipſe eorum partes complexus ſit, qui mediam quandam viam ſequuntur & ſtatuunt, ſiquidem delictum in dominum commiſſum ſit feudum ad ipſum non autem ad agnatos pertinere, ita tamen ut poſt mortem delinquentis jus agnatorum ſit integrum & feudum delinquente è medio remoto ad ipſos jure proprio revertatur.

Hanc ſententiam nullo quidem expreſſo textu niti fatendum eſt, ſed qui jus, quod agnatis in feudo antiquo competit, & multis textibus aſſeritur, diligenter cōſideraverit, is facilè intelliget, perquam iniquum eſſe, ut is, qui ne conſentiente quidem domino per quamcunque alienationem aut diſpoſitionem præjudicare mihi poteſt delicto ſuo, mihi noceat, & jus ſine facto ipſius quæſitum auferat.

Ut proindè, ſi nihil aliud eſſet, quod in hanc partem movere nos poſſet ipſa naturalis æquitatis ratio iis, quæ alias de jure agnatorum in feudis ſunt diſpoſita, planè conſentiens eò nos deberet adducere.

Quemadmodum hæc omnia à parente luculenter ſunt demonſtrata.

Videamus tamen, quid in contrarium afferat Fachinæus. Is verò eorum ſententiam amplectitur, qui feudum ob delictum in dominum commiſſum non tantùm delinquenti, ſed toti familiæ auferri ſtatuunt.

Cujus opinionis potiſſimum fundamentum in text. *c. 1. §. ult. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & cap. 1. An ille qui interfec. fratr. dom.* conſiſtit, eosque textus huic ſententiæ valdè affines eſſe negari non poteſt.

Præcisè enim & ſine ulla diſtinctione affirmant delicto in dominum commiſſo feudum ad ipſum, non autem ad agnatos pertinere.

Sed ut in toto jure civili ita præcipuè in conſuetudinibus feudalib. non verba tantùm captare, ſed mentem potiùs legiſlatoris, quæ à recta ratione nunquam ſolet eſſe aliena, ſequi debemus, ut parens, *numero quadrageſimo ſeptimo*, diligenter monuit, nec unquam

quam jure ſuo agnati privandi ſunt, niſi id expreſſa conſtitutione ipſis ademtum eſſe appareat.

Etſi igitur in illis textibus dicatur feudum vaſallo delinquente non ad agnatos, ſed ad Dominum pertinere, non tamen neceſſariò inde infertur agnatorum jus in feudo planè extinctum eſſe.

Sed commodam interpretationem verba recipiunt, ut id tamdiu obtineat, quamdiu delinquens vivit, ad quam interpretationem ipſa naturalis ratio, & juris civilis in terminis non multò diſparibus idem diſponentis imitatio.

Conſuetudo denique in feudis Eccleſiaſticis manifeſta lege ſancita nos adigit, cùm præſertim nec literæ ulla vis inferatur, nec aliquid in facto conſiſtens ſuppleatur.

Etſi enim textus id non dicit, tamen neque præcisè negat, ideò facilius verba ejus hanc interpretationem recipiunt.

Tot deniq; rationibus hæc ſententia à parente munita eſt, ut Fachinæus eas ne attingere quidem omnes auſus fuerit, ſed more ſuo Crambem bis coctam reponens ea, quæ jam dudum refutata ſunt, otiosè nulla nova ratione allata pro fundamentis ſuæ opinionis conſtituit, & argumentis ab ipſo parente jam dudum refutatis, ſententiam ejus oppugnat.

Quantum igitur ipſi hac in parte tribuendum ſit, quilibet intelligit potiorque nobis eſſe debet aliorum claſſicorum Interpp. auctoritas, qui ſententiam hanc ſine hæſitatione ſequuntur, quorum bonam copiam parens, *numero quadrageſimo ſexto*, attulit, iisq; addi poſſunt.

Illud hoc loco non incommodè adjiciendum eſt rectiſſimè à parente, *numero quadrageſimo quinto*, *ex text.* §. *fin. in capit. Extraordin.* negativam particulam expungi.

Quod ſi cui tamen eam planè eradere religio fuerit in leviſſima mutatione legere poterit. Dicimus autem nos ad Dominum pertinere.

Facilis enim eſt is particulis illis ſcribentium lapſus ideoq; minùs violenta reſtitutio.

Cæterùm hæc ipſa diſputatio in pleriſque locis Germaniæ, præſertim hodie ſupervacua videri poteſt.

Cùm enim Fachinæus & omnes ii, quorum ſententiam ipſe ſequitur, expreſsè fateantur, quoties agnatis ex proprio facto jus quæſitum eſt, puta ſi ſimultaneam inveſtituram ſive conjunctam manum geſambte Hand habeant, aut feudum familiæ & generi ſit conceſſum, tunc eis delictum agnati poſſidentis non præjudicare per ea, quæ tradit pater, *numero quadrageſimo quarto*, hodie autem paſſim in Germania receptum ſit, ut etiam in feudis antiquis agnati ſemper ſimultaneam inveſtituram petant, itaque proprio facto ſibi jus comparent, utique caſus ille, de quo loquuntur contrarium ſentientes, evenire facilè non poterit.

Ideoque tantò minùs de eo videtur eſſe laborandum.

(*b*) Quidam enim exiſtimârunt.] (*b*) Vide *Knichen de veſtiturar. pact. parte prima, capite ſecundo, numero centeſimo quinquageſimo, & ſeqq.*

Digitized by Google

QUÆSTIO XVI.

FILIIS UTRUM NOCEAT DELICTUM, SIVE IN DOMINUM, SIVE in alium à patre commiſſum.

SUMMARIA.

1. *Filios ob delictum patris à feudo penitus removeri jure feudali generaliter definitum eſt.*
Idq; locum etiam habet in feudo antiquo, num. 3.
2. *Filiis ſolum in feudo novo delictum patris obeſt, non autem in antiquo juxta Dyn. quod improbatur.*
4. *Delictum patris in feudo hæreditario duntaxat præjudicat filiis: ſecus in feudo ex pacto juxta Cyn. Sed hoc refutatur à Bartolo, num. 5.*
5. *Delictum patris, propter quod directò privatur feudo, nocet filiis: ſecus ſi in conſequentiam tantùm privandus eſſet ſecundùm Bart.*
6. *Bartoli doctrina in l. Eum qui, de interd. & releg. declaratur.*
7. *Delicta, ob quæ quis feudo privatur, & propter quæ iſtud alioqui publicatur, inter ſe differunt, quando quæritur, an delictum patris noceat filiis.*
8. *Delicta in dominum commiſſa nocent filiis, quod ſi aliàs peccatum fuerit, refert, utrum feudum filiis, an hæredibus ſit acquiſitum ſecundùm quoſdam: ſed hoc refutatur in ſequentibus.*
9. *Delictum in dominum commiſſum ſine diſtinctione perpetuò nocet filiis in feudo etiam ex pacto & providentia.*
10. *Diſtinctio inter feudum ex pacto & hæreditarium ad delicta in dominum patrata non pertinet. Contra Molinæum & Zaſium.*
11. *Delictum etiam extra perſonam Domini commiſſum nocet filiis etiam in feudo ex pacto.*
12. *Textus in c. Si vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. & c. ſi vaſall. feudo privetur, de feudo ex pacto intelligendos eſſe, non autem de feudo ſimpliciter conceſſo.*
13. *Cui per contractum præjudicari poteſt, eidem etiam per delictum, & numero vigeſimo tertio.*
14. *Delictum patris regulariter filiis obeſſe non debet.*
15. *Filiis in feudo pacto anteceſſorum jus eſt quæſitum: ſed hoc refutatur, num. 22.*
16. *Delictum patris in feudis cur noceat filiis, & num. 21.*
17. *L. Quiſquis, C. Ad l. Juliam Maieſtat. locum modò habet in crimine læſæ Majeſtatis.*
18. *Ratio eorum, qui putant filio propterea delictum patris obeſſe, quia cenſetur eadem perſona cum patre, & eo vivo jus quæſitum habet, improbatur.*
19. *Ratio Baldi improbatur.*
20. *Alia ratio ejuſdem refutatur.*
21. *Filius feudum contemplatione patris, & ejus beneficio conſequi cenſetur, non autem beneficio majorum, num. 22.*
23. *Pater ſicut delinquendo præjudicare poteſt filiis: ita multò magis contrahendo.*
24. *Feudum ob delictum dominó apertum apud dominum tamdiu manet, quàm diu filii delinquentis ſunt ſuperſtites.*
25. *Filiorū jus in feudis dependet à jure patris.*
26. *Dominus in caſu, quo feudum ob delictum ad agnatos devolvitur, filiis delinquentis gratiam facere non poteſt.*
27. *Filiis delictum patris non obeſt in feudis ipſis principaliter quæſitis.*
28. *Feuda ob filiorum merita conceſſa cenſentur ad eos principaliter pertinere.*
Vel quando principaliter de filiis dictum fuit, num. 29.
30. *Feuda conceſſa de uno ad alium an differant à feudo ex pacto.*
31. *Feuda, in quorum conceſſione nomina propria filiorum fuerunt expreſſa, an ad filios principaliter pertineant, ut his delictum patris non obſit.*
Et quid juris ſit in feudo conceſſo generi, numero trigeſimo ſecundo.
33. *Delictum patris non nocet filio in feudo avi viventis.*

Vaſal-

(a) VAſalli delinquentis *a* feudum, licet ad agnatos quandoq; pertineat, ut in proxima
1 quæſtione prolixè viſum fuit, filios † tamen ad id nullatenus admitti, ſed hoſce ob delictum patris à feudo penitus removeri, jure noſtro feudali generaliter definitum eſt, *in c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur, & in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. content. fuerit inter dominum & agnatos vaſalli.* Sed hanc etiam ſatis claram & dilucidam juris noſtri definitionem commentatores opinionum varietate involuerunt.

2 Nam † Dyn. *in c. Non debet aliquis. de reg. jur. lib. 6.* opinatus fuit, delictum patris duntaxat in feudo à patre quæſito, quod novum appellatur, filio obeſſe, ſecus autem in feudo ab avo, vel majoribus profecto, quod paternum ſive antiquum dicitur, *arg. l. eum qui de interdict. & relegat. id quod etiam generaliter tradidit Angel. in l. Adoptivum, §. fin. de in jus vocand.* verùm hæc ejus diſtinctio directò reclamat verbis, *d. c. 1. ſi vaſallus feud. privet. & d. c. ſi vaſallus culpam.* Hæc enim jura de feudo etiam paterno diſertè loqui, certo certius eſt.

3 Meritò † itaque hæc opinio ab omnibus eſt exploſa, generaliter exiſtimantibus, textus illos etiam de feudo antiquo intelligendos, & ſecundùm eos concludendum eſſe, quod etiam in antiquo feudo delictum patris obſtaculo ſit filiis, quò minùs ad feudum admittantur.

4 Cynus † autem *in l. 2. in fin. C. de libert. & eor. libe.* diſtingvit inter feudum, quod conceſſum eſt filiis ut filiis, quod vulgò ex pacto & providentia appellari ſolet, & feudum, quod filiis ut hæredibus quæſitum eſt, hæreditarium ab interpretibus dictum, atq; hinc exiſtimat, in hoc quidem caſu delictum patris detrimentum afferre filiis: ſecus autem in illo, *argumento d. l. Eum qui* à qua ſententia etiam non videtur fuiſſe alienus, *Bald. in d. c. 1. col. 3. in fin. verſ. Tertiò eſt conſiderandum, ſi vaſall. feud. privet. cui deferatur.* Idque ita generaliter in quovis delicto ſive in dominum ſive aliàs commiſſo ſecutus eſt etiam *Caſtrenſ. in conſil. 311. circa id quod primo, nu. 3. vol. 1. Roland. à valle in conſil. 29. incip. Quia decreto principis, num. 33. vol. 3. Berous conſil. 77. num. 21. & 22. & conſil. 78. num. 13. vol. 1. Burſatus conſil. 225. n. 187.*

Sed † Bart. *in d. l. Eum qui de interdict. & releg.* exiſtimat, hanc etiam diſtinctionem pugnare cum textu *in c. 1. Si vaſallus feud. privet. cui deferatur, & in d. c. 1. Si vaſallus culpam,* ideò ipſe diſtingvit inter delictum, propter quod vaſallus directò feudo privandus eſt, & inter delictum, propter quod demum in conſequentiam cadit ab illo.

In priore caſu, quando vaſallus tale quid peccavit, ut propterea ipſo feudo principaliter privandus ſit, quod tùm contingere ait, quando in dominum deliquit, vel aliquid facit contra conventionem, ſive naturam feudi, reprobata diſtinctione Cyni generaliter concludit, delictum patris indiſtinctè obeſſe filio, quò minùs ad feudum admittatur, *per d. c. 1. Si vaſal. feud. privet. cui deferatur, & d. c. ſi vaſallus culpam.*

At quando vaſallus ob delictum commiſſum tantummodò in conſequentiam amittit feudum, ut, quia neque contra dominum, neque contra promiſſiones factas in feudo peccavit, tùm demùm arbitratur Bartol. admittendam diſtinctionem Cyni, & ſecundùm eam differentiam conſtituẽdam inter feudum ex pacto & providentia & hæreditarium, ſive ſimpliciter conceſſum, ut paulò antè diximus.

Hanc diſtinctionem Bartoli ſecutus eſt Salicetus, *in l. 2. C. de libert. & eorum liber.* Nam etſi ibidem plura membra conſtituat, in effectu tamen ad hæc duo reliqua referri poſſunt.

Quod enim Bartolus vocat delictum, ob quod quis feudum demùm in conſequentiam amittit, hoc Salicetus no-

Digitized by Google

tus nominat delictum commune. Delictum verò feudale appellat, propter quod ſecundùm Bartolum feudum principaliter aufertur.

Eandem amplexus eſt Jacob. de S. Georg. in tractat. feud. in verb. Dictiq; vaſalli, numero ſexageſimo, & opinionem Bartoli
* *eſſe magis communem * & veriorem, à qua in judicando recedendum non ſit, teſtatur Alexand. in conſil. 30. incip. viſo themate, num. 4. lib. 6. quod etiam habetur in conſil. 60. lib. 3.*

6 Circa † doctrinam iſtam Bartoli, ut eam rectè percipiamus, advertendum non hanc eſſe ejus ſententiam, quod velit diſtingvere inter delictum in dominum vel alioqui commiſſum, quaſi uno caſu minùs noceat delictum patris filio, quàm in alio, ſed potiùs diſtinctionem collocat inter delictum, ſive culpam, ob quam quis ſecundùm jura feudalia feudo privandus eſt, & inter delictum propter quod ſecundùm jus feudale feudo quidem non orbandus, ſed alioqui ex juris civilis regulis feudum unà cum cæteris bonis publicandum eſſet: atque in priore caſu generaliter concludit, ſive delictum in dominum, ſive in alium ſit commiſſum, ſemper filiis nocere, modò ſit tale, ut propterea quis feudo privari poſſit.

In poſteriore demùm caſu, quando nihil tale eſt perpetratum, ut quis feudo exui queat, ſed alioqui feuda ob delictum commiſſum publicantur, admittit diſtinctionem Cyni, non autem in priore. Ut ita diſtinctionem hanc Cyni minimè ad caſum illum, quo delictum in alium, quàm in dominum eſſet commiſſum, ſed ſolummodo ad ultimum membrum ſuæ diſtinctionis accommodet, in priore interim membro generaliter concludens, quod, ſive delictum ſit in dominum, ſive in alium commiſſum, tamen ſemper obſit filiis.

Et hanc eſſe ejus mentem, quod videlicet in caſu, ubi vaſallus tale quid commiſit, ut feudo privandus veniat, non ſit diſtingvendum, utrum delictum in dominum vel in alium ſit admiſſum, & quod ea de cauſa utroque caſu filii ſine diſtinctione, quemadmodum feudum ſit conceſſum, excludantur, dilucidè apparet ex eo, quod in primo membro generaliter loquitur de delicto, propter quod quis directo, ſive principaliter feudo dejiciendus eſſet. Certum eſt enim, quod ſive delictum in dominum ſive in alium ſit commiſſum, ſi modò ſit tale, ut quis propterea ſecundùm leges feudales feudum amittat, is eo principaliter & directò privetur.

Deinde idem etiam ex hoc colligitur, dum in hanc rem exemplum affert de eo, à quo res tanquam ab indigno aufertur, Nam hoc ipſo teſtatum facit, quod generaliter loquatur de omni delicto, quo quis feudo indignus redditur: id quod ex quovis delicto, ob quod quis feudo privatur, contingit, ſive in dominum ſive in alium fuerit commiſſum. Præterea hoc magis elucet ex eo, quod in ſecundo membro de iis delictis loquitur, propter quæ non principaliter quis feudum amittit, ſed tantùm in conſequentiam.

Manifeſtum eſt enim, etſi in alium, quàm in dominum peccatum fuerit, ſi tamen ejuſmodi delictum ſit, ut quis feudo privari debeat, quod tamen feudum principaliter amittatur. Non igitur hoc ſecundum membrum de iis delictis intelligi poterit, quæ in alium, quàm in dominum ſunt commiſſa, ſed neceſſe eſt, ut iſtud ſecundum membrum diſtinctionis Bartoli ſolum accipiatur de iis delictis, propter quæ quis ſecundùm jura feudalia feudum non deperderet, ſed tamen juxta juris civilis regulas iſtud cum reliquis bonis publicandum eſſet.

Huic enim delictorum generi verba iſta Bartoli tantummodo conveniunt. Idq; inſuper exemplum, quod de Emphyteuſi ſubjungit, palã reddit, dum in

eo ad

Digitized by Google

eo ad ſimilitudinem ejus, quod de feudo dixerat, diſtingvit, utrum Emphyteuta ita peccet in contractum, ut jus ſuum amittat, an verò tale quid deliquerit, propter quod bona publicanda eſſent.

Ecce quod ſuprà in ſecundo membro appellaverat delictum, propter quod feudum principaliter non amittitur, hîc ſimpliciter dicit, propter quod bona publicanda ſint, ut ita ex hiſce evidens & in aperto ſit, eum in primo membro generaliter de iis delictis loqui, ob quæ quis feudo principaliter privandus eſſet: in ſecundo verò de eo, ubi quis feudum non amittit, ſed alioqui propter publicationem bonorum iſtud retinere non poteſt. Ideoq; Salicetus *in d. l. ſecunda, C. de libert. & eorum liber.* illa delicta, de quibus Bart. in primo membro loquitur, feudalia appellat, id eſt, ob quæ quis juxta naturam & leges feudorum privandus eſſet feudo, hæc verò, de quibus in ſecundo agit, nominat communia, id eſt, quæ alioqui privationem non inducerent, hoc ipſo ſatis declarans, hanc eſſe mentem Bartoli, ut à nobis jam fuit oſtenſum.

Eodem etiam modo doctrinam ejus interpretatus fuit Jacob. de S. Georg. *in d. verſ. Dictiq; vaſalli promiſerunt, n. 60.* dum ad ſecundum membrum Bartoli addit: puta, quia propter delictum per eum commiſſum ejus bona veniunt publicanda. Quod ideò non monendum ſolum, ſed pluribus etiam firmandum fuit, quoniam *Paul. de Caſtro in conſil. 162. incip. circa id quod primum quaeritur, in antiq. quod in novis eſt, conſil. 311. vol. 1. & compluxes alii, inter quos & Curtius jun. in tract. feud. part. 5. n. 13. (dum Paul. de Caſtro idem, quod Bart. ſenſiſſe exiſtimat) referendus videtur,* non advertentes ad verba Bartoli, opinati ſunt, eum inter delicta in dominum & alioqui commiſſa diſtingvere, & in poſteriore caſu admittere diſtinctionem Cyni, cùm tamen tantùm abſit, ut hoc ſentiat, ut etiam contrarium ejus manifeſtè doceat, generaliter cõcludens, quod ſive delictum ſit deſignatum in dominum ſive non, modò iſtud ſit tale, ut propterea quis feudo privetur, filiis noceat, quemadmodum ex iis, quæ modò diximus, manifeſtum eſt.

Ex † quo porrò conſectarium eſt, 7
quando quæritur, quatenus delictum patris noceat filiis in feudis, plurimum differre, utrum agatur de delicto, ob quod vaſallus feudo privatur: de quo in propoſita quæſtione potiſſimum agimus, an verò quæratur de ejuſmodi delicto, propter quod ſine feudi amiſſione bona & cum illis etjam feuda publicantur, *quemadmodum inter haſce quæſtiones diſtinxerunt Bartol. Salicet. in d. loco, & Jacob. de S. Georg.* qui poſtquam peculiariter egerat de delictis, ob quæ quis feudo removendus eſſet, in iisq; concluſerat, filiis illa obeſſe, deinde demum ſubjungit, generaliter de reliquis delictis; videamus nunc *(inquit)* generaliter, nunquid in materia feudali delictũ patris officiat filio. Hujus autem diverſitatis ratio in promtu eſt, quoniam in priore caſu, quando vaſallus feudum amittit, jure ſuo penitus privatur, ut nihil apud ipſum, quod ad filios, vel alios transmittere poſſit, remaneat, at in poſteriore caſu, licet propter publicationem bonorum quis poſſeſſione feudi cadat, nihilominus tamen jus ipſum feudi perſonæ ipſius adhærens, & *(ut noſtri loquuntur Interpretes)* in perſona ejus radicatum penes ipſum etiamnum reſidet, *ut not. Dd. in l. ſi finita, § ſi de vectigalib. de damn. infect.* Non mirum igitur, cur hæ duæ inter ſe differentes quæſtiones ſeparatam etiam tractationem & deciſionem habeant, quemadmodum poſt Frecciam quæſtione præcedente monuimus. Quod propterea diligenter notandum, ne haſce diverſas quæſtiones, quod multis contigit, confundamus. Et de doctrina Bart. hactenus: quæ quia à paucis animadverſa, magnam

 gnam

gnam lucem materiæ propoſitæ afferunt, ideò prætermittenda non duximus.

8 Sed † etſi hæc ita ſeſe habeant, nihilominus tamen alii imitantes quidem Bartolum, mentem autem ejus vix ſatis percipientes, diſtingvunt inter delictum in dominum commiſſum, & alioqui perpetratum, & in priore caſu, quando in dominum peccatum eſt, generaliter concludunt, delicta patris obeſſe filiis: at in poſteriore, quando videlicet aliter, quàm in perſonam domini quippiam eſt commiſſum, ob quod feudum amitteret vaſallus, tùm admittentes diſtinctionem Cyni, exiſtimant referre, utrum feudum quis ſimpliciter, ſive hæredibus quæſierit, an verò ſibi atq; filiis: atq; in illo quidem caſu concedunt, delictum patris damno eſſe filiis. Secus verò, quando in inveſtitura de filiis dictum eſſet: quoniam, inquiunt, tùm ex pacto anteceſſorum magis proprio jure ſuccedunt, quàm ut à patre cauſam habere cenſeantur. Par igitur eſt, ne jus hoc ſine proprio ipſorum facto ipſis auferatur. *Hoc docuit Paul. de Caſtro in l. Adoptivum, §. fin. n. 4. de in jus vocand. exiſtimans, hanc diſtinctionem colligi ex uſib. feudorum: & in d. conſil. 311. incip. circa id, quod primò quæritur, vol. 1. Roman. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. num. 19. de dam. infect. Joh. de Imol. in d. c. Ex parte, nu. 18. de feud. Curt. ſen. in conſil. 48. incip. Memoriæ recolendæ, col. antepen. verſ. Qui ad iſta reſponderi poteſt, Alex. in d. § ſi de vectigalib. col. 12. verſ. Adde etiam ſecundùm Imol. qui aſſerit, hoc alios ſcribentes tenere, & ſequitur Rum. in conſil. 23. incip. Quia in facto, vol. 5. & in conſil. 149. incip. In primis eſt videndum, num. 14. vol. 1. Zaſius in Epitom. feud. part. 10. §. Nunc ad ſecundum hujus tituli cap. verſ. Quò ad delicta, vel offenſas vaſalli, concluſ. 1. & Jul. Clar. in d. §. feudum, quæſt. 66. n. 6. Thom. de Marin. de feud. tit. 2. n. 86. & n. 68. Anton. Capit. in inveſtit. feudal. verſ. Feudatariorum delicta, Rolan. à Vall. conſil. 28. incip. Articulus, ſuper quo interrogatus ſum, nu. 22. & conſil. 29. incip. Quia decreto principis, n. 33. vol. 3. Goz. a conſil. 48. incip. Prima facie videtur dicendum, n. 14. Cephal. conſil. 241. incip. Prima facie videtur dicendum, n. 77. & ſeq. vol. Alex. de Nevo conſ. 91. n. 6. Burſatus in conſil. 225. n. 185. Opinionem hanc communiorem * appellans, licet interim hanc diſtinctionem etiam accommodet ad delicta commiſſa in dominum.* Verùm enimverò nos diligentiùs conſideratis, & juris feudalis placitis, & iis, quæ tàm illius juris, quàm etiam legum Interpretes frequentius de hac quæſtione tradiderunt, hanc generalem concluſionem conſtituendam arbitramur, *Quotieſcunque ob culpam aliquam commiſſam Vaſallus feudo excluditur, quod iſtud filiis etjam ejus noceat, ita ut hi ad feudum, licet in inveſtitura de filiis dictum, atq; feudum ex pacto & providentia fuerit, aſpirare nequeant, ſeu culpa domini perſonam reſpiciat.* Sive quodvis aliud delictum contractum ſit, quod privationis cauſam præbeat. (De hoc enim delictorum genere in propoſito duntaxat loquimur: idq; feudale Salicetus appellat.

Prima † hujus concluſionis pars, 9
quæ reſpicit delicta in ipſum dominũ commiſſa, *probatur diſertè in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & in d. c. 1. An ille, qui interf. fratrem domini ſui.* Nam cum hoc caſu etiam agnati non admittãtur, ſed feudum domino aperiatur, ut dilucidis verbis ibi deciditur utique multò magis filii excludentur. Neq; verò in filiis hoc obtinere poterit, quod in agnatis ſupra firmavimus, eos videl. tantiſper ſolum feudo carere, quantiſper delinquens eſt ſuperſtes tùm quia in jam citatis capitulis filiorum nulla penitus ducitur ratio, ſed tantummodò agnatorum, intelligendo nimirum id, quod de proximo & proximiore agnato dicitur de agnatis, quemadmodum pleriq; interpretari ſolent. Hoc enim ipſo ſatis deſignatur filios penitus à feudo excluſos eſſe: quippe cum neq; etiã, quando vaſallus

aliàs

alias quàm in dominum peccavit, eorum ulla habeatur conſideratio, ſed hoc etiam caſu de agnatis duntaxat agatur. tum propter generalitatem *d. c. ſi vaſallus. ſi de feud. defunct. content. ſit & de capit. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur*, ubi verbis admodum generalibus & univerſalibus dicitur, neque filium, neque deſcendentes ad feudum vocari, & filium ad id nullatenus pervenire poſſe. tum etiam propter exceptionem, quæ *in d. cap. 1. Si vaſallus feud. priv. cui deferatur*, additur, videlicet filios aliter non admitti, niſi gratiam faciente domino.

Si enim defuncto delinquente, aſpirare poſſent ad feudum, non neceſſe eſſet precibus hoc impetrare. *l. Unic. C. de theſaur. lib. 10 l. fruſtra. C. de re milit. libr. 12.*

Præterea quia *in d. capit. Si vaſallus culpam. & in titul. Si vaſallus feudo privetur.* etiam extantibus filiis agnati ad feudum admittuntur, usque eò, ut dominus in præjudicium agnatorum filiis gratiam facere non poſſit. nam vel ex hoc ipſo manifeſtum eſt, filios non ſolum vivo delinquente, ſed penitus à feudo excluſos eſſe: quippe cùm certo certius ſit in caſu, quo ad agnatos feudum devolvitur, iſtud apud eos perpetuò manere.

Deniq; hoc ipſum luculenter probatur *in* §. *Cum feudum hæreditarium &* §. *fin. in cap. extraordinar.* dum ibi dicitur, feudum tamdiu ad dominum pertinere, quàmdiu delinquens, vel ejus hæres vivit, & maſculus ex delinquente vaſallo ſupereſt, ut ita ex hiſce perſpicuum ſit, filios non ſolum vivo patre delinquente, ſed etiam eo defuncto à feudo penitus excludi, nec ullo modo ad id aſpirare poſſe.

Hæc autem jura non ſolum de feudo ſimpliciter conceſſo, ſed & de eo, quod quis ſibi & filiis acquiſivit, atque adeò de feudo ex pacto & providentia intelligenda eſſe docuerunt *Jac. de Belv. Andr. de Iſern. Alvar. Afflict. Præpoſit. Fr. Schenck. & deniq; omnes interpretes ibi*, inde generaliter concludentes, in feudo etiam ex pacto & providentia delictum patris eo, quo diximus, modo nocere filiis.

Id etiam ſenſerunt Bart. Salic. Paul. de Caſtro, Rom. Joh. de Imol. Alex. & Ruin. in locis antè adductis, qui, etſi in caſu, in quo delictum non in dominum eſt commiſſum, in contrarias diſcedant ſententias, tamen in hoc conveniunt, delictum in dominum deſignatum nocere filiis in quovis feudorum genere, ut planè ambigendum non ſit, hoc communi omnium, vel ſaltem paucis exceptis, plurimorum juſtiſſimo calculo receptum eſſe.

Erravit † igitur Molinæus in conſuetud. *Paris.* § *30. quæſt. 30. num. 133.* dum 10
ibi in fine diſtinctionem Cyni etiam ad hunc caſum accommodando, generaliter concludit, in feudo ex pacto, quod ipſe conventionale appellat, indiſtinctè quodcunque delictum, vel quamvis culpam non nocere, niſi committenti, & ad ejus vitam duntaxat, cum, ut ex jam dictis manifeſtum eſt, nemo pene interpretum hoc dixerit, ſed verè omnes in delicto contra dominum commiſſo contrarium aſſerant, & pauci admodum diſtinctionem hanc ad delicta extra perſonam domini perpetrata accommodaverint, de quo jam dicturi ſumus. Eadem ratione improbandum eſt etiam quod Zaſius in ſupra dicto loco hanc diſtinctionē generaliter ad quævis delicta refert, quemadmodum eum adducit Sonsbeccius *part. 13. nu. 6.* ideoq; opinionem Zaſii communiter receptam non eſſe, rectè dicit *Marin. tit. 2. n. 90.*

Alteram † concluſionis noſtræ par- 11
tem ad delicta, quæ perſonam domini non reſpiciunt, pertinentem dilucidè probat textus *in d. capit. Si vaſallus culpam.* ſi vaſallus (*inquit*) culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius neque deſcen-

dentes ad id feudum revocabuntur. Idem probatur *in c. 1. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur*, ubi dicitur: Vaſalli feudum delinquentis licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licitè acquirat, gratiam ſibi faciente: verbi gratia, ſi non ſint alii ex latere, quibus aperiatur. Nam quod jura hæc eo de caſu intelligenda ſint, quando delictum non in dominum ipſum, ſed alioqui commiſſum fuit, ex eo claret, quod agnatis feudum amiſſum aperiatur.

Si enim in dominum quid eſſet perpetratum, tum non ad agnatos, ſed ad dominum feudum pertineret, ut apparet ex *d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt. & d. c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui.* per quos textus jura iſta ita interpretantur omnes commentatores ibi.

12 Cumque † capitula iſta admodum generalibus verbis utantur, ideo etjam maxima interpretum pars ea generaliter intelligunt, partim non diſtingventes, utrum feudum filiis fuerit quæſitum, an verò ſimpliciter conceſſum *ut Jacob. de Belvis. in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt. Jac. de Ardizo in ſum. feud. cap. 135. verſ. Idem ſciendum eſt quod. Bald. in d. §. fin. in fine. Prapoſitus ibid. & in tit. Si vaſall. feudo privetur. Fr. Schenck. in d. locis* partim verò disertè aſſerentes, quod etſi feudum alicui atque filiis partum fuerit, tamen delictum patris noceat filiis, *ut expreſſè docuit Andr. de Iſern. in d. c. 1. in princ. ſi vaſ. feud. priv. col. 2. in princ.* ubi diſertis verbis inquit: quod ſi filii non ſint nominati in feudo, ita ut ipſorum contemplatione feudum conceſſum eſſe cenſeatur, tum, etſi de filiis dictum fuerit in inveſtitura, tamen quia nihilominus contemplatione patris feudum conceditur, culpa patris eis præjudicet. Idem aliquantò tamen obſcurius ſenſit *in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt*, generaliter inquiens, quod in omnibus culpis, propter quas perdit pater feudum, ſive ad dominum redeat, ſive non, ſemper filius privetur & puniatur. Item quod filius ex reatu & culpa patris ſemper repellatur. Iſerniam ſecutus eſt Alvarottus *in d. §. fin. concluſ. 8. & 11. & in cap. 1 ſi vaſallus feudo privetur. Matth. de Affl. in d. §. fin. n. 3.* ubi diſertè inquit, quod felonia patris noceat filiis, qualecunque ſit feudum: *& deinde numer. 4.* clarius ſubjungit, quod ſemper filii excludantur propter culpam patris, ſive culpa reſpiciat dominum, ſive alium, ſive feudum ſit hæreditarium, ſive ex pacto & providentia.

Item Jacob. de S. Georg. *in verb. dictiq; vaſali promiſerunt. numer. 59. & 60.* dum ibi non ſolum *num. 59.* generaliter & ſine diſtinctione concludit, deſcendentes propter delictum patris excludi à feudo, ſed etiam deinde *n. 60.* refert & ſequitur doctrinam Bartoli, de qua ſupra egimus.

Huic etiam ſententiæ ſubſcripſerunt *Sonsb. in tractatu feud. part. 13. nu. 6.* qui propterea confutat Zaſium aliter ſentientem, exiſtimans eum malè pro ſe allegare Bart. *Item Johann. Thom. de Marin. in tit. 2. de feudo ex pacto & providentia antiquo nu. 108. & ſeq. qui etiam nu. 90. dicit, hoc communiter eſſe approbatum. Eandem ſententiam in repetitionib. ll. amplexati fuerunt Bart. in d. l. Eum qui. de interd. & releg. quem hoc ſenſiſſe multis ſupra oſtendimus, & exiſtimavit etiam Sonsb. in d. loco. Bald. in l. Qui ſe patris. col. 6. verſ. Et collige argumentum. C. Unde liberi. & in l. 2. C de libert. & eor. liber. in princ. Ubi reprobata opinione Jac. de Aren. & Petri diſtinguentium, utrum filiis feudum conceſſum ſit, nec ne, dicit hanc eſſe ipſam veritatem, cumq; etiam ſequitur Salicetus. in d. l. 2. quemadmodum ſupra patefecimus. Idem tenuit Dec. conſil. 252. incip. Agitur cauſa magni ponderis. ſub num. 6. Nevizan. conſ. 10. incip. In cauſa horum nobilium. num. 16. Curtius ſen. conſil. 50. incip. Præſens conſultatio. num. 19. & conſ. 49. incip. Memoriæ*

recolen-

recolendæ Dux.n.25.Roland. à Vall.conſ.1. incip.In præſenti cauſa.num.30.& conſil.60. incip.In præſenti conſultatione nu.3. vol.3. Natta conſil.593.incip.Ad id de quo dubitatur.num.4. Joh.Baptiſt.Ferr.conſ.396. n.5. vol.2.

Ut proinde ex hiſce affirmare non dubitem, hanc doctrinam, quæ concluſioni noſtræ etiam in feudo ex pacto & providentia locum facit, communi interpretum calculo eſſe receptam, *id quod aſſerit etiam & multis congeſtu auctoritatibus confirmat Menochius conſil.99. num.144. & poſt eum Burſatius conſil.148. num.6.* Non igitur ab ea tam in judicando, quàm in reſpondendo recedendum erit, cum præſertim non ſolum itam dictis auctoritatibus, ſed etiam optimis ſuffulta ſit rationibus.

Primò enim ea dilucidè probatur verbis generalibus & univerſalibus *d. capit. Si vaſallus culpam. & d. titul. ſi vaſall. feud. privetur.* Nam cum hæc filios propter delictum patris generaliter excludant à feudo, neque diſtinguant inter feudum ex pacto & providentia, vel alio modo conceſſum; par eſt, ut generaliter etiam intelligantur, *l. de precio. de publ. l.1.§.generaliter. de legat. præſt.*

Deinde confirmatur ex eo, quod omnes interpretes, nullo diſcrepante, jura illa, quatenus de agnatis loquuntur, ſumunt de feudo ex pacto & providentia. nam vel ex hoc veriſimile fit, etiam ea, quæ de filiis ibi diſponuntur, in eandem ſententiam accipienda eſſe.

Præterea nos ſupra *quæſt.1.& 3.* multis oſtendimus, feudum ex pacto & providentia propterea, quia de filiis in inveſtitura dictum ſit, nullam novam qualitatem aſſumere, neque ab origine ſua degenerare, ſed priſtinam retinere naturam, atque propterea nihil penitus differre à feudo ſimpliciter conceſſo, & quod hinc etiam feudum ſimpliciter conceſſum rectè dicatur feudum ex pacto & providentia. Nulla igitur inter hæc duo feudorum genera probabilis poterit reddi diverſitatis ratio, quaſi de uno magis, quàm de alio textus illi ſint intelligendi, ſed dato, eos de feudo ſimpliciter conceſſo loqui, quemadmodum aliqui exiſtimant, ex hoc ipſo rectè colligitur, etiam de feudo ex pacto & providentia illos interpretandos eſſe, cum una & eadem ſit feudi ſpecies: quo argumento etiam ad propoſitum noſtrum contra Zaſium utitur Sonsbecc. *in d. loco.* nam etiamſi, inquit, pater acquiſiviſſet feudum pro ſe & deſcendentibus liberis, putarem tamen hoc non plus operari, quàm ſi ſimpliciter ſibi ſoli acquiſiviſſet, non habita mentione liberorum.

Nam quilibet præſumitur pro ſe ſemper & liberis acquirere, etiamſi non exprimatur, *cap.1. de duob fratrib. à cap. inveſtit.* quod etiam feudi natura requirit. *c.1. in fin. Quib. mod. feud. amitt. Hæc ille.*

Pro cujus confirmatione conſiderari etiam poteſt, quod, etſi magna inter commentatores ſit altercatio, utrū feudum ſimpliciter conceſſum ad feudum ex pacto, an verò ad hæreditarium ſit referendum, ut ſupra *quæſt.1.* prolixè vidimus: omnes tamen uno ore in eo conveniunt, non eſſe ex eo, quod feudum ſimpliciter conceſſum eſt, peculiarem feudi ſpeciem conſtituendam, ſed ad alterutram harum ſpeciem accommodandam, atq; idcircò omnia feuda, qualitercunque conceſſa, eſſe referenda vel ad feudum hæreditarium, vel ad feudum ex pacto & providentia.

Certum eſt autem, jura iſta de feudo hæreditario minimè intelligi poſſe, non ſolum quia genus hoc feudorum jure iſto penitus fuit incognitum, ſed & quia in feudo hæreditario delictum vaſalli etiam agnatis obeſſet, quod textus illi negant.

Neceſſe igitur omnino eſt, ut de feudo

feudo ex pacto & providentia accipiantur. Ex quo porrò ſequitur, opinionem illorum, qui putant, jura iſta duntaxat de feudis ſimpliciter conceſſis intelligenda eſſe, ſtante illa communiter approbata diſtinctione feudi hæreditarii, minimè ſubſiſtere poſſe, ſed hac ipſa diſtinctione refutari. Denique omnibus illis argumentis, quibus ſupra *quæſt. 13.* firmavimus, filium non poſſe revocare feudum ex pacto & providentia alienatum à patre, iiſdem etiam convinci poterit delictum patris ei obeſſe.

13 Cum † regulariter is, qui per contractum alicui poteſt præjudicare, poſſit etiam delinquendo. *l. omnem. cum ibi not. de judic. Bart. in l. Imperator. per illum textum. de fideicommiſſ. libert. Bald. in l. Emancipatum. de ſenatoribus. Alex. in conſil. 23. vol. 1. & conſ. 88. vol. 3. Curt. jun. in tract. feud. part. 5. num 13. in fin.*

Non obſtant huic ſententiæ auctoritates ſupra ultimo loco relatæ. Nam præterquam quod nullo probabili nituntur argumento illi, qui diſtinguendum opinantur inter feudum ex pacto, & ſimpliciter conceſſum, atque inſuper ex iis, quæ jam conſideravimus, facilè refutari poſſunt, manifeſtum eſt, etiam eos, dum pro ſe advocant doctrinam Bartoli *in l. Eum qui. de interdict. & relegat.* errore quodam in hanc opinionem fuiſſe prolapſos, cum tantum abſit, ut Bartolus cum ipſis faciat, ut penitus etiam contrarium docuerit, quemadmodum ſupra oſtenſum fuit.

Nemini itaq; non patet, quid ipſorum dictis tribuendum, & quantum ponderis auctoritatiſve habere poſſint, refragante præſertim communi interpretum ſchola: Quorum unanimi conſenſu approbatis atque receptis doctrinis omnino adhærendum, niſi ſolidis juris fundamentis contrarium doceatur. Hoc autem cum in propoſito impoſſibile fore arbitremur, nihil ſanè video, cur non ſecundum ſententiam, quam communem melioribus rationibus ſuffultam eſſe oſtendimus, tam judicandum, quàm reſpondendum ſit. Sed ſecundum iſta videndum nunc eſt, quæ ſit ratio ejus, quod delictum patris damno ſit filiis, etiam in feudo ex pacto & providentia.

Regulariter † enim crimen pater- 14
num nullam maculam filio infligit, ſed unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti objicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. *l. crimen. l. Si pœna. De pœnis. l. ſancimus. verſ. propinquos. Cod. Eod. titul. facit. l. Si quis in ſuo. in fin. Codic. de inofficios. teſtamento.* Id quod in propoſito vel ideo magis locum habere
videtur, quoniam † pleriſque perſua- 15
ſum eſt, filiis in feudo ex pacto & providentia eſſe jus ex ipſa inveſtitura quæſitum, ita ut feuda magis proprio jure obtinere, quàm à patre capere cenſeantur.

Nam hoc dato, videtur filiis delictum patris non magis obeſſe debere, quàm agnatis: quippe cum ratio, quæ efficit, ne agnatis noceat, hæc eadem etiam poſtulet, ne filiis obſit, neve adeò his proprium ipſorum jus ex pacto anteceſſorum quæſitum ſine facto eorum auferatur, aut odio illi alieno prægraventur. Quorum utrunque iniquum eſſe non ſolum juris noſtri auctores cenſuerunt, ſed etiam ipſa naturalis ratio cuivis ſano prædito judicio perſuadet. Atque hæc ratio potiſſimum perſtrinxit oculos eorum, qui à communi opinione propterea recedendum putarunt.

Omnis † igitur difficultas in eo 16
erit, ut ratio inveniatur, qua, cur ab hac communi regula in propoſito recedatur, oſtendi, ac ſimul etiam regulæ iſti ſatisfieri queat. Interpretes quidem varias hujus rei finxerunt rationes.

Primò † enim eam deſumunt *ex l.* 17
Quiſquis. C. Ad l. Juliam majeſt. Sed extra omnem controverſiam poſitum eſt, te-

eſt, textum illum propter ſceleris immanitatem ſpecialem habere rationem in crimine læſæ majeſtatis. Non igitur facilè ad alios caſus extendendus erit, & dato ſanè ad delicta etiam in dominum commiſſa jure quandoque accommodari poſſe, tamen ad reliqua, quæ in alium ſunt commiſſa, minimè pertinere poterit.

Quid enim quæſo atrocitas criminis læſæ majeſtatis habet commune cum culpa ſimplici, ob quam vaſallus feudo privandus eſt: quin potius manifeſtum eſt, hæc eſſe diverſiſſima.

18 Aliam † igitur adducunt rationem, exiſtimantes, ideo filium magis privari, quam agnatum, quia pater & filius cenſentur eſſe eadem perſona, & filius vivo patre, dominus eſſe videtur: non mirum igitur, cur ex delicto à patre vivente commiſſo jure, quod tum habere incipit, excludatur. agnati verò delinquente vivo, non erant domini, ideo privari non poſſunt jure, quod non habebant: *quam rationem ex ſententia Baldi refert Alvarott. in c. 1. col. 1. Si vaſall. feud. privet.*

Verum hæc etiam ratio admodum debilis & fragilis eſt. nam cum illa ex juris civilis regulis ſit deſumta, quæ docent, filium eandem cum patre reputari perſonam, & vivo patre dominum quodammodo bonorum paternorum cenſeri: par eſt, ut etjam ſecundum illas æſtimetur. Certum eſt autem, hanc rationem ſecundum jus commune ejus efficaciæ non eſſe, ut propterea filii eo, quod ad ipſos proprio jure pertinet, privari poſſint ob delictum parentis. *l. 3. de interdict. & relegat.*

Quare nec etiam hoc efficere poterit, ſiquidem, ut ſupra dictum fuit, conceſſerimus, ea ad filios proprio jure pertinere.

Deinde hoc ipſum, quod vivo parente filiis jus partum eſſe in hac ratione aſſeritur, ſuadere potius videtur, eos tanto minus jure ſuo privandos eſſe, quàm ut difficultatem ſupra motam tollat: quippe cum æquitatis ratio poſtulet, ne quis jure ſuo ſine proprio ipſius facto defraudetur: contrà verò agnati, ſi, ut in ratione illa præſupponitur, nihil juris in feudo haberent, vivo delinquente, tantò minorem viderentur habere conquerendi cauſam, ſi & ipſi à feudo excluderentur, ut ita ex ratione iſta ſequatur penitus contrarium ejus, quod inde colligunt interpretes.

Præterea falſiſſimum eſt, agnatis in feudo, vivo delinquente, nullum jus eſſe, cum ipſis ex pacto anteceſſorum jus quæſitum ſit, cujus vigore, vaſallo delinquente, feudum etiam, vivo eo, ad illos revertatur, ut probatur *in d. juribus, & omnes interpretes admittunt.*

Tertiò † Bald. *in l. Qui ſe patris, C. Unde liberi.* diverſas tradit rationes, ad eum caſum, quo in dominum delictum eſt commiſſum, & quando aliàs quid peccatum eſt. Atque in illo caſu ideo exiſtimat, filiis obeſſe delictum patris, quia propter culpam patris facti ſunt inimici domini. *argum. lege prima. Codic. Si quacunque præd. pot.* In hoc verò ideò, quia non eſſet pœna patri, ſi feudum tranſiret ad filium, cum ita gauderet de filio, ſicut de ſeipſo, nec dominus haberet meliorem vaſallum filium, quam patrem, & quia unum cenſetur utriusque patrimonium. *l. Nihil. §. facilior. ff. de bon. libert.* Sed & hæc ratio admodum futilis eſt, neque enim tam docet, cur meritò hoc caſu recedatur à regula ſupra adducta, quæ præcipit, delicta ſuos debere tenere auctores, alterum verò alterius odio minimè prægravandum eſſe: quàm illi directò adverſatur: quippe cum eadem ex naturali æquitate depromta hoc potius poſtulet, non eſſe alterum propterea ſine 19

ſine ſuo ipſius merito damno afficiendum, ut alter puniatur: pugnat enim hoc cum æquitatis norma.

Inſuper ſi rationem hanc ſecuti fuiſſent, hujus juris auctores, tum non neceſſe fuiſſet, filios penitus à feudo excludere, ſed illi ſatisfieri potuiſſet, ſi vivo patre delinquente filius non fuiſſet admiſſus. eo enim defuncto penitus ceſſat iſta ratio. Cum autem prorſus removeantur, etiam defuncto patre: manifeſtum ſanè eſt, rationem illam ad propoſitum noſtrum minimè pertinere.

20 Quartò †Bald. *in l.2.C.de liber.& eor. liber.* affert rationem magis veriſimilem, inquiens, in feudis hoc eſſe receptum propter naturam contractus. Nam ille, qui committit feloniam facit contra naturam contractus: unde ex tacita natura contractus redit ad dominum: quæ ratio etiam confirmari poteſt ex eo, quod ſupra diximus dominum concedentis feudum videri hanc conditionem & qualitatem adjeciſſe, & annexiſſe feudo, ut vaſallus culpam contra leges feudales committens, illo privetur. Sed neque hæc ratio, etſi aliquantò probabilior ſit, omni ex parte ſatisfacit.

Reſpicit enim duntaxat perſonam delinquentis: ad alios verò, qui proprio jure ad feudum adſpirare poſſunt, & nihil commiſerunt, extendi non poterit, quemadmodum ſupra quæſtione proxima, ubi de agnatis egimus, latius oſtenſum fuit.

Probavimus enim ibi, hanc rationem minimè præſtare hoc poſſe, ut ſucceſſores propterea ipſorum jure exuendi ſint, ſed potius hoc ratione iſta non obſtante ipſis ſalvum & integrum eſſe debere. Quare neque in filiis hoc efficere poterit, ut hi proprio ipſorum jure ideo privari queant, ſiquidem, ut plerique opinati ſunt, concesſerimus, ipſis perinde ut agnatis ex pacto anteceſſorum jus in feudo eſſe quæſitum. Quo dato, alia erit investiganda ratio, cur nihilominus in filiis aliter, quàm in agnatis ſtatutum ſit.

Idcirco † nos concluſionis noſtræ hanc genuinam eſſe rationem arbitramur, quam Andreas de Iſern & Alvarot. *in d.tit. Si vaſallus feudo privetur;* afferunt, exiſtimantes, ideo delictum patris nocere filiis, quoniam his cenſetur feudum conceſſum contemplatione patris, atq; adeò hi cauſam à patre habere, & ipſius beneficio feudum conſequi intelliguntur. 21

Hæc enim ratio concluſioni noſtræ optimè convenit; & omnem tollit difficultatem. Si enim filius feudum à patre capit, & ejus beneficio nanciſcitur, quid mirum, ſi patris delictum ipſi noceat? cum regulare ſit, ut filius omnia ea, quæ nullo ſuo proprio jure conſequitur, ſed à patre expectare neceſſe habet, non prius conſequatur, quàm is moriens ipſi reliquerit: ad ea verò, quæ vel contrahendo, vel delinquendo vivens in alium tranſtulit, minimè aſpirare queat.

Ne quis autem hujus rationis probationem longius quærat, illa, quemadmodum concluſioni noſtræ optimè congruit, ita ex textibus, quibus eam firmavimus, luculenter probatur. Nam cum hi manifeſtam conſtituentes differentiam inter agnatos & filios diſertè dicant, filiis delictum patris obeſſe, agnatis verò minus: utique ex hoc ipſo perſpicuum eſt, filiis non perinde ut agnatis ex pacto anteceſſorum in feudis jus eſſe quæſitum: (nam alioqui utrobiq; eadem ſubſiſtente ratione, idem etiam jus eſſet ſtatuendum.)

Sed potius filios, non conſiderato pacto anteceſſorum, feudum à ſolo patre ac domino concedente conſequi: cum præſertim, niſi hoc nobis detur, nulla commoda ratio, neque aliud quippiam pro interpretatione horum jurium in medium afferri poſſit,

Digitized by Google

poſſit, quod non regulis juris adverſetur, vel etiam ipſi naturali rationi obluctetur. Idq; ut clarum efficeremus, ideo alias rationes eo, quo paulò ante diximus, modo examinare viſum nobis fuit.

Probatur præterea hæc ratio, omnibus illis argumentis, quibus ſupra *quæſtione XII.* oſtendimus, filium debere factum præſtare parentis.

Nam ex hoc ipſo luculenter colligitur, quod filius nõ tam beneficio majorũ quàm à patre feudum conſequi, & ab eo ſolum cauſam habere, cenſeatur.

22 Commentitium † eſt igitur, quod pleriſque in ore eſt, filios feuda beneficio majorum adipiſci. Nam rem prorſus aliter ſeſe habere, vel ex hoc ſolo eluceſcit, quod delictum parentis filiis obeſſe generaliter jure feudali definitum eſt, ut ſatis à nobis jam eſt oſtenſum.

Atque hinc etiam minimè probandum eſt, quod Baldus *in capit. 1. Si vaſallus feud. privatur*: ut videlicet rationem à nobis traditam, dum diximus, ideo delictum patris nocere filiis, quia à delinquente cauſam habent, reſpondet, hoc verum eſſe, quando à delinquente habent totalem cauſam, ſed in feudo paterno non habetur (ut putat ille) totalis cauſa à patre, ſed à genere. Nam quod imò filii omnem cauſam in feudis à patre habere reputentur, neque pacti anteceſſorum ulla ducatur ratio, ex hoc ipſo liquido conſtat, quod propter delictum patris ipſi etjam feudo exuantur. Cumque hoc ita jure feudali manifeſtè deciſum ſit, haud paulò plus aliquem movere meritò deberet, quàm quæ contra hanc juris feudalis claram diſpoſitionem interpretes comminiſcuntur.

Et mirum ſanè eſt commentatores noſtros plerunque ea, quæ ex propriis ipſorum meditationibus effinxerunt, magis attendere, quàm verba alicujus legis, atque propterea in eo laborare potius, quo pacto hæc ſecundum illa interpretentur, quàm ut ex verbis legis animi ſui judicium informent, cum tamen, juxta Hilarii præceptum, verba legum magis conſideranda, & ſecundum ea de reliquis etiam judicandum eſſet.

Optimus enim *(inquit Hilarius)* lector eſt, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potiùs, quam importet, & retulerit magis, quam attulerit, neq; cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem perſuaſerit intelligendum.

Hoc præceptum ſi ſedulò fuiſſent ſecuti interpretes noſtri, non ita ſæpe in tam ineptas opiniones cum verbis legum pugnantes fuiſſent prolapſi, ſed tam legibus, quàm veritati magis conſentanea ſcripta nobis reliquiſſent.

23 Pertinent † autem ea, quæ de filiis hactenus firmavimus, non ſolum ad præſentem tractatum, ſed magnam etiam lucem afferunt iis, quæ ſupra *quæſtione XIII.* de filiis revocantibus feudum alienatum commemoravimus.

Nam quemadmodum hæc, quæ de delictis dicta fuerunt, illis quodammodo confirmantur: ita vel maximè illa hiſce ſtabiliri poſſunt, quia in propoſito manifeſta juris feudalis capitula adſunt, quæ dilucidè diſponunt, Filios parentum delicta luere debere.

Nulla enim probabilis poterit reddi diverſitatis ratio, cur, cum in delictis hoc expreſſè cautum ſit, non in alienatione idem ſit admittendum. Quin potius quæ ratio efficit, ut filius in delictis teneatur præſtare factum parentis, hæc etiam idem exigit in alienatione, vel etiam multò magis, quia de manfeſta mente alienatoris feudum in alium transferre volentis ma-

tis magis conſtat, quàm de voluntate delinquentis, ut proinde, accedentibus præſertim etiam ſupra adductis, quibus oſtendimus, etiam in alienatione hoc ita diſpoſitum eſſe, de ſententia noſtra, ſi ea ex juris rationibus magis quam ex opinionibus pendenda eſſet, ne ambigendum quidem foret.

24 Porrò † concluſio noſtra, quæ docet, delictum patris etiam in feudo ex pacto & providentia nocere filiis, declaratur primò, quod, etſi filii ob culpam paternam excludantur à feudo, tamen nihilominus in caſu, quo feudum domino aperitur (quod tum, quando in ipſius perſonam eſt peccatum, contingere diximus) iſtud propter liberos in medio exiſtentes apud dominum tamdiu maneat, quoad filii delinquentes ſunt ſuperſtites, *ut probatur in* §. *Cum feudum. &* §. *fin. in cap. extraordin. & nos in quæſtione proxima prolixius probavimus.* Nam ſicuti vivo delinquente, feudum ad dominum pertinet, ita etiam extantibus liberis ejuſdem, cum utriuſq; eadem ſit ratio, quemadmodum ibidem oſtendimus.

25 Ex quo manifeſtum eſt, jus † filiorum in feudo ita eſſe connexum juri paterno, & ab eodem dependere, ut, ad quem tranſit jus patris, ad eundem etiam jus filiorum devolvatur. Quod etiam pro comprobatione ejus, quod *in quæſtione XIII.* de revocatione filiorum firmavimus, diligentius eſt notandum.

26 Secundò † ſciendum, concluſionem noſtram, quæ filios à feudo ob delictum paternum excludit, tam veram eſſe, ut in caſu, quo agnatis feudum aperiri diximus, dominus filiis in præjudicium agnatorum, ad quos feudum pertinet, gratiam facere non poſſit, *ut disertè probatur in d. capite primo Si vaſall. feud. privetur:* quod propterea notatu dignum eſt, ne quis fortè putet, filios non penitus excluſos eſſe, ſed aliquo modo ad feudum aſpirare poſſe.

Poteſt tamen dominus in caſu, quo ob culpam feudum ad ipſum revertitur, hanc concedere gratiam filiis, ut tamdiu feudum obtineant, quamdiu iſtud alioqui ad ipſum pertinere debuiſſet, *ut docet Matth. de Afflict. in d. cap. 1. Si vaſall. feud. privet. num. 7.* Tertiò hoc, quod diximus, filium ob delictum paternum removeri à feudo, aliquot modis limitatur.

Ac † primò quidem reſtringitur generaliter, ut locum non habeat, quotieſcunque ex inveſtitura apparet, filiis non contemplatione patris, ſed æquè principaliter, ac ipſi patri eſſe conceſſum feudum. Idq́ue paſſim ab omnibus eſt receptum, neque ullam habet dubitationem. Nam cum hoc caſu ad filios feudum proprio jure pertineat, non mirum, cur ipſis factum parentis non obſit, quemadmodum de agnatis ſupra probavimus. *Hanc limitationem tradiderunt Andr. de Iſernia. Bald. & Alvarott. in d. tit. ſi vaſall. feud. privet.* 27

Sed omnis inſpectio in eo eſt, unde deprehendatur, feudum filiis æque principaliter conceſſum eſſe.

Et † hoc etiam ab omni controverſia eſt remotum, ſi in inveſtitura filiorum merita ſimul conſiderata fuerint, quod cum feudum æquè principaliter ad filios pertinere cenſeatur: & quod idcirco delictum patris ipſis non noceat. *hoc rectè docuit Bald. in d. titul. ſi vaſallus feudo privet. col. 2. verſ. Ego autem in materia delictorum, ibi, attentis meritis ſingulorum: quod ſequitur Alvarott. in d.* §. *fin. concluſ. 7. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. Curt. junior. in tractat. feudal. num. 3. & Zaſius part. 10. verſ. Tertiò fallit.* 28

Sic † etiam clarum eſt, quando in inveſtitura feudum omnibus principaliter conceditur, iſtud ad omnes principaliter ſpectare; *quemadmodum in d. locis jam citati interpretes aſſerunt.* 29

Sed

30 Sed † quod ibidem addunt, idem etiam juris eſſe, ſi in inveſtitura dicatur, concedi de uno in alium, hoc probabili dubitandi ratione non caret, cum, etiamſi hoc non exprimatur, tamen feuda ex pacto & providentia ita conceſſa eſſe intelligantur, ut ſuccedentes ea non à proximo defuncto, ſed ex pacto anteceſſorum obtinere, atq; hinc tot intelligantur eſſe conceſſiones, quot ſunt perſonæ, ut ſupra quæſtione prima & ſexta copiosè oſtendimus: neque tamen minus factum defuncti parentis noceat filiis, ideoq; feudum hoc modo conceſſum nihil differre à feudo ſimplici ex pacto & providentia dilucide ſenſit *Camer. in cap.1.verſ.Oppono primò.n.34. An agnat. vel filius.*

Quamobrem doctrina illa ita erit accipienda, ut tum demum locum habeat, quando conceſſio de uno ad alium ita facta eſt, ut ſuccedentes non à primo acquirente feudum, ſed à ſolo domino conſequi cenſeantur, ut declarat *Curtius junior. in d. loco.*

31 Referunt † hoc etiam quidam eum ceſum, quo filiornm nomina in inveſtitura expreſſa fuerunt, exiſtimantes, hac etiam facti ſpecie feudum filiis principaliter, non autem patris contemplatione conceſſum eſſe, & propterea delictum patris ipſis nullum incommodum afferre, ut ſenſiſſe videtur *Andr. de Iſernia in d. capit.1. Si vaſallus feud. privetur, quem ſequitur Alvarott. in d. §. fin. concluſio octava. Curt. junior. in tract. feud. part. 5. numero quarto. Zaſius in titul. Ad quem feudum apertum revertatur. numer. 96. Johann. Thom. de Marin. in d. loco. titulo ſecundo, num. 90. verſi. Hæc concluſio, ut filii & cæteri deſcendentes.*

Verum hanc doctrinam rectè improbat Sonsbeccius *part.13. num.6. verſi. Andreas tamen de Iſernia diſtinguit:* ſentiens, quod, etſi filiorum nomina propria expreſſa ſint, tamen feudum nihilominus cenſeatur filiis contemplatione patris conceſſum. Id quod etiam ante eum docuit Matth. de Afflict. & nos poſt hunc idem firmavimus ſupra *quæſtion. 1.* ubi oſtendimus, feuda, in quorum conceſſione filiorum nomina propria fuerunt expreſſa, nihil differre à reliquis feudis ex pacto, ut ita huic doctrinæ minimè adſtipulandum videatur.

Addunt † præterea alii eam facti ſpeciem, quando feudum eſſet generi datum, quaſi tum delictum unius reliquis, quibus de genere & familia exiſtentibus, feudum principaliter conceſſum videretur, obeſſe meritò non deberet. *quorum opinionem refert Bald. in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſ benefic. amitt.* Verum idem Bald. eo in loco hanc opinionem utpote juri feudorum minus convenientem improbat, quem ſequitur Curtius jun. & huic ſententiæ ſubſcribendum eſſe putavit Thomas de Marin. *tit.2.n.92.* licet idem opinatus fuerit, Bald. & Curt. aliter ſenſiſſe, cum tamen ex verbis eorum dilucidè conſtet, eoſdem ipſos illlam opinionem rejeciſſe. Minimè igitur caſus iſte ad limitationem noſtram accommodari poterit. 32

Secundò † concluſio noſtra principaliter limitatur, ut locum ſolummodo habaat, quando pater delinquens feudum jam quæſitum poſſideret, ſecus verò, ſi eo delinquente feudum adhuc apud avum eſſet: quia tunc, ſi pater, vivo avo, è medio ſublatus, vel per ſententiam ob culpam commiſſam futuro ſuccedendi jure privatus fuerit, avo poſtea mortuo, patris delictum nepoti, qui in locum ipſius avo ſuccedit, non nocebit, *ut docet Bart. in d. l. Eum qui. de interd. & releg. quem ſequitur Bald. in l. Emancipatum de Sen. & in d. c.1. Si vaſall. feud. privet. Joh. de Imol. in c. Ex parte. de feudis. Alvarott. in d. § fin. concluſio. 4. & ibi etiam Petrus Ravennat. & Zaſius in Epitom. feud. part. 10. idq; pluribus firmat Camerar. in cap.1. quæſt. 6. num. 61.* 33

An agnat. vel fil. quod tamen iterum declarant, ut non procedat, ſi pater nepotis, filius avi in hæreditate ejuſdem ſucceſſiſſet, ita ut nepos avo non niſi ex perſona patris ſui ſuccedere poſſet, *quemadmodum poſt Baldum ſenſit Alvar. & Zaſius in d. loco.* Aliâs limitationes congerunt interpretes in locis citatis, quas, quia partim huic propoſito non ſatis conveniunt, partim exigui etiam ſunt momenti, ideò iis referendis libenter ſuperſedeo.

Quæ de delictis, quatenus illa filiis noceant, hactenus in medium attulimus, ea de delictis ſunt intelligenda, ob quæ vaſallus ſecundum jus feudale privandus eſſet feudo. Quid autem ſtatuendum ſit, quando vaſallus tale quid commiſerit, ut feudum quidem non amittat, ſed tamen iſtud cum reliquis bonis ejus publicandum ſit, an & quatenus hoc filiis noceat, quia hæc quæſtio ab illa differt, quemadmodum ſupra oſtendimus, & propterea peculiarem tractatum deſiderat, ideo eam in commodius tempus reſervare, & nunc duntaxat de hoc monere voluimus, ne, quod multis contigiſſe videmus, haſce inter ſe plurimum diſcrepantes materias quis facilè confundat.

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

VAſalli delinquenti feudum] De iſta quæſtione tractat *Fachin. lib. 7. controverſ. cap. 23.*

(b) Nulla poterit reddi diverſitatis ratio] *Johan. ab Arcedura cap. 4. concluſ. 4. n. 39.*

QUÆSTIO XVII.

FEUDUM ALIENATUM SINE CONSENSU DOMINI UTRUM AD dominum, an verò ad agnatos pertineat.

SUMMARIA.

1. *Feudum ſine conſenſu domini alienatum ad agnatos pertinere multi exiſtimarunt. Quidam diſtinguunt inter filios & agnatos. num. 8. Alii generaliter arbitrantur, feudum ad dominum devolvi, excluſis agnatis & filiis. num. 9. Et huic ſententiæ ſubſcribit auctor addita declaratione, ut defuncto alienante feudum ad agnatos revertatur. num. 13. Et quid tenendum, brevibus tandem oſtenditur. num. 16.*
2. *Textus in c. 1. §. Porro. Qualiter olim feud. poterat alienar. declaratur.* *Feudum olim usq; ad medietatem ſine conſenſu alienari poterat. Secus hodie.*
3. *Alienans feudum ſine conſenſu domini non cenſetur in dominum delinquere, neq; eum contemnere. Sed hoc refutatur n. 4*
4. *Alienatio ſine conſenſu domini facta non differt à reliquis delictis.*
5. *Agnatis cur in feudis noceat delictum vaſalli.*
6. *In quæſtione feudi ob culpam amittendi non curatur, utrum in poteſtate vaſalli ſitum ſit agnatos jure ſuo defraudare.*

7. Jura

7. *Jura, quæ feudum alienatum domino deferunt, quomodo intelligenda: & de feudo tam antiquo quàm novo accipienda eſſe oſtenditur numer. 10. Item reſtringenda eſſe ad vitam alienantis. num. 14.*

11. *Textus in §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. de feudo antiquo intelligendus.*

12. *Alienans ſine conſenſu domini peccare cenſetur in dominum.*

15. *Agnati cur vivo eo, qui ſine conſenſu alienavit, ad feudum aſpirare non poſſint.*

16. *Filii ad feudum alienatum ſine conſenſu pervenire nullo modo poſſunt.*

LICET ex generalibus illis regulis, quibus oſtendimus, feudum culpa vaſalli amiſſum quandoq; ad dominum, quandoq; ad agnatos pertinere, filios verò ſemper à feudo removeri, non eſſet difficile quamvis ſpeciem facti, quæ contingere & proponi poſſet, dijudicare, modò conſtaret, ad quam regulam ea foret referenda: quia tamen commentatores noſtri de quibuſdam ſpeciebus non ſolum aliena, & diverſa à regulis iſtis generalibus hactenus firmatis tradiderunt, ſed etiam in eorum explicatione in varias fuerunt diſtracti opiniones, præſertim verò quando de alienatione ſine conſenſu domini facta, & de inveſtitura intra tempus præfinitum non petita quæritur: ideo de hiſce duobus caſibus ſeparatim nobis agendum erit, ne, ſi eos intactos relinqueremus, illa, quæ in genere hactenus ſtabilivimus, non ſolum minus ſolida atque firma, ſed mutila etiam & manca videri alicui poſſent.

Et primò quidem de feudo ſine conſenſu domini alienato videbimus. In hac facti ſpecie iſtud omni caret controverſia, vaſallum amittere feudum, quod ſine conſenſu domini alienaverit.

Sed ad quem iſtud amiſſum pertineat, tribus inter ſe diſſidentibus diſceptatum eſt ſententiis.

1 Pleriq; † enim exiſtimarunt, *a* quan-
(a) do vaſallus propterea, quia ſine conſenſu domini alienavit, feudum amittit, quod iſtud non aperiatur domino, ſed ad filios ejus, vel filiis non extantibus, ad agnatos pertineat.

*Hoc ſenſit gloſſ. in c. 1. §. Hoc quoq;. de ſucceſſio. feud. quam ſequitur Bald. ibi. Andreas de Iſern. in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & ibi Alvar. concluſio. 26. & Matth. de Afflict. n. 7. Idem Andr. de Iſern. in c. 1. col. 2. in princ. Si vaſallus feudo privetur, cui deferatur. & in c. 1. §. Rurſus. Quæadmod feud. amitt. Jab. de Rayn. in c. Imperialem. §. pœna. de prohib. feud. alien. per Fr. qui hanc opinionem * magis communem dicit, quem refert Jac. de S. Georg in verb. & cum pacto de non alienando. n. 30. Camer. in d. c. imperialem. mihi pag. 178. & pag. 708. in parvis. Joh. de Imol. in c. Ex parte. Extra. de feud. ubi nu. 12. dicit, non eſſe tutum ab hac opinione recedere: quam etiam communem * eſſe teſtatur. Curt. jun. part. 5. n. 11. verſi. Quarta ſit principalis concluſio. Zaſius in 10. part. n. 94. & 104. Sigiſm. Loffr. in præl. feudor. §. ſequitur id quod dicit: eidem tanquam veriori & magis communi * poſt multos alios quos refert, accedit etiam Julius Clarus lib. 4. ſentent. §. feudum. quæſtion. 66. num. 7. & Thom. de Marin. tit. 2. n. 86. & ſeqq. & noviſſimè D. Borch. in tract. feud. c. 8. num. 144. Idem etiam tanquam communiter receptum in reſponſis ſuis ſecuti fuerunt Alexandr. in conſil. 30. incip. Quoniam omne datum. nu. 17. in fin. vol. 1. quod habetur etiam in conſ. 2. in 5. vol. & in conſ. 30. inc. viſis dubitationibus. n 9. vol. 6. quem refert & ſequitur Curt. Sen. in conſ. 48. inc. Memoriæ recolendæ. col. antepen. verſi. ſecundo reſpondetur, Ruinus in conſ. 7. incip. Quæritur & in dubium revocatur: nu. 12. lib. 1. Decius in conſ. 208. incip. Ad clariorem rei demonſtrationem. n. 9. & in conſ. 395. incip. In cauſa Magnifici. & in conſ. 544. incip. ſereniſſimus Imperator. numer. 31. & ſeqq. Albert Brun. in conſil. 36. incip. Circa præmiſſa dicendum. n. 3. Gratus in conſil. 2. inc.*

*Rurſus in cauſa mihi exhibita. num. 15. vol. 1. Marian. Socin. in conſil. 77. incip. Cum diebus elapſis conſuluerim. num. 121. lib 1. & in conſ. 101. inc. inſpectis puncto & ſcripturis. n. 6. lib. 2. & in conſ. 112. inc. Abunde profecto. n. 2. eod. lib. Sylv. conſ. 15. incip. ſubtilia ſunt vol. 1. Roland. à vall. in conſ. 60. incip. In præſenti conſultatione. nu. 9. & ſeqq. vol. 3. Hippolyt. Rimin. in conſil. 339. nu. 122. vol. 3. Ubi poſt alios hanc opinionem communem * dicit.*

2 In † hanc autem ipſorum ſententiam afferunt primo textum *in cap. 1. §. Porrò. Qualiter olim feud. poter. alienari.* ubi habetur, quod, etſi feudo ſine conſenſu domini alienato, tam domino quàm agnato competat jus redimendi, agnatus tamen domino præferendus ſit. Tantum igitur abeſt, ut agnati excludantur propter alienationem ſine conſenſu domini ſuſceptam, ut etiam cauſa eorum hoc caſu potior, quàm domini ſit. & licet hoc quidem hodierno jure ſit immutatum, ut feudum ſine voluntate domini omnino non alienari poſſit, tamen cum quò ad jus agnatorum jura antiqua correcta eſſe non reperiantur, non videtur juſta ſubeſſe cauſa, cur iiſdem non ſtare velimus. *arg. l. Præcipimus. Cod. de appellat. ſic arguit gloſſ. in d. §. Hoc quoq;.* Sed hoc argumentum admodum leve eſt.

Nam quod in caſu *d.* §. Porrò agnato conceditur redemtio feudi ſine conſenſu domini alienati, id de jure veteri obtinebat, quo licuit liberè ad medietatem usq; ſine domini conſenſu feudum alienare, neque propterea vaſallus partem alienatam amittebat. *c. 1. de alienat. feud. capit. 1. §. Item ſi fidelis. verſ. Aut ſi libellario. Quib. mod. feud. amitt. tit. 1.* reſervato tamen redemtionis jure agnatis, vel domino. *c. 1. §. Sed etiam res: per quos fiat inveſtit.*

Nos autem hîc eo de caſu verba facimus, ubi vaſallus propter alienationem ſine conſenſu domini factam feudum perderet, & eo pro certo po-

ſito, quærimus, ad quem feudum
ſum pertineat. Nihil igitur *d.* §
& ſimilia jura antiquam conſu
nem reſpicientia, ad propoſitu
ſtrum pertinere poterunt Qui
us cum jure noviſſimo omnis ſ
hibita alienatio feudi, ita, ut con
priſtina conſuetudine, etiam pa
feudi ſine conſenſu domini alie
non liceat. *cap. 1. Qualit. olim fe
ter. alienar. c. 1. de prohib. feud. alien
Lothar. & c. Imperialem. de prohib
alien. per Frederic.* atq; interim ge
liter ſit definitum, eo in caſu, qu
conſenſu domini feudum aliena
fuerit, iſtud domino aperiri. *d. c.
rialem. §. Callidis. d. §. fin. Quæ fuer
cauſa benefic.* perſpicuum ſanè eſt
plius locum habere non poſſe
in d. §. Porrò. neque agnatis jus
mendi competere, licet pars ſe
modo feudi alienata fuerit, cum
ſertim hoc ipſum claris verbis de
tur *in c. 1. de vaſallo qui contra conſt.
thar.* ſi vaſallus (inquit textus) c
conſtitutionem Lotharii regis be
cium alienaverit, ſi totum, perda
tum, ſi partem, partem perdat,
dominum revertatur, ut ita no
deam, quid ad correctionem pr
juris poſſit eſſe manifeſtius, aut ar
us deſiderari.

Cui accedit, quod etiam jure
ri, ſi ultra medietatem feudum
conſenſu domini alienatum fue
iſtud domino aperiebatur. *capit.
Aut ſi libellario. Quib. mod. feud. a.*
Nam vel ex hoc ipſo teſtatum
ideo ſolum *in d. §. Porrò.* redem
nem agnatis concedi, quia alien
illa licita fuerat, & quod è contra
ubi alienatio iſta illicita eſſet,
demptio locum non haberet, ſed
tius feudum ad dominum redire
quodque idcirco hodie, quia om
feudi alienatio ſine conſenſu dom
eſt prohibita, agnati feudum alie
tum minimè redimere poſſint. Na
ſi tum temporis ultra mediam part

feudu

feudum alienatum redibat ad dominum propter prohibitionem, quare non etiam jure noviſſimo, quo omnis alienatio interdicta eſt, exigente præſertim hoc manifeſta juris diſpoſitione *in d. tit. de vaſall. qui contra conſtit. Lotharii?* Quinimò hoc ipſum verbum (redimendi) validam præſupponit alienationem, & requirit, ut precium reſtituatur, quemadmodum etiam ſupra *quaſtione 5. & 12.* conſideravimus.

Quomodo igitur quæſo ad caſum iſtum, quo propter defectum conſenſus alienatio irrita eſt, & feudum abſq; ulla precii reſtitutione vel ad dominum vel ad agnatum gratis redire debet, accommodari poterit? Ideoque etiam inter jus novuum & antiquum circa propoſitum noſtrum claris verbis diſtingvit textus *in c. 1. Quid juris ſi vaſal. poſt alienat.* ſatis dilucide docens, ea, quæ de alienatione partis olim permiſſà jure veteri recepta fuerunt, hodie penitus correcta eſſe, & eam ſine conſenſu domini alienatam ad dominum reverti.

Secundò nituntur Interpretes text. *in c. Titius. ſi de feud. defunct. controv. fuer.* intelligentes eum nimirum tali de caſu loqui, quo domini conſenſus non intervenerat, *quemadmodum ſenſit Jacob. de Beluis, ibi.* Verùm præterquam quod textus iſte, hoc dato, de jure veteri tantùm procederet, & pari ratione ad eum reſponderi poſſet, quemadmodum jam diximus, nos etiam ſupra *quaſtione* v. ubi de ejus intellectu egimus, abundè demonſtravimus, eum de alienatione licita intelligendum eſſe, nihil igitur ad propoſitum noſtrum quadrat. Tertiò pro ſe advocant generales illas regulas ſupra *quæſtione* xv. à nobis firmatas.

3 Oſtendimus † enim, quod tùm demùm feudum in præjudicium agnatorum domino aperiatur, quando in dominum commiſſum eſt delictum: ſecus verò, quando aliàs quid eſſet peccatum, *d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui, c. 1. ſi vaſallus feudo privetur, c. ſi vaſallus culpam; ſi de feud. defunct. contentio ſit.*

Licet autem vaſallus ſine domini conſenſu ad alium transferat feudum, non tamen propterea dominum contemnere, neque in eum peccare cenſetur, ſed potius feudo ſe abdicando ſemetipſum maximo afficit damno, præſertim, quando, ut plerunque fit, egeſtate & neceſſitate cogente, ad alienationem proceſſit, ut diſertè ait *Andr. de Iſern. in d. c. 1. ſi vaſall. feud. privet. cui deferatur.* Sequitur igitur, hoc caſu feudum non ad dominum, ſed ad agnatos pertinere: idque eò magis, quoniam jura illa loquuntur de delictis, & nihilominus agnatis feuda deferunt: is verò, qui contrahit, regulariter delinquere non intelligitur, atque in longè minori culpa verſatur, quàm delinquens, ut exiſtimant Interpretes, qui etiam propterea caſum alienationis plerunq; diſtingvunt à delictis, atque hinc porrò colligunt, ea quæ de filiis à feudo ob delictum patris excludendis in jam citatis capitulis generaliter traduntur, propterea ad propoſitum noſtrum nihil afferre, quia hîc non de delictis, ſed de contractibus loquimur.

Verùm huic conſiderationi, ut alia jura, *de quib. infr. dicemus,* hoc loco prætermittam, directò refragantur verba, *d. §. deniq., Quæ fuer. pri. cauſ. benef. amitt.* ubi diſertè dicitur, ideò hoc caſu feudum ad dominum transferri, quia dominum contemnere videtur. Quid enim his verbis clarius eſſe, aut quomodo apertiùs demonſtrari poſſet, hunc caſum ad illud membrum diſtinctionis, ubi de delictis in dominum patratis agitur, non autem alterum pertinere? Et licet Interpretes hoc animadvertentes exiſtimaverint, textum illum de feudo novo intelligendum eſſe, hoc tamen falſum eſſe paulò poſt demonſtrabimus.

4 Quam † etiam inter delictum & alienationem faciunt differentiam, ea perquam futilis eſt. Etenim hujus diſtinctionis in jure noſtro feudali ne minimum quidem apparet veſtigium ſed potiùs contrarium ejus ex eo elucet, quod videmus vocabula iſta (*delicta, culpam & cauſam*) indifferenter & generaliter uſurpari, & omnia illa facta vaſalli, quæ privationis cauſam præbent, inter quas etiam alienatio enumeratur, modò delictum, modò culpam, modò cauſam appellari, *tit. Quæ fuer. prim. cauſ. benef. amitt. & quib. mod. feud. amitt. & in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. content. ſit.* Nam vel ex hoc ipſo ſatis deſignatur, inter delictum & culpam nullam probabilem eſſe diverſitatis rationem, cùm præſertim omnes illæ cauſæ, quæ ad longum recenſentur *in d. tit. Quæ fuer. pri. cauſ. benef. amitt.* demùm *in §. fin.* ad hæc duo membra diſtinctionis referantur, utrum domini perſonā reſpiciant nec ne. Si enim hæc diſtinctio non omnes prius commemoratas cauſas amittendi feudi comprehenderet, ſed inſuper inter delicta, & alias cauſas conſtituenda eſſet differentia: auctor illius textus non ſatisfeciſſet quæſtioni de omni cauſa propoſitæ, ſed is mutilus & mancus eſſet: quod planè veriſimile non eſt: cùm non ſolùm ex quæſtione generaliter de culpa propoſita, ſed etiam ex toto contextu appareat, eum plenam voluiſſe tradere doctrinam, quæ omnes antè enumeratas cauſas amittendi feudi contineret.

Quinimò tàm ex *tit. de prohiben. feud. alien. per Lothar. & Frideric.* quàm etiam *ex d. §. fin.* claret, eum, qui ſine domini conſenſu alienat feudum, in ipſum dominum graviter delinquere, & ad iſtud diſtinctionis membrum, ubi de delictis in dominum commiſſis agitur referendum eſſe.

Non itaque hoc Interpretum commentum, quo delictum à reliquis culpis ſeparant, utpotè manifeſtis textibus, reclamans, defendi poterit & quod conſequens eſt, tantùm aberit, ut argumentum iſtud, quod ex diſtinctione *d. §. fin.* deſumunt, opinionem eorum probet, ut etiam ex verbis illius textus potiùs contrarium appareat. Præſertim verò hoc ipſorum commento tueri non poterunt id, quod de filiis aſſerunt, quaſi propterea jura, quæ ipſos à feudo ob culpam patris excludunt, minùs ad propoſitum pertineant, quia vaſallus alienans non delinquit. Nam textus *in d. §. ſi vaſallus culpam:* non de delicto loquitur, ſed de culpa, & nihilominus filios à feudo removet. Quin etiam culpæ nomine etiam caſus noſter comprehendatur, neminem dubitare arbitror. Quod verò porrò addunt, ideò alienantem minùs peccare in dominum, quia neceſſitate cogente hoc facit: id etiam admodum putidum eſt. Non enim hic attendimus ipſum alienationis factum & ex qua cauſa illa ſuſcepta ſit, ſed potiùs quod ſine conſenſu domini vaſallus alienaverit.

Quamcunque igitur alienandi cauſam juſtam habuerit, quia tamen ea tanta non fuit, ut propterea dominum præterire neceſſe habuiſſet, hoc ipſo, quod ſine conſenſu ejus alienavit, graviter in eum peccare cenſetur & de his ſatis.

Quartò † Interpretes opinionem ſuam ſuffulciunt rationibus illis, quibus oſtenditur, pœnam ſuos debere tenere auctores: non autem alterum alterius odio prægravandum, neque propterea etiam filios vel agnatos jure ab anteceſſoribus quæſito, ob delictum alienum privandos eſſe, *l. Sancimus, C. de pœnis, cum aliis quæſtion.* XV. *in hanc ſententiam adductis.* 5

Ad hoc argumentum reſpondet Sonsbeccius, feuda ſive nova, ſive antiqua ex conceſſione hoc ſecum naturæ afferre, eo uſq;, ut vaſallus teneat, quouſq; in dominum non peccetur, ut ſupra diximus.

Qua-

Quapropter agnati cùm plùs juris non habeant, quàm feudi natura ipſis admittit, nihil conqueri poſſunt, ſi dominus ſuum alienatum feudum vendicat. Hæc tamen ratio quatenus locum habeat, nos *quæſtione* XV. copiosè declaravimus, & infra paucis attingemus.

6 Quintò † conſiderat Bald. *in* §. *fin. Quæ fuer. prima cauſ. benefic. amit.* ſi propter alienationem ſine conſenſu domini factam, feudum domino aperiretur, excluſis filiis & agnatis, tũ penes vaſallum eſſet, ut quotieſcunq; ſibi libitum fuerit, alienando tàm filios quàm agnatos jure ſuo defraudaret, cum tamen legibus feudalibus diſertè cautum ſit, vaſallum alienando agnatis non conſentientibus, nullum præjudicium generare poſſe, *c. 1. de alienat. feud. patern.* & malitiis ac fraudibus feneſtra aperienda non ſit, *l. in fundo, de rei vendicat. l. filiæ meæ, ſolut. matrim.*

Huic etiam rationi reſpondet Sonsbecc. quando agitur de vaſallo ob culpam feudo privando, non haberi conſiderationem ejus, quod in poteſtate ipſius ſit, hoc modo agnatos jure ſuo etiam defraudare: cùm in caſu non diſſimili clarè cautum reperiatur, vaſallum, qui vocatus à domino in expeditionem non venerit, feudum, quod à domino conſecutus eſt, amittere, & dominum in uſus ſuos illud redigendi modis omnibus habere facultatem, §. *firmiter de proh. feud. alienat. per Freder.* Quis enim hîc negabit, in vaſalli poteſtate feudum eſſe, & agnatis præjudicandi copiam eum habere.

Si igitur hîc ex natura feudi præjudicare poterit, invitis agnatis, quare non etiam in alienatione feudi? Neq; verò præſumendum eſt, ſuum velle jactare vaſallum quanquam præjudicare poſſet.

Sextò pro hac ſententia conſiderat Roland. à vall. *in d. conſil. 60. vol. 3. num. 12.* quoniam communiter receptum eſt, quoties facta eſt alienatio irrequiſito domino, quod tùm agnatus non expectata morte alienatoris feudum venditum revocare poſſit, *ut ſenſerunt Jacob. de Beluis, Bald. & Dd. in* §. *Hoc quoque de feud. ſucc. & in c. Titius ſi de feud. defunct. Ruin. in conſil. 69. incip. diligenti ac matura, num. 17. vol. 3. Cephal. in conſil. 133. incip. Multa ſunt, quæ adverſus illuſtrem, num. 59. Alba in conſil. 76. verſ.* Et prædicta, ubi dicit, omnes in hoc convenire. Si enim feudum ſine conſenſu domini alienatum non ad agnatos, ſed ad dominum devolveretur, fruſtra ſanè de eo laboraretur, an agnati ſtatim ad revocationem admitterentur.

Ut igitur concluſio iſta communi calculo recepta locum ſibi vendicet, neceſſariò dicendum videtur, quod feudum iſtud ad agnatos revertatur. Sed ad hoc etiam reſponderi poteſt, hanc ipſam concluſionem, quæ vivo alienatore jus revocandi agnatis concedit, ex opinione illa, quæ feudum agnatis aperiri ſtatuit, defluxiſſe: quamobrem opinione hac deſtructa, concluſio illa veluti ſublato fundamento, potiùs corruet, quàm ut hæc ex illa fulciri poſſit.

Deinde etſi demus, feudum ad dominum redire: poteſt tamen nihilominus alteri concluſioni aliquo modo locus eſſe, videlicet domino hoc permittente agnatis. Tùm enim nihil impedit, quò minùs, vivo alienatore, feudum revocare poſſint. Hæc ferè ſunt fundamenta, quibus opinionem hanc ſtabilire conantur Interpretes, quæ tamen admodum imbecillia, atq; fragilia eſſe, ex jam dictis apparet.

Quia † autem illi plurimum refragantur aliquot juris feudalis capitula, in quibus manifeſtis verbis reſpondetur, feudum ſine conſenſu domini alienatum domino aperiri, ad eundemq; reverti, nulla habita filiorum vel agnatorum conſideratione, *ut in c. 1. de vaſallo, qui contra conſtit. Loth. & in c. Imperialem, §. callidis de proh. feu. alien. per Frederic. §. Aut ſi libellario, Quib. mod. feud. amitt.* 7

amitt. & in c. 1. Quid juris ſi vaſallus poſt alienationem feudi id recuperaverit, & in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitten. Ideò ut ad iſta jura reſpondeant, opinati ſunt, ea tantummodo de feudo novo intelligenda eſſe, non autem de feudo antiquo.

Sed textus iſtos potius generaliter tàm de feudo novo, quàm de antiquo accipiendos, atque ea de cauſa hanc ipſorum interpretationem falſam, & capitulis illis contrariam eſſe, mox abundè oſtendemus. Julius Clarus igitur *in d. §. feudum, quæſt. 66. in fin.* putat, textus illos eſſe interpretandos de feudo ſimpliciter conceſſo, non autem procedere in feudo pro ſe atque filiis quæſito, quod vulgò ex pacto & providentia appellatur. Sed hanc etiam interpretationem textibus juris feudalis rectè accommodari non poſſe, quæſtione proxima abundè demonſtravimus.

Verè igitur circa capitula iſta in luto hæret communis illa opinio, præſertim verò, quatenus ea de filiis loquitur, directò adverſatur certæ atque indubitatæ juris feudalis regulæ, quæ univerſaliter docet, filos ad feudum ex quacunque patris culpa amiſſum nullatenus aſpirare poſſe, ſive culpam illam, delictum, ſivè culpam, ſive cauſam appellemus, & ſive feudum antiquum, ſive novum fuerit, ut diſertè probatur *in c. Si vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. & in c. 1. ſi vaſallus feudo privetur, & nos in quæſtione proxima pluribus obfirmavimus.*

Vides itaque, quemadmodum opinio illa, quæ vulgò communis appellatur, non ſolùm nulla probabili juris ratione eſt ſuffulta, ſed etiam cum manifeſtis juris feudalis capitulis veluti ex diametro pugnat. Quinimò hæc ipſa opinio directò obluctatur etiam illis, quæ ejuſdem aſſertores ſupra in generalibus regulis pro veris docuerunt. Ut mirùm ſit, tantos viros tàm inconſideratè, tamque hebete judicio huic opinioni ſubſcripſiſſe, non advertentes, quàm longè non ſolùm à jure feudali, ſed & à ſemetipſis recederent.

Quamobrem † alii videntes, opinionem iſtam generaliter defendi non poſſe, diſtinxerunt inter filios & agnatos, exiſtimantes, filios quidem à feudo ſine conſenſu domini alienato removeri, agnatos verò potiùs, quàm dominum ad iſtud admittendos eſſe. *Hoc docuit Jacob. de Beluis, in d. §. fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & in d. c. 1. §. Hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & in c. Titius, ſi de feud. defunct. quem ſequitur Bald. in d. §. fin. in fin. dicens, hanc diſtinctionem Jacob de Beluis, veram eſſe. Et Dn. Schenck in d. c. Titius, Ruin. in conſil. 214. incip. viſis his, quæ in themate narrantur, n. 16. lib. 1. & in conſil. 112. incip. viſo themate, n. 10. lib. 4. qui affirmat, hanc opinionem communem eſſe.* Hæc opinio, de filiis quod aſſerit, juri feudali magis eſt conſentanea, quàm prior, quippe cùm generaliter cautum ſit, filios ad feudum ob quamcunq; culpam amiſſum nullatenus pervenire poſſe, *d. c. Si vaſallus culpam, cum aliis in hanc ſententiam à nobis quæſtione proxima adductis*, ubi prolixè firmavimus, filios generaliter facto parentis in feudis devinctos eſſe. 8

Idq; in propoſito magis etiam elucebit ex iis, quibus mox oſtendemus, culpam illam, de qua in propoſito verba facimus, inter ea delicta referendam eſſe, quæ in dominum facta eſſe cenſentur. Quod enim hoc caſu, quando in dominum peccatum eſt, filii à feudo omninò excluſi eſſe cenſeantur ab omnibus, nullo penè refragante, receptum eſt, ut ita de filiis, ne hæſitandum quidem videatur, quin illi hoc caſu ob delictum patris excludantur, atq; propterea hujus opinionis aſſertores in hoc rectè ſentiant. Quod verò ad agnatos attinet, in eodem luto hærent cum prima opinione.

Alii † itaq; amplectentes id, quod de filiis jam dictum fuit, idem etiam in agna- 9

agnatis ſtatuunt, generaliter concludentes, feudum ſine conſenſu domini alienatum domino aperiri, excluſis non ſolùm filiis, ſed etiam agnatis.

*Hæc ſenſit Petrus de Cervot. relatus à Bald. in d. § fin. & opinionem hanc communem * & de jure veriorem eſſe dicit Aretin. in conſil. 14. incip. viſo & diligenter conſiderato, col. 8. in fin. qui ait, eam communem * & veriorem eſſe, cavillando jura: eandem latè defendit Sonsbeccius, part. 13. numero ſeptuageſimo octavo, & Hotoman. conſil. 3. Lib. 1.* Hæc autem concluſio probatur primò *per tit. de vaſall. qui contra conſtitutionem Lothar.* Si vaſallus, (*inquit textus*) contra conſtitutionem Lotharii regis beneficium alienaverit, ſi totum, perdat totum, ſi partem, partem perdat, & ad dominum revertatur.

Ecce textus iſte generaliter loquitur, non diſtingvens inter feudum novum & antiquum: & dubium non eſt, ea quæ de partis ſive totius amiſſione ibi dicuntur, generaliter ad omnia feuda pertinere: par igitur eſt, ut etiam id, quod de domino additur, in genere de quovis feudo intelligatur.

Secundò idem probat textus *in § aut ſi libellario, quibus modis feud. amitt.* ubi, poſtquam generaliter aliquæ cauſæ, ob quas vaſallus feudum amitteret, commemoratæ, & inter haſce etiam caſus noſter, quando ſine conſenſu domini res alienata eſt, relatus fuerat, (quod utique de quovis feudorum genere intelligendum) tandem proximè ad hunc caſum ſubjungitur, his omnibus caſibus feudum ad dominum reverti.

Accedit huc tertiò, *c. 1. Quid juris, ſi vaſallus poſt alienationem feudi id recup.* Si vaſallus, *inquit textus*, ante conſtitutionem Lotharii regis feudum alienaverit, (quod in quibuſdam curiis pro parte, in quibuſdam pro toto olim licebat,) & ipſum poſtea recuperabat, pro feudo ſibi retinebat, hoc eſt, in cauſam feudi recidebat.

Hodie autem, ſi ipſum alienaverit, ſiquidem illicitè, licet poſtea recuperaverit, tamen penes eum non remanebit, utpotè domino, ad quemcunque pervenerit, apertum.

Priorem hujus capituli partem non ſolùm ad feuda nova, ſed etiam paterna pertinere, dubium non eſt, quare & id, quod de feudo domino aperiendo ibi dicitur, de utroque feudo intelligendum erit, ita ut etiam feudum paternum hoc caſu domino deferatur, excluſis agnatis, cùm præſertim addantur illa verba (*ad quemcunq; pervenerit.*) Hæc enim verba tanquam univerſalia quoſvis etiam agnatos excludunt.

Quartò hanc ſententiam confirmat etiam textus *in c. Imperialem, § callidis, de prohibit. feud. alien. per Frederic.* ubi poſtquam generaliter ſub gravi comminatione omnis alienatio feudorum prohibita fuerat, (quam prohibitionem de omnibus feudis, qualiacunq; illa fuerint, intelligendam eſſe, certo certius eſt.) Deinde additur pœna, ut venditor & emtor, qui tàm illicitas alienationes reperti fuerunt contraxiſſe, feudum amittant, idque ad dominum liberè revertatur. Idem probatur *in c. 1. de controverſ. inter domin. & emtorem feudi.*

Cumq; jura iſta tàm clarè, atque manifeſtè velint, feudum illicitè alienatum ad dominum redire, non video, qua fronte quis aſſeverare audeat, id potius ad agnatos pertinere.

Nam † quod hujus opinionis aſſeclæ putârunt, ea ſolummodo de feudo novo intelligenda eſſe, hoc ſanè verba eorum, ut ex jam commemoratis evidens eſt, minimè admittunt, ſed potiùs directò reſiſtunt, tùm quia nulla adhibita diſtinctione feudi paterni, vel novi, generaliter, quin etiam univerſaliter loquuntur, ut æquum ſit, ea etiam generaliter ſine diſtinctione accipi, *l. De precio, de public. in rem act. cum ſimilibus.* Tum quia ex toto illorum jurium contextu perſpicuum eſt, ea 10

eſt, ea

eſt,ea non ſolùm ad feudum novum, ſed ad paternum etiam pertinere. Omnia enim alia, quæ ibi commemorantur,utrique feudorum generi conveniunt.

Conſequens igitur eſt, ut etiam id, quod de domino ibi dicitur, utrique feudo commune ſit,tùm deniq; quia ex conſtitutione Lotharii atq; Friderici Imperat.manifeſtum eſt,eos valdè ſolicitos,atq; anxios fuiſſe,quanam ratione omnem feudorum alienationem ſine conſeſu domini ſuſcipiendam ita prohibeant,ne quis temerè ad eam proſilire auſit.

Non itaq; veriſimile eſt,eos tàm arctis finibus has ſuas conſtitutiones includere voluiſſe, ut nuſquam niſi ad feuda nova adaptarentur, cum hac ratione id,quod maximè voluiſſent,minimè conſequerentur, feudis paternis in medio relictis. Quin potiùs, ut conſtitutiones iſtæ propoſitum finem ſortiantur,de omni feudorum genere intelligenda erunt, & quod conſequens eſt, etiam id, quod ibi diſponitur, feudum hoc caſu ad dominum reverti,ad feudum non ſolùm novum, ſed etiam antiquum pertinebit.

11 Præterea † hanc ſententiam luculenter probat textus *in d.§.fin. Quæ fue. prim. cauſ. benefic.amitt.* Si vaſallus (inquit) contra conſtitutionem bonæ memoriæ Lotharii Imperatoris beneficium alienaverit, quia dominum contemnere videtur, ad dominum beneficium pertineat.

Scriptum eſt enim,ut precio ſe cariturum agnoſcat.

Hoc enim reſponſum tàm de feudo paterno, quàm de feudo novo intelligendum eſſe, non ſolùm ex eo apparet, quod præcedentibus, quæ de paterno feudo intelligenda eſſe uno ore concedunt omnes,immediatè annectitur, ſed etiam evidens eſt ex ratione inſerta, qua ſignificatur, eum, qui ſine conſenſu alienat, dominum contemnere.

Hanc enim ad utrunque feudum, pertinere certò certius eſt. Par igitur eſt, ut ex ratione hac de utroq; feudo textus iſte intelligatur, quod quia non minùs eleganter,quàm copioſè declarat Sonsbeccius, ideò verba ejus hîc addamus.

Cum in hoc reſponſo(*inquit*)quamplurimis amiſſionum cauſis præmiſſis diſceptaret compilator in fine, ad quem redire amiſſa feuda,tàm nova, quàm antiqua deberent,voluit ſimpliciter, ſi in dominum eſſet peccatum, ad dominum redire,ſi in alium,jam ad proximos,hoc eſt, agnatos,ad quos de jure pertinere poſſet. *Cui communiter Dd.conſentiunt.*

Quare non etiam reſponſum immediatè ſequens tàm de antiquo, quàm de novo feudo intelligeret? Imò ſi de novo ſolum accipi voluiſſet, dixiſſet utique, diſtingvendo qualitates, adhibitis differentiis. Cæterùm hoc quia non fecit, quis dubitat non finem unius reſponſi, ut principium & medium intelligi debere, cùm ferè ſemper ſecundùm prædicata ſubjecta intelligi debeant, §. *Præterea,Inſtit.de inutil.ſtipulat.* Quinimò cùm reſponſum expreſsè habeat, ideò feudum illicitè alienatum ad dominum redire, quia dominum per hoc contemnère vaſallus videtur,(quæ verba ſunt notanda,) quis dubitat ſub præcedentibus immediatè prædictum reſponſum comprehendi:nam ſi alienando contemnit dominum, ergo in eum delinquit: Si deliquit, neceſſariò ergò principium reſponſi *in d.§.final.* habere locum debet, ubi volunt, ad dominum redire feudum,ſimul atq; in eum peccatum foret.Et certè ſi quis penitius introſpiciat, videbit feudorum compilatores timuiſſe, ne quis tale quid comminiſceretur, quod pars adverſa aſſerit. Ideoq; cùm in principio reſponſi dixiſſent, ad dominum redire feudum, cùm in eum eſſet peccatum: ubi in alium, tùm ad agnatos, ne quidam dubita-

bitarent, in alienatione facta non ita peccatum videri, ut ad dominum rediret, in fine dicti reſponſi clarius expreſſerunt, etiam ad dominum redire, rationem adjiciendo, nimirum quia per hoc dominum contemnere videtur. Quaſi dicerent, hoc ſub ea parte regulæ comprehendi, qua in dominũ peccatur, & in ultionem injuriæ ſibi illatæ ad dominum revertitur feudum, qui verus eſt intellectus dicti reſponſi, quicquid dicat gl. *Hac Sonsbecc.* Conſiderat inſuper rationem, ob quam potiſſimum prohibitum eſt, ne feuda ſine conſenſu domini alienentur. Cauſa enim alienationis fuit, ne feudis divenditis, vel alienatis, dominorum ſervitia, exhauſtis jam bonis vaſalli ſubterfugerent, neve dominorum imminuerent utilitatem, *ut inquit textus in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frederic.* Sed hæc ratio non ſolum locum habet in feudis novis ſed etiam in antiquis. Conſectarium igitur eſt, etiam prohibitionem & pœnam, ex hac cauſa introductam in utroq; locum ſibi vendicare.

12 Ex † hac etiam ratione veriſimilius redditur id, quod *ex d. §. fin.* modò diximus. eum, qui non conſentiente domino alienat, in dominum peccare: quippe cum videamus, rationem etiam illam, ob quam hoc ita cautum eſt, domini perſonam reſpicere, ita ut non poſſit contra eam aliquid attentari, ne etiam dominus offendatur.

Denique cum *ex d. §. fin.* manifeſtum ſit, quod is, qui ſine conſenſu feudum transfert, dominum contemnere videatur, ſententia eorum, qui exiſtimarunt, feudum hoc caſu ad dominum magis, quàm ad agnatos pertinere, probabitur generali illa regula, quæ docet, quotieſcunq; in dominum aliquid peccatum eſt, feudum illi aperiri. *c. 1. An ille qui interf. fratrem domini ſui. & d. §. fin. in princ.* Ut proinde, licet hoc in caſu noſtro ita expreſsè definitum non eſſet, tamen vel ſecundum regulam hanc ita judicandum foret. Quantò magis idem ſtatuendum, poſtquam tot juris feudalis capitulis id manifeſtè deciſum eſſe videmus.

Hiſce itaq; adductus non poſſum non cum Sonsbeccio & reliquis, reprobata communi opinione, concludere, feudum alienatum ſine conſenſu ad dominum, non autem ad agnatos pertinere, tum propter manifeſta juris feudalis reſponſa, quæ ſine calumnia evitari nullo modo poſſunt, tum etiam potiſſimum, quod ea, quæ ab adverſa parte proferuntur, (*ut rectè ait Sonsbeccius*) nihil horum probant, ſed ita levia, & futilia ſunt, ut, ſi quem utriuſq; opinionis fundamenta diligentius examinantem plus moverint, quàm clara juris feudalis reſponſa, in noſtram ſententiam adducta, is ſtupidus planè & recta ratione deſtitutus videri poſſit.

Sed † quemadmodum ultimæ ſententiæ ex fundamentis jam adductis eatenus facilè ſubſcribo, ut exiſtimem, feudum hoc caſu magis domino, quàm agnatis aperiri, ita in hoc minimè Sonsbeccio & reliquis aſſentior, quatenus illi opinati ſunt, feudum uſque eò ad dominum pertinere, ut perpetuò apud eum maneat, & agnati penitus excluſi eſſe debeant: quin potius contra Sonsbecc. hoc ita intelligendum eſſe duco, ut tantiſper apud dominum maneat, quoad is, qui alienavit, ſuperſtes eſt: eo verò defuncto ad proximũ agnatum devolvatur: Idq; probo argumentis illis, quibus ſupra *quæſtio XV.* generaliter oſtendimus, quotieſcunq; ob delictum in dominum commiſſum feudum domino aperitur, quod iſtud obtineat, vivo delinquente: eo verò defuncto, agnatis delictum non obſit. Omnes enim illæ rationes in propoſito rectè ſibi locum vendicant: Ideoq; eò magis, quia is, qui ſine conſenſu domini alienat, non tam graviter in dominum delinquit, quàm is, qui perſonam ejus directò offendit. 13

Nam licet in dominum peccet,

Digitized by Google

nemo tamen inficias ibit, minus offendere cum dominum, quàm ſi aliquid ex iis commiſerit, quæ enumerantur *in* §. *ſi porrò dominum.. quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* ex quo etiam auctor *d.* §. *fin.* cum videret, probabiliter dubitari poſſe, utrum hic caſus inter delicta in dominum commiſſa referendus foret, hoc peculiariter decidendum putavit: & licet reſpondeat, inter delicta illa numerandum eſſe, utitur tamen verbo (videtur) deſignans hoc ipſo, non eſſe iſtud tam grave delictum, quàm ſunt ea, de quibus in præcedente diſtinctione dixerat. probavimus autem ſupra, quod etiam tum, quando in ipſius domini perſonam quid eſt peccatum, is feudum tamdiu ſolum teneat, quàmdiu vivit delinquens. Multò itaq; magis hoc locum habebit in propoſito. alioqui enim iniquum admodum eſſet, cum, qui minus peccat, duriore tamen pœna affici. Id quod in propoſito ex hoc etiam veriſimile redditur, quod, etſi Imp. Lothar. & Fridericus admodum duras & ſeveras ediderint conſtitutiones, quarum gravitate vaſallum ab alienatione feudi deterrere voluerunt. tamen in his ipſis conſtitutionibus tantummodo conſiderant perſonam venditoris & emtoris, & in eos omnem ſeveritatem dirigunt, ſatis hoc denotantes, ipſorum propoſitum eſſe, quod illos duntaxat punire, non verò alios culpæ expertes ipſorum etiam jure contra æquitatis rationem privare velint: præſertim verò cum Imperat. Lothar. pœnam conſtituendo his utatur verbis: precio ac beneficio ſe cariturum agnoſcat: quibus etiam pro ratione, cur feudum domino aperiatur, utitur auctor *d.* §. *fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* Hæc enim verba ſolum reſpiciunt perſonam contrahentium: minimè verò ad agnatos accommodari poterunt. Pœna igitur his verbis conſtituta intelligenda etiam erit de contrahentibus, ad agnatos verò, quibus verba illa non conveniunt, nequaquam extendenda. Regulariter enim diſpoſitiones pœnales ſtrictè ſunt accipiendæ. *l. pen. ff. de pœnis. l. Factum cuiq. ſuum.* §. *fin. & ibi latè Dec. de reg. jur. c. in pœnis. eod. tit. in 6.* neque ultra, quàm verborum proprietas exigat, extendendæ. *ut not. gl. & ibi Bart. Bald. & DD. in l. fin. de in jus voc. & in* §. *Ex maleficiis, ubi Jaſ. num. 39. inſtit. de action. Bald. & in l. 3. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum aliis congeſtis per Dec. in d.* §. *fin. l. factum.*

Atque † hinc etiam facilè reſponderi poteſt ad omnia illa jura, quibus generaliter definitur, feuda hoc caſu ad dominum pertinere, ut videlicet intelligantur ſolummodo vivo delinquente, exigente hoc nimirum tàm juris feudalis, quàm ipſius naturalis æquitatis ratione, quemadmodum ſupra *quæſtione XV.* multis firmavimus: quæ cum facilè à quovis huic etiam propoſito concinnari poſſint, ideo huc repetere neceſſe non eſſe arbitror. 14

Hac † ratione etiam non erit difficilè reſpondere ad conſiderationem illam, quàm ex jure agnatorum primæ opinionis aſſertores deſumſerunt. 15

Cum enim jus agnatorum poſt mortem delinquentis demum incipiat, & hoc ſalvum atque integrum ipſis maneat, nullam ſanè juſtam conquerendi cauſam habere poterunt, quod dominus, ut ſuæ injuriæ ultionem habeat, feudum interim, donec vivit delinquens, teneat, ſicuti in d. quæſtione copioſius demonſtravimus. Ex quibus deniq; perſpicuum eſt, non eſſe ita generaliter adſtipulandum ultimæ ſententiæ, & quod inde conſectarium eſt, nulli harum opinionum hactenus relatarum tutò inſiſti poſſe.

Nos † igitur, ut tandem ea, quæ circa ſingulas opiniones prolixè diximus, in compendium redigendo, certi quid inde conſtituamus, finemque huic quæſtioni imponamus, in hoc articulo ita concludendum ſtatuimus, ut ad filios quod attinet, amplecten- 16

Digitized by Google

plectentes ſecundam & ultimam opinionem, exiſtimemus, filios propter alienationem ſine conſenſu domini à patre ſuſceptam ad feudum aſpirare nullo modo poſſe. Hæc enim concluſio ex iis, quæ in hanc ſententiam quæſtione proxima protulimus, luculenter probatur: videturq; de ea, vel ideo minus ambigendum, quoniam ſatis firmatum eſt à nobis, feudum in propoſito propterea, quia in dominum peccatum eſt, domino aperiri. Nam quod hoc caſu, ubi feudum ad dominum revertitur, filii penitus excluſi cenſeantur, uno ore omnes tradiderunt. De agnatis verò, reprobata prima & ſecunda opinione cum ultima hoc tenendũ, feudum ſine conſenſu domini alienatum ad dominum magis, quàm agnatos devolvi per ea, quibus ſuprà ultimam opinionem firmavimus, ita tamen, ut dominus tamdiu feudum teneat, quàmdiu delinquens ſuperſtes eſt: eo verò defuncto, feudum ad agnatos redeat, neq; ipſis in jure ſuo aliquod afferatur præjudicium, quemadmodũ exiſtimarunt illi, qui primæ & ſecundæ opinioni ſubſcripſerunt, quam ita interpretatus eſt Marian. Socin. *in conſil. 112. incip. abundè profectò n. 2. lib. 2.* concludens, agnatos poſt mortem demum delinquentis poſſe recuperare feudum: Ut ita ſingulis opinionibus certo reſpectu ſuus relinquatur locus, & hæ omnes ratione iſta ad concordiam optimè reduci poſſint. Cumq; hæc ex ipſis juris feudalis capitulis planè manifeſta, atque etiam omnibus aliis tàm juris, quàm æquitatis rationib. ſint conſentanea, omnemq; difficultatem tollant: quinetiam pleriq; interpretum idem in generalib. concluſionib. ſupra tradiderint: mirari ſatis nequeo, quid nam interpretum oculos ita perſtrinxerit, ut non conſiderantes, quid tam clara juris feudalis reſponſa velint, quid æquitatis ratio exigat, quidve ipſimet prius docuerint, in eas fuerint prolapſi ſententias, quæ & cum aperto jure, & ipſa æquitatis norma pugnant, & deniq; etiam propriæ ipſorum doctrinæ adverſantur, rem per ſe ſatis planam ineptarum opinionum involucris involventes. Facere itaq; non poſſum, quin hoc loco teſtimonium perhibeam Phanuc. de phan. qui *in tract. de invent. part. 5. n. 58.* mirum eſt, inquit, ac difficile dictu, quàm facile in graviſſimos errores labantur & incidant noſtri interpretes, dum ita ducuntur, ſeq; duci aſſentiunt auctoritate alicujus præcedentis doctoris, ut prorſus quidam cæci videantur, non inſpicientes ea, quæ ſunt luce meridiana clariora, ſed implicantes ſe concluſionibus non veris, & de jure impoſſibilibus vel etiam ineptis eſſantur ſtulta. *Hæc ille.*

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) PLeriq; enim exiſtimarunt] vide *Knichen de veſtiturar. pact. part. 1. cap. 2. n. 171. & ſeqq. Fachin. lib. 7. controv. cap. 24.* ubi eatenus parenti aſſentitur ut exiſtimet feudum ſive conſenſu domini alienatum ſive novum ſive antiquum fuerit ad dominum pertinere excluſis filiis & agnatis. Sed quod parens addit mortuo alienante & deſcendentibus feudum jure priſtino agnatis reſtituendum pernegat idq;, ſiquidem ſibi conſtare voluit, aliter facere non potuit. Cum igitur de hoc in præcedenti capite ſatis actũ ſit eo remiſiſſe ſuffecerit. Eademq; ad ejuſdem cap. 25. dicta ſunto.

QUÆSTIO XVIII.

FEUDUM OB NON PETITAM INVESTITURAM AMISSUM ad quem pertinet.

1. *Feudum amiſſum ob non petitam inveſtituram ad filios non transfertur.*
2. *Ad agnatos autem magis, quàm ad dominum devolvi multi putarunt.*
   Contra verò alii iſtud domino magis aperiri exiſtimarunt n. 3. Quæ opinio defenditur, annexa tamen declaratione num. 7.
4. *Inveſtituram non petens in dominum delinquere cenſetur.*
5. *Textus in §. præterea ſi quis. de prohibit. feud. alien. per Frideric. de feudo antiquo intelligendus.*
6. *Agnatis cur præjudicet vaſallus non petens inveſtituram.*
8. *Feudum ob non petitam inveſtituram cur defuncto vaſallo ad agnatos devolvatur.*

RESTAT, ut paucis videamus, ſi vaſallus propterea, quia intra annum & diem non petierit inveſtituram feudum amittat, ad quem iſtud pertineat.

(a) 1 (a) Filiis quidem delictum hoc obeſſe, ne † ad feudum admittantur, per regulam illam generalem traditam *in c. Si vaſallus culpam ſi de feud. defunct. & c. 1. Si vaſallus feudo privetur. docuit Andr. de Iſernia ibi, & in c. 1. de capitul. Corrad. quem ſequitur Matth. de Afflict. ibid. nu. 18. & in c. 1. n. 6. Quo tempore miles* & probatur inſuper hæc concluſio omnibus illis rationibus, quibus in præcedentibus duabus quæſtionibus ſtabilivimus, filium ob delictum patris generaliter excludi à feudo, ut ita omni controverſia ſit exemta. Erravit igitur Alvarott. dum *in d. §. fin. concluſio. 20. Quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt. & in c. 1. quo tempore miles.* opinatus eſt, filios hoc caſu admittendos eſſe, advocans pro ſe auctoritatem Iſerniæ: cum tamen hunc contrarium ſenſiſſe ex ſcriptis ejus liquido conſtet. Ex quo etiam cavendum *à Præpoſ. in d. § fin. Curt. jun. in tractat. feud. part. 5. num. 10. verſ. Quinta ſit concluſio. & Thom. de Marin. in tit. 2. n. 46.* qui ſe paſſi fuerunt ab Alvarott. ſeduci.

Quod † verò attinet ad agnatos, hoſce magis quàm dominum ad feudum ob culpam talem amiſſum admittendos, *cenſuit Andr. de Iſern. in d. c. 1. Si vaſall. feud. privet. & in d. cap. 1. de capitul. Corrad. quem ſequitur Alvarott. in d. § fin. concluſio. 2. & in c. 1. Quo tempore miles. & ibidem Matth. de Afflict. n. 6. & in d. c. 1. n. 18. de capitul. Corrad. & Præpoſit. in d. § fin. col. pen. Curt. jun. parte 5. in 5. concluſio. Capytius in cap. Imperialem. §. Præterea ſi quis infeudatus. in 7. concluſio. de prohibit. feud. alien. per Frederic. Socin. in conſil. 4. incip. Super quæſtione quæ vertitur col. fin. & in conſil. 66. incip Viſa donatione. vol. 1. Guliel. à Perno. conſil. 24. incip. quæſitum fuit. nu. 6. verſ. Unde concluditur. Roland. à vall. in conſil. 64. incip. Viſis & maturè conſideratis. n. 9. vol. 2. & in conſil. 40 in fin. vol. 3. Thom. de Marin. in d. loco qui licet alleget Freccian. in 3. auctoritate. n. 47. verſ. Ex hac declaratione: is tamen loquitur de peculiari lege Roberti, nihil interim decidens. quid ſecundum jus noſtrum feudale ſit judicandum.* Moventur autem illi potiſſimum ea ratione, qua ſupra oſtendimus, delictum vaſalli nocere non debere agnatis, in proprio ipſorum jure ex pacto anteceſſorum quæſito.

Secun-

Secundò per generalem illam regulam, qua traditur, quando delictum non eſt in ipſum dominum commiſſum, quod tum regulariter feudum agnatis aperiatur. *d. §. fin. quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & d. c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui.* Exiſtimarunt enim hanc culpam, quæ ob non petitam inveſtituram committitur, non reſpicere ipſam perſonam domini, vel ſaltem non eſſe talem, quæ delicti nomine rectè veniat, ſed rectius contemtum dici, quem à delictis ſeparare ſolent. Quia verò huic ipſorum opinioni plurimum refragatur. §. *Præterea ſi quis infeudatus*: ubi diſertè dicitur, feudum hoc caſu ad dominum redire: ideo textum illum interpretantur de feudo novo, vel de feudo antiquo hæreditario, *ut declarat Thomas Marin. in d. loco.*

3 Contra † verò alii cenſuerunt, feudum ob non petitam inveſtituram amiſſum ad dominum magis, quàm ad agnatos pertinere: *id quod ſenſit Odofred. in ſumma ſub rubric. ad quos feud. revertat. quando amitt. quem ſequitur Bald. in cap. 1. col. 2. verſ. Et poteſt poni, Si vaſall feud. privet. Joann. Rayn. in d. §. Præterea ſi quis. num. 30. Alex. in conſil. 30. incip. Quoniam omne datum. nu. 17. verſ. Non obſtat. vol. 1. & in conſil. 10. col. 2. incip. Ponderatis his. nu. 8. in fin. vol. 3. Paul. de Caſtro in l. Adoptivum. §. paternum. col. 2. de in jus voc. Jacob. de S. Georg. in verſ. qui quidem inveſtiti. nu. 46. cum ſeq. verſ. Rurſus quæro, ubi inquit, ſecundum hanc opinionem fuiſſe judicatum. Pract. Papienſ. in for. libell. quo agitur ad revocat. feud. in verb. Nec ſuperſtitibus. col. 9. verſ. Tertio caſu. Petr. Jacob. in practic. de cauſis, ex quibus dominus amittat proprietatem. in 11. diſtinctio. Dec. in conſil. 144. incip. Et maturè pro viribus. n. 6. Curt. jun. in conſil. 47. incip. Prima facie videtur. col. pen. in fin. Joan. de Anan. in conſil. 32. incip. Ultra alia dubia. in ſecundo dubio, ubi hanc opinionem communem* eſſe dicit; quem ſequitur Bolognin. ibi in addit. & hanc ſententiam latè tuetur etiam Sonsbeccius in d. parte 13. verſ. Prima ergo concluſio. num. 13. & eandem tanquam magis communem * & veriorem ſequitur D. Borcholt. in tractat. feud. cap. 8. n. 141.* *

Probatur autem ea primò, quia † negari non poteſt, eum, qui inveſtituram accipere & fidelitatem jurare noluit, delinquere, & quidem in ipſum dominum: quippe cum à ſolo domino inveſtitura petatur, & illi duntaxat juramentum præſtetur, atq; ideo totum hoc negocium ſolum dominum reſpiciat, ex quo etiam is, qui hoc facere neglexit, ingratus in dominum eſſe dicitur *in c. 1. in princ. quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* locus igitur erit generali illi regulæ, quæ docet, feudum ob culpam in dominum commiſſam domino aperiri. *d. §. fin. quæ fuer. prima cauſa benefic. c. 1. An ille qui interfec. frat.* 4

Secundò † idem magis luculenter probat textus apertus *in d. §. Præterea, ſi quis.* ubi claris verbis reſpondetur, feudum ad dominum redire. Admodum enim generaliter loquitur. Convenit igitur, ut etiam generaliter non ſolum de feudo novo, ut pleriq; opinati ſunt, ſed etiam de feudo antiquo intelligatur. *arg. l. de precio. de publ* cum præſertim textus ille ſit inſertus conſtitutioni Friderici Imperat. quam ad omnia feudorum genera pertinere fluctuandum non eſt. Procul dubio enim Imperator videns, hoc non ita clarè deciſum eſſe, & propterea dubitari poſſe, ad quem feudum ex hac cauſa amiſſum pertinere debeat, igitur omnem ſublaturus dubitationem, hoc etiam conſtitutione ſua generaliter definire voluit. Non itaq; ſolum de feudo novo, ſed multò magis de feudo antiquo, utpote quod majorem recipit dubitationem, intelligendus erit textus ille, cum alioqui huic negocio non rectè conſultum eſſet, neq; Imperator finem propoſitum aſſequeretur, eo, quod maximè controverſum eſſet, in dubio relicto. 5

6 Conſiderat † præterea *Sensbeccius*, eſſe de natura feudi, ut intra præſcriptum tempus inveſtitura peti debeat. aut iterum ad dominum redeat, quemadmodum DD in feudo novo ſimpliciter admittunt, licet per hoc filiis præjudicetur. Miror ergo, *(inquit)* quod non æquè concedunt in antiquo, cum non minus tacitè videatur ſibi dominus proſpexiſſe, ne contemneretur à tertio, vel quarto aliquo in feudo antiquo, quàm à primo in feudo novo. Neque refert, quod, ut exiſtimant DD. in antiquo agnatis aliquid juris eſt acquiſitum, quod ſine culpa eorum ipſis auferri non debet. *l. Non debet. de reg. jur.* quia reſpondeo, (ait porrò) quòd de natura feudi ſit, quod dominus non debeat ab ullo contemni, & ſi fiat, quòd ſtatim in ultionem ſuæ injuriæ recipiat feudum ſub tali modo datum tacitè. *arg. l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* cum ergo agnati plus juris ad feudum non habeant, quàm natura feudi concedat, non poſſunt agnati dicere, per hoc illis aliquid detractum, ſi dominus vendicet, *ut probatur in c. 1. de allod. & c. 1. §. firmiter. de prohibit. feud. alienat. per Frederic.* ubi ad dominum ex culpa in eum commiſſa redit, ſive novum, ſive antiquum fuerit feudum, *ſecundum gloſ. & omnes DD. ibi.* Addit inſuper aliam rationem Sonsbecc. quoniam ſi feudum hoc caſu juxta opinionem interpretum agnatis aperiretur, hoc abſurdum inde ſequeretur, quod, ſi vaſallus agnatus, ad quem feudum ex hac culpa pervenit, intra tempus præſcriptum inveſtituram petere nollet, & ſic deinceps alius agnatus poſt eum, dominus perpetuò ſine vaſallo jurato eſſet, quod nullam habet rationem, *Hæc ille.* Opiniones haſce inter ſe diffidentes ita conciliare conatur Laurentius Sylvanus *de feud. recognitione. quæſt. 78.* ut poſteriori ſententiæ tum demum locus ſit, quando vaſallus contemſit petere inveſtituram. primæ verò, quando ſine contemtu neglexit tantum, quippe cum magna ſit differentia inter contemnere & negligere, *ut not. gl. in verb. contemſerit. in c. cupientes § quod ſi per viginti. de electio lib. 6.* Et addit, quod tum vaſallus videatur contemnere dominum, quando negligens monitus adhùc in negligentia perſeverat. Tunc etenim negligentia in contemtum vertitur, *ut not. Joann. Andr. in c. grande. de ſupplend. negligent. prælat.*

Verum hæc diſtinctio ad propoſitum noſtrum non rectè accommodari poſſe videtur. Adverſatur enim illa verbis textus *in d. §. præterea.* qui generaliter loquitur de vaſallo per incuriam, vel negligentiam non petente inveſtituram, neq; inſuper ad hoc, ut feudum domino aperiatur, admonitionem, vel quippiam aliud requirit: ut proinde interpretatio iſta non ſolum magnam contineat divinationem, ſed & cum verbis illius textus pugnet. Deinde non ſatis convenit cum vulgata regula, quæ docet, tempus à jure præſtitutum currere ſine interpellatione, *ut not. in l. 2. C. de jur. Emphyt. & in c. potuit: locati. & in l. ſi mora. ubi gl. ſolut. matrimon. Jaſ. & DD. in l. Si ita ſtipulatus eſſem abs te de verbor. obligat.* Eſt enim annus iſte ad petendum inveſtituram præfinitus ab ipſo jure ſub pœna amiſſionis Non igitur neceſſaria erit aliqua interpellatio. Præterea ad hoc, ut propter negligentiam vaſallus feudo privetur, requiritur, doloſe iſtud fuiſſe prætermiſſum. *cap. 5. de probib. feud. alienat. per Lothar.* quo quidem dolo interveniente, vix eſt, ut ſine contemtu domini inveſtituræ petitio prætermittatur. Non igitur huc referri poterit diſtinctio illa, alioqui inter contemtum & negligentiam conſtituta.

Quamobrem † ego, ea rejecta, ſecundæ ſententiæ eatenus lubens ſubſcribo, ut exiſtimem, feudum in hac facti ſpecie domino aperiri, tum propter manifeſtum textum *in d. §. Præterea,* & rationes jam conſideratas, tum quia illa, 7

illa, quæ pro opinione prima adducuntur, levia admodum ſunt: quippe cum his, quæ Sonsbecc. jam conſideravit, penitus deſtruantur: tum deniq; quia, ut jam diximus, ob non petitam inveſtituram feudum aliter non amittitur, quàm ſi doloſè iſtud prætermiſſum fuerit. *d. cap. fin. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Nemo enim arbitror inficias ibit, quin dolo interveniente, graviter in dominum delinquatur.

Sed tamen hoc etiam declarandum eſſe duco, ut quemadmodum in
8 proxima quæſtione diximus, feudum † amiſſum tamdiu ſolum apud dominum maneat, quamdiu ſuperſtes eſt is, qui deliquit: eo vero defuncto, ad agnatos revertatur, per ea, quæ ſupra *quæſtione XV.* ubi de generali concluſione actum fuit, prolixius adduximus. Rationes enim ibi conſideratæ, ſi unquam aliàs, certè in caſu præſenti maximè locum habere debent, quoniam omittendo duntaxat peccatur, quod levius eſſe, quam ſi committendo delinquatur, nemo dubitat: atque inſuper ſpacium petendæ inveſtituræ ita arctis finibus eſt coanguſtatum, ut magnum juris rigorem contineat, quem ob tam exigui temporis lapſum jure ſuo privari. Qua de cauſa etiam à pleriſque traditum eſt, dominos beneficos non ſolere vaſallis ex hac culpa feuda eripere, *ut dicit Andreas de Iſernia in c. Quo tempore miles, quem refert Matthæus de Afflict. in d. §. Præterea ſi quis. num. 1.* addens, peſſimos eſſe conſiliarios, qui aliud principi perſuadent. Longè itaque durius eſſet, ſi propter hoc delictum etiam agnati jure ipſorum proprio, pacto anteceſſorum quæſito privari deberent, contra omnem tam juris, quàm æquitatis rationem, quemadmodum ſupra copioſius firmavimus: unde plura pro hujus ſententiæ noſtræ comprobatione peti poterunt. Atque hac quidem ratione optimè conciliari poſſunt duæ iſtæ inter ſe colluctantes opiniones, ut videlicèt poſterior eatenus procedat, ut vivo delinquente feudum domino aperiatur: prima verò, eo defuncto, locum habeat, ne delictum unius noceat alteri, & jus ipſius proprium tollat, ut non ſolum illius opinionis aſſertores exiſtimarunt, ſed etiam tam juris, quàm æquitatis ratio poſtulat. Ex quibus omnibus tandem efficitur, concluſiones illas generales, quas ſupra firmavimus, regulariter ad omnes cauſas, ob quas feudum amittitur, pertinere, neque adeò neceſſe eſſe de ſingulis caſibus novas opiniones effingere, quemadmodum à pleriſq; factitatum videmus, ſed tutiſſimam viam hanc eſſe, ut omnes alii caſus ſecundum generales illas regulas dijudicentur. Quod ut demonſtremus, binos illos caſus examinare placuit, ut inde de cæteris etiam rectius judicium ſumi poſſit.

ADDITIO SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Ad quem iſtud pertinet.] *Knichen. de veſtitur pact. part. 1. cap. 2. nu. 176. Fachina. lib. 7. controverſ. cap. 25.*

QUÆSTIO XIX.

DE SUCCESSIONE FEUD LI: UTRUM GRADUS SECUNDU Jus civile, an verò juxta canonicum computandi ſint: item agnati uſque ad ſeptimum gradum tantùm, an in infinitum ſuccedan utrum Jure Saxonico ad ſucceſſionem feudi admittantur, ſine inveſtitura ſimultànea, an verò jus iſtud ſuccedendi inter agnatos penitus ſit ſublatum.

1. *Feuda initio à domino pro libito revocari poterant.*
Poſtea in annum, inde uſq; ad vitam vaſalli durarunt, nu. 2.
3. *Filii quemadmodum olim in feudis ſucceſſerint, & quomodo collaterales.*
4. *Deſcendentes hodie in infinitum ſuccedunt.*
5. *Aſcendentes in feudis cur non ſuccedant.*
6. *Collaterales uſq; ad ſeptimum gradum ſuccedunt, quod declaratur num. 23. idq; etiam hodie obtinere multi putarunt, num. 31.*
Contrarium defenditur nu. 26. & 40.
7. *Gradus feudali jure computantur ſecundum jus civile, & nu. 10. contra quod imò juxta jus canonicum numerandi ſint poſt* Hotomanum *probatur nu. 8. & 12. & argumenta prioris opinionis refutantur nu. 19.*
9. *Textus* in c. 1. Si vaſallus feud. privet. *declaratur; & num. 11. & planius nu. 18. & nu. 34.*
13. *Geniculus pro generatione non convenit gradibus juris civilis, & nu. 14.*
15. *Textus* in §. Hoc quoque. de ſucceſſ. feud. *explicatur, & nu. 20. & nu. 28. & 29.*
Paternum feudum quodnam dicatur.
16. *Textus* in c. 1. de natur. ſucceſſio. feud. *declaratur: & nu. 32.*
17. *Agnati primo acquirenti potiſſimum ſuccedunt.*
19. *Leges jure feudali appellantur leges Longobardorum.*
20. *Textus* in §. Hoc quoque ſciendum: de his qui feud. dar. poſſ. *explanatur & nu. 24. & nu. 28. & 29.*
21. *Fratres patrueles jure Longobardorum qui dicantur.*
22. *Agnationis vocabula ex jure ci[…] ſumta rectè in feudis etiam […]pantur.*
23. *Quartus gradus juris feudali[…] vum juris civilis, ſeptimus de[…] quartum attingit.*
24. *Linea collateralis jure feudali di[…]tur à directa deſcendentium, […]pterea in feudis retinenda. & […] Contrà nu. 28. Declaratur nu[…]*
25. *In feudi ſucceſſione non ſemper p[…] acquirens, ſed potiſſimum […] ejuſdem lineæ conſiderantur.*
26. *Agnati hodie in infinitum ſuccedu[…]ta communem opinionem. […] quidam uſq; ad ſeptimum g[…] tantum eos admittunt. nu. 30. […] poſtquam pluribus defender[…]ctor, tandem priori ſententiæ ſ[…]bit. nu. 39.*
27. *Agnati etiam deſcendentes dicun[…]cta relatione ad primum acq[…]tem: & nu. 36. Contrà nu. 35. […]*
28. *Lineæ collateralis cōſideratio à fe[…]terni ſucceſſione, an rectè remov[…]*
29. *Agnati deſcendentes à duobus fra[…] acquirentibus feudum, differ[…] deſcendentibus ex communi […] ſed hæc differentia improbatur[…]*
33. *Vocabulum (in infinitum) item ([…]tuum) quam habeat ſignificat[…]*
35. *Lex principaliter diſponens de ali[…] præfertur cæteris.*
36. *Agnati magis ſuccedunt proxi[…] functo quàm primo acquirent[…] proximitas gradus refertur […] functum. Contrà nu. 37. De[…]ratur nu. 38.*
39. *Septimus gradus an excluſivè, a[…] incluſivè accipiendus ſit.*
Dictionis (uſq;) proprietas.

41

41. *Jure Saxonico ſoli filii ſuccedunt excluſis agnatis: Idq́ multis firmatur nu. 52. & uſu receptum eſſe probatur nu. 89.*

42. *Textus* in art. 21. juris Saxonici feudalis *declaratur, ſed rectius nu. 60. & prior declaratio refutatur n. 75.*

43. *Tranſmiſſio hæreditaria differt à jure ſuccedendi: reſpondetur nu. 77.*

44. *Agnati ſanguinis jure magis ſuccedunt, quàm tranſmiſſione.*

45. *Verbum* (Vorerben) *quid ſignificet: & nu. 78.*

46. *Poſſeſſio feudi ad filios tranſmittitur.*

47. *Statuta juri communi convenienter intelligenda.*

Etiam contra propriam verborum ſignificationem nu. 48.

Fallit hoc, quando conſtat de mente diſponentis, quod voluerit recedere à jure communi, nu. 79.

49. *Statuta ultrà non extendenda ſunt quàm verbis expreſſum fuit.*

50. *Statuta ita interpretanda, ne alicui indebitè damnum inferatur.*

51. *Statuta ita intelligenda, ut rationi ſint conſentanea.*

Item, ne quid abſurdi inde ſequatur, numer. 52.

53. *Fratres poſt diviſionem initam invicem non ſuccedunt jure Saxonico ſine nova inveſtitura: & unde hoc deſcendat, nu. 57.*

54. *Feudi ſucceſſio ſine culpa nemini extorquenda.*

55. *Precibus fruſtra impetratur, quod ipſo jure conceditur.*

56. *Textus* in cap. 32. Juris feudalis Saxonici *declaratur: & eum de feudo paterno intelligendum oſtenditur.*

58. *Filiorum duntaxat, & eorum qui ſimul inveſtiti fuerunt, non autem agnatorum in ſuccedendo habetur ratio jure Saxonico.*

59. *Tranſmittendi facultas jure Saxonico à poſſeſſionē dependet.*

60. *Verba ſtatutorum diligenter conſideranda.*

61. *Univerſales dictiones omnes caſus comprehendunt. Neq́ ullam dictionem vel reſtrictionem admittunt, nu. 62.*

Præſertim quando fuerunt geminatæ, nu. 66.

62. *Ex generalitate vocabulorum apparet, ſtatuentes voluiſſe recedere à jure communi.*

63. *Maritus dotem lucratur etiam in præjudicium liberorum, quando ſtatutum generaliter de omni caſu loquitur.*

64. *Negativa magis negat, quàm affirmativa aſſeveret.*

65. *Negativa univerſalis etiam minima excludit.*

67. *Geminatio deſignat præciſam mentem diſponentis.*

68. *Geminata verba propriè intelligenda.*

69. *Univerſalis dictio (nulla) interpretationem commodam quando recipiat.*

70. *Exceptio declarat regulam in reliquis caſibus non exceptis locum habere.*

71. *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*

72. *Taxativa dictio omnem extenſionem excludit.*

73. *Verbis ſtatutorum claris & apertis omnino ſtandum.*

Neq́ hoc caſu ulla admittitur interpretatio, nu. 74. & 79.

76. *Gl. auctoritas claris verbis textus non eſt anteponenda.*

80. *De ratione ſtatuti non valde laborandum.*

81. *Leges non judicandæ, ſed ſecundum eas judicandum.*

82. *Feuda à conſuetudine maximè dependent.*

83. *In jure feudali utpote uſu introducto ratia anxiè inveſtiganda non eſt.*

84. *Feuda dependent à beneficio primi concedentis.*

85. *Principi integrum eſt in feudorum conceſſionem legem, quam vult, eis imponere.*

86. *Agnati cur jure conqueri nequeant, quod ſecundum jus Saxonum in feudo non ſuccedant.*

87. *Perſonæ, quæ alioqui jure communi ſuccederent, in feudis tamen pro arbitrio domini concedentis quandoq́ non ſuccedunt.*

88. *Textus* in c. 2. Juris feudalis Saxonici *declaratur.*

90. *Conſuetudo optima legum interpres.*

91. *Interpretatio optima, quæ à praxi & experientia deſumitur.*

92. *In judicando id tenendum, quod ab aliis prius obſervatum fuit.*

93. *Non ſolùm filii, ſed etiam nepotes jure Saxonico in feudis ſuccedunt,*

94. *Filiorum appellatione nepotes & reliqui deſcendentes comprehenduntur.*

Succeſ-

eſt,ea non ſolùm ad feudum novum, ſed ad paternum etiam pertinere. Omnia enim alia, quæ ibi commemorantur,utrique feudorum generi conveniunt.

Conſequens igitur eſt, ut etiam id, quod de domino ibi dicitur, utrique feudo commune ſit,cùm deniq; quia ex conſtitutione Lotharii atq; Friderici Imperat. manifeſtum eſt,eos valdè ſolicitos,atq; anxios fuiſſe,quanam ratione omnem feudorum alienationem ſine conſeſu domini ſuſcipiendam ita prohibeant,ne quis temerè ad eam proſilire auſit.

Non itaq; veriſimile eſt,eos tàm arctis finibus has ſuas conſtitutiones includere voluiſſe, ut nuſquam niſi ad feuda nova adaptarentur, cum hac ratione id,quod maximè voluiſſent,minimè conſequerentur, feudis paternis in medio relictis. Quin potiùs, ut conſtitutiones iſtæ propoſitum finem ſortiantur,de omni feudorum genere intelligenda erunt, & quod conſequens eſt, etiam id, quod ibi diſponitur, feudum hoc caſu ad dominum reverti,ad feudum non ſolùm novum, ſed etiam antiquum pertinebit.

XI Præterea † hanc ſententiam luculenter probat textus *in d.§.fin. Quæ fue. prim. cauſ. benefic. amitt.* Si vaſallus (inquit) contra conſtitutionem bonæ memoriæ Lotharii Imperatoris beneficium alienaverit, quia dominum contemnere videtur, ad dominum beneficium pertineat.

Scriptum eſt enim,ut precio ſe cariturum agnoſcat.

Hoc enim reſponſum tàm de feudo paterno, quàm de feudo novo intelligendum eſſe, non ſolùm ex eo apparet, quod præcedentibus, quæ de paterno feudo intelligenda eſſe uno ore concedunt omnes,immediatè annectitur, ſed etiam evidens eſt ex ratione inſerta, qua ſignificatur, eum, qui ſine conſenſu alienat, dominum contemnere.

Hanc enim ad utrunque feudum pertinere certò certius eſt. Par igitur eſt, ut ex ratione hac de utroq; feudo textus iſte intelligatur, quod quia non minùs eleganter,quàm copioſè declarat Sonsbeccius, ideò verba ejus hîc addamus.

Cum in hoc reſponſo (*inquit*) quamplurimis amiſſionum cauſis præmiſſis diſceptaret compilator in fine, ad quem redire amiſſa feuda,tàm nova, quàm antiqua deberent,voluit ſimpliciter, ſi in dominum eſſet peccatum, ad dominum redire,ſi in alium,jam ad proximos,hoc eſt, agnatos,ad quos de jure pertinere poſſet. *Cui communiter Dd. conſentiunt.*

Quare non etiam reſponſum immediatè ſequens tàm de antiquo, quàm de novo frudo intelligeret? Imò ſi de novo ſolum accipi voluiſſet, dixiſſet utique, diſtingvendo qualitates, adhibitis differentiis. Cæterùm hoc quia non fecit, quis dubitat non finem unius reſponſi, ut principium & medium intelligi debere, cùm ferè ſemper ſecundùm prædicata ſubjecta intelligi debeant, §. *Præterea, Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Quinimò cùm reſponſum expreſsè habeat, ideò feudum illicitè alienatum ad dominum redire, quia dominum per hoc contemnere vaſallus videtur, (quæ verba ſunt notanda,) quis dubitat ſub præcedentibus immediatè prædictum reſponſum comprehendi: nam ſi alienando contemnit dominum, ergo in eum delinquit: Si deliquit, neceſſariò ergò principium reſponſi *in d. §. final.* habere locum debet, ubi volunt, ad dominum redire feudum, ſimul atq; in eum peccatum foret. Et certè ſi quis penitius introſpiciat, videbit feudorum compilatores timuiſſe, ne quis tale quid comminiſceretur, quod pars adverſa aſſerit. Ideoq; cùm in principio reſponſi dixiſſent, ad dominum redire feudum, cùm in eum eſſet peccatum: ubi in alium, tùm ad agnatos, ne quidam dubita-

bita-

Digitized by Google

bitarent, in alienatione facta non ita peccatum videri, ut ad dominum rediret, in fine dicti reſponſi clarius expreſſerunt, etiam ad dominum redire, rationem adjiciendo, nimirum quia per hoc dominum contemnere videtur. Quaſi dicerent, hoc ſub ea parte regulæ comprehendi, qua in dominũ peccatur, & in ultionem injuriæ ſibi illatæ ad dominum revertitur feudum, qui verus eſt intellectus dicti reſponſi, quicquid dicat gl. *Hac Sonsbecc.* Conſiderat inſuper rationem, ob quam potiſſimum prohibitum eſt, ne feuda ſine conſenſu domini alienentur. Cauſa enim alienationis fuit, ne feudis divenditis, vel alienatis, dominorum ſervitia, exhauſtis jam bonis vaſalli ſubterfugerent, neve dominorum imminuerent utilitatem, *ut inquit textus in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frederic.* Sed hæc ratio non ſolum locum habet in feudis novis ſed etiam in antiquis. Conſectarium igitur eſt, etiam prohibitionem & pœnam, ex hac cauſa introductam in utroq; locum ſibi vendicare.

12 Ex † hac etiam ratione veriſimilius redditur id, quod *ex d. §. fin.* modò diximus. eum, qui non conſentiente domino alienat, in dominum peccare: quippe cum videamus, rationem etiam illam, ob quam hoc ita cautum eſt, domini perſonam reſpicere, ita ut non poſſit contra eam aliquid attentari, ne etiam dominus offendatur.

Denique cum *ex d. §. fin.* manifeſtum ſit, quod is, qui ſine conſenſu feudum transfert, dominum contemnere videatur, ſententia eorum, qui exiſtimarunt, feudum hoc caſu ad dominum magis, quàm ad agnatos pertinere, probabitur generali illa regula, quæ docet, quotieſcunq; in dominum aliquid peccatum eſt, feudum illi aperiri. *c. 1. An ille qui interf. fratrem domini ſui. & d. §. fin. in princ.* Ut proinde, licet hoc in caſu noſtro ita expreſsè definitum non eſſet, tamen vel ſecundum regulam hanc ita judicandum foret. Quantò magis idem ſtatuendum, poſtquam tot juris feudalis capitulis id manifeſtè deciſum eſſe videmus.

Hiſce itaq; adductus non poſſum non cum Sonsbeccio & reliquis, reprobata communi opinione, concludere, feudum alienatum ſine conſenſu ad dominum, non autem ad agnatos pertinere, tum propter manifeſta juris feudalis reſponſa, quæ ſine calumnia evitari nullo modo poſſunt, tum etiam potiſſimum, quod ea, quæ ab adverſa parte proferuntur, (*ut rectè ait Sonsbeccius*) nihil horum probant, ſed ita levia, & futilia ſunt, ut, ſi quem utriuſq; opinionis fundamenta diligentius examinantem plus moverint, quàm clara juris feudalis reſponſa, in noſtram ſententiam adducta, is ſtupidus planè & recta ratione deſtitutus videri poſſit.

Sed † quemadmodum ultimæ 13
ſententiæ ex fundamentis jam adductis eatenus facilè ſubſcribo, ut exiſtimem, feudum hoc caſu magis domino, quàm agnatis aperiri, ita in hoc minimè Sonsbeccio & reliquis aſſentior, quatenus illi opinati ſunt, feudum uſque eò ad dominum pertinere, ut perpetuò apud eum maneat, & agnati penitus excluſi eſſe debeant: quin potius contra Sonsbecc. hoc ita intelligendum eſſe duco, ut tantiſper apud dominum maneat, quoad is, qui alienavit, ſuperſtes eſt: eo verò defuncto ad proximũ agnatum devolvatur: Idq; probo argumentis illis, quibus ſupra *quæſtio XV.* generaliter oſtendimus, quotieſcunq; ob delictum in dominum commiſſum feudum domino aperitur, quod iſtud obtineat, vivo delinquente: eo verò defuncto, agnatis delictum non obſit. Omnes enim illæ rationes in propoſito rectè ſibi locum vendicant: Ideoq; eò magis, quia is, qui ſine conſenſu domini alienat, non tam graviter in dominum delinquit, quàm is, qui perſonam ejus directò offendit.

Nam licet in dominum peccet,

Digitized by Google

nemo tamen inficias ibit, minus offendere eum dominum, quàm ſi aliquid ex iis commiſerit, quæ enumerantur in §. *ſi porrò dominum.. quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* ex quo etiam auctor *d.* §. *fin.* cum videret, probabiliter dubitari poſſe, utrum hic caſus inter delicta in dominum commiſſa referendus foret, hoc peculiariter decidendum putavit: & licet reſpondeat, inter delicta illa numerandum eſſe, utitur tamen verbo (videtur) deſignans hoc ipſo, non eſſe iſtud tam grave delictum, quàm ſunt ea, de quibus in præcedente diſtinctione dixerat. probavimus autem ſupra, quod etiam tum, quando in ipſius domini perſonam quid eſt peccatum, is feudum tamdiu ſolum teneat, quàmdiu vivit delinquens. Multò itaq; magis hoc locum habebit in propoſito. alioqui enim iniquum admodum eſſet, eum, qui minus peccat, duriore tamen pœna affici. Id quod in propoſito ex hoc etiam veriſimile redditur, quod, etſi Imp. Lothar. & Fridericus admodum duras & ſeveras ediderint conſtitutiones, quarum gravitate vaſallum ab alienatione feudi deterrere voluerunt. tamen in his ipſis conſtitutionibus tantummodo conſiderant perſonam venditoris & emtoris, & in eos omnem ſeveritatem dirigunt, ſatis hoc denotantes, ipſorum propoſitum eſſe, quod illos duntaxat punire, non verò alios culpæ expertes ipſorum etiam jure contra æquitatis rationem privare velint: præſertim verò cum Imperat. Lothar. pœnam conſtituendo his utatur verbis: precio ac beneficio ſe cariturum agnoſcat: quibus etiam pro ratione, cur feudum domino aperiatur, utitur auctor *d.* §. *fin. Quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* Hæc enim verba ſolum reſpiciunt perſonam contrahentium: minimè verò ad agnatos accommodari poterunt. Pœna igitur his verbis conſtituta intelligenda etiam erit de contrahentibus, ad agnatos verò, quibus verba illa non conveniunt, nequaquam extendenda. Regulariter enim diſpoſitiones pœnales ſtrictè ſunt accipiendæ. *l. pen. ff. de pœnis. l. Factum cuiq. ſuum.* §. *fin. & ibi latè Dec. de reg. jur. c. in pœnis. eod. tit. in 6.* neque ultra, quàm verborum proprietas exigat, extendendæ. *ut not. gl. & ibi Bart. Bald. & DD. in l. fin. de in jus voc. & in* §. *Ex maleficiis, ubi Jaſ. num. 39. inſtit. de action. Bald. & in l. 3. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum aliis congeſtis per Dec. in d.* §. *fin. l. factum.*

Atque † hinc etiam facilè reſponderi poteſt ad omnia illa jura, quibus generaliter definitur, feuda hoc caſu ad dominum pertinere, ut videlicet intelligantur ſolummodo vivo delinquente, exigente hoc nimirum tàm juris feudalis, quàm ipſius naturalis æquitatis ratione, quemadmodum ſupra *quæſtione XV.* multis firmavimus: quæ cum facilè à quovis huic etiam propoſito concinnari poſſint, ideo huc repetere neceſſe non eſſe arbitror. 14

Hac † ratione etiam non erit difficilè reſpondere ad conſiderationem illam, quàm ex jure agnatorum primæ opinionis aſſertores deſumſerunt. 15

Cum enim jus agnatorum poſt mortem delinquentis demum incipiat, & hoc ſalvum atque integrum ipſis maneat, nullam ſanè juſtam conquerendi cauſam habere poterunt, quod dominus, ut ſuæ injuriæ ultionem habeat, feudum interim, donec vivit delinquens, teneat, ſicuti in d. quæſtione copioſius demonſtravimus. Ex quibus deniq; perſpicuum eſt, non eſſe ita generaliter adſtipulandum ultimæ ſententiæ, & quod inde conſectarium eſt, nulli harum opinionum hactenus relatarum tutò inſiſti poſſe.

Nos † igitur, ut tandem ea, quæ circa ſingulas opiniones prolixè diximus, in compendium redigendo, certi quid inde conſtituamus, finemque huic quæſtioni imponamus, in hoc articulo ita concludendum ſtatuimus, ut ad filios quod attinet, amplecten- 16

Digitized by Google

plectentes ſecundam & ultimam opinionem, exiſtimemus, filios propter alienationem ſine conſenſu domini à patre ſuſceptam ad feudum aſpirare nullo modo poſſe. Hæc enim concluſio ex iis, quæ in hanc ſententiam quæſtione proxima protulimus, luculenter probatur: videturq; de ea, vel ideo minus ambigendum, quoniam ſatis firmatum eſt à nobis, feudum in propoſito propterea, quia in dominum peccatum eſt, domino aperiri. Nam quod hoc caſu, ubi feudum ad dominum revertitur, filii penitus excluſi cenſeantur, uno ore omnes tradiderunt. De agnatis verò, reprobata prima & ſecunda opinione cum ultima hoc tenendū, feudum ſine conſenſu domini alienatum ad dominum magis, quàm agnatos devolvi per ea, quibus ſuprà ultimam opinionem firmavimus, ita tamen, ut dominus tamdiu feudum teneat, quàmdiu delinquens ſuperſtes eſt: eo verò defuncto, feudum ad agnatos redeat, neq; ipſis in jure ſuo aliquod afferatur præjudicium, quemadmodū exiſtimarunt illi, qui primæ & ſecundæ opinioni ſubſcripſerunt, quam ita interpretatus eſt Marian. Socin. *in conſil. 112. incip. abundè profectò n. 2. lib. 2.* concludens, agnatos poſt mortem demum delinquentis poſſe recuperare feudum: Ut ita ſingulis opinionibus certo reſpectu ſuus relinquatur locus, & hæ omnes ratione iſta ad concordiam optimè reduci poſſint. Cumq; hæc ex ipſis juris feudalis capitulis planè manifeſta, atque etiam omnibus aliis tàm juris, quàm æquitatis rationib. ſint conſentanea, omnemq; difficultatem tollant: quinetiam pleriq; interpretum idem in generalib. concluſionib. ſupra tradiderint: mirari ſatis nequeo, quid nam interpretum oculos ita perſtrinxerit, ut non conſiderantes, quid tam clara juris feudalis reſponſa velint, quid æquitatis ratio exigat, quidve ipſimet prius docuerint, in eas fuerint prolapſi ſententias, quæ & cum aperto jure, & ipſa æquitatis norma pugnant, & deniq; etiam propriæ ipſorum doctrinæ adverſantur, rem per ſe ſatis planam ineptarum opinionum involucris involventes. Facere itaq; non poſſum, quin hoc loco teſtimonium perhibeam Phanuc. de phan. qui *in tract. de invent. part. 5. n. 58.* mirum eſt, inquit, ac difficile dictu, quàm facile in graviſſimos errores labantur & incidant noſtri interpretes, dum ita ducuntur, ſeq; duci aſſentiunt auctoritate alicujus præcedentis doctoris, ut prorſus quidam cæci videantur, non inſpicientes ea, quæ ſunt luce meridiana clariora, ſed implicantes ſe concluſionibus non veris, & de jure impoſſibilibus vel etiam ineptis eſtantur ſtulta. *Hæc ille.*

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) PLeriq; enim exiſtimarunt] vide *Knichen de veſtiturar. pact. part. 1. cap. 2. n. 171. & ſeqq. Fachin. lib. 7. controv. cap. 24.* ubi eatenus parenti aſſentitur ut exiſtimet feudum ſive conſenſu domini alienatum ſive novum ſive antiquum fuerit ad dominum pertinere excluſis filiis & agnatis. Sed quod parens addit mortuo alienante & deſcendentibus feudum jure priſtino agnatis reſtituendum pernegat idq;, ſiquidem ſibi conſtare voluit, aliter facere non potuit. Cum igitur de hoc in præcedenti capite ſatis actū ſit eo remiſiſſe ſuffecerit. Eademq; ad ejuſdem cap. 25. dicta ſunto.

QUÆSTIO XVIII.

FEUDUM OB NON PETITAM INVESTITURAM AMISSUM ad quem pertinet.

1. *Feudum amiſſum ob non petitam inveſtituram ad filios non transfertur.*
2. *Ad agnatos autem magis, quàm ad dominum devolvi multi putarunt.*
Contra verò alii iſtud domino magis aperiri exiſtimarunt n. 3. Quæ opinio defenditue, annexa tamen declaratione num. 7.
4. *Inveſtituram non petens in dominum delinquere cenſetur.*
5. *Textus in §. præterea ſi quis. de probibit. feud. alien. per Frideric. de feudo antiquo intelligendus.*
6. *Agnatis cur præjudicet vaſallus non petens inveſtituram.*
8. *Feudum ob non petitam inveſtituram cur defuncto vaſallo ad agnatos devolvatur.*

RESTAT, ut paucis videamus, ſi vaſallus propterea, quia intra annum & diem non petierit inveſtituram feudum amittat, ad quem iſtud pertineat.

(a) (a) Filiis quidem delictum hoc

1 obeſſe, ne † ad feudum admittantur, per regulam illam generalem traditam *in c. Si vaſallus culpam ſi de feud. defunct. & c. 1. Si vaſallus feudo privetur. docuit Andr. de Iſernia ibi, & in c. 1. de capitul. Corrad. quem ſequitur Matth. de Afflict. ibid. nu. 18. & in c. 1. n. 6. Quo tempore miles* & probatur inſuper hæc concluſio omnibus illis rationibus, quibus in præcedentibus duabus quæſtionibus ſtabilivimus, filium ob delictum patris generaliter excludi à feudo, ut ita omni controverſia ſit exemta. Erravit igitur Alvarott. dum *in d. §. fin. concluſio. 20. Quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt. & in c. 1. quo tempore miles.* opinatus eſt, filios hoc caſu admittendos eſſe, advocans pro ſe auctoritatem Iſerniæ: cum tamen hunc contrarium ſenſiſſe ex ſcriptis ejus liquido conſtet. Ex quo etiam cavendum *à Præpoſ. in d. §. fin. Curt. jun. in tractat. feud. part. 5. num. 10. verſ. Quinta ſit concluſio. & Thom. de Marin. in tit. 2. n. 46.* qui ſe paſſi fuerunt ab Alvarott. ſeduci.

Quod † verò attinet ad agnatos, hoſce magis quàm dominum ad feudum ob culpam talem amiſſum admittendos, *cenſuit Andr. de Iſern. in d. c. 1. Si vaſall. feud. privet. & in d. cap. 1. de capitul. Corrad. quem ſequitur Alvarott. in d. § fin. concluſio. 2. & in c. 1. Quo tempore miles. & ibidem Matth. de Afflict. n. 6. & in d. c. 1. n. 18. de capitul. Corrad. & Præpoſit. in d. §. fin. col. pen. Curt. jun. parte 5. in 5. concluſio. Capytius in cap. Imperialem. §. Præterea ſi quis infeudatus. in 7. concluſio. de prohibit. feud. alien. per Frederic. Socin. in conſil. 4. incip. Super quæſtione quæ vertitur col. fin. & in conſil. 66. incip Viſa donatione. vol. 1. Galiel. à Perno. conſil. 24. incip. quæſitum fuit. nu. 6. verſ. Unde concluditur. Roland. à vall. in conſil. 64. incip. Viſis & maturè conſideratis. n. 9. vol. 2. & in conſil. 40 in fin. vol. 3. Thom. de Marin. in d. loco qui licet alleget Freccian. in 3. auctoritate. n. [illegible]. verſ. Ex hac declaratione: is tamen loquitur de peculiari lege Roberti, nihil interim decidens. quid ſecundum jus noſtrum feudale ſit judicandum.* Moventur autem illi potiſſimum ea ratione, qua ſupra oſtendimus, delictum vaſalli nocere non debere agnatis, in proprio ipſorum jure ex pacto anteceſſorum quæſito.

Secun-

Secundò per generalem illam regulam, qua traditur, quando delictum non eſt in ipſum dominum commiſſum, quod tum regulariter feudum agnatis aperiatur. *d. §. fin. quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt. & d. c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui.* Exiſtimarunt enim hanc culpam, quæ ob non petitam inveſtituram committitur, non reſpicere ipſam perſonam domini, vel ſaltem non eſſe talem, quæ delicti nomine rectè veniat, ſed rectius contemtum dici, quem à delictis ſeparare ſolent. Quia verò huic ipſorum opinioni plurimum refragatur. *§. Præterea ſi quis infeudatus:* ubi disertè dicitur, feudum hoc caſu ad dominum redire: ideo textum illum interpretantur de feudo novo, vel de feudo antiquo hæreditario, *ut declarat Thomas Marin. in d. loco.*

5 Contra † verò alii cenſuerunt, feudum ob non petitam inveſtituram amiſſum ad dominum magis, quàm ad agnatos pertinere *: id quod ſenſit Odofred. in ſumma ſub rubric. ad quos feud. revertat. quando amitt. quem ſequitur Bald. in cap. 1. col. 2. verſ. Et poteſt poni, Si vaſall feud. privet. Joann. Rayn. in d. §. Præterea ſi quis. num. 30. Alex. in conſil. 30. incip. Quoniam omne datum. nu. 17. verſ. Non obſtat. vol. 1. & in conſil. 10. col. 2. incip. Ponderatis his. nu. 8. in fin. vol. 3. Paul. de Caſtro in l. Adoptivum. §. paternum. col. 2. de in jus voc. Jacob. de S. Georg. in verſ. qui quidem inveſtiti. nu. 40. cum ſeq. verſ. Rurſus quæro, ubi inquit, ſecundum hanc opinionem fuiſſe judicatum. Pract. Papienſ. in for. libell. quo agitur ad revocat. feud. in verb. Nec ſuperſtitibus. col. 9. verſ. Tertio caſu. Petr. Jacob. in practic. de cauſis, ex quibus dominus amittat proprietatem. in 11. diſtinctio. Dec. in conſil. 144. incip. Et maturè pro viribus. n. 6. Curt. jun. in conſil. 47. incip. Prima facie videtur. col. pen. in fin. Joan. de Anan. in conſil. 32. incip. Ultra alia dubia. in ſecundo dubio, ubi hanc opinionem communem * eſſe dicit: quem ſequitur Bolognin. ibi in addit. & hanc ſententiam latè tuetur etiam Sonsbeccius in d. parte 13. verſ. Prima ergo concluſio. num. 13. & eandem tanquam magis communem * & veriorem ſequitur D. Borcholt. in tractat. feud. cap. 8. n. 141.* *

Probatur autem ea primò, quia † negari non poteſt, eum, qui inveſtituram accipere & fidelitatem jurare noluit, delinquere, & quidem in ipſum dominum: quippe cum à ſolo domino inveſtitura petatur, & illi duntaxat juramentum præſtetur, atq; ideo totum hoc negocium ſolum dominum reſpiciat, ex quo etiam is, qui hoc facere neglexit, ingratus in dominum eſſe dicitur *in c. 1. in princ. quæ fuer. prima cauſa benefic. amitt.* locus igitur erit generali illi regulæ, quæ docet, feudum ob culpam in dominum commiſſam domino aperiri. *d. §. fin. quæ fuer. prima cauſa benefic. c. 1. An ille qui interfec. frat.* 4

Secundò † idem magis luculenter probat textus apertus *in d. §. Præterea, ſi quis.* ubi claris verbis reſpondetur, feudum ad dominum redire. Admodum enim generaliter loquitur. Convenit igitur, ut etiam generaliter non ſolum de feudo novo, ut pleriq; opinati ſunt, ſed etiam de feudo antiquo intelligatur. *arg. l. de precio. de publ* cum præſertim textus ille ſit inſertus conſtitutioni Friderici Imperat. quam ad omnia feudorum genera pertinere fluctuandum non eſt. Procul dubio enim Imperator videns, hoc non ita clarè deciſum eſſe, & propterea dubitari poſſe, ad quem feudum ex hac cauſa amiſſum pertinere debeat, igitur omnem ſublaturus dubitationem, hoc etiam conſtitutione ſua generaliter definire voluit. Non itaq; ſolum de feudo novo, ſed multò magis de feudo antiquo, utpote quod majorem recipit dubitationem, intelligendus erit textus ille, cum alioqui huic negocio non rectè conſultum eſſet, neq; Imperator finem propoſitum aſſequeretur, eo, quod maximè controverſum eſſet, in dubio relicto. 5

6 Conſiderat † præterea *Sonsbeccius*, eſſe de natura feudi, ut intra præſcriptum tempus inveſtitura peti debeat. aut iterum ad dominum redeat, quemadmodum DD in feudo novo ſimpliciter admittunt, licet per hoc filiis præjudicetur. Miror ergo, (*inquit*) quod non æquè concedunt in antiquo, cum non minus tacitè videatur ſibi dominus proſpexiſſe, ne contemneretur à tertio, vel quarto aliquo in feudo antiquo, quàm à primo in feudo novo. Neque refert, quod, ut exiſtimant DD. in antiquo agnatis aliquid juris eſt acquiſitum, quod ſine culpa eorum ipſis auferri non debet. *l. Non debet. de reg. jur.* quia reſpondeo, (ait porrò) quòd de natura feudi ſit, quod dominus non debeat ab ullo contemni, & ſi fiat, quod ſtatim in ultionem ſuæ injuriæ recipiat feudum ſub tali modo datum tacitè. *arg. l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* cum ergo agnati plus juris ad feudum non habeant, quàm natura feudi concedat, non poſſunt agnati dicere, per hoc illis aliquid detractum, ſi dominus vendicet, *ut probatur in c. 1. de allod. & c. 1. §. firmiter. de prohibit. feud. alienat. per Frederic.* ubi ad dominum ex culpa in eum commiſſa redit, ſive novum, ſive antiquum fuerit feudum, *ſecundum gloſ. & omnes DD. ibi.* Addit inſuper aliam rationem Sonsbecc. quoniam ſi feudum hoc caſu juxta opinionem interpretum agnatis aperiretur, hoc abſurdum inde ſequeretur, quod, ſi vaſallus agnatus, ad quem feudum ex hac culpa pervenit, intra tempus præſcriptum inveſtituram petere nollet, & ſic deinceps alius agnatus poſt eum, dominus perpetuò ſine vaſallo jurato eſſet, quod nullam habet rationem, *Hæc ille.* Opiniones haſce inter ſe diſſidentes ita conciliare conatur Laurentius Sylvanus *de feud. recognitione. quæſt. 78.* ut poſteriori ſententiæ tum demum locus ſit, quando vaſallus contemſit petere inveſtituram. primæ verò, quando ſine contemtu neglexit tantum, quippe cum magna ſit differentia inter contemnere & negligere, *ut not. gl. in verb. contemſerit. in c. cupientes. § quod ſi per viginti de electio lib. 6.* Et addit, quod tum vaſallus videatur contemnere dominum, quando negligens monitus adhuc in negligentia perſeverat. Tunc etenim negligentia in contemtum vertitur, *ut not. Joann. Andr. in c. grande. de ſupplend. negligent. prælat.*

Verum hæc diſtinctio ad propoſitum noſtrum non rectè accommodari poſſe videtur. Adverſatur enim illa verbis textus *in d. §. præterea.* qui generaliter loquitur de vaſallo per incuriam, vel negligentiam non petente inveſtituram, neq; inſuper ad hoc, ut feudum domino aperiatur, admonitionem, vel quippiam aliud requirit: ut proinde interpretatio iſta non ſolum magnam contineat divinationem, ſed & cum verbis illius textus pugnet. Deinde non ſatis convenit cum vulgata regula, quæ docet, tempus à jure præſtitutum currere ſine interpellatione, *ut not. in l. 2. C. de jur. Emphyt. & in c. potuit. locati. & in l. ſi mora. ubi gl. ſolut. matrimon. Jaſ. & DD. in l. Si ita ſtipulatus eſſem abs te de verbor. obligat.* Eſt enim annus iſte ad petendum inveſtituram præfinitus ab ipſo jure ſub pœna amiſſionis Non igitur neceſſaria erit aliqua interpellatio. Præterea ad hoc, ut propter negligentiam vaſallus feudo privetur, requiritur, doloſe iſtud fuiſſe prætermiſſum. *cap. 5. de prohib. feud. alienat. per Lothar.* quo quidem dolo interveniente, vix eſt, ut ſine contemtu domini inveſtituræ petitio prætermittatur. Non igitur huc referri poterit diſtinctio illa, alioqui inter contemtum & negligentiam conſtituta.

Quamobrem † ego, ea rejecta, ſecundæ ſententiæ catenus lubens ſubſcribo, ut exiſtimem, feudum in hac facti ſpecie domino aperiri, tum propter manifeſtum textum *in d. §. Præterea,* & rationes jam conſideratas, tum quia illa, 7

illa, quæ pro opinione prima adducuntur, levia admodum ſunt: quippe cum his, quæ Sonsbecc. jam conſideravit, penitus deſtruantur: tum deniq; quia, ut jam diximus, ob non petitam inveſtituram feudum aliter non amittitur, quàm ſi doloſè iſtud prætermiſſum fuerit. *d. cap. fin. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Nemo enim arbitror inficias ibit, quin dolo interveniente, graviter in dominum delinquatur.

Sed tamen hoc etiam declarandum eſſe duco, ut quemadmodum in proxima quæſtione diximus, feudum † amiſſum tamdiu ſolum apud dominum maneat, quamdiu ſuperſtes eſt is, qui deliquit: eo vero defuncto, ad agnatos revertatur, per ea, quæ ſupra *quæſtione XV.* ubi de generali concluſione actum fuit, prolixius adduximus. Rationes enim ibi conſideratæ, ſi unquam aliàs, certè in caſu præſenti maximè locum habere debent, quoniam omittendo duntaxat peccatur, quod levius eſſe, quam ſi committendo delinquatur, nemo dubitat: atque inſuper ſpacium petendæ inveſtituræ ita arctis finibus eſt coanguſtatum, ut magnum juris rigorem contineat, quem ob tam exigui temporis lapſum jure ſuo privari. Qua de cauſa etiam à pleriſque traditum eſt, dominos beneficos non ſolere vaſallis ex hac culpa feuda eripere, *ut dicit Andreas de Iſernia in c. Quo tempore miles, quem refert Matthæus de Afflict. in d. §. Præterea ſi quis. num. 1.* addens, peſſimos eſſe conſiliarios, qui aliud principi perſuadent. Longè itaque durius eſſet, ſi propter hoc delictum etiam agnati jure ipſorum proprio, pacto anteceſſorum quæſito privari deberent, contra omnem tam juris, quàm æquitatis rationem, quemadmodum ſupra copioſius firmavimus: unde plura pro hujus ſententiæ noſtræ comprobatione peti poterunt. Atque hac quidem ratione optimè conciliari poſſunt duæ iſtæ inter ſe colluctantes opiniones, ut videlicet poſterior eatenus procedat, ut vivo delinquente feudum domino aperiatur: prima verò, eo defuncto, locum habeat, ne delictum unius noceat alteri, & jus ipſius proprium tollat, ut non ſolum illius opinionis aſſertores exiſtimarunt, ſed etiam tam juris, quàm æquitatis ratio poſtulat. Ex quibus omnibus tandem efficitur, concluſiones illas generales, quas ſupra firmavimus, regulariter ad omnes cauſas, ob quas feudum amittitur, pertinere, neque adeò neceſſe eſſe de ſingulis caſibus novas opiniones effingere, quemadmodum à pleriſq; factitatum videmus, ſed tutiſſimam viam hanc eſſe, ut omnes alii caſus ſecundum generales illas regulas dijudicentur. Quod ut demonſtremus, binos illos caſus examinare placuit, ut inde de cæteris etiam rectius judicium ſumi poſſit.

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Ad quem iſtud pertinet.] *Knichen. de veſtitur pact. part. 1. cap. 2. nu. 176. Fachina, lib. 7. controverſ. cap. 25.*

41. *Jure Saxonico ſoli filii ſuccedunt excluſis agnatis: Idq́ multis firmatur nu. 52. & uſu receptum eſſe probatur nu. 89.*

42. *Textus* in art. 21. juris Saxonici feudalis *declaratur, ſed rectius nu. 60. & prior declaratio refutatur n. 75.*

43. *Tranſmiſſio hæreditaria differt à jure ſuccedendi: reſpondetur nu. 77.*

44. *Agnati ſanguinis jure magis ſuccedunt, quàm tranſmiſſione.*

45. *Verbum* (Vorerben) *quid ſignificet: & nu. 78.*

46. *Poſſeſſio feudi ad filios tranſmittitur.*

47. *Statuta juri communi convenienter intelligenda.*

Etiam contra propriam verborum ſignificationem nu. 48.

Fallit hoc, quando conſtat de mente diſponentis, quod voluerit recedere à jure communi, nu. 79.

49. *Statuta ultrà non extendenda ſunt quàm verbis expreſſum fuit.*

50. *Statuta ita interpretanda, ne alicui indebitè damnum inferatur.*

51. *Statuta ita intelligenda, ut rationi ſint conſentanea.*

Item, ne quid abſurdi inde ſequatur, numer. 52.

53. *Fratres poſt diviſionem initam invicem non ſuccedunt jure Saxonico ſine nova inveſtitura: & unde hoc deſcendat, nu. 57.*

54. *Feudi ſucceſſio ſine culpa nemini extorquenda.*

55. *Precibus fruſtra impetratur, quod ipſo jure conceditur.*

56. *Textus* in cap. 32. Juris feudalis Saxonici *declaratur: & eum de feudo paterno intelligendum oſtenditur.*

58. *Filiorum duntaxat, & eorum qui ſimul inveſtiti fuerunt, non autem agnatorum in ſuccedendo habetur ratio jure Saxonico.*

59. *Tranſmittendi facultas jure Saxonico à poſſeſſionẽ dependet.*

60. *Verba ſtatutorum diligenter conſideranda.*

61. *Univerſales dictiones omnes caſus comprehendunt. Neq́ ullam dictionem vel reſtrictionem admittunt, nu. 62.*

Præſertim quando fuerunt geminatæ, nu. 66.

62. *Ex generalitate vocabulorum apparet, ſtatuentes voluiſſe recedere à jure communi.*

63. *Maritus dotem lucratur etiam in præjudicium liberorum, quando ſtatutum generaliter de omni caſu loquitur.*

64. *Negativa magis negat, quàm affirmativa aſſeveret.*

65. *Negativa univerſalis etiam minima excludit.*

67. *Geminatio deſignat præciſam mentem diſponentis.*

68. *Geminata verba propriè intelligenda.*

69. *Univerſalis dictio (nulla) interpretationem commodam quando recipiat.*

70. *Exceptio declarat regulam in reliquis caſibus non exceptis locum habere.*

71. *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*

72. *Taxativa dictio omnem extenſionem excludit.*

73. *Verbis ſtatutorum claris & apertis omnino ſtandum.*

Neq́ hoc caſu ulla admittitur interpretatio, nu. 74. & 79.

76. *Gl. auctoritas claris verbis textus non eſt anteponenda.*

80. *De ratione ſtatuti non valde laborandum.*

81. *Leges non judicandæ, ſed ſecundum eas judicandum.*

82. *Feuda à conſuetudine maximè dependent.*

83. *In jure feudali utpote uſu introducto ratia anxiè inveſtiganda non eſt.*

84. *Feuda dependent à beneficio primi concedentis.*

85. *Principi integrum eſt in feudorum conceſſionem legem, quam vult, eis imponere.*

86. *Agnati cur jure conqueri nequeant, quod ſecundum jus Saxonum in feudo non ſuccedant.*

87. *Perſonæ, quæ alioqui jure communi ſuccederent, in feudis tamen pro arbitrio domini concedentis quandoq́ non ſuccedunt.*

88. *Textus* in c. 2. Juris feudalis Saxonici *declaratur.*

90. *Conſuetudo optima legum interpres.*

91. *Interpretatio optima, quæ à praxi & experientia deſumitur.*

92. *In judicando id tenendum, quod ab aliis prius obſervatum fuit.*

93. *Non ſolùm filii, ſed etiam nepotes jure Saxonico in feudis ſuccedunt,*

94. *Filiorum appellatione nepotes & reliqui deſcendentes comprehenduntur.*

Succeſ.

(a) SUcceſſionis (a) feudalis non eadem ſemper fuit ratio, ſed parvis cœpta initiis, temporiſque progreſſu ſæpius immutata, tantum nacta eſt incrementi, ut cum juris civilis ſucceſſione in certamen veniat, utra longius progrediatur.

1 Principiò † enim tantum abfuit, ut ullam ſucceſſionem habuerint feuda, ut etiam in domini concedentis poteſtate fuerit, feudum conceſſum, quandocunque vellet, revocare exemplo precarii, quod precibus utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concedit, patitur *l. 1. de precar.*

2 Deinde † feudi conceſſio per annum tantum firmitatem habere cœpit: inde uſu inolevit, ut uſque ad vitam recipientis produceretur, ſicut uſusfructus in vitæ tempus conſtitui ſolet. §. *finitur: Inſtit. de uſufruct.* ſed cum hoc jure ſucceſſio ad filios non
3 pertineret, ſic progreſſum eſt, ut † ad filios deveniret, non tamen omnes, ſed ad eum, quem ipſe dominus ex omnibus eligeret, donec tractu temporis ad omnes vaſalli filios maſculos feudi ſucceſſio æqualiter devolveretur. Poſtea lege promulgata à Conrado Imperatore, quam recenſet *Cujatius lib. 5. conſtitutio. 1.* ſive, ut Hotoman. mavult, longè ante à Lothario primo, cujus conſtitutio habetur in uſibus feud. *lib. 1. tit. 19.* (id quod nunc in medio relinquimus, cum utraque lectio literæ emendationem deſideret, & ſive à Conrado ſive à Lothario hoc fuerit introductum, uſu tamen aliam intrepretationem receperit) ſucceſſio iſta ad nepotes ex filio fuit producta, & ad fratres, ut altero ſine legitimo hærede defuncto alter fratrum in beneficio, quod eorum patris fuit, ſuccedat, quæ omnia referuntur *in cap. 1. §. Et quia vidimus: de his, qui feud. dar. poſſ.* Fuit deinde fratrum ſucceſſio ad eorum filios, quos fratres patrueles vocamus, ac porrò ad quartum gradum porrecta, *d. c. 1. §. Hoc quoq; ſciendum: qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. Hoc quoque. de ſucceſſio. feud. c. 1. ſi vaſall. feud. privet. cui deferat. c. ſi vaſall. culpam: ſi de feud. defunct.*

Tandem † longiſſimo uſu eò ven- 4
tum eſt, ut omnes in conſanguinitatis linea directa deſcendentes (b) maſcu- (b)
li in infinitum ſuccederent. *d. §. Hoc quoque ſciendum: in fin. c. de natur. ſucceſſio. feud.*

Cumque † hoc modo omnis ſuc- 5
cedendi ratio, vel conſuetudine, vel legibus Imperatoriis introducta circa deſcendentes vel collaterales tantum verſaretur, de aſcendentibus verò, quod fortè rarius eveniret, filios ante parentes decedere, & ad eorum ſucceſſionem parentes vocari, non quæreretur, hinc profectum eſt, ut feuda, ad aſcendentes quod attinet, priſtinum ſuum ſtatum omnis ſucceſſionis expertem retinerent, atque adeò hi à ſucceſſione feudorum contra juris civilis rationem penitus removerentur,
hoc ipſum exigente naturæ ordine (c) (c)
l. Nam etſi parentes: de inoffic. teſtamento, ut poſt alios animadvertit *Duaren. de feud. cap. XI. num. 10.* de quo tamen, quatenus aſcendentes à ſucceſſione remoti ſint, videnda ſunt ea; quæ tradunt *DD. in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Curtius jun. in tract. feud. tertia part. verſ. expedito primo tractatu ſucceſſionis: nu. 42. Sonsbeccius part. 9. num. 45.* non enim omnia hoc loco perſequi noſtri eſt propoſiti.

Quemadmodum † autem deſcen- 6
dentium ſucceſſio temporis tractu longius irrepſit, ita etiam collateralium anguſtis illis cancellis concluſa non manſit, ſed ad ſeptimum uſq; gradum eſt protenſa, *d. §. hoc quoq; ſciendum. & d. §. Hoc quoq; obſervatur: de ſucceſſ. feud.* Hîc prius, quàm ad alia progrediamur, diligentius aliquanto inquirendũ erit, quomodo accipiendum ſit id, quod de gradu quarto, vel ſeptimo hoc loco dicitur, & quæ ſit jure feudali graduum inſtituenda computatio.

Inter-

Digitized by Google

7 Interpretes † quidem omnes uno ore tradiderunt, eandem graduum ineundam eſſe rationem, quæ jure civili eſt præſcripta, ut *præter Andr. de Iſern. & alios.* ſenſerunt *etiam Eguinarius Baro in d. §. Et quia vidimus: Duaren. cap. XI. nu. 14. Loriott. in uſus feudor. in tit. de ſucceſſio. feud. Ferrarius lib. 3. cap. 2. verſ. Quibus porro deſinentibus: Cujatius in tit. an ille, qui interfec. fratrem domini ſui: quem retulit in lib. 4. tit. 42. & in d. §. Et quia vidimus.* Quorum ſententia diſertè probari videtur *in c. 1. An ille, qui interfec. fratrem domini ſui:* dum ibi claris verbis dicitur, eum ordinem gradus eſſe prorſus obſervandum, qui legibus continetur. Hoc enim non niſi de jure civili commodè accipi poſſe putarunt. Cui accedit, quod *in d. §. Hoc quoq; ſciendum:* aſſeritur collateralium ſucceſſionem ultra fratres patrueles non progredi. nam cum hoc ipſum idem videatur eſſe, quod *in c. 1. §. Hoc quoq; obſervatur: de ſucceſſio. feud.* dicitur, agnatos uſque ad quartum gradum ſuccedere, fratres verò patrueles invicem collati, non niſi ſecundum juris civilis computationem, quarto gradu ſint remoti, vel ex hoc ipſo evidens eſt, juris feudalis auctores hunc graduum ordinem legibus præſtitutum imitatos fuiſſe, prout textus illos omnes commentatores eò loci interpretantur.

8 Hæc † concluſio cum firma & omnis difficultatis expers mihi viſa ſemper fuerit, dubitandi tamen anſam primus præbuit vir doctiſs. D. Hotomanus, iis, quæ in jus feudale eruditè & eleganter fuit commentatus. Is enim arbitratus eſt, in numerandis gradibus minimè tenendas juris civilis regulas, ſed ad inſtar juris Canonici gradus ſecundum generationes, à primo acquirente pervenientes computandos, ita ut quot ſunt generationes, tot etiam gradus dinumerentur, ut puta filii, quia ex prima generatione deſcendunt, primum gradum conſtituunt, nepotes ſecundum, & ſic deinceps, motus potiſſimum, quoniam apud Longobardos hæc computandi ratio in more fuit, ut apparet *ex l. 1. de ſucceſſio. tit. 14. lib. 2. LL. Longobard.* ubi dicitur, omnis parentela uſque in ſeptimum geniculum numeretur, ut parens parenti per gradum & parentelam hæres ſuccedat. Nam cum conſuetudines feudales à Longobardis ad nos pervenerint, veriſimile ſanè inde fit, eam computandi rationem in feudis fuiſſe obſervatam, quæ juri Longobardorum ſit conveniens.

Quinimo † hoc ipſum diſertè cautum extat *in c. 1. ſi vaſallus feud. privet.* dum ibi quartus gradus numeratur ab eo, qui acquiſivit. Si enim in feudis tenenda eſſet ratio juris civilis, utique non à primo acquirente (*d*) incipiendum, nec conſiderandum eſſet, quatenus ab illo remotus ſit is, qui ſuccedere vult, ſed potius dinumeratis omnibus perſonis, quæ ſunt inter media, inter hunc & illum cui ſuccedıtur, tot conſtituerentur gradus, quot perſonæ numerantur una demta. Sed cum *in d. tit. ſi vaſallus feudo privetur*, duntaxat conſideretur quartus gradus, remotus ab eo, qui id acquiſivit, utique perſpicuum eſt, in feudis minimè juris civilis, ſed juris Longobardici, & quod illi conſentaneum eſt, juris Canonici computationem eſſe ſequendam. 9 (*d*)

Iſta, † ut ingenuè fatear, primò ita valida nō eſſe exiſtimabam, ut communem interpretum ſententiam labefactare poſſent: ideoque de intellectu *d. tit. ſi vaſall. feud. privet.* cogitandi mihi in mentem veniebat, an † non id, quod de quarto gradu remotis à primo ſtipite ibi dicitur, de deſcendentibus recta linea accipiendum, ac propterea verſ. Verbi gratia: (prout legit Baro) conjungendus ſit cum ſequentibus, hoc ſenſu, quaſi id, quod in proximè præcedentibus verbis dictum fuerat, filios feudum obtinere poſſe, domino gratiam ſibi faciente JCtus porrò explicet, ad petitionem ejus (videlicet gratiæ) 10 11

tiæ) admittendos illos filios, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui acquiſivit, ſi non ſunt alii ex latere. exiſtentibus enim agnatis, dominus his præjudicare non poſſet. ſecundum hanc itaque interpretationem in textu illo de gradu inter agnatos computando nihil ageretur, ſed de filiis duntaxat, & quod conſequens eſt, nihil inde deſumi poſſet, quod communem ſententiam oppugnaret. Quæ verò ex jure Longobardorum allata ſunt, ad ea facilè reſponderi poſſe putabam, illa longiſſimo uſu in feudis eſſe immutata. multa enim legibus Longobardorum ſancita reperiuntur, quibus deinde uſibus feudorum derogatum fuit.

12 Sed † cum poſtea auctoritate præſtantiſſimi illius viri adductus rem omnem exactius perpenderem, ſenſim eò deflexi, ut opinionem iſtam à vero alienam non eſſe exiſtimaverim. Nam præter textum *in d. tit. ſi vaſallus feud. privet.* qui ſatis clarus atque manifeſtus eſt, movet me etiam, quod non ſolùm Cujatius *in d. §. Et quia vidimus:* loco illorum verborum (uſq; ad ſepti-
13 mum gradum) ex veteribus libris legit (uſque ad ſeptimum geniculum) ſed *& gl. & Andr. de Iſern.* teſtantur, in quibuſdam libris ita legi. Cum enim vocabulum iſtud ſit deſumtum ex jure Longobardorum, videlicet *ex l. 1. de ſucceſſio.* ut fatentur *gl. & Cujatius,* quis negare audeat, illud eandem habere ſignificationem, quam jure Longobardorum obtinet; & quod conſequens eſt, generationem magis eo jure conſideratam, quàm ordinem gradus legibus civilibus præſtitutum denotare?

14 Deinde † adminiculatur id, quod *in c. ſatis bene: de prohibit. feud. alienat. per Lothar.* dicitur: licet in ſecundam & tertiam generationem pervenit. nam hæc etiam verba ſatis clarè deſignant, in feudorum ſucceſſione magis ad generationem, quæ conſentanea eſt juri Longobardico, quàm ad gradus juris civilis haberi reſpectum.

15 Annuit † hiſce tertiò id, quod *in d. §. Hoc quoq; obſervatur:* pro ratione aſſeritur, ideo ad quartum gradum olim fuiſſe reſtrictam ſucceſſionem collateralium, quia poſtea non vocatur feudum paternum. Hæc enim ratio non ſatis eſſet conveniens, niſi quartus gradus ab eo, qui primus feudum acquiſivit, dinumeraretur: tum quia paternum feudum dicitur non reſpectu alterutrius ex agnatis, quaſi ab uno eorum profectum atque adeò paternum ſit, ſed potius reſpectu primi acquirentis, qui utriuſque agnati, de quorum ſucceſſione agitur, parens fuit communis *c. 1. §. His verò deficientibus: de grad. ſucced. in feud.* Nam hinc rectè ſanè colligitur, etiam quartum gradum non conſiderari reſpectu alterutrius agnatorum, ſed duntaxat primi acquirentis. tum etiam, quia alioqui facilè poſſet dari caſus, ubi, etſi feudum ultra quartum gradum provenisſet, paternum tamen rectè diceretur. Pone enim aliquem, duobus filiis relictis, deceſſiſſe, & ex altero eorum ad quem feudum pervenit, extare abnepotem, & hoc defuncto ſuperſtitem adhuc eſſe alterum filiorum: hic ſanè in aperto eſt, hujus reſpectu feudum rectè dici paternum, cum tamẽ juxta juris civilis computationem ultra quartum gradum attineret defunctum. Vel ut demus caſum, qui ſecundum rerum naturam facilius contingere poteſt, pone, aliquem duos poſt ſe reliquiſſe liberos, qui iterum filios procrearunt: horum deinde alterum, relicto filio, deceſſiſſe, & hoc etiam defuncto, ad feudi ſucceſſionem aſpirare filium patrui magni: hic certè nemo negabit hujus reſpectu feudum dici paternum, licet ultra quartum gradum ſit conſtitutus, juxta juris civilis dinumerationem. Ut igitur ratio iſta ſit conveniens dicto, neceſſe omnino eſt, ut gradus dinumerentur ab eo, qui

primus

primus feudum acquiſivit. Ex quo etiam verendum eſt, ne verbis hujus textus non ſatis congruat ratio, quam affert Cujatius, autumans, illos, qui putarunt, feudum non ultra quartum gradum ſecundum jus civile computatum paternum dici, eo fuiſſe motos, quaſi patris appellatione ultra patrem ſolus avus intelligeretur. *l. Juſta. de verbor. ſignificat.* Nam etſi hoc concedamus: poteſt tamen nihilominus dari caſus, ubi feudum reſpectu ejus, qui ſuccedere cupit, rectè paternum diceretur, isque nihilominus ultra quartum gradum remotus eſſet à defuncto, quemadmodum ex adducto exemplo liquet: ut interim omittam, veriſimile non eſſe, vocabulum (paternum ſive parens) jure Longobardorum, unde feuda deſcenderunt, ita ſtrictam habuiſſe ſignificationem, ut non niſi avum comprehenderet, cum eo jure parentum appellatione etiam collaterales veniant, ut probatur *in l. 1. de parricidiis, qui eſt tit. X. lib. 1. & in l. 1. de ſucceſſio.* Quinimo hæc interpretatio, & noſtra, quæ inde dependet, ſententia quarto firmatur etiam communi interpretum ſuffragio, quatenus hi ex textu *in d. §. Hoc quoque obſervatur*: colligunt, paternum feudum dici, quod quarto gradu circumcluditur, & quinque continet perſonas, videlicet patrem, avum, proavum, abavum, & atavum, *ut docuit Bald. Alvarott. Afflict. & reliqui DD. ibi.* Nam hoc ipſo teſtatum faciunt, quartum gradum ab eo, qui primus feudum acquiſivit, dinumerandum, ut ita interpretes, qui hoc inde colligunt, & nihilominus quartum gradum ſecundum jus civile computandum eſſe aſſerunt, vix ſibi ſatis conſtare videantur.

16 Quintò † pertinet huc etiam textus *in c. 1. de natur. ſucceſſio. feud.* cujus hæc eſt facti ſpecies: Titius, qui feudum primò acquiſivit, decedens, quatuor poſt ſe reliquit hæredes, primum, ſecundum, tertium & quartum: quorum ſinguli, maſculis etiam procreatis, deceſſerunt. Ex filiis quarti, qui feudum paternum obtinuerat, alter iterum duos procreat filios poſt obitum ejus ſuperſtites, Cajum & Sejum: & cum ex his Sejus feudum ſucceſſione obtinuiſſet, ac deinceps ſine hæredibus maſculis fato functus eſſet, fuit quæſitum, utrum feudum ad fratrem ejus Cajum, an verò etiam ad maſculos ex primo, ſecundo & tertio ſuperſtites pertineret, ſive hoſce, juxta Cujatium, nepotes primi acquiſitoris, ſive pronepotes cum Hotomano fuiſſet poſueris: nulla enim in hoc vis eſt. Reſpondet JCtus, ad eos ſolos & omnes pertinere, qui eſſent ex illa linea, ex qua fuit iſte, videlicet qui decedens feudum poſt ſe reliquid, addens, ita eſſe accipiendum id, quod dicitur, ad proximiores pertinere. iſti verò (*ait textus*) proximiores eſſe dicuntur reſpectu aliarum linearum. Ecce ſi jure feudorum gradus ſecundum jus civile computandi, atque hinc de proximitate dijudicandum foret, extra omnem dubitationem poſitum eſſet, Cajum utpote ſecundo gradu conjunctum defuncto proximiorem eſſe omnibus reliquis à primo acquirente deſcendentibus, neque propterea ullam cauſam habuiſſet JCtus, cur ita anxiè ſolicitus eſſet, ne Cajo feudum aſſignando in regulam illam, quæ proximiores vocat, impingeret. Sed cum tantopore in eo laboret, quemadmodum oſtendat, Cajum eſſe proximiorem reliquis, & ſimul etiam locum relinquat regulæ, quæ docet, proximiores admittendos, idque ut faciat, non tam gradum, quàm lineam conſideret: manifeſtum ſanè eſt, cum minimè ad juris civilis rationem computandi gradus reſpexiſſe, cum ſecundum eam res in promtu & expeditiſſima eſſet, ſed aliam rationem propoſitam habuiſſe, videlicet eam, quæ tam juri Canonico quàm Longobardico eſt conſentanea, & omnia ad primum acquirentem referens, ab

ipſoque initium faciens, generationes tantùm numerat. Nam ſecundum hanc dubitare meritò quis potuiſſet, cum reliqui ſecundum ſpeciem facti paulò ante ex ſententia Cujatii propoſitam, primum acquirentem propius attingant, quàm Cajus, an non hi ſoli eſſent admittendi, excluſo Cajo, vel cum juxta caſum ab Hotomano traditum à primo ſtipite æquali cum Cajo diſtent gradu, an ſaltem unà cum ipſo ſuccedere deberent. Hoc enim ſuadere videtur regula illa, quæ docet, proximiores admittendos, proximitatem nimirum ex eo dijudicando, quatenus quis à ſtipite ſit remotus, nec ne, nam alioqui regula iſta, ut dictum fuit, ad propoſitum caſum omnino non pertineret. Sed cum in præſenti facti ſpecie non tam ad primum acquirentem habeatur reſpectus, quàm ad lineam, &, ut appellat Hotomanus, fibras ejuſdem, unde quis
(b) deſcendit, (*b*) aut præter rationem reſpondet JCtus, Cajum utpote proximum locum tenentem ab eo, qui in illa linea tam defuncti, quàm ejus communis parens extitit, ſuccedere, excluſis reliquis, qui habito reſpectu ad primum acquirentem, proximiores videri poterant, inde declarans regulam, quæ proximiores, facta videlicet ad primum acquirentem relatione (alioqui enim regula iſta huic propoſito minimè conveniret) vocat, ita interpretandam, ut proximiores non ſemper dicantur, habito reſpectu ad primum acquirentem, ſed vel maximè etiam conſiderentur lineæ, & ejuſdem fibræ, atque idcirco hi, qui ex eadem linea deſcendunt, tanquam proximiores cæteris præferantur, non tam propterea, quia juxta juris civilis rationes gradu proximiores ſunt, nam hoc reſpectu nullum fuiſſet dubium, ſed, quia ex eadem linea, quæ feudum tenuit, provenerunt. Vides igitur, quemadmodum textus iſte ſententiam noſtram optimè probet.

Stabilitur † eadem ſextò omnibus illis juris feudalis capitulis, quibus docetur, in ſucceſſione feudali ſemper ad primum acquirentem reſpiciendum, agnatosq; huic potiſſimum ſuccedere; & quia ejus beneficio ad ſucceſſionem veniunt, ad voluntatem illius componere ſe debere. *c. 1. §. ſi capitanei: de feud. March. & in c. 1. de eo, qui ſibi & hæredib. maſcul.* Nam cum agnatus non tam defuncto, quàm primo acquiſitori ſuccedere cenſeatur, & huic omnia accepta referat, quid quæſo opus eſt, à defuncto, cum quo nihil, ad ſuccedendi jus quod attinet, ille commune habet, graduum dinumerationem inchoare? quin ex hoc ipſo veriſimile potius fit, à primo acquirente, à quo omnis ſuccedendi ratio dependet, gradus iſtos numerari, ſecundum jus Canonicum, & LL. Longobardorum. 17

Septimò † hanc ſententiam plurimùm confirmat textus *in tit. ſi vaſallus feud. privet.* Nam cum ibi perſpicuè doceatur, gradum ab eo, qui feudum acquiſivit, computandum: verbis hiſce manifeſtis inſiſtendum omnino erit, nullo amplius dubitationi loco relicto. *l. Ancilla, C. de furt.* idque eò magis, quoniam ex jam commemoratis evidens eſt, cum hoc textu alia etiam juris feudalis capitula optimè convenire. nec quicquam obſtant ea, quæ de intellectu illius tit. ſupra in medium attulimus. interpretationi enim illi refragantur primò omnes pene codices, in quibus tantùm verſ. Verbi gratia, uſque eò (aperiatur) ad proximè præcedentia refertur, & à verſ. Ad petitionem ejus: manifeſta diſtinctione ſejungitur. Deinde rationi non ſatis congruum videtur, in illis, quæ à mera gratia domini concedentis dependent, graduum exactam computationem inſtituere, cum hoc caſu in poteſtate domini ſitum ſit, cuicunque voluerit gratiam facere, nulla habita ratione graduum. 18

Non

Digitized by Google

Non igitur, quod de gradibus ibi dicitur, ad ea, quæ de domino gratiam faciente filiis paulò ante aſſeruntur, pertinere poterit. Præterea nuſquam reperitur, in linea deſcendenti ſucceſſionem ad quartum gradum fuiſſe reſtrictam, ſed in agnatis in hac eadem facti ſpecie quartus gradus conſideratur etiam *in c. ſi vaſallus culpam: ſi de feud. defunct.* Meritò igitur hoc etiam loco de agnatis magis, quàm de filiis erit interpretandum id, quod de quarto gradu dicitur. Ut ita textus iſte ſalvis verbis, nullo evitari poſſit modo, quò minus ſententiã hanc dilucidè probet: (e) ac propterea mirandum ſit, nullum interpretum præter Hotomanum id ex textu illo animadvertiſſe. Deniq; hæc ſententia comprobatur etiam ſolutione objectorum.

19 Nam † quod attinet ad textum *in d. tit. An ille qui interfec. fratrem domini:* Hotoman. reſpondet, (f) id, quod ibi dicitur de ordine gradus, qui continetur in legibus, eſſe intelligendum de legibus Longobardorum. Et ne cui interpretatio iſta aliena videatur, eam probabilem reddit textus *in §. Hoc autem notandum: qui feud. dar. poſſ.* Nam & id, quod ibi dicitur, filias legibus à ſucceſſione feudi removeri, de legibus Longobardorum rectè interpretatur Cujatius *ibi.* ac licet Eguin. Baro iſtud contrà de legibus Romanis intellexerit, & propterea exiſtimaverit interpunctionem eſſe debere poſt verbum (legibus): tamen verbum iſtud commate à præcedentibus ſejungitur, & ſequentibus annectitur, quibus etiam magis congruit, ut cuivis intenti facilè patet. Sic etiam *in c. 1. de feudi cognitione:* legum Longobardorum expreſſa fit mentio, eædemque à jure Romano diſtinguuntur, & inſuper ab auctore leges noſtra appellantur, quaſi propriè ad materiam feudalem pertineant.

Meritò itaque & id, quod *in d. tit. An ille qui interfec. fratrem* dicitur, de legibus Longobardorum accipiendum erit: idem præſertim ſuadentibus tot argumentis paulò antè adductis, quæ alioqui huic textui uſque eò reluctarentur, ut conciliari nulla ratione poſſent. Quo ſtante, tantum abeſt, ut textus ille cum communi faciat opinione, ut magis ea refutata, noſtram confirmet ſententiam. Nec quicquam refert, quod ibidem etiam graduum fit mentio: nam & in jure Longobardard. tit. de ſucceſſ. & ſæpe aliàs de gradibus dicitur, neque tamen minus hoc de computatione ejuſdem juris intelligitur.

20 Ad † textum *in d. § Hoc quoque ſciendum: juncto §. Hoc quoque obſervatur:* quod attinet, Hotoman. admittens communem interpretationem, reſpondet, auctorem illius textus mendoſè de fratribus patruelibus dicere, cum potius dicendum fuiſſet ultra nepotes ex duobus filiis. Nam etſi nepotes illi ſint inter ſe patrueles, tamen (ut arbitratur ille) neque in figura genealogiæ, neque in feudali ſucceſſione ullis ejuſmodi nominibus eſt locus. Quod verò in altero §. de quarto gradu dicitur, hoc ait eſſe vitium natum ex perverſa graduum numeratione, dum videlicet quidam exiſtimarunt, tenendam eſſe computationem juris civilis, & ſecundum eam non ultra fratres patrueles in quarto gradu invicem conjunctos ſucceſſionem protendendam.

Licet autem hac ratione objectum iſtud facilè dilueretur: ſi tamen alia poſſit inveniri commodior interpretandi via, ne auctores hujus juris ad imitandum nobis propoſiti erroris arguere neceſſe eſſet, in ea libentius acquieſcerem. Cumque paulò antè in tertio fundamento hujus ſententiæ oſtenderimus, textum illum, quatenus de quarto gradu loquitur, hoc ipſum denotare, quod nos defendimus, videlicet quartum gradum à primo acquirente numerandum, huic potius intel-

intellectui inſiſtemus, quàm ut eum in alium retorqueamus ſenſum, qui reprehenſionem meritò incurrat: Præſertim quia non hoc ſolum loco, ſed & *in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct.* hujus quarti gradus mentio fit: ut ita veriſimile non ſit, Juris iſtius auctores tot in locis hallucinatos fuiſſe, ſed potius credendum, eos id, quod de quarto gradu dixerunt, ſecundum tit. *ſi vaſall. feud. privet.* de eo, qui quarto gradu eſſet remotus ab acquirente, intellexiſſe. Lex enim una regulariter declarat aliam. *l. Non eſt novum: de LL. Bart. in l. Non dubium: nu. 9. C. Eod. tit.* & ſemper ea eſt capienda interpretatio, per quam jura juribus concordentur *c. cum dilectus: de conſuetud. l. 2. & ibi not. DD. C. de noxal.* Id quod in propoſito vel ideo magis admittendum, quia eandem interpretationem etiam ipſa verba textus ſuadent, ut ſupra pluribus fuit declaratum. Secundum hæc itaque iſtud, quod *in d. §. Hoc quoque ſciendum*: de fratribus patruelibus dicitur, ſi modò vocabula iſta propriè de duorum fratrum filiis acceperimus, minimè cum *d. §. Hoc quoque obſervatur*, conjungendum, neque exiſtimandum erit, illud idem eſſe, quod in hoc textu de quarto gradu aſſeritur, cum fratres patrueles ſecundum computandi rationem à nobis defenſam non in quarto gradu, de quo *d. § Hoc quoque obſervatur*: ſed in ſecundo tantum gradu exiſtant, atque adeò hæc inter ſe ſint diverſiſſima. quam diverſitatem etiam denotat, quod *in d. §. Hoc quoque ſciendum*: de fratribus patruelibus ſine dubitatione affirmatur, cum interim *in d. §. Hoc quoque obſervatur*: ſignificetur, fuiſſe inter feudiſtas hoc controverſum, utrum agnati uſque ad quartum, an verò uſque ad ſeptimum ſuccederent, quibuſdam hanc, aliis illam opinionem, amplectentibus. Nam vel hinc colligitur, quod de fratribus patruelibus illic dicitur, non eſſe illud idem, quod de quarto gradu alio in loco aſſeritur. Nec refert quicquam, ſecundum hanc interpretationem *in d. §. Hoc quoq. ſciendum*: ſucceſſionis progreſſum non plenè recenſeri, ſed omitti id, quod de quarto gradu alibi dicitur. Nam contentus fortè auctor fuit, relata origine ſucceſſionis, paucis ſubjungere uſum, tum temporis obſervatum, ſecundum quem agnati uſque ad ſeptimum gradum ſuccedebant, cum præſertim id, quod proximè anteceſſerat, alibi, *videlicet in tit. de ſucceſſ. feud.* dicturus eſſet plenius.

Quod † ſi verò hi duo textus o- 21
mnino conjungendi, & quod in altero de fratribus patruelibus dicitur, de quarto gradu, cujus in altero fit mentio, accipiendum eſſet: (quod tamen ex commemoratis veriſimile nō eſt) tum ſanè vocabula illa minimè in propria ſignificatione pro duorum fratrum filiis intelligenda foret, ſed potius pro duorum fratrum pronepotibus in quarto gradu noſtræ computationis exiſtentibus. Nam juris civilis vocabula nō ſemper in propria ſignificatione uſurpaſſe Longobardos, ex eorum legibus dilucidè apparet, & fratres patrueles non ſemper dici duorum fratrum filios, elucet *ex tit. de natur. ſucceſſio. feud.* ſicut etiam de conſobrinis diſceptatur *in §. ſi capitanei: cap. 1. de feud. Marchi.* ut propterea tam mirum videri non deberet, ſi in ſenſu minus proprio hoc etiam loco verba iſta intelligerentur. tolerabilius enim hoc eſſet, quàm ut ex propria eorum ſignificatione quippiam inde contra manifeſtos juris feudalis textus inferre velimus.

Quinimo in quemcunque ſenſum verba hæc retorqueantur, tamen cum ex tot juris feudalis capit: in aperto ſit, quemadmodum agnationis gradus ſint computandi, ex vocabulis illis nihil deſumi poterit, quod jura iſta clara valde oppugnet, cum præſertim nomina conſanguinitatis à computandi ratione plurimùm differant, neq; hæc ex illis colligi queat.

Digitized by Google

22 Ex † quo etiam hæ conſanguinitatis appellationes ex jure civili ad materiam feudalem accommodatæ non uſque eò me offendunt, ut propterea illos, qui eas uſurparunt, erroris incuſandos, ut vulgarem lecturam immutandam putem. Nam etſi, ad gradus quod attinet, à jure civili recedamus, & eum, quem hactenus defendimus, computandi modum teneamus: hoc tamen nihil impediet, ut non etiam ex jure civili conſanguinitatis nomina rectè uſurpentur: cum, ut dictum eſt, hæc cum graduum numeratione nihil habeant commune. Ideoque videmus in ipſis LL. Longobardorum & jure etiam Canonico vocabula juris civilis ſervari, licet non eandem computandi rationem, ſed hanc teneant, quam poſt Hotomanum nos aſſerimus, quod ipſum ſatis arguit à conſanguinitatis appellationibus, quarum jure civili uſus eſt, ad graduum dimenſionem nullum depromi poſſe argumentum. Quibus tandem adductus omnibus in ſententiam Hotomani tranſire me profiteor, magnamque illi viro habeo gratiam, quod verba juris feudalis exactius perpendendo primus hoc nobis aperuerit.

23 Unde † porro elucet, etſi olim agnati tantum uſque ad quartum gradum ſuccedere potuerint, deinde verò ad ſeptimum uſque id fuerit porrectum, quod tamen hoc ſuccedendi jus non tam anguſtis cancellis, ut communiter exiſtimarunt interpretes, coarctatum fuerit: cum quartus gradus ſucceſſionis feudalis ſecundum noſtram computationem octavum juris civilis, ſeptimus decimum quartum gradum attingat, atque inde etiamſi in feudis non niſi ad ſeptimum gradum ſucceſſionem collateralium admitteremus, hæc tamen ultra juris civilis extenderetur ſuccedendi facultatem. Hæc enim eo jure in decimo gradu finem accipit.

24 Cæterùm † hoc loco notatu dignum eſt, licet in feudis ea, quam defendendam ſuſcepimus, teneatur graduum ratio, omniaque in horum computatione ad primum acquirentem referantur, non tamen propterea à feudorum ſucceſſione lineam collateralem ita penitus exterminandam, ut, cum omnes agnati ad primum acquirentem relati, deſcendentium inſtar habeant, linea tantùm recta conſideretur: ſed eos, qui recta ab acquirente deſcendentes huic ſuccedunt, ab illis eſſe diſtinguendos, qui uni deſcendentium defuncto ſuccedentes, ex latere ipſi fuerunt conjuncti: quippe cum deſcendentium & collateralium jure feudali ſeparata ſemper haberi ſoleat ratio. Hæc enim lineæ deſcendentis & collateralis diverſitas primò diſertè probatur *in d. §. Hoc quoque ſciendum*, tum quia ibi claris verbis dicitur de illis, qui ex latere veniunt, tum etiam quia inter ſuccedentes ex latere, & deſcendentes maſculos manifeſta conſtituitur differentia, ut hi quidem in infinitum, illi verò uſque ad ſeptimum gradum tantùm ſuccedant. Nam id, quod de deſcendentibus profertur, minimè de agnatis intelligendum eſſe, ex eo luculenter deprehenditur, quod auctor illius reſponſi aliud de agnatis, aliud de deſcendentibus ſtatuens, non (ut quidam opinati ſunt) alterutrum eorum progreſſu temporis ſucceſſivè, ſed utrunque illo ipſo tempore ſimul uſurpatum eſſe ſignificat. Niſi enim inter agnatos & deſcendentes diverſitas conſtitueretur, tantopere ſibimetipſi repugnaret, ut nulla ratione ſecum convenire poſſet. Deinde idem apparet *ex tit. de natur. ſucceſſio. feud.* ubi linea directa expreſsè diſtinguitur ab illis, qui ex latere deſcendunt. Præterea hoc ipſum confirmat etiam textus *in tit. de gradib. ſuccedent. in feudo*, ubi cauſa liberorum linea recta ſuccedentium dilucidè ſeparatur ab agnatis, nullo demum ex linea directa exiſtente ſuccedentibus. Denique ex

multis aliis juris feudalis capitulis evidens eſt, hæredes maſculos linea recta provenientes diſtingui ab agnatis collateralibus, & horum ſeparatam ſemper duci rationem, *ut in c. 1. An agnatus vel filius. c. 1. §. filius: de cap. qui cur. vend. in c. Titius: ſi de feud. defunct. c. 1. §. ſi vaſallus: ſi de feud. defunct. & multis aliis in locis.* Non igitur agnatorum neque, quod conſequens eſt, lineæ tranſverſalis ratio penitus à feudi ſucceſſione removeri poterit, ſed retinenda erit differentia inter deſcendentes, & collaterales. Nec quicquam obſtat, quod hactenus firmavimus, in graduū computatione à ſtipite dinumerationem faciendam eſſe. Nam etſi hoc quidem ad dignoſcendum, quis tanquam proximior ſtipiti ad ſucceſſionem admittendus, per ſe quidem verum ſit, nihil tamen impedit, quò minus etiam deſcendentes ad alium effectum, ſucceſſionis videlicet progreſſum invicem componantur, atq; hinc differentia conſtituatur inter eos, qui recta linea deſcendunt, & illos quorum alter alteri ex latere tantum eſt conjunctus, ſicut videmus in LL. Longobardorum eandem computandi rationem fuiſſe obſervatam, neque tamen minus conſtitutam differentiam inter recta linea deſcendentes, & collaterales, ut illi quidem in infinitum ſuccedere potuerint, hi verò uſque ad ſeptimum gradum tantùm, ut apparet *ex d. l. 1. de ſucceſſ. in LL. Longobardorum: junct. gl. ibi.* Ex quo deſcendit, ut agnationis vocabula jure civili uſurpata, quemadmodum paulò ante monuimus, in feudis retineantur: quare & nos hiſce meritò utemur.

25 Deinde † obſervandum eſt hîc etiam, etſi omnes gradus plerunque ad primum acquirentem jure feudali referantur, interim tamen potiſſimam ducendam eſſe rationem proximæ à primo acquirente deſcendentis ſtirpis, ex qua illi, de quorum ſucceſſione quæritur, fuerunt procreati (quas fibras appellat Hotoman.) ita ut ſemper hi, qui ex eodem ſtipite à primo acquirente deſcendente provenerint, reliquis in alia linea exiſtentibus præferantur unde ſæpe fit, ut is, qui ſtirpi proximior eſt, quamvis remotiori gradu diſtet à primo acquirente, præferatur tamen illi, qui acquirentem gradu proximiore attingit. Pone enim Titium primum acquirentem duos poſt ſe reliquiſſe liberos, Cajum & Sejum: & Cajum, poſtquam feudum ex diviſione obtinuerat, iterum deceſſiſſe, duobus relictis filiis, Sempronio & Nævio: & ad alterum ex his Sempronium videlicet feudum perveniſſe, eundemque nepotem ex filio, primi acquirentis abnepotem, poſt ſe reliquiſſe: & hoc etiam defuncto, de ſucceſſione feudi quæri inter Nævium & Sejum. Hic etſi Sejus proximum gradum obtineat à primo acquirente, nihilominus tamen Nævius ratione ſtirpis, à qua tam ipſe, quàm defunctus ſimul deſcenderunt, præfertur Sejo, ut disertè probatur *in d. tit. de natur. ſucceſſio. feud.* cujus ratio potiſſimum in ſtirpis conſideratione conſiſtit, *prout paulò ante pluribus declaravimus. quod monuit etiam Hotoman. de feud. diſputat. cap. 19.* Et quamvis idem etiam dicendum eſſet, quando cum interpretibus computandi rationem juris civilis ſequeremur: quippe cum ſecundum illam Sejus quinto agnationis gradu, Nævius verò quarto, & ſic uno gradu ſit proximior defuncto: ut proinde hoc exemplo erroris minimè convinci poſſint interpretes: tamen cum hæc ex diverſis promanent fontibus, & aliam rationem interpretes, aliam nos ſequamur: ideo hoc prætermittendum non eſſe duximus, ne quis fortè errore ductus putet, ſemper verum eſſe id, quod hactenus probavimus, ab eo, qui acquiſivit feudum, gradus dinumerandos eſſe, vel etiam hoc exemplo concluſionem noſtram impugnet: ſed rectius atque planius iſta percipiantur.

His ita explicatis proximum nunc eſt, ut videamus, an agnatorum ſucceſſio ſeptimo gradu circumcluſa ſemper manſerit, an verò ad inſtar deſcendentium uſu deinceps longius progreſſa fuerit,

26 Nam † cum in quibuſdam juris feudalis capitulis reſpondeatur, agna-(g) tos etiam in infinitum ſuccedere (g) *ut in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* ſecundum vulgarem lecturam, quam infra *quæſtione XXXIV.* defendemus, & *in c. 1. ſi vaſall. feud. privet. cui deferatur*, hinc inter commentatores orta fuit contentio, utrum ſecundum hæc jura exiſtimandum ſit, agnatos in infinitum ſuccedere, an verò juxta *d. §. Hoc quoq; ſciendum: Qui feud. dar. poſſ. & d. §. Hoc quoq; obſervatur: de ſucceſſio. feud.* hodie etiam ſtatuendum ſit, inter agnatos ſolummodo uſq; àd ſeptimum gradum ſucceſſionem locum habere: & alterutro horum poſito, quemadmodum jura iſta invicem pugnantia interpretanda, atq; concilianda ſint. Quidam amplectentes id, quod *in d. tit. ſi vaſall. feud. privet. & de natura ſucceſſionis feud.* dicitur, putarunt, agnatos in infinitum ſuccedere, *ut ſenſit gl. in c. 1. in verſ. uſq;: de ſucceſſio. feud. & in c. 1. de feud. March. quam ſequitur Jacob. de Belvis: in d. tit. de feud. March. & ibidem etiam Bald. Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict. idem Afflict. in c. 1. n. 12. ſi vaſall. feud. privet. Curt. jun. in tract. feudal. in ſecunda part. 3. partis principal. verſ. ſucceſſivè expedito: n. 48. Dn. Baro Schenck: Petrus Ravennat. Egvin. Baro: & Hotoman. in d. §. Hoc quoq; ſciendum, de his qui feud. dar. poſſ. Zaſius parte 8. de ſucceſſ. feud. verſ. Tertia concluſio*, inquiens hanc * eſſe communem * opinionem conſuetudine firmatam. *Loriotus in uſu feudorum: in tit. de ſucceſſ. feud. Sonsbecc. in tract. feud. part. 9. n. 84. Duaren. in conſuetud. feud. c. 11. n. 16. Hanneton. de jure feudorum lib. 2. c. 5. Julius Clar. in § feudum: quæſt: 69.* Idem conſulendo tenuit *Ancharan. conſil. 334. Aretin. conſ. 106. col. 2. Curt. ſenior conſ. 47. Decius in conſ. 85. & in l. Certum: C. unde cognat.* Idq; communiter receptum eſſe teſtatur etiam *Didac. lib. 3. var. reſolut. cap. 5. n. 4. verſ. Quintò hinc.* (h) Hujus opi- (h) nionis ſuffragatores præter textus *in d. tit. ſi vaſall. feud. privet. & de natur. ſucceſſio. feud.* quibus id diſertè diſponitur, eo etiam potiſſimum moventur, quod de deſcendentib. generaliter definitum eſt, hoſce in infinitum ſuccedere: *d. §. Hoc quoq; ſciendum.*

Nam † cum omnes illi, qui à primo acquirente deſcendunt, licet defuncto ex latere conjuncti ſint, per inveſtituram tamen primi acquiſitoris ſuccedere, atq; hinc ipſius deſcendentes eſſe cenſeantur, *c. 1. §. ſi capitanei: de feud. Marchiæ:* ex hoc ipſo in infinitum admittendi eſſe videntur, *ut poſt gl. Jacob. de Belvis. in d. §. ſi capitanei: tradiderunt interpretes in locis citatis*, inde iſtud, quod *in d. §. Hoc quoq;:* dicitur, in maſculis deſcendentibus hodie novo jure uſque in infinitum ſucceſſionem extendi, etiam de agnatis intelligentes. 27

Quæ † quidem ratio apud quoſdam tantum valuit, ut inde exiſtimaverint, omnem collateralis lineæ conſiderationem à feudi paterni ſucceſſione removendam, & duntaxat lineæ directæ, qua deſcendentes à primo acquirente comprehenderentur, ducendam eſſe rationem, & quod conſequens eſt, in feudali ſucceſſione nullos prorſus agnatos, neque etiam transverſariam ſucceſſionem, ſed omnes, habito nimirum reſpectu ad primum ſtipitem, deſcendentes eſſe, atque propterea in infinitum ſuccedere: hanc ſuam opinionem confirmantes potiſſimum eo, quod paulò antè à nobis firmatum fuit, in feudo tantum juris Canonici rationem graduum obſervari ſolere. Nam hinc perſpicuum eſſe arbitrantur, nullam in feudis agnatorum eſſe ſucceſſionem, ſed hoſce omnes ſuccedere primo acquiſitori. 28

 Quia

29 Quia † verò huic ſententiæ, quæ agnatorum ſucceſſionem in infinitum extendit, plurimum refrâgatur id, quod *in d. §. Hoc quoq; ſciendum: & in d. §. Hoc quoq; obſervatur*, dicitur, agnatos uſque ad ſeptimum tantùm gradum ſuccedere, ideo jura iſta plerique ex ſuprà nominatis interpretantur de agnatis, qui non à communi parente, feudi primo acquiſitore, deſcendunt, ſed à duobus fratribus feudum novum cum pacto invicem ſuccedendi acquirentibus procreati fuerunt. Nam cum hoc caſu utriuſque fratris poſteri non ab uno eodemq; ſtipite ſive à communi parente acquiſitore feudi proveniant, ſed alterutrius fratris deſcendentes peculiarem auctorem in transverſali linea exiſtentem habeant, ideo hoſce uſque ad ſeptimum tantùm gradum ſuccedere autumant, atq; interim aliter rem ſeſe habere in illis agnatis, qui ab uno & eodem ſtipite feudi auctore provenerunt, & hujus reſpectu deſcendentium nomen in infinitum merentur. cui interpretationi ut colorem quærat Dn. Baro Schenck, conſiderat, quod paulò ante §. *Hoc quoq; ſciendum, in verſ. Sin autem unus ex fratribus*: agitur de duobus fratribus feudum novum acquirentibus, eo pacto ut uno defuncto ſine legitimo hærede, alter ſuccedat. Eandem enim materiam, inquit §. *Hoc quoq; ſciendum*: continuare cenſendus eſt: quippe cum plerunque ſequentia verba legis ad præcedentia ſint referenda. *l. utrum verſ. Et puto: de petit. hæred.* & per præcedentia verba legis declarari ſoleant, quæ generaliter & obſcurè ſubſequuntur: *l. Titia cum teſtamento. §. Lucius Titius relictis: & ibi per Bart. ff. de leg. 2.* Igitur ſi dubitari fortè contingat, de cujus feudi ſucceſſione hic §. tractet, ſcrupulum hunc eximent priora, per quæ evidens eſt ejuſdem intellectus. Nam cum hic §. dicat: Sciendum eſt, quod beneficium hoc ad venientes ex latere &c. perſpicuum eſt, eum perſiſtere in themate priore, quaſi dicat: Hoc beneficium feudi, quod frater acquiſivit, ex fratris ſucceſſione, ſicque ex latere, hoc, inquam, feudi beneficium in ſeptimum uſque gradum ad collaterales devolvetur. Idq; non extantibus deſcendentibus acquirentis, qui ſi ſuperſint, in eo feudo ſuccedent in infinitum. *Hæc ille.*

30 Sed † etſi hæc interpretatio magna ſuffragatorum caterva ſit ſtipata, ego tamen nunquam mihi eam perſuaderi patiar. Primò enim magnam continet reſtrictionem atq; divinationem, dum textum generaliter loquentem reſtringit ad feudum novum, atq; inſuper præſupponit, feudum à duobus fratribus acquiſitum, & pactum de ſuccedendo interpoſitum fuiſſe, de quibus in verbis illius §. ne gry quidem reperitur. Neq; huic argumento ſatisfacit, quod Dn. Baro Schenck conſiderat, ea, quæ *in verſ. ſin autem unus*, de fratribus novum feudum acquirentib. dicuntur. Non enim verſ. iſte proximè hunc præcedit, ut tanta vis in ordine ſit ponenda, ſed adhuc intermedius eſt alius verſ. Hoc autem notandum eſt: qui hunc ab illo penitus ſeparat. Quin ſi totum contextum hujus capituli rectius introſpexerimus, manifeſtum erit, *in* §. *Hoc quoq; ſciendum*: pertexi ea, quæ auctor in princ. §. *Et quia vidimus*: commemorare inceperat, videlicet quemadmodum progreſſu temporis ſucceſſio feudorum immutata fuerit. Alioqui enim ſi eò non pertineret §. *hoc quoq; ſciendum*, id, quod ab initio inſtituerat, non abſolviſſet, ſed mutilam atque imperfectam reliquiſſet orationem, Quod quia veriſimile non eſt, utique vel ex hoc ipſo perſpicuum fit, eum in §. *Hoc quoq;* de feudi paterni ſucceſſione loqui, hoc ipſum exigente ſuccedendi ratione ſæpius immutata.

Præterea idem convincitur ex eo, quod de fratribus patruelibus dicitur, Nam cum, *ut ſupra monuimus*, interpretes

pretes

Digitized by Google

pretes communiter arbitrati fuerint, his verbis idem denotari, quod alibi de quarto gradu aſſeritur (ſunt enim fratres patrueles duorum fratrum filii in quarto gradu juxta juris civilis computationem conſtituti) certè hoc ipſo teſtatum fecerunt, textum de feudo paterno loqui, cum alioqui, ſi de feudo à fratribus cum pacto ſuccedendi quæſito intelligeretur, fruſtra ſanè id, quod de fratribus patruelibus ibi profertur, de quarto gradu interpretati fuiſſent. Hic enim gradus duntaxat reſpectu primi acquirentis, qui communis fuit parens deſcendentium, rectè conſideratur: ut ita illi in hoc vix ſibi conſtitiſſe videantur. Denique quicquid circa *d. §. Hoc quoq; ſciendum*: pro fucanda communi interpretatione in medium afferri poſſet, eadem certe penitus deſtruitur manifeſtis verbis textus *in d. §. Hoc quoq; obſervatur*: qui diſertè de feudo paterno loquitur ibi, hoc ideo, quia poſtea non vocatur feudum paternum. ut mirari non immeritò quis poſſet, tam claris verbis interpretes oblocutos fuiſſe: cum præſertim in promtu ſit alia interpretandi & diſſolvendi ratio longè expeditior, & verbis convenientior, ut videlicet iſtud, quod ibi dicitur, agnatos tantummodo uſque ad ſeptimum gradum ſuccedere, olim quidem ita obtinuerit: deinceps verò uſu paulatim immutatum, & tandem in infinitum porrectum ſit, quemadmodum jura illa rectius, quàm alii interpretati fuerunt *Eguin. Baro: Duarenus: Hotoman: Cujatius, & Hanneton*: Nam etſi demus, olim inter agnatos ſeptimo gradu conſtitutos tantùm ſucceſſionem fuiſſe, hoc tamen nihil impedit, quò minus progreſſu temporis ad agnatos in infinitum illa extendi potuerit: cum præſertim ob oculos ſit, hanc ſuccedendi rationem ex ipſo uſu aliam ſæpiùs formam recepiſſe.

Neque huic interpretationi quicquam refragatur, quod *in d. §. Hoc quoque ſciendum*: additur, moderno tempore ſic uſurpari id, quod fortè oculos interpretum perſtrinxit. Licet enim tempore Gerardi auctoris hujus primi libri ita fuerit uſurpatum, id tamen deinde poſt ipſum immutari potuit. Quippe cum libri feudorum, ut monuit *Duaren. Cujat. & Hotoman.* non ſolùm à Gerardo & Oberto fuerint conſcripti, ſed multorum etiam variorum JCtorum reſponſa in libro poſteriore ſint congeſta, qui cum etiam poſt Gerard. & Obert. vixerint. quid mirum, horum ſeculo aliud, quàm tempore Gerardi uſu receptum fuiſſe? Ut proinde ſi opinionem hanc, quæ agnatorum ſucceſsionem in infinitum extendit, tenere volumus, jura iſta facilè evitari poſsint, neq; ad communem illam interpretationem tàm à ſenſu, quàm à verbis alienam confugere ſit neceſſe.

51 Alii † tamen contrà perſiſtentes in (i) eo quod *in d. §. hoc quoq; ſciendum*: (i) & *in d. §. hoc quoq; obſervatur*, aſſeritur, inde concludunt, agnatos tantummodo uſq; ad ſeptimum gradum ſuccedere, *ut Andr. de Iſern. ibidem: & in cap. 1. §. ſi capitanei. de feudo Marchiæ. Jaſ. in l. certum. n. 3. C. unde cognati: & in conſil. 114. vol. 1.* Idq; communiter teneri dicit *Bald. in d. c. 1. col. 2. verſ. ſecundo nota de feud. Marchiæ: Dec. conſil. 85. Hieronym. Grat. in conſil. 9. in 1. vol. Martin. Laudenſ. in conſil. 119. n. 2. inter conſil. Alberti Brun. Idem Brun. conſ. 80. n. 17. Gozadin. in conſ. 26. Marian. Socin. in conſ. 76. nu. 72. vol. 1. Idem tenuit Ferrarius in uſus feudor. lib. 3. c. 2. verſ. Quibus porrò deſinentibus: Hieronymus Schurff. conſ. 139. inter conſil. feudal.* quam ſententiam pluribus defendere conatur *Pariſ. in conſ. 23. circa fin. vol. 1. & Joann. Anton. Cannet. in c. ſi aliquem: verſ. defuncto ergo Barone*: Moventur autem præter jam dicta jura, quæ ad hoc ſatis ſunt manifeſta, per *text. in c. Satis bene: de prohib. feud. alien. per Frederic.* dum *ibi* in fin. tum demum feudum uſq; in infinitum tranſire dicitur, ſi hoc actum erit.

Nam

Nam hinc rectè colligi poſſe videtur, niſi de hoc expreſsè conventum fuerit, rem aliter ſeſe habere, juxta juris feudalis regulas. Conſiderat inſuper *Pariſ.* quod ſecundum juris civilis rationem uſque ad decimum tantummodo gradum ſuccedatur, Nam cum ſucceſſio feudalis arctioribus ſemper finibus fuerit circumſcripta, ut evidens eſt *ex d.* §. *Et quia vidimus*: *Qui feud. dare poſſ.* hinc ſanè exiſtimat, veriſimile non eſſe, eam uſq; eo proceſſiſſe, ut ſucceſſionem bonorum allodialium ſuperaverit, cum præſertim hoc nuſquam ſatis clarè cautum reperiatur. Sed difficultas omnis in eo eſt, quemadmodum ſatisfiat argumentis in priorem opinionem adductis.

32 Et † quod attinet ad tit. *de natur. ſucceſſ. feud.* facilis eſſet ſolutio, ſiquidem, ut legit Cujatius, verba illa (ex latere omnes per maſculos deſcendentes uſque in infinitum) omitteremus. Tum enim textus ille minimè de agnatis, ſed duntaxat de deſcendentibus loqueretur, hoſce in infinitum ſuccedere: & ita etiam interpretatus eſt eum *Pariſ. in d. conſil. 23. n. 264.* Quia tamen huic repugnat vulgaris lectura, quam nos infra *quæſtione XXXIV.* defendimus: ideo de alia ſolutione cogitandum erit. Cannetius quidem reſpondet, id, quod de agnatis ibi dicitur, eos in infinitum ſuccedere, non eſſe accipiendum de gradibus, de quibus ibi nihil agitur, ſed ita interpretandum, quaſi JCtus id, quod in proximè præcedentibus verbis dixerat, de deſcendentibus per maſculos declaret, iſtud infinitum locum obtinere, atque propterea in infinitum conſiderari, utrum quis ex maſculo deſcendat, excluſis illis, qui ex fœminis procreati ſunt. Idq; ait etiam demonſtrare verba ſequentia, quibus nihil de gradibus, ſed duntaxat de variis lineis à primo acquiſitore provenientibus narratur, & veluti exemplum ejus, quod dictum fuerat, deſcendentes per maſculos in infinitum ſuccedere, traditur, in omnibus videlicet lineis, quomodocunque à primo acquirente promanent, in infinitum requiri, ut ſuccedere volens per maſculos deſcendat, ſubjungens hunc eſſe verum intellectum, & amicum literæ: ſed adverte, quia ſecundum hanc interpretationem verba illa (*omnes per maſculos deſcendentes*) reſtrictivè eſſent intelligenda, quaſi hiſce ſucceſſio feudalis in infinitum reſtringeretur ad deſcendentes in maſculos. Hoc autem vix admittit proprietas dictionis (*omnis*) quæ cum ſit univerſalis, minimè eam ſententiam habere poterit, quaſi his verbis ſucceſſio ad maſculos tantum coarctaretur, & idem eſſet, ac ſi diceretur, tantùm per maſculos deſcendentes ſuccedere: ſed potius natura hujus exigit, ut verba extenſivè accipiantur, & quidem ita, ut omnes per maſculos deſcendentes in infinitum, & ſic abſque certorum graduum præfinitione ſuccedant. Nec quicquam faciunt verba ſequentia, nam his non declaratur id, quod dicitur, in infinitum ſuccedi, ſed id, quod dixerat, omnes maſculos ſuccedere, explicatur, atque docetur, nihilominus etiam lineæ & ſtirpis habendam eſſe rationem.

Neque refert etiam, quod de gradibus expreſsè nihil aſſeritur. nam cum dicitur, omnes in infinitum ſuccedere, his verbis ſine graduum mentione ſatis deſignatur, ſucceſſionem in infinitum extendi.

Poſſet † igitur ex ſententia Pariſ. 33
reſponderi, vocabulum (in infinitum) eſſe interpretandum de ſeptimo gradu, qui cum extremus ſit terminus ſucceſsionis collateralis, non præter rationem ad eum uſque vocabuli (in infinitum) ſignificatio porrigetur, ut *poſt gloſ.* interpretatus eſt etiam *Iſern. in c. ſi vaſallus culpam: ſi de feud. defunct.* & interpretationem iſtam comprobat *Pariſ. per textum in* §. *cæterum*: *Inſtit. de legit. agnator. ſucceſſio.* ubi dicitur,

tur, agnatos admitti, etſi longiſſimo gradu diſtent: cum tamen ille longiſſimus gradus reſtringatur ad decimum, *§. fin. inſtit. de ſucceſſio. cognat.* Sic etiam actiones dicuntur perpetuæ, quæ tamen ultra xxx. annos non durant, cum tempus hoc extremus ſit terminus, & finis illarum actionum: *Inſtit. de perpet. & tempor. action. not. in l. ait prætor* : *§. interdum de oper. nov. nunciat:* & de verbo *(perpetuum)* idem traditur *in l. 1. ſolut. matrimon. & not. Bart. in l. 3. de judic.* Nihil igitur mirum, ſi etiam dictionem *(in infinitum)* coarctemus ad eum gradum, qui finem ſucceſſioni collaterali imponit: cum præſertim in propoſito manifeſta adſint jura, quæ ad hunc gradum ſucceſſionem transverſalium reſtringunt: *d. §. Hoc quoq; ſciendum: & d. §. hoc quoq; obſervatur*: idq; magis etiam congruens eſſe videtur ſecundum eam graduum rationem, qnam ſuprà ſtabilivimus.

Cum enim oſtenſum à nobis ſit, ſeptimum gradum ex LL. Longobardorum æſtimandum, & hoc jure omnis parentela uſque ad ſeptimum gradum tantùm (qui ſecundum juris civilis computationem XIV. gradum attingit) numeretur *l. 1. de ſucceſſio.* meritò ſanè in infinitum porrecta eſſe cenſebitur ſucceſſio, quæ ad ſeptimum gradum, extremum videlicet terminum pervenit.

34 Textum † *in c. 1. ſi vaſallus feudo privetur*: interpretatur *Bald. in authen. defuncto: col. 2. C. ad Tertullian. & in c. ſatis bene: num. 2. de probibit. feud. alien. per Lothar.* ut locum tantummodo obtineat eo in caſu, ubi ob delictum vaſallus feudo privatur, ejus hanc afferens rationem, quia, cum ob delictum filii removeantur à feudi ſucceſſione, & in hoc conſulatur dominis, par eſt, ut viciſſim agnati in infinitum ſuccedant, quò avaritiæ ſuſpicione liberetur dominus, *l. unic. verſ. pen. C. de caduc. tollend.*

Sed hanc interpretationem omni æquitatis rationi refragari, rectè dixit Loriotus. Abſonum enim planè eſt, delicto agnatis latiorem ſuccedendi viam aperiri, quàm morte: cum præſertim hoc ipſum, ut hi, vaſallo feudum amittente, ad iſtud aſpirare poſſint, à ſuccedendi jure, quod eis poſt mortem vaſalli competit, penitus dependeat, quemadmodum ſupra *quæſtione XV.* demonſtravimus. Rectius igitur huc accommodari poterit id, quod de vocabulo (*in infinitum*) circa tit. *de natur. ſucceſſio. feud.* diximus, iſtud de ſeptimo gradu interpretandum eſſe. Poſſet etiam haud præter rationem quis exiſtimare, verba iſta (*uſque in infinitum*) eſſe adulterina, & à quodam putante id, quod *in d. §. hoc quoque ſciendum*: de deſcendentibus dicitur, eos in infinitum ſuccedere, ad agnatos etiam pertinere ſuppoſita eſſe. Hanc enim conjecturam adjuvat primò, quod proximè ſequentia verba (*dum tamen hos conſtet*) prætermiſſis illis vocabulis (*& etiam uſq; in infinitum*) magis conveniunt illi, quod paulò ante de quarto gradu remotis dicitur, quàm ſi hæc eſſent intermedia.

Deinde quoniam non ſolùm *in d. tit. de natur. ſucceſſio feud.* juxta lecturam Cujatii, maximum ſubeſt dubium, an non ibi etiam vocabulum iſtud *(in infinitum)* ſuppoſititiũ ſit, ſed etiam *ex gl. & Andr. de Iſernia in d, §. Hoc quoq; ſciendum*, manifeſtum eſt, in illo textu verba iſta *(uſq; in infinitum)* vitioſè addita fuiſſe. Hinc enim non levis oritur ſuſpicio, idem etiam circa hoſce textus commiſſum eſſe ab illis, qui ſucceſſionem deſcendentium & collateralium non rectè diſtinxerunt: ut ita hiſce tantummodo verbis inniti, de quibus an genuina, an verò ſuppoſititia ſint, probabilis exiſtit dubitatio, non ſatis tutum videatur, refragantibus præſertim manifeſtis juris feudalis reſponſis *in d. §. hoc quoq; ſciendum: & in d. §. Hoc quoq; obſervatur.*

Quibus vel ea de cauſa magis inſiſten-

ſiſtendum videtur, quoniam in illis hæc ſucceſſionis materia principaliter tractatur: in aliis verò capitulis obiter duntaxat attingitur.

35 Semper † enim lex, quæ principaliter diſponit de re aliqua, prævalet legi diſponenti de re, quæ tendit ad aliud: *l. 1 & l. Quod dicitur. de auctoritat. tutor. Bart. in l. Ambitioſa: de decret. ab ordin. fac. cum ſimilib. adduct. per Stephan. de Frederic. in tractat. de interpret. LL. in 3. regula*: quando ratione modi lex una derogat alteri.

36 Ad † rationem pro priore ſententia conſideratam reſpondent *Pariſ. & Cannet*. quod, etſi deſcendentes in infinitum ſuccedant, *d. § Hoc quoque ſciendum*, & agnati reſpectu primi acquirentis deſcendentium inſtar ſint: nihilominus tamen in ſucceſſione feudali alia ſit ratio deſcendentium, alia item transverſalium, & quod hi non tam primo acquirenti, quàm proximè defuncto ſuccedant, ac propterea etiam graduum proximitas ad hunc potius, quàm illum referatur, ita ut, qui defuncto proximior eſt, excludat alium, qui primum acquirentem agnatione propius attingit, quemadmodum communiter fuit exiſtimatum: *Andr. de Iſern. in c. 1. de natur. ſucceſſio. feud. Socin. in conſil. 249. incip. Materia præſentis conſultationis: col. 12. in verſ. 8. & in conſil. 252. incip. Viſis inſtrumentis: col. 10. verſ. ſecundum verò dictum Decius in conſil. 445. incip. In caſu ad me transmiſſo. nu. 19. col. 4. Ruin. conſil. 166. incip. Viſo teſtamento: nu. 5. col. 4. vol. 1. & in conſil 167. incip. Proponitur: nu 5. col. 4. in fin. & in conſil. 191. incip. Proponitur in themate: nu. 8 col. 3. & in conſil. 203 incip. De duobus, nu. 20. col. 10. verſ. Et idem eſt: eod. vol. Corneus conſil. 97. incip. Primo conſultus col. 6. ſub litera D. vol. 1. & in conſil. 22. incip. In hac conſultatione: col. 6. ſub litera E. vol. 2. & in conſil. 230. incip. Quanquam in hac conſultatione col. 10. ſub litera X. vol. 3. Socin. jun. conſil. 126. incip. Maxima profectò eſt dubitatio: nu 27. vol. 1. Pariſ. in conſil. 2. incip. Conſultus ab illuſtri: nu. 47. vol. 1. Roland. à Vall. in conſil. 100 incip. Quoniam Magnificus: n. 20. vol. 1.* Quod ipſum ſatis argumento eſt, agnatos magis proximè defuncto, quàm proximo acquirenti ſuccedere, atq; adeò id, quod de deſcendentibus recta linea ſuccedentibus primo acquirenti dicitur, ad ad agnatos transverſales ſuccedentes proximè defuncto minimè pertinere. Quam diverſitatem etiam probat *Pariſ.* per text. *in d. §. & quia vidimus*: dum ibi dicitur, in feudo paterno obtentum fuiſſe, ut frater fratri ſuccederet: nã ſi quis primo acquirenti ſuccederet. tum ex hoc ipſo, quod filiis ſucceſſio feudorum paternorum indulta fuit, altero filiorum defuncto, frater ad ſucceſſionem admitti potuiſſet: neque fuiſſet neceſſe, hoc peculiariter obtineri in fratre, ſed cum textus peculiarem uſum ad hoc requirat, ut frater fratri ſuccedere queat, ſatis perſpicuum eſſe videtur, aliam eſſe ſucceſſionem deſcendentium, aliam item transverſalium. Adducit præterea textum *in c. 1. de natur. ſucceſſio. feud.* quatenus ibi conſideratur linea ultimò decedentis, & qui ex illa linea provenerunt, præferuntur cæteris, qui in alia linea exiſtentes ſtipitem propius attingunt: nam ex hoc liquidò conſtare videtur, in ſucceſſione transverſalium potius conſiderari perſonam ultimò defuncti, quàm primò acquirentis, ac propterea etiam, quæ de deſcendentium ſucceſſione diſpoſita ſunt, ad collaterales adaptari non poſſe. Neque ait obſtare id, quod *in d. § ſi capitanei*, dicitur: fratrem vel nepotem ſuccedere fratri per inveſtituram patris vel avi. Nam ex hoc minimè ſequitur, eum ipſi patri, vel avo ſuccedere: cum etiam ſubſtitutus pupillariter ex ordinatione patris teſtatoris ſuccedat, neque tamen propterea patri, ſed magis ipſi pupillo ſuccedere cenſeatur, *ut not. inſtit. De pupill. ſubſtit. in Princ. Paul. de*

Caſtro

Digitized by Google

Caſtro in conſil. 286. incip. Quoniam fundamentum. col. 3. verſ. Nam pupillaris. in 1. vol. Sic etiam ſi per fideicommiſſum ſuccedatur teſtatori: *l. cohæredi.* §. *cum filia: de vulgar. & pupill*, nihilominus tamen perſona gravati potiſſimum conſideratur, ut hi admittantur duntaxat, qui huic, non qui teſtatori proximiores fuerunt. *Socin. in d. conſil. 249. col. 12. & ſeq. in 2. vol. & conſil. 86. in 3. vol. & in conſil. 73. vol. 4.*

Ex quibus tandem infert, id, quod dicitur, agnatos eſſe hæredes primi acquirentis, intelligendum eſſe de hæredibus mediatis per agnati proximè defuncti perſonam, quia hæres hæredis &c. *arg. l. fin. C. de hæred. inſtit. & l. Paterfamilias: in fin. de vulgar. & pupill.* Hæc ſolutio rationem pro communi opinione allatam evertere facilè poſſet, ſiquidem teneremus id, quod plerique exiſtimarunt, in feudorum ſucceſſione gradus ſecundum jus civile computandos eſſe. Nàm cum in hac gradus dinumerandi ratione manifeſta conſtituatur differentia inter collaterales & agnatos, omni dubitatione carere videtur, aliam eſſe cauſam agnatorum ſuccedentium, aliam item deſcendentium. Sed quando contrà aſſeritur, jus canonicum in computandis gradibus obſervandum eſſe, quam ſententiam nos ſupra defendimus, tum ſanè ſolutio iſta haud parum labaſcit.

37 Cum † enim juxta hanc rationem computandi omnes gradus ad primum acquirentem referantur, uſque eò, ut ad ſucceſſionem tanquam propior is admittatur, qui hunc proximè attingit, hoc ſolo excepto, ut interim etiam lineæ, atque adeò ex eadem linea deſcendentium potior ducatur ratio: hinc meritò ſanè illi, qui reſpectu defuncti agnati transverſales ſunt, ad ſuccedendi tamen facultatem quod attinet, inſtar deſcendentium habebuntur, & conſequenter id, quod de deſcendentibus diſpoſitum eſt, eos in infinitum ſuccedere, etiam ad agnatos ſuccedentes pertinebit, quippe cum hi relati ad primum acquirentem huic tanquam deſcendentes ejus, minimè verò defuncto tanquam agnati ſuccedant, *per jura ſupra adducta.*

Neque huic conſiderationi obſtat textus *in d.* §. *Et quia vidimus:* Nam quod ibi dicitur, ut frater fratri ſuccedat, peculiari conſuetudine opus fuiſſe, iſtud tum quidem temporis obtinuit, quo feudorum ſucceſſio uſque eò coarctata fuit, ut non niſi perſonæ, de quibus expreſſè dictum fuerat, ſuccedere potuerint. Ideoq; cum filiis hoc tantùm conceſſum primò fuiſſet, altero fratrum defuncto, frater à ſucceſſione penitus excludebatur, donec conſuetudine introduceretur, ut etiam frater fratri ſuccederet, non tamen ſecus, quàm per inveſtituram patris, ut dicitur *in d.* §. *ſi capitanei.* Nunc verò, poſtquam ſucceſſio ad ſeptimum gradum fuit porrecta, & omnes illi gradus ad primum acquirentem referantur, amplius non videtur ambigendum, quin agnati tanquam deſcendentes primi acquirentis huic potius, quàm proximè defuncto ſuccedere cenſeantur. Quæ verò ſit ratio textus *in d. tit. de natur. ſucceſſ. feud.* cur ibi ad defunctum habeatur reſpectus, ſuprà abundè à nobis fuit explicatum.

Verùm † utut hæc ſeſe habeant, 38 non tamen propterea fundamentum ex iſta graduum computandorum ratione à nobis ſuprà firmata deſumtum adeò firmum eſt, ut non facilè etiam tolli poſſit ratio in priorem ſententiam adducta. Nam etſi admittamus, gradus ſecundum jus Canonicum computandos eſſe, inde tamen minimè ſequitur, nullam eſſe inter collaterales & deſcendentes differentiam, ac propterea etiam omnia, quæ de deſcendẽtibus dicuntur, in agnatis locum habere. Firmavimus enim ſuprà, collateralium in jure feudali ſeparatam ſemper haberi rationem à deſcendentibus, & manifeſtum inter eos conſtitui diverſi-

verſitatem. Non itaq; id, quod de deſcendentibus ſtatuitur, eos in infinitum ſuccedere, ad agnatos pertinere poterit, prout etiam hoc ipſum dilucidè probat textus in d. §. Hoc quoque ſciendum, in verbis ibidem à nobis conſideratis. Unde porrò conſectarium eſt, rationem pro communi ſententia ponderatam, & quicquid ſuperſtructum fuerit, penitus corruere. Vides igitur, non uſq; eò difficile eſſe, refutatis fundamentis prioris ſententiæ, hanc poſteriorem tueri. Qua ſtante maximum habebit effectum inveſtigatio illa, quemadmodum gradus ſint numerandi. Nam ſecundum computationem communem ſeptimò tantùm juris civilis gradu ſucceſſio finem acciperet, cum è contrario juxta dinumerandi rationem ſupra à nobis ſtabilitam ſucceſſio, licet ea ad ſeptimum gradum reſtringatur, tamen ad 14. uſq; gradum juris civilis hoc computandi modo extenderetur, & ſic duplo pene longior efficeretur ſucceſſio feudalis, ut ita juxta hanc computandi rationem facilius etiam toleranda eſſet hæc poſterior ſententia.

39 Sed † hoc loco circa iſtam poſteriorem opinionem alia oritur quæſtio, an id, quod de ſeptimo gradu dicitur, incluſivè, ita videlicet, ut agnati ſeptimo gradu diſtantes admittantur, an verò excluſivè, ut ſextò gradu ſucceſſio
(k) terminetur, (*k*) intelligendum ſit. Et quamvis *Andr. de Iſernia in d. §. Hoc quoq; ſciendum*: exiſtimaverit, iſtud excluſivè accipiendum eſſe, motus præjudicio quodam Honorii Papæ, qui in cauſa rebellionis Siciliæ regis contra Eccleſiam ita pronunciarit, quem ſe-
(l) quitur *Matth. de Afflict. ibi n. 58.* (*l*) Interpretes tamen in alia omnia communiter tranſiverunt, concludentes, di-
(m) ctionem iſtam (*uſq;*) (*m*) hoc loco utpote in materia favorabili incluſivam habere ſignificationem. *l. Patronus. §. Sempronio ubi latè Bart. de leg. 3. l. Quicunq; cum auth ſeq. C. de procurat. l. fin. ff. de ſenator. not. gl. in l. Meminiſſe. de offic. proconſul. hoc ſenſit Martin. Laudenſ. in d. §. Et quia vidimus. in 6. col. verſ. Quæro an dictio uſq; Alex. in conſil. 114. incip. Circa primum: col. fin. vol. 3. Curt. jun. in tractat. feud. part. 3. verſ. circa iſtam materiam ſucceſſionis collateralium. n. 59. Loriott. in d. tit. de ſucceſſio feud. verſ. Dictionem autem uſq;, hanc opinionem receptiorem appellans. Ferrarius in tractat. feud. lib. 3. cap. 2. prope fin. verſ. In qua parte ne impingas.*

Cæterum † etſi hæc poſterior ſen- 40
tentia, ut ex hactenus commemoratis liquet, defenſari facilè poſſet, quia tamen iſtud ita commodè inſtitui nequit, ne dictioni (*in infinitum*) quæ habetur *in d. tit. ſi vaſall feud. privetur*, interpretatio aliqua à propria ejus ſignificatione aliena affingatur: Ideo haud invitus in caſtra eorum tranſeo, qui etiam collateralium ſucceſſionem uſq;
tandem in infinitum (*n*) porrectam eſſe (n)
exiſtimarunt. Idq; non tam propter rationem ab ejus opinionis ſectatoribus adductam (hanc enim paulo ante refutavimus) quàm propter verba clara & manifeſta *d. tit. ſi vaſall feud. privet.* tum quia in dubio, ubi non manifeſta ſubeſt ratio, aliud exigens, tutiſſimum eſt verbis textus, & propriæ eorum ſignificationi adhærere. *l. 1. §. Is qui navem. verſ. In re igitur dubia. de exercit. act. l. quod conſtitutum: de militar. teſtament. l. conſtitutionibus ad municipal. not. Bart. & DD. in l. non dubium. C. de LL. Bald. in c. ſignificante: in 2. col. de appellat.* tum etiam, quia hoc ipſum ſuccedendi facultatem extendens benignius, & favorabilius eſt, quod in ambiguis quæſtionibus ſequendum eſſe juris ratio docet. *l. proximè, ibi, in re dubia benigniorem interpretationē ſequi non minus juſtius eſt, quàm tutius, de his quæ in teſtamento delent. l. Benignius: de LL. l. cum in teſtament: de rebus dub. l. ſemper in dubiis: de reg. jur.* cum præſertim etiam omnia illa, quæ pro contraria opinione adducta fuerunt, facili negocio evitari poſſint.

Nam

Digitized by Google

Nám etſi demus, non ſolùm ſecundum leges Longobardorum,ſed & eo tempore, quo jus feudale Gerardus primum conſcripſit,ſucceſſionem collateralium ſeptimo gradu finem accepiſſe, hoc tamen nihil impedit, quò minus hæc ſuccedendi facultas temporis progreſſu ſæpius mutata, uſu deindein infinitum extendi potuerit, quẽadmodum ſupra docuimus. Quibus ſuffragantur etiam verba finalia textus *in §. quoddam ſatis bene diſpoſitum. in capit. extraordin. ibi; & uſq; in infinitum pervenerit.* Nam hæc etiam ſatis clarè denotant, agnatos in infinitum ſuccedere. Cumq; ex hoc ipſo textu ſit deſumtum *c. ſatis bene. de prohibit. feud. alien. per Lothar.* ut pluribus docebimus *infra quæſtione 47.* in illo verò verba iſta *(ſi actum ſit)* quæ ad calcem *d. c. ſatis bene*, ſunt addita, minimè habeantur, nemo non videt,ea adulterina, atque ſuppoſititia eſſe. nullum igitur certum inde deſumi poterit argumentum, quod hanc ſententiam oppugnet. Minus etiam obſtat, quod,ut Pariſius conſideravit, juxta hanc ſententiam feudorum ſucceſſio ultra juris civilis ſucceſſionem extenderetur. Præter enim quàm quod hoc argumentum levius eſt, quàm ut verba manifeſta *d. tit. ut vaſall. feud. privet.* infringere poſſit, ſupra etiam oſtendimus, quod, etſi demus, ſeptimo gradu ſucceſſionem feudalem finiri. hæc tamen juxta graduum computationem à nobis firmatam, modum ſucceſſioni jure civili præfinitum tranſiliat. Nulla igitur vis in hac poni conſideratione poterit. Et quamvis juxta hanc poſteriorem ſententiam non multum referat, utrum gradus ſecundum jus civile, an verò ſecundum jus canonicum computemus: quippe cum ſucceſſioni nullus ſit ſtatutus terminus: quia tamen veritas etiam, nulla propoſita utilitate, in amorem ſui meritò homines ſano præditos judicio allicit, & cognitio iſta præter jucunditatem, quam affert, etiam ad planiorem juris feudalis cognitionem conducit, ideo inveſtigationem hanc prætermittendam non eſſe duximus.

Quæ de ſuccedendi ratione hactenus in medium protulimus, ea quidem jure communi feudorum ita procedunt, ſecundum jus verò Saxonicum, quo in his provinciis utimur, haud paulò aliter res ſeſe habet.

Nam † hoc jure filii duntaxat in 41
feudum ſuccedunt, inter perſonas ex transverſo agnationis latere conſiſtentes,nullo ſucceſſioni loco relicto, ut probatur *in cap. 6. c. 21. & cap. 32.* **Lehnrecht**/ Licet autem apud noſtros longiſsimo uſu hoc ita jam comprobatum ſit, ut nullam amplius recipere dubitationem videatur: tamen cum apud anteceſſores noſtros admodùm controverſum fuerit, ut patet *ex Henning. conſil. 15. incip. quia in cauſa vertente: conſil. l. 21. incip. Ex quo de ſucceſsio. feud. & Jaſ. conſil. 182. incip. In præſenti conſultatione. vol. 3.* neq; tunc etiam deſint, qui id in dubium vocare conantur: operæprecium erit, diligentius conſideratis verbis juris Saxonici, videre, utrum hanc ſententiam ſatis probent. Nam inde non ſolùm de veritate hujus quæſtionis magis apparebit, ſed & ad alia, de quibus paulo poſt dicemus, via nobis expeditior erit. 42

In † hanc igitur ſententiam adducitur primo *art. 21. juris feudalis Saxonici* ubi diſertis verbis diſponitur, quod à nullo vaſallo ullum feudum ad hæredem tranſmittatur, niſi à ſolo patre in filium. **Es vorerbet** *(inquit text.)* **niemand kein Lehen / denn allein der Vater auff den Sohn.** Ad hunc textum variis modis reſpondet *Jaſ. d. conſil. 182. & Henning. in d. conſil. 15. & conſil. 21.* Primò enim ajunt, eum non ita accipiendum, quaſi præter filium reliqui agnati remotiores à ſucceſsione feudi excluſi eſſent. ſed quod ibi dicitur, feudum ad ſolum filium transferri, intelligendum reſpectu filiarum, ut videli-

cet hæ ad feudi ſucceſsionem penitus non admittantur, prout etiam verba illa interpretata eſt gloſ. *ibi in fin.* cujus auctoritatem apud noſtros plurimum valere, negari ſanè non poteſt. Deinde licet concedamus, verbis hiſce etiam agnatorum ſucceſſionem excludi: nulla tamen ex ſententia eorundem ſatis juſta videtur ſubeſſe cauſa, cur ad tantam juris communis derogationem de feudo paterno & antiquo ſumenda ſint, quin potius, ut correctio iſta evitetur, ſecundum juris communis regulas de feudo novo intelligenda erunt, ſuadentibus hoc rationibus mox ſubjiciendis. Dato præterea, tam de feudo paterno, quàm etiam de agnatis capienda eſſe verba illa juris Saxonici, non tamen inde mox ſequitur, agnatos à feudi ſucceſſione penitus eſſe excluſos, ſed hoc duntaxat inde colligitur, ad ſolos filios hæreditario jure transmitti feudum, non item ad agnatos. Iſtud autem non impedit, quò minus agnati in feudo ſangvinis jure ſecundũ juris communis diſpoſitionem ſuccedant.

43 Nam † & transmiſſio ea, præſertim quæ hæreditario jure fieri debet, à ſucceſſione plurimum differt. *Bart. in l. ventre: de acquirend. hæredit. Bald. in*
44 *l. 3. C. de hæred. inſtit.* & † ad agnatos jure ſangvinis ſuccedentes feudum non tam à defuncto transmitti, quàm ex beneficio primi acquirentis, & peculiari principis conceſſione devolvi videtur. *c. 1. An agnatus vel filius c. 1. §. Hoc quoq;: & ibi not. Alvarott. Qui feud. dar. poſſ. c. 1. de conſuetud. feud. rect. Alex. in conſil. 24. vol. 4.* Non itaque ex textu de transmiſſione verba faciente ad excluſionem juris ſuccedendi, quod agnatis alio, quàm transmiſſionis jure competit, inferri commodè poſſe videtur. *l. fin. ff. de calumniato. l. neq; natales: C. de probat. l. naturaliter. §.*
45 *nihil commune: de acquir. poſſeſſ.* Et † tunc intellectum quodammodo ſuadet verbum illud Vorerben. Nam hoc transmiſſionem, quæ hæreditario fit jure, denotat, & ut exponit *Henning.* id ſignificare videtur, feudum non niſi ad filium pervenire ſucceſſione hæreditaria, ita quod quis ut hæres ſuccedat, & cogatur adire.

Addit † inſuper *Jaſ.* textum *in d. c.* 46
21. non neceſſariò de jure ſuccedendi accipiendum eſſe, ſed de poſſeſſione tantummodo intelligi poſſe, quæ ſpeciali ratione ſecundum jus feudorum in filium transmittitur, *ut per c. 1. de feud. cognitio: docet Bald. in l. cum antiquioribus col. 6. n. 12. verſ. decimò. C. de jure deliber. Jaſ. in l. quoties. n. 31. & 32. C. de rei vendic.* quaſi textus velit, poſſeſſionem hanc in ſolum filium transferri: hunc verò eandem ulterius in agnatos ſuos non transmittere: id quod cum ipſo ſuccedendi jure nihil habet commune, neq; adeò illud excludit. Cum igitur verba *d. c. 21.* tot modis commodè intelligi poſſint, ut juri communi non refragentur, ea ſanè interpretatio longè magis capienda erit, quæ regulis juris civilis feudalis conveniat, quam quæ eaſdem corrigat.

Eſt † enim trita juris regula, ſtatu 47
ta municipalia, quò ad ejus fieri poſſit, juri communi convenienter intelligenda eſſe. *l. præcipimus: in fin. C. de appellat. l. unica. C. de inofficioſ. dot. c. cum expediat: de Electio. lib. 6. l. 2 ubi not. DD. C. de noxal. not. gl. & DD. in l. damni: § ſi is, qui vicinas: de damn. infect.* quæ multis de cauſis vel maximè in propoſito tenenda erit, primò, quia ipſa verba *d. c. 21.* eo modo, quo diximus, intellecta ſua vi nullum juris correctionem introducunt.

Nam † ſi verba juris municipalis et- 48
iam contra propriam ipſorum ſignificationem ita ſunt interpretanda, ne juri communi derogent, *ut per textum in c. cum dilectus: de conſuetud. & quæ ibi not. DD. docet Alex. in conſ. 166. incip. viſo themate ante poſito: n. 25. vol. 3.* multò ſanè minus ex verbis hoc expreſsè non deſignantibus juris correctionem elicere licebit. Cum

49 Cum † regulariter jura municipalia vires ſuas ultra non porrigant, quàm verbis ſit expreſſum. *l. quod conſtitutum: de militar. teſta. l. conſtitutionibus. Ad municipal.* verbis verò ceſſantibus & ipſa etiam ſtatuta ceſſent. *l. ſi ſervum. §. Non dixit prætor: de acquirenda hæreditat. l. 4. §. Toties: de dam. infect. l. ſi extraneus: de condict. cauſa. dat. cum ſimilib. congeſtis per Tiraquell. in l. ſi unquã: in verbo libertis, nu. 2. C. de revocand. don.*

Secundò quia alioqui totus ſucceſsionis ordo multis vigiliis excogitatus, atq; conſtitutus in tranſverſo latere agnationis, quinetiam univerſum jus feudorum, quantum ad feudi antiqui tractationem pertinet, prorſus tolleretur, atq; everteretur: quod neque veriſimile eſt ſenſiſſe auctores juris Saxonici, neque etiam facilè admittendum, *l. ſi quando. in princ. C. de inoffic. teſtam. not. gl. in c. 1. in verbo præſcriptione: de cap. Corra.*

Tertiò quia hac ratione agnatis ſucceſsionis jus & juris feudalis diſpoſitione, & pacto primi acquirentis ipſis debitum cum maxima ipſorum injuria auferretur.

50 Cum † tamen ſtatuta, quantumvis generalia ita interpretanda ſint, ne quis indebitè damno afficiatur. *c. cum dilectus. c. ad audientiam. de cleric. non reſiden. c. cauſam quæ. cum ibi not. de reſcript. not. in c. ex parte 3. de verbor. ſignificat. Jaſ. & DD. in l. finali. §. in computatione. col. fin. C. de jur. deliber. Alexan. in conſil. 33. incip. viſo puncto. nu. 5. & in conſil. 142. incip. viſo proceſſu. n. 15. vol. 5. Dec. conſil. 374. incip. in caſu propoſit: nu. 7. Cravett. conſil. 3.*

Quartò quia hæc ſententia, quæ agnatos contra votum primi acquirentis ſuccedendi jure privat, nulla ſatis ꝓbabili ratione defendi poſſe videtur.

51 Debent † enim ſtatuta ita intelligi, ut rationi quàm maximè conveniant. *l. Salvius Ariſto. de leg. præſtand. Bald. in Auth. ingreſſi. col. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Corn. in conſ. 44. incip. deveniendo ad primum dubium ſub litera E. verſ. Nam ſtatuta ita debent interpretari. vol. 4. Cephal. conſ. 13. n. 12. incip. Plura ſunt vol. 1.*

Quintò † quia hoc ipſum longè etiam videtur abſurdiſsimum, cum tamen jura municipalia ita ſemper accipienda ſint, ne quid abſurdi inde proveniat. *l. conventicula: C. de Epiſcop. & Cleric. l. 3. C. de condit. inſert. d. c. tum expediat: de electio. lib. 6. Bald. in l. ſi quis ſervo. C. de furt.* ut proinde ex hiſce omnibus demum conſequatur, textum *d. c. 21.* illud, ad quod vulgo adducitur, non ſatis probare, atq; propterea agnatorum ſucceſsionem in feudis jure Saxonico minimè ſublatam eſſe. Pro qua ſententia etiam Henning. *d. conſil. 15.* allegat *cap. 2.* Lehnrecht ſentiens, ex hoc, quod ibi diſponitur, eos, qui patrem & avum equeſtris ordinis habuerunt, feudi non eſſe incapaces, apertè colligi, hoſce omnes ad feudi ſucceſsionem admittendos. 52

Verùm utut hæc omnia ſeſe habeant, tamen ſi quis verba ſæpe citati *c. 21.* diligentius conſideraverit, facilè ſibi inde conſtabit, ex ſupra adductis interpretationibus nullam ſanè ipſis ſatis convenire, ſed illa magis in eam ſententiam accipienda eſſe, in quam vulgò adducuntur, quod prius quàm demonſtremus, videbimus, utrum in jure noſtro feudali Saxonico alia etiam extent argumenta ejus, quod ſupra diximus, nullam videlicet eo jure eſſe agnatorum ſucceſsionem.

Præter † *d. c. 21.* idem dilucidè probatur etiam *in c. 32.* Lehnrecht/ ubi ſtatuitur, quod fratres quamvis ſimultaneè ab initio fuerint inveſtiti, tamen, ſi bona ſimultaneè poſſeſſa diviſerint, eo ipſo ſucceſsionis jure excidant, niſi denuò ſimultaneè de illis ipſis bonis curent ſe inveſtiendos. Wenn ſie ſich aber theilen/ inquit textus, So hat jhr keiner kein recht mehr an des andern theil ob der ander ſtirbet/ jhme ſey denn anderweit das gedinge/ vnd ahnwartung daran geliehen. Nam cum poſt diviſionem fratres 53

alterum inveſtierit, atq; interim agnatorum nulla fit mentio ſic etiam *in c.20. & c.72.* dicitur de filio, eum auferre ſuccedendi ſpem inveſtitis. **Vnd iſt beerbet mit ſeines Vatern Lehen / vnd hat es entführet allen denen / die gedinge daran hetten** / nimirum quia poſt filios non agnati, ſed ij, qui inveſtiti ſunt, proximam ſuccedendi ſpem habent. Nam ſi etiam agnati ſine inveſtitura ſuccederent, utiq; in his locis potius, quàm inveſtiti cōſiderarentur: ſed cùm horum in toto jure feudali Saxonico nulla prorſus habeatur ratio, ſed inveſtitorum modo fiat mentio, veriſimile ſanè eſt, agnatos ſine inveſtitura prorſus non ſuccedere, *argumento. l. Patre furioſo: ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur. & l. obligationum ferè. §. placet. de action. & obligat:* & quæ per illa jura tradit Cravett. *in conſil. 6. nu. 97.* Potuiſſet enim auctor juris Saxonici de agnatis exprimere, ſi eos ad ſucceſſionem admittere voluiſſet. *l. unica. §. Sin autem ad deficientis: C. De cadu. tollend. c. inter corporalia. §. Nec quoque. de tranſlat. Epiſcop.* ex quo text. *ait Bald.* ibi nota allegationem advocatorum qui dicunt, ſi ſtatutum hoc voluiſſet, dixiſſet.

59 Accedit † eò quod jus Saxonum omne tranſmittendi jus ex ipſa pene poſſeſſione metitur, uſque eo, ut nec pater quicquam ad filium transferre poſſit ſine poſſeſſione, ut probatur *in cap. XI.* ubi diſertè dicitur. **Welchs Gut ein Mann in ſeinem gewehren nicht hat / das mag er nicht geerben an ſeinen Sohn.** *& in c. 59.* **Alle Lehen ohne gewehr darben der volge.** *& in c. 5.* **am gedinge** (quod quidem ipſum poſſeſſione deſtituitur) **iſt förder keine volge** / & poſſeſſionem etiam ſucceſſione conſiderat text. *in c. 6. & in c. 23. ibi.* **Vnd gleiche gewehr dran haben.** ubi etiam fratres hoc ipſo, quod poſt diviſionem à communi poſſeſſione diſcedunt, & quilibet ſuam partem ſeparatim poſſidet, jus ſuccedendi invicem amittunt, ut proinde ex hiſce capitulis ſatis appareat, ſuccedendi ſive tranſmittendi facultatem jure Saxonico plurimum, ut diximus, à poſſeſſione dependere, neque quicquam eo jure tranſmitti in feudis, niſi cujus quis poſſeſſionem obtinet. Atqui ſecundum juris communes regulas agnati aliter ſuccedere non poſſunt, quàm ex jure à primo acquirente, ſæpius etiam per longam ceſſionem tranſmiſſo. ideoque ut à communi parente deſcendant neceſſe eſt. *c. 1. de natur. ſucceſſio. feud. c. 1. de grad. ſucceſſ. in feud.* cum autem jus iſtud nihil commune habeat cum poſſeſſione, hac penes eum, de cujus ſucceſſione quæritur, exiſtente, conficitur ſanè, inde ſecundum Saxonicas leges jus hoc, quod ſuccedendi facultatem agnatis tribuit, non tranſmitti, neque agnatos illud per ſucceſſionem ab anteceſſoribus ſuis quærere, & quod conſequens eſt, ceſſante hoc jure nullam inter ipſos agnatos in territorio Saxonico ſucceſſionem eſſe poſſe.

Denique † hæc ſententia præ cæ- 60
teris optimè firmatur ſupra citato *capite 21.* quod ut eò certius nobis conſtet, verba ejuſdem diligenter conſiderabimus, prout in ſtatutorum interpretatione fieri debere, per manus traditum eſt, *l. 1. §. Is qui navem: verſ. In re igitur dubia: de exercit. actio. l. Quod conſtitutum. de militar. teſtamento.* Utitur enim textus primò verbis univerſalibus, & iiſdem geminatis, dum inquit: neminem ullum feudum ad hæredes devolvere: & deinde addit exceptionem, una cum dictione taxativa præter ſolum patrem in filium. **Es vererbet niemand kein Lehen / denn alleine der Vater auff den Sohn.** de † 61
natura verò dictionum univerſalium eſt, ut omnes caſus, de quibus dici vel cogitari poterit, ambitu ſuo comprehendant. *l. Julianus. de legat. 3. l. ſi ſervitus: §. 1. De ſervitut. urb. prædior. l. à procuratore. C. mandati. cap. 2. ubi not. gloſſ. de obſervat. jejun. l. cum virum*

Digitized by Google

ubi not. Bart. & *DD. C. de fideicommiſſ. not. Bart. in l. generali. §. Uxori. de uſufruct. legat. cum aliis pro comprobatione hujus regulæ latè congeſtis per Decium in l. omnia. in princ. ſi cert. petat. & Cravett. in conſil. 308. nu. 4.*

62 Ideoque † nullam diſtinctionem, reſtrictionem vel limitationem facilè admittunt, *ut docet Salicet. in lib. 2. col 2. C. de noxal.* ubi ait, quod ex generalitate verborum appareat, ſtatuentes voluiſſe recedere à jure communi. propterea ſecundum hoc interpretandum, & reſtringendum non eſſe, *refert & ſequitur Alexand. in l. Etſi ſeverior: C. de infam. & in conſil. 35. incip. viſo themate ſupraſcripto. num. 7. volum. 6. quod eſt repetitum in conſil. 201 vol. 7. & Jaſon. in lib. 1. num. 25. de legib. & in conſil. 124. incip. Viſo teſtament. verſ. confirmatur optimè. circa fin. & in conſ. 147. incip. In caſu præſenti num. 3. volum. 4. Ruin. conſil. 20. incip. Privilegio. num. 4. & in conſil. 69. incip. Requiſitus. num. 5. & in conſil. 109. incip. Viſa conceſſione: num. 7. vol. 1. Decius conſil. 5. incip. In cauſa dominæ Mariæ. num. 4. & in conſil. 258. incip. In caſu domini Franciſci: num. 6. & in conſil. 289. incip. Non eſt parvi ponderis: num. 4. Crotus conſil. 94. incip. In cauſa monialium: num. 16. Natta. conſil. 340. incip. Ad ſubvertendum: vol. 2. Roland. à Vall. in conſil. 5. incip. Pulcra profecto: num. 5. & ſeq. vol. 1.*

63 Ex † quo ſcriptum reliquit *Romanus in conſil. 44. incip. Ex ſupra narrato themate: num. 5.* ſtatuto diſponente, maritum uxore ſine liberis defuncta, dimidiam dotem omni caſu lucrari debere: quod tum etiam in præjudicium liberorum primi matrimonii non attenta diſpoſitione. *l. hac Edictali. C. de ſecund. nupt.* dotem lucri faciat, quam doctrinam ſequitur *Decius in auth. præterea num. 7. C. unde vir & uxor. in conſil. 76. Licet in caſum. 2. & in conſil. 245. incip. viſis. col. 1. Et in conſil. 358. Placet mihi. num. 1. Bartholom. Socin. in conſil. 52. In hac difficultate: vol. 3. Curt. jun. in conſil. 45. incip. Habita diligenti conſideratione: num. 4. & in conſil. 49. num. 15. & in conſil. 183. num. 4.*

Idque † in dictionibus univerſalibus negativis vel ideo magis procedit, quoniam hæ ad negandum majorem vim habere cenſentur, quàm affirmatio ad aſſeverandum, *ut not. gloſſ. in l. Hoc genus. ff. de condition. & demonſtrat. & gloſſ. in c. cum dilectus. de conſuetud.* 64

Univerſalis † enim negativa, utpote dictio (*nullus*) omnia excludere intelligitur, etiam minima. *ut not. gloſſ. in c. ſtatutum: in verb. nullum. de reſcript. lib. 6 & gloſſ. in c. Nemo poteſt. gloſſ. 2. de regul. jur. lib. 6. & ex textu. c. Paſtoralis. ibi. nullam habeat poteſtatem. de offic. ordin. not. Joann. Andr. & Abb. in c. grave. de offic. ordina. quos refert & ſequitur Felin. in d. c. Paſtoralis. col. 4. verſ. Circa nonam: & Zaſius in conſil. 15. num. 20. vol. 2. not. DD. in c. imperialem. §. Præterea: ubi Matth. de Afflict. nu. 30. de prohib. feud. alien. per Frederic.* 65

Præſertim † verò, quando verba illa univerſalia ſunt geminata. Nam, ut verba univerſalia ſimpliciter poſita quandoque reſtrictionem admittant, tamen quando etiam fuerunt geminata, tum nullam limitationem recipiunt, *ut docet Jaſ. in. l. 1. §. Nunciatio. num. 5. circa fin. de oper. novi. nunciat. Alex. in conſil. 30. incip. Ponderatis: nu. 15. vol. 5. Socin in conſil. 232. incip. circa primum conſultationis articulum: in princ. vol. 2. Ubi pro hoc adducit doctrinam Bald. in l. cum lege: de arbit. Curti. ſen. in conſil. 40. incip. Cum in præſentiarum: verſ. confirmatur. col. 7. in fin. Cum aliis adductis per Barbat. in conſil. 23. vol. 2. & in conſil. 29. circa fin. vol. 1. quibus adſtipulatur Zaſius in ſingular. reſponſ. lib. 1. cap. 6. verſ. Tertio fallit:* quippe † cum ex ipſa geminatione de præciſa mente diſponentis apparere cenſeatur. *l. quinquaginta. de probat. & l. Baliſta: ubi not. gl. & DD. de probat. l. cum ſcimus: & ibi Bart. C. de agric. & cenſit. lib. XI.* 66 67

ſiſtendum videtur, quoniam in illis hæc ſucceſſionis materia principaliter tractatur: in aliis verò capitulis obiter duntaxat attingitur.

35 Semper † enim lex, quæ principaliter diſponit de re aliqua, prævalet legi diſponenti de re, quæ tendit ad aliud: *l. 1. & l. Quod dicitur. de auctoritat. tutor. Bart. in l. Ambitioſa: de decret. ab ordin. fac. cum ſimilib. adduct. per Stephan. de Frederic. in tractat. de interpret. LL. in 3. regula*: quando ratione modi lex una derogat alteri.

36 Ad † rationem pro priore ſententia conſideratam reſpondent *Pariſ. & Cannet.* quod, etſi deſcendentes in infinitum ſuccedant, *d. § Hoc quoque ſciendum*, & agnati reſpectu primi acquirentis deſcendentium inſtar ſint: nihilominus tamen in ſucceſſione feudali alia ſit ratio deſcendentium, alia item transverſalium, & quod hi non tam primo acquirenti, quàm proximè defuncto ſuccedant, ac propterea etiam graduum proximitas ad hunc potius, quàm illum referatur, ita ut, qui defuncto proximior eſt, excludat alium, qui primum acquirentem agnatione propius attingit, quemadmodum communiter fuit exiſtimatum: *Andr. de Iſern. in c. 1. de natur. ſucceſſio. feud. Socin. in conſil. 249. incip. Materia præſentis conſultationis: col. 12. in verſ. 8. & in conſil. 252. incip. Viſis inſtrumentis: col. 10. verſ. ſecundum verò dictum Decius in conſil. 445. incip. In caſu ad me transmiſſo. nu. 19. col. 4. Ruin. conſil. 166. incip. Viſo teſtamento: nu. 5. col. 4. vol. 1. & in conſil 167. incip. Proponitur: nu 5. col. 4. in fin. & in conſil. 191. incip. Proponitur in themate: nu. 8 col. 3. & in conſil. 203 incip. De duobus, nu. 20. col. 10. verſ. Et idem eſt: eod. vol. Corneus conſil. 97. incip. Primo conſultus col. 6. ſub litera D. vol. 1. & in conſil. 22. incip. In hac conſultatione: col 6. ſub litera E. vol. 2. & in conſil. 230. incip. Quanquam in hac conſultatione col. 10. ſub litera X. vol. 3. Socin. jun. conſil. 120. incip. Maxima profectò eſt dubitatio: nu. 27. vol. 1. Pariſ. in conſil. 2. incip. Conſultus ab illuſtri: nu. 47. vol. 1. Roland. à Vall. in conſil. 100 incip. Quoniam Magnificus: n. 20. vol. 1.* Quod ipſum ſatis argumento eſt, agnatos magis proximè defuncto, quàm proximo acquirenti ſuccedere, atq; adeò id, quod de deſcendentibus recta linea ſuccedentibus primo acquirenti dicitur, ad agnatos transverſales ſuccedentes proximè defuncto minimè pertinere. Quam diverſitatem etiam probat *Pariſ.* per text. *in d. §. & quia vidimus*: dum ibi dicitur, in feudo paterno obtentum fuiſſe, ut frater fratri ſuccederet: nã ſi quis primo acquirenti ſuccederet, tum ex hoc ipſo, quod filiis ſucceſſio feudorum paternorum indulta fuit, altero filiorum defuncto, frater ad ſucceſſionem admitti potuiſſet: neque fuiſſet neceſſe, hoc peculiariter obtineri in fratre, ſed cum textus peculiarem uſum ad hoc requirat, ut frater fratri ſuccedere queat, ſatis perſpicuum eſſe videtur, aliam eſſe ſucceſſionem deſcendentium, aliam item transverſalium. Adducit præterea textum *in c. 1. de natur. ſucceſſio. feud.* quatenus ibi conſideratur linea ultimò decedentis, & qui ex illa linea provenerunt, præferuntur cæteris, qui in alia linea exiſtentes ſtipitem propius attingunt: nam ex hoc liquidò conſtare videtur, in ſucceſſione transverſalium potius conſiderari perſonam ultimò defuncti, quàm primò acquirentis, ac propterea etiam, quæ de deſcendentium ſucceſſione diſpoſita ſunt, ad collaterales adaptari non poſſe. Neque ait obſtare id, quod *in d. § ſi capitanei*, dicitur: fratrem vel nepotem ſuccedere fratri per inveſtituram patris vel avi. Nam ex hoc minimè ſequitur, eum ipſi patri, vel avo ſuccedere: cum etiam ſubſtitutus pupillariter ex ordinatione patris teſtatoris ſuccedat, neque tamen propterea patri, ſed magis ipſi pupillo ſuccedere cenſeatur, *ut not. inſtit. De pupill. ſubſtit. in Princ. Paul. de*

Caſtro

Digitized by Google

Caſtro in conſil. 286. incip. Quoniam fundamentum. col. 3. verſ. Nam pupillaris. in 1. vol. Sic etiam ſi per fideicommiſſum ſuccedatur teſtatori: *l. cohæredi. §. cum filia: de vulgar. & pupill*, nihilominus tamen perſona gravati potiſſimum conſideratur, ut hi admittantur duntaxat, qui huic, non qui teſtatori proximiores fuerunt. *Socin. in d. conſil. 240. col. 12. & ſeq. in 2. vol. & conſil. 86. in 3. vol. & in conſil. 73. vol. 4.*

Ex quibus tandem infert, id, quod dicitur, agnatos eſſe hæredes primi acquirentis, intelligendum eſſe de hæredibus mediatis per agnati proximè defuncti perſonam, quia hæres hæredis &c. *arg. l. fin. C. de hæred. inſtit. & l. Paterfamilias: in fin. de vulgar. & pupill.* Hæc ſolutio rationem pro communi opinione allatam evertere facilè poſſet, ſiquidem teneremus id, quod plerique exiſtimarunt, in feudorum ſucceſſione gradus ſecundum jus civile computandos eſſe. Nàm cum in hac gradus dinumerandi ratione manifeſta conſtituatur differentia inter collaterales & agnatos, omni dubitatione carere videtur, aliam eſſe cauſam agnatorum ſuccedentium, aliam item deſcendentium. Sed quando contrà aſſeritur, jus canonicum in computandis gradibus obſervandum eſſe, quam ſententiam nos ſupra defendimus, tum ſanè ſolutio iſta haud parum labaſcit.

37 Cum † enim juxta hanc rationem computandi omnes gradus ad primum acquirentem referantur, uſque eò, ut ad ſucceſſionem tanquam propior is admittatur, qui hunc proximè attingit, hoc ſolo excepto, ut interim etiam lineæ, atque adeò ex eadem linea deſcendentium potior ducatur ratio: hinc meritò ſanè illi, qui reſpectu defuncti agnati transverſales ſunt, ad ſuccedendi tamen facultatem quod attinet, inſtar deſcendentium habebuntur, & conſequenter id, quod de deſcendentibus diſpoſitum eſt, eos in infinitum ſuccedere, etiam ad agnatos ſuccedentes pertinebit, quippe cum hi relati ad primum acquirentem huic tanquam deſcendentes ejus, minimè verò defuncto tanquam agnati ſuccedant, *per jura ſupra adducta*.

Neque huic conſiderationi obſtat textus *in d. §. Et quia vidimus:* Nam quod ibi dicitur, ut frater fratri ſuccedat, peculiari conſuetudine opus fuiſſe, iſtud tum quidem temporis obtinuit, quo feudorum ſucceſſio uſque eò coarctata fuit, ut non niſi perſonæ, de quibus expreſsè dictum fuerat, ſuccedere potuerint. Ideoq; cum filiis hoc tantùm conceſſum primò fuiſſet, altero fratrum defuncto, frater à ſucceſſione penitus excludebatur, donec conſuetudine introduceretur, ut etiam frater fratri ſuccederet, non tamen ſecus, quàm per inveſtituram patris, ut dicitur *in d. §. ſi capitanei.* Nunc verò, poſtquam ſucceſſio ad ſeptimum gradum fuit porrecta, & omnes illi gradus ad primum acquirentem referantur, amplius non videtur ambigendum, quin agnati tanquam deſcendentes primi acquirentis huic potius, quàm proximè defuncto ſuccedere cenſeantur. Quæ verò ſit ratio textus *in d. tit. de natur. ſucceſſ. feud.* cur ibi ad defunctum habeatur reſpectus, ſuprà abundè à nobis fuit explicatum.

Verùm † utut hæc ſeſe habeant, 38
non tamen propterea fundamentum ex iſta graduum computandorum ratione à nobis ſuprà firmata deſumtum adeò firmum eſt, ut non facilè etiam tolli poſſit ratio in priorem ſententiam adducta. Nam etſi admittamus, gradus ſecundum jus Canonicum computandos eſſe, inde tamen minimè ſequitur, nullam eſſe inter collaterales & deſcendentes differentiam, ac propterea etiam omnia, quæ de deſcendẽtibus dicuntur, in agnatis locum habere. Firmavimus enim ſuprà, collateralium in jure feudali ſeparatam ſemper haberi rationem à deſcendentibus, & manifeſtum inter eos conſtitui di-

verſitatem. Non itaq; id, quod de deſcendentibus ſtatuitur, eos in infinitum ſuccedere, ad agnatos pertinere poterit, prout etiam hoc ipſum dilucidè probat textus in d. §. Hoc quoque ſciendum, in verbis ibidem à nobis conſideratis. Unde porrò conſectarium eſt, rationem pro communi ſententia ponderatam, & quicquid ſuperſtructum fuerit, penitus corruere. Vides igitur, non uſq; eò difficile eſſe, refutatis fundamentis prioris ſententiæ, hanc poſteriorem tueri. Qua ſtante maximum habebit effectum inveſtigatio illa, quemadmodum gradus ſint numerandi. Nam ſecundum computationem communem ſeptimò tantùm juris civilis gradu ſucceſſio finem acciperet, cum è contrario juxta dinumerandi rationem ſupra à nobis ſtabilitam ſucceſſio, licet ea ad ſeptimum gradum reſtringatur, tamen ad 14. uſq; gradum juris civilis hoc computandi modo extenderetur, & ſic duplo pene longior efficeretur ſucceſſio feudalis, ut ita juxta hanc computandi rationem facilius etiam toleranda eſſet hæc poſterior ſententia.

39 Sed † hoc loco circa iſtam poſteriorem opinionem alia oritur quæſtio, an id, quod de ſeptimo gradu dicitur, incluſivè, ita videlicet, ut agnati ſeptimo gradu diſtantes admittantur, an verò excluſivè, ut ſextò gradu ſucceſſio

(k) terminetur, (k) intelligendum ſit. Et quamvis *Andr. de Iſernia in d. §. Hoc quoq; ſciendum*: exiſtimaverit, iſtud excluſivè accipiendum eſſe, motus præjudicio quodam Honorii Papæ, qui in cauſa rebellionis Siciliæ regis contra Eccleſiam ita pronunciarit, quem ſe-

(l) quitur *Matth. de Afflict. ibi. n. 58.* (l) Interpretes tamen in alia omnia communiter tranſiverunt, concludentes, di-

(m) ctionem iſtam (*uſq;*) (m) hoc loco utpote in materia favorabili incluſivam habere ſignificationem. *l. Patronus. §. Sempronio ubi latè Bart. de leg. 3. l. Quicunq; cum auth ſeq. C. de procurat. l. fin. ff. de ſenator. not. gl. in l. Meminiſſe. de offic. proconſul. hoc ſenſit Martin. Laudenſ. in d. §. Et quia vidimus. in 6. col. verſ. Quæro an dictio uſq;. Alex. in conſil. 114. incip. Circa primum: col. fin. vol. 3. Curt. jun. in tractat. feud. part. 3. verſ. circa iſtam materiam ſucceſſionis collateralium. n. 50. Loriott. in d. tit. de ſucceſſio feud. verſ. Dictionem autem uſq;, hanc opinionem receptiorem appellans. Ferrarius in tractat. feud. lib. 3. cap. 2. prope fin. verſ. In qua parte ne impingas.*

Cæterum † etſi hæc poſterior ſen- 40
tentia, ut ex hactenus commemoratis liquet, defenſari facilè poſſet, quia tamen iſtud ita commodè inſtitui nequit, ne dictioni (*in infinitum*) quæ habetur *in d. tit. ſi vaſall. feud. privetur*, interpretatio aliqua à propria ejus ſignificatione aliena affingatur: Ideo haud invitus in caſtra eorum tranſeo, qui etiam collateralium ſucceſſionem uſq; tandem in infinitum (n) porrectam eſſe (n)
exiſtimarunt. Idq; non tam propter rationem ab ejus opinionis ſectatoribus adductam (hanc enim paulo ante refutavimus) quàm propter verba clara & manifeſta *d. tit. ſi vaſall. feud. privet.* tum quia in dubio, ubi non manifeſta ſubeſt ratio, aliud exigens, tutiſſimum eſt verbis textus, & propriæ eorum ſignificationi adhærere. *l. 1. §. Is qui navem. verſ. In re igitur dubia. de exercit. act. l. quod conſtitutum: de militar. teſtament. l. conſtitutionibus ad municipal. not. Bart. & DD. in l. non dubium. C. de LL. Bald. in c. ſignificante: in 2. col. de appellat.* tum etiam, quia hoc ipſum ſuccedendi facultatem extendens benignius, & favorabilius eſt, quod in ambiguis quæſtionibus ſequendum eſſe juris ratio docet *l. proximè, ibi, in re dubia benigniorem interpretationẽ ſequi non minus juſtius eſt, quàm tutius, de his quæ in teſtamento delent. l. Benignius: de LL. l. cum in teſtament: de rebus dub. l. ſemper in dubiis: de reg. jur.* cum præſertim etiam omnia illa, quæ pro contraria opinione adducta fuerunt, facili negocio evitari poſſint.

Nam

Digitized by Google

Nam etſi demus, non ſolùm ſecundum leges Longobardorum, ſed & eo tempore, quo jus feudale Gerardus primum conſcripſit, ſucceſſionem collateralium ſeptimo gradu finem accepiſſe, hoc tamen nihil impedit, quò minus hæc ſuccedendi facultas temporis progreſſu ſæpius mutata, uſu deinde in infinitum extendi potuerit, quemadmodum ſupra docuimus. Quibus ſuffragantur etiam verba finalia textus *in §. quoddam ſatis bene diſpoſitum. in capit. extraordin. ibi; & uſq; in infinitum pervenerit.* Nam hæc etiam ſatis clarè denotant, agnatos in infinitum ſuccedere. Cumq; ex hoc ipſo textu ſit deſumtum *c. ſatis bene. de prohibit. feud. alien. per Lothar.* ut pluribus docebimus *infra quæſtione 47.* in illo verò verba iſta *(ſi actum ſit)* quæ ad calcem *d. c. ſatis bene*, ſunt addita, minimè habeantur, nemo non videt, ea adulterina, atque ſuppoſititia eſſe. nullum igitur certum inde deſumi poterit argumentum, quod hanc ſententiam oppugnet. Minus etiam obſtat, quod, ut Pariſius conſideravit, juxta hanc ſententiam feudorum ſucceſſio ultra juris civilis ſucceſſionem extenderetur. Præter enim quàm quod hoc argumentum levius eſt, quàm ut verba manifeſta *d. tit. ut vaſall. feud. privet.* infringere poſſit, ſupra etiam oſtendimus, quod, etſi demus, ſeptimo gradu ſucceſſionem feudalem finiri. hæc tamen juxta graduum computationem à nobis firmatam, modum ſucceſſioni jure civili præfinitum tranſiliat. Nulla igitur vis in hac poni conſideratione poterit. Et quamvis juxta hanc poſteriorem ſententiam non multum referat, utrum gradus ſecundum jus civile, an verò ſecundum jus canonicum computemus: quippe cum ſucceſſioni nullus ſit ſtatutus terminus: quia tamen veritas etiam, nulla propoſita utilitate, in amorem ſui meritò homines ſano præditos judicio allicit, & cognitio iſta præter jucunditatem, quam affert, etiam ad planiorem juris feudalis cognitionem conducit, ideo inveſtigationem hanc prætermittendam non eſſe duximus.

Quæ de ſuccedendi ratione hactenus in medium protulimus, ea quidem jure communi feudorum ita procedunt, ſecundum jus verò Saxonicum, quo in his provinciis utimur, haud paulò aliter res ſeſe habet.

Nam † hoc jure filii duntaxat in feudum ſuccedunt, inter perſonas ex transverſo agnationis latere conſiſtentes, nullo ſucceſſioni loco relicto, ut probatur *in cap. 6. c. 21. & cap. 32.* Lehnrecht / Licet autem apud noſtros longiſsimo uſu hoc ita jam comprobatum ſit, ut nullam amplius recipere dubitationem videatur: tamen cum apud anteceſſores noſtros admodum controverſum fuerit, ut patet *ex Henning. conſil. 15. incip. quia in cauſa vertente: conſil. l. 21. incip. Ex quo de ſucceſſio. feud. & Jaſ. conſil. 182. incip. In præſenti conſultatione. vol. 3.* neq; tunc etiam deſint, qui id in dubium vocare conantur: operæpretium erit, diligentius conſideratis verbis juris Saxonici, videre, utrum hanc ſententiam ſatis probent. Nam inde non ſolùm de veritate hujus quæſtionis magis apparebit, ſed & ad alia, de quibus paulo poſt dicemus, via nobis expeditior erit. 41

In † hanc igitur ſententiam adducitur primo *art. 21. juris feudalis Saxonici* ubi diſertis verbis diſponitur, quod à nullo vaſallo ullum feudum ad hæredem tranſmittatur, niſi à ſolo patre in filium. Es vererbet *(inquit text.)* niemand kein Lehen / denn allein der Vater auff den Sohn. Ad hunc textum variis modis reſpondet *Jaſ. d. conſil. 182. & Henning. in d. conſil. 15. & conſil. 21.* Primò enim ajunt, eum non ita accipiendum, quaſi præter filium reliqui agnati remotiores à ſucceſsione feudi excluſi eſſent. ſed quod ibi dicitur, feudum ad ſolum filium transferri, intelligendum reſpectu filiarum, ut videli- 42

cet hæ ad feudi ſucceſsionem penitus non admittantur, prout etiam verba illa interpretata eſt gloſ. *ibi in fin.* cujus auctoritatem apud noſtros plurimum valere, negari ſanè non poteſt. Deinde licet concedamus, verbis hiſce etiam agnatorum ſucceſſionem excludi: nulla tamen ex ſententia eorundem ſatis juſta videtur ſubeſſe cauſa, cur ad tantam juris communis derogationem de feudo paterno & antiquo ſumenda ſint, quin potius, ut correctio iſta evitetur, ſecundum juris communis regulas de feudo novo intelligenda erunt, ſuadentibus hoc rationibus mox ſubjiciendis. Dato præterea, tam de feudo paterno, quàm etiam de agnatis capienda eſſe verba illa juris Saxonici, non tamen inde mox ſequitur, agnatos à feudi ſucceſſione penitus eſſe excluſos, ſed hoc duntaxat inde colligitur, ad ſolos filios hæreditario jure transmitti feudum, non item ad agnatos. Iſtud autem non impedit, quò minus agnati in feudo ſangvinis jure ſecundũ juris communis diſpoſitionem ſuccedant.

43 Nam † & transmiſſio ea, præſertim quæ hæreditario jure fieri debet, à ſucceſſione plurimum differt. *Bart. in l. ventre: de acquirend. hæredit. Bald. in*

44 *l. 3. C. de hæred. inſtit.* & † ad agnatos jure ſangvinis ſuccedentes feudum non tam à defuncto transmitti, quàm ex beneficio primi acquirentis, & peculiari principis conceſſione devolvi videtur. *c. 1. An agnatus vel filius c. 1. §. Hoc quoq;: & ibi not. Alvarott. Qui feud. dar. poſſ. c. 1. de conſuetud. feud. rect. Alex. in conſil. 24. vol. 4.* Non itaque ex textu de transmiſſione verba faciente ad excluſionem juris ſuccedendi, quod agnatis alio, quàm transmiſſionis jure competit, inferri commodè poſſe videtur. *l. fin. ff. de calumniato. l. neq; natales: C. de probat. l. naturaliter. §.*

45 *nihil commune: de acquir. poſſeſſ.* Et † tunc intellectum quodammodo ſuadet verbum illud Vorerben. Nam hoc transmiſſionem, quæ hæreditario fit jure, denotat, & ut exponit *Henning.* id ſignificare videtur, feudum non niſi ad filium pervenire ſucceſſione hæreditaria, ita quod quis ut hæres ſuccedat, & cogatur adire.

Addit † inſuper *Jaſ.* textum *in d. c. 21.* non neceſſariò de jure ſuccedendi accipiendum eſſe, ſed de poſſeſſione tantummodo intelligi poſſe, quæ ſpeciali ratione ſecundum jus feudorum in filium transmittitur, *ut per c. 1. de feud. cognitio: docet Bald. in l. cum antiquioribus col. 6. n. 12. verſ. decimò. C. de jure deliber. Jaſ. in l. quoties. n. 31. & 32. C. de rei vendic.* quaſi textus velit, poſſeſſionem hanc in ſolum filium transferri: hunc verò eandem ulterius in agnatos ſuos non transmittere: id quod cum ipſo ſuccedendi jure nihil habet commune, neq; adeò illud excludit. Cum igitur verba *d. c. 21.* tot modis commodè intelligi poſſint, ut juri communi non refragentur, ea ſanè interpretatio longè magis capienda erit, quæ regulis juris civilis feudalis conveniat, quam quæ eaſdem corrigat. 46

Eſt † enim trita juris regula, ſtatuta municipalia, quò ad ejus fieri poſſit, juri communi convenienter intelligenda eſſe. *l. præcipimus: in fin. C. de appellat. l. unica. C. de inofficioſ. dot. c. cum expediat: de Electio. lib. 6. l. 2 ubi not. DD. C. de noxal. not. gl. & DD. in l. damni: § ſi is, qui vicinas: de damn. infect.* quæ multis de cauſis vel maximè in propoſito tenenda erit, primò, quia ipſa verba *d. c. 21.* eo modo, quo diximus, intellecta ſua vi nullum juris correctionem introducunt. 47

Nam † ſi verba juris municipalis etiam contra propriam ipſorum ſignificationem ita ſunt interpretanda, ne juri communi derogent, *ut per textum in c. cum dilectus: de conſuetud. & quæ ibi not. DD. docet Alex. in conſ. 166. incip. viſo themate ante poſito: n. 25. vol. 3.* multò ſanè minus ex verbis hoc expreſsè non deſignantibus juris correctionem elicere licebit. 48

Cum

49 Cum † regulariter jura municipalia vires ſuas ultra non porrigant, quàm verbis ſit expreſſum. *l. quod conſtitutum: de militar. teſta. l. conſtitutionibus. Ad municipal.* verbis verò ceſſantibus & ipſa etiam ſtatuta ceſſent. *l. ſi ſervum. §. Non dixit prætor: de acquirenda hæreditat. l. 4. §. Toties: de dam. infect. l. ſi extraneus: de condict. cauſa dat. cum ſimilib. congeſtis per Tiraquell. in l. ſi unquã: in verbo libertis, nu. 2. C. de revocand. don.*

Secundò quia alioqui totus ſucceſsionis ordo multis vigiliis excogitatus, atq; conſtitutus in transverſo latere agnationis, quinetiam univerſum jus feudorum, quantum ad feudi antiqui tractationem pertinet, prorſus tolleretur, atq; everteretur: quod neque veriſimile eſt ſenſiſſe auctores juris Saxonici, neque etiam facilè admittendum, *l. ſi quando. in princ. C. de inoffic. teſtam. not. gl. in c. 1. in verbo præſcriptione: de cap. Corra.*

Tertiò quia hac ratione agnatis ſucceſsionis jus & juris feudalis diſpoſitione, & pacto primi acquirentis ipſis debitum cum maxima ipſorum injuria auferretur.

50 Cum † tamen ſtatuta, quantumvis generalia ita interpretanda ſint, ne quis indebitè damno afficiatur. *c. cum dilectus. c. ad audientiam. de cleric. non reſiden. c. cauſam quæ. cum ibi not. de reſcript. not. in c. ex parte 3. de verbor. ſignificat. Jaſ. & DD. in l. finali. §. in computatione. col. fin. C. de jur. deliber. Alexan. in conſil. 33. incip. viſo puncto. nu. 5. & in conſil. 142. incip. viſo proceſſu. n. 15. vol. 5. Dec. conſil. 374. incip. in caſu propoſit: nu. 7. Cravett. conſil. 3.*

Quartò quia hæc ſententia, quæ agnatos contra votum primi acquirentis ſuccedendi jure privat, nulla ſatis ꝓbabili ratione defendi poſſe videtur.

51 Debent † enim ſtatuta ita intelligi, ut rationi quàm maximè conveniant. *l. Salvius Ariſto. de leg. præſtand. Bald. in Auth. ingreſsi. col. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Corn. in conſ. 44. incip. deveniendo ad primum dubium ſub litera E. verſ. Nam ſtatuta ita debent interpretari. vol. 4. Cephal. conſ. 13. n. 12. incip. Plura ſunt vol. 1.*

Quintò † quia hoc ipſum longè 52
etiam videtur abſurdiſsimum, cum tamen jura municipalia ita ſemper accipienda ſint, ne quid abſurdi inde proveniat. *l. conventicula: C. de Epiſcop. & Cleric. l. 3. C. de condit. inſert. d. c. tum expediat: de electio. lib. 6. Bald. in l. ſi quis ſervo. C. de furt.* ut proinde ex hiſce omnibus demum conſequatur, textum *d. c. 21.* illud, ad quod vulgo adducitur, non ſatis probare, atq; propterea agnatorum ſucceſsionem in feudis jure Saxonico minimè ſublatam eſſe. Pro qua ſententia etiam Henning. *d. conſil. 15.* allegat *cap. 2.* Lehnrecht ſentiens, ex hoc, quod ibi diſponitur, eos, qui patrem & avum equeſtris ordinis habuerunt, feudi non eſſe incapaces, apertè colligi, hoſce omnes ad feudi ſucceſsionem admittendos.

Verùm utut hæc omnia ſeſe habeant, tamen ſi quis verba ſæpe citati *c. 21.* diligentius conſideraverit, facilè ſibi inde conſtabit, ex ſupra adductis interpretationibus nullam ſanè ipſis ſatis convenire, ſed illa magis in eam ſententiam accipienda eſſe, in quam vulgò adducuntur, quod prius quàm demonſtremus, videbimus, utrum in jure noſtro feudali Saxonico alia etiam extent argumenta ejus, quod ſupra diximus, nullam videlicet eo jure eſſe agnatorum ſucceſsionem.

Præter † *d. c. 21.* idem dilucidè pro- 53
batur etiam *in c. 32.* Lehnrecht/ ubi ſtatuitur, quod fratres quamvis ſimultaneè ab initio fuerint inveſtiti, tamen, ſi bona ſimultaneè poſſeſſa diviſerint, eo ipſo ſucceſsionis jure excidant, niſi denuò ſimultaneè de illis ipſis bonis curent ſe inveſtiendos. Wenn ſie ſich aber theilen/ inquit textus, So hat jhr keiner kein recht mehr an des andern theil ob der ander ſtirbet/ jhme ſey denn anderweit das gedinge/ und ahnwartung daran geliehen. Nam cum poſt diviſionem fra-

tres omni ſucceſſionis jure excludan-
tur, niſi denuo inveſtiti fuerint, in con-
ſpectu ſanè eſt, nullum ſuccedendi jus
ipſo jure competere, ſed id omne à ſi-
multanea inveſtitura dependere: cum,
ſi agnati juris beneficio ſuccederent,
ſucceſſione iſta ſola diviſione non pri-
54 varentur, neq; † etiam inveſtituræ re-
novatio neceſſaria foret, tum quod
feudi ſucceſſio nemini ſine culpa ex-
torquenda: *c. 1. de feud. ſine culpa non a-*
55 *mittend.* tum † quia fruſtra precibus
impetratur, quod jure ipſo conceditur.
l. unic. C. de theſau. lib. 10. l. fruſtra. C. de re
56 *militar. lib. 12.* Ad † hunc autem textũ
reſpondet *Henning. in d. conſil. 21. n. 4 vſ.*
Nec obſtat: & n. 9. cum de feudo novo
ſolummodo accipiendum eſſe: in quã
ſententiam etiam parens, piæ memo-
riæ, inclinavit motus quod perinde, ut
in d. c. 32. ita & in tit. *de beneficio fratris:*
diſponitur, fratrem non ſuccedere fra-
tri in feudo, niſi per inveſtituram do-
mini id ipſi conceſſum ſit: & tamen in-
de non ſequitur, ſublatam eſſe ſucceſſio-
nem inter agnatos, ſed potius hoc per
§. *1. de gradib. ſucced in feud.* reſtringitur
ad feudum novum. nam hinc videtur
etiam ex jure Saxonico idem, quod te-
xtus *in d. tit. de benefic. fratris:* diſponen-
te, non poſſe colligi, quaſi ſucceſſionem
agnatorum tollat, ſed id potius de feu-
do novo intelligendum eſſe, atq; id-
circo *d. c. 32.* non tam juri communi de-
rogare, quàm optime cum ipſo con-
venire: ſed hæc diſſolutio minimè ſa-
tisfacit. Non ſolùm enim textus, nulla
adhibita diſtinctione, generaliter lo-
quitur, ex quo conſentaneum eſt, ut
abſque ulla etiam diſtinctione genera-
liter intelligatur. *l. de precio. de public. in*
rem actio: & l. 1. §. generaliter: de legat.
præſtand. verùm etiam verba facit de
fratribus & de liberis ſimul inveſtitis.
hi enim non niſi reſpectu patris, unde
feudum ad ipſum tranſmiſſum eſt re-
ctè conſiderantur, neq; refert, ſi quis
dicat, quod, ſi eſſet paternum feudum,
cum non fuiſſet in poteſtate domini,

utrum eos voluerit inveſtire, prout innuit textus, ſed quod etiam ipſo jure ad id cogi potuiſſet, ut docet Hieron. Schurff. *in conſil. 148. num. 4. inter conſil. feudal.* Nam ſciendum, quod, etſi pater jure Saxonico feudum ad omnes liberos devolvat, non tamen dominus (ad ipſa verba ejus juris quod attinet nam conſuetudine id receptum non eſt, ut dicemus infra *quæſt. 47.*) eos univerſos, ſed unum duntaxat horum ex his inveſtire teneatur, ut dilucidè probatur *in cap. 20.* Nihil itaque hoc, quod textus liberum domino relinquit, utrum omnes velit inveſtire, obſtat, ut ideo minus de feudo paterno accipiatur. Præterea textus manifeſtè præſupponit, fratres hoſce ſimul inveſtitos ante diviſionem invicem ſuccedere. Aut igitur concedendum erit, cum de feudo antiquo intelligendum, cum alioqui non ſucceſsiſſent invicem: aut ſi de feudo novo interpretandus, hoc ſaltem dandum nobis erit, fratres ita fuiſſe de hoc feudo ſimul inveſtitos, ut alter alteri ſuccederet, cum ut dictum eſt, alioqui ſine inveſtitura illa in feudo novo nulla collateralium eſſet ſucceſſio. *c. 1. de benefic. fratris.* Quo dato, nihil ſanè intererit, utrum de feudo novo an verò de antiquo capiatur textus, cum etiam in feudo novo accedente illa inveſtitura, collaterales ſimul hoc pacto inveſtiti, & deſcendentes ex ipſis, perinde ut in antiquo feudo invicem ſuccedant, & ſecundum juris communis regulas jus hoc ſuccedendi invicem etiam poſt diviſionem non ſolum ipſi inveſtiti abſq; nova inveſtitura retineant, ſed etiam idem ad liberos ſuos tranſmittant. Atqui jus Saxonicum contrà ſtatuit, poſt diviſionem eos amplius non ſuccedere, niſi denuò ſimul etiam fuerint inveſtiti.

Evidens igitur eſt, iſtud à jure communi prorſus recedere, & jure noſtro Saxonico ſine inveſtitura nullam eſſe inter collaterales ſucceſsionem,

cum

cum, ſi inter ipſos eſſet aliquod ſuccedendi jus, hoc etiam poſt diviſionem non minus integrum foret, neque ſine culpa eorum eis poſſet extorqueri. Ex quo etiam apparet, ad interpretationem juris Saxonici minimè accommodari poſſe titul. *de beneficio fratr.* cum is loquatur de caſu, quo collaterales invicem ſuccedere non poterant: textus verò noſter de fratribus ante diviſionem ſimul ſuccedentibus verba faciat.

57 Eſtq; † circa *d. c. 32.* potiſſimum conſiderandum, unde illud deſcendat, quod ibi diſponitur, poſt diviſionem fratres amplius non ſuccedere. Daß ihr keiner (ut inquit textus) kein Recht mehr hat an dem andern theil/ ob der ander ſtirbet. Hoc autem ex ipſâ diviſione pervenire, nemo facilè dixerit. Nam etſi conſiderata priore communione, in qua fratres exiſtentes invicem ſuccedebant, diviſio communionem illam dirimens, cauſam præbeat, ne amplius ſuccedant, id tamen, ne poſſint ſuccedere, ex diviſione minimè oritur, cùm plus quàm manifeſtum ſit, diviſionem regulariter obſtaculo non eſſe *juri* ſuccedendi, quod alicqui competit. potius itaque inde deſcendat neceſſe eſt, quia inter agnatos, niſi in communione exiſtant, vel invicem inveſtiti ſint; nulla eſt ſucceſſio; ut proinde ex textu illo manifeſtè colligatur, nullum agnatis ſecundum Saxonicas leges invicem ſuccedendi jus competere abſque inveſtitura. Dato præterea, hoc ipſum in ſpecie facti. *d. c. 32.* ex diviſione tantummodo provenire, & hanc ejus eſſe efficaciæ, ut jus ſuccedendi tollat: non tamen propterea minus inde conſequeretur, nullam jure Saxonico agnatorum eſſe ſucceſſionem. Quî enim quæſo ſuccedendi jus inter agnatos conſiſtere poterit, quando diviſione illud, quod prius competierat, tollitur, cum non poſſit dari caſus, ubi de agnati ſucceſſione in feudo, quod ipſi cum defuncto non fuit commune, quæri poſſit, niſi prius aliqua præceſſerit diviſio? Pone enim, quendam deſcendentem feudum ad duos filios Johannem & Martinum tranſmiſiſſe, ac deinceps poſt longam ſucceſſionem iſtud feudum, vel partem ejus tantùm perveniſſe ad poſteros Martini, atque his omnibus deficientibus, quæri nunc, an poſteri Johannis tanquam agnati ad ſucceſſionem ſint admittendi. Hîc ſanè fieri non potuit, ut feudum iſtud, vel pars ejuſdem ad poſteros Martini pervenerit ſine diviſione, quæ vel inter Martinum & Johannem, vel liberos eorum anteceſſores horum, de quorum ſucceſſione agitur, facta fuit. Hæc autem diviſio jus ſuccedendi, quod agnatis antea competierat, ſecundum jus Saxonicum prorſus extinxit. Qua igitur ratione nunc jure illo ſublato, invicem ſuccedere poterunt? Ex quo tandem conſequitur, ſæpe citatum *cap. 32.* quovis etiam modo intelligatur, liquidò probare, inter cæteros collaterales nullam jure Saxonico eſſe ſucceſſionem ſine veſtitura.

Hanc † ſententiam veriſimilem 58 etiam reddit, quia in toto jure Saxonico, quod apud nos habetur, nulla unquam fit mentio ſucceſſionis agnatorum, ſed tantummodo filiorum, & deficientibus hiſce, eorum, qui ſimul fuerunt inveſtiti, ut apparet *ex c. 2. ibi.* Sie erben es aber nicht an ihre Kinder. *cap. 11.* Noch auch geerben an ſeinen Sohn. & *cap. 22. ibi.* Er erbet auch das Gut auff ſeine Kinder. *cap. 27. ibi.* Damit iſt dem Sohn ſein Gut nicht entfernet. *cap. 44. ibi.* Er erbet es auff ſeinen Sohn. & *c. 55. ibi.* Er erbet es auff ſeine Söhne. quibus in locis filiorum in ſucceſſione ſolùm habetur ratio. Poſt filios verò tantum conſiderantur hi, qui à domino inveſtituram ſive Gedinge impetrarunt, ut *in c. 6.* ubi diſertè dicitur, eum, qui nullum relinquit filium, feudum ad dominum devolvere, niſi dominus

alterum inveſtierit, atq; interim agnatorum nulla fit mentio ſic etiam *in c.20. & c.72.* dicitur de filio, eum auferre ſuccedendi ſpem inveſtitis. **Vnd iſt beerbet mit ſeines Vatern Lehen / vnd hat es entführet allen denen / die gedinge daran hetten /** nimirum quia poſt filios non agnati, ſed ij, qui inveſtiti ſunt, proximam ſuccedendi ſpem habent. Nam ſi etiam agnati ſine inveſtitura ſuccederent, utiq; in his locis potius, quàm inveſtiti cõſiderarentur: ſed cùm horum in toto jure feudali Saxonico nulla prorſus habeatur ratio, ſed inveſtitorum modo fiat mentio, veriſimile ſanè eſt, agnatos ſine inveſtitura prorſus non ſuccedere, *argumento. l. Patre furioſo: ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur. & l. obligationum ferè. §. placet. de action. & obligat:* & quæ per illa jura tradit Cravett. *in conſil. 6. nu. 97.* Potuiſſet enim auctor juris Saxonici de agnatis exprimere, ſi eos ad ſucceſſionem admittere voluiſſet. *l. unica. §. Sin autem ad deficientis: C. De cadu. tollend. c. inter corporalia. §. Nec quoque. de tranſlat. Epiſcop.* ex quo text. *ait Bald.* ibi nota allegationem advocatorum qui dicunt, ſi ſtatutum hoc voluiſſet, dixiſſet.

59 Accedit † eò quod jus Saxonum omne tranſmittendi jus ex ipſa pene poſſeſſione metitur, uſque eo, ut nec pater quicquam ad filium transferre poſſit ſine poſſeſſione, ut probatur *in cap. XI.* ubi diſertè dicitur. **Welchs Gut ein Mann in ſeinem gewehren nicht hat / das mag er nicht geerben an ſeinen Sohn.** *& in c. 59.* **Alle Lehen ohne gewehr darben der volge.** *& in c.5.* **am gedinge** (quod quidem ipſum poſſeſſione deſtituitur) **iſt förder keine volge /** & poſſeſſionem etiam ſucceſſione conſiderat text. *in c. 6. & in c.23. ibi.* **Vnd gleiche gewehr dran haben.** ubi etiam fratres hoc ipſo, quod poſt diviſionem à communi poſſeſſione diſcedunt, & quilibet ſuam partem ſeparatim poſſidet, jus ſuccedendi invicem amittunt, ut proinde ex hiſce capitulis ſatis appareat, ſuccedendi ſive tranſmittendi facultatem jure Saxonico plurimum, ut diximus, à poſſeſſione dependere, neque quicquam ex jure tranſmitti in feudis, niſi cujus quis poſſeſſionem obtinet. Atqui ſecundum juris communes regulas agnati aliter ſuccedere non poſſunt, quàm ex jure à primo acquirente, ſæpius etiam per longam ceſſionem tranſmiſſo. ideoque ut à communi parente deſcendant neceſſe eſt. *c.1. de natur. ſucceſſio. feud. c. 1. de grad. ſucceſſ. in feud.* cum autem jus iſtud nihil commune habeat cum poſſeſſione, hac penes eum, de cujus ſucceſſione quæritur, exiſtente, conficitur ſanè, inde ſecundum Saxonicas leges jus hoc, quod ſuccedendi facultatem agnatis tribuit, non tranſmitti, neque agnatos illud per ſucceſſionem ab anteceſſoribus ſuis quærere, & quod conſequens eſt, ceſſante hoc jure nullam inter ipſos agnatos in territorio Saxonico ſucceſſionem eſſe poſſe.

Denique † hæc ſententia præ cæ- 60
teris optimè firmatur ſupra citato *capite 21.* quod ut eò certius nobis conſtet, verba ejuſdem diligenter conſiderabimus, prout in ſtatutorum interpretatione fieri debere, per manus traditum eſt. *l. 1. §. Is qui navem: verſ. in re igitur dubia: de exercit. actio. l. Quod conſtitutum. de militar. teſtamento.* Utitur enim textus primò verbis univerſalibus, & iiſdem geminatis, dum inquit: neminem ullum feudum ad hæredes devolvere: & deinde addit exceptionem, una cum dictione taxativa præter ſolum patrem in filium. **Es vererbet niemand kein Lehen / denn alleine der Vater auff den Sohn.** de † 61
natura verò dictionum univerſalium eſt, ut omnes caſus, de quibus dici vel cogitari poterit, ambitu ſuo comprehendant. *l. Julianus. de legat. 3. l. ſi ſervitus: §. 1. De ſervitut. urb. prædior. l. à procuratore. C. mandati. cap. 2. ubi not. gloſſ. de obſervat. jejun. l. cum virum*

ubi not. Bart. & DD. C. de fideicommiſſ. not. Bart. in l. generali. §. Uxori. de uſufruct. legat. cum aliis pro comprobatione hujus regulæ latè congeſtis per Decium in l. omnia. in princ. ſi cert. petat. & Cravett. in conſil. 308. nu. 4.

62 Ideoque † nullam diſtinctionem, reſtrictionem vel limitationem facilè admittunt, *ut docet Salicet. in lib. 2. col 2. C. de noxal.* ubi ait, quod ex generalitate verborum appareat, ſtatuentes voluiſſe recedere à jure communi. propterea ſecundum hoc interpretandum, & reſtringendum non eſſe, *refert & ſequitur Alexand. in l. Etſi ſeverior: C. de infam. & in conſil. 35. incip. viſo themate ſupraſcripto. num. 7. volum. 6. quod eſt repetitum in conſil. 201 vol. 7. & Jaſon. in lib. 1. num. 25. de legib. & in conſil. 124. incip. Viſo teſtament. verſ. confirmatur optimè. circa fin. & in conſ. 147. incip. In caſu præſenti num. 3. volum. 4. Ruin. conſil. 20. incip. Privilegio. num. 4. & in conſil. 69. incip. Requiſitus. num. 5. & in conſil. 109. incip. Viſa conceſſione: num. 7. vol. 1. Decius conſil. 5. incip. In cauſa dominæ Mariæ. num. 4. & in conſil. 258. incip. In caſu domini Franciſci: num. 6. & in conſil. 289. incip. Non eſt parvi ponderis: num. 4. Crotus conſil. 94. incip. In cauſa monialium: num. 16. Natta. conſil. 340. incip. Ad ſubvertendum: vol. 2. Roland. à Vall. in conſil. 5. incip. Pulcra profectò: num. 5. & ſeq. vol. 1.*

63 Ex † quo ſcriptum reliquit *Romanus in conſil. 44. incip. Ex ſupra narrato themate: num. 5.* ſtatuto diſponente, maritum uxore ſine liberis defuncta, dimidiam dotem omni caſu lucrari debere: quod tum etiam in præjudicium liberorum primi matrimonii non attenta diſpoſitione. *l. hac Edictali, C. de ſecund. nupt.* dotem lucri faciat, quam doctrinam ſequitur *Decius in auth. præterea num. 7. C. unde vir & uxor. in conſil. 76. Licet in caſum, 2. & in conſil. 345. incip. viſis. col. 1. Et in conſil. 358. Placet mihi. num. 1. Bartholom. Socin. in conſil. 52. In hac difficultate: vol. 3. Curt. jun. in conſil. 45. incip. Habita diligenti conſideratione: num. 4. & in conſil. 49. num. 15. & in conſil. 183. num. 4.*

Idque † in dictionibus univerſalibus negativis vel ideo magis procedit, quoniam hæ ad negandum majorem vim habere cenſentur, quàm affirmatio ad aſſeverandum, *ut not. gloſſ. in l. Hoc genus. ff. de condition. & demonſtrat. & gloſſ. in c. cum dilectus. de conſuetud.* 64

Univerſalis † enim negativa, utpote dictio (*nullus*) omnia excludere intelligitur, etiam minima. *ut not. gloſſ. in c. ſtatutum: in verb. nullum. de reſcript. lib. 6. & gloſſ. in c. Nemo poteſt. gloſſ. 2. de regul. jur. lib. 6. & ex textu. c. Paſtoralis. ibi. nullam habeat poteſtatem. de offic. ordin. not. Joann. Andr. & Abb. in c. grave. de offic. ordina. quos refert & ſequitur Felin. in d. c. Paſtoralis. col. 4. verſ. Circa nonam: & Zaſius in conſil. 15. num. 20. vol. 2. not. DD. in c. imperialem. §. Præterea: ubi Matth. de Afflict. nu. 30. de prohib. feud. alien. per Frederic.* 65

Præſertim † verò, quando verba illa univerſalia ſunt geminata. Nam, ut verba univerſalia ſimpliciter poſita quandoque reſtrictionem admittant, tamen quando etiam fuerunt geminata, tum nullam limitationem recipiunt, *ut docet Jaſ. in. l. 1. §. Nunciatio. num. 5. circa fin. de oper. novi. nunciat. Alex. in conſil. 30. incip. Ponderatis: nu. 15. vol. 5. Socin. in conſil. 232. incip. circa primum conſultationis articulum: in princ. vol. 2. Ubi pro hoc adducit doctrinam Bald. in l. cum lege: de arbit. Curti. ſen. in conſil. 40. incip. Cum in præſentiarum: verſ. confirmatur. col. 7. in fin. Cum aliis adductis per Barbat. in conſil. 23. vol. 2. & in conſil. 29. circa fin. vol. 1. quibus adſtipulatur Zaſius in ſingular. reſponſ. lib. 1. cap. 6. verſ. Tertio fallit:* quippe † cum ex ipſa geminatione de præciſa mente diſponentis apparere cenſeatur. *l. quinquaginta. de probat. & l. Baliſta: ubi not. gl. & DD. de probat. l. cum ſcimus: & ibi Bart. C. de agric. & cenſit. lib. XI.* 66 67

Ex

68 Ex † quo fit, ut quando lex, ſive ſtatutum ſæpius utitur iiſdem verbis geminatis, inde colligatur, aliter eam legem exponendam non eſſe, quàm ut verborum propria fert ſignificatio, *ut ſenſit gloſſ. in clem. 1. in verb. Diœceſanis. de jure patronatus: quam ſequitur Geminianus in c. ſi duobus: col. 6. in princ. & ibi etiam Philipp. Franc. de reſcript. lib. 6. Socin. in l. cùm filiusfamilias: nu. 17. verſ. Ad primum: de leg. 1. Jaſ. in l. ſi conſtante: nu. 83. ſolut. matrimon. Alciat. in conſil. 492. incip. Explicitus eſt caſus: nu. 16. & 24. Gozad. conſil. 4. incip. Prima facie videtur. nu. 25. & in conſil. 30. incip. In hac cauſa: nu. 3. & in conſil. 51. incip. In hac cauſa: nu 34. Roland. à Vall. in conſil. 56. incip. Quoniam ex facto jus oritur: nu. 21. vol. 3.* qui poſt alios inde generaliter tradit, ex geminatione apparere, quod diſponentes velint ita intelligi, nec aliter interpretari & declarari, licet alioqui verba illa declarationem & interpretationem reciperent. Cum igitur in propoſito jus Saxonicum utatur verbis univerſalibus, iiſdemq; geminatis, Niemand erbet kein Lehen. Conſequens ſanè eſt, illa verba univerſaliter de omnibus feudis, ſive ea antiqua, ſive nova fuerint, capienda eſſe, neque ullam reſtrictionem admittere.

69 Qua † ratione ſimul etiam tollitur id, quod pro ſua interpretatione conſiderat *Jaſ. in d. conſil. 182.* dictionem univerſalem (*nullam*) recipere interpretationem commodam, per ea, quæ de ſtatuto nullam admittente exceptionem *not. Bart. in l. 1. §. Et parvi. ff. Quod vi aut clam: & Joann. Andr. in addit. ad ſpeculat. in tit. de ſentent. §. Ut autem: circa princ.* Nam etſi ejuſmodi interpretatio interdum admittatur, tamen quando in ſtatutis deprehenduntur verba univerſalia geminata, reſtrictioni locus minimè eſſe poterit, propter ea, quæ paulò ante diximus. Corroborantur hæc etiam in propoſito, quoniam jus Saxonicum non ſolum utitur verbis univerſalibus, & iiſdem geminatis, ſed inſuper etiam à diſpoſitione illa univerſali excipit ſolum parentem.

Nam † hac ipſa exceptione ſatis 70
declarat, præcedentem diſpoſitionem in omnibus aliis caſibus locum ſibi vendicare præter eum, qui inde exceptus fuit. *l. Quæſitum: §. deniq. & ibi Bart. ff. de fund. inſtruct. leg. l. nam quod liquida: in fin. de pen. legat. cum ſimilib. adductis per Dec. in l. 1. de reg. jur.*

Incluſio † enim unius ſolet eſſe 71
excluſio alterius & è contrario. *l. cum prætor. de jud. l. Maritus. C. de procurat.* & hoc argumentum ad ſtatutorum interpretationem in ſimili accommodat *Socin. in d. conſil. 52. volum. 3.* Quod in propoſito ideo magis locum habet, quoniam addita eſt dictio taxativa (ſole) denn allein der Vater/de † cujus na- 72
tura eſt omnem extenſionem excludere: *l. Qui ſella. §. Qui actum. l. Inter actum. l. Certò genere. l. Lucius: in verb. digitum unum. ff. de ſervitut. ruſtic. prædior.* Solus igitur pater jure Saxonico feudum tranſmittit, & quod conſequens eſt, agnatus in agnatum illud transferre non poterit, cum plus quàm manifeſtum ſit, agnatum patris nomine minimè comprehendi, quando præſertim de patre, ut in propoſito, reſpectu filii dicitur. Ut proinde ex hiſce ita junctis luculenter pateat, verba ſæpe citati *cap. 21.* tum quia univerſalia eademq; geminata ſunt, tum etiam quia ab univerſali illa diſpoſitione ſolus pater, & quidem per dictionem taxativam excipitur, evidenter atq; diſertè probare, ſolum patrem tranſmittere feudum in filium, collaterales verò in nullo feudo, ſive id antiquum ſive novum fuerit, ſuccedere.

Hiſce † itaq; verbis tam claris at- 73
que apertis ſtandum omnino erit: *l. 1. §. Is qui navem. verſ. In re igitur dubia: de exercit. action.* quam legem omnes aſſeſſores præ oculis habere debere dicit *Bald. in c. ſignificante. in 2. col. in fin. de appellat.* Neque ulla interpretatio

tanta

Digitized by Google

tanta eſſe poteſt, ut melior exiſtat ſenſu ex verbis collecto *l.3.c.de liber. praterit.ubi plura ad propoſitum accumulat Jaſ.* Hæc enim in incertis duntaxat locum habet *l. Ille.aut ille.§. cum in verbis: de leg.3.l. Ancillam.c.de furt.l.Eum qui calendis inprinc. de verbor.obligat.*

74 Ubi † autem verba ſtatuti ſunt clara, tum ceſſat omne dubium, *ut ait Bald.in l.Gallus §.Si ejus in 2. notab. de liber. & poſthum.* & hoc caſu omnem diſputationem ianem dicit *Corneus in conſil. 109.incip. Viſo infra ſcripto themate: in fin. vol.1. Cravet.in conſil. 4. incip. Præſupponitur conſuetudo. nu. 21. cum aliis in hanc ſententiam congeſtis per Jaſ. in conſil. 147.incip.in caſu præſenti videretur.vol.4. Felin. in c. qualiter & quando. 1. nu 28.de accuſat.& Tiraquell. in l.ſi unquam verb. libertis. c. de revocand.donat. & Cephalus in conſil. 138. incip. Teſtamentum proponitur.num. 2.*

Ex his, quæ hactenus diximus, haud erit difficilè, reſpondere ad ea, quæ ex ſententia Jaſ. & Henning.ſupra in contrarium fuere adducta,

75 Nam † quod primo dicitur, textum juris Saxonici ita eſſe interpretandum, ac ſi filiæ tandummodo excluderentur, id non ſolùm pugnat cum verbis univerſalibus, ſed cum eo, quod textus non tàm ad perſonam ſuccedentis, quàm tranſmittentis reſpectum habet. Nam ſi filiæ ſolùm à ſucceſſione excluſæ eſſe deberent, nihil ſanè neceſſe fuiſſet attendere perſonam transferentis feudum. Cum autem textus de ipſo tranſmittente generaliter diſponat, neminem ullum feudum tranſmittere præter patrem in filium: utiq; in aperto eſt, verba hæc reſpectu filiarum minimè prolata eſſe.

76 Neq; † verò ſola auctoritas gl. tanta eſſe poteſt, ut interpretationi eiuſdem magis ſit ſtandum, quàm adeò claris atq; manifeſtis verbis textus. *c. Ego ſolis. 9. diſtinction. Bald. in l. Reſpublica c.quib. ex cauſis major & Jaſ. in l. Illam. nu. 8. c. de collat.* Sic etiam altera interpretatio diſtinguens inter feudum antiquum & novum, verbis textus non ſatis convenit, tum quia admodum ſunt univerſalia eademq; geminata, tum quia ab hac univerſali diſpoſitione ſolus pater excipitur, cum alioqui ſi de feudo novo tantùm acciperetur, & interim in feudo ſucceſſio collateralium admitteretur, non ſolus pater, ſed & complures alii devolverent feudum, prout abunde jam à nobis eſt oſtenſum: tum deniq; quia conſiderata ratione juris Saxonici, vix poteſt dari feudum antiquum, in quo ex jure à primò acquirente tranſmiſſo collaterales ſuccedant, prout multis argumentis ſupra probavimus prorſus igitur diſtinctio iſta hoc caſu ſupervacanea eſt.

Quæ † verò facta eſt differentia 77
inter tranſmiſſionem hæreditariam, & ſucceſſionem jure ſanguinis, ea cæteris probabilior eſt, & verbis textus magis convenire videtur: ſed tamen neq; hæc ſatisfacit. Nam ea confunditur per textum *in c. 6.* ubi diſertè diſponitur, quod vaſallus, filio nullo relicto, de vita excedens feudum devolvat ad dominum. Ex his enim verbis dilucidè apparet, non tantùm tranſmiſſionis, verùm etiam ſucceſſionis jus penitus & in univerſum denegari agnatis, cum poſt filios locum domino faciant, agnatis penitus non conſideratis. Id quod etiam inſuper convincunt rationes ex jure Saxonico ſuprà adductæ, quibus oſtendimus ſucceſſioni quæ à jure ſanguinis dependet, Saxonum legibus, vel poſſeſſionem vel inveſtituram conſiderantibus nullũ eſſe locum relictum: fruſtra itaq; inter tranſmiſſionem & ſucceſſionem hæreditariã diſtinguitur.

Præterea † verbum iſtud (vorerben/) quo potiſſimum diſtinctio iſta nititùr, generalius eſt, quàm ut tranſmiſſioni hæreditariæ ſolùm conveniat. 78
Omnem enim ſucceſſionem comprændit, ſive ea hæreditario, ſive alio quocunque jure obveniat, ut liquet *ex d. cap. ſexto ibi.* Erbet auff den Herren die Gewehr des Gutes/

Nam

Nam & textus eodem verbo utitur, quando feudum domino aperitur, cum tamen certo certius ſit, feudum hoc caſu hæreditario jure non tranſmitti. Sic eodem verbo in bonorum utenſilium, & rerum expeditoriarum vulgò Heergewetthe/ devolutione utitur textus *in art. 27. lib. 1. Specul. Saxon.* quæ tamen etiam jure hęreditario non tranſire ad ſucceſſorem manifeſtum eſt. Quocirca ex hoc ipſo verbo textus ſæpe citati *c. 21.* ad hæreditariam tranſmiſſionem minimè reſtringi poterit, ſed potius ſecundum propriam illius verbi ſignificationem generaliter de quavis ſucceſſione accipiendus erit. Ultima denique interpretatio poſſeſſionem perpendens ſubtilior eſt, quàm ut verbis juris Saxonici rectè accommodari poſſit. Nam textus de poſſeſſione nullum verbum facit, ſed in genere de feudis loquitur, neq; jure Saxonico noſtro reperitur, quod hoc caſu differentiam faciat inter poſſeſſionem feudi, & ipſum feudum: quin imo, *ut ſupra vidimus*, poſſeſſionem cum proprietate ita ſemper conjungit in tranſmiſſione, ut ſine poſſeſſione neque etiam proprietas tranſmittatur. Ut interim omittam, ſecundum juris civilis quoque regulas feudi poſſeſſionem ad filios non tranſire, niſi apprehenſa fuerit, *ut not. gl. in l. cum miles. Ex quibus cauſis major: & in l. cum hæredes. in princ. de acquir. poſſeſſ. Bald. in c. 1. col. 2. Quid ſit inveſtitur: Joann. Raynu. in c. Imperialem. §. præterea ſi quis infeudatus: de prohibit. feud. alien. per Frideric. Jacob. de S. Georg. in verſ. Ita quod ipſi inveſtiti. num. 13. Maſuer. de feud. §. Item ſucceſſor: cum aliis. quos cumulat Tiraquell. in tractat. de mort. 4. declar. præfat. num. 3.*

Non obſtant etiam rationes, quæ pro jam dictis interpretationibus ſupra fuere collectæ.

79 Nam † etſi jura municipalia in caſu quidem dubio ſic accipienda ſunt, ne jus commune corrigant: tamen quò minus illud vel lege vel conſuetudine expreſsè contraria abrogetur, nihil ſanè impedit. *l. Sancimus. C. de teſtamentis. l. Præcipimus. in fin. C. de appellat. l. Omnes populi. de Juſtit. & jur. l. de quib. de LL. & §. fin. inſtit. de jur. natur. gent. & civil.* quin potius ubi apparet, ſtatuentes à juris communis regulis recedere voluiſſe, verbis ſtatutorum magis ſtandum erit, quàm ut ea ex jure communi interpretanda ſint, *ut docet Bald. in l. Maximum vicium. C. deliber. præter: Salicet. in l. 2. C. de noxal. Paul. de Caſtro in l. fin. §. Licentiam. C. de jur. deliber Alex. conſil. 101. ſuper eo, de quo quæritur. nu. 19. vol. 3. Barthol. Socin. in conſil. 52. incip. Super hac difficultate: nu. 7. vol. 3. cum ſimilibus.*

80 Neque † hoc caſu de ratione juris municipalis valdè laborandum, *ut docet Bald. in l. Gallus. §. ſi ejus. col. 2. de liber. & poſthumis.* ſed ſufficit pro ratione ſtatuentibus ita placuiſſe, ut ait idem *in l. 1. §. Initium: de poſtuland. & in l. Lege XII. tab. C. de legit. hæred. quod refert Dec. in c. conſuluit. el. 3. de appellat.* ideóque licet durum ſit, tamen à verbis ſtatuti propterea non eſt recedendum. *l. Proſpexit. Qui & à quib. manum: Bald. in l. Quid ergo: §. pœna gravior. in 5. col. ff. de his qui not. infam. cum ſimilib. congeſtis per Jaſ. in d. conſil. 147. vol. 4.*

81 Non † enim de legibus, poſtquam ſunt inſtitutæ, & firmatæ, ſed ſecundum eas judicandum, *ut ait Auguſtin. 4. diſtinct. c. In iſtis.* Id quod vel maximè in ſtatutis bona feudalia concernentibus locum habet:
82 tum † quia conſuetudo in feudis maximam vim habet, eademque magis ſecundum cujuſlibet loci ſtatuta, & conſuetudinem, quàm ex jure communi dijudicantur. *c. 1. ibi, ſecundum diverſorum locorum mores: de feud. cognit. c. 1. §. Hoc quoq; ſciendum: ibi: ſecundum uſum ab antiquis inſtitutum. qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. ibi: ſecundum uſum regni: An maritus uxori ſucced. in feud. c. 1. ad fin. ibi. ſecundum uſum Mediolanenſium: de filiis natis ex matrim.*

Digitized by Google

matrim.ad morgan. contract.cum ſimilib. adductis per Henning. in conſil.22. De ſimultan.inveſtitur.n.7.

83 Tum etiam, quia † hæ ipſæ conſuetudines, & quæ inde deſcendunt, conſtitutiones feudales non tàm ratione, quàm uſu recepto nituntur, *ut docent Bald. Alvarott. & DD.in d.c.1. de feud. cognit.refert poſt alios Molinæus in conſuetud. Paris.§.25.n.3.* plura ad hoc propoſitum accumulans, quamobrem in feudis non eſſe curandam ſtrictam rationem, *dicit idem Bald.in conſil.276.in 5.vol.*

84 Tum † deniq; quia feuda corundem q; ſucceſſiones à beneficio primi ſuccedentis prorſus dependent. *c. 1. §. Et quia vidimus: de iis qui feud. dar. poſſ.* atq; inde etiam beneficia appellantur. *c. 1. de feud. ſine culpa non amitt. & in rubric. de benefic. fratris cum ſimilib.* Ex quo ſimul etiam ceſſant ea, quæ de ſuccedendi jure agnatis non auferendo ſupra conſiderata, atq; de abſurdo vitando dicta fuerunt.

85 Nam † cùm in arbitrio principis poſitum fuerit, quomodo Saxonibus feuda concedere voluerit, ſine cujuſquam injuria, integrum ipſi fuit, feudis hanc legem dare, ut in filios ſolum, non autem ad agnatos devolvantur. *l. In traditionibus.ff.de pactis.18.q.2 c.Eleutherius: c. Contractus: de reg jur. lib. 6.* Ideoque in hiſce rationem non inquirendam, ſed ſufficere, ita ſtatutum eſſe; quia dominus poteſt rei ſuæ legem imponere dicit *Bald in §. Item illud. in fin. de feud. Guard.& Caſtald. quem refert & ſequitur Friderich.Schenck* inquiens, ſufficere pro ratione, quia hoc voluit dominus. *l. cùm quidam in fin. C. de neceſſ. hæred.inſtit.*

86 Proinde † neq; agnati juſtam conquerendi cauſam ullam habere poterunt, quaſi ſuccedendi jure priventur, cum illud ſine conceſſione domini feudi ab initio nunquam habuerint, noſtrum verò dici quippiam non poſſe, prius, quàm acquiſierimus. *l. Precia rerum: in princ. ad l. Falcid.* neque adeò amittere poſſimus, quod nunquam habuimus, privatione habitum neceſſariò præſupponente. *l. Manumiſſiones: de inſtit. & jur. & l. decem. de verbor. obligat.* quin potius inconveniens videtur, domino liberalitatis modum, quæ ſoli ipſius arbitrio ſervanda eſt, præſcribere velle. *l. cùm plures. §. 1. de adminiſtrat. tutor.* cum nihil ſit æquius, quàm ut cuilibet de rebus ſuis liberè & ad arbitrium ſuum diſponendi facultas relinquatur. *l. 2. ſi à parent. quis fuer. manum. l. in re mandata. C. mandati. & l. dudum: C. de contrahend. emt. cum ſimilib.*

Neq; † etiam novum eſt, ut perſonæ, quę alioqui ex jure communi ſuccederent, pro arbitrio domini concedentis ad feudum non admittantur. 87

Non ſolùm enim fœminæ, contra juris communis regulas *l. Maximum vicium: C. de liber. præterit.* à *feudi ſucceſſione removentur c. 1. §. Hoc autem notandum. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. filia verò: de ſucceſſione feudi. c. 1. in princ. verſ. ad filias verò. de ſucceſſio. fratr. & grad. ſuccedent. in feud.* Sed & aſcendentes inde excluduntur, *c. 1. de natur. ſucceſſio. feud.* quinimo tam agnatos, quàm etiam filios ipſos olim ad ſucceſſionem non admiſſos, & totam deniq; ſuccedendi rationem pro libito dominorum ſæpius immutatam fuiſſe, luculenter patet *ex d. c. 1. §. Et quia vidimus: de his qui feud. dar. poſſ.* Cur igitur non idem inter Saxones propriis patriæ legibus utentes licuerit ſtatuere, nihil ſanè video, quod obſtaculo eſſe potuiſſet.

Quod verò tandem pro opinione ſua *ex cap. 2.* Lehnr. colligit Henning. id levius eſt, quàm ut refutatione egeat. Loquitur enim ibi textus non de ſucceſſione, ſed generaliter de iis, qui non ſunt idonei & habiles ut feudum teneant. quamvis igitur à contrario ſenſu hoc quidem rectè inde extruatur; qui patrem & avuum equeſtris ordinis habuerit, eum feudi capacem eſſe: neminem tamen fore arbitror, qui non intelligat, hinc minimè colligi 88

poſſe, quaſi is paſſim ad omnem ſucceſſionem admittendus ſit, renitente præſertim regula ſæpe citati *cap. 21.* Præterea textus ille conſiderando patrem & avum, de iis tantùm, qui ex linea recta deſcendunt, verba facit: quos in feudo ſuccedere non negamus. Ex hiſce omnibus ſatis nunc perſpici arbitror, verbis juris Saxonici manifeſtè probari illud, quod per manus traditum eſt, eo jure filios duntaxat patri ſuccedere: inter collaterales verò nullam eſſe ſucceſſionem ſine inveſtitura.

19 Cæterum † quia, ut ſæpius monere ſolemus, juris Saxonici auctoritas non tàm à verbis, quàm ab uſu dependet, ideo ſciendum, hæc non ſolùm jure illo ita diſpoſita, ſed etiam longiſſimo uſu comprobata atq; recepta eſſe. Nam de conſuetudine iſta, & quod non ea ſolùm in terris Saxoniæ, ſed etiam in univerſa Germania quondam uſurpata fuerit, teſtatur *Hoſtienſis in tit. de feud. §. qualiter feudum conſtituatur,* diſertè inquiens: de conſuetudine imperii nemo ſuccedit, niſi filius deſcendens: Imò feudum revertitur ad imperatorem & ipſe confert, cui vult: & ſubjungit, ſe, quando fuit in Alemania, vidiſſe per proceres ſic judicari. Idem aſſerit etiam *Alberic. de Roſate in dictione ad verbum, feudum*, ubi ait, quod de conſuetudine Alemaniæ non ſuccedant collaterales: ſed deficiente filio, feudum revertatur ad Imperatorem, qui illud confert, cui lubitum eſt. Et cum hoc ita de univerſa Germania affirment, veriſimilè ſanè fit, inde promanaſſe hanc juris Saxonici conſuetudinem, de qua paulò ante verba fecimus: & propterea inter Saxones hanc conſuetudinem diutius in hunc uſq; diem fuiſſe obſervatam. Quam etiam aſſeverat *Henning. ſibi contrarius in conſil. 22. n. 11.* citans in hanc ſententiam D. Joannem Bocksdorff, quem juris Saxonici expertiſſimum, & maximæ auctoritatis practicum multis in locis conſtanter firmaſſe ait, quod jure Saxonum nemo ſuccedat in feudo quocunque, novo, aut avito, niſi filius: de conſuetudine iſta teſtatur etiam *Hieronymus Schurff. in conſil. 16. centur. 1.* quod eſt relatum inter feudalia. *conſil. 126. incip. Super propoſita conſultatione. num. 2.* ubi ait, quod in terris Saxoniæ collaterales non ſuccedant in feudo etiam antiquo, niſi habuerint ſimultaneam inveſtituram, die geſambte hand. & de interpretatione *d. c. 32.* Lehnrecht. Idem affirmat inter *conſil. feud. 139. incip. Quoniam pro victoria,* ubi aſſerit, ultra ducentos annos in omnibus territoriis juri Saxonum ſubjectis ita fuiſſe obſervatum, quod in feudis antiquis, vel etiam antiquiſſimis fratres poſt diviſionem ſemel factam non ſuccedant, niſi rurſus ſimul fuerint inveſtiri. (*p*) Sic auctor differentiarum juris civilis & Saxonici generaliter ſcriptum reliquit, textus *in c. 6. & cap. 25.* longa conſuetudine hanc interpretationem recepiſſe, ut procedant in omni feudo, ſive novo, ſive antiquo: & quod adeò agnati etiam in feudo antiquo nullum jus ſucceſſionis habeant, niſi hoc acquiſiverint beneficio ſimultaneæ inveſtituræ, quæ ſola dicitur eſſe fons cauſa & origo ſucceſſionis in feudo de jure Saxonico, adeò ut per eam ſolam ſucceſſiones in feudo regulentur, & nulla prorſus agnationis habeatur ratio, etiam quò ad proximitatem & prærogativam graduum obſervandam. (*q*)

(p)

(q)

De hac etiam conſuetudine grave teſtimonium perhibet collegium Juriſconſultorum Lipſenſe in quodam conſilio, quod ipſorum nomine conſcripſit Dn. Ordinarius D. Jacob. Thoming. Nos quoque, inquit, ſincerè bonaq; fide poſſumus aſſeverare, textũ ſæpiſſimè. *d. cap. 21.* Lehnrecht / quantum ſuperioris temporis memoriam quàm longiſſimè replicare, atq; repetere poſſumus, ſemper generaliter & indiſtin-

diſtinctè intellectum atq; obſervatum fuiſſe, non modò in collegio noſtro facultatis, & ſcacinatus, verùm etiam in aulis Illuſtriſs. Principum Elector. & Ducum Saxoniæ, nec non in cæteris terris jus Saxonicum uſurpantibus, & reliquis collegiis JCtorum hujus oræ atque ditionis. Cumque hi viri in foris atque judiciis territorii Saxonici indies verſati & hujus juris peritiſſimi fuerint, horum ſanè teſtimonium haud paulò plus nos movere meritò debet, quàm Jaſonis contrarium aſſerentis *in d. conſil. 182.* qui, ut monet auctor differentiarum *in d. loco*, ignoratione juris Saxonici multa falſò præſupponit. Ex quo conficitur tandem, quod, licet aliqua etiamnum ſubeſſe poſſet juris ſcripti ratio, quæ dubitandi curam inſuper afferret, non tamen propterea à conſuetudine iſta longiſſimo uſu comprobata atq; recepta, ſit recendendum, ſed potius huic ſine hæſitatione inſiſtendum.

90 Hæc † enim optima eſt legum atque ſtatutorum interpres. *l. ſi de interpretatione: d. LL. c. Cum dilectus: de conſuetud.* & † ea demum eſt vera interpretatio, quæ à praxi ipſaque rerum experientia deſumitur, *ut ait Bald. in c. 1. in princ. de feud. ſine culpa non amitt. quem refert Decius in conſil. 358. incip. Placet mihi: Cravett. in conſil. 118. incip. In hac cauſa: nu. 2.* Ideoque ab iis, quæ conſuetudine certam habent interpretationem, minimè recedendum. *l. Minimè. ff. de leg. l. Quod ſi nolit. §. Aſſiduo. de Aedil. edict. l. Illud. ubi hoc not. Bald. de Excuſat. tutor.* ſed † id potius firmiter tenendum erit, quod ab aliis in eodem genere controverſiarum ſervatum videmus, & monet imperator *in l. 1. C. Quæ ſit longa conſuetud. in l. 3. C. de ædific. privat.* & probatur *in l. filius emancipatus. ibi, ſic enim inveni ſenatum cenſuiſſe: Ad l. Cornel. de falſ. & in l. Labeo. la. 2. ibi morem agentium ſequi debemus: de ſtatu lib. & in l. 1. Ad fin. verſ. Impubes, ibi, ſolet hoc in uſu obſervari. Ad Syllan.* Idque vel maximè in feudis procedit, cum hæc ab uſu & conſuetudine cujuslibet loci ut plurimum dependeant. *c. 1, ibi: ſecundum diverſorum locorum mores: de feud. cognit. cum aliis ſupra adductis.*

91 (margin, line "ſuetud. & † ea demum") —

Quæ † quidem omnia inter collaterales jure Saxonico ita procedunt: 93
inter deſcendentes verò ſuccedendi jus ſalvum atque integrum nihilominus hoc etiam jure conſiſtit.

Licet enim textus in ſæpe citato *cap. 21.* de filio tantummodo verba faciat, is tamen nihilominus etiam ad nepotes atq; alios deſcendentes in infinitum extenditur, cum † filiorū appellatione nō rarò nepotes & reliqui deſcendentes veniant. *l. liberorum. l. Filii. l. Juſta: de verb. ſignificat.* Præſertim verò, quando verſamur in materia favorabili, & quæ largam interpretationem recipit, *ut docet Bart. & dd. in d. l. liberorum. & in l. Gallus. §. Inſtituens. de liber. & poſthum.* Et hanc doctrinam communiter approbatam eſſe dicit *Alex. in conſil. IX. incip. Viſis verbis teſtamenti. nu. 1. vol. 1. & in conſil. 5. incip. Circa primum dubium. nu. 10. vol. 3. Barbat. in conſil. 10. Sapienter ſcribitur. nu. 9. vol 2. & Decius in conſil. 391. in caſu propoſito. nu. 5.* Nam hoc etiam loco quod cæteri deſcendentes ad ſucceſſionem admittantur, favorem eorum ſpectat, atque inſuper de feudis principum beneficio conceſſis agimus, quæ quidem beneficia latiſſimè interpretanda eſſe non ambigitur. *l. fin. de conſtit. princip. l. In teſtamentis. de reg. jur. c. Cum dilecti. de donat.* & magis in ſpecie, quod in materia feudali filiorum appellatione omnes deſcendentes veniant, ex textu *c. 1. de eo, qui ſibi & hæredibus ſuis.* notat Matth. de Afflict. *ibi nu. 6.* quam quidem interpretationem uſus etiam comprobavit.

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) SUcceſſionis feudalis] Ad iſtam quæſtionem vide *Jan. ab Arcedura c.4.concl.2.n.19. Fachin.lib.7. controv. cap. 26.* In quo nihil requirimus niſi candorem, quo profiteri debuiſſet per quos profecerit. Eandem enim quam ipſe adſtruit ſententiam & Hotomanus diu antè vidit, & pater hic prolixe iiſdem quibus Fachinæus utitur fundamentis, atq; adeò haud ſcio an non magis perſpicuis aſſeruit. Quorum nomina Fachinæus ne actum agere videretur omiſit, iis tamen, quotieſcunq; contradicendi occaſionem reperiſſe ſe putat, minimè parcens.

(b) Linea directa deſcendentes] Per ſucceſſionem feuda filiis ac deſcendentibus deferuntur, remotis agnatis & filiabus *Roſenthal. in tr. de feud c.7. concl. 15.n.1. Schrad. in tract. feud. part. 7. cap. 5. Vultejus de feud. lib.1.cap.9.n.99. Gozadin. conſ. 26. n. 27. Clar. & Bajard. in recept. ſentent. §. feudum. quæſt. 9. n. 6. & quæſt. 79. nu. 1.*

(c) Hoc ipſum exigente naturæ ordine] Vide *Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 14.n.2. Zaſ. de feud. part. 8. n. 5. Borcholdt. de feud. cap.7.n.9. Schrader de feud. part. 7. cap.6.n.1. Gothofrid. Anton. diſput. feud. 5. theſ. 6. in remiſſionibus [tit.6. Hartman. Hartmanni lib. 2. pract. obſervat. tit. de feud. obſervat. 46. n.1.2.*

(d) Utique non à primo acquirente] Vide *Jan ab Arcedura. d. cap.4. concl. 2. n.12. & ſeq.*

(e) Sententiam hanc dilucidè probet] Pertinet huc etiam textus *in c.1. §. fin. ibi. in beneficium avi defuncti ſuccedat. conſtit. feud. dom. Lotharii.*

(f) Hotoman. reſpondet] vide *Cumiam. in c. ſi aliquam in præludiis. n.39.*

(g) In infinitum ſuccedere] De fratrum filiorumq; fratrũ ſucceſſione feudali in feudis antiquis, paternis & novis vide *Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 59. n. 4. Gothofred. Anton. in diſput. feud. 5. theſ. 7. lit. b.*

Quinto hinc] *Schrader de feud. part. 7. cap. 7. quæſt. 1. n. 8. Mozius de feudis tit. de ſubſtantia feudi. n. 76.* (h)

Perſiſtentes in eo] Vide *Jan. ab Arcedur. cap.4. d. concluſ. 2. n. 24. & ſeqq.* (i)

Ut ſextò gradu ſucceſſio terminetur] An per ſeptimum gradum finiatur collateralium in feudis ſucceſſio vide *Roſenthal. in tract. feud. cap. 7. concl. 56. & eodem cap. concl 59. n. 14. & 16.* (k)

Matth. de Afflict. ibi. n. 58. Refert & ſequi videtur *Intrigliol. in cent. feud. quæſt. 46. n. 33. cum ſeqq.* expreſſius hanc amplectitur & Andream de Iſernia defendit *Joan. Anton. Cannet. in extravag. ſi aliquem ſect. ex ſupra 12. n. 15. & 11.* (l)

Uſquè] Dictionis uſquè an ſtet inclusivè, dubia & vaga apud ſcribentes eſt ſignificatio, ita ut varii varia ſentiant. *Vincent. Caroc. deciſ. 42. n. 18. & n. 19. Caſ. Barzius deciſ. rot. Bonon. 156. n. 17.* In favorabilibus verò dictio uſq; ſtat incluſivè *Roſenthal. de feudis cap. 7. concl. 59. n. 15. ſub lit. n.* (m)

in infinitum] vide *Fachina. lib. 7. controv. cap. 27.* ubi eadem quæ parens hic tradidit ab ipſo aſſeruntur omiſſo autoris nomine. Confer de eadem quæſtione *Vultei. lib. 1. de feud. cap. 9. nu. 105.* ubi latè & hanc parentis ſententiam generali Germaniæ conſuetudine & in Camera etiam receptam eſſe ſcribit. Et hæc ſententia eò magis amplectenda eſt, cum juris feudalis dubii explicatio ſumi debeat ex jure civili, quod collaterales, quos nemo gradu præcedit, in infinitum, dummodò cognationem probent ad inteſtatorum ſucceſſiones admittit *Nov. 118. c. 3. in fin. l. 2. in pr. §.* (n)

Digitized by Google

pr. §.1. *& ſeq. de ſuis & legit. junct. c. 4. d. Nov. 118. l. 4. C. de bon. vacant. ibi qualibet ſanguinis linea. Den. 9. comment. 4. pag. 408.* Vide tamen in utramq; hujus quæſtionis partem *Roſenthal. in tract. feud. cap. 7. concl. 59. n. 18.*

(o) Nullam eſſe ſucceſſionem ſine inveſtitura] Jure Saxonico abſq; ſimultanea inveſtitura inter collaterales in feudis ceſſare ſucceſſionem, minuunt quoq; *Hieron. Schurff. conſ. 59. incip. caſus qui in facto. n. 3. cent. 2. Gail. lib. 2. obſerv. 151. nu. 5. Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 59. n. 4. Vultei. de feud. lib. 1. cap. 9. nu. 104.* Et quatenus jure ſimultaneæ inveſtituræ de jure Saxonico collateralibus ſucceſſio acquiratur. vide *Fachſ. different. juris Saxon. 29.*

(p) Niſi rurſus ſimul fuerint inveſtiti] Quatenus jure Saxonico diviſione feudorum per fratres facta, ceſſante ſimultanea inveſtitura inter fratres, ſucceſſionis commodum & omnis ſpes ceſſet vide Sächſiſch Lehnrecht *cap. 32. Ludov. Fachſ. differ. jur. Saxon. 29. Gail. 2. obſervat. 151. n. 5. Roſenth. de feud. cap. 7. quæſt. 30. n. 31.* Schneidewein *part. 5. cap. 1. n. 20. & ſeqq.* ubi diligenter notandum monet cautelam de apponenda clauſula in literis inveſtituræ, Wir beleihen ſie hiermit ſembtlich / vnd ob ſie ſich theilen würden / ſol ein jeder ſein Lehn hiermit empfangen haben / vnd ſie ſemptlich belehnet ſeyn / & illa appoſita ſine metu amiſſionis dividere poſſe, nec opus eſſe renovatione ſimultaneæ inveſtituræ, & hoc obſervari,

Prærogativam graduum obſervandum] Hinc evenit, quod in practica pro regula habeatur, prærogativam gradus inter plures agnatos ſimumultaneè inveſtitos locum non habere de jure Saxonico feudali, niſi in literis inveſtituræ appoſita reperiatur clauſula, ſecundum gradus prærogativam, vulgò nach rechter Sipzahl / qua adjecta ſervanda eſt juris communis regula nempe ut proximior in gradu excludat remotiorem. (q)

QUÆSTIO XX.

DE NATURA SIMULTANEÆ INVESTITURÆ SIVE CONIUNCTÆ MAnus, à qua omnis inter agnatos ſuccedendi ratio in foro Saxonico dependet.

1. *Inveſtitura, quæ fit de feudo viventis, in caſum mortis ejus, non requirit conſenſum poſſeſſoris.*
2. *Inveſtitura verò ſimultanea cum conſenſu poſſeſſoris fieri ſolet.*
3. *Votum captandæ mortis jure communi improbatur.*
4. *Inveſtitura ſimultanea, licet votum captandæ mortis contineat, uſu tamen eſt probata.*
5. *Inveſtitura ſimultanea, cui aſſimiletur jure tàm communi quàm Saxonico.*
6. *Inveſtitura ſimultanea ſine expreſſo pacto ſuccedendi jus tribuit, licet ſecus ſit de jure communi.*
7. *Inveſtitura ſimultanea ad hæredes utrinq; tranſmittitur.*
8. *Hæredi ſuo quilibet proſpexiſſe cenſetur, tàm jure civili quàm feudali.*
9. *Hæres domini concedentis ſimultaneam inveſtituram tenetur eam ratam habere.*
10. *Textus juris Saxonici ad tranſmiſſionem requirentes poſſeſſionem, & de Geding diſponentes inveſtituræ ſimultaneæ non rectè accommodantur & n. 13.*
Gl. art. 33. lib. 1. Spec. Saxon. reprobatur ibid.

 11. Jus

11. *Jus ex ſimultanea inveſtitura quæſitum alicui, ipſi invito auferri non poteſt etiamſi feudum novum fuerit. n. 14. Cur item ſecus ſit, quando quis de feudo adhuc viventis in caſum mortis ejus inveſtitur. nu. 12.*

12. *Textus in cap. 5. & 57. juris Saxonici feudalis declaratur.*

13. *Inveſtitura facta de feudo poſſidentis in caſum mortis ejus plurimùm differt à ſimultanea inveſtitura.*

15. *Feudum novum contemplatione filiorum quæſitum ipſis ſine facto eorum auferri non poteſt.*

16. *Differentia inter feudum novum & antiquum ad præjudicium ſucceſſorum quod attinet, Iure Saxonico eſt ſublata.*

17. *Beneficio, contra eum, à quo illud habemus, an uti indiſtinctè prohibeamur.*

18. *Quando ſimul inveſtitorum proprium factum non accedit, ipſis in jure inde quæſito præjudicari poteſt.*

19. *Donatio in tertium ſub futuro eventu collata, revocari poteſt, niſi tertius ille acceptaſſet.*

20. *Is cujus contemplatione aliquid conceditur tertio, pro libito hoc revocare poteſt prius, quàm alter acceptet.*

21. *Actio quæſita ex pacto inter tertios inito, quando adimi alicui poſſit.*

22. *Inveſtitura ſimultanea impetrata ſine conſenſu poſſeſſoris, non impedit eum quò minus is de feudo diſponere poſſit.*

23. *Dominus feudi ſimultaneè inveſtitis, invitis jus ipſorum auferre non poteſt.*

24. *Dominus in præjudicium ſucceſſorum nihil ſuſpicere poteſt abſq; conſenſu vel culpa eorum.*

25. *Ex inveſtitura ſimultanea actio revocatoria competit inveſtitis, feudo alienato.*

26 *Inveſtitura abuſiva jus reale non tribuit, neq; actionem realem, ſed ſolùm perſonalem contra Dominum.*

27. *Ubi eadem eſt ratio, idem jus ſtatui debet.*

28. *Subrogatum recipit naturam ejus in cujus locum ſubrogatum eſt.*

29. *Conſuetudines & ſtatuta à Jure communi interpretationem recipiunt.*

30. *In feudali materia à ſimili arguere licet.*

31. *Inveſtituræ renovationem petere non tenetur, qui feudum non poſſidet.*

32. *Inveſtituræ ſimultaneæ renovatio neceſſaria eſt ſecundum conſtitutiones Electorales.*

33. *Inveſtituræ renovatio poſt diviſionem neceſſariò petenda. Neq; Dominus hoc caſu renovationem denegare poteſt. nu. 34. Declaratur præterea ut locum duntaxat inter illos habeat, qui diviſionem invicem inierunt. num. 35.*

36. *Statuti verba ſtrictè accipienda.*

CUm in feudis jure Saxonico nulla inter collaterales ſit ſucceſsio, prout in præcedenti quæſtione abunde probavimus: ideo inventa eſt ratio, qua ſuccedendi jus non ſolùm agnatis, ſed & perſonis penitus extraneis concederetur, ut videlicet, qui ad ſucceſsionem alicujus aſpirant, cum ipſo conſentiente ſimul ſe inveſtiri curent, unde jus ſimultaneæ inveſtituræ, ſive, ut vulgò vocant, conjunctæ manus, der geſambten Hand originem duxit, quod tamen ipſum conſuetudine magis eſt introductum, quà ut ſcripto aliquo jure nitatur. Ut igitur juris hujus naturam atq; vim penitius cognoſcamus, primò ſciendum, proprium & quaſi de ſubſtantia ſimultaneæ inveſtituræ eſſe, ut ea non inſcio, ſed conſentiente poſſeſſore feudi, cum quo ſimul quis eſt inveſtiendus, impetretur.

Nam † etſi genus ſit quoddam inveſtituræ, quod etiam ſuccedendi ſpem facit, nec tamen conſenſum poſſeſſoris requirit, veluti cum quis inveſtitur de feudo alieno, hoc tenore, ut poſſeſſore ſine hærede mortuo hoc obtineat. de quo *in c. morib. ſi de feud. defunct. content. & in c. 1. qui ſucceſſor. feud. dare teneantur.* Id quod etiam de jure Saxonico locum habet, ut probatur *in c. 10.* Lehnrecht: Ubi diſponitur, hoc caſu conſenſum poſſeſſoris neceſſarium non eſſe. Etliche Leut ſagen (inquit textus) Daß man keine Gedinge jemand leihen möge / man bitte denn den darumb / der das Gut in Gewehr hat / das iſt doch nicht. 1

Tamen

2 Tamen † ab hoc genere ſimultanea inveſtitura (*a*) tum in multis aliis ſecernitur, ut ex infra dicendis apparebit: tum hoc potiſſimum diſtingvitur, quod inveſtitura, de qua ultimo loco diximus, ſine conſenſu poſſeſſoris fiat, ſimultanea verò non niſi eo conſentiente concedi ſoleat: de qua differentia clariſſimus vir D. Ludovicus Fachs & frater D. Modeſtinus non ſolùm in conſiliis ad calcem propoſitæ quæſtionis adſcriptis, ſed & in pluribus aliis, quæ nomine collegii Juridici confecerunt, ſæpius teſtati ſunt. Unde plerunq; poſſeſſor feudi, & qui ſimul inveſtiendus eſt, de futura ſucceſſione paciſcuntur, & ſæpius ſuccedendi facultatem ita repromittunt, ut inde & ex ſimultanea inveſtitura, quæ pacta ejuſmodi ſubſequi, & confirmare ſolet, reciproca quædam inter ipſos naſcatur obligatio, & veluti communio quædam, ad jus ſuccedendi quod attinet. Et licet tam pacta illa, quàm quod inde deſcendit, jus ſimultaneæ inveſtituræ concernat ſucceſſionem bonorum adhuc vi-
3 ventis, atque † propterea captandæ mortis votum inducere videantur, quod utrumq; velut à bonis moribus alienum ac plenum triſtiſſimi & periculoſiſſimi eventus jure eſt improbatum. *l. fin. C. de pactis, l. ex eo. C. de inutil. ſtipulat. l. cum donationis C. de transactio. l. pactum quod dotali. C. de collatio. l. ſtipulatio hoc modo: de verbor. obligat. l. 2. §. Interdum de vulg. & pupil. ſubſtit. l. ſi quis mihi bona. §. Sed an nominatim. de acquir hæred.*

4 Longa † tamen uſurpantium conſuetudine ſimultanea hæc inveſtitura ex mutuo paciſcentium conſenſu initium capiens juris vigorem aſſumſit argumento *d. c. Morib. & quæ ibi not. DD. Si de feud. defunct. cont. fuer. inter dominum & agnatum.* quæ quidem conſuetudo uſque eò egit radices, & latius eſt propagata, ut operam atq; oleum perderet, qui in medium adductis juris auctoritatibus contra niti conaretur.

Quanquàm enim legum Romanarum non ſit vilis auctoritas, tamen non adeò vim ſuam extendunt, ut aut uſum vincant, aut mores, ut inquit textus, *in c. 1. de feud. cognit.* Cum & ipſe juſſerit Imperator præſidem provinciæ, iis probatis, quæ in oppido frequenter ſervata ſunt, cauſa cognita, ſtatuere debere, & ne quid contra longam conſuetudinem fiat, ad ſuam ſollicitudinem revocare. *l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. l. 3. C. de ædif. priva. l. 1. ad fin. verſ. impubes. ibi. ſolet hoc in uſu obſervari, ad Syllan. Cum ſimilibus quæſtione præcedente adductis,* de quo tamen, quatenus ejuſmodi pacta votum captandæ mortis contineant, plura dicturi ſumus *quæſtione 25.*

Neq; † verò jus ſimultaneæ inveſtituræ, quatenus ſuccedendi facultatem, ut dictum eſt, ex pacto tribuit, à ſcripto jure feudali omnino eſt alienum, nam huic non ſolùm id, quod *in d. c. Moribus* habetur, ad votum captandæ mortis quod attinet, aliquo modo convenit, ſed quàm proximè etiam accedit inveſtitura illa, quæ de feudo novo duobus fratribus eo pacto conceditur, ut alter alteri ſine hæredibus maſculis defuncto, ſuccedat, de qua *in c. 1. Ibi: niſi facta fuerit eo pacto de frat. de nov. benef. inveſt. c. 1. §. Sin autem, ibi, niſi nominatim hoc dictum. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. fin. in fin. de ſucceſſ. feud. cap. 1. §. fin. de feud. Marchiæ.* faciunt quæ de filiabus ex pacto ad ſucceſſionem admittendis traduntur in jam *d. §. fin. c. 1. de ſucceſſ. feud.* Jure autem Saxonico huic ſimultaneæ inveſtituræ non eſt abſimile, quod de pluribus fratribus vel aliis perſonis ſimul inveſtitis legitur *in cap. 8. & cap. 32.* Lehnrecht. Licet interim textus illi de pluribus unum & idem feudum ſimul pro indiviſo poſſidentibus loquantur: in propoſito verò altero duntaxat poſſidente alter ſimultaneam impetret inveſtituram, ſed quod ibi communis efficit poſſeſſio, hunc effectum etiam de conſuetudine ſortita eſt inveſtitura ſimultanea.

 Dein-

6 Deinde † circa propoſitam materiam obſervandum eſt, quod, etſi jure communi feudorum ſit quædam ſimultaneæ inveſtituræ ſpecies, quæ invicem ſuccedendi jus non tribuit, ut pote quando duo fratres ſine expreſſo pacto ſucceſsionis inveſtiuntur. *d. §. fin. de feud. March. c. 1. de benefic fratr. & in c. 1. de fratrib. de nov. benef. inveſt.* Hæc tamen inveſtitura, de qua in propoſito verba facimus, ex iis, quæ paulò ante diximus, ipſum ſuccedendi jus ſuapte natura ſecum affert, uſq; eò, ut, etiamſi in inſtrumento inveſtituræ, præcedente nimirum conſenſu utriuſq; ſimpliciter dictum ſit, hos ſimul inveſtitos eſſe debere, Vel alicui conjunctam manum conceſſam eſſe. **Das einem die geſambte Hand geliehen / oder er mit einem andern ſembtlichen beliehen:** hoc ipſum tamen ſine ulteriore expreſſione ſuccedendi jus tribuat, prout quotidianus docet uſus. Quod ideo notandum, ne quis forſitan ignoratione hujus, ut quibuſdam contigiſſe memini, ex eo, quod jure communi feudorum de ſimultanea illa inveſtitura habetur, ad propoſitum noſtrum minus conſideratè arguat.

7 Tertio † neminem, qui hujus juris efficaciam probè cognoſcere vult, latere debet, jus iſtud ex ſimultanea inveſtitura quæſitum, non ſolùm perſonam inveſtiti reſpicere, ſed & utrinq; etiam ad deſcendentes tàm ejus, qui inveſtituram impetravit, quàm alterius, cum quo inveſtitus eſt, tranſmitti. Nam ſicuti reliqua jura ex contractibus provenientia ad hæredes & contra hæredes transferuntur. *l. veteris juris & l. ult. C. de contrah. & committend. ſtipul.* quippe cum una quodammodo ſit perſona hæredis, & ejus, qui in eum tranſmittit hæreditatem. *Auth. de jurejurand. à morient. præſt. in princ. col. 5.*

8 Nec † minus hæredib. noſtris, quàm nobiſmetipſis proſpicere voluiſſe juris præſumptione cenſemur. *l. ſi pactum. de prob. l. Juriſgentium. §. pactorum. l. Tale pactum de pactis*: Ita hoc etiam in juribus feudalibus locum obtinet *c. 1. de duob. fratrib. à capit. inveſt.* Ubi diſertis verbis dicitur, quod in ejuſmodi inveſtituris unuſquiſq; ſibi ſuiſq; hæredibus videatur proſpexiſſe. Ex quo generaliter not. Matth. de Afflict. *ibi. n. 11.* quod feudum ſui natura tranſeat ad hæredes deſcendentes, id quod etiam dilucidè probatur *in c. 1. qui ſucceſſor. teneantur.* accedit, quod de fratribus ſimul feudum poſsidentibus dicitur *in c. 23.* **Lehnrecht** / filium in locum patris ſuccedere: *ibi* **Stirbt jhr einer/ſein Kind tritt an des Vaters Stadt:** diximus enim paulò ante, ſimultaneam inveſtituram idem juris tribuere, quod communis poſſeſsio.

Idem procedit in perſona domini 9
inveſtientis, nam & ejus hæredes ſimultaneam inveſtituram ab ipſo conceſſam ratam habere tenentur. *c. 1. qui ſucceſſ. tenean.* cur enim recuſaret hæres, quod recuſare non potuit is, cujus hæreditatem ſuſcepit, ut ait ICtus *in l. poſtulante. ad S. C. Trebellia.*

Quod † cum ſecundum juris com- 10
munis regulas planum alioqui ſit, ideo admonendum eſſe duximus, ne cui jus Saxonicum ſcrupulum injiciat, dum *c. 11.* generaliter diſponitur, in feudis ſine poſſeſsione nihil tranſmitti ad hæredes. *Et c. 59. ibi*: **Alle lehn ohne Gewehr darben der volge.** Poſſet enim quis inde probabiliter in eam perduci ſententiam, neque hæredes inveſtitoris jure Saxonico ex inveſtitura anteceſſoris ſui teneri, neq; inde ad hæredes quicquam tranſmitti. Sic nec ad hæredes ejus, cum quo quis inveſtitus fuit, jus hoc tranſire videtur, cum idipſum ſecundum leges Saxon. penitus expiret: Si quidem poſſeſſor feudi filios poſt ſe reliquerit, ut probatur *in c. 20. ibi.* **Hat es entführet alle denen / ſo Gedinge daran hetten /** *Et in art. 33. lib. 1. Specul. Saxon. ibi.* **Wann es lebet nach des Vaters Todt/ ſo werden die Lehn vnd Gedinge**

des

ders Herren / da es jemandes am Gut gelichen hette / wieder los vnd ledig: quibus juribus motus auctor additionis *d. art. 33. in gl. german. in verſ.* vnd bricht alle Gedinge / exiſtimavit, ſi fratribus ſimultaneè inveſtitis, poſthumus à poſſeſſore procreatis moriatur, quod tum bona domino feudi deferantur non ſimultaneè inveſtitis, cum, ut putavit ipſe, filius frangat atque intercipiat omnes ſimultaneas inveſtituras. Veruntamen quod de feudis ſine poſſeſſione non tranſmittendis eo jure Saxonico ſtatutum eſt, id ad ſimultaneam inveſtituram, utpote quæ magis conſuetudine, quàm ſcripto jure Saxonico nititur, atque adeò peculiarem habet rationem, non ſatis rectè accommodatur, & ſi ad eam etiam referendum, foret, conſuetudine tamen abrogatum eſſe, affirmare planè non dubito. Reliqui verò textus jam citati non de ſimultanea inveſtitura loquuntur, ſed potius de inveſtitura, quæ de feudo alieno ſine conſenſu poſſeſſoris viventis adhuc conceditur, & vulgò Gedinge appellatur, quam à ſimultanea inveſtitura plurimum differre ſupra monuimus, & ex iis, quæ mox ſubjiciemus, latius apparebit: non igitur jura illa ad propoſitum noſtrum quicquam pertinebunt, & conſequenter minimè ſubſiſtere poterit id, quod auctor additionis inde ad ſimultaneam inveſtituram inferre voluit: Sed de his ipſis juribus de altera videlicet inveſtitura von dem Gedinge diſponentibus infra *quæſtione 25.* plura videbimus.

11 Quarto † notatu dignum eſt, ex ſimultanea inveſtitura tale jus acquiri inveſtitis, quod ipſis ſine facto eorum poſſeſſor auferre non poſſit. Non ſolum enim inveſtitura ſimultanea, ut ſupra dictum eſt, conſentiente poſſeſſore feudi plerunque conceditur, ſed etiam proprium factum inveſtiti recipientis inveſtituram à domino intervenit, quocirca tàm naturalis æquitatis, quàm juris ratio dictat, jus hoc proprio facto partum ſibi invito extorqueri minimè poſſe: tum quia nihil tam congruit humanæ fidei quàm ea, quæ inter contrahentes placuerint, ſervare. *l. 1. ff. de pactis. l. 1. de conſt. pecun.* & ſemel conſtitutæ obligationi altero non conſentiente renunciare nemo poteſt. *l. ſicut initiò. c. de actio & obligat. l. de contractu ic. de reſcinden. vendit. c. nemo poteſt de reg. jur.* tum etiam quia jus alicui quæſitum ſine proprio ipſius facto, ab altero auferri non debet, neq; poteſt. *l. 2. in princ. de his qui ſunt ſui vel alieni jur. l. fin. de pactis. l. cum dos de pact. dotal. l. qui Romæ. §. Flavius & ibi. DD. de verb. obliga. & l. id. quod noſtrum de regul jur.* Accedit alia trita juris regula, quæ docet non debere alteri per alterum iniquam conditionem inferri, neque quem facto alterius prægravari. *l. non debet. de reg. jur. l. de pupillo. §. ſi plurimum de oper. novi nunciat. l. quidam. §. ſi quis filium. Ad S. C. Trebell.* & civilis ratio ſuadet, conditionem alterius meliorem quidem fieri poſſe per alterum, non autem deteriorem: *l. ſolvendo. de negot. geſt. l. fin. §. ſin autem. C. de acquir. poſſ. l. ſervus & l. filius de pact.*

Quin potius, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. *c. quod omnes: de reg. jur. in 6. l. 1. §. ſi aqua ductus: & l. per quem locum de ſervit. ruſt. prædio. l. in concedendo: de aqua pluv. arcend.* & quod mutuo plurium conſenſu ſemel eſt contractum, par eſt, ut non niſi mutuo etiam ipſorum diſſenſu denuo diſſolvatur. *l. 1. C. quando lic. ab empt. diſc. §. fin. inſt. quibus mod. toll. oblig. l. nihil tam naturale: de reg. juris.* Comprobantur hæc optimè iis, quæ de alienatione feudi jure communi feudali habentur, eam agnatis non conſentientibus minimè præjudicare. *c. 1. de alien. feud. pater. c. 1. §. præterea quibus mod. feud. amittat. c. 1. §. Titius, ſi de feud. defunct. conten. fue. cap. 1. §. Etſi clientulus: de alienat. feud.*

Quini-

Quinimo hoc ipſum juro etiam Saxonico expreſsè ſtatutum reperitur *in c. 8.* Ubi dilucidis verbis diſponitur, **Ob zweene Man mit einem lehn belehnt würden / vnd jhr einer verleihet etwas von dem gute einem andern Manne / jhr keiner mag doch ohne den andern das gut wieder leihen noch aufflaſſen ſeinem Herrn / ſo daß es dem andern ſchadet.**

Diximus enim ſupra, ea quæ jure hoc Saxonico de pluribus poſſidentibus unum & idem feudum traduntur, quàm proximè accedere ad jus ſimultaneæ ievestituræ, de quo in propoſito verba facimus: quippe cum non minus arcto vinculo jus ſimultaneæ inveſtituræ plures conjungat, quàm communis poſſeſſio, *de qua in d. c. 8.* Deniq; idem etiam ab Electore editis conſtitutionibus eſt ſancitum *part. 2. conſt. 45.*

12 Neque † refragatur, quod eodem jure Saxonico ſtatuitur, jus ejus, qui de feudo alieno, vivente poſſeſſore, inveſtitus fuit, expirare, ſimul ac poſſeſſor illud alienaverit. *c. 5.* **Lehnrecht.** *ibi.* **Leſſet auch jener das gut auff/ der es in gewehren hat/das gedinge daran iſt gebrochen/** Et concordat *art. 57. in fin.* Nam textus ille non de ſimultanea inveſtitura accipiendus eſt, ſed potius de alio inveſtiendi genere, quod vivente poſſeſſore ſine conſenſu ejuſdem conceditur, & propriè **Gedinge** appellari ſolet. Cumq; hoc caſu nullum inter poſſeſſorem feudi & inveſtitum geratur negotium, neque adeò aliqua inter ipſos exiſtat obligatio non mirum, cur poſſeſſor pro libito feudum alienare, & hoc ipſo alteri ſpem ſuccedendi auferre poſſit. *arg. c. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* ubi diſertis verbis profertur, inveſtituram hanc nullum detrimentum poſſeſſori inferre: Sequens igitur eſt, etiam eam alienationem vel aliam poſſeſſoris diſpoſitionem impedire non poſſe. Atqui in ſimultanea inveſtitura tam poſſeſſoris, quàm inveſtiti intervenit conſenſus, & inde mutua inter ipſos contrahitur obligatio, quam diſſentiente altero, facto unius diſſolvi, juris ratio non patitur. Ut proinde ex hoc ipſo manifeſta inter hæc duo genera inveſtituræ appareat differentia, & quod inde ſequitur, ab uno ad aliud minimè inferri poſſit. *l. naturaliter: §. nihil commune de acquir. poſſeſſ. l. Papinianus exuli. de minoribus l. final. de calum.*

Idque † non ſolùm ad hoc propoſitum pertinet, ſed generaliter obſervandum, ex eo, quod in jure Saxonico noſtro multis in locis de altera inveſtitura, quam vulgò **Gedinge** vocant, diſponitur, minimè deſumendum eſſe argumentum ad eam, quæ ſimultanea ſive **geſambte handt** appellari ſolet, cum ex iis, quæ hactenus diximus, evidens ſit, has duas ſpecies eſſe inter ſe longè diverſiſſimas. Et ſanè haud ſcio, an in jure Saxonico ſcripto de ſimultanea inveſtitura, de qua nunc verba facimus, ullum reperiatur verbum, præter eam facti ſpeciem, qua fratres ſimul poſſidentes feudum inveſtiuntur, quæ inde *in cap. 23.* etiam **geſambte handt** nuncupatur. Licet interim in hac ſpecie communis illa poſſeſſio hoc nomen mereatur, **die geſambte handt**: Inveſtitura verò ſimultanea etiam altero non poſſidente ſic appellatur, ut ita, licet ad affectum quod attinet, optimè conveniant, ſint tamen etiam hæc inter ſe aliquo modo diverſa. De quo ideo viſum fuit monere, quia animadverti, multos in hoc deceptos fuiſſe, quod conſiderantes inveſtituram ſimultaneam, eandem de futura ſucceſſione habere conditionem in eventum, quo poſſeſſor ſine hæredibus maſculis deceſſerit, collatam, quam etiam altera continet inveſtituræ ſpecies, quæ inde **gedinge** appellatur, exiſtimarunt, etiam ſimultaneam inveſtituram hoc nomine **gedinge** comprehendi, atque ideo omnia ea, quæ jure Saxonico de **gedinge** ſtatuta habentur, ad hanc inveſtituram pertinere, prout etiam ſenſit auctor additionis *art. 3[illegible] lib. [illegible]*

lib. 1. ſpecul. Sax. in gloſ. German in verſ. vnd bricht alle Gedinge. Longè verò aliter rem ſeſe habere, & aliud eſſe Gedinge / aliud etiam ſimultaneam inveſtituram, ex iis quæ hactenus diximus, nemini non patere arbitror.

14 Hæc † autem, quæ paulò ante de jure inveſtitis ſine conſenſu ipſorum non extorquendo aſſeruimus, non ſolùm in feudo antiquo procedunt, ſed etiam in feudo novo. Nam cum in ſimultanea inveſtitura interveniat factum inveſtiti recipientis inveſtituram à Domino, atque inde etiam in feudo novo proprio facto jus quæſitum habeat: nihil ſanè attinet diſtinguere inter feudum novum & antiquum, non minus enim in jure quæſito in feudo novo, quàm in antiquo locum ſibi vendicant rationes ſuprà adductæ, quæ docent, nemini invito jus ſuum extorqueri debere, vel poſſe: & comprobatur iis, quæ ſcripta reliquerunt *Andr. de Iſer. & Alvarot. in c. 1. & ibi Matth. de afflict. nu. 17. & ſeqq. de alien. feud. pater.*

15 ubi concludunt, ſi † feudum novum non ſolum reſpectu patris, ſed ſimul etiam contemplatione filii conceſſum fuerit, quod tum feudum hoc facto parentis filio auferri non poſsit. Si enim in feudo etiam novo ſola contemplatio ejus eſt efficaciæ, ne pater filio præjudicare poſſit: utique multò magis proprium factum recipientis inveſtituram idem operabitur, ne videlicet alius jus inde partum ſibi adimere poſsit. Accedit doctrina *Jaſon in l. qui Romæ: §. Flavius: de verb. obligat.* dum *ibi nu. 19.* communem interpretum ſententiam, donationem in futurum eventum collatam poſſe à donatore revocari, declarat, ut non procedat, ſi donatarius vel alius quiſpiam nomine ejuſdem acceptaſſet, ſicque facto ſuo proprio jus ſibi quæſiviſſet.

16 Ex † quo conficitur, differentiam illam, quæ inter feudum novum & antiquum, ad alienandi facultatem quod attinet, jure communi feudorum conſtituitur, ad jus ſimultaneæ inveſtituræ minimè pertinere, ſed eam jure Saxonico inter collaterales penitus eſſe ſublatam, prout etiam teſtati fuerunt *D. Fachs & frater D. Modeſtinus in conſiliis in fine additis.* Nec obſtat, quod (ut quidam conſiderabant) pro regula traditum eſt, quem † beneficio 17 uti non debere contra illum, per quem iſtud ſibi eſt quæſitum. *l. Amiciſſimos. §. fin. ubi not. Bart. l. adminiſtrationis, §. fin & l ſeq. ubi Bald. ff. de excuſat. tutor Idem Bald. in l. id quod pauperibus col. 9. C. de epiſc. & cler. Bart. & Jaſ. in l. Cum filioſam nu. 5. de leg. infr.* Nam etſi quis ſimultaneam inveſtituram in feudo novo beneficio poſſeſſoris, & domini conſequatur, tamen quando proprium ipſius illam acceptantis, &, ut moris eſt, juramentum domino præſtantis factum accedit, utique non omnia ex alieno beneficio dependent, ſed eſt etiam, quod ſibi merito acceptum feratur. Neque verò illius regulæ ea poteſt eſſe vis, ut, quæ mutuo duorum conſenſu & contractu quis eſt aſſecutus, alter ipſi auferre queat contra omnem æquitatis naturalis rationem *l. 1. ff. de pactis & contra reg. l. 1. C. Quando lic. ab empt.* quin potius locum ſibi vendicat illud vulgatum: quæ ab initio fuerunt voluntatis exinde eſſe neceſſitatis. *l. ſicut. C. de act. & obl.*

Recipiunt † tamen etiam iſta notabilem limitationem, ut locum minus obtineant, quando is, qui de feudo novo ob propria ipſius merita fuerat inveſtitus, alios ſimul inveſtiri ſecum curavit, & tamen horum inveſtituram recipiendo aliud factum nullum acceſſiſſet. Hoc enim caſu integrum ipſi eſt de feudo iſto pro libito diſponere, & alios à jure nec dum plenè quæſito excludere, argumento eorum quæ docet *Bart. in l. 3. per illum text. de ſerv. exportand. & in d. l. qui Romæ §. Flavius: poſt medium: verſ. ulterius habetur hic: de verbo. obligat.* 18

Ubi

19 Ubi † in tali facti ſpecie, qua quis donavit cuipiam fundum, ut is certo tempore elapſo cederet illum Eccleſiæ, exiſtimavit, ſola donatoris voluntate donationem iſtam revocari poſſe: & doctrinam hanc ſequuntur *Aretin. in d. §. Flavius col. 3. verſ. Extra gloſ. quærit Bart. & col. 4. circa principi. verſ. Et ex his infertur ad deciſionem quæſtionis: Item Imol. Alexan. Jaſ. & reliqui ab eodem Jaſ. ibidem nu. 15. commemorati.* Bartoli etjam ſententiam amplecti videtur *Ang. in l. quoties: C. de donatio. quæ ſub modo: & ibi etiam Salicet. qui licet. nu. 4.* diſputandi gratia eam impugnet, deciſivè tamen *nu. 3.* in eam diſcedit, & veram atque communiter receptam eſſe teſtatur Jaſon *in d. §. Flavius. nu. 15. poſt med. & num. 16. in fin.* Eſtq; de doctrina iſta in propoſito vel ideo minus dubitandum, quia præſupponimus, feudum meritis poſſeſſoris acquiſitum, atque adeò ſimultaneam inveſtituram ipſius potiſſimum contemplatione aliis conceſſam fuiſſe.

20 Nam † hoc caſu nihil impedit, quò minus is, cujus gratia pactum fuit appoſitum, abſque conſenſu alterius id revocare poſſit, ut per textum *l. quæſitum & gl. ibidem: de ſerv. exportand. & l. 1. qui ſine manumiſſ. ad liber. perven.* tradit Aret *in d. §. Flavius col. 3. circa med.* inde declarans jam dictam doctrinam Bartoli. Confirmatur hæc ſententia magis in ſpecie per ea, quæ de alienatione feudi ſcripta reliquerunt interpretes *in c. 1. de alienat. feudi patern. ubi Andr. de Iſer. nu. 9. & 10. Alua. num. 8. Matth. de Afflictis nu. 18. & 19.* & reliqui communiter tradunt, feudum novum, niſi contemplatione filiorum expreſsè conceſſum fuerit, ſine conſenſu ipſorum licitè in alium transferri poſſe; quantumvis hi in inveſtitura nominati fuerint, quod ſupra *quæſtione 4.* pluribus firmavimus. Neque refragatur huic deciſioni, quod per pactum conceſsioni appoſitum videatur quæſita utilis actio ſimultaneè inveſtitis *l. quoties. C. de donatio quæ ſub modo.*

Regula † enim *d. l. quoties* ita demum procedit, quando abſolutè & irrevocabiliter aliquid fuit donatum, vel conceſſum: tunc enim, quod ſemel donatione in me collatum eſt, ſine facto meo auferri invito mihi non poteſt at quando non abſolutè, ſed ita donatur, ſive conceditur, ut tunc demum accipientis fiat, cum aliquid inſequutum fuit (veluti in propoſito, ubi inveſtiti non aliter ad ſucceſsionem feudi admittendi ſunt, quàm primus acquirens ſine maſculis hæredibus deceſſerit) tum res aliter ſeſe habet, & donatio revocationi ſubjacet. *Ita per text. l. ſed etſi quis. §. 1. juncta gloſ. fin. de uſufr. in ſpecie reſpondet Jaſon. in ſæpè dicto §. Flavius n. 14. verſ. licet Bart. expreſſè non reſpondeat:* 21

Quamobrem cum quidam feudo ſibi ob merita in caſum mortis vaſalli adhuc poſsidentis promiſſo agnatos ſuos inveſtiendos curaſſet, & deinde reliquis excluſis, uni eorum jus hoc attribuere vellet: Domini Scabini Lipſenſes jam dictis fundamentis moti reſponderunt, hoc ſibi jure integrum, atque licitum eſſe: cujus reſponſi rationes alias ſi quis deſiderat, eas ex quæſtionibus clariſsimi viri D. Jacobi Thomingii ordinarii, petere poterit, ubi *quæſtione 23.* ſententiam hanc prolixè & more ſuo eleganter defendit. Nam ex eo loco iſta ſaltem utpote potiora, & ad propoſitum noſtrum conducentia huc referre viſum fuit.

Sic † etiam è contrario, licet quis 22
ſimultaneam inveſtituram facto ſuo impetraverit: niſi tamen id conſentiente poſſeſſore fecerit, ea obſtaculo non eſt; quò minus poſſeſſor pro libito feudum alienare poſſit, quamvis is inveſtito ſuccedendi ſpem, revocabilem tamen prius conceſſerit, veluti, ſi quis alteri rem feudalem in caſum mortis ſuæ dono dediſſet & donatarius, inſcio donatore, conceſsionem hanc à domino feudi confirmare, & ſemet cum poſſeſſore ſimul inveſtiri curaſſet.

Hanc enim inveſtituram non obſtare
poſſeſſori, ut ideò minus de feudo pro
libito diſponere poſſit, pronunciarunt
domini. Quippe cum donationem
cauſa mortis factam ante extremum
vitæ diem revocare liceat, atque adeò
hæc ulteriorem diſpoſitionem non im-
pediat, *l. mortis cauſa. l. qui mortis cauſa,*
l. ſenatus §. Donatio: de mortis cauſa donat.
l. non omnis ſi cert. petat. §. 1. Inſt. de donat.
neque etiam inveſtitura ſine conſen-
ſu poſſeſſoris impetrata aliquod præju-
dicium ipſi afferre potuerit, per ea,
quæ ſupra de altero inveſtituræ gene-
re, quod inſcio poſſeſſore concedi ſo-
let, diximus. In hæc itaque verba con-
cipiente D. Jacobo reſponſum fuit.
S. W. hat Hans Schlanewitz ſein Gut
Krummau Hanſen von Ocherſchitzki vnd
deſſelben Lehenerben / Anno 1549. vff
ſeinen Todesfall / vnd dergeſtalt vberge-
ben / wo er / der von Schlanewitz / ohne
Lehenserben verſtürbe / das alßdann ob-
gedachtes Gut Krummau niemandes an-
ders denn gemelter Hans von Ocher-
ſchitzki vnd ſeine Lehnserben zugewarten
haben ſollen. Ob nun gleich nicht allein
die vnter Lehnherren / von denen ſolch
Gut ohne mittel zu Lehn rüret / ſondern
auch der Landesfürſt vnd ober Lehnherr
ſolche vbergabe confirmiret vnnd beſteti-
get / die vnter Lehnherren auch in jhrer ge-
thanen Confirmation vnter andern ge-
meldet / daß ſie Hanſen von Ocherſchitzki
auff obbemelten fall die Lehn mit Hand
vnd Mund ſambt vnd ſonderlich gethan:
Dieweil aber dennoch auß ewern bericht
vnd den beygefürten Copeyen nicht zu-
befinden / daß Hans von Schlanewitz ge-
melten Hanſen von Ocherſchitzki vnnd
ſeine Lehnserben neben jhme ſemptlich
zubeleihen gebeten / oder ſolche angemaſte
Belehnung folgends wiſſentlich ratifi-
cirt vnd beliebet / ſondern die ergangene
Confirmation vnnd derſelben mit ein-
vorleibte ſemptliche Belehnung vielmehr
auff Hanſen von Ocherſchitzki bitt allein
(dafür ſichs auß ſolcher beſtettigung der
Copey jhr vns mit B. ſignirt zugeſchickt /
anſehen leſſet) ergangen / wie dann ferner
auch die fürſtliche Confirmation auff jetzt
gemeltes Hanſen von Ocherſchitzki vn-
terthänigſte bitt (wie daſſelbige gemeldet
wird) erfolget / So haben ſich auch vielge-
dachtes Hanſen von Ocherſchitzki nun-
mehr ſeligern hinterlaſſenen Lehnserben
am berürten Gut Krummau noch zur zeit
vnnd bey leben des Donatoris Hanſen
von Schlanewitz keiner beſtändigen Ge-
rechtigkeit anzumaſſen / Vnd iſt demnach
deme von Schlanewitz vnbenommen /
ſein Eheweib höher vnd ſtattlicher denn
zuvor geſchehen / auff ſolch Gut zubeleib-
dingen / V. R. W.

Cæterùm † quod hactenus pro- 23
bavimus, ſimultaneè inveſtitis jus ipſo-
rum à poſſeſſore feudi auferri non poſ-
ſe, iſtud etiam in domino feudi proce-
dit, ut nec is quidem aliquid tentare
poſſit, quod in diminutionem juris ex
ſimulta. inveſtitura quæſiti redundet.
Nam omnes rationes quas ſupra in
hanc ſententiam adduximus, etiam in
domino feudi locum obtinent, atque
inſuper diſertè ſtatuitur *in c. 1. de alien.*
feud. patern. ex quo textu not. Matth.
de Afflict. *ibi num. 23. & 29.* quod † do- 24
minus non poſſit quippiam facere in
præjudicium ejus, ad quem pertinet
ſucceſſio feudi, facit textus *in c. 1. §. fi-*
liam. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. §. 1. de grad.
ſucced. in feud. & in c. 1. An mutus vel alias
imperf. ſuffragatur etiam alia certiſſima
juris regula, quæ docet, neminem feu-
do ſine ſucceſſionis jure ſibi compe-
tente in re feudali ſine culpa ipſius pri-
vandum eſſe, *c. 1. de feud. ſine culpa non*
amitt. c. 1. §. ſi quis fuerit: Quo tempore
miles inveſt. petere debeat. Romanus Conſ.
70. num. 3.

Sextò † pro pleniori cognitione 25
hujus juris obſervandum, ex ſimulta-
nea inveſtitura non ſolùm tale jus quæ-
ri inveſtitis, quod neque à domino, ne-
que à poſſeſſore ipſis invitis extorqueri
queat, ſed &, ſi poſſeſſor feudum alie-
naverit, inveſtitis contra tertium poſ-
ſeſſorem actionem revocatoriam

competere, ad ſimilitudinem ejus actionis, quæ agnationibus jure ſuccedentibus jure communi feudorum conceſſa eſt. *c. 1. §. Titius: ſi de feud. defunct. c. 1. de alien. feud pater. c. 1. §. porrò, qualiter olim feud. poter.*

26 Nam licet † aliàs inveſtitura abuſiva nullum jus in re, neque adeò actionem realem tribuere ſoleat, (c) *ut not. in c. 1. ubi Matth. de Afflict. num. 4. quid ſit inveſtitu. Johann. Fabr. in §. interdum: Inſt. de rer. diviſ. Bald. in c. 1 §. inveſtitura: de nova forma fidelit. Jaſ. in l. quoties. numer. 31. C. de rei vendicat.* ſed duntaxat actionem perſonalem contra dominum producat. *c. 1. §. ſi facta: ſi de feudo defunct. fuerit contro. cum aliis adductis per Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. inveſtitura. nu. 2. de nova form. fidel. & in c. 1. nu. 5. 6. 7. qui ſucceſſor. teneant: & in deciſ. 299. & Pariſ. in conſil. 22. num. 58. vol. 1.* tamen cum per inveſtituram ſimultaneam inveſtitus jus ſuccedendi nanciſcatur, non minus validum, quàm agnatis jure communi ex agnatione competit, & quidem tale, quod facto poſſeſſoris ipſis invitis non magis auferri poſſit, quàm agnatis, ut abunde jam probavimus: rationi conſentaneum omninò eſt, ut, quemadmodum agnatis pro tuendo jure ſuo actio revocatoria competit, ita eadem etiam ſimultaneè inveſtitis pro conſervando ipſorum jure ab agnatorum jure non abſimili detur, ad exemplum etiam Favianæ, qua revocantur alienata in fraudem patroni. *l. 1. ff. ſi quid in fraudem patron. & l. 1. & 2. C. ſi in fraud. patern. alienat. fact. fuerit:*

27 tum † quia, ubi eadem eſt ratio, ibi etiam convenit, ut idem jus conſtituatur. *l. illud. ad L. Aquiliam l. A. Titio: de verbor. obligat.* & tacitè cautum videtur, ubi eadem ratio reperitur. *l. his ſolis: C. de revocat. donat. not. in c. 1. de tempor. ord. lib. 6.* tum etiam quia jus ſimultaneæ inveſtituræ ſucceſſit in locum illius juris, quod agnatis jure communi alioqui competit, atque adeò par eſt, ut ſecundum jus illud agnatorum cenſeatur, & iiſdem gaudeat beneficiis, cum † regulariter ſubrogatum recipiat naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur: 28
l. 1. §. hac actio: & ibi notat. Bart. ff. ſi quis teſtament. liber. l. ſi eum: §. qui injuriarum: ubi notant DD. ſi quis caution. l. 1. §. 1. C. de rei uxor. actio. ex quo communiter tradunt Interpretes, quod, ſi ſtatuto, vel conſvetudine noviter introducitur aliquid in locum ejus, quod jure communi conſtitutum eſt, tum iſtud aſſumat omnes qualitates jure communi tributas illi, in cujus locum ſuccedit, ut de jure agendi ſuccedente in locum querelæ, *not. Bart. & DD. in l. ſi quis filium: C. de inoffic. teſtam. latè Jaſ. in l. certi condictio: in princip. ſi cert. petat.* & de tempore appellationis à ſtatuto in locum temporis à jure communi præfixi, docet *Johann. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de appellat. §. nunc breviter: not. gl. in Auth. hodie, C. de appellat.* Et de præſcriptionis tempore ſtatuto vel conſuetudine immutato tradit *Bald. in l. fin. in 3. notab. C. de præſcriptio. 30. vel 40. annor. & Jaſ. in §. pœnales: Inſtit: de action.* meritò itaque juri etiam ſimultaneæ inveſtituræ eadem revocandi facultas competet, quæ ex jure ſuccedendi, in cujus locum ſurrogatur, tributa eſt agnatis.

29 Corroborantur † hæc alia trita juris regula, quæ docet, conſuetudines atque ſtatuta à jure communi interpretationem recipere. *l. 1. §. ſi de falcidia. ad l. Falcid. c. Ex parte: & ibi notat. Abb. de verbor. ſignific.* uſque eò, ut, ſi conſuetudine vel ſtatuto quid introducatur, omnes leges de ea diſponentes, illi accommodandæ ſint, *ut tradit Bart. in l. omnes populi: num. 60. verſ. quartò quæro: de juſt. & jur.* ubi hanc interpretationem paſſivam appellat, atque inde infert, ſi ſtatutum alicujus civitatis induceret munus aliquod perſonale, quod omnes leges, quæ de muneribus perſonalibus loquuntur, in eo ſibi locum vendicent. *arg. l. 1. §. 1.* de

de muner. & honor. Sic etiam ad ſtatutum, quod teſtamento coram duobus teſtibus condito juris vigorem tribuit, omnes alias leges de teſtamentis diſponentis pertinere, atque hinc etiam Falc. ad Trebellianicam in ejuſmodi teſtamento locum habere exiſtimat. Quam doctrinam refert & ſequitur *Petrus de Anchoran. in c. canonum ſtatuta: in tertio membro: de interpretatione declarativa agens: verſ. ulterius etiam advertendum: de conſtitut.* Faciunt quæ tradunt *Bald. in conſil. 32. incip. an ſi ſtatutum augetur: tit. de teſtament. Barthol. Socinus in conſil. 154. incip. conſultationem præſentis difficultatis: colum. 4. & quæ not. Jaſ. in l. ſi infanti: numer. 8. circa fin. C. de jure delib.* ubi concludit, cum hodie jure novo mater & frater unà cum patre ad ſucceſſionem filii admittantur, quod etiam iis beneficium veteris juris, nempe *d. l. ſi infanti*, competat. Hinc enim rectè extruitur, cum per ſimultaneam inveſtituram nova quædam ſuccedendi ratio conſuetudine ſit introducta, quod etiam huic rationi omnia ea, quæ jure communi feudorum de agnatorum ſucceſſione ſancita reperiuntur, accommodanda ſint, atque propterea vigore ſimultaneæ inveſtituræ ſuccedentibus non minus competat jus revocandi, quàm agnatis.

30 Neque † verò in materia feudali expreſſa ſemper requiritur deciſio, ſed ex iis, quæ jure illo deciſa ſunt, ad ſimiles caſus eandem rationem habentes inferre licet, *ut not. gloſ. in c. 1. in verbo. comprehenſus: de cognit. feud.* quam ſequuntur *Jacob. de Belviſ. Alvarott. & Matth. de Afflict. ibi:* inde generaliter concludentes, quæſtionem feudalem ſecundum ſimile juris feudalis magis, quàm ſecundum juris communis rationem decidendam eſſe, quod etiam ſenſit *Bald. in l. de quibus col. 19. de LL.* Accedit hiſce, quod ſi aliter diceremus, & ſimultaneè inveſtitis jus revocandi denegaremus, integrum ſanè relinqueretur poſſeſſoribus, ut alienando inveſtitos ſuccedendi jure, proprio ipſorum facto quæſito, privare poſſent, & fruſtra jure Saxonico ſtatutum eſſet, poſſeſſorem ſimultaneè inveſtitis nullum poſſe gignere præjudicium. *d. cap. 8.* quod quia verbis illius textus manifeſtè repugnat, & omni tam juris ſcripti, quàm æquitatis naturalis rationi ſupra conſideratæ reluctatur, minimè eſt admittendum. *l. 1. §. unde quæritur. de publicia l. Nam abſurdum de bon. libert. l. obſervare. §. fin. de offic. proconſ. & leg.* abſurdum enim & irrationabile eſt, rem, quam in ſuis bonis purè non poſſidet, ad alios quem poſſe transferre, & alienam ſpem decipere, ut reſcripſit Imperator *in l. ſi duobus: §. ſed quia C. commun. de legat.* Denique hoc ipſum, quod videlicet ſimultaneè inveſtitis competat jus revocandi bona alienata à poſſeſſore, aſſerit D. Hieronymus Schurff juris hujus peritiſſimus *in conſil. 30. centur. 1.* ubi *numer. 5.* ait, quando feudum novum conceſſum eſt duobus fratribus cum jure ſuccedendi invicem, & unus alienaret feudum cum conſenſu domini, quod hoc ipſo non præjudicet alteri non conſentienti: & clarius *in conſil. 62. cent. 2.* ubi *numer. 6.* disertè inquit, quod jure Saxonum feudali vaſallus in præjudicium habentis ſimultaneam inveſtituram feudum non poſſit alienare, & quod hoc etiam experientia doceat, quæ eſt rerum magiſtra. & in fine ſubjungit, eſſe de natura ſimultaneæ inveſtituræ, ne vaſallus poſſidens feudum, illud ſine conſenſu inveſtiti in alium transferre queat, & quod idcircò dominus ſimultaneè inveſtiendo cenſeatur ea lege, ac conditione id facere, ut poſſeſſori alienare non liceat, ſine conſenſu inveſtiti, quamvis expreſſerit. Cui etiam teſtimonium perhibent *D. Fachs*, & frater *D. Modeſtinus* in conſiliis ad calcem hujus quæſtionis additis. Quæ ideò pluribus firmare placuit, quoniam memi-

memini aliquos etiam magni nominis Jureconſultos naturam ſimultaneæ inveſtituræ non rectè attendentes, ſed eam ex jure abuſivæ inveſtituræ cenſentes in hoc impegiſſe.

Præter ea, quæ de ſimultanea inveſtitura hactenus diximus, ſolet etiam non rarò in quæſtionem venire, an neceſſe ſit ſemper petere renovationem inveſtituræ ſimultaneæ, ita, ut ſi id prætermiſſum fuerit, quis jure illo excludatur.

31 Nam † etſi, ad jus commune feudorum quod attinet, expeditum ſit, quod vaſallus non poſſidens feudum non teneatur petere renovationem inveſtituræ, neque ob prætermiſſum hoc officium feudo privetur, *ut docet Guliel. de Cun. & Bald. in l ſolennibus: in fin. C. de rei vendit. per text. in l. firma: §. ſi cum ego: de cenſibus: & Alvarot. in c. 1. in princ. col 5. verſ. quid ſi vaſallus: quæ fuer. prim. cauſa beneſic. amitt. Præpoſitus, & Matth. de Afflict. in c. 1. quo tempore miles: Curt. Jun. in tract. feud. in 5. parte. 23. cauſa privationis: numer. 54. Ruinus in conſ. 1. nu-*

(d) *mer. 3. vol. 1.* (d) Cujus hanc tradunt rationem, quia, qui non poſſidet, non dicitur eſſe in dolo, qui, ut ob non petitam inveſtituram feudo quis privetur, omnino requiritur, ut probatur *in c. fin. de prohib. feud. alienatione per Lothar.*

32 Tamen † jure Saxonico quæſtio hæc probabili dubitandi ratione non caret, propter ea, quæ Hieronymus Schurff *conſil. 16. cent. 1.* & D. Fachs, ac frater in conſiliis infra ſubjectis aſſerunt. Poſſem quidem hoc loco multa magna ſtudio collecta, & longo uſu obſervata in utramvis partem in medium afferre: ſed quia me non latet, in ardua quadam cauſa quæſtionem iſtam inter magnos principes jam agitari, ne alterutri litigantium aliquod præjudicium faciam, ideo iſta in aliud tempus reſervanda eſſe duxi. Interim verò apud noſtros ſine hæſitatione tenebimus id, quod Conſtitutione Electorali (e) nuper clarè ſancitum eſt, reno- (e)
vationem inveſtituræ neceſſariò petendam eſſe, in medio relinquentes, quid aliis in locis leges Saxonicas uſurpantibus ſecundum hujus juris rationes judicandum ſit. (f) (f)

33 Hoc † autem extra omnem controverſiam poſitum eſt, ſi plures unum & idem feudum poſſidentes deinde bona diviſerint, neceſſarium eſſe, ut ſe de illis ipſis bonis denuò inveſtiendos curent. Nam iſtud & *in c. 32.* Lehnrecht dilucidè eſt diſpoſitum, & uſu ita obſervari ſolet, atque hanc habet rationem, quoniam, cum diviſione à communione bonorum recedant, hoc ipſorum facto invicem ſuccedendi jure à communione dependente, ſecundum leges Saxonicas ſemetipſos abdicaſſe cenſentur: quippe cum poſt diviſionem cuilibet certa portio obveniat, & in hac portione præter communionem prius inter ipſos exiſtentem, necdum aliquod ſuccedendi jus ſeparatim ſit quæſitum: meritò itaque inveſtitura ſimultanea iſtud de novo eſt acquirendum, id quod etiam conſtitutionibus Electoralibus eſt confirmatum parte 2. conſt. 45. (g) Proinde (g)
cum quidam in judicio Curiali, intentata actione revocatoria, feudum ab agnato alienatum, repeteret à poſſeſſore, & ſuſceptis probationibus appareret, avum actoris & alienantis, qui fratres fuerant, ſecundum illud unà poſſediſſe, & poſt factam diviſionem denuo non curaſſe ſe inveſtiri ſimultaneè, neque actor etiam aliter inveſtituram hanc impetraſſet: fuit hac ſola de cauſa reus abſolutus, nullo actori ob defectum ſimultaneæ inveſtituræ agendi jure competente.

34 Eſt † tamen hoc loco notandum quod dominus requiſitus inveſtituram ſimultaneam hoc caſu denegare non poſſit, ſed eam poſt diviſionem factam denuò concedere teneatur, ut clarè aſſerit *Hieron. Schurff. conſ. 148 inter conſilia feudalia*, quod etiam *in d. conſt. 45.*

eſt

Digitized by Google

eſt ſancitum, ibi, Die jhnen auch vnwegerlichen gelichen werden ſoll.

35 Præterea † ſciendum, etſi juxta leges Saxonicas diviſione ſimultanea inveſtitura diſſolvatur, id tamen duntaxat inter ipſos dividentes, & ejusdem hæredes locum habere: ſecus verò, quò ad alios, quibus ſanè alienum dividentium factum minimè præjudicare poſſe videtur. Hoc enim primo ſuadet ratio paulò ante conſiderata, quæ aliter ſibi locum non vendicat, niſi quando proprium dividentis factum accedit. Par igitur eſt, ut ex hac ratione etiam diſpoſitio iſta juris Saxonici interpretationem recipiat. *l. cum pater. §. dulciſſimis: de legatis. 2 l. adigere. §. quamvis. de jure patronatus.* Deinde idem probat trita illa juris regula, quæ ex naturali æquitate deſumta docet, nemini jus ſuum ſine proprio ipſius facto auferri deberi vel poſſe. *l. id quod noſtrum: de reg. jur.* Nam cum hæc tantùm in propoſito valeat, ut factum alicujus alienantis nullum poſſit afferre præjudicium alleri in jure ex ſimultanea inveſtitura quæſito, ut ſupra firmavimus: utique propter hanc ipſam rationem multò minus diviſione inter alios inita jus alterius di ninui poterit. Suffragantur etiam hiſce verba tam juris Saxonici, quàm etiam conſtitutionis Electoralis, quæ duntaxat de pluribus unum & idem feudum pro indiviſo poſſeſſum dividentib. loquuntur. quin inſuper in d. conſt. neceſſitas illa renovandæ inveſtituræ diſertè reſtringitur ad illos, qui diviſionem invicem inierunt, Vnd derwegen ſollen die/ ſo ſich getheilet / vnnd hiebevor die geſambte Hand gehabt/ alßdann anderweit vernewerung des geſambtnuß in gebürlicher friſt erlangen.

Non † igitur diſpoſitio iſta ultra caſum, quem verba expreſsè deſignant, porrigenda, cum verba juris municipalis diligenter & ſtrictè obſervari, neque ultra ea, de quibus diſertè loquuntur, extendi debeant. *l. proſpexit. qui & à quibus: l. 4. §. Toties. de dam. infect. l. 1 §. ſi is qui navem: verſ. in re igitur dubia: de exercitor. act. l. quod conſtitutum. de milit. teſtam. l. conſtitutionibus: ad municipal. not. Bart. & DD. in l. non dubium: de leg. Bald. in l. cum ancillis. col. fin. verſ. ſed pone quod ſtatuto. C. de inceſt. nupt. cum aliis adductis per Tiraq. in l. ſi unquam. ad verb. libertis. num. 2. C. de revoc. donatio.* ut perinde, licet nullum mihi hac de re extet præjudicium, tamen & verbis juris Saxonici & tam juris, quàm æquitatis rationibus hoc exigentibus ſecundum hanc ſententiam reſpondere non dubitarem. Quia verò pleraque eorum, quæ de natura ſimultaneæ inveſtituræ hactenus in medium protulimus, à conſuetudinn potiſſimum dependent: ideò ut majorem fidem noſtra aſſertio mereatur, hiſce conſilium quoddam D. Ludovici Fachs juris hujus experttiſſimi, ſubjungemus, in Latinum ſermonem tralatis iis, quæ Germanico idiomate ab eo partim conſcripta erant. 36

Conſilium D. Ludov. Fachſij de ſimultanea inveſtitura.

FACTI SPECIES.

Pater Caſparis à K. Jacobum & Otthonem à K. agnatos omni ſuccedendi jure antea deſtitutos cum univerſis ſuis bonis ſub rege Boëmiæ in inferiori Luſatia ſitis ſimultaneè inveſtiri curavit, in cujus compenſationem Jacobus & Ottho à K. promiſerunt, ſe viciſſim intra annnm & diem facturos, ut Caſpar ejusque filii cum ipſis & eorum feudis, quæ à Duce Saxoniæ tenebant, ſimul inveſtirentur, hac lege, ut, ſi minus hoc futurum eſſet,

ſet, ſimultanea illa inveſtitura, quam cum Caſpare à K. communem habebant, irrita eſſe deberet. Verum huic promiſſioni Jacob. & Ottho à K. non præfinito annui temporis ſpacio, ſed quinquennio demum pòſt, ſatisfecerunt, & paulò poſt alieno ære obruti feudum ſuum venundare ſunt adacti. Quod ut Caſparis à K. confirmaretur conſenſu, ei quoque promiſerunt, ut feudum ſuum, cum quo ſimul inveſtiti fuerunt, pro libito diſtrahere poſſet. In cujus rei fidem inſtrumento confecto, Jacob. à K. non ſolum ſemetipſum, ſed & fratrem Otthonem abſentem paulò ante iter ſuſceptum conſenſu ſuo idem approbaſſe, ſubſcriptione teſtatus fuit, atque inſuper in ſe recepit, ſi neceſſe foret, ſe fratris abſentis nomine cautionem de evictione præſtiturum. Proinde quadriennio elapſo Caſpar à K. itidem obæratus, abſente Otthone à K. feudum ſuum Euſtachio à S. vendidit, eique evictionis nomine datis fidejuſſoribus, cavit. Cumque Euſtachius à S. etiam conſenſum ſimul inveſtitorum peteret, ſignificavit ei Caſpar à K. neminem ſecum infeudatum fuiſſe præter Jacobum & Otthonem à K. qui ſimultaneæ inveſtituræ tum renunciaſſent: Bohemiæ etiam Rex Euſtachium à S. emtorem infeudavit. Accidit nunc, ut Ottho à K. cum venditioni non conſerit, eam revocare conetur. Inſuper ſunt alii nonnulli ejuſdem familiæ à K. qui cum, ignorante venditore, ejusque parente prius, quàm Jacobus & Ottho à K. cum venditoris patre ſimul inveſtirentur, ſuccedendi jus in feudo alienato ex promiſſione domini nacti eſſent, novas emtori minantur lites, ſi Ottho à K. ſuccumberet. Quæſtionis igitur eſt, primò, cum Jacob. & Ottho à K. intra annuum tempus venditoris patrem ſecum inveſtiri à Duce Saxoniæ, ut promiſerant, non impetraverint, utrum hoc ipſo ſimultanea inveſtitura exciderint.

Deinde, numne Jacobi à K. conſenſus ſuo fratrisque nomine datus, ex parte fratris ſit ſufficiens, & an Otthonis conſenſus fratris Jacobi à K. & venditoris Caſparis à K. teſtimoniis probari queat.

Tertiò, an Ottho à K. feudum venditum Caſpare ejuſque hæredibus ſuperſtitibus citra refuſionem precii revocare poſſit.

Quartò, ſi vivente Caſpare à K. id Otthoni integrum non eſſet, an ſaltem ſuperſtite Caſpare à K. ejuſque hæredibus ad emtionem admittendus ſit, ita ut Euſtachius à S precio & impenſis reſtitutis feudum Otthoni tradere compellatur.

Quintò poſito, Otthonem id obtinere minus poſſe, quæritur, num reliqui etiam ejuſdem nominis à K. qui emtore inſcio à rege Bohemiæ ſunt inveſtiti, emtionem hanc in irritum vocare poſſint, vel ſaltem ad emendum feudum potiores ſint.

1. *Dies conſtituit in mora, & efficit, ut pœna committatur, neq; purgatio moræ locum habet.*
   Niſi purgationi moræ tacitè vel expreſſè ſit conſenſum. num. 2.
3. *Moram tacitè videtur remittere, qui precium recipit.*
4. *Conſentiens alienationi jus revocandi non habet.*
5. *Ob negocium nomine abſentis geſtum hic etiam ignorans obligatur: declaratur ut procedat tantùm in his, quæ utiliter geſta ſunt, num. 7.*
6. *Frater conſenſu vel alio facto fratri non præjudicat ſine mandato.*
8. *Venditor an ſit idoneus teſtis pro emtore.*
9. *Agnati feudum paternum alienatum defuncto alienatore ſine precio recuperare poſſunt; eo verò vivo, reſtituto precio.*
   Feudi paterni alienatio durat in vita alienantis.
10. *Feudum novum alienari poteſt ſine conſenſu agnatorum.*
   Et quæ ſit ejus ratio. num. 11.

22. In

12. *In feudo novo non ſuccedunt agnati.*
13. *Inter feudum paternum & novum nulla eſt differentia jure Saxonico: & num.18.*
In feudis nulla eſt abſque ſimultanea inveſtitura ſucceſſio agnatorum jure Saxonico, & num.18.
14. *Conſentiens alienationi alterius hunc invitum cogere non poteſt, ut viciſſim ſibi alienanti conſentiat.*
15. *Altero ex duobus agnatis conſentiente alienationi, alter tantùm pro portione ſibi delata feudum revocare poteſt.*
16. *Agnatus etiam vivo alienatore feudum redimere poteſt, refuſo precio.*
17. *Intellectus* c. Titius: ſi de feud. defunct.
19. *Inveſtitura ſimultanea eandem vim habet, quam feudum antiquum.*
20. *Agnatus quando annuo ſpacio, & quando tricennali præſcriptione à jure revocandi excludatur.*
21. *Inveſtitura etiam inſcio poſſeſſore feudi in caſum mortis ejus tertio concedi jure poteſt.*
22. *Inveſtitus inſcio poſſeſſore in caſum mortis ejus revocare non poteſt feudum alienatum.*
Inveſtitura ejuſmodi nullum poſſeſſori præjudicium afferre debet, neque alienationem impedit.
23. *Inveſtitura facta in caſum mortis poſſeſſoris expirat, feudo alienato.*
24. *Dominus inveſtiens aliquem cum re, quam præſtare non poteſt, de evictione tenetur, niſi inveſtitus hoc ſciverit.*
25. *Inveſtitura ſimultaneâ quomodo differat ab inveſtitura facta, inſcio poſſeſſore, in caſum mortis ejus.*
26. *Duobus de eodem feudo ſimul inveſtitis is præferendis, qui poſſidet.*
27. *Textus* in cap.7.&cap.11.juris Saxonici ſendalis *declaratur.*
28. *Romani opinio refutatur.*

PROPOSITIS quæſtionibus, divino invocato numine, ut reſpondeamus; poſſet alicui circa primum dubitandi curam afferre, quod Jacob. & Ottho à K. in obligatione ſua non ſolùm annuum ſpacium ad impetrandam inveſtituram ſimultaneam ſibimet præſtituerunt, ſed & hanc ſibi ipſis legem dixerunt, ſi id minus factum fuerit, tum jure ſimultaneæ inveſtituræ ſe privatos eſſe velle.

Nam cum tempore præfinito promiſſioni non ſteterint, hinc ſanè videri poſſet, eos propter conventionis legem jure iſto penitus excidiſſe, cum
1 † juris ſit indubitati, quod, ſi is, qui certo tempore facturum ſe aliquid vel daturum promittit, adjecerit, ſi ſtatuto tempore minimè hæc perfecta fuerint, pœnam ſe daturum, quod tranſacto tempore, citra ullam etiam admonitionem pœnæ pro ſtipulationis tenore fiat obnoxius: *l. Magnam: C. de contrahend. & comm. ſtipul.* uſque adeò, ut etiam non admittatur purgatio moræ: *l. Trajectitiæ: §. de illo: de actio. & obligatio. Bartol. in l. ſi inſulam: in 3. oppoſ. de verborum obligat. quem ſecundum Alexand. ibi communiter in hoc ſequuntur Doctor.*

Veruntamen cum prædicti duo à K elapſo demum tempore præfinito, fidem nihilominus ſolverint, & à Duce Saxoniæ impetraverint, ut Caſpar à K. cum ipſis inveſtiretur: isque hac inveſtitura contentus eam acceptaverit, atque hoc ipſo à tempore præſtituto, & lege exinde contractui data receſſerit, utique ipſi vel filio, vel etiam emtori tanquam ſucceſſori ſingulari amplius integrum nõ erit, annuum ſpacium in priore conventione præfinitum admodum urgere, atq; hinc à jure ſimultaneæ inveſtituræ Jacobum & Otthonem removere.

Quod † enim dicitur, ubi dies eſt & pœna, poſt diem elapſam pœnam committi, nec admitti purgationem moræ locum non habet, ſi purgationi moræ vel tacitè, vel expreſsè ſit conſenſum, ſicuti dictum illud limitat *Angel. in repetit. d. l. ſi inſulam: col. 5. verſ. Primò enim fallit*: facit † optimè in terminis noſtris text. *in l. poſt diem: de l. commiſſ.* 2 3

& in l. commiſſoria. C. de pactis inter emt. & vendit.comp. ubi venditor, qui ea lege aliquid vendidit, ut niſi intra certum tempus precium ſolveretur, res ſit inemta, ſi tranſacto tempore præſtituto precium petat, vel recipiat, non poteſt amplius dicere, venditionem nullam. Pertinet huc quod habetur in ſimili *in l.2. C. de jure emphyt. cum gloſ. in verbo recipere*: & quod tradit gloſ. *in verb. expelli: in c. fin. de locato:* ubi, licet emphyteutæ ſit conſtitutum certum tempus, intra quod ſolvat canonem, nempe triennium, & adjecta pœna, ut, ſi non ſolverit intra terminum, cadat à jure ſuo, nec admittatur purgatio moræ: ſi tamen dominus finito tempore canonem & penſionem omnium annorum præteritorum ab eo receperit, non poteſt amplius pœna in eum ſtatuta uti. accedit etiam text. *in l. Celſus: in 2. reſponſio. de arbitris.*

Ad ſecundam quæſtionem quod attinet, dubium non eſt, ſi probari poſſet, Jacobum & Otthonem à K. cum deinceps feudum ſuum venderent, etiam agnato ſuo Caſpari à K. viciſſim permiſiſſe, ut & is pro libito bona ſua alienare poſſet, quod venditionem à Caſpare celebratam in irritum revocare nequeant.

4 Nam † conſentiens alienationi jus revocandi non habet: §. *præterea: Quibus mod. feud. amitt. l. Non videtur: ſi quid in fraud. patron.* Cumque extet chirographum Jacobi de conſenſu ſuo teſtimonium perhibens, de probatione ejuſdem amplius non eſt laborandum. Sed circa perſonam Otthonis à K. videri quidem prima fronte poſſet, neque hunc feudum alienatum, conſenſu præpediente, revocare poſſe: cum Jacobus non ſolùm eo abſente ipſius nomine conſenſerit, ſed & in ſe receperit, ſe in ejus rei fidem literas ab eo impetraturum; atque inſuper etiamnum profiteatur, fratrem ante diſceſſum alienationem illam ratam habuiſſe.

Nam † datò, eum nullum à fratre habuiſſe mandatum, quia tamen nomine Otthonis abſentis negocium geſſit, ex hac cauſa abſens etiam ignorans obligatus eſſe videtur, *argum. §. 1. Inſtit. de obligat.* quæ ex quaſi contractu naſcuntur, ita ut damnum, quod inde ſenſit, non quidem emtor, ſed potius frater, qui negocium ejus gerens in venditionem conſenſit, præſtare teneatur.

Verùm † cum non ſolùm juris 6 ſcripti, ſed & naturalis ratio doceat, factum atque conſenſum alterius alteri præjudicare non poſſe, ac nemini per alterum iniquam conditionem inferri debere, *l. Non debet. de reg. jur.* quippe cum naturalis ratio ſuadeat, conditionem alterius per alterum meliorem fieri poſſe, non autem deteriorem. *l. ſolvendo: de negoc. geſt. l. Iniquiſſimum: de jur. & fact. ignorant.* Exiſtimandum ſanè eſt, Otthonem à K. propter conſenſum à fratre Jacobo venditioni adhibitum à jure revocandi minimè removeri poſſe, ut dilucidè probatur *in l. 1. C. de commu. rer. alienat.* ubi dicitur, ſi duo habent rem communem, unus alienando non præjudicat ſocio in parte ſua, idem probat textus *in l penultim. eo. tit. ibi*, portionem tuam militaris frater tuus alienare non potuit. Sic etiam maritus non poteſt alienare rem uxoris, ſine ejus certa ſcientia & conſenſu: *l. 2. C de reb. alien. non alienand.* & eſt bonus textus *in l. mater tua: C. de rei vendicat.* Et mater non poteſt rem filii dare in ſolutum, niſi filio conſentiente, vel ratificante. *l. mancipia: d. tit. C. de reb. alien. non alienand.* Et generaliter rem vendens alienam non præjudicat domino: *l. nemo res. d. tit. C. de reb. alien. non alien.* Sic regulariter id, quod ipſi non poſſumus facere, eidem etiam non poſſumus dare conſenſum: Item, qui non poteſt agere in judicio, is etiam non poteſt conſentire, ut alius pro eo agat: *arg. l. filiusfamil. ff. de procur. & not. Abb. & Cano. in c. edoceri: de reſcript.*

7 Quod † verò ſupra dictum fuit, ex negocio per alium geſto dominum etiam ignorantem obligari, locum duntaxat habet, quando negocium utiliter cœptum eſt geri reſpectu domini, aliàs ſecus, uſque adeò, ut, etiamſi gerens putet eſſe utile (quod tamen hic prætendi non poteſt) non tamen obligetur dominus: *gloſ.1. l. ſi ſervum: C. de negoc. geſt. Angel. in §. actionum: Inſtit. de Actionib. l. ſi precium. C. de procuratorib.*

Poſito itaque conſenſum fratris Otthoni non obeſſe, videndum nunc eſt, cum Jacobus chirographo ſuo profiteatur ipſummet Otthonem à K. ante diſceſſum ſuum conſenſiſſe, utrum hujus atque etiam venditoris teſtimonio conſenſus Otthonis probari poſſit.

8 Et † quamvis aliqui ſint caſus, in quibus venditoris teſtimonium admittitur, eidemque fides adhibetur, ut *in l. pen. fin. reg.* hoc tamen in iſta facti ſpecie, ubi venditor de evictione tenetur, locum minimè habere poterit, cum juris ſit non ignoti, nullum, qui ex teſtimonio ſuo commodum aliquod conſequi ſperat, idoneum teſtem eſſe: *l. nullus: de teſtibus: & in l. omnibus: C. eod. ubi gloſ.* utrobique expreſſe tenet, venditorem de evictione obligatum non poſſe eſſe teſtem in cauſa venditionis, ſive evictionis: atque hinc etiam Jacobus à K. tanquam minus idoneus rejici poſſe videtur, cum is promiſerit, ſe conſenſum fratris impetraturum. Quin dato, hunc admittendum eſſe, tamen tanquam teſtis unicus & ſingularis plenam fidem non faceret: *l. Jurisjurandi: C. de teſtibus.* Quamobrem ſi Euſtachius à S. non aliis eſſet inſtructus probationibus, tutiſſima eſſet via, ut Otthoni à K. ſuper conſenſu adhibito juramentum deferret. Hoc enim is præſtare, & utrum conſenſerit, nec ne, juratò indicare teneretur.

Ad tertiam quæſtionem ſecundum jus Saxonicum, quod in inferiore Luſatia uſu receptum eſt, reſpondendum eſſe arbitror, ſi conſenſus Otthonis probari non poſſit, vel is juramento ſibi delato juraverit, ſe in venditionem feudi alienati non conceſſiſſe, neque etiam fratri eo nomine mandatum dediſſe, quod tum alienatio feudi nullum ipſi in jure ſuccedendi ex ſimultanea inveſtitura quæſito præjudicium generare, ſed, Caſpare à K. venditore ſine hæredibus maſculis defuncto, atque adeò ſucceſſionis via Otthoni aperta, is feudum ab Euſtachio etiam ſine precii refuſione recuperare poſſit.

Hoc † enim dilucidè probatur *in c. 1. de alien feud. patern.* ubi dicit textus, non valere alienationem feudi paterni, etiam cum conſenſu domini factam, niſi conſentiant agnati, ad quos feudum quandoque ſit reverſurum: idem probatur *in c. 1. §. 1. de ſucceſſio. feud. c. Titius: ſi de feudo contro. fue.* in quibus locis docent *Laudenſis, Bald. Alvarott. & alii feudiſtæ,* quòd, licet alienatio paterni ſive antiqui feudi etiam cum conſenſu domini facta non valeat in præjudicium agnatorum, quia agnati, ſi feudum per mortem alienantis, ejuſque hæredum ad ipſos defertur, revocare poſſint: tamen in vita alienatoris regulariter agnati tranſverſales propter ſpem, quam habent, nimirum juris ſuccedendi revocare nequeant ſine precio: quia per inveſtituram nihil amplius juris habent, quàm ſpem ſuccedendi in feudo poſt mortem alienatoris, ſi filios maſculos non reliquerit, & dicit Martinus Laudenſ. *in d. c. 1. §. hoc quoque: de ſucceſ. feud.* quod, quoties per alienationem feudi non contemnitur dominus, tunc non admittantur agnati ad revocationem, niſi aperta eis via per mortem alienatoris, & ſuorum filiorum: dicitur autem non contemni dominus & licitè alienari, quando alienatio fit cum conſenſu domini, docet *Alva. in d. c. Titius: in ſecundo præmiſſo:* 9

præmiſſo: *facit text. in c.1.* §. *Quid ergo*: *juncto* §. *ſeq. de inveſtit. de re alien. fact.* ubi habetur, quod vaſallus poteſt feudo imponere ſervitutem in præjudicium ſuum, quamdiu ipſe habet feudum: quando autem poſt mortem ſuam revertitur ad dominum, vel agnatum, tunc domino vel agnato non præjudicat: quod enim ibi de impoſitione ſervitutis ſtatuitur, non ineptè ad alienationem trahitur: cum imponere ſervitutem cenſeatur ſpecies alienationis: *l. Alienationis verbum*: *de verbor. ſignificat.* ſic & ea, quæ libertus alienat in fraudem patroni, in vita quidem liberti valent, nec poſſunt per patronum revocari, niſi demum liberto mortuo: *l. pen. ff. ſi quid in fraud. patron.* ratio eſt, quia patronus in vita liberti nullum jus habet in bonis liberti, ſed mortuo demum liberto, debetur ei legitima. quamdiu autem durat jus alienantis, vel refutantis, tamdiu etiam durat jus acceptantis: *l. Lex vectigali fundo*: *ff. de pignor.* Quæ ratio etiam locum habet in caſu noſtro. Nam & in vita Caſparis à K. nihil juris habet Ottho patruus, qui inveſtitus eſt ſolùm in caſum mortis, quæ mors nondum evenit. Sic quoque videmus, quod gravatus reſtituere aliquid ſub conditione vel die incerta, pendente quidem conditione, & ante adventum diei poteſt rem reſtitutioni ſubjectam alienare, ita tamen, ut eveniente conditione competat revocatio fideicommiſſariis *l. 3.* §. *fin autem*: *C. Commun. de legat.* Eadem ergo ratione in propoſito noſtro feudum, quod ad alium poſt mortem vaſalli, & ita ſub die incerta vel ſub conditione, ſi ſine maſculis deceſſerit, eſt perventurum, debet interim poſſe alienari, donec eveniat dies, vel conditio. Hanc doctrinam etiam tradit & ſequitur *Jacob. Alvarott. in c.1.* §. *ſed & res*: *in 3. notab. per quos fiat inveſtitur*: ubi dicit, quod alienatio feudi præjudicat agnatis ſuccedere debentibus, donec vivit alienans, quoniam, eo demum mortuo, revocabitur talis alienatio per agnatum proximiorem, precio non reſtituto. Unde etiam concludit, ibi, in ultima quæſtione, quod vaſallus poteſt alium de feudo ſuo infeudare, etiam invito agnato: ſed mortuo infeudatore ſine filiis, ſuccedit agnatus in feudo excluſo infeudato.

Sed hoc loco advertendum, quoniam jura hactenus adducta duntaxat de feudo paterno loquuntur, ut evidens eſt ex tit. *de alienat. feud. patern.*

In † feudo verò novo rem aliter 10
ſeſe habere, idque etiam ſine conſenſu agnatorum alienari poſſe, uno ore tradunt DD. *in d. tit. de alienat feud. patern. & ibi Alvarott. in 3. notab. & in ultim. quæſtio.* At in propoſita facti ſpecie pater venditoris Jacobum & Otthonem à K. primum de feudo iſto ſimul inveſtiri curavit, atque propterea horum reſpectu feudum novum eſſe cenſetur, & quod conſequens eſt, in præjudicium eorum videtur potuiſſe alienari.

Quamobrem ut objectum iſtud diluamus, & jura feudalia de bonis paternis, verba facientia ad noſtrum etiam accommodemus propoſitum, inveſtiganda erit ratio, quare † feudum 11
novum poſſit alienari: & certè nulla alia ratione id contingit, quàm quod in feudo novo agnati non ſuccedunt, *prout explicat gloſ. magiſtral. in c.1. in* §. *Hoc quoque*: *in verbo partem ſuam*: *& poſt eam Alvarott. de ſucceſſio feud. circa medium*, quatenus ibi declarat, conſtitutiones Friderici & Lotharii de prohibita feudi alienatione, volentes, quod feudum alienatum ſine conſenſu domini ad dominum revertatur. Nam hoc declarat gloſ. prædicta eſſe verum in feudo novo, in quo agnati non ſuccedunt, vel in feudo antiquo, quando nulli adſunt agnati, ad quos feudum reverſurum ſit. Nam illis in terminis revertitur feudum ad dominum ideo, quia ad agnatum reverti non poteſt: & hoc ibi ſequitur Alvarott. quando autem

tem

tem alienatur tale feudum, quod aliquando ad agnatos eſt reverſurum: certè etiamſi in dominum peccetur per hoc, quod ſine ejus conſenſu alienatum eſt, tamen non ad dominum, ſed ad agnatos revertitur.

12 Ex † quibus apparet, ejus, quod feudum novum alienari poteſt ſine conſenſu agnatorum, hanc eſſe rationem, quia agnatis non præjudicatur. Nam in feudo novo agnati quin & fratres non ſuccedunt agnato vel fratri, ut clarè probatur *in c.1. §. fin. de ſucceſſio. feud. in c.1. § ſin autem unus ex fratribus: de his qui feud. dar. poſſ. c.1. in princ. de fratribus de novo benefic. inveſtit. & in c.1. de benefic fratri.* pro qua ratione facit text. *in c. 1. de alien. feud. patern. in princ. ibi*, ad quos feudum quandoque eſt reverſurum. Ubicunque ergo agnatis in feudo jus hoc eſt quæſitum, quod feudum quandoque ad eos ſit reverſurum, ibi ſine eorum conſenſu feudum alienari non poteſt: ideoque ibi *Alvarot. in ultim. quæſt.* decidit, quod, ſi feudum novum ſit conceſſum etiam contemplatione filiorum vel agnatorum, tunc ſine eorum conſenſu non poſsit alienari, ſed detur eis jus revocandi.

13 Quo ita ſtante, nulla de jure Saxonico feudali erit differentia inter feudum antiquum & novum. Nam † quantumcunque feudum ſit antiquum, tamen agnatus non ſuccedit agnato, nec frater fratri, niſi ſint ſimultaneè inveſtiti, *ut textus eſt in c. 21.* Lehnrecht / *cujus ſunt hæc verba*: Es erbet anders kein Mann kein Lehen / denn der Vater auff den Sohn. Et ideo etiamſi plures fratres ſint de feudo paterno & avito ſimultaneè inveſtiti, tamen quando feudum dividunt, tunc rumpitur ſimultanea inveſtitura, & alter alteri non ſuccedit, niſi de novo ſimultaneè inveſtiantur: *cap.32.* Lehnrecht: quæ latius infra explicabuntur. Cum ergo in caſu noſtro Ottho à K. ſimultaneè fuerit inveſtitus, & ita mediante inveſtitura ſit factus ſucceſſor in feudo, utique in præjudicium ejus feudum alienari non poterit, & quandocunque jure ſucceſsionis ad eum devolvitur, poterit revocare ex jure ſibi per inveſtituram quæſito, nullo dato precio, ſicuti etiam de jure communi feudali, quantumvis feudum ſit novum, & duobus fratribus conceſſum, ſi tamen ita conceſſum eſt, ut alter alteri ſuccedat, certè unus non poteſt alienare partem ſuam, in præjudicium juris alterius, ſecundum *Alvarott. in d. c.1. in princ. de alien. feud. pater. in ultim quæſt. & probat textus in c.1. § Hoc quoque: juncto §. fin. de ſucceſſio feud. & in c.1. de alienat. feud. patern in princ. ibi: reverſurum.* Pertinet huc textus juris feudalis Saxonici *in cap. 8.* qui fundat prohibitionem alienationis feudi non in eo, quod feudum fuerit vel ſit antiquum, ſed tantùm in eo, quod agnati occaſione ſimultaneæ inveſtituræ in eo habent jus ſuccedendi, cui præjudicari non debet. Sunt enim hæc ejus verba: Ob zwene Mann mit einem Lehen belehnet würden / und jhr einer verleihet etwas von dem Gute einem andern Manne / jhr keiner mag doch ohne den andern das Gut wieder leihen noch aufflaſſen ſeinem Herrn / ſo / das es dem andern ſchadet.

Nec † quicquam refert Otthonem & Jacob. ſimultaneam inveſtitu- 14
ram ea lege à Caſpare impetraſſe, ut eundem Caſparem viciſsim ſecum inveſtiri curarent, ex quo videri poſſet, cum Caſpar conceſſerit Otthoni & Jacobo, ut feudum, cum quo ipſe inveſtitus fuit, vendere queant, hoſce viciſſim eidem alienanti conſentire debere. Nam etſi Caſpar ad conſentiendum invitus quidem cogi non potuiſſet, quia tamen ſponte conſenſit, & docere nequit, idem ſibi ab Otthone ſimul inveſtito promiſſum eſſe, hunc ſanè jus ſuum integrum nihilominus atq; ſalvum remanſit, ita ut ad conſentiendum præter voluntatem ſuam adigi amplius non poſsit.

Quia

15 Quia † verò Ottho unà cum fratre Jacobo, qui conſenſit, inveſtitus fuit, atque adeò feudum venditum ex jure ſimultaneæ inveſtituræ pro dimidia tantùm parte, defuncto Caſpare, ad ipſum devolueretur, ideo pro ea tantùm parte iſtud revocare poſſet, *ut not. Bald. in c. 1. §. de unoquoque: de ſucceſſio. feud. in 7. concluſio.* ubi ait, quod agnati, quibus fit præjudicium per alienationem feudi, poſſint revocare tantùm pro ea parte, quæ ad eos pervenit.

Quæ de revocatione feudi alienati hactenus diximus, illa ad eum caſum pertinent, quando defuncto alienatore, Ottho feudum alienatum revocare vellet: nunc ut ad quartam quæſtionem deveniamus, videndum eſt etiam, an is vivo Caſpare alienatore feudum recuperare queat. In quo quidem articulo concludendum exiſtimo, Otthonem refuſo precio, ſuperſtite adhuc Caſpare, feudum ab Euſtachio redimere poſſe.

16 Hoc † enim probatur primò per textum *in c. 1. §. ſed & res: per quos fiat inveſtitur:* cujus hæc ſunt verba: ſi quis ab agnatis tuis rem, quæ à communi parente per ſucceſſionem ad eum pervenit, alienare voluerit, non permittitur ei etiam ſecundum antiquam conſuetudinem alii eam vendere, niſi tibi, vel alii proximiori pro æquali precio accipere volenti, & notat ibi gloſ. *in verbo proximiori, circa medium,* quod proximus agnatus offerendo precium vendicare poſſit ab emtore feudum. Secundò pro hoc eſt text. *in c. 1. §. porrò: qualit. olim feud. pot. alien.* ubi dicit textus: conceſſa erat domino pro æquali precio redemtio, niſi hoc beneficium amiſerit dominus per refutationem, vel per annale ſilentium, ex quo ſciverit computandum, ſubdens: in prohibendo autem vel redimendo potior erat proximi agnati, quàm domini conditio: ſi tamen feudum erat paternum: unde *not. ibi gloſ. in verb. 30. annor.* apparere, quod neceſſariarum perſonarum, id eſt, proximiorum ratio habeatur, eò, quod proximus agnatus in redimendo feudo ab emtore præfertur domino feudi.

Tertiò idem probatur *in c. Titius: ſi de feud. contro. fuer.* ubi: precio reddito etiam vivo Titio. Et quamvis ad textum *in §. porrò: qualit. olim pot. feud.* reſponderi poſſit, quod loquatur ſecundum conſuetudinem illius temporis, juxta quam feudum etiam ſine conſenſu domini alienari potuit, *ut ibi per Jacob. Alvarott.* Tamen ratio illius textus adhuc hodie vivit, & militat, nimirum favor & intereſſe juris agnationis, & ſimultaneę inveſtituræ. Unde quamvis nonnulli ſint, qui defendere velint, quod, ſi vaſallus illicitè, id eſt, ſine conſenſu domini alienaret feudum, quod tum feudum non ad agnatum, ſed ad dominum reverti debeat in pœnam vaſalli ſine conſenſu domini alienantis, ideo quod tunc dominus debeat præferri agnato per conſtitutionem Divi Friderici *in tit. de prohibit. feud. aliē. per Frederic.* & hoc eſt, quod fortè voluit Alvarott. *in d. §. porrò:* dum allegavit *§. 1. in d. tit. de prohibit. feud. alien. per Frederic.*

Tamen illa diſputatio in propoſito ad nos non pertinet: quia nos ſumus in his terminis, ubi agnatus licitè, id eſt, cum conſenſu domini alienavit, & ſolùm deficit conſenſus unius agnati, nimirum Otthonis à K. Quo caſu manemus in ratione textus *d. §. porrò:* & ideo hoc caſu idem decidendum eſt, videlicet, quod agnatus, qui non conſenſit, habet duo remedia, primùm, quod differat revocationem, donec alienator mortuus ſit ſine hærede feudali: tunc enim illam partem feudi, quæ jure ſimultaneæ inveſtituræ & ſucceſſionis ſibi delata eſt, revocare poteſt, nullo dato precio, dummodo non fiat hæres ipſius alienantis in bonis allodialibus, & hæreditariis, quia tunc revocare non poſſet, *ſecundum Alvarott.*

Digitized by Google

rott. in c.1. de alien. feud. patern. in 4. quæſtio. & in d.§. ſed & res: per quos fiat inveſtitur: in oppoſit. cum gloſ. fin.

17 Secundum † remedium eſt, quod poteſt ſtatim antequam feudi ſucceſſio ad eum pervenit, etiam vivo alienatore precium offerre, & redimere feudum venditum: & ita declarare voluit Bald. *dictum §. porrò: in verſiculo: Et nota quod hic videtur caſus*: Et hic etiam eſt proprius intellectus *d. c. Titius*: dum ibi diſponitur, proximiorem agnatum extantibus filiis maſculis alienatoris nō poſſe revocare feudum ab emtore remotiore agnato, ſive extraneo, niſi reddito precio: ratio enim eſt, quia feudum ſibi jure ſucceſſionis nondum eſt apertum. Et ita approbat conſuetudo, mos, & practica in ſacroſancto Roman. Imperio, quod palàm & in aperto eſt.

Quod ſi verò hiſce ea, quæ in præcedente etiam quæſtione monuimus, obiicerentur, textus modò adductos duntaxat loqui de feudo antiquo, ut apparet ex tit. de alienatione feudi patern. In propoſito verò nos agere de alienatione feudi novi, cum pater Caſparis venditoris fecerit de novo & ex benevolentia ſecum inveſtiri Jacobum, & Otthonem, & propterea etiam hoſce prohibere non poſſe, quò minus novum hoc feudum alienetur Nam quod novum feudum alienari poſsit ſine conſenſu, tenet *Jacob. Alvarot. poſt alios in c. 1. de alien. feud. patern. in fin. & notat. in c. 1. §. ſed & res: per quos fiat inveſtitur: & in d. c. Titius.*

18 Ad † iſta reſpondeo, feudum novum ideo alienari poſſe, quia in eo agnati non ſuccedunt: meritò itaque eorum conſenſus non requiritur, ut infra latius dicetur in reſolutione quinti quæſiti: ſed in caſu noſtro Otthô à K. ex tenore inveſtituræ habet jus ſuccedendi in feudo & caſtro vendito: ideo prædicta non habebunt locum in caſu noſtro. Nam de jure feudali Saxonico non eſt ſucceſsio in feudo, ceſſante ſimultanea inveſtitura, niſi de patre in filium: *c. 21.* Lehnrecht *ibi.* Es erbet anders kein Mann kein Lehen / denn der Vater auff den Sohn / Id quod etiam probatur ex eo, quod, etiamſi poſt mortem patris filii idemque fratres fuerunt in feudo paterno ſimultaneè inveſtiti, tamen quàm primum feudum inter ſe dividunt, rumpitur, id eſt, reſolvitur ſimultanea inveſtitura: ideoque ſi alter illorum ante, quàm de novo ſimultaneè inveſtirentur, morte obiret ſine filio, ejus pars feudi reverteretur ad dominum, non ad fratres: *cap. 32.* Lehnrecht: Quando ergo agnatus emit feudum, & ſciens facit ſecum inveſtiri agnatos, neque ſibi alienandi facultatem proteſtatione quadam liberam reſervat, tunc facit ſibi agnatos hæredes in feudo, & tribuit eis hoc jus, ne ſine eorum conſenſu poſsit feudum alienare.

Habet † enim ſimultanea inveſti- 19
tura per omnia eam vim, quam habet jus antiqui feudi. Nam antiquum feudum ideo alienari non poteſt, ne agnatis, ad quos quandoque eſt reverſurum, fiat in jure ſuccedendi præjudicium, *ut dicto tit. de alienat feud. patern. in princ. ibi: ad quos quandoque ſit reverſurum: & c. 1. § Hoc quoque: juncto §. fin. de ſucceſſio. feud.* Ita etiam de jure Saxonico alienari non poteſt, ne fiat præjudicium ſimultaneè inveſtito, qui habet jus ſuccedendi, idque docet practica, & apparet ex text. hinc inde in jure feudali Saxonico, nimirum quod ceſſante ſimultanea inveſtitura non ſit ſucceſſio in feudo, etiam de fratre in fratrem, quantumcunque feudum ſit antiquum. Sicut ergo feuduum antiquum per agnatum recuperari poteſt, reddito precio emtori, ita & hoc feudum, in quo Caſpar à K. fecit ſecum inveſtiri agnatos. nam hoc efficit in utroque caſu jus ſuccedendi, ut dictum eſt.

Neque verò hoc loco eo ſe tueri poterit Euſtachius emtor, quod annus

à tempore alienationis jam dudum præterierit, jura verò, quæ tribuunt facultatem agnato, ut reddito precio, redimat rem feudalem ab emtore, requirant, ut illud fiat infra annum & diem à tempore ſcientiæ: *c. Titius: ſi de feud. controv. fuer. & in d.§. porrò: qual. olim feud. poter. alien. & ibi notant DD. & gloſ. in verbo per refutationem.*

Ad hoc enim objectum reſpondemus, quod illa excluſio per annale ſilentium procedit, quando feudum fuit venditum agnato remotiori in
20 gradu: quia † tunc proximior agnatus, ablato precio, poteſt redimere feudum ab agnato remotiore, dummodo hoc faciat infra annum & diem. Nam præſumitur, quod agnatus proximior, qui per totum annum & diem non impugnavit venditionem feudi factam in remotiorem agnatum, conſenſit alienationi in favorem agnati.

Et ita huic annali excluſioni & præſcriptioni cauſam præbet ipſa agnatio cum curſu annalis temporis: ubi autem feudum alienatum eſſet in extraneum, poſſet agnatus, oblato precio redimere feudum ab emtore, uſque ad triginta annos. ceſſat enim tunc præſumtio, & favor agnationis: & ideo manendum eſt in regula juris, quæ habet, quod omne jus, & omnis actio regulariter durat 30. annos: *l. ſicut: l. omnes: C. de præſcriptio. trigint. ann.* Ita decidit gloſſa *in d. c. Titius: ſi de feud. controv. fuer. in verbo. Per annum.* Et ſententiam illius gloſſæ probant *ibi Jacob. de Beluiſ. Andr. de Iſern. Bald. & Alvarott. idem Alvarott. in c. 1. §. ſed etiam res: in 3. oppo. per quos fiat inveſtitur*: Et quamvis aliquando dubitaverim ſuper illa deciſione gloſſæ, tamen verum eſt, quod text. *in* §. *Titius*: loquitur in alienatione facta in agnatum: licet enim §. *porrò*: loquatur generaliter, tamen quod ad præſcriptionem annalem attinet, ſolùm loquitur in domino, non etiam in agnato: neque habemus in agnato clariorem text. quàm *in c. Titius*: qui loquitur tantùm in agnatis. Ideo ergo non poſſum recedere à ſententia gloſſæ, cujus decretum à DD. communiter eſt receptum.

Porrò † circa quintam quæſtionem hoc quidem extra omnem poſitum eſt controverſiam, inveſtituram illam, quam Rex Bohemiæ, inſcio Caſpare poſſeſſore feudi, aliis agnatis ejuſdem in caſum, quo is ſine hæredibus feudalibus mortem objerit, conceſſit, juris vigorem obtinere, & ejus eſſe potentiæ, ut illo ſine hæredibus maſculis decedente, reliqui agnati ipſi ſuccedant, ut probatur *in c. 1. Qui ſucceſſor. teneant. & in c. moribus: ſi de feud. defunct. & in c. 2. de feud. dat. in vic. l. commiſſ.* ubi clarè diſponitur, quod dominus feudi poſſit, etiam non conſentiente poſſeſſore inveſtire tertium, ut is poſt mortem poſſeſſoris & hæredum ejus feudum habeat, & excuſat ibi Bald. & poſt eum Alvarott. quare ejuſmodi inveſtitura non ſit pactum futuræ ſucceſſionis. Idem probat textus juris Saxonici feudalis *in cap. 5.* cujus hæc ſunt verba: Zweyen Mannen mag der Herr ein Gut leihen/alſo/das einer die Gewehr daran habe / der ander das Gedinge / als ob dieſer ohne Lehnserben ſtürbe/der das Gut in gewehren hat: concordat text. *in cap. 57. & cap. 10.* ubi dicitur: Etliche Leute ſagen/ das man kein gedinge jemandes leihen könne / man bitte denn den darumb / der das Gut in gewehren hat/ Das iſt doch nicht. 21

Hæc † autem inveſtitura inſcio poſſeſſore feudi facta, nullum jus tribuit inveſtito, ut vel defuncto alienatore feudum alienatum gratis revocare, vel etiam, eo vivo, iſtud refuſo precio redimere poſſit. Nam ejuſmodi inveſtitura vaſallo & ejus hæredibus non præjudicat: *c. 2. de feud. dat. in vic. l. commiſſ. ibi*: dummodo eo vivente nullum detrimentum de feudo ſuo 22

ſibi

ſibi contingat. hoc autem dicendum eſt de eo milite, qui ſucceſſores in feudo non habet: quibus verbis luculenter probatur, vaſallo & ſucceſſoribus ejus per talem inveſtituram nullum damnum fieri debere: *& ibi hoc notat & docet Alvarott. per reg. l. in concedendo: de aqua plu. arcend.* quæ habet, quod per conceſſionem principis non poteſt nec debet mihi ignoranti invito, & non vocato præjudicari in re mea. ſemper enim interpretandum eſt beneficium principis, ne faciat præjudicium tertio in jure ſuo: *l. nec avus: C. de emancip. liber. l. cum filius: de teſtament. militar. not. Jaſ. in repet. l. Quò minus: in quarto notab. de flumin.* Conſequens igitur omnino eſt, illos à K. qui inveſtituram hanc inſcio Caſpare poſſeſſore impetrarunt, feudum alienatum revocare non poſſe, cum hoc alioqui in maximum Caſparis incommodum cederet. Quin etſi, precio refuſo, iſtud redimere vellent, non tamen hoc ipſis integrum eſſe debet: cum hoc etiam in impendium Caſparis, ejuſdemque hæredum redundaret, qui propterea evictionis nomine ſunt devincti: & id, quod intereſt, emtori præſtare tenentur: *l. 1. & ibi not. de action. emt.* Nullum enim omnino damnum, ut dictum eſt, poſſeſſor feudi ex tali inveſtitura, quæ inſcio eo eſt facta, ſentire debet: *d. c. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* ubi ponderanda ſunt verba (nullum detrimentum) quę etiam minimum damnum ſignificant: ex quo not. *Alvarott. ibi in ultim. not.* quod talis inveſtitura ſemper intelligatur fieri ſine damno vaſalli poſſeſſoris & ſucceſſorum ejus. Nam ſicut dominus feudi non poteſt, vivente vaſallo, providere tertio de feudo adhuc poſſeſſo, per vaſallum cum præjudicio ejuſdem vaſalli poſſeſſoris, ita nec etiam poſt mortem ſuam in præjudicium ſucceſſorum & hæredum. Hæres enim eadem perſona fingitur cum defuncto, & ejus jure utitur: *l. Hæredem: l. In omnibus: §. fin. de verbor. ſignific. l. Cum hæredes: de acquir. hæred.* & hoc eſt, quod voluit textus *in d. c. 2. in fin. ibi, hoc autem dicendum eſt de eo milite, qui ſucceſſores non habet.*

Deinde † eum, qui inſcio poſſeſſore inveſtitus eſt, feudum alienatum redimere non poſſe, probatur etiam per textum juris Saxonici *in d. cap. 5.* ubi dicitur: Zweyen Mannen mag der Herr ein Gut leihen/alſo/das einer die Gewehr daran habe/ der ander das Gedinge (das iſt die anwartung) ob der ohne Lehnserben ſtirbet/ der das Gut in gewehren hat/ leſt es auch jener/ der es in gewehren hat/ deß gedinge iſt gebrochen/ es ſey denn das es der wider empſehet/ der es gelaſſen hat. Ecce hîc diſertis verbis diſponitur, quod, etſi alius ſit inveſtitus inſcio poſſeſſore in caſum mortis ejus, tamen poſſeſſor nihilominus feudum iſtud vendere & refutare poſſit, quod intelligendum eſt, ſi acceſſerit conſenſus domini, vel ſi ita inveſtitura facta eſt, ut vendere liceat, quemadmodum inveſtituræ Bohemiæ communiter fiunt cum poteſtate ſeu facultate alienandi. 23

Quinimo tantum abeſt, ut inveſtitura talis impediat poſſeſſorem, ne alienare poſſit, ut etiam alienatione & refutatione feudi facta inveſtitura illa & ſpes inde quæſita penitus expiret, atque tollatur, das gedinge wird gebrochen/ ut dicit textus, id eſt, emtor potior eſt & præferendus illi, qui prius inveſtitus fuerat. In quocunque ergo caſu licitum eſt vaſallo feudum alienare, in eo caſu poteſt iſtud alienare, non obſtante, quod dominus tertium inveſtivit in caſum mortis vaſalli. Unde ſi dominus conſenſit alienationi, & emtorem inveſtivit, & in poſſeſſionem duci paſſus eſt, non obſtante, quod tertio conceſſit jus ſuccedendi in feudo poſt mortem poſſeſſoris ejuſdemque venditoris, certè manebit firma venditio, & inveſtitura emtoris:

Dominus † verò tertio, cui prius 24

inveſtituram fecerat, tenebitur præſtare id, quod ejus intereſt, *ut not. in c. 1. de inveſtitur. de re alien. fact.* & eſt textus *in cap. 33. in princ. ibi.* Was ein Herr einem Manne leihet von gutem willen / das er jhn nicht gewehren kan / das ſol er jhm erſtatten / quod tamen etiam non ita indiſtinctè procedit: nam ſi quis ſciens rem ad alium potius, quàm ad dominum pertinere, inveſtituram ejus impetraverit, dominum evictionis nomine compellare non poterit. *d. c. 1. in princ. de inveſtitur. de re alien. fact.* ibi: qui enim ſciens alienæ rei inveſtituram accepit: (niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit) de evictione agere non poteſt: *arg. l. ſi fundum: C. de evictio.*

Quod ſi quis hoc loco obiiceret id, quod paulò ante diximus, jure Saxonico nullam eſſe differentiam inter feudum novum & antiquum, ſed eos, qui ſimultaneam inveſtituram habent, etiam in feudo novo jure Saxonico ſuccedere, atque adeò eandem revocandi facultatem habere, quæ agnatis in feudo paterno eſt conceſſa, atque propterea etiam idem permittendum eſſe illi, qui in caſum mortis poſſeſſoris, eo inſcio, fuit inveſtitus, cum etiam hic ex inveſtitura iſta ſuccedendi jus & facultatem nactus ſit.

25 Huic † reſpondebimus, verum quidem eſſe, ex ſimultanea inveſtitura etiam in feudo novo idem jus eſſe quæſitum inveſtito, quod habet agnatus in feudo paterno, ſicut etiam jure communi feudorum diſpoſitum eſt, eo in caſu, ubi duo de feudo novo ita ſunt inveſtiti, ut altero ſine filiis mortuo alter ſuccedat: *c. 1. in princ. de frat. de nov. benefic. inveſtit. c. 1. §. ſin autem unus ex fratribus: de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. fin. de ſucceſſio. feud.* Iſtud tamen tantummodo procedit in ea inveſtitura, quæ verè & propriè eſt ſimultanea, hoc eſt, quando dominus duos ſcientes & volentes inveſtivit, eo pacto, ut ſimul habeant feudum, & ſuccedant invicem, ut loquuntur d. textus juris communis feudalis, & Saxonici *in ca. 8. & cap. 32.* Lehnrecht: Vel etiam, quando dominus cum conſenſu poſſeſſoris feudi tertium inveſtivit, ut poſſeſſore ſine maſculo hærede decedente ipſe ſuccedat in feudo. Nam in illis terminis loquuntur jura prædicta, quod tunc poſſeſſor feudi non poſſit etiam cum voluntate domini alienare feudum in præjudicium illius tertii, qui inveſtitus fuit: *d. c. 1. de benefic. frat. & cap. 8. & cap. 32.* Lehnrecht: & hoc operatur atq; efficit jus ſuccedendi, quod tertio per dominum cum conſenſu poſſeſſoris quæſitum eſt.

At quando non verſamur in terminis hujus ſimultaneæ inveſtituræ, ſed dominus inveſtivit tertium in caſum mortis poſſeſſoris ſine conſenſu ejuſdem poſſeſſoris, tum ſanè quia ejuſmodi inveſtitura poſſeſſori nullum omnino præjudicium afferre debet, neque etiam ipſum, quo minus feudum alienet, impedire poteſt, ut abunde jam probavimus: perſpicuum ſanè eſt, ea, quæ de ſimultanea inveſtitura cum conſenſu poſſeſſoris impetrata ſupra docuimus, ad propoſitum iſtud non pertinere.

Denique † de concluſione noſtra hactenus firmata, quod videlicet is, qui inveſtitus fuit, inſcio poſſeſſore feudum alienatum revocare non poſſit, in hac facti ſpecie vel ideò minus dubitandum videtur, cum Euſtachius emtor feudum jam poſſideat, & de eo inveſtitus ſit, cum pro regula tradatur, quando dominus duos de eodem feudo inveſtivit, quod tum is præferendus ſit, qui primùm in poſſeſſionem miſſus eſt, etiamſi inveſtitura ejus ſit poſterior: alter verò dominum ratione ejus, quod ſua intereſt, convenire poſſit, *ut docet gloſ. magiſtralis in c. ſi facta: ſi de feud. controv. fuerit: & illam gloſ. ſequuntur ibi Bald. & communiter DD. & not. Jaſon. in l. Quoties per illam* 26

textum:

textum: C. de rei vendicat. Nuda enim inveſtitura non transfert utile dominium, & jus in re, niſi ſequatur traditio: ut ibi latè declarat *Jaſ. poſt Bald. in c. 1. §. 1. de nov. form. fidelitat.* Cumque hoc procedat ſecundum DD. quando dominus duos de eodem feudo purè & ſimpliciter inveſtivit, & quidem de eo feudo, quod alius non poſſidebat: quantò magis locum habebit eo caſu, quo primus de feudo ab alio poſſeſſo eſt inveſtitus ſub conditione: Secundus autem purè de feudo jam ei reſignato, & tradito ab eo, qui in primam inveſtituram non conſenſit, juxta textum *in d. cap. 5.* Lehnrecht.

27 Neque † his obſtat textus juris Saxonici *in cap. 71.* Lehnrecht/ubi dicitur: **Wo zweene Mann ein Gut anſprechen/die da beyde der gewehr darben/beyde ſollen ſie benennen die zeit der belehnung/ vnd welcher die erſte belehnung gezeigen mag/ der ſol das Gut mit recht behalten:** concordat textus *in cap. XI. in fin.* Hæc enim capitula loquuntur de duobus inveſtitis de eodem feudo, quorum neuter poſſeſſionem ejus eſt adeptus, ſed quilibet eorum immiſſionem vigore inveſtituræ impetratæ petit: quo caſu is, qui prior inveſtitus fuit, potior eſſe ſolet. At in propoſita facti ſpecie Euſtachius ab A. non ſolùm inveſtitus fuit, ſed & poſſeſſionem nactus eſt: meritò itaque propter poſſeſſionem iſtam præferendus erit alteri.

28 Quamvis † etiam Romanus *in conſil. ſuo 70. col. 2.* in alia ſit ſententia, tamen hæc ipſius opinio non ſolùm communiter eſt improbata, ſed & argumenta, quibus utitur, facili negocio dilui poſſunt. Nam quod attinet ad vulgatam illam regulam ex generali feudorum natura deſumtam, quæ docet, eum, qui inveſtituram feudi ſemel impetravit, ea ſine culpa vel alia probabili cauſa privari non poſſe: *c. 1. de feud. ſine culpa non amittend. c. 1. §. ſi quis fecerit: Quo tempore miles inveſtit. peter. debe. c. 1. §. ex eadem: de l. Corrad.* Hac ſanè non is ſolùm, qui primò inveſtitus fuit ſed ſecundus ſe tueri poterit: cum verò poſſibile non ſit, ut uterque unum & idem feudum in ſolidum conſequi poſſit, ſed ipſa neceſſitas exigit, ut unus tantùm iſtud obtineat, alter verò eo careat: æquum certè eſt, ut is, qui ſimul poſſeſſionem conſecutus eſt, potius in ea conſervetur, atque ipſi feudum relinquatur, quàm ut in alium, qui ſola inveſtitura nititur, transferatur. Semper enim melior debet eſſe conditio poſſidentis: *l. In pari cauſa: de reg. jur. & c. in pari cauſa: eod. tit. lib. 6.* prout hoc etiam jure Saxonico clarè diſpoſitum eſt, *cap 37.* ubi dicitur: **Wer die rechte gewehr an einem Gute hat / der ſol es mit mehrern rechten behalten denn jener / der der rechten gewehr darbet /** per ſolam enim inveſtituram etiam per impoſitionem pilei, vel annuli factam non transfertur in vaſallum dominium, neque poſſeſſio, ſed ſolùm acquiritur ei jus ad rem: *gloſ. in c. auctoritate: de inſtitut. & in c. ex ore: de his quæ fiunt à major. part. capit.* Potius autem eſt jus, quod quis habet in re, (ſicuti habet ſecundo loco inveſtitus, cui tradita eſt poſſeſſio corporalis) quàm jus ad rem: *Caſtrenſ. in rubric. ſi cert. petat.* Meritò igitur illud huic præfertur. Textus verò *in c. 1. § fin. de nov. form. fidelitat.* quem Roman. pro ſe allegat, ad propoſitum noſtrum nihil pertinet. Non enim loquitur eo de caſu, ubi duo ſimul inveſtiti ſunt de eodem feudo, ſed de poſſeſſione vacua, hoc eſt, quæ non eſt alteri conceſſa, vel ab alio poſſeſſa. Sic etiam *gl. in §. ſi facta*: minimè id, quod Rom. voluit, ſed potius contrarium ejus probat. Non igitur opinio iſta Romani, ut pote omni fundamento deſtituta quicquam curanda erit, cùm præſertim communi interpretum calculo ſit exploſa.

Dato præterea, opinionem iſtam eo in caſu, ubi dominus de eodem feudo duos purè & ſine ulla conditione inveſti-

inveſtivit, poſſe defendi: eadem tamen ad hanc ſpeciem facti, ubi quis primo ſine conſenſu poſſeſſoris ſub conditione, ſi is ſine filiis deceſſerit, inveſtiturã impetravit, alter verò pendente conditione illa, purè inveſtitus, atq; inſuper conſentiente & reſignante poſſeſſore feudi poſſeſſionem nactus fuit, non rectè accõmodatur. Prior enim non niſi jus ad rem, & quidẽ ſub conditione eſt adeptus, poſterior verò feudum poſſidens plenum jus in feudo eſt conſecutus, ut proinde alteri meritò præferatur. Ex quibus tandem conſequitur, cum reliqui agnati à K. duntaxat in eum eventum, quando Caſpar à K. nullo hærede maſculo relicto, deceſſerit, ſine conſenſu ejus inveſtiti fuerint: interim verò, pendente conditione iſta, Euſtachius à S. feudum iſtud à Caſpare emerit, & tam inveſtituram, quàm poſſeſſionem à rege Bohemiæ domino feudi impetraverit, quod illi alteri à K. qui inſcio Caſpare inveſtituram in caſum mortis ejus conſecuti ſunt, non ſolùm vivente Caſpare, precio refuſo, ſed nec etiam, eo mortuo, feudum venditum ab Euſtachio revocare poſſint: ſed ſi quid ipſis à domino feudi promiſſum fuerit, jus erit eis hoc nomine dominum compellare, & ſi fidem is ſolvere nequiverit, quatenus ipſorum intereſt, eundem convenire, *ut not. gloſ. DD. in d. c. ſi facta*: & probatur *in d. c. 33. & d. c. XI. Jur. Saxon. feud.*

De eadem facti ſpecie, qualitatibus ejus aliquantum immutatis, & diligentius examinatis longè poſt reſponſum etiam nomine collegii Juridici Lipſenſis more ſuo, idiomate Germanico confecit frater D. Modeſtinus Piſtoris ordinarius, in quo, quia natura ſimultaneæ inveſtituræ luculenter explicatur: ideo in linguam Latinam à nobis tranſlatum præcedentibus ſubjungere placuit.

Conſilium collegii Juridici Lipſenſis confectum à D. Modeſtino Piſtoris Ordinario.

FACTI SPECIES.

Euſtachius à S. feudum quoddam Ses dictum, & in Luſatia inferiore ſitum, conſentiente Rege Bohemiæ domino feudi à Caſpare à K. anno 1537. emit, & poſſeſſione legitimè adepta nomine regiæ majeſtatis inveſtitus fuit à Præfecto inferioris Luſatiæ, feudumque iſtud huc uſque in annum vigeſimum ſeptimum quietè poſſedit. Pater verò Caſparis venditoris Balthaſar à K. jam ante, anno 1512. ab Uladislao rege Bohemiæ privilegium impetraverat, ut ſibi liberum eſſet omnia ſua bona tam feudalia, quàm allodialia pro libito vendere, & vigore deinde hujus privilegii agnatos ſuos Jacobum & Otthonem à K. ab eodem rege Uladislao ſimul inveſtiri ſecum curaverat. Qui quidem duo, ſimultaneam iſtam inveſtituram, quotieſcunque mutata perſona domini vel poſſeſſoris neceſſe fuit, renovarunt, & in ejuſdem juris continua quaſi poſſeſſione ultra 49. annos fuerunt: deinde verò Caſpare feudum Ses vendente conſenſerunt: ut ita Euſtachius bona iſta feudalia cum conſenſu ſimultaneè inveſtitorum comparaverit, neq; tum temporis conſcius fuerit, ullum alium cum illis bonis inveſtitum eſſe.

Nunc

Digitized by Google

Nunc verò Andreas, & ejus fratres à K. poſſidentes Caſtrum Fridelandt, intendunt majores ſuos cum feudo, quod Euſtachius emit, ſimul inveſtitos eſſe, atq; ex hoc ipſorum jure iſtud vivente adhuc Caſparo venditore precio refuſo, vel eo defuncto, ſine precio revocare conantur. In cujus rei fidem producunt primo literas regis Georgii die Stephani anno 1464. datas, in quibus Nicolaus à K. poſſidens Grabou Mitteriz: & feudum quoddam in Vogelsdorff ex una parte: ex altera verò Heinricus & Poppo fratres in Ses & Schonfeldt ſimul fuerunt inveſtiti.

Mortuo deinde rege Georgio, atque etiam Nicolao à K. hujus filii Johannes, Heinricus, Caſpar, Leopoldus, & Poppo à K. in Fridelandt ſemetipſos cum bonis ſuis videlicet Fridelandt, Schenckendorff, Lubenau, Dobre, & Drepkau, à rege Uladislao ſimul inveſtiri curarunt, ut oſtendunt literæ die Jovis poſt diviſionem Apoſtolorum anno 1499. & ſic 28. anno poſt regis Georgii datæ. In his tamen poſterioribus literis nulla facta eſt mentio feudi Ses, neque etiam ſimultanea inveſtitura, quam nobiles à K. in Fridelandt habuerunt, in dicto feudo Ses fuit renovata, licet interim multi evenerint caſus, in quibus renovatio ejuſdem neceſſaria fuiſſet, utpote defuncto rege Georgio, & rege Uladislao, item cum mortem obirent Henricus, & Poppo à K. & item alter dominus Poppo à K. frater Balthaſaris patris Caſparis venditoris, quo Balthaſare etjam defuncto, nulla fuit petita renovatio inveſtituræ. Præterea omnia illa bona, quorum reſpectu ſimultanea inveſtitura conceſſa fuit familiæ à K. utrinque fuerunt diſtractæ præter unicum feudum Ses.

Nemine igitur inveſtituræ ſimultaneæ renovationem petente, aliisque bonis in ea comprehenſis hinc inde divenditis, rex Uladislaus Balthaſari à K. poſt mortem fratris ejusdem Dn. Popponis, anno 1512. liberam alienandi facultatem ſupra dicto privilegio conceſſit, & deinde ad requiſitionem ejuſdem cum ipſo Jacobum, & Orthonem à K. ſimul inveſtivit anno 1515. quæ quidem ſimultanea inveſtitura, quotiescunque neceſſitas poſtulavit, renovata ſemper fuit.

Poſt illa demum anno 1524. & ſic 59. annos poſt mortem regis Georgii, nono verò poſt obitum Uladislai Georgius à K. filius Caſparis à K. in Fridlandt à rege Ludovico ſuo, & fratrum Joannis & Andreæ à K. nomine petiit, ut ſimultanea inveſtitura, quam cum agnato ſuo Caſpare à K. in Ses haberent, vigore antiquarum inveſtiturarum confirmaret, idque à rege Ludovico inſcio tamen Caſpare poſſeſſore feudi impetravit, reſervato jure aliis quæſito. Ejusdem etiam inveſtituræ renovationem a rege Ferdinando anno 1527. conſecutus eſt Johannes à K. frater Georgii, & Andreæ.

Præter hoſce ſunt etiam alii de familia à K. in Drebkau, qui anno 1474. & ſic novem annis poſt literas Georgii cum feudo Ses ſimul fuerunt inveſtiti à rege Matthia. Duo enim tum reges Georgius & Matthias regnum Bohemiæ tenuerunt. Sed hæc inveſtitura nunquam renovata, neque etiam, ut in priori caſu factum, à regibus ſucceſſoribus unquam confirmata fuit. Quinimò in eum caſum expreſsè fuit concepta: ſi Poppo & Balthaſar fratres tenentes feudum Ses absque filiis decederent: qui tamen caſus non evenit, cum Balthaſar vita functus filium Caſparem poſt ſe reliquerit.

Quæritur igitur, utrum alteruter ex familia à K. feudum Ses alienatum à poſſeſſore Euſtachio propter ſimultaneam inveſtituram revocare poſſit: an verò Euſtachius emtor & poſſeſſor intentione eorum eliſa poſſeſſionem feudi tueri atque defendere

queat. Circa quæ potiſſimum notandum, feudum iſtud Ses non fuiſſe antiquum, vel avitum, neque à communi ſtipite eorum à K. inter quos negocium vertitur, proveniſſe, ſed nobiles illius familiæ ex inveſtitura ſimultanea duntaxat invicem ſuccedendi facultatem conſecutos eſſe. Deinde hoc etiam ſedulò obſervandum, inveſtituram ſimultaneam conceſſam à rege Georgio nunquam fuiſſe renovatam: Eam verò, quam rex Ludovicus deinde conceſſit, non fuiſſe conſentiente poſſeſſore feudi, ſed potius eo penitus inſcio, & ignorante impetratam.

1. *Agnati illi duntaxat invicem ſuccedunt in feudis, qui à communi ſtipite deſcenderunt.*
2. *Jure Saxonico nemo ſanguinis jure ſuccedit in feudo, præter filium.*
3. *Agnati jure Saxonico vigore ſimultaneæ inveſtituræ ſimul ſuccedunt in feudis ſine gradus prærogativa.*
4. *Jus revocandi feudum illis conceſſum eſt, qui ſuccedunt.*
5 *Jus revocandi feudum etiam ſimul inveſtitis competit jure Saxonico: & nu. 7.*
6. *Succedendi facultas pacto alicui concedi poteſt.*
8. *Feudo ſine culpa nemo privandus.*
9. *Univerſalis dictio (omnis) nihil excludit.*
10. *Generalis diſpoſitio idem operatur, quoad omnia quantum ſpecialis, quoad ſpecificata.*
Generalibus ſpecialia inſunt.
11. *Confirmatio plurium plus operatur quàm unius.*
12. *Inveſtituræ renovatio à poſſeſſoribus feudi duntaxat exigitur.*
13. *Inveſtituræ tenor non eſt immutandus.*
14. *Inveſtituræ immutatio tertio præjudicare non debet.*
15. *Alienandi facultas privilegio conceſſa quemadmodum interpretanda ſit.*
16. *Privilegia principum intelligenda ſunt ſine præjudicio tertii.*
17. *Factum alterius alteri non præjudicat: Conſenſus unius ex agnatis alteri non obeſt.*
18. *Alienans ſuum feudum, cum quo alius inveſtitus fuit, non propterea amittit jus ſimultaneæ inveſtituræ, quod cum illo habuit.*
19. *Præſcriptione excluſus propria culpa jus ſuum amiſiſſe cenſetur.*
20. *Simultanea inveſtitura, quotieſcunque caſus contigerit, renovanda eſt: & num. 32.*
21. *Inveſtitura ſimultanea quemadmodum ſejunctione inveſtiturarum extinguatur.*
22. *Inveſtitura ſimultanea reciprocam obligationem inducit.*
23. *Alter ex duobus inveſtitis non poteſt retinere ſimultaneam inveſtituram, excluſo altero.*
24. *Inveſtiti ſimul re & verbis conjuncti eſſe cenſentur.*
25. *Si alter ex duobus inveſtitis alterum a ſimultanea inveſtitura excluſerit, is meritò etiam ab illo altero removetur.*
26. *Inveſtitura ſimultanea diſſolvitur mutua ſejunctione in inveſtituris facta.*
Voluntas non ſolùm verbis, ſed & facto declaratur.
27. *Contractus quilibet eodem modo diſſolvitur, quo contrahitur.*
28. *Contractus infirmatur, quando non ſervantur pacta, quæ dederunt cauſam contractui.*
29. *Diviſione ſolvitur ſimultanea inveſtitura: ſive unum feudum pro indiviſo, ſive plura ſeparatim à diverſis poſſideantur.*
Argumentum à perſonis ad res valet.
30. *Inveſtituræ tenor obſervandus.*
31. *Inveſtitura mutata, etiam jus ſimultaneæ inveſtituræ immutatur.*
33. *Qui ſciens permittit alium inveſtiri de feudo, jus ſuum, quod in eo habuit, amittit.*
34. *Notoria nemo præſumitur ignorare.*
Conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei.
35. *Inveſtitura ſemel amiſſa denuò recuperari poteſt.*
36. *Confirmatio nihil novi juris tribuit.*
37. *Mendax petitor impetratis carere debet.*
38. *Ad ſimultaneam inveſtituram requiritur conſenſus poſſeſſoris: & num. 45.*
39. *Inveſtitura facta purè de feudo ab alio poſſeſſo non valet.*
40. *Inveſtitus cum feudo ab alio poſſeſſo ſine hujus conſenſu omnem ſpem ſuccedendi amittit, feudo alienato.*
41. *Inveſtitus cum feudo ab alio poſſeſſo ſine conſen-*

ized by Google

conſenſu ejus jus non habet revocandi feudum alienatum: & nu. 45.

Inveſtitura ejuſmodi intelligitur facta ſine præjudicio poſſeſſoris, & ſucceſſorum ejus.

42. Inveſtitura abuſiva nullum jus in re neq; actionem contra tertium tribuit, ſed duntaxat perſonalem contra dominum.

43. Duobus inveſtitis is præfertur, qui prior poſſeſſionem nactus eſt.

44. Dominus, qui non eſt hæres anteceſſoris, non tenetur ratam habere inveſtituram factam ab hoc de feudo ſibi nondum aperto.

46. Inveſtitura facta ſub conditione, ſi poſſeſſor ſine liberis deceſſerit, evaneſcit, ſi is poſt ſe liberos reliquerit.

Conditione deficiente deficit diſpoſitio.

EX PROPOSITA facti narratione intelligimus, binos eſſe litigatores, à quibus controverſiam ſibi moveri timet Euſtachius, quorum prior eſt Andreas à K. ex Fridland: alter ejuſdem familiæ à K. in Drepkau. Ad Andream quod attinet, videri prima fronte alicui poſſet, eum propter jus ſimultaneæ inveſtituræ quo nititur, feudum Ses alienatum, poſt mortem Caſparis à K. jure revocare poſſe ab Euſtachio emtore. Nam etſi in facti narratione ſignificetur, feudum iſtud non eſſe avitum, neque à communi ſtipite, unde tam Andreas à K. quàm etjam Caſpar deſcenderit, proveniſſe, 1 & †ſecundum juris communis regulas feudorum inter illos demum agnatos ſuccedendi jus locum habeat, qui à communi agnationis parente originem duxerunt: *c. 1. de ſucceſſ. fratr. ſive grad. ſuccedent. in feud. & cap. 1. de natur. ſucceſſio. feud. ubi Præpoſitus & Matth. de Afflict. Oldrad. in conſ. 178. incip. Factum tale eſt: quidam nobilis: in fin. id quod Alexand. in conſil. 29. incip. Perſpectis, & conſideratis: vol. 5.* usque adeò procedere dicit, ut nec per teſtamentum poſſit quis transferre feudum ad collaterales, qui non ſunt de ſtipite primi acquirentis.

2 Quia† tamen ſecundum jus Saxonicum nemo jure ſanguinis feudum transmittit præter patrem in filium, ut probatur *in c. 21.* Lehenrecht. Idque teſtatur etiam *Hoſtien. in ſumm. tit. de feudis: §. Qualiter feudum conſtituatur: poſt med. verſ. de conſuetudine*, inquiens, ſe cum fuiſſet in Alemannia, vidiſſe ita judicari per proceres: de eadem conſuetudine mentionem facit etiam *Alberic. de Roſate in dictionario ſuo: in verb. feudum: verſ. Qualiter feudum acquiratur*: & quod conſequens eſt, jure Saxonico omnis ſuccedendi facultas à ſangvinis jure dependens eſt ſublata.

Ideò † in foro Saxonico non tam ad communem ſtipitem, quàm ad ſimultaneam inveſtituram reſpicere ſolemus. Unde provenit, ut omnes, qui ſimul ſunt inveſtiti, abſq; graduum conſideratione unà ſuccedant, licet in diverſis ſint conſtituti gradibus, & alter propiore agnationis vinculo conjunctus defuncto fuerit, quàm alter, ut multis firmat *Henning. in conſil. 22. vol. 2. facit l. cum ita. §. fin. ubi not. gloſſ. de leg. 2. & l. fin. junct. gl. verb. nulla ſpeciali: C. de verbor. ſignificatione.* 3

Atqui † jus commune feudorum facultatem revocandi feuda alienata omnibus illis concedit, ad quos feudum alienatum quandoque eſt reverſurum: *c. 1. de alienatio feud. patern. & c. Titius: ſi de feud. defunct.* ad exemplum actionis Favianæ, qua revocantur alienata in fraudem patroni: *l. 1. ſi quid in fraud. patron. l. 1. & 2. C. ſi in fraud. patron. alienat. facta ſit.* 4

Meritò † itaque ad hanc facultatem revocandi feudum alienatū quod attinet, ſimultanea inveſtitura ſuccedendi jus tribuens, ſecundum conſuetudines Saxonum eundem ſortiri debebit effectum, quem alioqui agnatio jure communi habet. Sive enim quis habeat ſucceſſorem, qui ſuccedit jure agnationis, ſive jure ſimultaneæ inveſtituræ, non poterit ejuſmodi ſucceſſori præjudicium aliquod afferre, aut ei præripere hoc jus, quod vel ex moribus feudo- 5

feudorum jure agnationis, vel ex pacto ſimultaneæ inveſtituræ ipſi competit.

6 Nam † etiam juxta juris communis regulas ejuſmodi ſucceſſio ex pacto proveniens admittitur, ut paret in duobus fratribus de feudo novo eo pacto inveſtitis, ut alter alteri ſuccedat: *c. 1. de fratri: de nov. benefic. inveſtit. ibi, niſi facta fuerit eo pacto inveſtitura: c. 1. §. ſin autem unus ex fratribus: ibi, niſi nominatim hoc dictum: de his qui feud. dar. poſſ. §. fin. in fin. c. 1. de ſucceſſio. feud. c. 1. § fin. de feud. Marchiæ, ibi: niſi pactum fuerit in inveſtitura, quod frater fratri ſuccedat.* Idem apparet etiam in filiabus, quæ, licet regulariter incapaces ſint feudi, tamen ex pacto quandoque admittuntur, *c. 1. §. Hoc autem: ibi, niſi ſpecialiter dictum ſit, de his, qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. fin. de ſucceſſio feud.* Facit etiam vulgata illa regula, quod tenor inveſtituræ omni naturæ feudorum deroget, *ut tradit Bald. in prælud. feudor. in 4. diviſio. num. 47.*

Conſideratis modò verbis inveſtiturarum utiq; ex literis à rege Georgio anno 1464. datis liquidò conſtat, tum temporis majores Caſparis à K. alienatoris, utpote Henricum & Popponem à K. & item Andreæ, qui feudum alienatum revocare intendit, avũ Nicolaum à K. cum feudo Ses, & omnibus aliis bonis tum utrinque poſſeſſis, ſimul inveſtitos, & ſingulis ſimultaneam inveſtituram hinc inde conceſſam fuiſſe. Quamobrem etſi feudum iſtud Ses à communi ſtipite non provenerit, neque etiam Andreæ à K. antiquum ſive paternum feudum fuerit: quia tamen avus ejus conſentientibus majoribus Caſparis alienatoris de illo feudo ſimul inveſtitus fuit, ut ex prædictis literis luculenter apparet, haud præter rationem videri alicui poſſet, propter hanc ipſam ſimultaneã inveſtituram neceſſarium in alienatione feudi Ses fuiſſe conſenſum Andreæ, & cum is non acceſſerit, illum ex jure ſimultaneæ inveſtituræ feudum alienatum etiam vivente alienatore, refuſo precio, vel eo defuncto abſque precio revocare poſſe, ut probatur in *d. c. Titius ſi de feud. defunct.*

Sicuti † enim de jure communi 7
agnati poſſunt alienationem feudi paterni abſque conſenſu eorum factam revocare. *c. 1. § porrò: Qualiter olim feud. poterat alienari: not. gl. in c. 1. §. Hoc quoq; verbo. Partem ſuam. de ſucceſſio. feud. & in c. 1. §. ſed cum res; per quos fiat inveſtitur.* Ita & de jure Saxonum talis revocatio competit iis, qui in ſimultaneam inveſtituram recepti ſunt. Abſurdum enim eſt & irrationabile, quempiam rem, quam in bonis ſuis purè non poſſidet, ad alios transferre poſſe, & alienam ſpem decipere: *l. 3. §. ſed quia: C. Commun. de leg.* Accedit vulgata regula juris, quæ docet, id, quod omnes tangit, ab omnibus debere approbari: *c. Quod omnes: de reg. jur. in 6.* Ideoque de jure communi nemo quicquam diſponere poteſt ſine conſenſu alterius, ad quem res ea ſimul ſpectat: *l. Id quod noſtrum: eod. tit. l. fin. de pactis*: Et hoc ita expreſsè cautum eſt in jure Saxonico feudali *cap. 8.* his verbis: Ob zweene Mann mit einem Lehen beſehnet würden / vnd jhr einer verſtihet etwas von dem Gute einem andern Manne / jhr keiner mag ohne den andern das Gut dem andern wieder leihen noch auffſaſſen ſeinem Herrn / ſo / daß er dem andern ſchade.

Neque referre videtur, quod in literis regis Uladislai hujus feudi Ses nulla fuit facta mentio. Nam cum majores ejus ſemel inveſtituram illam ſimultaneam à rege Georgio impetraverint: jure iſto ſine probabili cauſa exui amplius non debuerunt, neque potuerunt, cum jure feudali clarè diſpoſitum ſit, neminem † feudo abſque 8
culpa privandum eſſe, *c. 1. de feud. ſine culpa non amitt. & c. 1. §. ſi quis fecerit: Quo tempore miles inveſtitur: petere deb. Roman. conſil. 70.* Quinimo ex illis literis non ſolùm hoc liquet, Nicolai à K. filios, & inter hoſce etiam Caſparem patrem Andreæ cum omnibus bonis pater-

zed by Google

paternis ſimul inveſtitos eſſe, ſed iſtud
etiam inde apparet, regem omnes lite-
ras, beneficia, & privilegia, quæ à prio-
ribus regibus impetraverant, confir-
maſſe. Quæ quidem generalis confir-
matio hunc etiam videtur operari effe-
ctum, ut jus iſtud ſimultaneæ inveſtitu-
ræ, quod pater ipſorum à rege Georgio
fuit conſecutus, renovet, atque confir-
met. Nam verba iſta alle jhre königliche
Briefe/Handſchrifften: ſunt admodum
univerſalia.

9 Omne † autem qui dicit, nihil ex-
cludit: *l. Julianus: de leg. 3. l. à Procuratore,*
cum gloſſ. C. Mandati. l. cum quidam: §.
in tacito. de uſuris. c. ſi Romanorum: §. *di-*
cendo verò 19. diſtinct. c. ſunt nonnulli. 1.
quæſtio. 1. gl. 1. cap. 2. in verb. Omnium Apo-
10 *ſtolorum: de obſervat. jejun.* unde † cum
generalis oratio ſeu diſpoſitio tantùm
operetur, quò ad omnia, quantum
ſpecialis quò ad ſpecificata: *l. ſi duo.*
in fin. de adminiſt. tutor. l. ſi chorus: de leg.
3. l. 1. §. *1. Quod juſſu: gl. l. ſi ſervitus: ver-*
bo. nihil: de ſervit. urban. prædior. gl. fin.
§. *fin. l. illud: de minor.* & generalibus ſpe-
cialia inſint: *l. ſemper in generalibus: de*
reg. jur. Meritò generalis hæc confir-
matio regia non minus videtur con-
ſervaſſe patri Andreæ à K. jus ſimulta-
neæ inveſtituræ, ac ſi de ea in ſpecie
eſſet facta mentio. Confirmans enim
privilegia generaliter in omnibus &
per omnia, intelligitur confirmaſſe,
omnia in iis contenta, etiamſi require-
retur ſpecialis mentio *ſecundum Goza-*
din. in conſil. 8. num. 29. Hunc etiam fuiſ-
ſe effectum illius confirmationis gene-
ralis porrò colligitur ex inveſtituris
ſequentium regum. Nam in literis
regis Ludovici & Ferdinandi ſimul-
tanea inveſtitura in feudo Ses expreſsè
renovatur & confirmatur Andreæ &
fratris ejus.

11 Confirmatio † autem plurium re-
gum plus operatur, quam confirmatio
unius *ſecundum Joann. Nevizan. in con-*
ſil. feudal. 12. num. 36. Ex quibus etiam ſe-
quitur, Andream à K. ſimultaneam in-
veſtituram, quotieſcunq; regis perſona
immutata fuit, renovaſſe, atq; hoc ipſo
jus ſuum ſalvum atque integrum ſem-
per conſervaſſe, ut proinde eo no-
mine argui non poſſe videatur, quaſi
inveſtituram non revocaverit, quem-
admodum in facti narratione præſup-
ponitur.

Quamvis etiam in facti ſpecie nar-
retur, Andream à K. & majores ejus de-
functis aliquot poſſeſſoribus feudi Ses,
utpote Heinrico & Poppone, item Bal-
thaſare & domino Poppone à K. inve-
ſtituram illam non ut ipſos decuerat,
renovaſſe, ac propterea jure illo exci-
diſſe, tamẽ ad hoc reſpondere quis poſ-
ſet, cum Andreas & majores ejus feu-
dum iſtud hactenus non poſſederint,
ideò nullam fuiſſe neceſſariam inveſti-
turæ renovationem. nam hæc ab illis 12
duntaxat requiritur, qui feuda poſſi-
dent, *ut docet Bal. in l. ſolennibus. ad fin. C.*
de rei vendicat. Alvarott. in c. 1. in fin. prin.
num. 11. verſ. Quæro quid ſi vaſallus non
poſſideat: Quæ fuer. prim. cauſa benefic.
amit. ubi dicunt, quod vaſallus, qui non
poſſidet, non amittat feudum ob non
petitam inveſtituram, cum renovatio
inveſtituræ pertineat ad poſſeſſorem
feudi, qui inde percepit commoda &
emolumenta. Quamobrem potius Ca-
ſpari à K. venditori, & majoribus ſuis
tanquam poſſeſſoribus feudi Ses incu-
buiſſe videtur, ut inveſtituram non ſo-
lùm proprio ipſorum nomine, ſed &
nomine agnatorum ſuorum, Andreæ
nimirum, & majorem ejus peterent,
atque adeò ſimultaneam illam inveſti-
turam renovarent, & inſtrumenta
ejus ad exemplum antiquarum inve-
ſtiturarum conformari curarent,
cum † tenor inveſtituræ antiquæ non 13
ſit immutandus, *ſecundum Curt. Junior.*
in conſil. 1. num. 10. vol. 1. Et Gozadin. in
conſil. 53. num. 18. non † itaque officium 14
hoc ab ipſis prætermiſſum, & quæ
inveſtiturarum, omittendo Andream
& majores ejus, facta eſt immutatio,
hiſce præjudicare poterit, cum jus
ſemel

ſemel alicui quæſitum ſine facto ſuo auferri ſibi nequeat: *d. l. fin. de pact. & d. l. Id quod noſtrum: de reg. jur.*

Nam etſi pater venditoris Balthaſar à K. à rege Ladislao anno 1512. liberrimam alienandi poteſtatem peculiari privilegio ſit conſecutus, hoc tamen privilegium iſtum effectum minimè ſortiri poterit, ut propterea integrum fuerit Balthaſari agnatos ſuos, qui ſimul cum ipſo fuerunt inveſtiti, in inveſtituræ renovatione prætereundo à jure ſuo removere, & iſtud in alium transferre, ſed hanc potius recipiet in-
15 terpretationem, ut † liberum ipſi ſit, bona illa feudalia in præjudicium regis alienare, atque propterea neceſſe non habeat conſenſum regis in alienatione requirere, ſicuti aliâs ſecundum juris feudalis regulas exigeretur: *c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Lotharium: c. 1. de prohibit. feud. alien. per Frederic.* id quod etjam verba illa privilegii, **Von uns unnd menniglich der unſern ungehindert:** luculenter docent, ut ita privilegium iſtud duntaxat remittat pœnam amiſſionis feudi, quam aliâs poſſet incurrere vaſallus alienando ſine conſenſu domini, *ut in ſimili docet Caſtrenſ. in conſil 163. in antiq. & Calderin. in conſil. 11. ſub tit. de feud.*

16 Quod † verò rex ejuſmodi privilegium concedendo, aliis, qui ſimul cum illo feudo inveſtiti fuerunt, jus ipſorum auferri voluerit, planè veriſimile non eſt, cum omnia privilegia principum intelligantur ſine præjudicio tertii: *l. 2. § ſi quis à principe. & § meritò: ne quid in loc. publ. l. Impuberi. de adminiſtrat. tutor. l. cum filius: de teſtament. militar.* neque creditur princeps juri alterius præjudicare velle: *l. Nec avus: C. de emancipat. liber. Alex. in l. Centurio. num. 39. & 40. verſ. Nec dicitur: de vulgar. & Pupill. Felin. in c. cauſam quæ. col. 8. verſ. Imo præſtatio privilegii: de reſcript.* Quinimo ne agnatis quidem præjudicare poteſt dominus: *c. 1. ubi Bald. de alienat. feud. patern.*

Sic Andreæ à K. feudum alienatum revocare volenti obſtaculo eſſe non poteſt, quod Jacob. & Ottho à K. venditioni conſenſerunt.

Nam † etſi conſenſu iſto proprio ipſorum juri renunciaverint, hoc tamen juri competenti Andreæ præjudicium afferre nequit: cum factum alterius alteri non præjudicet: *l. de pupillo: § ſi plurium de oper. non nunc. l. Quidam § ſi quis filium: Ad S. C. Trebellian. l. Non debet alteri: de reg. jur.* Et civilis ratio ſuadet, conditionem alterius meliorem quidem fieri poſſe per alterum, non autem deteriorem: *l. ſolvendo: de negoc. geſt.* Ideoque monet *Matth. de Afflict. In c. 1. § Hoc quoq;: col. 18. verſ. Item quæro, an filii & agnati: & col. 19. verſ. Et nota iſtam diſtinctionem: de ſucceſſio feud. & Zaſius in Epitome feud. part. 9. in 6. fallent:* neceſſe eſſe, ut omnes agnati conſentiant, neque ſufficere conſenſum proximiorum, quò minus reſoluto jure alienantis & conſentientis ſequens agnatus poſſit revocare alienationem. Facit optimè textus *in l. In concedendo: de aqua pluv. arcend.* dum requirit voluntatem, & conſenſum omnium, quorum intereſt. Sic & aliâs videmus, inter eos etiam qui rem habent communem, non poſſe alienantem ſocio ſuo præjudicare: *l. 1. & l. pen. C. de commun. rer. alienatio.* prout nec maritus poteſt alienando præjudicare uxori: *l. 2. C. de reb. alien. non alienand.* nec mater filio: *l. Mater tua. C. de rei vendicat. & in l. Mancipia: C. de rebus alien. non alienand.* & quemadmodum vendens rem alienam non præjudicat domino: ita nec poteſt quis præjudicare ei, ad quem res poſt mortem ſuam eſt reverſura. 18

Denique † non videtur obſtare, quod Andr. à K. & majores ejus omnia illa bona, cum quibus parentes venditoris Caſparis à K. ſimul fuerunt inveſtiti, vendiderunt. Non enim propterea ipſis jus ſimultaneæ inveſtituræ, quod in illis bonis habuerunt, eſt ademtum, ſed ſalvum & integrum nihilominus eis remanſit, ita ut hujus vigore bona

illa

Digitized by Google

illa alienata revocare poſſint, niſi ratione temporis interim elapſi inde excluderentur: quo quidem caſu propriæ potius negligentiæ iſtud expenſum ferre deberent, quàm ut propterea Andreæ quippiam imputare poſſent.

19 Cum † enim præſcriptio, maximè verò illa, quæ eſt longiſſimi temporis, in odium negligentis ſit introducta, *ut eſt textus in c.placuit:* § *Præſcriptionum 16.q.3. & tradit Bartol.in l.fin.§.1.in princ. C.de edict.divi Adrian.toll.& in l fin.nu.4. de eo per quem factum fuerit*: conſequens eſt, eum, qui præſcriptione à jure revocandi feuda alienata excluditur, ob propriam negligentiam & propriam culpam excludi: negligentia enim culpæ annumeratur. Ideoque non dicitur ſine facto ſuo jus amittere is, qui per propriam negligentiam & præſcriptionem jus ſuum perdit, *ut pulcrè explicat Decius: Cagnol.& alii in l.Id quod noſtrum de reg.jur.*

Verùm enimvero hiſce atque ſimilibus non obſtantibus in propoſita facti ſpecie concludendum exiſtimamus, ſi Andreas à K. ſimultaneam inveſtituram nullis aliis inſtrumentis, quàm illis quorum in narratione caſus facta fuit mentio, docere poſſet, quod tum venditionem illam inter Caſparem à K.& Euſtachium à S. ante 27. annos de feudo Ses celebratam minimè impugnare, neque feudum alienatum vel vivo vel mortuò alienatore revocare poſſit, quantumvis precium reſtituere vellet. Nam etſi ex inveſtitura regis Georgii anno 1464. data hoc quidem evidens eſt, tum temporis avos Caſparis & Andreæ à K. de omnibus eorum bonis ſimul inveſtitos fuiſſe, ex aliis tamen literis, quibus Andreas nititur, nuſquam apparet, hanc ſimultaneam inveſtituram inter poſteros Nicolai à K. & Henrici, atque Chriſtiani à K. renovatam, atque hoc ipſo conſervatam eſſe.

20 Quod † enim ſimultanea inveſtitura perinde, ut quævis alia inveſtitura feudi poſſeſſi, quotieſcunque caſus contigerit, renovari debeat, atque hoc prætermiſſo, penitus amittatur & expiret, docet quotidianus uſus, qui in omnibus locis, ubi ſimultanea uſurpatur inveſtitura, obſervari ſolet, de qua etiam conſuetudine atteſtatur, eamque per ſimiles deciſiones feudales defendit expertiſſimus juris Saxonici Practicus D. Hieronymus Schurff *in conſilio ſuo 16. centur.1.* Ad hanc autem inveſtituræ renovationem (quam vulgò appellamus Volge) minimè ſufficit, quod filii Nicolai à K. ab Uladiſlao omnes literas & inſtrumenta, quæ majores ſui à regibus Bohemiæ impetrarunt, confirmari curarunt, cum inveſtituram illam duntaxat in propriam ipſorum perſonam dirigi, & ſemet invicem tantum de bonis à patre ad ipſos devolutis ſimul fecerint inveſtiri, atque interim non ſolùm feudi alienati Ses nunquam meminerint, ſed neque etiam agnatorum ſuorum in Ses, qui tamen vigore inveſtituræ à rege Georgio conceſſæ cum bonis Andreæ & fratrum videlicet Grobau, Mitteriz, & reliquis ſimul inveſtiti prius erant, quin nec etiam jam dictorum bonorum, in quibus patrui ipſorum cum ipſis ſimultaneam inveſtituram habuerunt, ullam mentionem fecerint, atque hac ratione agnatos ſuos à ſimultanea inveſtitura excluſerint.

21 Nam † hinc ſanè videre licet, quod diverſæ illæ lineæ nobilium à K. in Ses & Fridelandt, à morte regis Georgii (qui intra legitimum præſcriptionis tempus, quinimò intra 80. & 90. annos non amplius fuit in vivis (de feudis ipſorum nunquam ſimul, ſed ſingulæ de ſuis bonis ſeparatim inveſtitæ fuerint, quod etiam majores Andreæ à K. tempore regis Uladiſlai feuda Grobau, Mitteriz, & Vogelsdorff, amplius non poſſederint, cum reliquis verò, quæ adhuc tenuerunt, videlicet Fridelandt & cæteris agnatos ſuos in Ses ſimul inveſtiri non curarint.

Unde portò conſectarium eſt, cum agnati à K. ex utraque linea cum feudis ſuis ſeparatim ſemper infeudati fuerint, neque alter alterius in inveſtituris ipſorum intra annos 80. mentionem ullam fieri curaverit, quod illi hac ſeparatione veluti ſeceſſione facta, à ſimultanea illa inveſtitura, quam tempore regis Georgii majores eorum habuerunt, ſponte receſſerint, atque adeò illa
(h) penitus expiraverit.(h)

22 Hæc enim natura & proprietas eſt ſimultaneæ inveſtituræ, ut inter illos, qui de bonis ſuis invicem ſunt inveſtiti, quandam quaſi ſocietatem ſeu communionem, quò ad jus ſuccedendi, & reciprocam obligationem introducat: quæ quidem reciproca obligatio alioqui de natura contractus eſſe ſolet, uſque adeò, ut Juriſconſultus *in l. Jurisgentium: paulò poſt princ. de pactis: & Decius in l. Labeo: de verbor. ſignificat.* dixerit, contractum eſſe ultro citroque obligationem: ideoque à Græcis συνάλλαγμα vocari, quaſi mutuam quandam commutationẽ, ſeu conjunctionem: *& Alciat.* ibi contractum quaſi contra ſeu viciſſim actum, & contrahere quaſi viciſſim & mutuò trahere dictum putat.

23 Quamobrem † rationi naturali conſentaneũ eſſe non videtur, ex duobus de bonis ipſorum ſimul inveſtitis alterum inveſtituram ſimultaneam, quam cum altero habet, retinere, & nihilominus hunc ſocium ejus à jure ſimultaneæ inveſtituræ, quod cum ſuis bonis viciſſim habuit, penitus excludere poſſe. Contractus enim claudicare non debet, *ſecundum gl. & Bart. in l. Julian. §. ſi quis à pupillo: de action. emt.* nec debet ſtari pacto, quod alteri eſt captioſum: *l. ſi id, quod: in fin. de reſcind. vendit.*

24 Per † ſimultaneam etiam inveſtituram hæ duæ lineæ ex familia à K. in Ses & Grobau, quò ad ſucceſſionem, in bonis eorum re & verbis ſunt conjunctæ, juxta *l. Triplici. de verbor. ſignificat. & l. re conjuncti. de leg. 3.* Nam etſi in inveſtitura regis Georgii differentia conſtituatur inter bona ab alterutro agnato ex his duabus lineis poſſeſſa, tamen eadem utrique parti jure ſimultaneæ inveſtituræ æquè conceduntur, atque hoc ipſo utrinque in ſuccedendi jure, re & verbis conjunguntur. Dubium enim non eſt, conjunctionem ejuſmodi non minus induci poſſe per contractum, quàm per ultimam voluntatem, *ut tradit Anton. Fun. in tractat. de conjunctio. in fin. capit. de conjunctione mixta, reali & verbali ſimul.* Imò ſicuti magis ſocii ſunt, qui unam eandemq; rem pariter emunt, quam quibus eadem res teſtamento legata eſt: *l. 2. Commun. divid.* ita & major videtur ſocietas & conjunctio eſſe, quoad ſucceſſionem, inter eos, qui de iiſdem bonis ſimul ſunt inveſtiti, quàm inter eos, quibus teſtamento eadem res eſt legata, cum talis inveſtitura utriuſque poſſeſſoris conſenſu fiat & accipiatur: conjuncti verò re & verbis unum corpus eſſe cenſeantur, *ſecundum Alciat. in l. Triplici: de verbor. ſignificat.* Et ſi dicitur Leonina ſocietas, quando uni ſoli onera & damna incumbunt, alter verò lucrum duntaxat captat, *ut habetur in §. final. l. ſi non fuerit: pro ſocio:* profectò & hoc Leoninæ ſocietatis inſtar eſſe videtur, quando ex duobus ſimul inveſtitis alter jus ſuum in bonis alterius integrum ſervare cupit, neque tamen illi alteri jus ex eadem ſimultanea inveſtitura in ſuis bonis vult concedere. Eam autem fuiſſe mentem atq; intentionem majorum Andreæ à K. quod majoribus Caſparis à K. ſimultaneam inveſtituram in bonis ſuis poſt mortem regis Georgii minimè concedere voluerint, ex eo evidens eſt, quod illos in omnibus inveſtituris, quas à regibus Bohemiæ deinde acceperunt, penitus prætermiſerunt, nulla eorum facta mentione, atq; inſuper etiam bona illa, cum quibus initiò inveſtiti fuerant, conſenſu eorum prius non requiſito extraneis vendiderunt, atq; adeò illos

jure

Digitized by Google

jure ſimultaneæ inveſtituræ penitus defraudarunt.

25 Quamobrem † cum parentes Andreæ à K. agnatos ſuos in inveſtituris omittendo, bonaque cum quibus hi inveſtiti fuerunt, alienando, à ſimultanea inveſtitura receſſerint, fidemque qua agnatis ex priſtino contractu obſtricti erant fefellerint, trita verò juris regula doceat, fidem frangenti non eſſe ſervandam fidem. *c. fruſtra: de reg. jur. in 6. l. cum propenas. 2. C. de pactis*: ſequitur inde, parentes Caſparis à K. in inveſtituris ſuis jure etiam illos prætermittere potuiſſe. Non itaque hiſce, ut in rationibus dubitandi dictum fuit, objici poterit, eos devinctos fuiſſe, ut renovationem inveſtituræ petentes, etiam agnatos ſuos in Fridelandt juxta tenorem antiquarum literarum ſecum curaſſent inveſtiri. Nam cum hoc Andreæ parentes prætermiſerint, eo ipſo huic ſeparationi & ſejunctioni cauſam dederunt. Fruſtra enim petit debitum, vel juſtitiam, qui non impendit, quod debet aut quod juſtum eſt. *c. ſignificaſti: & ibi gl. fin. de electio.* facit vulgatum dictum: Patere legem quàm tuleris: item regula illa jure etiam divino fundata: Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Quocirca cum Andreæ majores ex parte ipſorum antiquum inveſtituræ tenore immutarint, utique regula, quæ exigit, inveſtituram non immutandam contra agnatos ſuos, vel eos, qui ab his cauſam habent, uti non poterunt. Fruſtra enim petit implementum contractus àb alio, qui ſuo tempore non adimplevit: *d. l. cum proponas: & l. Julianus. §. offerri; de action. emt.* & reſoluta una parte contractus, totus ſolvitur: *l. fin. de acceptilat.*

26 Portò † ex hac ipſa ſeparatione atque disjunctione, quæ ex utraq; parte in inveſtituris facta eſt etiam diſſolutio ſimultaneæ inveſtituræ, quàm literis regis Georgii prius impetrarunt, conſecuta, eademque penitus extincta fuit. Nam cum paria ſint, voluntatem declarare verbis vel facto: *d. l. De quibus verſ. Quid enim intereſt: de LL. l. Paulus: Rem ratam haberi. l. fin. de divort.* Imò caſus in facto conſiſtentes fortiores ſunt ad declarandam voluntatem alicujus, & fortiorem operantur effectum, quàm actus verbi: *l. ſi tamen: §. ei qui ſervum: de ædil. edict. Crotus in l. ſciendum: num. 21. de verbor. obligat.* Conſequens omninò eſt, quod, ſicuti ſimultanea inveſtitura mutuo conſenſu diſſolvitur, ad exemplum venditionis, & aliorum contractuum, à quibus mutuo conſenſu receditur: *l. Ab emtione: de pactis. l. cum emtor. §. 1. de reſcindend. venditio. l. 1. in princ. Quando liceat ab emtione diſcedere: l. nihil tam naturale: de reg. jur.* Ita etiam eadem diſſolvatur, quando ab utraque parte ipſo facto in contrarium actum eſt, & ita inveſtituræ cujuslibet partis non conjunctim, ut antea, ſed ſeparatim ſunt acceptæ.

27 Ejuſmodi † enim actus prioribus ſimiles retroacti fortiores ſunt ad diſſolvendum contractum, quàm nuda voluntas contrahentium, *ut apparet ex d. l. 1. Quando liceat ab emtio. diſcedere.* Facit, quod aliàs traditur, prout quiſque contractus contrahitur, eodem modo eundem dirimi: *l. Prout: de ſolutionib. l. Quemadmodum: de acquirend. poſſeſſio.* Unde & Philoſophi dicere ſolent, eadem eſſe principia generationis & corruptionis. Qua de cauſa etiam Bartol. docet *in l. Ideò: num. 2. de condiction. furtiv.* reſolutionem contractus ejuſdem eſſe naturæ, cujus eſt contractus. quemadmodum igitur ex eo, quod aliqui cum diverſis bonis ſimul inveſtiuntur, jus ſimultaneæ inveſtituræ introducitur, ita etiam ex inveſtituris ſeparatis, quibus ſinguli de propriis ipſorum bonis ſeparatim infeudantur, nulla de altero facta mentione, ipſum jus ſimultaneæ inveſtituræ, ut diſſolvatur neceſſe eſt.

28 Facit † quod aliàs traditur, ſi pacta quæ dederunt cauſam contractui, non ſervan-

ſervantur, contractum infirmari, *l. cum te. C. de pact. inter emtor: & vendit.* quam ad hoc allegat Alciatus *in l. cum proponas: col. 2. verſ. Et inprimis: C. de pactis.* Nam etſi in propoſita facti ſpecie nullum adſit expreſſum pactum, tamen cum nobiles à K. qui tempore regis Georgii ſimul inveſtiti fuerunt, deinde ſinguli ſeparatim ſemet infeudari utrinque curarint prætermiſſis aliis antea inveſtitis, ex hoc ipſo ſatis evidenter colligitur, eos à ſimultanea illa inveſtitura recedere voluiſſe: quare quod ſemel ipſis placuit, meritò amplius diſplicere non debet. Ejuſmodi enim conventioni tacitæ non minus ſtandum eſt, quàm expreſsè: *l. tum quia: de pact.* & in omnibus contractibus non minus ſpectatur, quid ſit actū, quàm quid ſit dictum: *l. cum quid: ſi cert. petat. l. Triticum: de verbor. obligatio. l. ſemper in ſtipulationibus: de reg. jur.* Ut proinde ex his manifeſtum ſit, cum nobiles à K. in Grobau & Mitteriz bona ſua, cum quibus agnati eorum in Ses, ſimul fuerunt inveſtiti, alienaverint, cum Fridelandt autem, & reliquis bonis deinde conſecutis ſeparatim, nulla patruornm in Ses facta mentione, ſemet inveſtiri fecerint, atque inde etiam nobiles à K. in Schonfeldt & Ses, illud alterum alienarint, & cum altero feudo Ses, præteritis reliquis ſoli inveſtiti fuerint, quod hoc ipſo ſimultanea illa inveſtitura, quam tempore regis Georgii majores ipſorum conſecuti ſunt, prorſus diſſoluta & extincta fuerit.

29 De † qua quidem concluſione etiam ſecundum jus Saxonicum in inferiore Luſatia uſu receptum minus dubitandum erit, cum hoc ipſum de duobus cum eodem feudo ſimul inveſtitis, & deinde diviſionem ineuntibus, eo jure clarè diſpoſitum reperiatur *in cap. 32.* Lehnrecht: Wenn ſie ſich aber theilen / ſo hat ihr keiner kein recht mehr an des andern Theil / ob der ander ſtirbet / ihm ſey dann anderweit das gedinge vnd die anwartung daran geliehen. His enim verbis expreſsè ſignificatur, per diviſionem atque ſeparationem ſimultaneam inveſtituram diſſolvi. Neque refert, quod textus ille tantùm de uno feudo à duobus pro indiviſo poſſeſſo loquitur: non autem de duobus, qui de pluribus feudis ſimul fuerunt inveſtiti. Nam etſi hoc caſu quilibet feudum ſuum ſeparatim poſſideat, tamen ad ſimultaneam inveſtituram quod attinet, nulla poterit probabilis reddi diverſitatis ratio. Ubi autem eadem eſt ratio, ibi idem etiam jus ſtatuendum: *l. Illud: Ad l. Aquil. l. fin. Ad l. Falcid. l. 1. C. de interdict. c. Inter corporalia: §. ſicut autem, de translat. epiſcop.* Et quemadmodum idem juris ſtatuitur de una eademque perſona, in qua plura jura concurrunt, quod de pluribus. *l. cum quadam: C. de adminiſtrat. tutor. §. ſi tutor. Inſtit. de inofficioſ. teſtament. l. Tutorem: de his quibus ut indign.* ita non immeritò in pluribus feudis una inveſtitura conjunctis idem jus obtinere debet, quod obtinet in uno feudo, quod pluribus in ſimultaneam inveſtituram eſt conceſſum, & per diviſionem in plura feuda ſcinditur. Valet enim argumentum à perſonis ad res: *l. Qui plures liberos: de vulgar. & pupillar.*

Nam etſi plura feuda nominata ſint in inveſtitura: tamen propter conjunctionem, quæ facta eſt inter hæc feuda, & perſonas inveſtitas, & ita propter unitatem ac individuitatem contract. ſimultaneæ inveſtituræ reputatur unus contractus: *l. ſi plura: de ædilit. edict.* quam ad hoc in ſimili adducit *Bald. in Auth. ſi quis ruinas: col. penultim. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Facit etiam ad propoſitum, quo tradunt *gl. in verbo comprehenſus: Jacob. de Belvis: & Alvarott. in cap. 1. de feud. cognit.* caſus feudales decidi per ſimilem conſuetudinem, & in conſuetudinibus feudalibus procedi de ſimilibus ad ſimilia. Quamobrem etſi caſus noſter verbis quidem illius *cap. 32.* ita expreſsè non decidatur,

Digitized by Google

rectè tamen inde colligitur, quod, ſicuti per diviſionem ſimultanea inveſtitura diſſolvitur, ita etiam eadem per ſeparationem & ſeceſſionem factam ab illis, qui cum primo cum bonis ſuis ſimul fuiſſent infeudati, deinde ſeparatim ſemet inveſtiri curarunt, extinguatur: cum præſertim hoc ipſum præter jam dictum ſimile conſuetudinis Saxoniæ etiam multis argumentis legum ſuprà commemoratis definiatur. Ad quæ quidem argumenta recurrendum eſſe, quando conſuetudines feudales deficiunt, *docent Jacob. de Belvis. Bald. & Alvarott. poſt gloſſ. in c. 1. de feud. cognit.*

30 Imò cum ſupra dictum ſit, de † jure Saxonum omnem ſucceſſionem collateralium pendere ex inveſtituræ tenore, ad quem recurrendum eſſe, etiam juris civilis DD. ubique docent, *Jaſ. in conſil. 136. num. 2. vol. 4. Philipp. Dec. conſ. 208. num. 2. & in conſ. 269. num. 3. Pariſ. conſ. 2. numer. 15. & conſil. 3. numer. 14. & conſil. 4. num. 6. volu. 1. Albert. Brun. conſil. feud. 18. num. 10.*

31 Conſequens † eſt, mutata forma inveſtiturarum antiquarum mutatum eſſe etiam jus ſimultaneæ inveſtituræ, & jus ſuccedendi inter nobiles à K. cum ipſo facto inveſtiturarum à qualibet parte prædictæ familiæ ſeparatim acceptarum appareat, ejuſmodi mutationem conſenſu utriusq; partis factam, quod fieri poſſe ſatis innuit *Alber. Brun. in conſil. 1. nu. 83. & in conſil. 27. num. 2. & conſil. 78. num. 6.*

Cum itaque ex his omnibus manifeſtum denique ſit, ad conſervandum jus ſimultaneæ inveſtituræ neceſſe eſſe, ut ſimultanea illa inveſtitura, quam de uno vel pluribus feudis quidam habent, viciſſim renovetur, & quod adeò majores Andreæ à K. ſi ſimultaneam illam inveſtituram, quam cum patruis in Ses habuerunt, retinere voluiſſent, in inveſtituris impetratis non ſolùm feudi Ses expreſſam mentionem facere, ſed & curare debuiſſent, ut & jam dicti patrui unà cum ipſis inveſtirentur. Sequitur inde, generalem illam clauſulam, quibus Uladislaus rex ad requiſitionem Nicolai à K. omnes literas regias confirmavit, ad conſervandum ſimultaneam inveſtituram, quam prædictus Nicolaus cum patruis ſuis in Ses tempore regis Georgii habuit, minimè ſufficere: cum præſertim tum temporis bona prius poſſeſſa à Nicolao, cum quibus patrui ejus in Ses ſimul inveſtiti fuerant, utputa Grabau Mitteriz, & Vogelsdorff, jam diſtracta ac propterea horum perinde, ut & feudi Ses nulla in illis literis mentio facta fuerit. Nam ex hoc tantò magis colligitur, ſimultaneam illam inveſtituram, quam poſſeſſores feudorum Grabau, Mitteriz, Vogelsdorff, Ses & Schonfeldt juxta literas Georgii, hinc inde ſimul habuerunt, jam tum diſſolutam fuiſſe, cum neque horum bonorum, neque etiam perſonarum ulla in literis Uladislai fiat mentio. Ut proinde ex hiſce inveſtituris manifeſtè deprehendatur, Nicolaum à K. bona illa, cum quibus agnati ejus in Ses ſimul inveſtiti fuerant, jam ante vendidiſſe, aliaque ut Fridelandt, Schenckendorff, & Lubenau comparaſſe, cum quibus, quia nobiles illi à K. in Ses nunquam inveſtiti fuerunt, conſequens eſt etiam Nicolaum à K. nullum viciſſim cum ipſis habere jus ſimultaneæ inveſtituræ, cum præſertim, ut dictum eſt, ſua bona penitus alienarit. Nam per hanc alienationem conjunctio ſimultaneæ inveſtituræ non minus diſſolvi videtur, quam ſolvitur ſocietas, ſi alter ex ſociis bonis ceſſerit, aut bona ipſius publicata fuerint §. penultim. Inſtitut. de ſocietat. Quibus accedit, quod etſi filii Nicolai anno 1495. à rege Uladislao ſemet de bonis Fridelandt, Schenckendorff, & Lubenau ſimul de novo inveſtiri curarint, nuſquam tamen apparet eos ſimultaneam inveſtituram, quam cum patruis ipſorum in Ses habuerunt, poſt obitum regis Georgii un-

quam renovaſſe, quantumvis rex Uladiſlaus multos annos regnum tenuerit. nam vel hac de cauſa omni jure ſimultaneæ inveſtituræ exciderunt, cum jura feudalia exigant, quotieſcunque † perſona domini mutata fuerit,
32 inveſtituram renovandam eſſe: *c. 1. Quæ fuer. prim. cauſa benef. amit. c. 1. Quo tempore miles: cap. 1. §. Præterea: de prohibit. feud. alienat. per Frederic.* quæ jura etiam in ſimultanea inveſtitura procedere docet Schurfius *in conſil. 16. in 1. cent.* nullibi enim hæc jura correcta reperiũtur in ſimultanea inveſtitura: meritò ergo in hac etiam ſtandum erit generali regulæ renovationem inveſtituræ requirenti, *juxta not. gl. in l. omnis definitio: de reg. jur. Bartol. in l. 2. in 1. oppoſit. ſi quis in jus vocat: non ier. & ibi Jaſ. Decius in l. 1. de regul. jur.*

Præterea regem Uladiſlaum generali illa confirmatione literarum regiarum nobiles à K. in Fridelandt cum feudo Ses minimè ſimul inveſtire voluiſſe, ex hoc etiam liquidò deprehenditur, quod idem anno 1515. cum Balthaſare à K. in Ses venditoris patre, agnatos ejus Jacobum & Otthonem à K. de novo ſimul inveſtivit. Si enim tum rex Uladiſlaus exiſtimaſſet, Andream à K. vel parentes ejus jam ante cum illis bonis ſimul inveſtitos eſſe, veriſimile ſanè non eſt, eundem hanc ſimultaneam inveſtituram Jacobo & Otthoni conceſſurum fuiſſe, cum nunquam rex vel princeps præſumatur alicui jus ſuum auferre velle: *l. Inter quas: C. de emancipat. liber. c. Licet: §. quia tamen: de offic. jud. ordina. gl. in c. audire: in verb. non intelleximus: de reſtitut. ſpoliat.* Neque obſtaret, ſi quis diceret, regem Uladiſlaum hoc ignoraſſe. Nam cum nemo inveſtituram feudi conſequi poſſit, niſi interveniente facto domino inveſtientis, utique dominum latere non poteſt, cui inveſtitura ejuſmodi conceſſa ſit, neque probabilis eſt ignorantia in facto proprio: *l. fin. §. pro ſuo. l. Quanquam. ad S.C. Vellejan. c. Ab excommunicato. de reſcript.*

Quinimò † dato, majores Andreæ à K. tum temporis ſimultaneam inveſtituram etiamnum habuiſſe in feudo Ses: tamen cum ſcienter permiſerint, ut Jacob. & Ottho à K. ſimul cum Balthaſare inveſtirentur, hoc ipſo illam amiſiſſe cenſerentur; cum regulariter is, qui ſciens permittit alium inveſtiri de feudo, in quo jus ſuccedendi habet, juri ſuo conſenſu renunciaſſe videatur, ut eſt textus *in §. præterea: cap. 1. Quibus mod. feud. amittat.* dum enim alii conſentit, jura ſua perdit: *l. cum quædam: C. de adminiſtrat. tutor.* Nam etſi Andreas à K. vel parentes ejus huic inveſtituræ non interfuerunt, neque expreſsè conſenſerunt, tamen etiam tacitum conſenſum ſufficere tradunt interpretes, *gl. in d. §. præterea. in verbo regreſſum. quam ſequitur ibi Jacob. de Belvis. Bald. & Schenck.* qui idem docet *etiam in c. Titius: ſi de feud. defunct.* pro qua ſententia optimè facit vulgata regula, quæ docet, taciti & expreſſi idem eſſe judicium: *l. cum quid: ubi not. Jaſ. ſi cert. petat. l. ſi cui: de ſervit. l. Quanquam: de ritu nuptia. l. res in dotem: de jure dot.* Neq; hoc caſu Andr. à K. prætendere poterit, ſe inveſtituram illam ignoraſſe. nam cum in facti narratione dictum fuerit, de ea in Luſatia inferiore notoriè conſtare inter omnes, veriſimile non eſt illam Andream vel parentes ejus latuiſſe.

Quæ † enim notoria ſunt, nemo 34
præſumitur ignorare: *l. ſed etſi pupillus: §. præſcribere: de inſtitor. action. Dyn. in c. Ignorantia verſ. ſed opponitur: de reg. jur. in 6. Jaſ. in §. ſi quis; numer. 8. Inſtit. de action.* cum præſertim negocium hoc inter agnatos geſtum fuerit. conſanguineus enim præſumitur ſcire facta conſanguinei: *l. Octavi in fin. unde cognati. l. ſi filium: de liber. cauſ. Bart. in l. Mutuum: nu. 3. & in l. is poteſt: nu. 16. verſ. Quandoq. ille qui dicitur: & in l. filium: in 2. oppoſit: de acquir. hæred. & Panorm. in c. ſæpe. nu. 14. de re-*

zed by Google

de reſtit. ſpoliat. Quibus accedit, quod inveſtitura iſta Jacobo & Otthoni à K. anno 1515. atque ita ante 40. annos fuit conceſſa, neque intra legitimum tempus præſcriptionis ab Andrea vel parentibus ejus unquam impugnata. Hæc enim patientia longiſſimi temporis in jure noſtro non minorem habet effectum, quàm conſenſus expreſſus, aut expreſſa refutatio, *ut docet Albert. Brunus in conſil. ſuo 40. feudal. ad fin. verſ. ſeptimo*: & eſt optimus textus ad propoſitum *in § porrò: c. 1. Qualiter olim. feud. poter. alienar.* qui dicit, tale tempus currere etiam ignoranti, ſicuti quoque vult. *l. ſicut: C. de præſcriptio. 30. vel. 40. annor. & l. fin. ibi, nulla ſcientia vel ignorantia: C. de præſcriptio. longiſ. temporis: & ibi Bartol.* Idem ſenſerunt *Alvarott. & Matth. de Afflict. in d. §. porrò*: qui præſcriptionem ejuſmodi longiſſimi temporis cenſent habere vim refutationis: faciunt notat. *in c. Titius: ſi de feud. defunct. fuer. cotroverſ.* Quæ quidem in propoſito vel ideo magis locum habent, quoniam Andr. à K. venditio illa cum Euſtachio à K. celebrata, & inveſtitura illa ſimultanea, quam conſecuti fuerunt Jacobus & Ottho, per remedium *l. diffamari*: jam dudum fuit ſignificata, neque tamen is jus ſuum deducere, vel etiam venditionem hanc impugnare auſus fuit, ſed tacitè ſuperſedens acquievit. Quare hanc etiam ob cauſam tantò magis præſcriptio illa 40. annorum quibus ſimultanea inveſtitura Jacobi & Otthonis duravit, ipſi obſtaculo erit.

Ex quibus denique omnibus evidens modò eſt, Andream à K. ſimultaneam illam inveſtituram, quàm majores ſui à rege Georgio in feudo Ses conſecuti fuerunt, duplicem ob cauſam amiſiſſe: tum quia non ſolùm parentes ejus bona ſua, cum quibus agnati ſui in Ses inveſtiri fuerunt, hiſce non requiſitis vendiderunt, & comparatis aliis, cum his patruos in Ses non fecerunt inveſtiri, ſed inſuper etiam ſimultaneam inveſtituram poſt obitum Georgii intra annum & diem, prout neceſſe fuiſſet, non renovarunt: tum etiam, quia à morte regis Georgii tam ipſi, quàm patrui eorum in Ses de bonis ſuis nulla facta mentione patruorum eorundemque bonorum hinc inde ſeparatim inveſtiri ſe ſemper curarunt, & mutua ſejunctione à jure ſimultaneæ inveſtituræ utrinque receſſerunt. Conjectarium igitur modis omnibus eſt, omnia illa argumenta, quæ pro ratione dubitandi adducta, hac ſimultanea inveſtitura nituntur, veluti deſtructo fundamento, penitus corruere: *l. Ego: de except. rei judic. l. in univerſis. C. Qui dar. tutor poſſ. 1. quæſt. 1. c. cum Paulus.*

Nam cum ſimultanea illa inveſtitura jam dudum diſſoluta fuerit, utique nullum inde Andreæ à K. revocandi jus competere, neque etiam dici poteſt, quaſi jus Andreæ à parentibus ſuis quæſitum non potuerit ſine facto ſuo auferri. Cum enim parentes ejus ſimultaneam inveſtituram nunquam renovarint, propria ipſorum culpa & negligentia, atque adeò proprio facto jure iſto exciderunt: factum enim comprehendit etiam non factum & negligentiam, *ut docent Philipp Dec. Cagnol. & Ferrar. in d. l. Id quod noſtrum: de reg. jur.* uſque adeò, ut ſola præſcriptio & negligentia longiſſimi temporis ſufficiat. Negligentiæ ergo ſuæ expenſum ferre debet, *ut inquit textus, in l. Pupillus: Quæ in fraud. creditor.* Multò verò magis hoc in propoſito locum habebit, ubi parentes Andreæ non ſolùm ita fuerunt negligentes, ut inveſtituram intra hominum memoriam renovari non curarint, ſed & ſejungentes ſe ab agnatis ſuis proprio facto inveſtituram ſimultaneam diſſolverunt.

HIS ITA firmatis, alia nunc oritur dubitatio, an non inveſtitura illa ſimultanea, quàm diſſolutam eſſe hactenus docuimus, ſaltem literis

Ludovici & Ferdinandi regum denuo confirmata ſit, cum in his ſimultanea illa inveſtitura, quam Andreas & fratres cum patruis ipſorum in Ses habuerunt, expreſsè confirmata fuerit.

35 Dubium † enim non eſt, ſimultaneam inveſtituram, quæ ſemel extincta fuit, denuo recuperari poſſe, ut diſertè probatur *in d. cap. 32.* Lehnrecht/ibi: Ihme ſey dann anderweit das gedinge vñ die anwartung daran gelichen. Verùm neque hoc tueri ſeſe poterit Andreas. Primò enim in inveſtituris Ludovici & Ferdinandi, nihil novi Andreæ à K. & fratribus conceditur, prout neque iſtud ab his fuit petitum, ſed recenſetur tantùm Georgium & Joannem à K. ſuo & fratrum nomine petiiſſe, ut ſimultanea illa inveſtitura, quam cum patruo ipſorum Caſpare à K. in Ses haberent, confirmaretur, ad quam petitionem etiam illa verbis hiſce admodum generalibus confirmatur. Alles was wir daran beſtettigen ſollen vnd mögen Quibus ſanè verbis nihil novi conceditur, quod antè non habuerunt. Magna eſt enim differentia inter conceſſionem feudi, & confirmationem, quæ nihil aliud eſt, quàm juris jam acquiſiti corroborativa declaratio, *ut ait Gozad. in conſil. 8. num. 20.*

Abunde autem à nobis oſtenſum fuit, ſimultaneam illam inveſtituram, quam avus Andreæ cum patruis ſuis in Ses habuit, tum ſeceſſione utrinque facta diſſolutam, tum etiam ob prætermiſſam renovationem extinctam eſſe, atque propterea eos tum temporis, quo literæ iſtæ datæ fuerunt, omni jure ſimultaneæ inveſtituræ deſtitutos fuiſſe: ſequitur igitur, inveſtituram ſimultaneam eos generali illa confirmatione conſequi minimè potuiſſe.

36 Confirmatio † enim nihil novi juris inducit, *c. cum ſuper: & ibi gloſ. c. Cum inter. de elect. c. antepen. de confirmat. util. vel inutil. gloſ. in c. 1. verb. irritum: de poſtulat. prælat. lib. 6. & in c. quamſit: in fin. de electio. eodem libro: Gozadin. d. conſil. 8. num. 19.* Hinc dicit Bald. *in l. falſus: col. 2. C. de furtis*: quod confirmatio non ſit actus quidam per ſe, ſed requirat aliquid, quod confirmetur, cum dicatur à con & firmo, quaſi ſimul firmans, inde inferens, ubi non eſt confirmabile, ibi non procedere confirmationem. id quod repetit etiam *idem Bald. in l. 2. col. 2. verſ. & nota quod confirmabile: C. de liber. præter. ſic etiam dicit Albertus Brun. in conſil. 87. feudali: numer. 2.* quod confirmatio conceſſionis prioris non valeat, ubi de conceſſione priore aliter non apparet.

Quinimo cum ex facti ſpecie colligatur ad Ludovicum & Ferdinandum reges falsò delatum eſſe, Andream & fratres cum feudo Ses ſimul inveſtitos eſſe, vel hac de cauſa minus generali illa confirmatione tueri ſeſe poterunt, ſed locum habebit potius vulgata juris regula, quod † mendax petitor 37 carere penitus debeat impetratis: *c. ſedes Apoſtolica: & c. ſuper literis. de reſcript. l. Etſi legibus: C. ſi contra jus & & utilitat. public.* omne enim expreſſum quo tacito gratia non fuiſſet obtenta, vel ſaltem non ita facilè, literas reddit vitioſas, *ſecundum Panor. in c. fin. in 1. notab. de præſumtio.* & confirmatio non tollit falſitatem cauſæ expreſſæ à principe; *ut docet Ludovic. Gozad. in conſil. 9. nu. 40.*

Dato præterea, literis hiſce novam inveſtituram conceſſam eſſe, tamen Andreas à K. inde tantummodo ſuccedendi ſpem in caſum, quo poſſeſſor ſine filiis deceſſerit, conſecutus eſſet, minimè verò jus ſimultaneæ inveſtituræ, quod facultatem revocandi feudum alienatum ipſi concedere poſſet.

Ad † ſimultaneam enim inveſti- 38 turam omnino requiritur conſenſus poſſeſſoris, atque adeò neceſſe eſt, ut præter voluntatem domini etiam mutuus conſenſus tam inveſtiti, quàm poſſeſſoris interveniat, non itaque ſine conſenſu poſſidentis jus ſimultaneæ

inveſti-

inveſtituræ quis de novo conſequi poterit, cum facto unius acquiri vel renovari non poſſit, quod conſenſu duorum conſtat: *l.1.verſ. & ideo: de reſcind. vendit.*

39 Quinimo † jure feudali disertè cautum eſt, quod ſi quis fecerit inveſtituram de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu, cujus eſt beneficium, debeat ejuſmodi inveſtitura pro non facta haberi, ut eſt text. *in c.2. Quo tempore miles: c.1.ibi; nam ſi quis fuerit. Qui ſucceſſor. teneant: c.1.de cleric.qui inveſtit. fec.* Et quamvis gloſ. *in d.c.2.* hoc ita declaret, ut eatenus tantùm procedat, quatenus poſſeſſor feudi vel hæredes ejus, cum quo alius purè inveſtitus fuit, ſuperſtites ſunt: at quando eo ſine filiis decedente feudum aperitur domino, tum nihilominus ejus inveſtitura facta valeat. Hoc tamen intelligendum eſt duntaxat, quod ad domini præjudicium attinet, ut is feudo ſibi aperto teneatur præſtare inveſtito id, quod promiſerat, ut probatur *in c. omnibus: ſi de feud. defunct.* Sed cum in propoſito feudum Ses à Caſpare cum conſenſu regio fuerit Euſtachio venditum, eidemque traditum, ut ita etiam defuncto Caſpare, aperiri domino nequeat, utique textus *in d.c. moribus*: hoc caſu locum habere non poterit.

40 Ex † quo etiam jure Saxonico disertè cautum eſt, feudo alienato, ſuccedendi ſpem amittere eum, qui ſine conſenſu poſſeſſoris ejuſmodi inveſtituram (das gedinge) conſecutus fuit, *ut habetur in cap. 5.* Lehnrecht ibi: Leſſet auch jener das Gut auff / der es in gewehren hat / das geding daran iſt gebrochen: Idem voluit textus *in cap.57.in fin.* War es aber gelaſſen bey jenes Leben / der es in gewehren hat / vnd was er recht vnd redelich an einem geweiſet / dem es der Herr liehe / oder hat er es von jhme empfangen / ſo iſt alles gedinge gebrochen / das der erſte Herr geliehen hatte an dem Gute.

41 Accedit † hiſce, quod etiam jure communi feudorum ſatis clarè diſpoſitum reperitur, eum, qui ſine conſenſu poſſeſſoris cum feudo alterius inveſtitus, & ita ſpem ſuccedendi, ein gedinge / adeptus fuit, nullum inde conſequi jus revocandi feudum alienatum.

Nam textus *in d.c.2. de feud.dat. in vic. l. commiſſoria.* disertè dicit, quod talis inveſtitura inſcio vaſallo poſſeſſore facta nullum vaſallo detrimentum debeat afferre, & not. *ibi Alvarott. in ultim. notab.* quod ſimiliter nec ſucceſſoribus vaſalli poſſit præjudicari, & quod talis inveſtitura ſemper intelligatur fieri ſine damno poſſeſſoris, & ſucceſſorum ſuorum, quatenus ipſis jam eſt quæſitum jus in ipſo feudo per inveſtituram factam in perſonam auctoris ſui, juxta § *Et quia: de his qui feud. dar. poſſunt: c.1. de natur. ſucceſſio feud.* Ergo in ipſa conceſſione intelligitur exceptum jus ipſorum ſucceſſorum, *argum. l. In concedendo: de aqu. pluv. arcend.* Cum itaque Caſpar à K. tanquam venditor, ejuſdemque hæredes ex natura emtionis & venditionis, nomine evictionis devincti ſint emtori: *l. non dubitatur. C. de eviction. cum ſimil.* atque idcircò in maximum ipſorum damnum redundaret, ſi Andreas à K. feudum alienatum revocare poſſet: ſequitur certè, jus iſtud revocandi ex inveſtitura, quam ſine conſenſu poſſeſſoris adeptus eſt, minimè ipſi competere poſſe: cum, ut dictum eſt, ea in poſſeſſoris damnum cedere non debeat.

Idem † probatur etiam alia communiter recepta doctrina, quæ docet, 42 inveſtituram abuſivam nullum jus in re tribuere: *c.1. §.1. & ibi Matth. de Afflict. in 2.notab. de nov. form fidelitat. Joann.Fabr. in §. Interdum: Inſtit. de rer. diviſion. Jacob. de Ardizo in ſumm. feudal. in verſ. Utrum ex ſola inveſtitura: Bald. in c.1. §. inveſtitura: de nov form. fidelitat. Jaſon.in l. Quoties: num.31.C.de rei vendicat.* Quamobrem etſi literæ illæ à Ludovico & Ferdinando regibus impe-

impetratæ vim abuſivæ inveſtituræ habere debeant, non tamen aliquam actionem revocatoriam contra tertium poſſeſſorem feudi tribuerent, ſed duntaxat actionem perſonalem contra dominum, *juxta* §. *ſi facta: ſi de feud. defunct. controv. fuer.* & quod conſequens eſt, Euſtachius à S. qui non ſolùm inveſtitus eſt, ſed & feudum ipſum Ses
43 poſſidet, longè præferendus eſſet Andreæ à K juxta *d. l. Quoties: ubi latè Jaſ. C. de rei vendic. not. gloſ. in d. c. ſi facta: & ibi Prapoſit. in 1. quaſtione: & Matth. de Afflict. numer. 14. Idem Afflict. in c. 1. col. 3. cum ſeq. Qui ſucceſſor. teneant: ubi col. 3. dicit, hanc opinionem eſſe communem.* * *Idem voluit Jacob. de Ardizo in ſumm. feud. c. 38. in 1. parte.*

QUOD denique ad nobiles illos à K. in Drebkau attinet, una ſolùm extat inveſtitura, quam Nicolaus à K. anno 1474. à rege Matthia impetravit, quæ tamen à ſequentibus regibus non fuit confirmata.

44 Cum † autem præſens rex Bohemiæ hæres Matthiæ factus non fuerit: utique nulla inde inveſtitis competere poterit actio, neque etiam contra dominum, ſed ejuſmodi inveſtitura habet inſtar ejus, quæ à prælato vel Epiſcopo conceditur, de qua jure feudali diſertè ſtatutum reperitur, eam morte domini concedentis extingui: *c. 1. Qui ſucceſſ. ten. & in c. 1. Qui ſucceſſ. feud. dare teneantur.*

45 Deinde † ex inveſtitura illa regis Matthiæ non apparet, eam conſentiente poſſeſſore feudi Ses factam eſſe: non itaque ſimultaneam illam inveſtituram introducere potuit, ſed eſt duntaxat inveſtitura facta de feudo alieno in caſum mortis poſſeſſoris, vulgò ein gedinge/ dicta, quæ nullum jus revocandi tribuit, ſed per alienationem factam cum conſenſu domini expirat, *juxta d. c. 5. & c. 57. in fin.* Lehnrecht/ ut in præcedente quæſtione probatum fuit. Et quod magna ſit differentia inter inveſtituram impetratam de feudo alieno, inſcio poſſeſſore, & eam, quæ conſenſu poſſeſſoris impetratur, patet etiam ex traditis *in d. c. 1. & ibi notatis per Matthæum de Afflict. ad fin. 2. notab. verſ. Nunc revertar ad notabile: Qui ſucceſſor. feud. dar. poſſ.*

Præterea † inveſtitura hæc Nico- 46
lao à K. non aliter conceſſa fuit, quàm ſub hac conditione, quando Balthaſar à K. in Ses ſine hæredibus feudalibus ex corpore deſcendentibus (Leibes Lehenserben) deceſſerit. Hæc autem conditio nunquam evenit, cum Balthaſar decedens filium Caſparem venditorem feudi poſt ſe reliquerit: quamobrem hac conditione inveſtituræ deficiente ipſa etiam inveſtitura, & omne jus, quod nobiles à K in Drebkau inde fuerunt aſſecuti, ut deficiat neceſſe eſt. Non enim videtur ſine liberis deceſſiſſe, qui unum tantùm filium reliquit: *l. Pater Severinam: §. 1. de condit. & demonſtrat. l. Jubemus. §. fin. autem: C. ad S. C. Trebell. l. à filia: in princ. ff. Eodem:* per exiſtentiam ergo filii intelligitur conditio inveſtituræ defeciſſe: *l. filiusfamilias. §. cum quis: de leg. 1. Ripa: in l. centurio. num. 16. de vulgar. & pupillar.* Deficiente autem conditione diſpoſitionis, ſeu contractus, deficit & diſpoſitio contractus: *l. neceſſariò: de pericul. & commod. rei. vendit. §. Precium: verſ. ſin autem aliqui: Inſtit. de emtione & venditio.*

Et hoc ipſum videtur etiam voluiſſe jus feudale Saxonicum, quatenus diſponit, inveſtituram ejuſmodi (das gedinge) extingui, quando poſſeſſor feudi decedens filium poſt ſe relinquit: *c. 20. & 72. verſ.* der Sohn entführt: *& lib. 1. Specul. Saxon. art. 33.* Ut proinde ex hiſce denique omnibus palàm fiat, nullum hoc caſu revocationis periculum Euſtachio à S. poſſeſſori feudi imminere, ſed etſi uterque vel alteruter ex ſupra dictis nobilibus à K. litem eo nomine movere conarentur, intentionem tamen eorum facilè elidi poſſe.

Ut

Ut hactenus firmavimus, ita diligenter conſideratis negocii propoſiti qualitatibus ſecundum juris rationes reſpondendum eſſe profitemur nos Modeſtinus Piſtoris Viceordinarius: Paulus Louuaſſer ſenior, & reliqui DD. collegii Juridici Lipſenſis, in cujus rei fidem, collegii noſtri ſigillum apponi curavimus: Salvo tamen cujuſvis rectius ſentientis judicio.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) SImultanea inveſtitura.) De differentia inter inveſtituram juris civilis & conjunctam manum juris Saxonici. Vide *Joan. Köppen deciſ. 47. per tot.*

(b) Vulgò Geding appellatur] Quid interſit inter Geding & Geſambte Hand. Vide *Daniel. Moller. ad conſtit. Elector. 45. num. 1. & 2. part. 2.*

(c) Neque adeo actionem realem tribuere ſoleat] Ex inveſtitura abuſiva nullum jus in re oriri, nullam etiam actionem revocatariam contra tertium feudi poſſeſſorem ſic inveſtitum competere poſſe, ex ſufficienti enumeratione probat *Rittershuſius partit. feud. cap. 8. quæſtion. 25. pag. mihi 532.* quem vide.

De effectibus verò abuſivæ inveſtituræ vide *Schrader. tract. feudal. cap. 5. part. 2.*

(d) Vol. 1.] Adde *Knichen de veſtiturar pact. part. 1. cap. 1. numer. 57. & Vultei. de feud. libr. 1. cap. 7. numer. 81. in fin. Jan ab Arcedure. cap. 3. concluſ. 9. numer. 32.*

(e) Conſtitutione Electorali] *eſt conſtitutio 45. part. 2.*

(f) Judicandum ſit] vide *Knichen de veſtiturar. pact. d. part. 1. cap. 1. num. 58. & ſeqq.*

(g) Part. 2. conſtit. 45.] Vide *ibi Mollerum num. 7. Matth. Coler. deciſ. 56. & 95. part. 1.* ubi hoc limitat in ſimplici ſeparatione, quando non ſunt factæ hæreditariæ ſeu perpetuæ diviſiones & allegat ſentent. poſt Weichbild. *tit.* Wen ſich Brüder ſelber getheilet haben / vnd ſtirbet der eine / was als dann recht. *Modeſtin. Piſtor. conſil. 11. num. 31. & conſil. 40.* aus eben erzehleten *nu. 21. 27. & 34. vol. 2. Johan. Köppen deciſ. 47. num. 9. VVeſenbec. conſ. 41. nu. 66. Andr. Knichen. de veſtiturar pact. cap. 1. nu. 60. part. 1. VVehner. in obſervat. pract. tit.* Geſambte Hand. *col. 5. verſ. ſi verò diviſerunt. Rauchb. quæſtion. 21. nu. 19. & ſeqq. part. 2.* ubi quæ de feudis nobilibus diſpoſita ſunt, etiam in ignobilium vel plebejorum, utpote ruſticorum feudorum der Dorffrichter vnd Schultzengüter diviſione obtinere oſtendit.

(h) Penitus expiraverit] Hoc argumentum cum ſequentibus tum rectè concludit, quando mutuum ſimul inveſtitorum à priſtina forma inveſtiendi recedentium factum, vel culpa intervenit, ut in propoſito negocio. At quando unus ſaltem ex duobus ſimul inveſtitis ſeceſſionem faciens ſemet prætermiſſis reliquis inveſtiri curaſſet, hoc non ſolum alteri invito non præjudicaret, ſed neque ſibi obſtaret, quo minus jus ſimultaneę inveſtiturę, quod cum altero habuit, retineret, niſi propria iſtud negligentia amiſerit, ut infra *quæſt. 24.* decebitur,

QUÆSTIO

QUÆSTIO XXI.

SIMUL INVESTITI AN ET QUANDO SECUNDUM GRADUS PRÆrogativam, an verò nulla graduum ratione habita jure Saxonico pariter ſuccedant.

1. *Inveſtituræ tenor potiſſimum conſiderandus in materia feudali præſertim in ſucceſſione juris Saxonici.*
2. *Inveſtituræ tenor omni feudorum naturæ derogat.*
3. *Inveſtiti ſecundum gradus prærogativam juxta ordinem graduum ſuccedunt.*

   Verba ſecundum gradus prærogativam, nach rechter ſipzahl / *denotant ordinem gradus.*
4. *Idem juris eſt, quando in inveſtitura de proximiorib. dictum fuit.*
5. *Inveſtiti ſub nomine collectivo diverſos gradus comprehendente cenſentur gradatim vocati, ut puta, ſi quis eſſet inveſtitus pro ſe & hæredibus: ſed hoc in dubium vocatur. nu. 6.*
7. *Dictio* (æquè) *efficit, ne inveſtiti ſub nomine collectivo ſecundum gradus prærogativam vocati intelligantur.*

   Dictio (æquè) *portiones æquales diſtribuit.*
8. *Inveſtitos ſimultaneè ſecundum graduum prærogativam ſuccedere, etſi nihil de eo dictum ſit, quibus argumentis doceatur, ſed contrarium, quod imò nulla habita gradus conſideratione pariter ſuccedant, defenditur. num. 20. & hoc conſuetudine receptum eſſe demonſtratur. num. 27. argumentis verò contrariis reſpondetur. num. 28.*
9. *In ſucceſſionibus regulariter graduum prærogativa ſervatur jure tam civili quàm feudali. Secus verò jure Saxonico: num. 28.*
10. *Conjunctio efficit, ut omnes pariter vocati cenſeantur, & num. 24.*

    Neceſſitatis tamen ratione copula in disjunctivam reſolvitur: nu. 18. declaratur num. 28.
11. *Inveſtiti conjunctim putantur regulariter ordine ſucceſſivo vocati, declaratur num. 28. & 29.*
12. *Feudo conceſſo alicui & hæredibus utriusq; ſexus, vel maſculis & fœminis, cenſentur fœminæ vocatæ ordine ſucceſſivo, deficientibus demum maſculis.*

    Idem eſt, quando fœminæ eſſent ſimul inveſtitæ cum maſculis, ſecundum Curtium: ſed contrà num. 26.
13. *Inveſtitura ſimultanea non videtur novum ſuccedendi ordinem inducere, ſed priſtinum jus conſervare: declaratur num. 30.*
14. *Inveſtitura ſimultanea conſervat jus agnationis. Vide num. 30.*
15. *Subrogatum ſapit naturam ſubrogati. declaratur num. 32.*
16. *Interpretatio ea ſemper capienda eſt, per quam res reducatur ad terminos juris civilis: reſpondetur nu. 34.*
17. *Interpretatio ea tenenda eſt, ut abſurdum evitetur: & ne à jure communi recedatur.*
18. *Proximior inveſtitus duplici jure in ſucceſſione nititur. Declaratur nu. 35.*
19. *Succedendi jus non à ſola inveſtitura, ſed etiam ab agnatione dependet contrà nu. 20. & ſeqq.*
20. *Succeſſio inter agnatos jure Saxonico penitus eſt ſublata; & ab inveſtitura dependet. num. 31.*
21. *Agnatio efficit graduum ordinem: qua demta, etiam gradus tolluntur.*
22. *Cauſa ſublata etiam effectus tolluntur.*
23. *Ubi eadem eſt cauſa, idem ſequitur effectus.*
25. *Inter dominum & ſimultaneè inveſtitos nulla cadit affectio.*
26. *Dictio* (ſimul vel unà) *non conjungit ſolùm, ſed & ſimultaneam concurſum inducit.*
33. *Conſuetudini ſpeciali vel locali magis ſtandum eſt, quàm juri communi feudorum.*
34. *Jus commune lege, vel conſuetudine expreſſa obrogari poteſt.*

QUIA

QUIA inveſtitura, quam ſimultaneam vocant, ſucceſſionis gratia potiſsimum eſt inventa: ideo videndum nunc eſt, quomodo hi, qui ſimul fuerunt inveſtiti, ſuccedant. In qua quidem queſtione hoc expeditum eſt, cum omne ſuccedendi jus ab ipſa dependeat inveſtitura, quemadmodum ſupra *quæſtione 19.* prolixè oſtendimus, verba ejuſdem diligenter eſſe conſideranda, & eum ſucceſſionis ordinem tenendum, qui verbis inveſtituræ præfinitur.

1 Nam † & aliàs pro regula traditum eſt, in materia feudali ad tenorem inveſtituræ diligenter reſpiciendum eſſe *c.1. Ibi præter inveſtituræ tenorem: & ibi Bald. & omnes not. de duob. fratr. à cap. inveſtit. c.1. §. penult. & fin. Quid ſit inveſtit. c.1. in fin. de ſucceſſ. feud.* uſque eò, ut ne tranſverſum quidem unguem ab eo diſcedendum ſit. *c.1. Denique: & not. ibi DD. Quæ fue. prim. cauſa beneſ. amitt. Bald. in c.1. §.1. numer.3. de feud. March. & in prælud. feud.4. diviſio. numer.46. & 47. cum ſimilibus in hanc ſententiam latè congeſtis per Jaſ. in conſil.136. incip. in præſenti conſultatione: vol.4. & Decium in conſilio 193 nu.1. Roland. à Vall. in conſ.67. vol.1.*

2 Quippe † cum inveſtituræ tenor omni feudorum naturæ deroget. *c.1. ubi Bald. de feud. non hab. propr. nat. Alvar. in c.1 nu.2. & 4. de conſuet. recti feud.* Multò itaque magis hoc in propoſito locum habebit, cum, ut diximus, tota ſuccedendi ratio in ſola inveſtitura poſita ſit.

3 Quamobrem, † ſiquidem in inveſtitura verba quædam uſurpata fuerint, quibus deſignatur, inveſtitos juxta ordinem graduum legibus definitum ſuccedere debere, dubium non eſt, eum, qui proximiori agnationis gradu defunctum attingit, ſuccedere, excluſis remotioribus, ut puta, ſi inveſtituræ addita fuerit clauſula (ſecundum gradus prærogativam nach rechter ſipzahl) (a) Hæc enim verba perſpicuè denotant, in ſucceſſione eſſe gradus proximitatem attendendam, & proximiorem in ulteriori gradu exiſtentibus præferendum, *ut eſt tex. in Authent. defuncto, ibi, ſalva ſui gradus prærogativa: C. Ad Tertull. per quem hoc notat Paul. de Caſtro, ibi, quem refert, & ſequitur Decius in conſ.1. incip. Memini me aliàs conſuluiſſe: num.6. & in conſ.408. incip. In præſenti conſultatione: num.12. Pariſ. in conſ.3. incip. Dubitatur mortuo: num.58. & in conſ.37. incip. ſi bona & res poſſeſſæ. numer 57. vol.2. & in propoſito hoc ſecutus eſt etiam clariſſ. atque doctiſſ. vir D. VVeſenbec in conſil.41. nu 87. & ſeqq.* In hanc etiam ſententiam ſæpius tam reſponſum quàm judicatum fuiſſe memini. (a)

4 Sic † quando de proximioribus dictum fuit, videntur inveſtiri ad ſucceſſionem gradatim vocati. *l. peto. § fratre. de leg.2. l. fin. ubi Paul. de Caſtro. de verb. ſignif. Franciſ. de Curt. in conſ.43. incipien. ſtatuto: col.4. verſ. ſubſtituendo enim: Decius in conſ.299. in fin. Pariſ. in d. conſ.30. nu.57. cum aliis copioſè adductis per Philip. Port. in conſ.128. incip. Facti ſpecies ejuſmodi incidit: nu.13.* Hinc de facto conſulti reſponderunt Domini Scabini Lipſenſes. S. W. Jſt Hans von P zu Königswerda Sohn/ Valten genandt/ verſtorben/ vnd hat kein Leibs lehnserben/ auch keine Brüder/ ſondern allein ſeine Vettern/ als nemlich Anthonium von P. an einem/ vnd deſſelben zuvorn verſtorbenen Bruders Sohn am andern teil nach ſich gelaſſen/ Ob nun gleich der lehnbrieff vnter andern dieſes innhelt/ da vnter denen von P. einer oder mehr todes halben abgehen/ dz alßdenn ſeine oder derſelben nachgelaſſene Güter an die andern brüder vnd Vettern/ vnd jre rechte Leibs lehnserben kommen vnd fallen ſollen/ Dieweil aber dennoch ſolche Lehnsvolgen auff die nechſte Brüder vnd Vettern außdrücklich gerichtet/ ſo würde auch Anthonius von P. ſeiner Brüder Söhnen/ als die eines grades weiter/ diſſfalls billich vorgezogen. V. R. W.

Quinimo † reperio, eoſdem exiſtimaſſe, ſi aliqui eſſent inveſtiti ſub nomine aliquo collectivo, quod multos in diverſis gradibus exiſtentes comprehenderet, veluti ſi alicujus hæredes feudales ex corpore legitimo deſcendentes (Leibs lehnserben) cum alio fuiſſent ſimul inveſtiti, quod tum ordine ſucceſsivo gradatim vocati exiſtimentur propter ea, quæ per textum *in l. peto: §. ſi fratre: de legat. 2. & in l. fin. C. de verb. ſignif.* docet Bartol *in l. Gallus. §. quidam rectè: numer. 4. & ibi Bart. Socin. num. 5. col. 6. verſ. circa tertiam quæſtionem*, quia ait, hanc eſſe communem concluſionē Bart. & omniū, quod vocati ſub nomine collectivo includente plures perſonas in diverſis gradibus conſtitutas intelligantur vocati ordine ſucceſsivo. Ideoq; cum quidā eſſet pro ſe atq; hæredibus ſuis feudalibus ex corpore legitimè deſcendentibus cum quodam agnato ſuo inveſtitus, & tribus relictis filiis deceſsiſſet, atq; ex liberis alteris alter itidem decedens filios reliquiſſet, atque inde demum mortuo poſſeſſore feudi quæreretur, utrum nepotes ejus, qui ſimul inveſtitus fuerat, unà cum filiis ejus ſuperſtitibus ſuccedere deberent, an filii tanquam gradu proximiores ſoli feudū obtinerent, excluſis nepotibus, reſponderunt Domini, Filios ſolos admittendos eſſe. S. W. Iſt ewer Vater Caſpar N. mit ſeinem Vettern Lucas N. vnd ſeinen Leibes Lehnserbē der geſtalt belehnt worden / wann Lucas ohne rechte Leibes Lehnserben verſterben würde / daß denn ſeine hinterlaſſene Lehngüter vñ Zinſe an Caſparn ewern Vatern vnd ſeine Leibs Lehnserben kommen ſollē. Iſt nun ewer Vater ehe dann Lucas verſtorben / vnd hat drey Söhne / als euch beyde von der andern Ehe / vñ ewern Bruder Aſmus von der erſten Ehe / nach ſich verlaſſen / vnd iſt darnach bemelter ewer halber Bruder auch verſtorben / vnd hat Söhne nach ſich gelaſſen / ſo ſeynd deſſelbē hinterlaſſene lehngüter auff euch beyde Brüder zugleich gekom̃en vnd verfellet / vnd ewers verſtorben halbē Bruders Söhne haben daran kein forderung. V. R. W. Fuitq; pro ratione ſententiæ in fine additum. Nam verbum Leibs Lehnserben / cum denotet plures perſonas in diverſis gradibus conſtitutas importat ordinem ſuccedendi, & ita habet eundem effectū, quem clauſula nach rechter ſipzahl / ſecundum quam fratris filius præferendus eſſet nepotib. ex fratre, juxta ea, quæ notantur *in l. fin. C. de verb. ſign. & in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. l. peto §. fin. de leg. 2. & Socinus in l. Gallus §. quidam rectè: num. 4.*

Sed adverte: quia † Socinus *in d.* 6
§. quidam rectè, dilucidè conſiderat affectionem, quæ inter diſponentem & illos, qui vocantur, exiſtit, cum interim haud ſciam, an inter dominum inveſtientem & eos, qui inveſtiuntur, utpote penitus extraneos rectè cadat conſideratio affectionis, ut apparet ex iis, quæ paulò poſt dicemus. Deinde doctrina illa, quæ hunc effectum tribuit nominibus collectivis, duntaxat videtur procedere ſecundum rationes juris civilis, quod in ſucceſsionibus gradus potiſsimum conſiderare ſolet, uſque eò, ut etſi plures ſimpliciter vocentur, tamen ſecundum ordinem graduum vocati intelligantur. *l. 1. §. vocantur: de bon. poſſ. contra tab. l. 1. § gradatim: Unde cognat. cum ſimil.* atq; propterea mirum non ſit, nomina etiam collectiva hanc interpretationem recipere. Sed cum in territorio Saxonico à ſucceſsione feudali omnis graduum conſideratio ſit remota, ut mox firmabimus: haud ſcio, an dictiones illæ per ſe effectum iſtum ſortiri poſsint, ut graduum rationem ſublatam denuo introducant, quod tamen, ut materiam cogitandi præbeamus aliis, monere tantùm voluimus.

Præſertim † verò huic doctrinæ lo- 7
cus eſſe non poterit, quando ad vocabulum collectivum additum eſſet dictio (æquè.) hæc enim deſignat illos, qui ſub nomine collectivo ſunt inveſtiti, abſque

ti, abſque gradus prærogativa ſimul eſſe vocatos: quippe cum de natura dictionis (æquè) ſit, ut, non attenta proprietate dictionum collectivarum, portiones æquales diſtribuat. *l. interdum: de hared. inſtit. l. qui cum plures: ubi Bartol. de vulg. & pupill. per qua hoc tradit Jaſon. in l. fin. numer. 9. in ſecunda limitat. C. de impub. ſubſt.* Sic nec etiam locum ſibi vendicare iſta doctrina poterit, quando illi, qui primò collectivo nomine fuerant vocati, deinde nominatim ſinguli fuiſſent inveſtiti: tum enim magis ex jure proprio inveſtitura quæſito ſuccederent, de quo mox dicemus.

8 Quod † ſi verò ex verbis inveſtituræ non ſatis appareat, graduum fuiſſe habitam conſiderationem, tum ſanè ſi rationibus tantummodo pugnandum eſſet, res probabili dubitatione non careret. Nam quod etiam hoc caſu nihilominus juxta ordinem graduum jure civili præfinitum ſuccedatur, multis doceri poteſt argumentis.

9 Primò † quoniam non ſolùm jure civili hic ſuccedendi ordo eſt inſtitutus, ut, qui defuncto agnationis propinquitate proximè conjunctus eſt, is etiam ad ſucceſſionem primo loco vocetur, excluſis gradu remotioribus: *§. ſi plures. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. ſi verò neque fratres: Authent. de hæredib. ab inteſta. venient. & in Authent. ceſſante: & in authent. poſt fratres. C. de legit. hæred.* ſed ita etiam jure feudali locum obtinet, ut ſecundum ordinem legibus præſcriptum ſuccedatur. *c. 1. de grad. ſucced. in feud. & in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. & in c. 1. An ille qui interf. fratrem dom ſui:* ubi diſertè dicitur, ordinem gradus eſſe obſervandum, qui continetur in legibus.

Ex quo fit, etſi plures in diverſis 10 gradibus † exiſtentes, conjunctim atque ſimul ſint inveſtiti, & regulariter hæc conjunctionis ratio exigat, ut omnes pariter vocati eſſe cenſeantur. *l. ſi duob. 1. de legat. 1. l. Reos: §. cum tabulis: de duob. reis: l. unic. §. his ita: C. de cadu. tollend. & l. 1. C. ſi plures una ſentent.* quia tamen ſucceſsionis ordo poſtulat, & hanc veluti neceſſitatem ex juris diſpoſitione ſecum affert, ut ſecundum gradus prærogativam ſuccedatur, & iis, qui defunctum propinquitate proximè attingit, excluſis ulterioribus, admittatur: ideo propter hanc juris neceſſitatem conjuncta oratio in propoſito ita interpretanda videtur, ut, etſi conjungat illa quidem, non tamen pariter, ſed ordine tantùm ſucceſsivo, vel etiam officium ſuum penitus amittat, & in disjunctivam ſive alternativam reſolvatur.

Nam † quod regulariter, ubi ejuſmodi neceſsitatis ratio ſubeſt, conjuncta oratio ita, ut modò diximus, accipienda ſit, docuerunt uno ore interpretes *in l. Gallus. §. quidam rectè: de liber. & poſth. ubi Bart. nu. 3. Jaſ. nu. 12. Et Lancell. Galeaul. num. 11.* 11

Secundò † hanc rationem plurimum adjuvat, quod jure feudali diſertè cautum eſt, ſi feudum conceſſum fuerit alicui pro ſe & hæredibus utriuſque ſexus, vel maſculis & fœminis, quod tum, licet fœminæ unà cum maſculis videantur admittendæ, propter naturam copulæ, quæ pariter conjungit. *l. Reos: §. cum tabulis. de duob. reis:* ex natura tamen feudi potius ordine ſucceſsivo (*b*) inveſtiti atque vocati intelligantur, *ut probatur in c. 1. § filia verò: de ſucceſſ feud. & in c. 1. §. Quinetiam. Epiſcop. vel Abb. Alexand. in conſ. 9. incipien. Ponderatis: in 5. vol quem refert & ſequitur Curt. Jun. in tract. feuda. part. 1. tertia part. principalis num. 19. ubi num. 18. verſ. Hanc limitationem,* exiſtimat, idem eſſe quando fœminæ ſimul ſunt inveſtitæ cum maſculis. 12

Tertiò † confirmatur hæc ſententia, quoniam ſimultaneæ inveſtituræ non ea videtur eſſe vis, atque poteſtas, ut novam ſuccedendi ſeriem inducat, ſed ſolummodò ut jus & ordinem ſucceſsionis legibus jam præfinitum, conſervet, ut per textum *in c. 1. qui ſucceſſ. te-* 13

neantur:& doctrinam Bald.in c.1. in princip.de conſuet.rect.feud. docuit Jaſon. in conſil.182. In præſente conſultatione: col.7. verſ.Non obſtat.lib.2. & pluribus affirmat Henning.Göden. in conſ.21. incip. Ex quo enim feudum fuit antiquum: num.7. inquiens, quod, etſi per inveſtituram conferatur jus ſuccedendi, tamen iſtud ſit intelligendum ſecundum jus agnationis, ita ut ſimultanea inveſtitura cooperante conſuetudine conſervet jus ſuccedendi, quod ex agnatione debetur: & neglecta ſive prætermiſſa inveſtitura jus iſtud agnationis admittatur.

Non itaque ſimultanea inveſtitura in hunc ſolùm finem adinventa, ut jus agnationis & ſucceſſionis tueatur, novum ſuccedendi ordinem inducere, atque adeò diverſum penitus effectum operari poterit. *l. legata inutiliter: de adim. legat. l. cum tale.* §.*fin. de condit. & demonſt.* unde etiam nihil referre videtur, quod ſupra *quæſt.19.* firmavimus, inter agnatos jure Saxonico nullum eſſe ſuccedendi jus. Nam cum ob hoc ipſum ſimultaneæ inveſtituræ remedium ſit inventum, ut agnatis ſuccedendi facultatem, quam jus Saxonicum ipſis ademit, denuo concedat, atque hoc ipſo cauſam totam ad ſtatum priſtini juris reducat, vel ex ratione iſta jus hoc beneficio inveſtituræ recuperatum, ſecundum jus priſtinum, atque propterea ſecundum ordinem ſuccedendi jure feudali præſcriptum interpretandum videtur, tum † quia ſimultanea inveſtitura integrum præſtat jus agnationis, quod ipſum ordinem ſucceſſivum requirit, *ut ait Henning.in d.conſil.21.*

14

15 Tum † quia ſubrogatum regulariter ſapit naturam ſubrogati.*l.1.* §. *Hæc actio.Et ibi Bart.ſi quis teſtam.lib. eſſe juſſ. fuer.l.ſi eum.§.qui injuriarum: ſi quis cautioni*: tum quia ubicunque lege vel conſuetudine nova aliquid introducitur, id omnes qualitates & limitationes juris veteris recipit, per ea quę ſuperius *quæſtione proxima* copioſè in hanc ſententiam adduximus:

Tum † denique, quia ea ſemper 16 capienda eſt interpretatio, per quam res reducatur ad terminos juris antiqui, *ut not.gloſ.communiter approbata in c. ſtatutum: verbi: numerandum: de prabend. lib.6. Alexand. in l.ſi conſtante: ſolut. matr.* Accedit quartò, quoniam, niſi hanc interpretationem admitteremus, ut juxta ordinem & prærogativam graduum ſucceſſio fieret, tunc omnis penitus ſucceſſionis ordo multis vigiliis excogitatus & conſtitutus penitus tolleretur, atque everteretur: quod longè videtur abſurdiſſimum, & juri inprimis adverſarium, *l.ſi quando: in princ.C.de inoff.teſt.*

Cum † tamen ſemper ea ſit am- 17 plectenda interpretatio, ne abſurdi quid inde conſequatur. *l. conventiculam,C.de Epiſcop. & cleric. & l.3. C. de condit.inſert.* & ut à jure communi, quò ad ejus fieri poſſit, non recedatur, *l.unic. C.de inoff.dot.l.ſancimus:C.de teſtam.l.præcipimus: C. de Appell.*

Quintò † huic ſententiæ opitula- 18 tur, quoniam illi, qui proximiores gradu ſunt, non ſolùm ſimplici inveſtitura nituntur, ſed etiam prærogativa gradus, cum interim remotior ex ſola inveſtitura jus prætendat. Par igitur eſt, ut proximioris propter duplex jus, quod ad ſucceſſionem affert, ſemper potior ducatur ratio, quàm remotioris, atque adeò ille excluſis ulterioribus ſuccedat *arg.§ Quia verò in Auth.de conſang.& uterin.frat.& Auth.Itaq;,C.Commun.de ſucc.*

Sextò † in hanc ſententiam pro- 19 ducit Henning. *in d.conſ.21.* ſi jus ſuccedendi à ſola inveſtitura dependeret, ita ut non etiam ſimul agnationis habenda eſſet ratio, ſequeretur inde, quando in diviſione, vel morte etiam extinguitur ſimultanea inveſtitura, quod tum dominus filium defuncti inveſtire non teneretur: ſed hoc in libero ejus

poſitum

Digitized by Google

poſitum eſſet arbitrio, cujus tamen contrarium ſine controverſia receptum eſt. Perſpicuum itaque eſt, jus ſuccedendi non à ſola inveſtitura, ſed ſimul etiam ab agnationis jure dependere, & quod conſequens eſt, graduum etiam, ſecundum quos agnatorum jura æſtimantur, ducendam eſſe rationem. Cum itaque tam probabilia argumenta pro hac ſententia militent, mirandum ſanè non eſt, cur ſecundum eam, conſuetudinis Saxonicæ non ſatis gnarus reſponderit *Jaſ. in conſ. 182. In præſenti conſultatione: col. 7. verſ. non obſtat: libr. 2. quam etiam ſecutus eſt Henning. in d. conſ. 21.*

20 Cæterùm † etſi ſententia iſta, ſiquidem rationib. duntaxat eſſet agendum, facilè ſuſtentari, atque defendi poſſet: Moribus tamen noſtris Saxonicis communiter receptum eſt, ut hi, qui ſimul inveſtiti ſunt, niſi in inveſtitura aliter expreſſè cautum ſit, nulla graduum habita conſideratione, pariter ſuccedant, atque ea de cauſa remotiores unà cum proximioribus admittantur. Quæ quidem conſuetudo hoc potiſſimum nititur fundamento, quoniam de jure Saxonico inter perſonas ex tranſverſo agnationis latere conſiſtentes nullus ſucceſſioni feudali locus eſt relictus, ſed ſublata omni ſuccedendi facultate, quæ ipſis jure communi alioqui competebat, jure Saxonico feuda agnatis tantùm obveniunt beneficio ſimultaneæ inveſtituræ, quæ ſola dicitur fons, origo & cauſa devolutionis, & obventionis bonorum feudalium in linea tranſverſali, ſive de feudis novis, ſive de antiquis loquamur, uſque eò, ut, quotieſcunque agnati bona diviſerint, renovatio ſimultaneæ inveſtituræ perinde ac ſi nulla unquam inveſtitura prius interceſſiſſet, ſit neceſſaria, & in perſona cujuſq; inveſtiti nova intelligatur conceſſio, ut probatur *in c. 23.* Lehnrecht / & nos ſupra *quæſt. 19.* copioſè demonſtravimus.

Ideoque videmus, non ſemper proximiores tantùm agnatos, ſed ſæpiſſime, præteritis illis, remotiores inveſtiri: Quin imò non ſolùm agnati, ſed ut plurimùm etiam penitus extranei cum poſſeſſore feudi ſimul inveſtiuntur, atque hoc ipſo ſuccedendi jus ipſis conceditur, quod unicum ſatis argumento eſt, jus ſuccedendi ex inveſtitura ſimultanea competens, non ab agnatione, ſed à ſola inveſtitura dependere. Hoc ita poſito, probabilibus etiam argumentis inde colligitur, nullam jure Saxonico inter ſuccedentes ex ſimultanea inveſtitura duci rationem prærogativæ gradus.

Primò † enim certo certius eſt, 21
hunc ordinem graduum omnem in jure agnationis conſiſtere, quippe cum hæc agnationis conſideratio in cauſa ſit, cur alter altero proximior, remotiórve cenſeatur eſſe defuncto. Sed diximus modò, in ſucceſſione feudorum jure Saxonico nullam penitus haberi rationem agnationis, ſed jus ſuccedendi ex agnatione proveniens penitus extinctum eſſe: conſectarium eſt igitur, etiam graduum conſiderationem, quæ ab agnatione proficiſcitur, ſublatam eſſe. Regulariter enim ſublata cauſa, effectus ejuſdem ut tollatur neceſſe eſt. *l. adigere. §. quamvis. de jur. patrona. c. cum ceſſante. extra: de Appell.*

Secundò † hanc ſententiam con- 22
firmat, quoniam remota agnationis conſideratione, dubium non eſt, omnes inveſtitos ſive remotiores illi ſint, ſive proximiores, eodem jure inveſtituræ niti & utrobique, ad ſuccedendi facultatem quod attinet, parem eſſe rationem, eandemque cauſam formalem, vocationis videlicet, & ſimultaneæ inveſtituræ.

Non † injuſtè ergo quemlibet 23
eorum idem ſequitur effectus, eademque ſucceſſio, *ut eſt textus junct. gloſ. in verb. reddi: in l. à Titio: de verb. oblig. & in c. ſcire debet: 76. diſtinct.* qui inquit: Quorum æqualis eſt ſanctitas, eorum

& feſtivitas celebretur æqualis. Nam ubi eadem eſt ratio & ſimilitudo formalis, ibi & idem jus eſſe debet, *gloſ. ordinaria in c.1. ſuper verb. Italiæ: de Tempor. ordin. lib.6. Joann. Andr. in c. ſi poſtquam. de Elect. lib.6. Bald. in l. illud: C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. conventiculam: in 3. vol. verſ. Item eſt arg. à pari. C. de Epiſc. & cleric.* quo argumento hiſce verbis utitur *Henning. in conſ.22.* Facit vulgata regula: ubi eſt eadem ratio, ibi eadem debet eſſe juris diſpoſitio, *l. illud. Ad l. Aquil. l. Generaliter. de fidejuſſ.*

24 Tertiò † pro hac ſententia conſiderari ſolet, quoniam regulariter, ubicunque nulla ducitur ratio caritatis vel affectionis, tum illi, qui conjunctim vocantur, non cenſentur ordine ſucceſſivo, ſed pariter vocari, *ut not. DD. in l. Gallus. §. quidam rectè: ubi Bartol. num.5. in fin. Alexand. num.6. Jaſon. num.32. & 34. Fort. Gart. nu.36. de liber. & poſth.*

25 Sed † dominus feudi & agnati ſimultaneam inveſtituram recipientes perſonæ ſunt invicem extraneæ, neque ulla inter eos cadit ratio ordinis, vel caritatis, aut affectionis. Quinimo etiam inter eos, & poſſeſſores feudi affectio non ſatis rectè ponderabitur omni agnationis conſideratione in ſucceſſione feudali ſublata. Sequitur igitur, feudum non ordine ſucceſſivo, ſed pariter conceſſum eſſe inveſtitis, quemadmodum arguit auctor different. Juris civil. & Saxonici. *differentia 15. in 2. part. vel. 29. different.* ſentiens, hoc caſu non habere locum ordinem caritatis & affectionis, cum ſucceſſio pendeat ex ſola liberalitate & voluntate domini inveſtientis, qui nullo ſanguinis jure, ſed gratia tantummodo movetur erga ſimultaneè inveſtitos, tanquam extraneos.

Quartò hanc ſententiam magis confirmat, quod agnati plerunque, non ſolùm copulativè vel conjunctim, ſed ſimul etiam infeudantur. Nam quotieſcunque multi in diverſis & diſparibus gradibus conſtituti ſimul vocantur, nullus ſolet haberi reſpectus ad ordinem ſuccedendi, ſed omnes unà vel pariter cenſentur vocati:

Quippe † cum dictio (*unà vel ſi-* 26
mul) non tantùm conjugat, verùm etiam ſimultaneum concurſum inducat. *l. fin. & ibi. DD. C. de impub. & aliis ſubſt. Bald. in l. unic §. ubi autem: num.4. C. de caducis tollend.* ubi dicit, informitatem eſſe vitandam in uniformiter copulatis, *per text. l. jam hoc jure: de vulg. & pupill. ſubſt. not. DD. in d. §. quidam rectè: ubi Bartol. num.5. in fin. Alexand. num.11. Jaſ. num 30.* (dicens quod cum dictione ſimul vel unà omnes tranſeant) *Fortun. Gar. num.35. Lancell. Galia. n.16. in fin.* ubi ſimiliter teſtatur, omnes ſimpliciter tranſire. *Maria. Salamon: num. 45.*

Denique † quomodocunque ſe- 27
cundum juris civilis regulas res alioqui ſeſe habeat, tamen cum conſuetudine ita receptum ſit, ut agnati ſimul inveſtiti ſine graduum prærogativa ſuccedant, huic conſuetudini omnino ſtandùm, & ſecundum eam tam judicandum, quàm reſpondendum erit. De hac enim conſuetudine luculentum teſtimonium perhibet *Henning. Göden in d. conſil.22. & auctor. differ. juris civil. & Saxon. differen. 29. & vir clariſſimus D. VVeſenbecc. conſ.41. vol.1.* ubi ait, notum eſſe, ita quotidie judicari & practicari, ſcilicet quod ſimultaneè inveſtiti, ſimul quoque & pariter, non conſiderato ordine ſcripturæ vel gradus (niſi ſit aliud expreſſum) ad ſucceſsionem virtute ſimultaneæ duntaxat inveſtituræ admittantur. Eandem conſuetudinē pluribꝰ etiam aſſeruit, & ſupra commemoratis argumentis eleganter confirmavit *D. Jac. Thoming.* in quodam ſuo conſilio, quod confecit nomine collegii juridici Lipſenſis: & ſecundum eam ſæpius reſponſum fuiſſe, ex reſponſis infra in fine hujus quæſtionis additis ſatis patebit.

Ex

Digitized by Google

28 Ex † his modò, quæ pro comprobatione hujus conſuetudinis conſideravimus, non erit difficilè reſpondere ad rationes ſupra in ſententiam contrariam adductas. Nam ad primum quod attinet, iſtud quidem rectè ſecundum juris civilis rationes procedit, ſed cum jure Saxonico nulla ducatur ratio agnationis in ſucceſſione feudali, ſed hæc ſola ab inveſtitura dependeat, ut ſæpius jam diximus, minimè concedendum erit, hoc caſu aliquam ſubeſſe juris neceſſitatem, quæ vel affectionis, vel alia ratione, ordinem graduum requirat: & quod conſectarium eſt, huc accommodari non poterit doctrina illa DD. *in d. §. quidam rectè*, quæ juris neceſſitatem attendens, inde inter conjunctim & copulativè vocatos ordinem gradus amittit, ſed potius locum habebit alia regula pro confirmatione ſententiæ noſtræ tertio loco citati, quæ docet, ceſſante ratione affectionis, aliáve juris neceſſitate, conjunctim vocatos ſimul eſſe admittendos ſine graduum, alteriusvé ordinis ratione, vel prærogativa. Nam cum inter agnatos jure feudali Saxonico ſine inveſtitura ſimultanea nulla penitus ſit ſucceſſio, & jus ſuccedendi, quod ex inveſtitura competit, minimè in agnatione, ſed tantùm in verbis inveſtituræ poſitum ſit, ut ſuprà copioſè firmavimus, qui quæſo propter ſucceſſionem, quæ nulla in propoſito ſubeſt, vel propter agnationem, quæ in conſiderationem non venit, gradus vel ordo aliquis inter inveſtitos conſtitui poterit? *arg. l. ejus qui in provincia: in fin. ſi cert. pet. & l. 4. in fin. de act. emt.* præſertim contra propriam verborum ſignificationem, cui ſi unquam aliàs, certè in inveſtitura potiſſimum ſtandum erit per ea, quæ ſuprà in principio hujus quæſtionis adduximus.

29 Hac † etiam ratione tollitur alterum argumentum. nam cum jure Saxonico ſublatum ſit ſuccedendi jus inter agnatos, utique natura feudi nullum etiam inter ſimul inveſtitos ordinem ſuccedendi introducere poterit. Ejus enim, quod in rerum naturam non eſt productum, nullæ ſunt qualitates. *l. 1. de hæredit. vel act. vendit. l. ſi ſervum. §. 1. de act. emt.* Præterea loquuntur interpretes ibi citati de caſu, quo duntaxat per copulam (*&*) vel per particulam (*cum*) plures eſſent vocati, cum interim hîc agamus de illis, qui ſimul inveſtiti ſunt. Nam hoc æqualem concurſum omnium eorum, qui ſunt vocati ſine conſideratione ordinis, exigit, ut ex iis, quæ paulò ante in quarto fundamento diximus, apparet. Et licet *Curt. Juni. in d. loco* aliter ſenſerit, tamen, præterquam quod ejus ſententia communi interpretum calculo eſt improbata, nulla etiam probabili ratione nititur. Etſi enim verum quidem ſit, dictionem (*cum*) quam potiſſimum conſiderat ille, ad conjungendi facultatem quod attinet, idem deſignare, quod copula (*&*) ut jura ab ipſo adducta ſatis probant: Inde tamen non ſequitur, eandem eſſe ſemper proprietatem harum dictionum, uſque eò, ut, quando copula (*&*) ex natura rei in alium ſenſum retorquetur, ut ordinem ſucceſſionum potius, quàm conjunctionem denotet, in eum etiam ſenſum ſit accipienda dictio (*cum*). Hoc enim nullo jure neque ratione probatur: Meritò itaq; proprietati dictionis inhærendum erit, quemadmodum etiam infra *quæſtio. 36.* circa finem declarabimus.

30 Tertium † argumentum jure communi feudorum rectè procedit. Nam cum eo jure agnati ex pacto anteceſſorum ratione agnationis ſuccedant, inveſtitura in feudo paterno & avito potius eſt confirmatio inveſtituræ jamdudum factæ, quàm nova inveſtitura, neque adeò quicquam novi juris attribuit: *Andr. de Iſer. & Alvar. in c. 1. Quid præcedere deb. an inveſt. vel fidel. quos refert & ſequitur Cur. in tract. feud. 2. part. 3. quæſtio. princip. in fin.* & hoc caſu rectè

procedunt jura *per Jaſ. in d. conſ. 182. & Henning. in d. conſ. 21. adducta.* ſed ſecundum receptum juris Saxonici conſuetudinem res longè aliter ſeſe habet: quippe cum eo jure ſuccedendi jus inter agnatos penitus ſit ſublatum: & niſi ſimultaneè inveſtiti ſint, ſuccedere omnino non poſſint.

31 Nemo † itaq; nō videt, hanc ipſam ſuccedendi facultatem, ſolam inveſtituram ipſis concedere, & de novo introducere: quamobrem hoc ſuccedendi jure potius ex verbis in inveſtitura uſurpatis, quàm ex veteri ſuccedendi jure penit9 ſublato dijudicandum erit. Et ad argumentum hoc ita in ſpecie reſpondet *Hierony. Schurff. conſ. 92. num. 4.* ſentiens, quod, etſi jure communi inveſtitura ſolùm fiat in recognitionem agnationis, & futuræ ſucceſſionis, & ſic pro conſervatione juris futuri, non autem aliquod jus novum tribuat, ſecus tamen ſit de jure Saxonico.

Neque verò ſucceſſionis facultas ab inveſtitura dependens in locum priſtini juris ſuccedendi in agnatione conſiſtentis ita eſt ſuffecta, ut ſecundum iſtud omninò intelligendum ſit, ſed potius, quò ad hoc, ſeparatam penitus habet rationem: cum, ut dictum eſt, illa in ſolis verbis inveſtituræ conſiſtat: hoc verò in agnatione. Non igitur huc accommodari poterunt rationes, quæ circa argumentum iſtud fuerunt adductæ.

32 Nam † quod de natura ſubrogati dictum fuit, id locum non habet, diverſa inter utrunque ſubſiſtente ratione, quam in propoſito ſubeſſe manifeſtum eſt.

Cæteræ autem regulę in caſu quidem dubio, qui interpretationem commodè recipit, procedunt: ſecus verò in his, in quibus manifeſtum eſt, à jure communi receſſum eſſe.

33 Nam † tum potius ſuccedit alia regula, quæ docet, ſpeciali vel locali conſuetudini ſemper magis ſtandum eſſe, quàm juri feudorum communi, cum illa huic deroget, *c. 1. §. Hoc autem notandum. verſ. Hoc quoq; in verb. ſecundum uſum: de iis, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. in princ. verſ. & quanquam: de feud. cognit. cum aliis adductis per Henning. in d. conſil. 22.* Sic, etſi hac ratione jus ſuccedendi jure communi introductum penitus tollatur, ut quarto loco conſideratum
fuit, nihil † tamen impedit, quò minus 34
jus commune vel lege, vel conſuetudine expreſſa abrogetur, *d. l. ſancimus. C. de teſtam. & l. præcipimus: in fin. de Appell. l. omnes populi: de juſt. & jure. l. de quibus. de LL. §. fin. Inſt. de jure nat. gent: & civil.* Ad quintum argumentum facilè reſponderi poteſt, quando nobis datum fuerit jure Saxonico in ſucceſſione feudali jus agnationis non conſiderari.

Nam † ut ait *Henning. in d. conſ. 22* 35
agnatio ſeu proximitas gradus de jure Saxonico non eſt vinculum juris ſuccedendi, ſed conſideratur duntaxat, ſimultanea inveſtitura. Non itaque agnationis ratione duplex vinculum hoc loco conſtitui poterit, ſed omnes inveſtiti æquali jure inveſtituræ ad ſucceſſionem admittentur, ſicut videmus in caſu ſimili, in materia feudali cognationis reſpectu duplex vinculum non perpendi, neque illam prærogativam inde concedi, propterea quod agnationis modò, non autem cognationis ducitur ratio, *ut per text. in c. 1. §. His verò. de grad. ſucc. in feud. docet Bald. ibi. quem ſequitur Laudenſis, Præpoſitus, & Afflict. ibi. Andre. de Iſern. in c. 1. & 2. de natur. ſucceſſ. in feud Curtius Jun. in tractat. feud. in 3. parte, tertia part. princ quæſtio. 6. Alexand. in conſ. 9. incip. ponderatis: in fin. volum 5. & alii relati per Tiraq de retract. §. 14. gloſſ. 2. num. 10.* Sic è contrario etiam in caſibus, ubi nulla agnationis habetur conſideratio, ſed ſola cognatio attenditur, ratione agnationis duplex vinculum conſiderari non ſolet, quemadmodum *lib. 1. quæſt. 33.* prolixè demonſtravimus. Quod autem dominus agnatos inve-

ſtire

ſtire tenetur, ut ſexto loco conſideratum fuit, hoc non ipſum jus agnationis efficit, ſed potius pactum domini concedentis feudum non ſolùm inveſtito, ſed & ſucceſſoribus ejusdem. Nam propter hanc ipſius promiſſionem devinctus eſt etiam inveſtire reliquos, eo tamen modo, quo primum inveſtierat, ut videlicet non tam ex jure agnationis, quàm ex inveſtitura ſucceſſionem habeat. Ex quo fit, ut, quamvis feudum pluribus conceſſum fuerit, hi tamen poſt diviſionem factam invicem non ſuccedant, niſi denuò inveſtituram impetraverint. Licet igitur dominus eos ex primo pacto inveſtire cogatur, ipſum tamen jus ſuccedendi magis ex inveſtitura, quàm ex jure agnationis dependet. Auctoritas verò Jaſonis, quam ultimo loco adduximus, exiguum pondus habet, cum is jus Saxonicum non ſatis intellexerit: Ideoque juris illius ignorantia multa falsò præſupponat, *ut ait auctor. diff. Juris civil. & Saxo.* Sic etſi Henning. cauſæ ſerviens *in conſil. 2.* primæ opinioni adſtipulatus fuerit: idem tamen totum hoc negotium exactiore perpendens judicio *in conſ. 22.* noſtram confirmavit ſententiam. Meritò itaque rejectis illis, quæ *in conſ. 21.* ſibi contrarius in medium affert, his ſtandum erit, quæ ultimo loco conſtanter aſſerit. Quia tamen hæc omnia, quæ hactenus ſtabilivimus, magis conſuetudine, quàm certa aliqua juris ratione ſunt ſuffulta, & aſſerenti aliquid conſuetum eſſe, niſi manifeſtè doceat, fides haberi non ſolet: ideò reſponſa quædam Scabinorum Lipſenſium, & reliquorum hic ſubjungemus, ut inde magis eluceſcat verè ita ſeſe habere id, quod de conſuetudine affirmavimus.

Wolff vnd Ernſt von N. Gebrüdere zu Babelitz.

S. W. iſt ewer Vetter Barthel von N. ohne Männliche Leibs Lehnserben verſtorben / vnd hat euch / als ſeines Vaters Brüdern Söhne an einem / vnd ewers verſtorbenen Bruders Sohn anders theils nach ſich gelaſſen / Ob jhr nun gleich gedachtẽ ewern verſtorbenem Vettern eines grads neher verwandt / denn berürtes ewers Bruders Sohn / Dieweil jhr aber dennoch ſelbſt in ewer frage anzeiget / daß ewer vnd ewers verſtorbenen Vetters Großvater Brüder / vnd allezeit von Fall zu Fall biß daher in geſambten lehn geweſen / vñ das ewers Vettern verlaſſen lehngut auff Sächſiſchen Boden gelegen / ſo wird auch gemelter ewers Brudern Sohn krafft oder ſeinbtlichen belehnung / neben euch zu ewers verſtorbenen Vettern ſeligen nachgelaſſenen Lehngütern zugleich billich zugelaſſen. V. R. W.

Ern Sigiſmunden vnd Achatien von L. ſeligen Söhnen.

S. W. Iſt in Hanſen von L. zu T. numehr ſeligen Lehnbrieffe vnter andern verſehen / da er ohne Leibes Lehnserben abgehen würde / daß alßdann ſeine Lehngüter erſtlich auff ſeinen Vettern Wilhelm von L. zu N. von Sigiſmunden den Thumbherrn / Achatien / Albrechten vnd Philippen / vnd derſelbigen eheliche Leibs Lehnserben zugleich kommen ſollen / Iſt nun obgedachter Hans von L. geſtorben / vnd hat viel berürtes Wilhelms von L. Söhne an einem / vnd als Ern Sigiſmunden vnnd Achatien Söhne am andern theil nach ſich gelaſſen / Ob nun wol Wilhelms von L. Söhne dem verſtorben ein Glied neher verwandt

verwandt als jhr/ dieweil aber dennoch die Belehnung nicht nach rechter Sipzahl/ſondern zugleich oder ſembtlich geſchehen/ſo ſind auch gedachtes Hanſen von L. ſeligen hinterlaſſene Lehngüter/ vermüge ſolcher ſembtlichen belehnung/ auff euch (ſo fern jhr ewers Vettern eheliche Leibs Lehnserben ſeyd) ſo wol auff Wilhelms Söhne zugleich kommen vnd gefallen. V. R. W.

Joachim/Wilhelm/Abraham vnd Hanſen von L. Gebrüdern.

ALs jhr vns Copeyen fünff Churf. Sächſiſchen Inveſtituren/ vnnd eines Biſchofflichen Meiſniſchen Lehnbrieffs zugeſchickt/vnd euch etc. Demnach S. W. Ob wol in bemelten Churfürſtl. Sächſiſchen Lehnbrieffen etzliche Linien dero von L. Geſchlecht gemacht/vnnd daſelbſt verſehen/waſer geſtalt das Gut N. ſambt ſeinen ein- vnd zugehörung/ auff ſolche Linien/da ſich die Fälle darnach zutragen möchten/ nach einander zum halben theil kommen vnd fallen ſolle/ Dieweil aber dennoch Caſpar von L. numehr beyde ſelige/vnd derſelben Leibs Lehnserben in gleicher Linien ſtehen / vnnd nirgends zubefinden/ daß die Perſonen/die in einer gleichen Linien geſatzt/ nach rechter Sipzahl ſuccediren ſollen/ ſondern vielmehr ſemptlich vnd zugleich beliehen/ Derwegen dann auch nicht geſagt werden kan/ daß in dem letzten Sächſiſchen Lehnbrieffe (vermöge welches Caſpars Söhne mit ewrem Vater zu gleich er ſucceſſion gelaſſen werden) eine vorſengliche verenderung/ Quo ad gradus prærogativam, gemacht ſeyn ſolle/ So werden auch vielgemeltes Caſpars von L. ſeligen verſtorbene hinterlaſſene vnd vberlebende Söhne/ vermöge obgedachter ſembtlichen Belehnung/ neben euch zu ewers Vettern Hanſen von L. ſeligen hinterlaſſenen Sächſiſchen Lehngütern/vngeacht daß ſie jhme eines grads weiter verwandt als jhr/ billich zugelaſſen. So viel aber die Meiſniſchen Lehngüter anlanget/dieweil in denſelben Lehnbrieffe dieſe clauſel (nach rechter Sipzahl)begriffen/ ſo werdet jhr auch Caſpars von L. nachgelaſſenen Söhnen billich vorgezogen/Es were denn ſache/das noch eltere Lehnbrieffe dißfalls vorhanden / darinnen Caſpar vnd ſeine Leibes Lehnserben neben ſeinen Söhnen ſembtlich vnnd ohne vnterſchied der grad beliehen/vnnd dieſelbigen ohne ſeine bewilligung vielleicht geendert ſeyn möchten/auff den fall hette jhme oder ſeinen Leibes Lehnserben ſolche enderung der erſten vnnd alten Lehnbrieffe zu nachtheil nicht gereichen mögen/ſondern würden auch zu berürten Meiſniſchen Lehengütern neben euch zugleich billich zugelaſſen/V.R.W.

An Valten von N.

Vnſer freundlich Dienſt zuvor/ Geſtrenger vnnd Veheſter/ beſonder guter Freund/ auff ewern bericht vnd an vns gethane Frage/erachten wir in Rechten gegründet/ Iſt kurtz vor Pfingſten weiland Herr Chriſtoff zu Havelberg/ ewer Vetter/ in GOtt verſtorben/ vnnd hat in zweyen Fürſtenthumen/als nemblich zu Calbe im Werder/ im Churfürſtenthumb zu Brandenburg/ vnnd zu Hundsberg im Ertzſtifft Magdeburg/ ſein altväterlich Lehngut nach ſich gelaſſen/ deßgleichen auch euch ſeine Vettern/ mit Namen Andreas/Elias/Rudolff/ Joachim Günther/Ludolffen vnnd Aßmuſſen/welche dem verſtorbenen im ſiebenden Grad zugethan / Als ſind auch die Lehngüter in der Marck Branden-

burg/

burg/nach vermöge Keyſerlicher Rechte/ von dem verſtorbenen auff euch die ſieben ſeine rechte Vettern alleine gekommen vnd verfallen/ Vnd wird ſolch hinterlaſſen Lehngut nicht nach der Wurtzel/ ſondern nach den Häuptern vnd anzahl der Perſonen in ſieben theil vertheilet. Was aber die Magdeburgiſchen lehen belanget/ daran jhr alle die geſambte Hand habet/ allda helt man ſich der Belehnung/ Vnd da dieſelbe mit denen Worten (nach rechter Sipzahl) geſchehen/ ſo würden abermal die weiteſten zweene außgeſchloſſen. Da aber die obgenanten Wort (nach rechter Sipzahl) in der belehnung außgelaſſen/ ſo werden die weiteſten zwene/ mit den nechſten ſieben/ zugleich nach Perſonen anzahl zugelaſſen/ ſolch Lehngut in neun theil zuvortheilen/ Es were denn ſach/ daß es in ewrem Geſchlechte/ vngeacht der belehnung/ vber rechts verwerte zeit je vnnd je anders gehalten/ vnd auff ſolchen fall hielte man ſich ſolcher gewonheit auch billich. V. R. W.

Facultas zu Leipzig.

Facultas zu Wittenberg ad eundem.

Vnſer freundlich Dienſt ꝛc. Als jhr vns klage/ antwort vnd ferner geſetze/ auch Copeyen eines Fürſtlichen Vortrages/ vnd alter vnd newer Lehnbrieffe/ euch/ ewre Brüder vnd Vettern kläger an einē/ vnd Chriſtoffen von N. zu Geberßbach beklagten anders theils belangende/ vberſchickt/ vnd euch des rechten darüber zuberichten gebeten/ Darauff achten wir zu recht ergründet/ weil auß dem erſten Lehnbrieff/ ſo Hans Herman vnnd Chriſtoff von N anfänglichen von weiland Hertzog Georgen zu Sachſen/ hochlöblicher Gedechtnuß/ empfangen/ klar erſcheinet/ daß jhr/ ewre Brüder vnd Vettern/ mit vnnd neben gedachten Herman vnd Chriſtoff zugleich vnd ſemptlich belehnt worden/ alſo vnd dergeſtalt/ daß auff den fall/ da einer vnter gemelten Hans Herman vnnd Chriſtoff verſterben/ vnd rechte Leibes Lehnserben nach ſich nicht verlaſſen würde/ daß alßdenn des verſtorbenen theil/ ſo jhme an den 3000. Gülden/ damit jhr ſembtlich belehnt/ zugeſtanden/ auff die andern ſeine Leibes Lehnserben/ an euch vnnd ewre Vettern/ zugleich kommen vnd fallen ſolte/ So were auch Hans Hermans antheil/ da er ohne Leibes Lehnserben verſtorben/ auß krafft der Inveſtitur vnd ſembtlicher belehnung/ nach bräuchlichen Sächſiſchen Rechten/ auff beklagten Chriſtoff/ auch ewre Brüder vnd Vettern/ zu gleichem antheil kommen vnd fallen/ vnd derwegen beklagten/ da er ſich der 1000. Gülden vom gemelten Hans Herman herrürendt/ alleine vnterfangen/ ſchüldig/ euch vnd ewre Vettern/ vermög der Klage/ jhren gebürlichen antheil zuentrichten/ vnd könte ſich mit dem newen Lehnbrieff/ ſo ohne ewer vnd ewer Vettern vorwiſſen außbracht/ vnd die clauſel (nach rechter Sipzahl) darein geſetzt/ wieder euch nicht behelffen/ noch der Klage entledigen. V. R. W.

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) Nach rechter Sipzahl] clauſula, nach rechter Sipzahl h.e., ſecūdum gradus prærogativam, in inveſtituris Lehenbrieffen poſita, facit, ut proximior in gradu remotiorem, excludat: ſalvo tamen jure repræſentationis Wehner *in obſervat. pract. tit.* nach rechter Sipzahl. *Vide Coler. deciſ. 52. numer. 17.*

(b) Ordine ſucceſſivo] Vide *Covarruv. variar. reſolut. libr. 3. cap. 5. numer. 5. verſ. ſeptimo. Knichen. ad privileg. Saxon: fol. 180.*

Digitized by Google

fol.186. Frider. Pruckman. conſ.48. nu.158. vol.1. Ludolph. Schrader. lib.1. conſil. in Judice vocab. fœmina ad ſucceſſionem, qui tamen contrariam ſententiam defendit *conſil. 13. numer. 378. fol. 898. col. 2.*

QUÆSTIO XXII.

SIMULTANEE INVESTITI, AN ET QVANDO IN STIRPEM, vel in capita ſuccedant.

1. *Succedentes jure repræſentationis in ſtirpem vocantur.*
2. *Inveſtiti ſecundum gradus prærogativam in capita ſuccedunt.* *Neq; refert, utrum nomine collectivo ſint vocati. num.4.*
3. *Poſt fratres & fratrum filios omnes in capita ad ſucceſſionem admittuntur.*
5. *Vocabulorum collectivorum vel diſtributivorum proprietas non attenditur, quando conſtat de voluntate.*
6. *Inveſtiti nominibus propriis in partes viriles vocati cenſentur: Filii tamen ejus, qui nomine proprio inveſtiti ſunt, cum alio ſuperſtite in ſtirpem ſuccedunt. num.7. Etiamſi hi deinde nomine proprio inveſtiti eſſent: numer.12.13.*
8. *Filii ex inveſtitura à patre impetrata plus juris conſequi nō poſſunt, quàm pater ipſorum habuerit.*
9. *Obligationis conditio ex perſona hæredum immutari non debet.*
10. *Infeudatus cum aliis cenſetur ſuam portionem tantùm ad filios transmittere voluiſſe.*
11. *Mens contrahentium potiſsimum conſideranda.*
14. *Inveſtiti nomine collectivo in ſtirpem ſuccedunt. & num.20. niſi addita fuerit dictio, æquè, vel ſimilis: nu.17, vel niſi aliter appareat de mente contrahentium. num.18.*
15. *Vocabula collectiva non ſingulis vocatis totum, ſed partem tantùm tribuunt.*
16. *Collectivè vocati unam tantùm perſonam repræſentant.*
19. *Feudum acquirens pro ſe & hæredibus videtur ſpectaſſe tempus mortis: declaratur nu.21.*
22. *Uno ex pluribus ſimul inveſtitis defuncto, portio ejus reliquis acquiritur per jus non decreſcendi.*

QVO ORDINE ſimul inveſtiti ſuccedant, in præcedente quæſtione diximus. Sæpius autem uſu venit, ut ſucceſſores ipſi, licet de ordine ſuccedendi inter eos conveniat, de hoc tamen diſceptent,
1 utrum † in ſtirpem, an verò in
(a) capita ſucceſſio fieri debeat: (a) quamobrem de hoc etiam paucis agemus. Cumque quæſtio iſta non ſolùm per ſe admodum dubia, atque ſpinoſa ſit; ut apparet ex iis, quæ ſcripta reliquerunt interpretes. *in l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. ſi pater. de vulg. & pupill.* Sed etiam juxta varias negociorum occurrentium qualitates & circumſtantias ut plurimum varietur: receptas tantùm & communiter approbatas concluſiones quaſdam in medium afferemus, quibus caſus plerunque contingentes rectius dijudicari queant. Ac primò quidem extra omnem controverſiam eſt, omnes illos, qui repræſentationis jure ad ſucceſſionem vocantur, in ſtirpem ſuccedere ſolere: *§. cum filius: Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. § ſi quis igitur: Auth. de hæred. ab inteſt. venien. Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. hæred.* Qui verò ſint caſus illi, quibus jus repræſentationis locum habeat, in ſequente quæſtione videbimus. Quando autem verſamur in caſu, ubi juri

juri repræſentationis locus non eſt, plurimũ referre videtur, utrum inveſtitura hanc habeat annexam clauſulam, ut juxta gradus prærogativam, **nach rechter Sipzahl**/ſuccedatur: an verò ſine clauſula illa omnes pariter ſint inveſtiti.

2 Nam † ſiquidem ſecundum gradus prærogativam eſſent vocati agnati, quia his verbis omnis ſuccedendi ratio ad ordinem atque modum jure civili præfinitum denuo reducitur, & certus determinatur ſuccedendi modus: utiq; non videtur ambigendum, quin hoc caſu omnes inveſtiti in capita ſuccedant.

3 Certum eſt enim, de jure civili poſt fratres & fratrum filios omnes alios ſecundum gradus prærogativam, ſuccedentes paribus portionibus, & in capita vocari. §. *caterum: cum §. ſeqq. Inſtit. de legit. ag. ſucc. Auth. in ſucceſſione: in verb. æqualiter: C. de ſuis & legit. hared. Auth. poſt fratres. in verb. pares in gradu pariter admittantur: l. pen. in fin. l. ult. C. de legit. hæred. §. ſi verò neq; in auth. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*

4 Neque † hoc caſu anxiè ſcrutandum videtur, an nominibus propriis, an verò collectiva dictione ſint vocati. Nam cum ſuccedendi modus per adjectionem clauſulæ, prærogativam gradus denotantis expreſsè ſit præſtitutus, atque hinc de voluntate contrahentium dilucidè conſtet, quod ad rationem ſuccedendi jure communi præſcriptam reſpexerint, & ſecundum juris civilis regulas omnes pro virilibus partibus ſuccedere ſoleant, ut jam diximus: utiq; † ſubtilis illa nominum collectivorum, vel distributivorum diſtinctio, non erit attendenda, cum, quotieſcunque alia voluntatis conjectura apparet, regula illa, quæ ex ſubtilitate verborum collectivè aut diſtributivè poſitorum colligitur, valere non ſoleat, *ut eſt text. in l. Lucius. §. Lucius. de legat. 2. per quem hoc docuit Paul. de Caſtro ibi. Bart. in l. ſi ſervus communis: penul. de ſtipul. ſervo. Jaſ. in l. ſi pater: n. 8. de vulga. & pupill. ſubſt.* & hanc ſententiam in caſu ſatis dubio plurimis rationibus non minus eleganter quàm copioſè firmavit vir eruditiſſimus D. Weſenbec. *in conſil. 41. vol. 1.*

Quod ſi verò ſine graduum deſignatione plures ſimul inveſtiti eſſent, tum, quia non juxta rationem ſuccedendi jure civili præfinitam feudum devolvitur, ſed omnis ſuccedendi modus in ſolis verbis inveſtituræ conſiſtit, ideò ſecundum verba in inveſtitura uſurpata de eo judicandum erit. Ex quo fit, ut plurimum interſit, utrum nominibus propriis ſinguli, an verò omnes collectivo nomine inveſtiti, atque vocati fuerint.

Nam † ſi nominibus propriis ſinguli eſſent appellati, tum hæc tenenda eſſet regula, omnes pro partibus virilibus ſive in capita vocatos videri, non tam ex ſuccedendi ratione jure civili præſcripta, quæ poſt fratres, & patrum filios omnes in capita vocat: (non enim hoc caſu juris civilis ratio ſucceſſionis attenditur) quàm ex proprietate vocabulorum, quibus ſinguli nominatim fuerunt vocati, quippe cum regulare ſit, ut hi, qui ſinguli fuerunt nominati, in partes viriles vocati eſſe cenſeantur: *l. nonnunquam: Ad Trebell. l. ita liber. §. Labeo: de ſtatu liber. l. turpia. §. fin. de legat. 1. l. ſi communis ſervus ita ſtipulatur; de ſtipul. ſervor. §. ſervus communis: Inſtit. eod. tit. not. DD. in d. l. ſi pater: de vulg. & pupill. & in d. l. fin. C. de impub. & alius ſubſt.* 6

Hæc † tamen regula declaratur, ut locum non habeat, quotieſcunque ex pluribus, qui primi ſimultaneam inveſtituram quæſierant, aliqui multis relictis liberis deceſſiſſent, & defuncto deinde poſſeſſore feudi, de ſucceſſione quæreretur inter ſuperſtitem & liberos prius defunctorum: utpote ſi Titius, Cajus & Sejus fuiſſent primùm inveſtiti cum Mævio, & Cajus atque Sejus ante Mævium decedentes, ſinguli plures reliquiſſent liberos, deinde 7

etiam Mævius poſſeſſor feudi vita exiiſ-
ſet, relicto Titio & liberis Caii & Seii
Hoc enim caſu quamvis Sejus & Cajus
nominatim fuerint vocati, liberi ta-
men eorum cum Titio ſuperſtite, qui
primus cum reliquis inveſtituram
quæſierat, non in capita, ſed in ſtirpem
8 ſuccedunt: primò † quia libri Caij &
Seii, nullo ipſorum inveſtituram reci-
pientium facto interveniente, hoc ca-
ſu ex jure tantummodo parentum ſuo-
rum ad ſucceſſionem vocantur. Cum-
que tam Cajus quàm Sejus unà cum
Titio inveſtiti pro parte ſolùm tertia
jus inde quæſitum habere cenſeantur:
conſentaneum eſt, eos non amplius,
quàm tertiam hanc partem ad liberos
ſuos tranſmiſiſſe, atq; propterea libe-
ros ex jure ad ipſos tranſmiſſo tantùm
juxta ſtirpem in tertia parte ſuccedere
poſſe. *l. nemo plus juris: l. Non debet. l. ex
qua perſona. l. Hæreditas: de reg. juris.*
Deinde quia, cum Titio ſuperſtiti ex
inveſtitura in tertia parte jus quæſitum
jam fuerit, æquitatis rationi non ſatis
convenire videtur, ſi hoc ipſius jus pro-
pter mortem ſociorum diminui, & in
minorem quantitatem redigi debe-
ret, quemadmodum contingeret, ſi li-
beri Caij & Seij non in ſtirpem, ſed in
capita ſuccederent. Quamobrem ut
jus ex inveſtitura quæſitum integrum
ſibi ſervetur, neque ipſi invito auferа-
tur, potius credendum eſt, filios reli-
quorum potius in ſtirpem, quàm in ca-
pita ſuccedere.

Neq; † enim ex perſona hæredum
9 immutari debet obligationis conditio.
l. 2. §. ex his: de verb. oblig. & ſemper ea
capienda eſt interpretatio, ut omnis
evitetur iniquitas, & res, quoad fieri
poſſit, ad æquitatis normam reduca-
tur. *l. in omnibus quidem: ubi latè Decius
de reg. jur. l. ſcire oportet. §. aliud autem.
de Excuſ. tutor. l. nam abſurdum. de bonis
libert. l. Salvius. de leg. præſt. l. Mævia: §.
uxor. de annuis legat. not. Bart. Paul. de
Caſt. Jaſ. & DD. in l. ſtipulatus ſum Da-
mam: de verb. obligat.*

Præterea † hæc interpretatio ma- 10
gis etiam convenit menti eorum, qui
ſimul fuerunt inveſtiti. Si enim jam
tum, cum inveſtituram impetrarunt,
interrogati fuiſſent, quo pacto, uno ex
iis defuncto, hæredes ejus ſuccedere de-
berent, credibile ſanè eſſet, eos illico
reſpondiſſe, in portionem, quæ ad ſin-
gulos ex inveſtitis obveniret, atq; ita in
ſtirpem admittendos, tum quia quili-
bet eam ſolummodò portionem, quam
ipſe acquiſierat, ad hæredes etiam ſuos
tranſmittere voluiſſe cenſetur, tum
etiam quia incertum erat, quot libe-
ros quilibet relicturus eſſet, & facilè
contingere poſſet, aliquem plures poſt
ſe relinquere liberos: veriſimile potius
eſt, quemvis magis ſua portione con-
tentum eſſe, quam incerto eventui ſe
committere, & hanc periculi aleam
ſubire voluiſſe, ut propter plurimorum
liberorum numerum portio ſua ſibi di-
minueretur.

Secundum † hanc igitur veriſi- 11
milem mentem contrahentium in pro-
poſito interpretatio facienda erit, cum
in quavis interpretatione præſumta
mens contrahentium præponderet, &
potiores partes obtineat. *l. Celſus. §. ſi
fundus: de contr. emt. l. fin. in princ. C. quæ
res pig. oblig. poſſ. l. in conditionib. primum
locum: de cond. & demonſt. l. cum propone-
batur: de legat. 2. l. 3. §. conditio. de adi-
mend. legat. l. 3. ubi latè Jaſ. C. de liber. præ-
terit.* & in omni diſpoſitione hoc pro
expreſſo etiam habeatur, quod diſpo-
nentes interrogati veriſimiliter re-
ſponſuri eſſent, *ut not. gloſſ. in l. Tale pa-
ctum: §. fin. de pactis, quam ſequuntur com-
muniter interpretes ibi: & in l. Lucius. §.
fin. de liber. & poſth. Bald. in l. 1. C. quæ res
pign. oblig. poſſ. Roman. in conſil. 105. In-
cip. Viſo themate.* Idque in reſponſis
ſuis ſecutos etiam fuiſſe Scabinos Li-
pſenſes apparet ex iis, quæ annotavit
frater D. Modeſtinus in libris ſenten-
tiarum *in tit. de ſucceſſ. feud.* his verbis:
Cum Sebaſtianus à Scheidingen, &
duo alii ejus familiæ eſſent recepti à
quodam

quodam agnato ipſorum in ſimultaneam inveſtituram, & poſtea cæteri duo ante poſſeſſorem feudi deceſſiſſent, alter duobus, alter tribus filiis relictis, exiſtimavi ex tribus inveſtitis quemlibet videri inveſtitum pro tertia, eamque tertiam decedentem transmittere in liberos ſuos, quotquot ſint: & conſenſerunt D. Badehorn: & D. Jacob.

12 Quinimo † reperio eoſdem Scabinos ex paulò ante adductis rationibus cenſuiſſe, etſi liberi Caij & Seij poſt mortem parentum ipſimet nominatim inveſtiti eſſent, ſi tamen palàm foret, eos tantùm priſtino parentum jure ad inveſtituram admiſſos eſſe, nihilominus loco parentum in ſtirpem duntaxat ſuccedere. Sic enim eodem loco frater D. Modeſtinus annotavit: Petrus & Caſpar à Grunberg unà cum hæredibus ex corpore ipſorum deſcendentibus, ſimultaneè inveſtiti fuerunt cum quodam agnato ipſorum Balthaſaro. Deceſſerat deinde Petrus ante Balthaſarum relictis tribus filiis, Melchiore, Georgio & Sigiſmundo, qui, defuncto poſtmodum domino feudi, unà cum Caſpare patruo aliam impetraverant inveſtituram, in qua propriis nominibus erant inveſtiti hoc modo: Vnd haben den bemelten Caſpar / Melchior / Georgen vnnd Sigemund von Grunberg / Gevettern vnnd Gebrüderen / vnd jhren Männlichen Leibs Lehnserben die geſambte Hand / vermöge vnd jnnhalts vnſerer Herrn Vorfahren Brieff vnd Confirmation / darüber gegeben vnd geliehen. Quærebatur poſtea, an in ſtirpes, an verò in capita deberent ſuccedere. Et cum in prima inveſtitura ſolùm Petrus & Caſpar eſſent nominati, viſum fuit quemlibet pro dimidia inveſtitum eſſe. Morte ergò unius ex inveſtitis conditio aut portio ſuperſtitis deterior aut minor effici non debuit. Dimidiam ergò, quæ debebatur Petro, ipſe tranſmiſiſſe videtur in filios, qui ſuccedentes in locum patris, non poſſunt majorem habere portionem, quàm pater: maximè cum in prima inveſtitura omnes filii Petri fuerint expreſſi tantùm nomine collectivo, ut ita meritò habeantur loco unius perſonæ. Et licet in ſecunda inveſtitura fuerint nominati: tamen, quia adjecta erat clauſula, quod ſolùm infeudentur vi & vigore primæ inveſtituræ, non putatur novus dominus eis plus juris concedere voluiſſe, quàm ab anteceſſore ſuo conſecuti fuerant, nec videtur Caſpar ſuperſtes eos aliter admiſiſſe, quàm admitti debebant juxta primam inveſtituram, & ita reſpondi Caſparo deberi dimidiam, & reliquam dimidiam tribus filiis Petri. Quod placuit Socero D. Fachſio, D. Loſſelio, & Schœffelio, anno 1553. in initio Martii. *Hæc ille*.

Sed † ut conſideratio iſta tum locum poteſt obtinere, quando ex illis, qui primò inveſtituram quæſierant, aliquis ſuperſtes eſt: ita eadem non procedit, quando omnibus illis, qui primi fuerunt ſimultaneæ inveſtituræ auctores, defunctis, de ſucceſſione tantùm inter deſcendentes eorum agitur. Nam cum hoc caſu omnes rationes paulò ante conſideratæ ceſſent, & omnis ſuccedendi ratio non tam à jure ab anteceſſoribus quæſito, quàm à verbis in inveſtitura uſurpatis dependeat: ſequitur, ut juxta regulam ſuprà traditam omnes illi, qui nominatim vocati ſunt, pro partibus virilibus, & in capita ſuccedant. Ideoque frater in ſupra commemorato loco hæc verba addidit: Hæc quidem ſatis procedunt, quando Petrus & Caſpar antea non habuerunt ſimultaneam inveſtituram, ſed ipſi primò eandem impetrarunt: quod ſi verò anteceſſores ipſorum antea quoque fuiſſent inveſtiti, aliud dicendum videretur. Quapropter cum in eadem cauſa poſtmodo ad nos relatum eſſet, eos jampridem fuiſſe inveſtitos, aliam concepi ſententiam. 13

Neque vereor, ne quis miretur, cur tantùm annotatis à fratre tribuere, & eadem huc referre non dubitem, cum omnibus, quibus vir ille notus fuit, conſtet, quantam in penitius cognoſcendo jure Saxonico, ſingulorum negotiorum occurrentium momentis obſervandis, collocaverit diligentiam, & quantam ſibi inde juris illius cognitionem, atq; experientiam cum ſumma auctoritate conjunctam comparaverit. Et de vocatis nominibus propriis hactenus.

14 De † illis verò, qui nomine collectivo fuerunt inveſtiti, hæc tenenda erit regula, quod omnes, qui vocabulo collectivo fuerunt comprehenſi, non in capita, ſed in ſtirpem ſuccedant. Nam etſi alioqui regulariter poſt fratres & fratrum filios in capita ſucceſſio fieri ſoleat, ut ſupra diximus: tamen cum jure Saxonico inter collaterales nulla ducatur ratio ordinis ſuccedendi jure communi præſcripti, ſed omnis ſucceſſio ab inveſtitura dependeat: ideò de modo ſuccedendi ex proprietate verborum in inveſtitura uſurpatorum judicandum erit: ex quo fit, ut illi, qui nomine collectivo inveſtiti fuerunt, in ſtirpem ſuccedant.

15 Eſt † enim hoc de natura vocabulorum collectivorum, ut non ſingulis perſonis ambitu ipſorum contentis, totum attribuant, ſed ſolùm partem, atque idcircò eos non in capita, ſed in ſtirpem vocent. *l. ſi pluribus: in princ. ubi glo ad verbum, ſed omnes. & Bar. de legat. 2. l. planè in princ. l. Hujuſmodi: §. Titio: de legat. 1 l. ſi quis: de uſufruct. accreſ. l. interdum ubi latè DD. de hæred. inſt. Bart. in l. Moſchis: in princ. de jure fiſci: & in l. Hoc articulo: nu 3 de hæred. inſt. Idem Bart. Jaſ. & DD. in l. ſi pater. de vulg. & pupill. Bald. Salicet. Jaſ. & cæteri ſcribentes: in l. fin. C. de*
16 *impub. & aliis ſubſt.* quippe † cum omnes collectivè vocati unam tantùm perſonam referant: *d. l. planè in princ. de lega 1.* ac propterea par ſit, ut omnes unam duntaxat partem ſimul accipiant: quam rationem poſt alios tradit *Jaſ. in l. ſi pater: in princip. de vulgar. & pupill. & in l. fin. in princ. C. de impuber. & aliis ſubſt.* ubi hanc regulam multis communiter receptis interpretum doctrinis confirmat, atque exornat. Quod propterea diligenter eſt notandum, quoniam memini, cum caſus contigiſſet, multos non ſatis conſiderantes verba inveſtituræ in eo fuiſſe deceptos, quod exiſtimarunt, propterea omnes in capita admittendos eſſe, quia poſt fratres & fratrum filios locum non habeat jus repræſentationis, & omnes in capita ſuccedere ſoleant: cum tamen, ut dictum eſt, in propoſito non conſideretur modus ſuccedendi jure communi præſcriptus, ſed omnis ſuccedendi ratio ex verbis inveſtituræ petenda ſit, atque hinc iſtud, quod hoc caſu inveſtitos in ſtirpem ſuccedere aſſerimus, non ex jure repræſentationis, quod hoc caſu locum obtinere non poteſt, proveniat, ſed potius à proprietate vocabulorum collectivorum proficiſcatur.

Hæc † tamen regula, quæ ſub nomine collectivo vocatos in ſtirpem 17
ſuccedere docet, tum demum rectè procedit, quando ſimpliciter ejuſmodi vocabulo multos deſignante fuiſſent vocati: at quando addita eſſet dictio, æquè (zugleich) vel alia, quæ denotaret portiones viritim diſtribuendas eſſe, res aliter ſeſe haberet, ac potius ex natura vocabulorum adjunctorum in capita vocati eſſe intelligerentur, ut probatur *in l. interdum: de hæred. inſtit. & in l. qui cum plures: ubi Bart. de vulg. & pupill. ſubſt. per quæ jura hoc tradit Jaſ. in d. l. ſi pater: & in d. l. fin.*

Sic † quotieſcunque veriſimiliter 18
apparet, tam inveſtientem, quàm inveſtitos à proprietate vocabulorum collectivorum recedere voluiſſe, & potius ad æquales portiones reſpexiſſe, tunc magis ſtandum erit huic veriſimili menti contrahentium, quàm proprietati dictionum collectivarum: ita

Digitized by Google

ita per text. *in d. l. qui cum plures de vulgar. & pupilla. & d.l. Lucius. §. Lucius: de legat. 2. docent interpretes ibi. & in d.l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt. Idq́ pluribus ſpecioſè firmavit D. Weſenbec. in d. conſil. 41. num. 150. & ſeqq.*

Cæterùm ut ea, quę hactenus aſſeruimus, auctoritate etiam anteceſſorum confirmemus, viſum fuit nobis hiſce annectere, quæ de facti quadam ſpecie huic propoſito optimè congruenti in quæſtionibus ſuis annotavit frater D. Modeſtinus. Etſi enim ea admodum tum ultuariè ſint conſcripta, nobis tamen abundè ſuffecerit, inde conſtare, quid & quibus potiſſimum rationibus poſt longam diſceptationem in hac materia ſenſerit collegium Juridicum Lipſenſe. Reliqua verò apud bonos, ut arbitror, facilè excuſabunt graviſſimæ eædemque variæ occupationes, quibus vir ille ita ſemper diſtractus fuit, ut vix reſpirandi facultatem habuerit, atque propterea non tam, cur hæc minus ſint polita, venia ipſi meritò danda, quàm cum maxima diligentiæ laude admirandum ſit, cum inter tantam occupationum molem hæc atque alia quamplurima ita annotare potuiſſe.

Cum Oſwaldo à Trota ſimul inveſtiti erant Clamer & Chriſtophorus fratres, filii Franciſci à Genſefus, Braun in Guttenberg, Johannes à Bonſtad, & Andreas in Teuztſchenthal, & eorum hæredes feudales ex corpore ipſorum deſcendentes, & his omnibus deficientibus alii ejuſdem familiæ à Trota in Kroſigk, & Scopau habitantes. Contingit poſtea, ut ante Oſwaldum poſſeſſorem primò decederet Clamer ſine liberis: Deinde Braun, relictis duobus filiis, Poſtea Joannes relictis tribus filiis, ac tandem Andreas, relictis quatuor filiis, ita ut ſolus Chriſtophorus ex nominatis in inveſtitura remanſerit ſuperſtes Oſwaldo poſſeſſori. Oſwaldo ergò defuncto, quærebatur, an ad ſucceſſionẽ admitterentur in ſtirpes, an in capita: & videbatur, quod in capita, eò quod omnes ſimultaneè inveſtiti ſimul ad ſucceſſionẽ perveniant. Et pro hac ſententia ponderabat D. Meyer & D. Reiffſchneider, quod in ſucceſſionib. ſoleat ſpectari tempus mortis. Tempore mortis autem licet non extarent nominati expreſsè in inveſtitura, tamen exiſtebãt hæredes ipſorũ: quorum numerus cum eſſet auctus, & ita major inveniretur tempore mortis, quàm tempore inveſtituræ, ſecundum numerum iſtum, qui mortis tempore extabat, diviſio inſtituenda videbatur. Pro hac ſententia etjam adduci poteſt, quod dicit *Johan. Campeg. in conſ ſuo ſecundo inter conſil. feudal. n. 39.* quod †is, qui ſtipulatus eſt feudum, pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus videatur ſe referre voluiſſe ad tempus, quo tractatur de hæreditate & ſucceſſione, *per l. in delictis. §. ſi extraneus: de noxal. actio l. ex facto: cum ibi not. de vulgar. & pupilla & Bart. in l. ex facto: ad Trebell.* 19
In contrarium allegabat Chriſtophorus à Trota, qui ſolus ex nominatis in inveſtitura erat ſuperſtes Oſwaldo poſſeſſori, cum quo reliqui erant inveſtiti, quod cum & ipſe & frater ejus defunct. Clamer, eſſent cum Brunone, Joanne & Andrea inveſtiti, acquiſierit ipſe ex ejuſmodi inveſtitura maximè mortuo fratre ſuo Clamer, quartam partem feudorum Oſwaldi, quæ per mortem conſortium ſuorum & ſimul cum ipſo inveſtitorum non poſſit ſibi diminui. Et licet adverſa pars allegaret, quod imo ex ſimultanea inveſtitura nullam certam portionem, ſed ſolùm jus ſuccedendi acquiſiviſſet, cum nulla certa portio cuiquam ex inveſtitis in inveſtitura eſſet aſſcripta: tamen facultas Juridica Lipſenſis reſpondit pro Chriſtophoro, quod filii eorum, qui ante Oſwaldũ deceſſiſſent, deberent ſuccedere in ſtirpes, & ita ſuccedere in locum parentum ſuorum, & per conſequens accipere tantam portionem, quantã conſecuturus fuiſſet quilibet parentum in inveſtitura expreſſus. Ad hoc movebat nos text. *in l. cui fundus: de condit. & demonſtra.* ubi omnes hæredes loco unius perſo-

20 perſonæ habentur: Item † quod tales hæredes cujuslibet erant tantummodo nomine collectivo, & generali hæredum de corpore deſcendentium appellati, quo caſu etiam omnes ſub nomine collectivo comprehenſi, videntur locum unius perſonæ ſuſtinere, *l. interdũ, ibi, quia detracta. de hæred. inſt. l. ſi Titio: de uſufruct. accreſc. & traditur per Socin. in §. quidam rectè: l. Gallus: de lib. & poſth. Idq; videtur ſenſiſſe Henning. in dicto conſ. ſuo 22. vol. 1. nu. 5. verſ. Præterea & cum dicta*: Qua de cauſa & copula, quæ hîc ponitur, inter quemlibet nominatum, & ejus hæredes intelligitur ordine ſucceſſivo, cum aliàs inſpecta natura copulæ, filii una cum parente forent admittendi. Videturq; hæc opinio convenire menti contrahentium, qui ſimul inveſtiturã ſimultaneam impetrarunt: qui ſi tempore, quo acceperunt inveſtiturã, fuiſſent interrogati, ſi cõtingeret, unum ex nominatis vivis exire, quomodo velint hæredes defuncti ſuccedere? procul dubio fuiſſent reſponſuri, in ſtirpes, tum quod quilibet eandem portionem hæredibus ſuis ſtipulatus videtur, quam ſibi acquirere voluit, tum verò quia tũ temporis incertum fuit, quis nam ex illis plures liberos ſibi ſuperſtites eſſet habiturus, & ita propter incertũ eventum quilibet inveſtitorum portione ſua eſſe contentus maluiſſet, quàm ſpe incerti lucri, quod ſibi ex paucorum liberorum numero, quos cæteri conſortes relicturi eſſent, accedere poſſet, diminutionem expectare ex plurium numero. Cum ergò caſus iſte, de quo etiã fuiſſent diſpoſituri contrahentes, ſi de eo cogitaſſent, habeatur pro expreſſo, videtur & hæc inveſtitura ſecundum veriſimilem mentem recipientium ſimultaneam inveſtituram ita interpretanda. Non obſtat quod omnes ſimultaneè inveſtiti, ſint ſimul admittendi: quia hoc procedit in pluribus nominatim inveſtitis: Secus ſi quidam eorum ſolùm ſint expreſſi nomine collectivo, ut ſupra eſt oſtenſum.

Non† impedit etiam, quod in ſucceſ- 21
ſionibus ſolet ſpectari tempus mortis: quia hoc puto verum in ſucceſſionib., quæ jure hæreditario deferuntur: at hîc non jure hæreditario ſucceditur, ſed ſolum beneficio inveſtituræ. Meritò ergo ſolus tenor inveſtituræ ſpectandus eſt, qui, qualiter ſit intelligendus, ſupra eſt demonſtratum. Et licet effectus inveſtituræ conferatur in tempus mortis tamen jus ipſum ſuccedendi ſtatim eſt quæſitum, ut dicebat D. Jacobus Thomingius. Pro cujus ſententia optimè facit doctrina Bart. *in l. ut jurisjurandi: § ſi liberi. nu. 6. de oper. liber.* Spectandus ergò potius eſt tenor inveſtituræ, quàm numerus perſonarum tempore mortis exiſtentium. Et poteſt fortè doctrina *Joannis Campeg. in d. conſ. 2. nu. 39.* procedere in feudo hæreditario, in quo jure hæreditario ſucceditur: Quamvis autẽ nulli nominato in inveſtitura fuerit data ſeu aſſcripta certa portio, pro qua eſſet inveſtitus: tamen cum ſibi faciant partes invicem per concurſum ex numero eorum, qui ſimul inveſtituram receperunt, & in ea nominatim ſunt expreſſi: Portio cujuſque facilè poteſt colligi.

Licet † etiam in inveſtitura fuerint 22
nominatim quinq; perſonæ, & ita quilibet inveſtitus pro quinta tantùm parte, tamen cum Clamer ante Oſwaldũ feudi poſſeſſorem ſine liberis deceſſerit videtur portio ipſius cæteris in inveſtitura nominatis accreviſſe, ſicuti declarat *Cardinalis Pariſius in conſil. ſuo 16. n. 3. vol. 4.* qui putat, hoc potius provenire ex jure non decreſcendi, quàm ex jure accreſcendi. Unde etiam poteſt colligi, quod non poſſumus ita arguere: Conſortibus ſine liberis defunctis accreſcit aliquid nominatis: ergò debet etiã eadem ratione decreſcere, ſi relinquãt decedentes plures liberos, cum oppoſitorum & augmenti, & diminutionis aliàs eadem ſit ratio, ſeu doctrina. Nam, ut inquit Cardin. cum partes fiant ſolùm per concurſum perſonarũ, veriùs conſe-

conſequitur unus inveſtitorum ſuperſtitum majorem portionem per jus non decreſcendi. D. Jacob. etiam ponderabat, quod, cum de 4. Caſtris fiat mentio in inveſtitura, videretur ſucceſſio ſecundum domos facienda: ſed hęc conſideratio non erat admodum tuta, ſi Clamer fuiſſet ſuperſtes, cum inhabitaret idem Caſtrum Genſefrid. cum fratre Chriſtophoro. Quod autem aliqua ratio fuerit habita ſucceſſionis in tali inveſtitura, apparebat ex eo, quod, etſi omnes de familia à Trota eſſent ſimul inveſtiti, tamen primò prædictorum 4. Caſtrorum poſſeſſores, eorumque deſcendentes maſculi vocati fuerint, in defectum eorum omnium demum reliqui à Trota in Krofigk & Scopau. Et ita per prædicta pronunciavit Juridica facultas Lipſenſis Anno 1563 Menſe Januario.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) AN verò in capita ſucceſſio fieri debeat] Ad hanc quæſtionem vide *Joachim. Beuſt. ad l. admonendi 31. ff. de jurejurando. numer. 876. Andr. Knich. de pact. inveſtiturar. c. 1. de ſimultanea inveſtitura num. 41. & ſeq. Vultei. de feud lib. 1. cap 9 num. 107. & ſeq. Modeſtin. Piſtor. quæſtion. 91. part. 2. & conſil. 8. quæſt. 1. num. 4. & ſeqq. vol. 1. VVeſenb. conſil. 41. quæſt. 6. num. 138. & ſeq. part. 1. & conſ. 84. nu. 5. & ſeq. part. 2.*

QUÆSTIO XXIII.

JUS REPRÆSENTATIONIS, AN ET QUATENUS LOCUM SIBI VENDICET DE JURE SAXONICO IN SUCCESSIONE BONORUM TAM ALLODIALIUM, QUÀM FEUDALIUM, PRÆSERTIM QUANDO FEUDUM FUIT CONCESSUM NACH RECHTER SIPZAHL.

1. *Jus repræſentationis jure Saxonico in bonis allodialibus locum non habet: in feudalibus tamen bonis procedit. nu. 3. etiamſi addita ſit clauſula,* nach rechter ſipzahl / *quin et ſi de ſuperſtitib. dictum fuerit in inveſtitura. n. 14.*
2. *Jus repræſentationis regulariter locum habere non ſolet, quando graduum computatio conſideratur, & nu. 8.*
4. Textus art. 32. Lehnrecht *declaratur.*
5. *Jus repræſentationis extra ſucceſſionem hæreditariam in alia etiam diſpoſitione locum non obtinere multi putarunt, aliis contrarium affirmantibus.*
6. *Jus repræſentationis in quavis diſpoſitione locum ſibi vendicat, quando negocium agitur inter illos, inter quos jus iſtud alioqui conſideratur: ſecus in aliis perſonis.*
7. *Jus repræſentationis cur locum habeat in foro Saxonico, cũ nulla eo jure in feudalib. ſit ſucceſſio inter agnatos.*
9. *Verborum proprietas potiſſimum conſideranda, præſertim verba inveſtituræ.*
10. *Verba* (nach rechter ſipzahl) *in inveſtitura uſurpata, quid propriè deſignent, & in quo differant a clauſula ſecundum gradus prærogativam: num. 12.*
11. *Inducta ad unum finem contrarium operari non debent.*

13. *Jus repræſentationis regulariter locum non habet, quando de ſuperſtitibus dictum fuit.*

15. *Jus repræſentationis ut locum habeat, neceſſe eſt, negotium agi inter illos, qui defuncti fratres & fratrum filii fuerunt.*

UTRUM ſecundum conſuetudines Saxonicas jus repræſentationis inter collaterales ſuccedentes in bonis allodialibus lo-
(a) cum habeat, (a) probabili dubitandi ratione non caret, ſiquidem ex ipſis verbis juris Saxonici quæſtio iſta definienda eſſet. Nam hoc, jure iſto, minimè ſublatum eſſe exiſtimavit *Henning.*
(b) *Göd. in conſil 9. de ſucceſſ. ab inteſt.* (b) per multa, quæ ibidem adducit.

1 Longo † tamen uſu receptum eſt, in foro Saxonico inter collaterales juri repræſentationis locum nō eſſe, cui conſuetudini cauſam præbuit text. *in art. 20. lib. 2. ſpecul. Saxon.* qui diſertis verbis diſponit, filium fratris ex utroq; latere conjuncti cum fratre ex altero in pari gradu conſiſtere, atq; propterea æqualiter ſuccedere. Nam cum jure Saxonico frater ex altero latere in tertio gradu conſtitutus eſſe cenſeatur, *ut multis oſtendit auctor differ. juris civil. & Saxonici differ. 26.* & filius fratris ex utroque, ſi gradum magis quàm jus repręſentationis conſideraverimus, perinde tertium gradum obtineat, ac jus quidem Saxonicum hoſce tanquam, in pari gradu exiſtentes ęqualiter admittat, haud pręter rationem inde colligitur, jus Saxonicum etiam fratres & fratrum filios potius, ſecundum graduum dinumerationem, quàm ex jure repræſentationis vocare ad ſucceſſionem: cum alioqui, ſi hoc caſu fratres ex utroq; filii jure repræſentationis ſuccederent, non propterea, quia pari, id eſt, tertio gradu exiſtunt, ſed potius quia vicem patris defuncti ſuſtinent, & perſonam ejus repræſentant admitterentur. Quinimo ſi non attento gradu ex jure repræſentationis in locum patris ipſorum admittendi eſſent, fratrem ex altero in tertio gradu conſtitutum excluderent. Comprobatur hoc ex textu *art. 3. & art. 17. lib. 1.* ubi poſt fratres ad hæreditatem vocantur illi, qui gradu ſunt æquales vel proximiores.

Nam cum jus Saxonicum tantùm ad proximitatem gradus reſpiciat, veriſimile inde fit, nullam habendam eſſe rationem juris repræſentationis: quippe † cum regulariter, ubicunq; in ſuc- 2
ceſſionibus ad ipſam gradus computationem habetur reſpectus, & illi vocantur, qui gradu ſunt proximiores, jus repræſentationis locum habere non ſoleat, *ut docet Deci. in conſil. 1 Incip. memini me alias conſuluiſſe: num. 6 col. 3. & in conſil. 408. incip. in præſenti conſultatione: numer. 12. Pariſ. in conſ. 30. dubitatur mortuo: nu. 58. & ſeqq. & in conſ. 37. incip ſi bona & res poſſeſſa: nu. 57. & 70. libr. 2.* & latè *Portius in conſ. 128. Incip. facti ſpecies ejuſmodi incidit: nu. 11. lib. 1. cum aliis paulò poſt adducendis.* Ex quo etiam non erit difficilè ſatisfacere omnibus illis, quæ pro opinione ſua affert Henning. Et de conſuetudine iſta fori Saxonici teſtatur auctor differentiarum jur. civil. & Saxon. *differ. 25.* Ut proinde huic receptæ conſuetudini ſtandum omnino ſit, quicquid alioqui ſecundum juris communis regulas in contrariū adduci poſſet. Minimè enim ſunt mutanda ea, quæ certam jam receperunt interpretationem. *l. minimè. de legib.*

Sed † etſi hoc ita in bonorum al- 3
lodialium ſucceſſione obtineat, in feudalibus tamen bonis etiam in foro Saxonico jus repræſentationis locum habere plerique exiſtimarunt, *ut affirmant Hieronym. Schurff. in conſil. 8. cent. 1. & auctor. differen. 29. diff.* moti per text. *in cap. 32.* Lehnrecht / ubi dicitur, ſi ex pluribus fratribus feudum commune poſſidentibus unus vita functus fuerit, quod tum filius ejus in locum patris ſuccedat, & feudum commune cum patruis conſequatur.

Verùm † ſi quis verba hujus arti- 4
culi, rectius introſpexerit, facilè animadverte-

madverteret, cum minimè loqui de filio fratris unà cum fratre defuncti repræſentationis jure ſuccedente patruo, ſed tantummodo de filio obtinente portionem, quam pater defunctus cum fratre communem habuerat: id quod cum repræſentationis jure, de quo in propoſito verba facimus, nihil habet commune. Non tamen propterea ab hac interpretatione, quæ communi uſu eſt recepta, recedendum erit: quippe cum ſecundum eam res ad terminos juris communis reducatur, ut meritò hæc interpretatio Conſtitutionibus Electoralibus *parte 3. con-*
(c) *ſtit.29.* confirmata fuerit. (c) Neque huic concluſioni quicquam refragatur, quod ſupra diximus, jure Saxonico inter collaterales ſuccedendi jus eſſe ſublatum & omnem ſucceſſionis rationem à verbis inveſtituræ dependere, ex quo videri poſſet, neque de repræſentationis jure, quod ex ratione ſuccedendi jure civili præfinita proficiſcitur, in propoſito laborandum, ſed verbis inveſtituræ ſimpliciter ſtandum eſſe.

5 Nam † etſi admodum controverſi juris ſit articulus, utrum jus repræſentationis etiam extra caſum ſucceſſionis in alia diſpoſitione, quo fratres & fratrum filii vocantur, locum habeat; quibuſdam exiſtimantibus, iſtud locum ſibi minimè vendicare, ſed fratrem filiis fratris ſemper potiorem eſſe, *ut ſenſit Bald in l cum ita:§. in fideicommiſſo: de legat. 2. quem ſequitur Alexand. in conſil. 4 incip. ponderatis verbis. verſ fortificantur: numer.10. vol 4. & in conſil 129. incip perſpectis his quæ in themate numer. 5. volum. 5. Jaſ. in l. fin. col.2. de ſucc. Edict. & in l. ſi pater impuberis: de vulgar. & pupilla Decius in l.1. numer.14. C de ſecund. nupt. & in conſil.87. incip. pro ſolutione. col. fin. & in conſil. 553. incip. in civitate Lucana, numer. 2. in princip. & in conſil 408. incipit. in præſenti conſult. in fin. Curtius Juni. in conſ. 22. incip.*
(d) *præſupponitur in facto: num.9.* (d) aliis verò contra aſſerentibus non ſolùm in ſucceſſionibus, ſed & in quavis alia diſpoſitione, locum habere jus repræſentationis, *quemadmodum exiſtimavit gl. in d. l. cum ita:§. fideicommiſſ. quam ſequitur Imol. Paul de Caſtro & Ang. ibi. Paul. de Caſtro in l. fin C de verb. ſignif Bald. ſibi contrarius in conſil. 188 caſus talis eſt: volum. 3. Alexand. in conſil 88. incip. quod concurrere debeant. numer. 3. vol. 1. & in conſil. 26 incip. Videtur fortaſſe: numer. 1. lib 3. Aretin in conſil. 164. incip diligenter & mature: in primo dubio Corneus in conſil. 230. incip. Quanquam in hac conſultatione ſub lit R vol 3. Jaſ. in conſ 215. incip. primus conſultationis articulus eſt: numer. 2. & vol. 2. Et in conſil. 159 incip. in præſenti conſultatione: num. 2. volum. 4. Curtius Jun. in conſ. 57. incip Habita diligenti conſideratione. nu. 8 & in conſ 88. incip præſupponitur in facto: num 1. & in conſ. 128. incip. præſupponitur in facto n. 13. in fin. cum quàm plurimis aliis auctoritatibus in utramvis partem copioſè adductis à Tiraquell in tract. de jure primog quæſtio. 40. num 184.*

Hæ † tamen inter ſe diſſidentes opiniones inter alias diſtinctiones hac etiam ratione conciliare plerunque ſolent, ut prima opinio tum demum valeat, quando diſpoſitio facta eſt à tranſverſalibus, quorum reſpectu alioqui jus repræſentationis non attenditur, ut præter aſcendentes & fratres eorumque filios ſunt omnes alii: poſt fratres enim & fratrum filios jus repræſentationis non conſideratur. At quando verſamur in caſu, quo alioqui, habito reſpectu ad diſponentem, locus eſſe poſſet juri repræſentationis, utpote quando pater inter filios, vel frater inter fratres eorumque filios aliquid diſponit, tum rectè ſibi locum vendicat poſterior opinio, ut videlicet tum filius fratris unà cum fratre jure repræſentationis admittatur. Ita hanc opinionum diſcrepantiam concordat *Decius in d. conſ. 1. & conſ. 79. incip. Et pro tenui facultate: numer. 1. & in conſil 87.* 6

incip.

incip.pro reſolutione: num.4.col.fin. & in conſ.217.incip. in caſu propoſito: nu.1.& 2. Ruinus in conſ.40. quod eſt inter Conſ. Rube.Incip.circa dubium mihi propoſitum, & ipſe Rub.in conſ.82.Incip.viſo eleganti conſilio: Pariſ.in conſ.30.incipiente, dubitatur mortuo: num.8.& in conſ.20.incip.pro vera reſolutione: num.25.& in conſ.36.incip. circa primum dubium: num.14.vol.2.Curtius Jun. in conſ.57. incip. habita diligenti conſideratione: num.8. & in conſ.58.incip. circa præmiſſam: nu.1.& in conſ.128.incip. præſupponitur in facto: nu.1. Socinus Jun. in conſ.126.incip. Maxima profectò eſt dubitatio: nu.10.lib.1.Didacus in pract.quæſt. cap.38.verſ.Nono.

7 Ex † quo denique efficitur, cum hîc etiam eo de caſu loquamur, quo alioqui regulariter jus repræſentationis perpendi ſolet, quemadmodum infra dicemus, quod, etſi jure Saxonico in feudalibus inter collaterales nulla ſit ſucceſſio, tamen ex ipſa natura inveſtituræ filii fratrum unà cum fratribus in ſtirpem vocati cenſeantur: Etenim hoc proprium eſt non ſolùm ſucceſſioni, ſed cuivis diſpoſitioni, ut ea tam fratres quàm fratrum filios concernens, illos ſimul vocare exiſtimetur, ut ex jam dictis apparet.

Sed major ſubeſt difficultas, an etiam tum, quando in inveſtitura addita fuit clauſula (nach rechter ſipzahl) locum inveniat jus repræſentationis. Nam cum hęc clauſula idem, quod verba illa ſecundum gradus prærogativam videntur deſignare, atque adeò ipſum graduum ordinem, & computationē reſpiciat, non præter rationem arbitrari quis poſſet, hoc caſu juri repræſentationis locum non eſſe:

8 Quippe † cum pro regula traditum ſit, quotieſcunque plures ſunt vocati, additis quibuſdam vocabulis ſignificantibus, ad gradum fuiſſe habitum reſpectum, & ſecundum ipſam gradus prærogativam eos eſſe vocatos, quod tum jus repræſentationis locum non habeat, utpote ſi dictum ſit, ſecundum gradus prærogativam, vel ſi certus gradus vocatus, vel etiam proximioribus agnatis aliquid relictum fuerit. Hoc docet *Decius in d. conſil.1. col.3. & in d. conſ.408.nu.12. Pariſ.in d.conſ.30. num.58. & ſeqq.& in d.conſ.37.nu.57.& 70. & conſil.40.incip.iſte nepos: num.25. lib.2. Curt. Jun.in l.2.C.de ſucceſſ.edict. & in conſ.22. Incip.præſupponitur in facto: nu.7.8.& 9. Carol. Molinæ.in addit.ad Alexan.conſil.204.incip: conſideratis verbis dictæ inveſtituræ: lib.2.& in conſ.26.incip.Videretur fort aſſe: libr.3. latè Portius in d.conſ.128. num.11.lib.1.Idem tenet & defendit Didacus in d.loco pract.quæſt.cap.38. in 3.4.& 5. illatione.*

Id quod in propoſito vel ideo magis procedere videtur, quoniam, ut ſæpe jam diximus, jure Saxonico in feudis omnis ſuccedendi ratio à verbis inveſtituræ regitur, ut, † ſi unquam aliâs 9
verborum proprietas conſideranda: eiſdemque tenaciter inſiſtendum, *l.1. §.ſi conveniat: & l. Lucius in fin.depoſ. & l.contractus: de reg.jur.* id vel maximè in propoſito obſervandum ſit, *c.1. In verb. tenor.inveſtituræ: & ibi not.Bald.nu.3. de duob.fratr.à capit.inveſt.Bald.in c.1.§.Denique.quæ fue.prim. cauſa benef.amitt.*

Veruntamen rationibus hiſce non obſtantibus, nihilominus etiam in caſu, ubi in inveſtitura addita eſt clauſula (nach rechter ſipzahl) locum habere jus repræſentationis exiſtimavit auctor different. juris civilis & Saxon. *different.29.* cujus ſententia etiam Conſtitutionibus Electoralibus *part.3. conſ.29.* eſt comprobata. (*e*) (e)

Poteſtque † ejus hæc eſſe ratio, 10
quoniam verba illa, (nach rechter ſipzahl) quæ idem ſignificant, ac ſi diceretur, juxta veram agnationis dinumerationem, non tam ordinem ſive prærogativam graduum, quàm jus ipſum & modum ſuccedendi reſpiciunt, atque efficiunt, (*f*) ut, cum alioqui jure Saxonico in ſucceſſione feudali nulla ducatur ratio agnationis, ſed omnis ſucceſſio ab inveſtitura dependeat, propter (f)

hæc

hæc tamen ipſa verba nunc maximè agnatio in conſiderationem veniat, atque hac de cauſa tota ſuccedendi ratio ad terminos juris civilis reducatur. Hinc enim rationi conſentaneum non eſt, hæc verba, quæ ut res ad ſtatum juris communis redigatur, uſurpata ſunt, ejuſdem juris correctionem introducere, quin potius vel ex hoc ipſo magis veriſimile ſit, ea ſecundum jus commune ita interpretanda eſſe, ut nihilominus juri repræſentationis locus ſit, *arg. l. qui hominem: §. fin. de ſolut. & l. cum is: §. 1. de condict. indebit.*
11 inducta † enim in unum finem contrarium operari non debent. *l. legata inutiliter: de adimend. legat. l. 2. circa finem. C. de jurejuran. propter calum.* Hanc rationem reperio conſideraſſe etiam, & ſecundum eam idem reſpondiſſe anteceſſores noſtros. Nam frater in libro ſententiarum *tit. de ſucceſſ. feud.* hæc annotata reliquit: Cum plures fratres eſſent inveſtiti pro ſe & hæredibus ſuis feudalibus, ex corpore ipſorum decreſcentibus, (nach rechter Sipzahl) putavi reſpondendum, quod fratrum filii debeant ſuccedere unà cum fratribus, quia iſta clauſula (nach rechter Sipzahl) ordinem potius juris in ſuccedendo, quàm ſolam prærogativam graduum reſpicere videtur. Doctor Badehorn primò contra arguebat, quod frater de jure Saxonico præferatur fratris filiis: reſpondi hoc procedere in allodialibus: & cum ipſe replicaret, in feudis prorſus nullam eſſe ſucceſſionem in collateralibus de jure Saxonum: dixi hunc ſuccedendi ordinem juris communis, ut juri repræſentationis locus ſit in feudis, etiam apud Saxones receptum eſſe, ac propterea eum potius ſequendum, quàm ordinem ſuccedendi in allodialibus. Quibus commotus tandem & ipſe huic ſententiæ accedebat, addens, quod, cum jure Saxonico, nulla ſit ſucceſſio, talis inveſtitura facta (nach rechter Sipzahl) videatur facta ſecundum juris ordinem, & tali inveſtitura ſint vocati ad ſucceſſionem ii, quos jus vocat. *Hæc ille.*

Ex † quibus etiam non erit difficilè, reſpondere ad ea, quæ de clauſula illa (ſecundum gradus prærogativam) pro dubitandi ratione fuerunt adducta. 12
Nam ex his, quæ jam commemoravimus, evidens eſt, magnam fuiſſe diverſitatis rationem inter clauſulam illam, & eam, de qua in propoſito verba facimus, ut mirum non ſit, diverſos etiam effectus haſce clauſulas parere. Præterea interpretes, qui hunc aſſcribunt effectum verbis illis, quibus gradus prærogativa deſignatur, iis in caſibus loquuntur, in quibus, niſi verba hæc operarentur, ut excluſo jure repræſentationis graduum exacta foret habenda ratio, omni penitus effectu carerent: Cum interim in propoſito ea potiſſimum de cauſa addita videantur, ut ad terminos juris civilis rem reducant, & hoc præſtando ſatis operentur. Id quod tantùm abeſt, ut jus repræſentationis excludat, ut etiam hoc maximè requirat, quemadmodum ex iis, quæ hactenus dicta ſunt, luculenter apparere arbitramur. Quod, etſi Conſtitutione Electorali ſatis jam ſit definitum, ideò tamen prætermittendum non eſſe duximus, quia non ſolùm de ratione, cur hoc ita conſtitutum ſit, inde liquet: ſcire enim eſt rem per cauſas cognoſcere: ſed hoc etiam porrò conſequitur, ſecundum hanc ſententiam, utpote generali juris ratione munitam, non ſolùm in hiſce provinciis, quibus Conſtitutiones illæ ſunt præſcriptæ, ſed etiam extra territorium Illuſtriſs Electoris, in omnibus caſibus ſecundum jus Saxonicum decidendis, tam reſpondendum quàm judicandum eſſe.

Quæri etiam hoc loco ſolet, an, quando fratres ſuperſtites ſimul eſſent inveſtiti, etiam tum juri repræſentationis locus ſit.

Et

13 Et † dubitationem mover, quod regulariter, ubicunque de ſuperſtitibus dictum fuit, liberi perſonam patris defuncti repræſentare non ſolent, ſed hi tantùm, qui mortis tempore in vivis ſunt, vocati cenſentur, *ut ſenſit Bald. in conſ. 434. incip. punctus ſuper quo conſilium petitur: parte 4. quem refert Jaſ. in conſil. 154. incip. viſo themate: col. 2. vol. 4. & Curt. Jun. in conſil. 69. incip. ſanctiſſimæ Trinitatis præſidio: Pariſ. in conſ. 37. numer. 35. vol. 2.*

14 Reperio † tamen Dominos Scabinos Lipſenſes nihilominus hoc etjam caſu jus repræſentationis admiſiſſe. Nam in prædicto loco hæc adnotavit frater: Conſtat in feudis etiam jure Saxonico ſuccedere filium fratris pariter cum fratre. *c. 32.* Lehnrecht Dubitabatur, an idem eſſet, ſi plures fratres ita accepiſſent inveſtituram, ut uno exillis mortuo, fratres illi ſuperſtites ſuccederent. Daß es an die vberlebende Brüder kommen ſoll: & allegabatur pro ratione dubitandi, quia verbum (vberlebende) ut aliquid operetur, videtur vocare duntaxat fratres, qui futuri ſunt in vivis, non liberos ipſorum perſonam repræſentantes: maximè cum Saxonum jure in collateralibus ſolùm ſuccedatur ſecundum tenorem inveſtituræ. Contrarium tamen nomine Scabinorum reſpondi anno 1548. conſentiente D. Schœffelio & Loſſelio. *Hac ille.*

Quæ ſententia comprobari poteſt iis, quæ tradidit *Cumanus in conſil. 13. incip. Titius inſtituit Sejum: Jaſ. in d. conſil. 154. in fin. vol. 4. Pariſ. in conſil. 50. incip. ex teſtamento condito. vol. 3. & latè Cravett. in conſil. 306. incip. in verbis inſtitutis.*

Cæterùm † quæ de jure repræſentationis hactenus diximus, ea tum demum vera ſunt, quando de ſucceſſione agitur inter fratres & fratrum filios. inter hoſce enim ſolùm conſideratur jus repræſentationis: inter alias verò perſonas minimè, ut disertè probatur *in auth. poſt fratres. C. de legitim. hæred. & in §. ſi verò in Auth. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Idque ita accipiendum eſt, ſi etiam defunctus unus ex fratribus fuit. nam etſi plures fratres ſimul inveſtiti fuerint, atque inde altero præmortuo de ſucceſſione agatur inter fratrem & fratrum filios: niſi tamen etiam defuncti fratres & fratrum filii fuerint, jus repræſentationis locum habere non poterit, ut poſt alios declarat *Didacus in practi. quæſtion. c. 38 verſ. Decimò apparet.* (g) Quod licet planum ſit, ideo tamen monendum fuit, quoniam multos in hoc impegiſſe aliquoties animadverti. (g)

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) IN bonis allodialibus locum habeat] De differentia juris communis & Saxonici in ſucceſſione collateralium vide omninò *Daniel Mollerum ad conſtit. Electoral. 18. n. 1. 2. part. 3.*

(b) De ſucceſſ. ab inteſtato] his adde *gl. lat. ad text. germ* Landrecht. *lib. 1. art. 17. lit. f gl. ordin. in* Weichbildt. *art. 62. n. 6. ibi.* jhr ſolt auch wiſſen.

(c) Confirmata fuerit] Ad hanc conſtitutionem vide *notat. Dan. Molleri n. 1.* hiſce adde *Matth. Weſenbec. conſ. 82. n. 28. vol. 1. Mat. Coler. deciſ. 48. n. 4. part. 1. & conſ. 22. nu. 12. Thoming. deciſ. 43. nu. 25. Joan. Köppen deciſ. 54. n. 61. Joach. Beuſt. ad l. admonendi 31. ff. de jurejurand n. 876.*

(d) Num. 9.] *Ludovic. Bolognin. in addit. ad tract. Matth. Matthesilan. de ſucceſſ. ab inteſt. art. 3. n. 3.* (ubi ſe in cauſa magnæ importantiæ ita obtinuiſſe fatetur)

tetur) *Domin. Cardi. Tuſchus concl. 352. numer. 55. & ſeqq. lit. F. Matthias Berlich. concluſ. 24. num. 13. part. 3.* ubi vide diſſentientes.

(*e*) Eſt comprobata] Hanc ſequuntur *Moller ad conſtit. Elector. 29. num. 2. part. 3. Beuſt. ad l. admonendi 31. ff. de jure. jur. num. 876. Weſenbec. conſil. 83. nu. 1. 4. 5. & ferè per tot. vol. 2. Jacob. Thoming. deciſ. 43. num. ult.*

(*f*) Reſpiciunt atque efficiunt] Vide *Roſenthal. tract. feudal. cap. 7. conſil. 56. lit. t.* ubi hanc parentis declarationem probat.

(*g*) Apparet] Adde *Coler. conſil. 22. num. 33.*

QUÆSTIO XXIV.

SI EX DUOBUS SIMUL INVESTITIS ALTER FEUDUM SUUM ALIENAVERIT, utrum invitus alteri alienati conſentire teneatur, an verò jus ſuum integrum nihilominus ipſi maneat.

1. *Simultanea inveſtitura ſocietatem quandam & reciprocam obligationem, quò ad jus ſuccedendi, introducit.*
2. *Societas diſſolvitur, ſi alter ſociorum bonis ſuis ceſſit: declaratur nu. 15.*
3. *Contractus claudicare non debet.*
4. *Fidem frangenti fides ſervanda non eſt.*
5. *Contractus impletionem fruſtra petit, qui ipſe non implevit.*
6. *Cauſa finali deficiente, contractus etiam nominatus reſolvitur.*
7. *Per diviſionem diſſolvitur ſimultanea inveſtitura: ergo etiam per alienationem. contrarium firmatur nu. 11. & reſpondetur nu. 14.*
8. *Idem judicatur de una perſona, in qua plura jura concurrunt, quod de pluribus.*
9. *Argumentum à perſonis ad res valet.*
10. *Inveſtitura ſimultanea plura feuda complectens unus & idem contractus reputatur.*
11. *Conſenſu duorum, quod eſt contractum, unius diſſenſu non diſolvitur.*
12. *Inveſtitura ſimultanea non unius facto, ſed utriuſq; conſenſu diſſolvitur.*
13. *Renunciatio juris non præſumitur. Nec comprǽhēdit ultra, quàm expreſſū eſt.*
14. *Inveſtitura ſimulanea non diſſolvitur alienatione.*

DUBITATUM fuit, utrum, ſi alter ex duobus ſimultaneè inveſtitis alienaverit ſua bona, is deinde poſſit impedire alterum, quò minus ſua etiam bona alienet. an verò invitus conſentire alienationi cogatur.

Et dubitationem movit, quod, ut ſupra *quæſt. 20.* oſtendimus, ſimultanea
1 † inveſtitura cum conſenſu poſſeſſoris fieri ſolet, & poſſidens plerunque hoc reſpectu conſentit, ut alter viciſſim ſibi eandem ex ſimultanea inveſtitura ſuccedendi ſpem concedat, atque adeò ſimultanea inveſtitura videtur inducere quandam ſocietatem, ſeu communionem & reciprocam obligationem, quò ad jus ſuccedendi.

Sicut † igitur ſocietas diſſolvitur, ſi 2
alter ſociorum bonis ceſſit, aut bona ipſius publicata fuerint: §. *penul. Inſt. de ſociet.* ita etiam ſocietas ſimultaneæ inveſtituræ diſſoluta videtur, quando alter bona ſua alienavit.

Alioqui † enim contractus ille clau- 3
dicaret, ſi alteri liceret mihi ſpem ſucceſſionis per alienationem auferre, & nihilominus illi integra eſſe deberet ſucceſſio in bonis meis, contra text. *l. 1. de reſcind. vendit. & quæ notat. gl. & Bart. in l. Julianus: §. ſi quis à pupillo: de actio. emt.* quin † potius cum ipſe fidem alie- 4

 nando

nando ſemel fregerit, idem & alteri permiſſum eſſe debet. *c. Fruſtra: de reg. jur. l. cum proponas 2. C. de pactis*: fruſtra
5 † enim impletionem contractus petit ab alio is, qui ſuo tempore non implevit. *l. Julianus: §. offerre. de action. emt.* & fruſtra petit debitum, vel juſtitiam, qui non implet quod debet, aut quod juſtũ eſt. *c. ſignificaſti: & ibi gloſ. de election.* Facit trita illa juris regula: patere legem, quàm tulere, quod quiſque juris in alio æquum eſſe ſtatuit, id in ſe quoque valere patiatur, *l. 1. & tot. tit. quod quiſque juris.*

6 Pertinet huc etiam alia communiter approbata concluſio, quæ docet, quod ubicunque deficit cauſa finalis, ſine qua quis aliter contracturus non fuiſſet, tunc contractus etiam nominatũs reſolvatur, & contrahentes ab eodem recedere poſſint. *l. cum te: & ibi DD. maximè Salic. C. de pactis: inter emt. & vendit. Socin. conſil. 26. incipi. pro vera reſolutione: col. fin. lib. 3. Corneus conſil. 101. incip. viſis actis & actitatis: col. fin. verſ. Non obſtant adducta in contrarium: lib. 1. & in conſil. 102. libr. 2. Cravett. conſil. 299. num. 2.*

7 Nam † cum ſimultaneæ inveſtituræ hæc ſit potiſſima cauſa, ut inter poſſeſſores feudi commune ſuccedendi jus introducatur, ſequitur, ut altero, alienatione facta contra nitente ipſa ſimultanea inveſtitura, veluti ceſſante cauſa, reſolvatur. Denique de hoc videtur eſſe text. *in cap. 32.* Lehnrecht / dum ibi dicitur, quod ſimultanea inveſtitura per ſeparationem, vel diviſionem diſſolvatur. Inde enim conſequens eſſe videtur, quod etiam tum vinculum ſimultaneæ inveſtituræ rumpatur, quando alter alienando bona ſua contra legem ſimultaneæ inveſtituræ ſucceſſionem fecerit ab altero, cum quò ſimultaneè inveſtitus fuerat. Neque quicquam videtur referre, quod text. *in d. cap. 32.* loquatur in ſeparatione facta à duobus ſimul poſſidentibus unum feudum. Eadem enim ratio militat etiam in duobus unum & idem jus ex ſimultanea inveſtitura circa feuda diverſa obtinentibus.

Par igitur jus etiam in hac facti ſpecie ſtatuendum eſt, ut videlicet ſeparatione facta ab altero eorum jus conjunctæ manus diſſolvatur, *argum. l. illud: ff. ad l. Aquil. l. fin. C. ad l. Falcid.*

8 Nam † quemadmodum idem juris ſtatuitur de una eademque perſona, in qua plura jura concurrunt, quod de pluribus, *l. Tutorem. de his quib. ut indign. l. cum quadam: C. de adminiſt. tutor. § ſi tutor. Inſtit. de inoff. teſtam. l. ſi conſul: de adoptio. cum aliis adductis ab Eberhard. in loco à tanquam:* Ita è contrario non immeritò in pluribus rebus vel feudis in inveſtitura unà conjunctis idem jus obtinere debet, quod obtinet in uno feudo pluribus in ſimultaneam inveſtituram conceſſo:

9 Quippe † cum à perſonis ad res arguere liceat. *l. qui plures liberos: de vulgar. & pupill.* Etſi enim plura feuda una inveſtitura contineantur: tamen propter conjunctionem, quæ facta eſt inter hæc feuda, & perſonas inveſtitas, 10
& ita propter unitatem contractus inveſtitura ſimultanea reputatur unus contractus, *l. ſi plura: de ædil. edict.* quam ad hoc in ſimili adducit *Bald. in Auth. ſi quas: col. penult. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Quibus rationibus adductus, frater nomine collegii Juridici Lipſenſis reſpondit, quando duo ſimul inveſtiti, deinde ſeceſſione facta, ſinguli ſeparatim ſe hinc inde inveſtiri curarunt, neque alter de altero mentionem amplius in inveſtitura ullam fecit, quod tum jus ſimultaneæ inveſtituræ mutuo conſenſu diſſolutum eſſe cenſeatur: ut videre licet ex conſilio *poſt quæſtionem 20.* ſupra addito.

Cæterùm quamvis hæc & ſimilia ancipitem cogitandi curam in propoſita quæſtione non immeritò alicui afferre poſſent: in contrariam tamen ſententiam diſceſſerunt Domini Scabini

bini Lipſenſes, arbitrati, quod, etiamſi alter ex ſimultaneè inveſtitis feudum ſuum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti conſentire non teneatur, ſed nihilominus integrum ſibi maneat, jus ex inveſtitura quæſitum, cujus vigore feudum alienatum revocare deinde
11 poſsit: moti potiſsimum, quod † regulariter id, quod ex mutuo duorum vel plurium conſenſu dependet, unius ſolummodò diſſenſu tolli vel diſſolui nō poſsit. *l. prout quiſque. de ſolutio. l. emtor & venditor: de reſcind. vendit. l. nihil tam naturale: de reg. juris.* Cum igitur communi conſenſu ſimul inveſtiti ſpem ſuccedendi invicem nacti ſint, ſequitur, niſi utriſque conſentientibus, jus illud neutri ipſorum adimi poſſe. Quod ipſum allegatus text. *in d. cap. 32.* Lehnrecht/ claris verbis diſponit, dum ait: Die zuſammen belehnet ſeind / jhr keiner mag einem andern ſein Gut daran leihen noch aufflaſſen/ damit ers dem andern entführe.

12 His † enim verbis perſpicuè docetur, non unius facto tantùm diſſolui jus ex ſimultanea inveſtitura acquiſitum, ſed requiri conſenſum utriuſque. Hic autē conſenſus utique & eo, quod alter alienat, non ſatis apparet, cum, etſi is ſua bona in alium transferat, nihilominus tamen jus, quod in bonis alterius habet, ei integrum eſſe poſsit.

13 Juris † enim renunciatio non facilè præſumitur, *l. ſi de indebito: ff. de probatio.* quin & ipſa renunciatio non comprehendit, niſi id quod exprimitur: *l. ſi unus §. Ante omnia. ff. de pactis: l. ſi dominus de ſervit. urban. prædior. l. ſi ex pluribus: de ſolution.* Ideoque ſi plura jura alicui competant, etiamſi uni renunciet, non tamen alio ſe abdicare voluiſſe præſumitur, *ut tradit latè Decius in l. quoties duplici: de reg. jur.*

14 Eſt † præterea juris manifeſti, quod, etſi alter alienet, tamen alteri jus revocandi bona alienata competat, quod ex ipſa ſimultanea inveſtitura deſcendit: Quemadmodum ſupra *quæſtione 20.* pluribus firmavimus. Sequitur igitur, per alienationem factam non ruptum vel diſſolutum eſſe ſimultaneæ inveſtituræ vinculum, ſed potius ſalvum atque integrum illud remanere: idque non ſolùm reſpectu ejus, cui jus revocandi datur, ſed & reſpectu alienantis, ne contractus, quem ſupra reciprocum eſſe diximus, contra naturam claudicet: *agumen. eor. quæ not. d. gloſ. & Bartol. in d. l. Julianus.* Ex quo ſimul patet, eum, qui bona ſua retinuit, nullam ſatis juſtam conquerendi cauſam habere, cur alter, qui contra legem ſimultaneæ inveſtituræ alienaverat, ſpem ipſam ſuccedendi ex inveſtitura retinere non debeat. nulla enim ſibi in eo fit injuria, cum potius jus ſuum in bonis alienatis ſalvum remaneat, cujus vigore ea bona pro libito revocare poteſt. (*a*) (*a*)

Hinc † facilis eſt ſolutio ad omnia 15
ea, quæ ſupra in contrarium ſunt adducta. Poſſent enim ea procedere, ſi per alienationem ab altero factam jus alterius, qui bona ſua retinuit, prorſus extingueretur. Tum enim is ſpe ſe fruſtratum conqueri, & à contractu tanquam cauſa finali deficiente, diſcedere poſſet. Id quod etiam in ſocio bona ſua alienante contingit. Atqui cum in propoſito jus ex ſimultanea inveſtitura acquiſitum ſalvum alteri remaneat: hæ rationes non ſolùm non impugnant hanc opinionem, ſed eandem magis confirmant, & ut omnibus par & æqua jus ſit, ſuadent. Quæ verò circa text. *in d. cap. 32.* conſiderata ſunt, ea locum habent in diviſione ab utroque ſuſcepta, & in qua utriuſque factum & conſenſus intervenit. Non mirum igitur, cur per eam tanquam ex mutuo conſenſu diſſoluatur ſimultanea inveſtitura. Quæ ratio prorſus ceſſat in alienatione ab uno ipſorum ſuſcepta. Eadem etiam de cauſa huc accommodari non poterit caſus ille, in quo frater conſuluit: nam præter alias ejus qualitates ibi mutuum factum utriuſque à ſimul-

ſimultanea inveſtitura recedentis intervenit, atque inſuper acceſſit culpa non petentis renovationem inveſtituræ: quemadmodum ex facti narratione perſpicuum eſt. Hiſce itaque invitati Domini in hanc ſententiam me conſentiente, reſponderunt, quam tenuiſſe etiam D. Ludovicum Fachs clarum eſt ex conſilio ejus ſupra *poſt 20.* quæſtionem ſubjecto. idemque docuit *D. Weſenbecc. in conſil. 41. nu. 131. volum. 1.*

ADDITIO Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) PRo libito revocare poteſt] Agnati alienationem feudi à poſſeſſore vaſallo ſine ipſorum conſenſu factam revocare poſſunt, non quidem ſtatim vivente alienatore, aut ejus liberis, nam quamdiu hi vivunt, jus ſuccedendi non habent, ſed tum demum, cum ad eos devoluta fuerit feudi ſucceſſio. *Dd. in tit. de alien feud pater & in c. 1. §. hoc quoq. de ſucceſſ feud. Jacobin. verſ. & cum de feud. non alien. nu. 13. cum ſeq. Schurff. conſil. 68 num. 22. cent. 1.* Weſenbec. *de feud. ca. 11. tit. de alien. feud. n. 19.* Cæterum ſi indemnos agnatos præſtare velit alienator, valebit alienatio, quia illis non fit præjudicium, ut cum vaſallus alienans affert agnatis ſimultaneam inveſtituram in ſimili & æquali feudo, aut quando promittit ſe pecuniam emtionis novam emtionem æqualis feudi collocaturum *Schurff. conſil. 100. cent. 1.* Weſenbec. *de feud. d. cap. 11. num. 20.*

Quando verò & quomodò jure Saxonico agnati vel ſimultaneè inveſtiti feudum alienatum revocare poſſint & quatenus emtori ad precium vel intereſſe teneantur, vide *Conſtitutionem Electoralē Saxonicām 48. 49. & 50 part. 2.* Torgauiſch außſchreiben *Anno 1583. tit.* Welcher geſtalt die *agnaten* vnd mit belehnten ein lehngut/ ſo ohn jr bewilligung verkaufft oder ſonſt *allieniret revociren* vnd wider an ſich bringen mögen.

QUÆSTIO XXV.

DE INVESTITURA FACTA DE FEUDO VASALLI ADHUC VIVENTIS

in caſum, quo is defunctus fuerit: utrum contineat votum captandæ mortis jure communi improbatum: quæ ad eam potiſſimum requirantur: an valeat, ſi poſſeſſor filios habuerit: an item ad hæredes inveſtiti tranſmittatur: & de aliis circa eam notatu dignis, ſecundum jus tam commune quàm Saxonicum.

1. *Inveſtitura facta de feudo viventis adhuc in caſum mortis ejus, appellatur ab interpretibus inveſtitura de caducitate ſucceſſionis: Jure Saxonico verò* ein gedinge.
2. *Inveſtitura ejuſmodi videtur continere votum captandæ mortis & propterea improbanda. Nihilominus tamen juris vigorem obtinet, num. 4. & ab improbo captandæ mortis voto defenditur, num. 5. & ſeqq.*

3. Conven-

3. *Conventiones de bonis adhuc viventis tanquam improbæ & odioſæ rejiciuntur jure tam civili, quàm Canonico.*

5. *Inveſtitura facta de feudo adhuc viventis cur, licet votum captandæ mortis contineat, valeat tamen.*

6. *Paria ſunt facere aliquid tempore licito, & conferre in tempus permiſſum.*

7. *Pacta quæ dicantur continere votum captandæ mortis, ut propterea improbanda ſint.*

8. *Pacta non propterea ſuſpecta redduntur, quia in mortis caſum concepta ſunt, ſed potius aliam ob cauſam ibi conſideratam.*

9. *Inveſtitura facta de feudo adhuc viventis, in quo differat à pacto continente votum captandæ mortis.*

10. *Periculi ſolius ratione pacta in tempus mortis collata non improbantur.*

11. *Inveſtitura de feudo viventis adhuc, etiam poſſeſſore non conſentiente, concedi poteſt.*

12. *Inveſtitura ejusmodi ſub conditione mortis poſſeſſoris fieri debet, purè verò facta non valet.*

Uſq; eo, ut, etſi deinde ſine liberis deceſſerit poſſeſſor tamen propterea robur non accipiat inveſtitura. num. 13.

14. *Ab initio quod non valet, ex poſt facto non convaleſcit.*

15. *Si poſſeſſor feudi filios poſt ſe reliquerit, tum evaneſcit inveſtitura facta ſub conditione, quando is ſine liberis deceſſerit.*

Niſi filii ante patrem deceſſerint, nu. 17.

Vel niſi quis in caſum, quo etiam filii deceſſerint, inveſtitus fuerit. nu. 18.

16. *Conditione deficiente, etiam diſpoſitio deficit.*

19. *Inveſtitura facta de feudo viventis non valet, ſi is liberos habuerit, licet in eventum, quo etiam liberi deceſſerint, collata fuerit, ſecundum pleroſque: quod tamen refutatur. nu. 20.*

21. *Dominus, qui de feudo viventis aliquem inveſtivit, conditione pendente, pœnitere non poteſt, ſed eveniente conditione feudum tradere tenetur.*

Neque præſtando intereſſe liberatur, numer. 22.

Niſi rei tradendæ facultatem non habeat, num. 23.

24. *Venditor, cui rei tradendæ copia non eſt, præſtando intereſſe liberatur.*

25. *Dominus feudi, alio in poſſeſſione exiſtente, liberatur cedendo actiones.*

26. *Inveſtitus in caſum mortis alterius poteſt, eveniente conditione feudum vacans occupare.*

Inveſtitura abuſiva tribuit facultatem apprehendendi poſſeſſionem vacantem.

Niſi poſſeſſio à domino jam ante apprehenſa fuerit. nu. 27.

28. *Inveſtitus in caſum mortis alterius, ſi ante hunc vita evocatus fuerit, jus ex inveſtitura quæſitum ad hæredes transmittit, licet hæredum nulla facta fuerit mentio, nu. 32.*

Et quid ſtatuendum ſecundum jus Saxonicum, num. 33.

29. *Legata conditionalia ante diem non tranſmittuntur, ſecus autem in contractibus.*

30. *Obertus ſolitus eſt opinionem reprobatam ultimo loco referre.*

31. *Conditio neceſſaria tranſmiſſionem non impedit.*

33. Textus in cap. XI. Lehenrecht / *declaratur.*

34. Gedinge / *jure Saxonico etiam appellatur feudum ſine poſſeſſione.*

35. *Quibus caſibus ſucceſſor domini non tenetur, iisdem nec inveſtitus quicquam tranſmittit ad hæredes jure Saxonico.*

36. *Inveſtiri quis poteſt etiam generaliter de feudo, quod morte poſſeſſoris primo apertum fuerit,*

37. *Inveſtitura in mortis caſum collata evaneſcit, feudo aliam ob cauſam aperto.*

PRÆTER ſimultaneam inveſtituram, de qua hactenus egimus, aliud eſt etiam inveſtituræ genus, qua feudum vivente poſſeſſore (a) alteri ea lege atque conditione conceditur, ut, ſi poſſeſſor ſine liberis deceſſerit feudum ad ipſum devolvatur, & † hanc inveſtituram ad differentiam ejus, quam vulgò abuſivam dicunt, de caducitate ſucceſſionis appellant *Bald. in c. ſi quis inveſtierit: de feud. dat. in vicem legis commiſſ. & Matth. de Afflict.* 1

Afflict. in cap. 1. nume. 4. Qui ſucceſſ. ten. Jure verò Saxonico vocatur ein gedinge/ à conditione, quæ plerunque in eventum mortis ejuſmodi conceſſioni inſeri ſolet, *cap. 5. & cap. 57.* Lehnrecht/ *ibi*: Unter dem gedinge / und unter dem beſcheid / ob der ohne Lehnserben ſtürbe/ der es in gewehr hat / Quia verò hoc ſeculo admodum inolevit in aulis principum, ut plerique pro meritis ſuis tales ſoleant impetrare inveſtituras, vnde

(b) paſſim Gnadenlehn (b) appellantur, atque hinc ſecundum perpetuam illam factorum varietatem variè etiam de his diſceptari ſoleat: ideo paucis de iſto inveſtituræ genere videbimus.

2 Ac † primò quidem, ſi de ea ſecundum juris civilis regulas judicandum eſſet, non levem res haberet dubitationem, an hæc inveſtitura jure ſubſiſteret, cum fiat vivente adhuc poſſeſſore, & in tempus mortis ejus conferatur, atque propterea captandæ mortis votum contineat legibus maximopere improbatum.

3 Jure † enim Cæſareo, hujuſmodi conventiones, per quas de bonis ſuperſtitis agitur, odioſæ & plenæ triſtiſſimi & periculoſi eventus eſſe exiſtimantur, & propterea minimè admittuntur. *l. fin. C. de pact. l. Ex eo inſtrumento. C. de inutil. ſtipu. l. ſtipulatio hoc modo: de verb. obligat.* Quippe cum improbum ſit, de bonis viventis eſſe ſolicitum, teſte Jureconſulto *in l. 2. §. 1. de vulg. & pupil. & in l. ita tamen: §. à patre: Ad SC. Trebell.* & caſum adverſamq; fortunam expectare hominis liberi neque civile neque naturale ſit, *ut ait Ulpia. in l. inter ſtipulantem: §. ſacram rem: de verb. obligat.* Qua de cauſa in Concilio Lateranenſi ſaluberrimè ſtatutum fuit, Eccleſiaſtica beneficia tribus aut promitti, antequā vacent, non poſſe, ne ſcilicet deſiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum & beneficium ſe credit ſucceſſurum. Turpe enim eſt, & divini plenum animadverſione judicii, ſi locum in Eccleſia futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſi etiam gentiles condemnare curarunt, *c. Nulla: de conceſſ. præbend.* ut non immeritò talem inveſtituram non aliter, quàm ſi poſſeſſor feudi conſenſerit, valere exiſtimaverint Placentini, quorum opinio refertur *in c. ſi quis inveſtierit: de feud. dato in vicem legis commiſſ.* (c) (c)

4 Verùm † utut ſecundum juris civilis rationem res ſeſe habeat, multis tamen juris feudalis capitulis diſertè cautum reperitur, inveſtituram hanc admittendam eſſe, & feudum ſub conditione, ſi poſſeſſor ſine hæredibus defunctus fuerit, rectè concedi poſſe, ut probatur *in c. Moribus: ſi de feud. defunct. content. fuer. inter dom. & agna. defunct. & in c. 1. qui ſucceſſ. feud. dare tene. & in c. 1. qui ſucceſſores teneant. & in c. 1. de clericis qui inveſt. fec. & in d. c. ſi quis inveſtierit: de feud. dat. in vicem legis commiſſ.* Concordat cum his etiam jus Saxonicum feudale, *cap. 5.* Lehnrecht/ ubi dicitur: Zweyen Mannen mag der Herr ein Gut leihen/ alſo/ das einer die Gewehr daran habe / der ander das Gedinge / als ob dieſer ohne Lehnserben ſtürbe/ der das Gut in gewehr hat: Cumq; hoc ita manifeſtè definitum ſit, non admodum referre videtur, nos de rationibus juris civilis ſupra ponderatis anxiè eſſe ſolicitos.

5 Interpretes † tamen, ut hujus placiti feudalis probabilem rationem inveniant, & ab improbitatis vitio, quod cum voto captandæ mortis conjunctum eſſe ſolet, defendant, feuda in mortis caſum ſine culpa ea de cauſa concedi poſſe, ducunt, quia ejuſmodi inveſtitura, vel promiſſio infeudandi non ſolet purè fieri, neque in illud tempus concipi, quo utile dominium adhuc eſt penes vaſallum poſſidentem, ſed ſub conditione, ſi poſſeſſorem feudi ſine maſculis hæredibus è vita decedere contingeret: atque adeò promiſſio in illud tempus confertur, quo utile dominium à vaſallo abſceſſurum, & retro ad dominum commeaturum erat.

Non

Digitized by Google

Non itaque dici poteſt de bonis vaſalli promiſſionem ab ipſo factam eſſe: ſed potius de re ſua diſponit, quod cuivis liberum eſſe debet, quemadmodum declarat *Andr. de Iſern. in d. cap. 1. numer. 3. Qui ſucceſſ. feud. dar. teneant:* quem ſequitur *Matth. de Afflict. ibid. numer. 6.* inquiens, hoc caſu nullum fieri præjudicium viventi, cum inveſtitura conferatur in caſum permiſſum, quo videlicet futurum erat, ut utile dominium cum directo conſolidaretur. pro † quo facit vulgata juris regula, quæ docet, quod paria ſint facere aliquid tempore licito vel permiſſo, & conferre aliquid in tempus permiſſum. *l. in tempus in princ. de hæred. inſtituend.* In pacto verò, quod propter votum captandæ mortis improbatur, res aliter ſeſe habet, quia iſtud plerunque ea de re initur, cujus dominum prorſus erat alienum, ut mirum non ſit, ſine voluntate domini nihil de eo firmiter diſponi poſſe, *teſte Andr. de Iſern. in d. cap. 1. num. 3. Qui ſucceſſ. dar. teneantur. Idem docuit Bald. in c. 1. de feud. dat in vicem legis commiſſ.* ubi ait, hoc pactum non eſſe de futura ſucceſſione viventis, nec mortui, ſed eſſe quoddam pactum collatum in defectum juris tertii, quod quidem habet in ſe juris ordinem, & eſt de jure validum: & ideò errant, *inquit*, qui credunt, quod iſte contractus ſit de futura ſucceſſione, quia imò eſt de caducitate ſucceſſionis. Hanc rationem impugnat *D. Baro Schenck in d. c. Moribus*, quoniam etſi dominus de jure ſuo diſponat in eventum ſcilicet feudi ad ſe devolvendi, aliiſque modis, quàm per mortem feuda aperiri poſſint, negari tamen non poteſt, quin paciſcatur de re, quæ adhuc vaſalli eſt viventis. Igitur talis pactio ſecundum eum cenſeri debet odioſa, contra bonos mores, plenaque triſtiſſimi & periculoſi eventus, *d. l. fin. C. de pactis*; ac quod, conſequens nullius momenti eſt, *l. ex eo inſtrumento: C. de inutilib. ſtipul.* quemadmodum etiam de beneficiis Eccleſiaſticis ſtatutum eſt, ut paulò ante retulimus. Atque hinc exiſtimat ille, huic juri feudali tales inveſtituras permittenti locum eſſe non debere, niſi in iis duntaxat locis, in quibus ſpecialiter illud moribus eſt receptum. Quoniam, inquit, veriſimile eſt, in eo populo, apud quem ejuſmodi inveſtituræ concedendæ mos obtinuit, viguiſſe innocentiam, eundemq; mores coluiſſe inculpatos, atque propterea ipſi hoc fuiſſe permiſſum. Nam ſi mores patrios cives probè non cognoviſſent, nec perſpectam hominum naturam habuiſſent, rem tam periculoſam communi conſenſu neutiquam recepiſſent. Igitur quantum ad hoc conſuetudo utcunque defendi poteſt. Cæterum hanc ad omnes ubiq; populos ceu jus ſcriptum propagare, præſertim refrigeſcente (proh dolor) pietate & periculoſum & iniquum puto. *Hæc ille.* Quibus iſtud inveſtituræ genus admodum inviſum atq; odioſum reddere conatur. Sed ab hac impugnatione communis ratio ſupra conſiderata facilè propugnari poteſt, ſi penitus perpenderimus naturam illius pacti: quod, quia votum captandæ mortis conjunctum habet, improbatur.

Nam † omnia illa jura, quæ pacta ejuſmodi inſectantur, eo de caſu loquuntur, quo paciſcentes in re ab alio poſſeſſa nihil aliud juris ſibi poſſent vendicare, præterquam quod poſt mortem demum poſſeſſoris per ſucceſſionem ab ipſo defuncto eſſent acquiſituri. Nam juſtum ſucceſſionis ordinem expectare nolle, ſed eum ſpe iniqua antevertere, & bonis viventis inhiare, mortemq; ejus, cui ſoli omnia, quę ſucceſſionis jure ad nos perventura eſſent, accepta referre deberem, expetere, quia impium & cum maximo ingrati animi dedecore conjunctū, ideò meritò improbatum eſt. Atqui nō propterea omnia pacta in mortis caſū collata illicita, atq; prohibita, ſed regulariter ceſſante ratione jam ponderata ſunt 7

permiſſa. Præſertim verò cuivis legibus noſtris integrum eſt, ut de re ſua, quam alteri ad vitam conceſſerit, in caſum mortis ejus jure diſponere poſſit, quemadmodum videre licet in donationibus cauſa mortis, ſubſtitutionibus, fideicommiſſis, & legatis, denique in pleriſque contractibus, quæ omnia in mortis eventum, rectè conferuntur, neque tamen aliquo propterea vitio laborant.

8 Ut † proinde manifeſtum ſit, pacta non propterea ſuſpecta reddi, quia in mortis caſum conferuntur, ſed potius aliam ob cauſam paulò antè conſideratam. Ideoque videmus in ſimili, ſi uſumfructum alicui conceſſerim ad vitam, me de eodem jure diſponere poſſe, ut poſt mortem ejus ad alterum perveniat. *l. qui fructus. l. fundi de uſufr.* (e) *legat. l. ut hæredibus: de legat. 2.* (e)

9 Modò † ſi cum hiſce contulerimus inveſtituram, de qua in propoſito agimus, in aperto erit, eam minimè illi caſui, ubi pacta propter votum captandæ mortis improbantur, convenire, ſed potius accommodandam eſſe ultimo membro, in quo pacta in mortis eventum jure conferri poſſe oſtendimus. Certo enim certius eſt, etſi utile dominium feudi magis ad vaſallum, quàm ad dominum ſpectat, tamen vaſallum beneficio domini feudum obtinere, & iſtud à domino ea lege eſſe conceſſum, ut vaſallo ſine hæredibus maſculis decedente, vel feudo alioqui aperto, ad dominum revertatur. Nulla igitur juſta cauſa ſubeſſe poteſt, quæ impediat dominum, quò minus de feudo ſuo in caſum, quo poſſeſſore defuncto feudum ad ipſum reverſurum eſt, liberè diſponere, atque iſtud in eventum alteri concedere queat. Si enim cuivis permiſſum eſt rem ſuam alteri ita donare, vel fideicommiſſo relinquere, ut eo defuncto, alii reſtituere cogatur: cur non etiam domino integrum eſſe debeat, de feudo ad ſe pertinente in eventum, quo ſibi apertum fuerit, alium inveſtire? Nam quod de voto captandæ mortis in medium affertur, id ſanè cum hac inveſtitura nihil habet commune: tum quia pacta, quæ propterea improbantur, plerunq; iis de rebus ineuntur, quæ poſſidentis ſunt propriæ, neq; ullo jure ad paciſcentes pertinent, cum in propoſito feudum hanc annexam conditionem habeat, ut vaſallo defuncto ad dominum revertatur: tum quia paciſcentes illo caſu de eo jure agunt, quod ex ſucceſſione ad ipſos perventurum eſt, atq; idcircò præter ſuccedendi ordinē improbam ſpem concipiunt, cum feudum in caſu noſtro nullo ſucceſſionis jure, ſed ex propria ipſius natura ad dominum redeat, & inveſtitus iſtud non à defuncto, ſed à domino inveſtiente capiat: ut ita manifeſta ſit inter hoſce caſus diverſitatis ratio. Neq; verò ſola mortis cogitatio negocium de improbo captandæ mortis voto ſuſpectum reddit, niſi etiam aliæ qualitates ſupra conſideratæ acceſſerint: quippe cum nihil ſit jure noſtro vulgatius, quàm contractus, aliúsvé diſpoſitiones in mortis eventum conferre, ut ex commemoratis exemplis apparet.

Ex † quibus etiam perſpicuum eſt, periculum, quod hoc loco attendunt aliqui, tanti momenti non eſſe, ut propterea hoc inveſtituræ genus improbandum ſit, cum in omnibus caſibus, in quibus certa ſpes eſt, poſt mortem alterius rem ad alterum perventuram, idem ſubſit periculum, neq; tamē propterea diſpoſitiones illæ, quibus poſt mortem alterius ſuccedendi ſpes aliis conceditur, improbentur. Quinimò ſi hoc propterea, quia poſſidenti à proximè ſucceſſuro ſtrui poſſent inſidiæ, admittendum non eſſet, omnis ſuccedendi ratio atque ordo interverteretur: quod quàm abſurdum ſit, cum nemo non videat, in aperto eſt, hujus periculi ratione inveſtituram hanc minimè impugnari poſſe. Nam ſi verum fateri volumus, longè æquior videtur 10

cogi-

cogitatio de morte alterius ſuſcepta ab aliis, qui ejuſmodi inveſtituras impetrant, quàm qui illas propter timorem periculi imminentis poſſeſſori rejiciunt. Tantum enim abeſt, ut vitio dari alicui poſſit cogitatio de morte alterius ſuſcepta, ut deſidioſi & ſegnis eſſe jura noſtra reputent, qui aliquem mori potuiſſe non cogitavit. *l. ſi quis domum: §. 1. locati.* Cum è contrario vix in animum ingenuum cadat ſuſpicio illa, quem propterea, qui ſuccedendi ſpem nactus eſt, vitæ poſſidentis inſidiaturum. Et de his ſatis.

11 Secundò † circa hanc inveſtituram obſervandum, quò illa ſubſiſtat, neceſſe non eſſe, ut poſſeſſor feudi conſentiat, ſed plerunque etiam eo inſcio fieri ſolere. Nam etſi Placentini exiſtimarint, neceſſarium eſſe conſenſum vaſalli poſſidentis, horum tamen opinio jamdudum exploſa, & contrà receptum eſt, nihil referre, ſive ſciente ſive ignorante eo facta fuerit, *d. c. ſi quis tamen inveſtierit: de feudo dat. in vicem legis commiſſ. c. Moribus: ſi de feudo defunct. contentio ſit int. dom. & agnat. vaſall.* (f) Cui etiam jus Saxonicum convenit, ut habetur *in c. 10.* Lehenrecht / Ex quo apparet, longè diverſam eſſe rationem hujus inveſtituræ, & ejus, quam vulgò ſimultaneam appellant: quippe cum iſta, non niſi conſentiente poſſeſſore concedi ſoleat, ut ſupra *quæſt. 20.* commemoravimus, & declarat etiam *addit: ad gloſſ. Germanicam art. 33. lib. 1. ſpecul. Saxonic.*

12 Tertiò † ſciendum eſt, ut hæc inveſtitura valeat, neceſſariò requiri, ut ſub conditione fiat, & conferatur in tempus, quo poſſeſſore ſine hęrede maſculo decedente, feudum ad dominum reverſurum eſt. nam ſi quis purè de alieno feudo inveſtitus fuerit, non valet inveſtitura, *ut ait text. in d. cap. 5. & cap. 57.* Lehenrecht.

13 Quod † adeò verum eſſe opinatus eſt *Matth. de Afflict. in c. ſi quis fecerit inveſtituram: num. 15. Quo tempore miles:* ut, etſi in caſu, quo quis de feudo alieno purè inveſtitus erat, poſſeſſor deinde ſine liberis deceſſerit, tamen non propterea inveſtitura robur accipiat, neque dominus inde ad tradendum feudum devinciatur, motus, quoniam † regulariter id, quod à principio nullum erat, ex poſt facto non poteſt effectum ſumere. 14 *l. quod ab initio: de reg. jur. facit text. in l. qui res: §. aream: de ſolut. l. ſi ancillam: in fin. pro ſuo. & in l. qui cum fraude: C. Mandati.* Conſiderat præterea, quod, ſi hoc caſu dominus obligatus eſſet, nulla foret differentia, utrū purè, an ſub conditione quis inveſtiretur, & conſequenter hoc adverſaretur omnibus illis juribus, quæ inter puram & conditionalem inveſtituram manifeſtum conſtituunt diſcrimen, & hanc quidem eveniente demum conditione effectum ſortiri, illam autem minimè valere definiunt. Contrarium tamen ſenſit *gloſſ. ibi, quam ſequitur Jacob. de Belviſ. & Bald.* ſi quidem ſtipulatio intervenerit, vel inveſtitus poſſeſſionem nactus fuerit: & hiſce etiam adſtipulatur *Alvarot. ibi.* ſed idem *Alvarottus in c. 1. Qui ſucceſſ. feud. dar. teneantur: col. 2.* ait, communem opinionem eſſe, quod ejuſmodi inveſtitura purè facta penitus nulla ſit: id quod etiam tenuit Borcholt. *tract. feud. cap. 7. num. 24.*

Quartò † ex hoc ipſo, quod de conditione diximus, colligitur, ſi poſſeſſor feudi liberos nactus fuerit, poſtquam alius inveſtituram, ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, impetraverat, quod tum deficiente conditione, etiam ipſa inveſtitura evaneſcat. 15

Deficiente † enim diſpoſitionis conditione, etiam ipſa diſpoſitio deficit. *l. Neceſſariò: de peric. & commod. rei vendit. §. pretium: verſ. ſin autem aliqui. Inſt. de emt. & vendit.* Idque jure noſtro Saxonico diſertè cautum eſt *in cap. 20.* Lehenrecht / ubi dicitur: ſi filius patri tam diu ſuperſtes fuerit, ut vox ejus exaudiri potuerit, tum omnem ſpem 16

ſucce-

ſuccedendi aliis conceſſam infringi. Wann der Sohn nach des Vaters todt lebet alſo lang / daß man ſeine ſtimme gehören mag in den vier Wänden des Hauſes / ſo iſt er beerbet mit ſeines Vaters Lehn/vnd hat es entführet allen denen/die gedinge daran hatten. Idem probatur *in cap.72.ibi*: Stirbt ein Mann: *& in art.33. lib.1. ſpecul. Saxon.* (g)

(g)
17 Eſt † tamen hoc ita accipiendum, ſiquidem filius patri ſuperſtes fuerit: quod ſi verò ante parentem deceſſerit, tum ſanè alteri, qui in eventum mortis patris inveſtituram impetraverat, obſtaculo eſſe non poterit, ut clarè decidit textus *in d.art.20.*ibi: Der Sohn/ der ehe denn der Vater ſtirbt/der iſt kein Lehnerbe/ wann er mit dem Lehn nicht beerbet iſt/ darumb ſo bricht er niemand das gedinge an des Vaters Lehn.

(h)
18 Deinde † quod diximus, propter liberos deficere inveſtituram ſub conditione, ſi quis ſine liberis deceſſerit, factam, intelligendum, ut non procedat, quoties quis non ſolùm in eum caſum, quo quis ſine liberis defunctus fuerit, ſed & in eventum, quo etiam liberi ejus deceſſerint, infeudatus fuit.

Sed hinc quinto loco haud præter rationem dubitari poteſt, an eo in caſu, quo quis liberos habet, valeat ejuſmodi inveſtitura, de qua in propoſito verba facimus.

19 Nam gl. *in c. ſi quis inveſtierit: de feudo dato in vicem leg. commiſſ.* exiſtimavit, ejuſmodi inveſtituram omninò non admittendam eſſe, quando poſſeſſor feudi liberos haberet: quam ſequuntur *Andr. de Iſern. Alvarott. & Matth. de Afflict. ibi nu.71.* per text illum *ibi: hoc autem docendum eſt eo de milite, qui feudi ſucceſſores non habet: & in d. c. Moribus, ibi, quod poſt mortem ejus ad dominum reverti ſperabatur.* Nam, *ut ait Afflict.* ſpes debet eſſe præſumta, puta quia vaſallus eſſet ſenex, & non haberet deſcendentem, & dominus alium inveſtiret de ſpe ſua, quam habet, quod feudum ad ſe revertatur; ſi autem non ſpes eſſet de proximo vel non eſſet ſpes præſumta, puta, quia vaſallus haberet filium, qui foret minor domino, tunc dicerem, quod talis inveſtitura non valeret. *Hæc ille.* Ex quo idem paulò poſt *num.75.* concludit, ſi quis cum feudo ejus, qui liberos habebat, eſſet inveſtitus, non ſolum in caſum mortis poſſeſſoris, ſed etiam poſt mortem liberorum ſuorum, quod inveſtitura talis non valeat.

Verùm † hæc opinio mihi haud 20
ſit veriſimilis. (i) Cum enim generaliter jure feudali cautum ſit, vivente poſſeſſore feudi alium inveſtiri poſſe, ſub conditione ſi is ſine hærede diem obiverit: ſanè non video, cur non etiam in caſu, quo is filios habeat, ſub eadem conditione, ſi liberi ejus abſque hæredibus deceſſerint, quis inveſtiri queat. Quin potius omnes illæ rationes, quibus ſupra oſtendimus, ejuſmodi inveſtituram omnis vitii expertem eſſe, non minus etiam hoc in caſu locum habent. Nam quod interpretes affingunt, ſpem proximam eſſe debere, id ſanè nulla probabili juris ratione nititur, & refragatur inſuper manifeſtis juris feudalis capitulis, quibus etiam hæredes inveſtientis ejuſmodi inveſtitura obſtringuntur, atque ſtatuitur, perinde eſſe, ſive feudum domino, ſive hæredi ſuo aperiatur. Hoc enim ipſo palàm fit, nihil referre, an brevi, an verò poſt longi temporis intervallum feudum aperiatur domino, cum alioqui neceſſe non fuiſſet, de hærede inveſtientis auctorem hujus juris adeò ſolicitũ eſſe. Nec quicquam facit, quod text. ait, hoc intelligendum eſſe de eo, qui feudi ſucceſſores non habet. Nam ideò ſolùm requirit, ſucceſſores feudi quem non habere, quoniam, ſiquidem alii adeſſent ſucceſſores feudi, hiſce talis inveſtitura minimè poſſet obeſſe, *d. c. ſi quis inveſtierit: de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. cap. 1. de alienat. feud. pater.* Inde verò minimè colligitur, alios ita inveſtiri non poſſe eo in

in caſu, ne ſucceſſoribus damno ſint: quod tum rectè fit, quando inveſtitura confertur in eventum, quo ſucceſſores etiam deceſſerint. nam ſicut hæc inveſtitura poſſeſſori feudi nullum præjudicium affert: ita nec ſucceſſoribus ejus, *d. c. ſi quis inveſtierit.* Sic itaque ex hoc, quod text. *in d. §. Moribus,* loquitur de feudo, quod poſt mortem poſſeſſoris ad dominum reverti ſperatur, rectè colligi poterit, ſpem proximam eſſe debere, cum text. generaliter verba faciat, & inſuper addat, idem eſſe, ſive domino, ſive hæredi ejus aperiatur. Sæpe enim ſperamus ea, quæ poſt longum temporis intervallum demum contingunt. Præterea ideò conſideratur, utrum feudum ad dominum reverti ſperatur, quoniam niſi ſpes aliqua ſubeſſet, non facilè quis fruſtra ſe inveſtiri curaret, & frequentius ejuſmodi feudis, quæ proximè ſperantur aperiri, alii inhiare ſolent. Inde tamen minimè ſequitur, quem etiam in caſu, ubi ſpes remota eſſet, inveſtiri non poſſe. Quæ enim ratione frequentioris uſus apponuntur, ea diſpoſitionem regulariter reſtringere non ſolent, *ut not. gloſſ. in Clem. 1. de reſcript. & in cap. 2. de confeſſ. libr. 6. Jaſon. in l. 2. col. 3. de vulgar. & pupill. Decius in Auth. Caſſa: in 1. notab. C. de ſacr. ſanc. Eccleſ. cum aliis adductis à Barbat. in conſ. 42. Incip. illud in medium: vol. 1.*

Denique ſæpius obſervavi etiam in caſu, quo liberi extiterunt, ejuſmodi inveſtituras ſub conditione, quando & ipſi defuncti fuerint, conceſſas, & ſecundum eas judicatum fuiſſe. Ut proinde etiam in poſterum, ſi caſus contingeret, reprobata opinione interpretum, ſecundum hanc ſententiam uſu approbatam reſpondere non dubitarem. Non enim auctoritas interpretum tanta eſſe debet, ut illis, quid vis etiam ſine lege atque ratione proferentibus ſit adſtipulandum, ſed potius illi ſemper adhęrendum eſt ſententiæ quæ meliorib. rationibus eſt ſuffulta *l. 1. §. ſed neq; C. de veter. jure enuclean. not. Abbas & dd. in c. 1. de conſtit. & in c. Capellanus: de feriis: cum aliis adductis per Curt. Jun. in conſil. 63. num. 3.*

Sextò † obſervandum, dominum, qui ſub conditione ejuſmodi feudum conceſſit, interim pendente conditione pœnitere non poſſe, ſed omninò teneri hanc ſuam promiſſionem adimplere. *l. ſicut: C. de act. & oblig. l. quod ſi fugitivus: de Ædil. edict. l. ſi pœnituit: de minorib. l. ſi in lege: §. Colonum: ff. locati. l. Non idcircò: C. de contrah. emt. cum aliis in hanc ſententiam adductis à Matth. de Afflict. in d. c. 1. num. 62. Qui ſucceſſ. teneantur.* (*k*) 21

(*k*)

Id quod adeò verum eſt, ut, ſi facultatem rei tradendæ habuerit, eam omnino tradere teneatur, neque præſtando id, quod intereſt, liberetur, (*l*) ut diſertè probatur *in c. ſi facta: ſi de feud. defunct. content.* ſi facta (*inquit textus*) de feudo inveſtitura pœniteat dominum antè, quàm poſſeſſionem transferat, an præſtando intereſſe vaſallo liberetur, quæſitum fuit: reſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatione, dominum poſſeſſionem feudi, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendum eſſe. facit text. *in c. 1. ibi, cogitur dominus mittere in feudi poſſeſſionem: ſi de inveſtit. feud. controv. fuerit.* (*l*)

Et † hoc in propoſito docuit etjam *Matth. de Afflict. in jam d. loco*: Si tamen tradendi facultatem non habuerit dominus, tum præſtando id, quod intereſt, liberabitur, *ut ſenſit gl. in d. c. ſi facta: in verb. dominum: in fin. quam ſequuntur Andr. de Iſern. Alvarot. Matth. de Afflict. & Prapoſitus, ibi*, argumento ejus, quod de venditore jure civili traditur, eum, licet ad rem tradendam pręcisè teneatur † tamen ſolvendo id, quod intereſt, liberari, ſiquidem rei tradendæ poteſtas ei non fuerit. *l. 1. de act. emt. ubi Paul de Caſtr. & DD. hoc not. gloſſ. in verb. tradatur: §. Item precium. de emt. & vend. Bart. in l. ſtipulationes non dividuntur: quæſt. 8. num. 39. verſ.* 22

quod

quod dicemus: de verbor. obligat. Et hanc ſententiam communem eſſe dicit *Alex. ibi: numer. 30. verſ. Item in quantum*: *quod etiam teſtatur Jaſ. num. 18.* Idem probatur *in cap. 23.* Lehenrecht / ubi habetur, quod dominus, qui non poteſt inveſtitum mittere in poſſeſſionem, teneatur præſtare id, quod intereſt. Das er jhme nicht gewehren mag / das ſol er jhm erſtatten.

25 Sed circa † hæc quæri ſolet, ſi dominus habeat quidem facultatem rei tradendæ, ita tamen, ut alio exiſtente in poſſeſſione feudi prius, quàm is expellatur, neceſſe ſit actione cum illo experiri, an hoc caſu liberetur, cedendo actionem, an verò ipſe cogatur litem movere poſſidenti. Et domini Scabini exiſtimarunt, ſufficere, ſi dominus actiones ſuas ceſſerit inveſtito. Ideoque cum is, in cujus mortis eventum alius inveſtitus fuerat, deceſſiſſet, relictis duntaxat filiis naturalibus, qui in feudo regulariter ſuccedere non ſolent, & inveſtitus peteret, ſe mitti in poſſeſſionem feudi domino aperti, dominus verò offerret ſeſe realiter eum inveſtiturum, ſi filii naturales ordinario jure indigni ſucceſſione & poſſeſſione feudi dignoſcerentur, atque propterea Scabini conſulerentur, an dominus teneretur, naturales poſſidentes feudum expellere, & poſſeſſionem tradere inveſtito, vel ſaltem ne is, qui gratiam hanc impetraverat, ſumtibus gravaretur, ipſe hanc litem cogeretur ſuſcipere, reſponderunt, me concipiente, & conſentiente D. Jacobo, dominum ceſſione actionum liberari. His verbis: Ob wol die vnechtigen Söhne / nach verordnung gemeiner vnd landüblicher Rechte / in Lehn keine folge haben / vnnd demnach bemeltes Gut dem Lehnherrn vorlediget vnd heimgefallen / Dieweil aber dennoch des von N. Söhne / ſein hinterlaſſene Lehn noch in jhren gewehr vnd beſitz haben / vnd ſich auß ewer Fragen darvor anſehen leſt / daß ſie darvon auſſerhalb rechtlicher erörterung / darinnen ſie allerley zu jhrem ſchutz vorwenden möchten / abzuſtehen nicht bedacht ſeyn / auch wolgedachte Graffen von S.weiler nicht dann den verledigten Fall euch folgen zulaſſen verſchrieben / So ſeynd auch jhre G. bemeltes N. nachgelaſſene Söhne jhrer Gewehr ohne vorgehende rechtliche erkentniß zuentſetzen / vnnd euch das Gut einzureumen / nicht ſchüldig / ſondern laſt euch an dem / das euch von den Graffen die Gerechtigkeit / ſo auff ſie durch ſolchen verlediaten Fall kommen / dieſelben wieder die Inhaber der Lehn rechtlichen außzuführen / cedirt vnd vbergeben werden / billich begnügen / V. R. W.

Septimò † notatu dignum eſt, 26
quod is, qui ſub conditione mortis alicujus inveſtitus fuit, poſſit eveniente cõditione & poſſeſſore feudi ſine cohæredibus maſculis decedente propria auctoritate occupare poſſeſſionem feudi. Nam regulariter abuſiva inveſtitura tribuit poteſtatem propria auctoritate apprehendendi poſſeſſionem, ut tradunt *Innoc. Abb. & Imol. in c. 2. de conſuet. Bald. in rubrica de contrah. emt. in verſ. 17. quaro: & in c. 2. quid ſit inveſtitura. Jaſ. in l. quoties: nu. 31. C. de rei vendicat. Matt. de Afflict. in c. 1. in princ. num. 92. de pace juramen: firm. Zaſius in tract. feud. parte 6. in prin.* (m) Concordat jus Saxonicum, (m)
quod in ſpecie de hoc inveſtituræ genere loquitur, in Lehenrecht / *cap. 7. & c. 10.* ubi diſertè diſponitur, inveſtitum ſine immiſſione domini, quinimò etiam eo recuſante, propria auctoritate occupare poſſe feudum. Das Gut / das denn erſt ledig wird / deß ſol ſich der Mann vnterwinden / es ſey gleich mehr oder minder / Wann aber der Herr ſich wegerte ſolch Gut anzuweiſen / als er es jhme geliehen hat / der Mann vnterwindet ſich anderſwo ſolches Gutes / wo es ſeinem Herrn ledig ſey / ohne anweiſung. Sic etiam *in cap. 57* dicitur: Vnterwindet ſich auch jener / deme eine anwartung oder gedinge daran geliehen iſt / eher dann der Herr / er miſſethut daran nicht.

Eſt

27 Eſt † tamen hoc ita intelligendum, quando poſſeſſio eſſet vacans, & nec dum à domino apprehenſa. nam ſiquidem dominus poſſidere cœpiſſet, tum vaſallus propria auctoritate occupans feudum iſtud amitteret. *c.1.§.ſi duo: de pace tenend. ut declarat Matth. de Afflict.* (*n*) *num. 18.* (*n*)

28 Octavo † prætermittendum non eſt quod, etſi is, qui ſub tali conditione inveſtitus fuit, viventn poſſeſſore feudi, atque ante conditionis eventum vitæ debitum ſolverit, nihilominus tamen jus ex inveſtitura quæſitum ad hæredes tranſmittat, ita ut defuncto deinde poſſeſſore feudi, domiuus hæredibus inveſtiti feudum concedere devinctus ſit.

29 Nam † quamvis legatorum quidem hoc proprium ſit, ut ea in conditionem, vel in diem incertam relicta, legatario ante diem vel conditionem mortuo, in hæredem non transferantur. *l.1.§.ſi quis ſub conditione: ut legat. nom. cave. l. ſi dies. quando dies legat. ced.* unde aliqui ad exemplum legatorum arbitrati ſunt, neq; inveſtituram hanc ſub conditione factam ante ejus eventum ad hæredes tranſmitti, quorum opinio refertur *in c.1. qui ſucceſſ. teneant. tit. 2.* quam etiam ſequitur gloſſ. *ibi*, hac potiſſimum ratione, quia ea ultimo loco refertur in textu: quippe cum duabus commemoratis opinionibus ultimam qui approbaſſe cenſeatur: *ut not. in l. qui filium: §. Sabinus: ff. Ad Trebell not. Bald. in l.1. in fin. C. de legit. hæred.* In contractibus tamen contra receptum, eos etiam ſub conditione initos, pendente conditione, in hæredes tranſmitti. §. *Ex conditionali. Inſtit. de verbor. obligat. l. veteris C. de contrah. & committ. ſtipul. l. ſi quis: §. Titius, de verb. obligat.* cum itaque conceſſiones iſtæ, de quibus hîc verba facimus, propius accedant ad actus viventium, atque contractus, quàm ad ultimas voluntates: meritò ſane exiſtimatum eſt, eas ad ſimilitudinem contractuum etjam ante conditionis eventum ad hæredes tranſmitti, ut per text. *in d. c. 1. qui ſucceſſ. teneant. tit. 2.* reprobata opinione gl. docuerunt *Andr. de Iſern. Bald. Matthæ. de Afflict. & deniq; omnes interpretes ibi.* Præter enim quàm quod ex iis, quæ de contractibus jure civili generaliter definita ſunt, opinio iſta ſatis probatur, etiam ex contextu *d. c. 1.* evidenter apparet, etſi ibi referatur quædam opinio ſentientium, quod tamen auctor illius capituli ab illa recedat, & potius in eo perſiſtat, quod in principio generaliter definierat, ſive præmoriatur inveſtitor, ſive inveſtitus, tamen inveſtitoris hæredes teneri hæredibus inveſtiti. Ut proinde in re tam manifeſta facilè ceſſet argumentum, quod ab ordine deſumſit gl. Nam in incertis tantùm, non autem in certis locus eſt conjecturis. *l. ille aut ille: §. cum in verbis: de legat. 3. l. continuus: §. cum quis: de verb. oblig.*

Ut † interim omittam, hoc in more poſitum eſſe auctoribus juris feudalis, ut opinionem reprobatam ultimo loco collocare ſoleant, *ut arg. text. in c.1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis: & in c.1. §. ſimiliter: de capit. Corrad. ammadvertit Camer. in c. Imperialem: mihi pag. 246.* Eſtq; de hoc in propoſito vel ideò minus dubitandum, quia conditio iſta ita neceſſaria eſt, ut, ſi abſq; ea feudum purè concedatur, non valeat inveſtitura, ut ſupra oſtendimus. 30

Nam † etiam in ultimis voluntatibus conditio neceſſaria tranſmiſſionem regulariter impedire non ſolet. *l. cum illud: in fine. quando dies legat. ced. l. conditiones: & ibi Bald. de condit. & demonſt.* 31

Atque † hæc quidem concluſio locum habet, etiamſi in inveſtitura hæredum nulla facta fuerit mentio. Nam Juſtinianus veteris juris altercationes decidens, generaliter ſanxit, omnem promiſſionem, ſive in dando ſive in faciendo, ſive mixta in dando & faciendo inveniatur, & ad hæredes, & 32

Digitized by Google

contra hæredes tranſmitti, ſive ſpecialis hæredum fiat mentio, ſive non. Cur, enim, quod in principalibus perſonis juſtum eſt, non ad hæredes & adverſus eos tranſmittatur? *l. veteris: & l. fin. C. de contrah. & commit. ſtipul.* neque ſanè injuria, cum una & eadem perſona reputetur eſſe hæredis & defuncti, *auth. de jurejurando à morient. præſtit. in princ. col. 5.* per quæ in propoſito noſtro hoc aſſeruit *D. Baro Schenck. in d. c. 1. qui ſucceſſ. tene. tit. 2.*

33 Licet † autem hæc ſecundum jus commune feudorum plana atq; expedita ſint, de jure tamen noſtro Saxonico non levem habent dubitationem. Nam quod eo jure conceſſio feudi ſub conditione ejuſmodi, mortis videlicet poſſeſſoris facta ad hæredes inveſtiti nō tranſmittatur, diſertè probatur *in ca. 11.* Welch Gut ein Mann (inquit textus) in ſeinen Gewehr nicht hat / vnd jhme nicht angeweiſet iſt / den mag er nicht gefolgen an einen andern Herrn / ob der erſte ſtirbet / noch auch geerben an ſeinē Sohn. Ecce textus expreſsè dicit, eum, qui non poſſidet feudum, nihil tranſmittere ad filios ſuos, & textum hunc de eo, qui interim alio poſſidente inveſtituram in caſum mortis illius acceperat, quod vulgò ein geding appellatur, intelligendum eſſe, apparet primò ex eo, quod, niſi etiam de eo inveſtitus eſſet, nihil penitus juris ipſi in feudo competeret, atque idcircò fruſtra de eo dubitaretur, utrum iſtud tranſmitteret ad hæredes: item utrum à ſuccedente domino teneretur petere renovationem inveſtituræ: ejus enim, quod in rerum naturam non productum eſt, nullæ ſunt qualites.

34 Deinde † hoc etiam ex eo colligitur, quod regulariter jure Saxonico is, qui ſub ejuſmodi conditione inveſtitus eſt, dicitur habere feudum ſine poſſeſſione, ut probatur *in cap. 57. ibi:* Zuvor aber / was es ſein Lehn vnter dem gedinge vnd vnter dem beſcheid / ob er ohne Lehnserben ſtürbe / der es in gewehren hat. Ideoque ubicunque jus Saxonicum loquitur de feudo ſine poſſeſſione, hoc intelligendum eſt de ejuſmodi inveſtitura, quemadmodum etiam patet ex *c. 5. in fin. ubi dicitur:* Der das gedinge hat / darbet der Gewehr / *& in c. 7. circa fin. lib. 1.* da er der Gewehr an darbet / *ex cap. 59.* ubi id, quod in textu dicitur, Lehn ohn Gewehr / *gl. ibi col. 2.* interpretatur de inveſtitura tali (von gedinge.) Præterea textum illum de eo, qui nihilominus inveſtitus fuerat, intelligendum eſſe, evidens eſt ex verbis ſequentib. ibi, Ob der Herr leihet. ubi diſponitur, quod, ſi dominus inveſtierit aliquem de feudo ſibi aperto, tum etſi inveſtitus poſſeſſionem nactus non fuerit, tamē id tranſmittat. Nam inde manifeſtum eſt, textum etiam in principio de eo loqui, qui tamen inveſtitus fuerat: omnem verò differentiam in eo eſſe, quod in principio dominus inveſtierat aliquem de feudo ab alio poſſeſſo, & necdum ſibi aperto: in ſequenti verſ. verò inveſtitura facta fuerat de feudo jam aperto. Secundò idem probat textus in *d. cap. 59.* dum dicitur: Alle Lehn ohne Gewehr darben der folge. Nam etſi (folge) propriè pertineat ad dominum, & his verbis ſignificetur, ſucceſſorem domini inveſtientis obligatum non eſſe, quemadmodum in ſequenti quæſtione demonſtrabimus: animadverti tamen,
hoc † eſſe peculiare juris Saxonici, ut in 35
omnibus caſibus, in quibus ſucceſſor domini non tenetur, Da keine folge an iſt / neq; etiam quicquam ad hęredes inveſtiti tranſmittatur, ut apparet *ex c. 2. Lehenrecht / in princ. ibi:* Wann ſie darben ſelber der folge an den andern Herrn / *& in c. 62. Et in c. 26. verſ.* An angefell / *ibi:* da iſt keine folge an / man erbet auch nicht an die Söhne *Item cap. 44. ibi:* Er erbet es auff ſeinen Sohn / vnd er folget darmit an einen andern Herrn. Ut proinde ſi ex verbis juris Saxonici quæſtio iſta determinanda eſſet, non dubitarem aſſeverare, jure Saxonico in eventum mortis alterius inveſtitum jus ſuum ad hęredes

non

Digitized by Google

non tranſmittere. Verùm ego hactenus obſervavi, hanc juris feudalis diſpoſitionem uſu minimè eſſe receptam, ſed apud noſtros ſemper juxta juris communis regulas tam reſponſum quàm judicatum fuiſſe, ejuſmodi conceſſionem etiam ad hæredes inveſtiti tranſmitti. (o) Cumque hoc longiſſimo uſu certam receperit interpretationem, in poſterum etiam immutandum non erit: *l. minimè: de LL.* Sæpius enim monuimus, ſicut quævis ſtatuta, ita vel maximè jus Saxonicum aliter non obtinere, quàm conſuetudine etjam comprobatum reperiatur, ac propterea veram ejus cognitionem ex uſu magis forenſi, quàm ex iis, quæ ſcripta extant, comparari poſſe. Id quod in propoſito ideò magis locum habet, quoniam verba juris Saxonici non adeò ſunt manifeſta, ut non probabilem dubitandi ſolicitudinem incutere poſſint. Quod etiam procul dubio anteceſſores noſtros movit, cur ea non attendenda, ſed potius jus commune ſequendum eſſe exiſtimaverint. In dubio enim juri communi potius ſtandū. *l. ſi quando: C. de inoff. teſtam. l. ſancimus: C. de teſtam. l. præcipimus: C. de appellation.* & ea ſemper capienda eſt interpretatio, per quam ab illo, quoad ejus fieri poſſit, minus recedatur. *c. cum dilectus: de conſuet. c. cum expediat: de election. lib. 6. not. DD. in l. 2. C. ſi ex nox. cauſa agat.*

36 Nonò † ignorandum non eſt, non ſolùm feudum certum perſonæ viventis in caſum mortis ejus rectè concedi alicui poſſe, ſed etiam dominum poſſe generaliter aliquem inveſtire de feudo incerto, quod poſſeſſoris morte ſibi primò apertum fuerit, ut ſenſit *Bald. in d. c. ſi quis inveſtierit: col. 2. verſ. cum ergo quæritur, ibi, aut tractatur de hæreditate incerti hominis. de feu. dat. in vicem legis commiſſ. & per text. in l. 3. §. de illa: pro ſocio: & not. glo. in l. fin. C. de pactis: tenuit idē Matt. de Afflict. in c. 1. nu. 7. qui ſucceſſ. teneant. tit. 1. Concordat jus Saxonicū in c. 7. & in c. 49.*

Decimò † cum hæ inveſtituræ plerunq; ſub conditione iſta dari ſoleant, 37
ſiquidem poſſeſſore ſine hæredibus maſculis decedente, feudū domino apertum fuerit, advertendum, ſi feudum ante, quàm conditio iſta eveniat, aliam ob cauſam, utputa propter culpam vaſalli, apertum fuerit domino, quod tum, quia conditio amplius exiſtere non põteſt, atq; deficit, dominus inveſtito non teneatur, licet deinde vaſallus ſine hæredibus mortuus fuerit. debet enim conditio adimpleri in forma ſpecificata. *l. ſi ita quis: & ibi not. de vulgar. & pupill. ſubſt. l. Mævius: & ibi Bart. de condit. & demonſt.* quod cum, feudo aliam ob cauſam domino aperto, fieri nequeat, ſed ipſa conditio deficiat, par eſt, ut etiam obligatio evaneſcat: hoc *poſt gl. & Andr. de Iſern.* docuit *Matth. de Afflict. in d. c. 1. num. 49. & nu. 64. qui ſucceſſ. teneant. tit. 2. & in c. Moribus numer. 7. ſi de feud. defunct. content. ſi inter dom.* (p) (p)

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(u) FEUDUM vivente poſſeſſore] Dominum de beneficio poſſeſſoris viventis alium ſub ea conditione inveſtire poſſe, ſi feudum ipſi poſſeſſore defuncto aperiatur extra controverſiam eſt: Sed hoc ita demum procedere quidam exiſtimant, ſi ſiquidem poſſeſſor iſte ultimus ſit, nec alium feudi ſucceſſorem habeat: Si autem liberi ejus aut alius ſucceſſor extet, id Domino integrum non eſſe, id quod etiam verba text. *in c. ſi quis inveſtierit.* de

Digitized by Google

*de feud.dat.in vic.leg.Commiſſ.& in c.moribus ſi de feud. def.fuer.contr.int.dom.& agn.*innuere videntur.

Parens autem hîc *num.20.* contrarium ideò ſtatuit,quod omnes eæ rationes, ex quibus promiſſum eſt,alium de feudo viventis inveſtire, etiam in eo caſu militent, quo poſſeſſor iſte liberos habet,modò conditio hæc etiam liberis adjiciatur. Verba autem textuum ex quibus contrarium inferri poſſe videtur, ita intelligenda eſſe docuit, ut hoc tantum velint, inveſtituram etiam ſub conditione, ſi vaſallus poſſidens moriatur, factam, ei, cui jus ſuccedendi competit, non præjudicare. Ex iis autem inferri non poſſe, quaſi eadem conditio etiam ſucceſſoribus adjici nequeat, ita, ut ſi & illi defecerint, feudum ad alium pertineat. Idque ex ratione naturali conſentaneum eſt, nec ullam probabilem dubitandi cauſam recipit, cum jus Domini in feudo,quod potiſſimum in hac quæſtione reſpicimus, debilius ideo non fiat, quod vaſallus liberos aut ſucceſſores habeat: Nihilominus enim de eo pro libitu, tanquam de re propria diſponere poteſt.

Nec ex numero perſonarum jus conſtituendum eſt, quaſi Dominus plus poſſit quando unus tantum in feudo jus habet, quam quando plures, ſi modò jura illorum plurium æquè non minuuntur ac illius qui ſolus eſt. Contrarium tamen Fachinæo *libr. 7. controverſiar.capit.28.* ea ratione viſum eſt, quod facultas illa, qua Dominus de feudo nondum aperto diſponere poteſt, jure quodam conſuetudinario contra omnes juris regulas inducta, ideoque ultra limites extendenda non ſit. Sed meminiſſe oportuit,facultatem illam diſponendi de re apud alium conſtituta etiam ſecundum communes juris regulas odioſam & prohibitam non eſſe, quoties diſponenti jus certum & radicatum in re competit, ut de fidei commiſſario apertè probat text. *in l.fundi 38.ff.de uſu & uſufruct.legat.l.ut hæredibus 50 ff. de legat. 2.* Et Parens hîc *numer. 20.* abundè oſtendit Quo conſtituto, cauſa nulla eſt, quo minus conſuetudo jure civili non tantum non contraria ſed etiam maximè conveniens ad eos caſus extendatur,in quibus eadem ratio viget. Etſi enim conſuetudo ſtricti juris ſit, ad eos tamen caſus, qui eandem planè rationem obtinent, adeò pertinere creditur,ut nulla extenſione opus ſit *p. not. Jaſ. in l. de quibus num.25. de legib* Cumque hanc ſententiam paſſim in foro & omnibus curiis receptam videamus, non eſt quod Fachinæi nos objecta moveant,etſi centena allegationum plauſtra addidiſſet,illud tamen hic monendum eſt, hominem minus rectè ſententiam patris referre, cum dicit, eum ſtatuere, quaſi inveſtitura de feudo viventis ſub conditione mortis ipſius facta locum habeat,etſi liberi adſint modo & illi abſque hæredibus defuncti ſint, & ita feudum Domino aperiatur.

Hoc enim Pater non dicit,ſed expreſsè de eo caſu loquitur, quo conditio illa non tantum vaſallo poſſidenti ſed etiam in ſpecie liberis ejus aut ſpem ſucceſſionis habentibus adjecta eſt. Si enim poſſeſſori tantum adjiceretur, & is liberis relictis decederet, manifeſtum eſt conditionem defeciſſe, nec feudum, etiamſi poſtea liberis defunctis Domino aperiatur, debere, Aliud longè eſt,ſi conditio etiam in ipſis liberis eſt repetita, quo caſu in perſona liberorum nova diſpoſitio incipit, & iis deficientibus locum habet, ut proinde magna inter hos caſus ſit differentia, quæ,à Fachinæo parum animadverſa, fecit, ut Parenti opinionem à ſententia ipſius plane alienam affinxerit.

(*b*) Gnadenlehen] Vulgò expectantur, anwartung *Vultei. de feud.lib.1. cap.7.num.48. Gail.lib.2. obſervat.155. numer.2.*

(*c*) In vic.leg. Commiſs.] *& c. 1.§. mori-*

Digitized by Google

[illegible] ſi de feud. defunct. controverſ. ub: [illegible] num 3. Afflict. nu. 1. Socin. Jur. [illegible] nu. 5. vol. 3. Borchold. de feud cap. 7. [illegible] diſputat. feud 3. theſ. 4. in remiſ- [illegible] ſub lit. B.

(d) Interpretes tamen] Contra Joan. ab Arcedura concluſ. feud. 5. cap. 1. numer. 4.

(e) De legat. 2.] Gail. lib. 2. obſervat. [illegible] num. 4.

(f) Et agnat. vaſall.] c. 1 poſt pr. tit. de cler. qui inveſtit. fac. Signorol. Hemod. conſil. 50. nu. 4. & ſeq. Tuſcus practicar. concluſ. 111. lit. F. Socin. Jun. (ubi hanc veriorem dicit) conſil. 76. n. 119. & ſeq. lib. 1.

(g) Specul. Saxon.] Adde Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. num. 50. Modeſtin. Piſtor. conſil. 40. num. 68. vol. 2. Schrader de feudis part. 3. cap. 2. nu. 20.

(h) An des Vaters Lehen] Idem ſentit Coler. deciſ. 88. nu. 5 part. 1. Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. nu 50.

(i) Haud ſit veriſimilis] Vide Joan. ab Arcedura cap. 1. concluſ. 5. n. 15.

(k) Qui ſucceſſ. teneantur] Andreas de Iſernia d. c. 1. qui ſucceſſ. teneant. num. 6. per tot. Schrader de feud. part. 3. cap. 2. n. 18. Modeſtin. Piſtor. conſil. 6 n. 20. vol. 1.

(l) Liberetur] Vide Berlich. d. conc. 54. n. 54. & ſeqq part. 2.

(m) Part. 6. in pr.] Coler. deciſ. 93. nu. 5. & ſeq. part. 1. Schrader de feud. part. 5. cap. 2. num. 16.

(n) Num. 18] Vide Jan. ab Arcedura cap. 3. concl. 2. n. 12. & ſeqq.

(o) Ad hæredes inveſtiti tranſmitti] Vide Dan. Moller. ad conſtit. Electoral. 45 nu. 4. ſub fin. part. 2: Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. num 57.

(p) Content. ſit int. dom] Adde Andr. de Iſernia ibid nu. 3. Prepoſit. ibid. in med. Schrader de feud part. 3. cap. 2. n. 50. Diſſentit Coler. conſil. 16. n. 1. & ſeq. vol. 1. Vulte. de feud. lib. 1. cap. 7. n. 52.

Quomodo rite feudum ſpe aperiendum vaſallo ultimo ſuccumbente, & feudi caducitatem cauſante dominus conferat vide Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. nu. 48.

QUÆSTIO XXVI.

HÆRES DOMINI, AN ET QUATENUS TENEATUR HABERE RATAM inveſtituram, factam de feudo vaſalli viventis de jure tam communi, quàm Saxonico: quando præſertim inveſtituræ inſerta fuit conditio (ſi nobis feudum apertum fuerit.)

1. *Hæres domini inveſtientis aliquem de feudo adhuc viventis tenetur ratam habere inveſtituram, illo ante conditionem defuncto: Et quæ ſit ejus ratio. Quid item ſecundum jus Saxonicum ſtatuendum ſit; num. 13.*
2. *Inveſtitura conceſſa ſub conditione (ſi nobis feudum apertum fuerit) domino ante poſſeſſorem defuncto hæredem ejus obligare non videtur.*
   Sed contrarium defenditur nu. 8. & ſeqq.
3. *Obligatio ad hæredes non tranſit, quando apparet, contrahentes ad propriam ipſorum perſonam reſpexiſſe.*
4. *Conditio addit diſpoſitioni formam ſubſtantialem.*
   Idem denotat cauſam finalem, num. 5.
6. *In conditione poſita præciſè obſervari debent.*
7. *Conditione deficiente etiam ipſa obligatio deficit. Et perinde eſt ac ſi ea nunquam facta fuerit.*
9. *Dictio (mihi) vel (nobis) non reſtringit obligationem ad perſonam, ita, ut hæredes excluſi cenſeantur.*

 10. De

10. *De ſuo facto promittens tenetur etiam facto ejus, cujus hæres eſt.*

11. *Dictio taxativa (tantum) non excludit perſonam hæredis, neq; etiam caſus ſimiles.*

12. *Hæres cum defuncto eadem perſona cenſetur.*

14. *Vocabulum* (volge) *in jure Saxonico quid ſignificet.*

15. *Textus in c.5.* Lehenr. *declaratur.*

16. *Inveſtituræ petendæ tempus jure Saxonico præfinitum.*

17. *Jus Saxonicum diſponens ne hæres domini teneatur habere ratam inveſtituram de feudo viventis, uſu eſt abolitum.*

18. *[illegible] Jus Saxonicum eatenus locum obtinet quatenus uſu eſt receptum.*

19. *Filius non devinctus eſt ratam habere inveſtituram domini factam de feudo ex pacto, & providentia ſecundum Afflict.*

Sed hoc improbato, contrarium defenditur, atq; oſtenditur, tit. qui ſucceſ. teneant. de feudo ex pacto intelligendum eſſe. num. 20.

21. *Agnati non tenentur habere ratam inveſtituram factam de feudo ex pacto vivente adhuc poſſeſſore.*

22. *Neq; etiam fiſcus eo nomine obligatur.*

23. *Succedens per viam privationis non tenetur facto anteceſſoris.*

JURIS eſt indubitati, quod, etſi dominus, qui feudum alienum in caſum mortis poſſeſſoris alteri conceſſerat, ante poſſeſſorem mor-
1 tuus fuerit, hæres † tamen ejus inveſti-
(a) turam hanc ratam habere cogatur, (a)
& feudo deinde aperto, veluti eveniente conditione teneatur inveſtito, ut dilucide probatur *in c. 1. qui ſucceſſ. tene.* cujus hanc potiſſimum rationem eſſe ajunt interpretes ibi, quod una quodammodo fit perſona hæredis, & ejus, à quo hæreditatem ſuſcepit: *Auth. de jurejur. à morien. præſtiti: in princ. collat. 5.* ideò reſpectu aditæ hæreditatis voluntatem defuncti ſuo conſenſu confirmare debet. *l. ſi ab eo. C. de liber. cauſa.* Nam ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet. *l. ex qua perſona: de reg. jur. l. cum à patre: C. de rei vend.* Cur enim recuſaret hæres, quod retractare non poterit is, cujus hæreditatem ſuſcepit, ut eleganter inquit JCtus *in l. poſtulante: Ad SC. Trebellia.* circa quam rationem ſubſiſto. Nam etſi textus *in d. titul. Qui ſucceſ. teneantur tit. 1. & 2.* de hærede loquantur, quia tamen hîc verſamur in materia feudali, certum eſt, iſtud de hęrede maſculo accipiendum, & perinde eſſe, ac ſi de filiis dictum fuiſſet, neq; adeò ullam qualitatem hæreditariam deſignare: Cum ab interpretibus uno ore traditum ſit, quod vocabulum (hæres) quoties non à contrahentibus exprimitur, ſed in capitulis feudalibus reperitur non qualitatem aliquam hæreditariã, ſed ſucceſſionem quandam feudalem denotet, quæ à ſanguinis jure dependens cum hæreditate nihil habet commune, quemadmodum ſupra *quæſtione 1. & 2.* copioſè oſtendimus. Quo igitur quæſo pactò communis illa ratio hęreditatis aditione innitens, huc accõmodari poterit, cũ, ut ex jam commemoratis apparet id, quod de hærede in d. capitulis dicitur, nõ de ſuccedente jure hęreditario, ſed de ſucceſſore ſanguinis intelligendum ſit. Quamobrẽ hanc potius concluſionis iſtius rationem eſſe arbitror, quoniam filii, quantumvis nullo hæreditario jure ſuccedant patri, tamen ad feudum, mediante perſona patris perveniunt, ab ipſoq; cauſam habere cenſentur, & omne, quod conſequuntur jus feudi, ipſi acceptum referre neceſſe habent, ut ita mirum non ſit, eos tum in hoc tum in aliis pleriſq; factum parentis præſtare obſtrictos eſſe, quemadmodum ſupra *quæſtione 13* ubi de revocatione filiorum egimus copioſius à nobis explicatum fuit.

Hæc autem concluſio locum etiam ſine hæſitatione habet, etſi in inveſtitura nulla hæredum facta fuerit mentio. *l. veteris: & l. fin. C. de contrah. & committ. ſtipulat.* per quæ jura ſupra *quæſtione proxima* idem in hæredibus inveſtiti probavimus.

Sed † cum inveſtitura ejuſmodi [illegible] ſub conditione illa) ſi feudum fuerit apertum

apertum) concedi ſoleat, ut quæſtione proxima diximus, inde quæſitum fuit, quando in hac conditione dictio (nobis) addita, & feudum ita conceſſum eſt (ſi nobis apertum fuerit, wann es ſich uns verledigen wird) & deinde non ipſi domino inveſtienti, ſed hæredibus aperiatur, an etiam tum hæredes teneantur? Et dubitandi cauſam præbebat, quod his verbis videatur conditio reſtricta ad perſonam ipſius concedentis ac propterea ad hæredes minimè extendenda:

3 Cum † regulariter quotieſcunque aliquid additum eſt, ex quo appareat, contrahentes ad propriam ipſorum perſonam reſpectum habuiſſe, & ad ſemetipſos contractum coarctare voluiſſe, obligatio, quæ alioqui ex ſui natura etiam hæredes comprehenderet, propter verba illa reſtrictiva ad hæredes tranſire non ſoleat, *ut per text. in l. non ſolùm: §. Tale: de liber. legat. docuit Bartol. in l. ſi ſic ſtipulatus: col. 2. num. 2. & ibi etiam Ang. de verb. oblig. Idem Bart. & Angel. in l. qui in futurum: §. 1. de pact. Aret. in l. hæres in omne jus. de acquir. hæred. Ruinus in conſ. 41. num. 36. & in conſ. 42. num. 18. & in conſ. 184. num. 10. vol. 1.* Idq; in propoſito vel ideo magis admittendum, quia verba hæc in conditione ſunt appoſita.

4 Conditio † enim cenſetur contractui, ſive alii diſpoſitioni, cui adjungitur, addere formam ſubſtantialem, *l. prætor. in princ. de collat. bonor. Bald. in Auth. Matri & aviæ: num. 3. verſ. quidam tamen dicunt. C. quan. mulier tut. offic. fung. Alexand. Aret. & Jaſ. in l. Moribus: §. fin. de vulg. & pupill. Deci. in c. ex parte: col. 2. num. 4. de appell. & conſ. 11. incipient. & pro tenui facultate: nu. 1.*

5 Atque † inſuper denotare videtur cauſam finalem, *l. demonſtratio: §. quod autem: & ibi Bart. de condit. & demonſtr. Bart. in l. 2. §. fin. nu. 2. & ibi DD. de donatio. Ægid. Bella. in c. poſt translationem: col. 4. de renunciat.*

6 Ideoque † etiam ea, quæ in conditione poſita fuerunt, præciſè & ad unguem obſervari debent, uſque eò, ut non ſufficiat, illa per æquipollens adimpleri. *l. qui hæredi. & l. Mævius: de condit. & demonſt.* Cum itaque & in caſu noſtro conditio ita fuerit concepta, ſi ipſi domino feudum apertum fuerit, atque idcircò his verbis ea putetur data forma contractui, ut tum demum feudum ad inveſtitum pertinere debeat, ſi ipſi inveſtienti aperiatur: deinde verò poſt mortem demum ejus, poſſeſſore decedente, verum ſit, non ipſi domino feudum apertum eſſe: videtur ſanè formam in conditione præſcriptã minimè eſſe adimpletam, ſed hanc potius defeciſſe, & quod conſequens eſt, etiam ipſam obligationem penitus ſublatam eſſe. 7

Nam † deficiente conditione ipſa etiam obligatio ut deficiat, neceſſe eſt, *l. cedere diem, ibidemq́; Alciat. de verb. ſignif. l. item quia: §. 1. ubi gl. & Bart. de pactis. l. non omnis: in princ. l. cum ad præſens: à contrario ſenſu. ſi cert. pet. §. ſub condit. & §. conditionis: Inſt de verb. obligat.* Et ceſſante conditione perinde eſt, ac ſi contractus permiſſio vel diſpoſitio nunquam facta fuiſſet. *l. pecuniam. ibi, perinde etiam eſt ac ſi nulla ſtipulatio interveniſſet: & ibi Caſtrenſ. nu. 3. Jaſ. nu. 4. Alex. num. 4. Decius nu. 4. ſi cert. petatur. l. neceſſariò. verſ. quod ſi ſub conditione: de peri. & commod. rei vendit. facit textus in l. perinde: ſi cert. pet. l. potior: in ſecundo reſponſ. qui potior. in pignor. habeant. & in l. ſi pupillus: de condit. inſt.* quibus accedit, quod in ſimili traditur, feudum ſub hac conditione conceſſum, ſi vaſallus ſine hæredibus deceſſerit, ad inveſtitum non pertinere, ſi alia ratione domino apertum fuerit, quippe cum ea, quæ huic contractui conditionis præſcripta erat, forma non adimpleta ſit, *ut docet Matthæ. de Afflict. in d. c. 1. num. 49. qui ſucc. teneant. tit. 2.* Verùm utut hæc ſeſe habeant, exiſtimandum tamen eſt, in propoſita facti ſpecie etiam ſucceſſorem obligatum eſſe, quamvis feudum

poſt mortem demum inveſtiti apertum fuerit.

8 Nam † etſi facilè concedam, ſi conditio inveſtituræ inſerta ita arctis finibus eſſet circumſcripta, ut ſolam perſonam inveſtientis reſpiceret, ad hæredem verò non pertineret, quod tum feudo demum poſt mortem inveſtientis aperto hæres ejus tanquam conditione deficiente amplius non teneatur, rationibus jam conſideratis. Contra tamen negamus, horum verborum (ſi nobis feudum apertum fuerit, Wann es ſich vns erledigt) hanc eſſe vim atque efficaciam, ut ſolùm inveſtientem reſpiciant, non autem ad hęredem pertineant.

9 Dictio † enim (mihi vel nobis) hoc operari non ſolet, ut propterea obligatio minus ad hæredes tranſeat, cum etiam ſtipulatio, quæ tamen eſt ſtricti juris, non videatur coarctata ad perſonam ſtipulatoris, vel promiſſoris, quãvis, nulla hæredum facta mentione, adjecta fuerit dictio (mihi) ut probatur *in l. ſtipulatio iſta habere licere*: §. *ſicut autem de verb. oblig.*

10 Ideoque, ſi quis promiſerit de ſuo dato vel facto, nihilominus tenetur de facta ipſius, cujus hæres eſt, & verſa vice, *ut docet Bart. in l. ſi ſervus: la. 2. in princip. de condict. furti.*

11 Quinimò non defuerunt, qui autumarunt, quod, etſi addita fuerit dictio (tantùm:) tamen perſona hæredis propterea non excludatur, ſed nihilominus ad ipſum obligatio tranſeat, ita per textum *in l. ſi neceſſarius*: §. *de vendendo. de pignor. actio.* tanquam ſingularem docet *Jaſon. in l. 2. §. item ſi in facto*: *num. 2. & not. Bartol. Paul. de Caſtro, & DD. in d. l. ſtipulatiò iſta habere licere: in princ. & ibi etiam Jaſon. num. 9. de verb. obligat.* ubi per textum illum plerique concludunt, quod, etſi quis de ſuo facto tantùm promiſerit, nihilominus tamen etiam hæredes teneantur. Quoniam, inquiunt ipſi, dictio taxativa non excludit caſus ſimiles, vel eandem rationem habentes, *l. 1. §. 1. ſi menſ. falſ. mod dix. not. gl. & Bart. in l. ſervi nomine: de uſucapion.*

Hæres † verò tantam cum contrahente ſimilitudinem habet, ut juris ratione eadem cum ipſo perſona eſſe cenſeatur. *Auth. de jurejur. à morient. praſtit. in princ. l. hæredem: de reg. jur.* Nil igitur mirum, cur hoc etiam loco dictio taxativa perſonas tantummodo excludat extraneas, non autem ipſum hæredem. *Idem tenuit Bald. in l fin. in fin. C. de act. emt. Alexand. in conſil. 18. Attentu narratis: lib. 5. Curtius Senior in conſil. 76. incip. Dominus Ludovicus: col. antepenult.* ubi multa in hanc ſententiam accumulat. Quæ cum ita ſint, multò minus in propoſita facti ſpecie propter dictionem (nos) excluſi videbuntur hæredes, quia nulla addita eſt dictio taxativa, quę conceſſionem hanc ad perſonam inveſtientis tantopere coarctet, præſertim verò cum non ſolùm hic verſemur in beneficiis principum, quæ latiſſimè interpretanda eſſe conſtat, *l. final. de conſt. princ. l. quidam conſulebat: in fin. de re jud.* ſed etiam hæc conditio neceſſariò apponatur, ut inveſtitura, quæ purè facta non valeret, ſaltem hac ratione ſubſiſtat, quemadmodum *quæſt. proxima* oſtendimus. Nam vel hac de cauſa tantò minus operari poteſt, ne hæredes inveſtitoris etiam teneantur: cum inducta in unum finem contrarium operari non ſoleant, *l. legata inutiliter: de legat. 1. l. legata inutiliter: de adim. legat. l. cum tale: §. fin. de condit. & demonſt.* Ex quibus non erit etiam difficile reſpondere ad omnia ea, quæ ſupra fuêre conſiderata.

Illa enim tum demum rectè procedunt, quando verba quædam fuerunt addita, quæ conceſſionem ad perſonam inveſtientis reſtringunt, cum interim verba iſta, de quibus in propoſito agimus, ejus efficaciæ non eſſe ſatis jam demonſtratum ſit. At in hanc poſteriorem ſententiam de facto conſultos reſpondiſſe memini

multos

multos Germaniæ Juriſconſultos, atq; etiam collegium Juridicum Lipſenſe, ut apparet ex conſiliis additis ad finem quæſt. ſequentis.

Quæ hactenus firmavimus, ea quidem ſecundum jus commune feudorum procedunt, Jure verò noſtro Saxonico res haud paulò aliter ſeſe habere videtur.

13 Nam † eo jure generaliter cautum eſt, ejuſmodi conceſſione hæredes inveſtientis minimè obligatos eſſe. Idque probatur primò per text. *in cap. 59. Lehnrecht*/ubi dicitur: **Alle Lehn ohne gewehr darben der volge.** Nam quod verba iſta (**Lehn ohne gewehr**) ſint intelligenda de ejuſmodi inveſtitura ſive **gedinge**/ in quæſtione præcedente abunde oſtendimus.

14 Quod † verò additur (**darben der volge**) hoc idem ſignificare, ac ſi diceretur, ſucceſſorem hac inveſtitura obligatum non eſſe, neque illa teneri, dilucidè apparet *ex cap. 2. cap. 14. cap. 25. cap. 27. cap. 32. in fin. cap. 44. cap. 57. & cap. 58. & multis aliis locis*, in quibus vocabulum iſtud (**volge**) uſurpatur reſpectu ejus, qui ſuccedit domino: & hanc habet ſententiam, ut eo denotetur, utrum quis ſucceſſorem inveſtituræ nomine compellare poſſit, atque adeò ſucceſſor iſte ratam teneatur habere inveſtituram anteceſſoris, an non.

15 Secundò † idem diſertè probat *cap. 5.* ubi text. ait: **An dem gedinge iſt fürder keine volge nicht**/ quæ verba ſic interpretatur auctor diff. Juris civil. & Saxon. ſi dominus feudi alicui fecerit gratiam, in feudo alicujus poſt mortem ejus, qui hæredes non habet, maſculos, tum, ſi dominus feudi interim moriatur, antequam ille, cui quid promiſſum fuit, ad feudum perveniat, non tenetur filius domini, patris promiſſa vel inveſtituram ratam habere: & hunc verum eſſe ſenſum horum verborum, ex ijs, quæ jam diximus, ſatis liquidum eſt. Quia verò ea, quæ poſtmodum adduntur, **Es were dann / das der ſtürbe in einem Jahr / dem das Gut geliehen was**/ aliquanto obſcuriora ſunt, ac propterea etiam præcedentibus obſcuritatem quandam pariunt.

Ideo † ſciendum, jure Saxonico eſſe ſtatutum tempus anni, & ſex ſeptimanarum ad petendam renovationem inveſtituræ, ut apparet *ex cap. 44. & cap. 50.* atque hanc quidem renovationem inveſtituræ etiam is, qui ſub caſum mortis alterius erat inveſtitus, petere aſtrictus erat, tum temporis, quando poſſeſſore mortuo, feudum ad ipſum pertinere cœpit, ut diſertè probatur *in cap. 57. ibi:* **Dann das er es den Herrn erinnere binnen ſeiner rechten Jahrzahl** Si autem intra hoc anni ſpacium mortuus fuerit inveſtitus, non petita renovatione, tum nihilominus ad filios ſuos feudum tranſmittit, ut habetur *in cap. 27.* 16

Sic etiam vice verſa, ſi dominus intra illum annum mortuus fuerit, tum nihilominus ſucceſſor ejus tenetur *cap. 57.* ibi: **Stirbet auch ein Herr/ oder leſt er auff ſeines Mannes Gut binnen der Jahrzahl/ als es dem Man angeſtorben iſt/** quod igitur *in d. cap. 5.* dicitur, **Es were denn / das der ſtirbet in einem Jahr / dem das Gut geliehen was/** id hanc, quam modò diximus, habet ſententiam, ut, licet ejuſmodi conceſſio ſive **gedinge** transferri ad ſucceſſorem non ſoleat, tamen ſi, poſſeſſore mortuo, feudum ad inveſtitum pertinere cœperit, tum, ſi etiam is intra annum petendæ inveſtituræ deceſſerit, feudum hoc tranſmittat. Neque mirum alicui videri debet, nos hic præſupponere, poſſeſſorem feudi mortuum eſſe. Nam cum text. annum ſpacium conſideret, atque hujus tum demum rectè haberi ratio ſoleat, quando mortuo poſſeſſore agitur de renovatione inveſtituræ, quæ prius non requiritur: neceſſarium eſt omnino, etiam in caſu illius textus poſſeſſorem mortuum eſſe. Eſt enim hoc quodammodo peculiare juris Saxonici, ut de hoc annuo

Digitized by Google

nuo ſpacio (von der Jahrzahl) verba faciens tacitè præſupponat, poſſeſſorem eſſe mortuum: quod expreſsè dicit *in cap. 57.* Sic etiam interpretationi noſtræ non obſtant verba illa (dem das Gut geliehen was) quaſi ea potius poſſeſſorem feudi ſignificent, quàm ſub conditione mortis ejus inveſtitum. Nam quemadmodum annuum ſpacium, quod in textu attenditur, neceſſariò præſupponit, poſſeſſorem feudi jam mortuum eſſe, ita etiam ex hoc ipſo conſectarium omnino eſt, verba finalia nō de poſſeſſore feudi, ſed de inveſtito eſſe accipienda, cum alioqui nulla commoda poſſet afferri ratio, cur annus conſideretur. Neque etiam rarum eſt, ut capitulis juris feudalis Saxonici etiam is, qui in caſum mortis inveſtitus eſt, dicatur, mit dem Gut beliehen / ut apparet *ex cap. 7. in princ. ibi*, Wann ein Herr ſeinen Mann leihet ein Gut / & multis aliis in locis. Ex quibus ſatis planus erit intellectus, *d. cap. 5.* hactenus admodum difficilis reputatus. Circa quem tamen textum advertendum eſt etiam, cum verba illa (Es were dann / das der ſtürbe) quæ exceptivè præcedentibus annectuntur, reſpiciant tranſmiſſionem ex parte inveſtiti, inde non præter rationem colligi poſſe, etiam præcedentia verba (an dem gedinge iſt förder keine volge nicht) eſſe generaliter intelligenda non ſolùm de tranſmiſſione ex partè domini inveſtientis, ſed etiam ex parte inveſtiti, atque ideò hoc ipſo etiam probari, id quod in præcedenti quæſtione aſſeruimus, jure Saxonico hanc conceſſionem ad hæredes inveſtiti non devolvi. Exceptio enim plerunque de regula eſſe, eandemque declarare ſolet. *l. nam quod liquidæ. § fina. de pen. legat. l. Proculus: cum ibi not. per DD. de uſufruct. not. in l. 1. de reg. jur. Alexand. in l. ſenium. C. qui teſt. facer. poſſeſſor. Roman. in conſil. 107.*

Tertiò hanc ſententiam magis etiam confirmat *cap. 11. ibi:* Den mag er nicht gefolgen an einen andern Herrn / ob der erſte ſtirbet. His enim verbis utique diſertè diſponitur, eum, qui ejuſmodi inveſtituram ſive poſſeſſionem adeptus eſt, non poſſe eo nomine compellare ſucceſſorem domini defuncti. Adminiculatur hiſce quartò, quod textus *cap. 57.* ibi: Stirbet auch ein Herr / oder leſt er auff ſeines Mannes Gut binnen der Jahrzahl / als es dem Manne angeſtorben iſt / ad hoc, ut inveſtitus ſucceſſorem domini inveſtituræ nomine jure requirere poſſit, exigit, dominum poſt feudi poſſeſſorem, & quidem intra anni ſpacium mortuum eſſe. Si enim ſucceſſor indiſtinctè ex inveſtitura anteceſſoris obligatus eſſet, nihil referret, utrum ante, vel poſt feudi poſſeſſorem, quove tempore pòſt mortuus eſſet inveſtitor: ſed cum textus exigat, poſſeſſorem mortuum eſſe, & tam anxiè conſideret, dominum intra annum eſſe defunctum, ſatis denotat, ſucceſſorem domini alioqui inveſtituræ nomine compellari non potuiſſe. Dubium itaque non eſt, quod jure Saxonico ſucceſſor domini ante poſſeſſorem feudi defuncti, inveſtituram in caſum mortis poſſeſſoris factam, ratam habere non teneatur, ut rectè aſſeverat auctor differentiarum juris civil. & Saxon. *diff. 67.* monens, etiam hoc ita paſſim obſervari. Addit tamen ibidem, hoc tum demum locum habere, quando nulla hæredum facta mentione, inveſtitura facta eſſet: ſi verò dominus eandem pro ſe & hæredibus ſuis conceſſiſſet, tum exiſtimat, etiam hæredes cogi, poſt mortem patris inveſtituram ratam habere, ſubjungens hæc ita practicari. (*b*) (*b*)

Sed † etſi hæc verbis juris Saxonici ita ſint definita, ego tamen eadem uſu obſervata, nunquam memini, quin potius ſæpius in foro noſtro, etiam ante Conſtitutiones Electorales editas ſecundum jus commune tam reſponſum, quàm judicatum fuiſſe ſcio, hæredem domini inveſtituram ejuſmodi 17

conce-

concedentis, eam ratam habere debere. Id quod etiam quamplurima, quæ apud me extant, anteceſſorum noſtrorum teſtantur reſponſa, quæ, ſi opus eſſet, huc referre poſſem. Non itaque adſtipulari poſſum auctori differentiarum de conſuetudine aſſeveranti, atque nihil interim, quod fidem ſibi arroget, in medium afferenti, ſed magis auctoritate atque præjudiciis anteceſſorum nixus contra teſtimonium dicere non dubito, hanc juris Saxonici diſpoſitionem, ut multa ejus juris alia, uſu non eſſe approbatam, neque receptam, ac propterea nec in poſterum eam attendendam, ſed tam in reſpondendo, quàm judicando juris commu-
18 nis regulas ſequendas eſſe, cum, † ut ſæpius jam diximus, leges Saxonicæ in judiciis eatenus duntaxat juris auctoritatem obtineant, quatenus uſu ſunt comprobatæ. Atq; hoc tandem etiam Conſtitutionibus Electoralib. clarè eſt ſancitum *parte 2. conſt. 45.* ubi diſertis verbis diſponitur, etiam in foro Saxonico hæredē domini inveſtientis ex promiſſione ejuſmodi obligatū eſſe, etiamſi nulla ejus facta fuerit mentio, ut ita nunc res omnis controverſiæ expers eſſe vi-
(c) deatur. (c) Et licet propterea etiam minimè neceſſe fuiſſe videatur, de jure Saxonico tam multis verbis agere: quia tamen exiſtimavi, fore aliquos, qui ſolidam juris cognitionem ſectantes, quid jure Saxonico hac de re cautum ſit ſcire expetituri eſſent, & verba illius juris non ita plana ſunt, ut non ſcrupulum alicui facilè movere poſſint, ideo hæc copioſi. declarāda eſſe duxi: tum ut honeſtæ ſtudioſorum cupiditati aliqua ex parte obſequerer: tum etiā, ut, cum videam, juri Saxonico jam ante Conſtitutionem fuiſſe derogatum, vel potius id nunquam uſurpatum, inde nobis conſtaret, ea, quæ Conſtitutione Electorali ſancita ſunt, etiam in aliis provinciis jure Saxonico utentibus tutò quem ſequi poſſe.

Porrò † concluſio noſtra, qua do- 19
cuimus, hęredem domini inveſtituram in caſum mortis ab ipſo factam, ratam habere debere, declaratur *à Matth. de Afflict. in d. c. 1. qui ſucceſſ. tenean. tit. 2. numer. 52.* (d) ut non procedat in feu- (d)
do ex pacto & providentia: quoniam, inquit, in hoc feudorum genere alius ab alio cauſam non habet, non igitur ſucceſſor ad factum anteceſſoris tene-. Nos verò huic interpretationi minimè aſſentiri poſſumus.

Primò † enim adverſantur illi ver- 20
ba textuum, ſupra adductorū, qui cum omnes generaliter loquantur, haud videtur rationi conſentaneum, eoſdem ad feuda hæreditaria reſtringi, ſed magis eſt, ut generaliter intelligantur, *l. de precio. de publ. & l. 1. §. generaliter: de leg. præſtand.*

Secundò hæc reſtrictio minimè convenit cum natura feudi hæreditarii. Oſtendimus enim ſupra *quæſt. 1.* admodum prolixè, naturam hujus feudi, quam interpretes communiter illi tribuunt, jure feudali minimè fuiſſe cognitam, ſed eam omnem ex proprietate verborum in inveſtitura uſurpatorum oriri. Quomodo igitur quæſo textus juris feudalis de feudo hæreditario commodè intelligi poterunt? quin potius omnia ea, quæ hoc jure diſpoſita repeꝛiuntur, longè rectius de feudo ex pacto & providentia accipientur: quippe cum iſtud proprium & rectum feudum ſit, de quo jura feudalia potiſſimum loquuntur, ut ſupra *quæſtione prima* copioſè oſtenſum fuit.

Tertiò huic opinioni refragantur ea, quæ in principio hujus quæſtionis contra communem rationem concluſionis noſtræ conſideravimus. Demonſtravimus enim id, quod de hærede in textu noſtro dicitur, minimè de qualitate hæreditaria capiendum, neque rationem hujus textus in illa conſiſtere, ſed potius in eo, quia filius à patre cauſam habet: quæ quidem ratio non

(e) non minus in feudo ex pacto, (e) quàm hæreditario locum habet, ut oſtendimus ſupra *quæſtion. 13.* Æquum igitur eſt, ut vel ex hac ratione generali textus ille generaliter intelligatur de feudo ex pacto & providentia. Ex quo ſimul tollitur ratio, qua potiſſimum nititur Afflict. exiſtimans, ideo filium in feudo ex pacto & providentia non eſſe obligatum, quia non habeat cauſam à patre. Rem enim aliter ſeſe habere, & filium etiam hoc feudorum genus à patre acquirere, in d. loco copiosè enarravimus. Denique omnibus illis argumentis, quibus ibidem firmavimus, filium etiam in feudo ex pacto & providentia factum parentis præſtare debere, etiam convinci poteſt, quod inveſtituram hanc ratam habere teneatur: cum præſertim manifeſta hîc adſit juris adſit juris feudalis diſpoſitio, quæ ſine argutiis ſanè intellecta ad hoc ipſum eum obſtringit.

21 Sed † ut hanc diſtinctionem Matth. Afflict. in filiis, de quibus textus illi loquuntur, contra manifeſta verba minimè probamus: ita eandem in agnatis facilè admittimus. Hi enim ex pacto anteceſſorum proprio jure feudum conſequi, neque alius ab alio cauſam habere cenſentur: atque propterea etiam factum defuncti præſtare non tenentur, quemadmodum ſuprà *quæſt. 6.* ubi de agnatorum jure revocandi egimus, abunde firmavimus. Quamobrem neque etiam inveſtituram ab anteceſſore (f) factam ratam habere cogentur. (f) Id quod probatur ulterius etiam ex iis, quæ mox de fiſco, & in quæſtione ſequente de ſucceſſore Eccleſiaſtico dicemus. Neque agnatis obſtant capitula juris feudalis, & quæ de eorum interpretatione circa filios paulò ante commemoravimus. Nam cum jura illa de hæredibus loquantur, certum eſt, hoc nomine tantùm filios, agnatos verò neutiquam comprehendi: quippe cum textus feudales filios tanquam hæredes ſemper ab agnatis diſtinguere, & eorum ſeparatam habere ſoleant rationem, ita ut hæredum nomine nunquam agnati veniant, & è contrario: quemadmodum *in d. quæſt. 13.* pluribus docuimus.

Sic † etiam, quando, facta inveſtitura de feudo non vocante, temporis progreſſu bona domini fiſco delata fuerunt, tum fiſcus feudo deinde aperto non obligatur ad ejus traditionem inveſtito faciendam (g) nam neque fiſcus hæredis loco eſt, neque à delinquente cauſam habere cenſetur: *ita arg. l. quoties: de novat. & l. fin. de duobus reis ſtip. & promitt. docuit Bald. in d. c. 1. qui ſucceſſ. teneantur: tit. 2. quem ſequitur Alvarott. Matth. de Afflict. nu. 47. ibi. & etiam Petr. Ravennat.* adducens, pro hoc text. *quem poſt Roman. dicit eſſe ſingularem in l. ſi fundus quem mihi locaveras. locati.* Facit huc, quod dici ſolet, eum, qui non per viam tranſmiſſionis, ſed per viam privationis ſuccedit, factum anteceſſoris ratum non habere debere, *& per textum l. ſi quis domum:* §. *hinc ſubjungi. locati: docet Roman. in l. ſi filio:* §. *ſi vir in quinquennium: ſolut. matrim. quem refert Barth. Soc. in conſ. 32. Incipien. ex his quæ ſuperius: col. 3.* 22 (g)

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) RATAM habere cogatur) Quando Domini hæredes compellantur obſervandam inveſtituram, abuſivam de feudo nondum aperto factam

factam, vide *Peregrin.conſil.28.n.7.vol.1. Hieron. Schurf. conſil.59. cent. 2. Zaſ. de feud.part.6.n.19. Borcholt.de feud.cap.7.n. 19.part. 1.Vultej.lib.1.cap.10.n.6.de feudis, Schrader.tract.feudal.part.3.cap.2.numero trigeſimo tertio.*

(*b*) Hæc ita practicari] Vide *Matth. Coler.deciſ.88.n.2.part. 1.*ubi ita paſſim à principibus hodie obſervari teſtatur, *Schurff. conſil.16. cent.1.Zobell.lib.2.differentiar.jur.civ.& Saxon.differ.39.n.7.conſult.Saxon.part.1.quæſt.23.tom.1.*

(*c*) Expers eſſe videatur] Vide *Dan. Moller ad conſtit.Electoral. 45.num.3.part. 2.Andr. Gail. lib. 1.obſervat.50.n.8.Matth. Coler. de proceſſ. execut.part.2.cap.3.num. 303.hodie 308.*

(*d*) Tit.2.num.52.] Et *Andr.de Iſernia ibid. num.8.poſt med.*

(*e*) In feudo ex pacto.] Vide *Roſenthal. tract.feud. cap.6.concl. 15.num.2.in fin.& n.ſeq.Schrader. de feud.part.3.cap.2. nu.27.* ubi hoc limitant, ut primò non procedat, ſi dominus dixit, dabo feudum, ſi me vivo, vel nobis vivis aperiatur, **wenn es bey unſerm Leben erlediget wird.** Secundò ſi ſucceſſor non ſit hæres domini inveſtientis, ſed tantùm ſucceſſor dignitatis *Daniel Möller ad conſtit. Electoral.Saxon.45.num.6.part.2.Modeſtin.Piſtor.conſil.40.num.63.vol.2.* Hinc concludunt Imperatorem, qui non jure hæreditario, ſed Electorum ſuffragiis imperium conſequitur, ejuſmodi inveſtituram ratam habere non debere, *Borcholt. de feud. cap. 7.part.1.num.19. ſub fin.Schrader.de feud.part.3.cap.2.num. 25.Roſenthal. de feud. cap.6.concl.17. num. 2. & ſeq. Andr. Rauchbar.part.2. quæſt.11. num.70.& ſeq.* niſi is qui ejuſmodi inveſtituram habet, ſtatim in initio Imperii talem inveſtituram à novo Imperatore renovari & confirmari petat, *per ea quæ tradit Anton. Hering. de fidejuſ. capite vigeſimo ſeptimo, parte quinta, numero centeſimo, & ſeq.*

(*f*) Ratam habere cogentur] Diſſentit *Matth.Coler.deciſ.93.n.7.per text.in c.1.qui ſucceſſor.feud.dar.tenentur,* ubi tamen Facultatem Juridicam Lipſenſem contrarium pronunciâſſe fatetur.

(*g*) Inveſtito faciendam] Idem docet *Schrader. tractat. feudal.part.3.c.2.n. 26.verſ. quartò hoc fallit.* Pulchrè *Roſenthal.de feud. cap. 6.concl.17.n.5.6.7.& ſeq. Matth.Weſenbec.conſil.64.n.13.part.2.*

QUÆSTIO XXVII.

SUCCESSOR EPISCOPI, AN TENEATUR HABERE RATAM INVESTITURAM anteceſſoris cum conſenſu capituli factam de feudo vaſalli adhuc viventis: & an ſufficiat, conſenſum hunc ex intervallo accedere, quomodo idem accipiendum ſit id, quod in tit. qui ſucceſſor. teneantur, dicitur, ſucceſſorem teneri, quando inveſtitus, conſentiente poſſeſſore, in poſſeſſionem miſſus eſt.

SUMMARIA.

1. *Succeſſor Epiſcopi non tenetur ratam habere inveſtituram factam de feudo adhuc viventis, & quæ ſit ejus ratio.*
Niſi capitulum conſenſerit, nu.16.& ſeqq.& 21. Vel, niſi conſentiente poſſeſſore, inveſtitus in poſſeſſionem miſſus ſit, num.40. ubi declaratur etiam, quomodo hoc ſit accipiendum.

2. *Epiſcopi & prælati præſentium tantum rerum adminiſtrationem habent.*
Niſi conſenſus capituli acceſſerit, num.22.

3. *Succeſſor in dignitate Eccleſiaſtica non ſucceſſionis jure, ſed ex electione, proprio jure ſuccedit.*
Ideoque factum anteceſſoris præſtare non devinctus eſt.

de feud.dat.in vic.leg. Commiſſ.& in c.moribus ſi de feud. def.fuer. contr. int.dom. & agn. innuere videntur.

Parens autem hîc *num. 20.* contrarium ideò ſtatuit, quod omnes eæ rationes, ex quibus promiſſum eſt, alium de feudo viventis inveſtire, etiam in eo caſu militent, quo poſſeſſor iſte liberos habet, modò conditio hæc etiam liberis adjiciatur. Verba autem textuum ex quibus contrarium inferri poſſe videtur, ita intelligenda eſſe docuit, ut hoc tantum velint, inveſtituram etiam ſub conditione, ſi vaſallus poſſidens moriatur, factam, ei, cui jus ſuccedendi competit, non præjudicare. Ex iis autem inferri non poſſe, quaſi eadem conditio etiam ſucceſſoribus adjici nequeat, ita, ut ſi & illi defecerint, feudum ad alium pertineat. Idque ex ratione naturali conſentaneum eſt, nec ullam probabilem dubitandi cauſam recipit, cum jus Domini in feudo, quod potiſſimum in hac quæſtione reſpicimus, debilius ideo non fiat, quod vaſallus liberos aut ſucceſſores habeat: Nihilominus enim de eo pro libitu, tanquam de re propria diſponere poteſt.

Nec ex numero perſonarum jus conſtituendum eſt, quaſi Dominus plus poſſit quando unus tantum in feudo jus habet, quam quando plures, ſi modò jura illorum plurium æquè non minuuntur ac illius qui ſolus eſt. Contrarium tamen Fachinæo *libr. 7. controverſiar.capit.28.* ea ratione viſum eſt, quod facultas illa, qua Dominus de feudo nondum aperto diſponere poteſt, jure quodam conſuetudinario contra omnes juris regulas inducta, ideoque ultra limites extendenda non ſit. Sed meminiſſe oportuit, facultatem illam diſponendi de re apud alium conſtituta etiam ſecundum communes juris regulas odioſam & prohibitam non eſſe, quoties diſponenti jus certum & radicatum in re competit, ut de fidei commiſſario apertè probat text. *in l.fundi 38.ff.de uſu & uſufruct.legat.l.ut hæredibus 50 ff. de legat. 2.* Et Parens hîc *numer. 20.* abundè oſtendit Quo conſtituto, cauſa nulla eſt, quo minus conſuetudo jure civili non tantum non contraria ſed etiam maximè conveniens ad eos caſus extendatur, in quibus eadem ratio viget. Etſi enim conſuetudo ſtricti juris ſit, ad eos tamen caſus, qui eandem planè rationem obtinent, adeò pertinere creditur, ut nulla extenſione opus ſit *p. not. Jaſ.in l. de quibus num.25. de legib* Cumque hanc ſententiam paſſim in foro & omnibus curiis receptam videamus, non eſt quod Fachinæi nos objecta moveant, etſi centena allegationum plauſtra addidiſſet, illud tamen hic monendum eſt, hominem minus rectè ſententiam patris referre, cum dicit, eum ſtatuere, quaſi inveſtitura de feudo viventis ſub conditione mortis ipſius facta locum habeat, etſi liberi adſint modo & illi abſque hæredibus defuncti ſint, & ita feudum Domino aperiatur.

Hoc enim Pater non dicit, ſed expreſsè de eo caſu loquitur, quo conditio illa non tantum vaſallo poſſidenti ſed etiam in ſpecie liberis ejus aut ſpem ſucceſſionis habentibus adjecta eſt. Si enim poſſeſſori tantum adjiceretur, & is liberis relictis decederet, manifeſtum eſt conditionem defeciſſe, nec feudum, etiamſi poſtea liberis defunctis Domino aperiatur, debere, Aliud longè eſt, ſi conditio etiam in ipſis liberis eſt repetita, quo caſu in perſona liberorum nova diſpoſitio incipit, & iis deficientibus locum habet, ut proinde magna inter hos caſus ſit differentia, quæ, à Fachinæo parum animadverſa, fecit, ut Parenti opinionem à ſententia ipſius plane alienam affinxerit.

(*b*) Gnadenlehen] Vulgò expectantur, anwartung *Vultei. de feud.lib.1. cap.7.num.48. Gail.lib.2. obſervat.155. numer.2.*

(*c*) In vic.leg. Commiſs.] *& c. 1.§. mori-*

[illegible] ſi de f[illegible] defunct. controverſ. ub: [illegible] Alvarett. num. 3. Afflict. nu. 1. Socin. Jun. conſil. [illegible] nu. 3. vol. 3. Borchold. de feud cap. 7. [illegible] Virl. diſputat. feud. 3. theſ. 4. in remiſſionibus ſub lit. E.

(d) Interpretes tamen] Contra Joan. ab Arcedura concluſ. feud. 5. cap. 1. numer. 4.

(e) De legat. 2.] Gail. lib. 2. obſervat. 1[illegible]. num. 4.

(f) Et agnat. vaſall.] c. 1. poſt pr. tit. de cler. qui inveſtit. fac. Signorol. Hemod. conſil. 80. nu. 4. & ſeq. Tuſcus practicar. concluſ. 111. lit. F. Socin. Jun. (ubi hanc veriorem dicit) conſil. 76. n. 119. & ſeq. lib. 1.

(g) Specul. Saxon.] Adde Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. num. 50. Modeſtin. Piſtor. conſil. 40. num. 68. vol. 2. Schrader de feudis part. 3. cap. 2. nu. 20.

(h) An des Vaters Lehen] Idem ſentit Coler. deciſ. 88. nu. 5 part. 1. Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. nu 50.

(i) Haud fit veriſimilis] Vide Joan. ab Arcedura cap. 1. concluſ. 5. n. 15.

(k) Qui ſucceſſ. teneantur] Andreas de Iſernia d. c. 1. qui ſucceſſ. teneant. num. 6. per tot Schrader de feud. part. 3. cap. 2. n. 18. Modeſtin. Piſtor. conſil. 6 n. 20. vol. 1.

(l) Liberetur] Vide Berlich. d. conc. 54. n. 54. & ſeqq part. 2.

(m) Part. 6. in pr.] Coler. deciſ. 93. nu. 5 & ſeq. part. 1. Schrader de feud. part. 5. cap. 2. num. 16.

(n) Num. 18] Vide Jan. ab Arcedura cap. 3. concl. 2. n. 12. & ſeqq.

(o) Ad hæredes inveſtiti tranſmitti] Vide Dan. Moller. ad conſtit. Electoral. 45 nu. 4. ſub fin. part. 2: Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. num 57.

(p) Content. ſit int. dom] Adde Andr. de Iſernia ibid. nu. 3. Prapoſit. ibid. in med. Schrader de feud part. 3. cap. 2. n. 50. Diſſentit Coler. conſil. 16. n. 1. & ſeq. vol. 1. Vulte. de feud. lib. 1. cap. 7. n. 52.

Quomodo rite feudum ſpe aperiendum vaſallo ultimo ſuccumbente, & feudi caducitatem cauſante dominus conferat vide Vultei de feud. lib. 1. cap. 7. nu. 48.

QUÆSTIO XXVI.

HÆRES DOMINI, AN ET QVATENUS TENEATUR HABERE RATAM inveſtituram, factam de feudo vaſalli viventis de jure tam communi, quàm Saxonico: quando præſertim inveſtituræ inſerta fuit conditio (ſi nobis feudum apertum fuerit.)

1. *Hæres domini inveſtientis aliquem de feudo adhuc viventis tenetur ratam habere inveſtituram, illo ante conditionem defuncto: Et quæ ſit ejus ratio. Quid item ſecundum jus Saxonicum ſtatuendum ſit: num. 13.*
2. *Inveſtitura conceſſa ſub conditione (ſi nobis feudum apertum fuerit) domino ante poſſeſſorem defuncto hæredem ejus obligare non videtur.*

Sed contrarium defenditur nu. 8. & ſeqq.

3. *Obligatio ad hæredes non tranſit, quando apparet, contrahentes ad propriam ipſorum perſonam reſpexiſſe.*
4. *Conditio addit diſpoſitioni formam ſubſtantialem.*

Idem denotat cauſam finalem, num. 5.

6. *In conditione poſita præciſè obſervari debent.*
7. *Conditione deficiente etiam ipſa obligatio deficit. Et perinde eſt ac ſi ea nunquam facta fuerit.*
9. *Dictio (mihi) vel (nobis) non reſtringit obligationem ad perſonam, ita, ut hæredes excluſi cenſeantur.*

 10. De

10. *De ſuo facto promittens tenetur etiam facto ejus, cujus hæres eſt.*
11. *Dictio taxativa (tantum) non excludit perſonam hæredis, neq; etiam caſus ſimiles.*
12. *Hæres cum defuncto eadem perſona cenſetur.*
14. *Vocabulum (volge) in jure Saxonico quid ſignificet.*
15. *Textus in c.5. Lehenr. declaratur.*
16. *Inveſtituræ petendæ tempus jure Saxonico præfinitum.*
17. *Jus Saxonicum diſponens ne hæres domini teneatur habere ratam inveſtituram de feudo viventis, uſu eſt abolitum.*
18. *Jus Saxonicum eatenus locum obtinet quatenus uſu eſt receptum.*
19. *Filius non devinctus eſt ratam habere inveſtituram domini factam de feudo ex pacto, & providentia ſecundum Afflict.*
Sed hoc improbato, contrarium defenditur, atq; oſtenditur, tit. qui ſucceſ. teneant. de feudo ex pacto intelligendum eſſe. num. 20.
21. *Agnati non tenentur habere ratam inveſtituram factam de feudo ex pacto vivente adhuc poſſeſſore.*
22. *Neq; etiam fiſcus eo nomine obligatur.*
23. *Succedens per viam privationis non tenetur facto anteceſſoris.*

JURIS eſt indubitati, quod, etſi dominus, qui feudum alienum in caſum mortis poſſeſſoris alteri conceſſerat, ante poſſeſſorem mor-
1 tuus fuerit, hæres † tamen ejus inveſti-
(a) turam hanc ratam habere cogatur, (a) & feudo deinde aperto, veluti eveniente conditione teneatur inveſtito, ut dilucide probatur *in c.1. qui ſucceſſ. tene.* cujus hanc potiſſimum rationem eſſe ajunt interpretes ibi, quod una quodammodo ſit perſona hæredis, & ejus, à quo hæreditatem ſuſcepit: *Auth. de jurejur. à morien. præſtiti: in princ. collat. 5.* ideò reſpectu aditæ hæreditatis voluntatem defuncti ſuo conſenſu confirmare debet. *l. ſi ab eo. C. de liber. cauſa.* Nam ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet. *l. ex qua perſona: de reg. jur. l. cum à patre: C. de rei vend.* Cur enim recuſaret hæres, quod retractare non poterit is, cujus hæreditatem ſuſcepit, ut eleganter inquit JCtus *in l. poſtulante: Ad SC. Trebellia.* circa quam rationem ſubſiſto. Nam etſi textus *in d. titul. Qui ſucceſ. teneantur tit. 1. & 2.* de hærede loquantur, quia tamen hîc verſamur in materia feudali, certum eſt, iſtud de hęrede maſculo accipiendum, & perinde eſſe, ac ſi de filiis dictum fuiſſet, neq; adeò ullam qualitatem hæreditariam deſignare: Cum ab interpretibus uno ore traditum ſit, quod vocabulum (hæres) quoties non à contrahentibus exprimitur, ſed in capitulis feudalibus reperitur non qualitatem aliquam hæreditariā, ſed ſucceſſionem quandam feudalem denotet, quæ à ſanguinis jure dependens cum hæreditate nihil habet commune, quemadmodum ſupra *quæſtione 1. & 2.* copiosè oſtendimus. Quo igitur quæſo pacto communis illa ratio hęreditatis aditione innitens, huc accōmodari poterit, cū, ut ex jam commemoratis apparet id, quod de hærede in d. capitulis dicitur, nō de ſuccedente jure hęreditario, ſed de ſucceſſore ſanguinis intelligendum ſit. Quamobrē hanc potius concluſionis iſtius rationem eſſe arbitror, quoniam filii, quantumvis nullo hæreditario jure ſuccedant patri, tamen ad feudum, mediante perſona patris perveniunt, ab ipſoq; cauſam habere cenſentur, & omne, quod conſequuntur jus feudi, ipſi acceptum referre neceſſe habent, ut ita mirum non ſit, eos tum in hoc tum in aliis plerisq; factum parentis præſtare obſtrictos eſſe, quemadmodum ſupra *quæſtione 13.* ubi de revocatione filiorum egimus copioſius à nobis explicatum fuit.

Hæc autem concluſio locum etiam ſine hæſitatione habet, etſi in inveſtitura nulla hæredum facta fuerit mentio. *l. veteris: & l. fin. C. de contrah. & committ. ſtipulat.* per quæ jura ſupra *quæſtione proxima* idem in hæredibus inveſtiti probavimus.

2 Sed † cum inveſtitura ejuſmodi ſub conditione iſta) ſi feudum fuerit

apert

apertum) concedi ſoleat, ut quæſtione proxima diximus, inde quæſitum fuit, quando in hac conditione dictio (nobis) addita, & feudum ita conceſſum eſt (ſi nobis apertum fuerit, wann es ſich vns vorledigen wird) & deinde non ipſi domino inveſtienti, ſed hæredibus aperiatur, an etiam tum hæredes teneantur? Et dubitandi cauſam præbebat, quod his verbis videatur conditio reſtricta ad perſonam ipſius concedentis ac propterea ad hæredes minimè extendenda:

3 Cum † regulariter quotieſcunque aliquid additum eſt, ex quo appareat, contrahentes ad propriam ipſorum perſonam reſpectum habuiſſe, & ad ſemetipſos contractum coarctare voluiſſe, obligatio, quæ alioqui ex ſui natura etiam hæredes comprehenderet, propter verba illa reſtrictiva ad hæredes tranſire non ſoleat, *ut per text. in l. non ſolùm: §. Tale: de liber. legat. docuit Bartol. in l. ſi ſic ſtipulatus: col. 2. num. 2. & ibi etiam Ang. de verb. oblig. Idem Bart. & Angel. in l. qui in futurum: §. 1. de pact. Aret. in l. heres in omne jus. de acquir. hæred. Ruinus in conſ. 41. num. 36. & in conſ. 42. num. 18. & in conſ. 184. num. 10. vol. 1.* Idq; in propoſito vel ideo magis admittendum, quia verba hæc in conditione ſunt appoſita.

4 Conditio † enim cenſetur contractui, ſive alii diſpoſitioni, cui adjungitur, addere formam ſubſtantialem, *l. prætor. in princ. de collat. bonor. Bald. in Auth. Matri & aviæ: num. 3. verſ. quidam tamen dicunt. C. quan. mulier tut. offic. fung. Alexand. Aret. & Jaſ. in l. Moribus: §. fin. de vulg. & pupill. Deci. in c. ex parte: col. 2. num. 4. de appell. & conſ. 11. incipient. & pro tenui facultate: nu. 1.*

5 Atque † inſuper denotare videtur cauſam finalem, *l. demonſtratio: §. quod autem: & ibi Bart. de condit. & demonſtr. Bart. in l. 2. §. fin. nu. 2. & ibi DD. de donatio. Ægid. Bella. in c. poſt translationem: col. 4. de renunciat.*

6 Ideoque † etiam ea, quæ in conditione poſita fuerunt, præcisè & ad unguem obſervari debent, uſque eò, ut non ſufficiat, illa per æquipollens adimpleri. *l. qui hæredi. & l. Mævius: de condit. & demonſt.* Cum itaque & in caſu noſtro conditio ita fuerit concepta, ſi ipſi domino feudum apertum fuerit, atque idcircò his verbis ea putetur data forma contractui, ut tum demum feudum ad inveſtitum pertinere debeat, ſi ipſi inveſtienti aperiatur: deinde verò poſt mortem demum ejus, poſſeſſore decedente, verum ſit, non ipſi domino feudum apertum eſſe: videtur ſanè formam in conditione præſcriptã minimè eſſe adimpletam, ſed hanc potius defeciſſe, & quod conſequens eſt, etiam ipſam obligationem penitus ſublatam eſſe.

7 Nam † deficiente conditione ipſa etiam obligatio ut deficiat, neceſſe eſt, *l. cedere diem, ibidemq; Alciat. de verb. ſignif. l. item quia: §. 1. ubi gl. & Bart. de pactis. l. non omnis: in princ. l. cum ad præſens: à contrario ſenſu. ſi cert. pet. §. ſub condit. & §. conditionis: Inſt de verb. obligat.* Et ceſſante conditione perinde eſt, ac ſi contractus permiſſio vel diſpoſitio nunquam facta fuiſſet. *l. pecuniam. ibi, perinde etiam eſt ac ſi nulla ſtipulatio interveniſſet: & ibi Caſtrenſ. nu. 3. Jaſ. nu. 4. Alex. num. 4. Decius nu. 4. ſi cert petatur. l. neceſſariò: verſ. quod ſi ſub conditione: de peri. & commod. rei vendit. facit textus in l. perinde: ſi cert. pet. l. potior: in ſecundo reſponſ. qui potior. in pignor. habeant. & in l. ſi pupillus: de condit. inſt.* quibus accedit, quod in ſimili traditur, feudum ſub hac conditione conceſſum, ſi vaſallus ſine hæredibus deceſſerit, ad inveſtitum non pertinere, ſi alia ratione domino apertum fuerit, quippe cum ea, quæ huic contractui conditionis præſcripta erat, forma non adimpleta ſit, *ut docet Matthæ. de Afflict. in d. c. 1. num. 49. qui ſucc. teneant. tit. 2.* Verùm utut hæc ſeſe habeant, exiſtimandum tamen eſt, in propoſita facti ſpecie etiam ſucceſſorem obligatum eſſe, quamvis feudum

Bbbb 4 poſt

poſt mortem demum inveſtiti apertum fuerit.

8 Nam † etſi facilè concedam, ſi conditio inveſtituræ inſerta ita arctis finibus eſſet circumſcripta, ut ſolam perſonam inveſtientis reſpiceret, ad hæredem verò non pertineret, quod tum feudo demum poſt mortem inveſtientis aperto hæres ejus tanquam conditione deficiente amplius non teneatur, rationibus jam conſideratis. Contra tamen negamus, horum verborum (ſi nobis feudum apertum fuerit, **Wann es ſich vns erledigt**) hanc eſſe vim atque efficaciam, ut ſolùm inveſtientem reſpiciant, non autem ad hęredem pertineant.

9 Dictio † enim (mihi vel nobis) hoc operari non ſolet, ut propterea obligatio minus ad hæredes tranſeat, cum etiam ſtipulatio, quæ tamen eſt ſtricti juris, non videatur coarctata ad perſonam ſtipulatoris, vel promiſſoris, quãvis, nulla hæredum facta mentione, adjecta fuerit dictio (mihi) ut probatur *in l. ſtipulatio iſta habere licere*: §. *ſicut autem de verb. oblig.*

10 Ideoque, ſi quis promiſerit de ſuo dato vel facto, nihilominus tenetur de facta ipſius, cujus hæres eſt, & verſa vice, *ut docet Bart. in l. ſi ſervus: la. 2. in princip. de condict. furti.*

11 Quinimò non defuerunt, qui autumarunt, quod, etſi addita fuerit dictio (tantùm:) tamen perſona hæredis propterea non excludatur, ſed nihilominus ad ipſum obligatio tranſeat, ita per textum *in l. ſi neceſſarius*: §. *de vendendo. de pignor. actio.* tanquam ſingularem docet *Jaſon. in l. 2. §. item ſi in facto*: *num. 2. & not. Bartol. Paul. de Caſtro*, *& DD. in d. l. ſtipulatiò iſta habere licere: in princ. & ibi etiam Jaſon. num. 9. de verb. obligat.* ubi per textum illum plerique concludunt, quod, etſi quis de ſuo facto tantùm promiſerit, nihilominus tamen etiam hæredes teneantur. Quoniam, inquiunt ipſi, dictio taxativa non excludit caſus ſimiles, vel eandem rationem habentes, *l. 1. §. 1. ſi menſ. falſ. mod. dix. not. gl. & Bart. in l. ſervi nomine: de uſucapion.*

Hæres † verò tantam cum contrahente ſimilitudinem habet, ut juris ratione eadem cum ipſo perſona eſſe cenſeatur. *Auth. de jurejur. à morient. præſtit. in princ. l. hæredem: de reg. jur.* Nil igitur mirum, cur hoc etiam loco dictio taxativa perſonas tantummodo excludat extraneas, non autem ipſum hæredem. *Idem tenuit Bald. in l. fin. in fin. C. de act. emt. Alexand. in conſil. 18. Attentis narratis: lib. 5. Curtius Senior in conſil. 76. incip. Dominus Ludovicus: col. antepenult.* ubi multa in hanc ſententiam accumulat. Quæ cum ita ſint, multò minus in propoſita facti ſpecie propter dictionem (nos) excluſi videbuntur hæredes, quia nulla addita eſt dictio taxativa, quę conceſſionem hanc ad perſonam inveſtientis tantopere coarctet, præſertim verò cum non ſolùm hic verſemur in beneficiis principum, quæ latiſſimè interpretanda eſſe conſtat, *l. final. de conſt. princ. l. quidam conſulebat: in fin. de re jud.* ſed etiam hæc conditio neceſſariò apponatur, ut inveſtitura, quæ purè facta non valeret, ſaltem hac ratione ſubſiſtat, quemadmodum *quæſt. proxima* oſtendimus. Nam vel hac de cauſa tantò minus operari poteſt, ne hæredes inveſtitoris etiam teneantur: cum inducta in unum finem contrarium operari non ſoleant, *l. legata inutiliter: de legat. 1. l. legata inutiliter: de adim. legat. l. cum tale: §. fin. de condit. & demonſt.* Ex quibus non erit etiam difficile reſpondere ad omnia ea, quæ ſupra fuêre conſiderata.

Illa enim tum demum rectè procedunt, quando verba quædam fuerunt addita, quæ conceſſionem ad perſonam inveſtientis reſtringunt, cum interim verba iſta, de quibus in propoſito agimus, ejus efficaciæ non eſſe ſatis jam demonſtratum ſit. At in hanc poſteriorem ſententiam de facto conſultos reſpondiſſe memini

multos

multos Germaniæ Juriſconſultos, atq; etiam collegium Juridicum Lipſenſe, ut apparet ex conſiliis additis ad finem quæſt. ſequentis.

Quæ hactenus firmavimus, ea quidem ſecundum jus commune feudorum procedunt, Jure verò noſtro Saxonico res haud paulò aliter ſeſe habere videtur.

13 Nam † eo jure generaliter cautum eſt, ejuſmodi conceſſione hæredes inveſtientis minimè obligatos eſſe. Idque probatur primò per text. *in cap. 59.* **Lehnrecht**/ubi dicitur: **Alle Lehn ohne gewehr darben der volge.** Nam quod verba iſta (**Lehn ohne gewehr**) ſint intelligenda de ejuſmodi inveſtitura ſive **gedinge**/ in quæſtione præcedente abunde oſtendimus.

14 Quod † verò additur (**darben der volge**) hoc idem ſignificare, ac ſi diceretur, ſucceſſorem hac inveſtitura obligatum non eſſe, neque illa teneri, dilucidè apparet *ex cap. 2. cap. 14. cap. 25. cap. 27. cap. 32. in fin. cap. 44. cap 57. & cap 58. & multis aliis locis*, in quibus vocabulum iſtud (**volge**) uſurpatur reſpectu ejus, qui ſuccedit domino: & hanc habet ſententiam, ut eo denotetur, utrum quis ſucceſſorem inveſtituræ nomine compellare poſſit, atque adeò ſucceſſor iſte ratam teneatur habere inveſtituram anteceſſoris, an non.

15 Secundò † idem diſertè probat *cap. 5.* ubi text. ait: **An dem gedinge iſt fórder keine volge nicht**/quæ verba ſic interpretatur auctor diff. Juris civil. & Saxon. ſi dominus feudi alicui fecerit gratiam, in feudo alicujus poſt mortem ejus, qui hæredes non habet, maſculos, tum, ſi dominus feudi interim moriatur, antequam ille, cui quid promiſſum fuit, ad feudum perveniat, non tenetur filius domini, patris promiſſa vel inveſtituram ratam habere: & hunc verum eſſe ſenſum horum verborum, ex ijs, quæ jam diximus, ſatis liquidum eſt. Quia verò ea, quæ poſtmodum adduntur, **Es were dann/ das der ſtúrbe in einem Jahr/ dem das Gut geliehen was/** aliquanto obſcuriora ſunt, ac propterea etiam præcedentibus obſcuritatem quandam pariunt.

16 Ideo † ſciendum, jure Saxonico eſſe ſtatutum tempus anni, & ſex ſeptimanarum ad petendam renovationem inveſtituræ, ut apparet *ex cap. 44. & cap. 50.* atque hanc quidem renovationem inveſtituræ etiam is, qui ſub caſum mortis alterius erat inveſtitus, petere aſtrictus erat, tum temporis, quando poſſeſſore mortuo, feudum ad ipſum pertinere cœpit, ut diſertè probatur *in cap. 57. ibi:* **Dann das er es den Herrn erinnere binnen ſeiner rechten Jahrzahl** Si autem intra hoc anni ſpacium mortuus fuerit inveſtitus, non petita renovatione, tum nihilominus ad filios ſuos feudum tranſmittit, ut habetur *in cap. 27.*

Sic etiam vice verſa, ſi dominus intra illum annum mortuus fuerit, tum nihilominus ſucceſſor ejus tenetur *cap. 57.* ibi: **Stirbet auch ein Herr/ oder leſt er auff ſeines Mannes Gut binnen der Jahrzahl/ als es dem Man angeſtorben iſt/** quod igitur *in d. cap. 5.* dicitur, **Es were denn/ das der ſtirbet in einem Jahr/ dem das Gut geliehen was/** id hanc, quam modò diximus, habet ſententiam, ut, licet ejuſmodi conceſſio ſive **gedinge** transferri ad ſucceſſorem non ſoleat, tamen ſi, poſſeſſore mortuo, feudum ad inveſtitum pertinere cœperit, tum, ſi etiam is intra annum petendæ inveſtituræ deceſſerit, feudum hoc tranſmittat. Neque mirum alicui videri debet, nos hic præſupponere, poſſeſſorem feudi mortuum eſſe. Nam cum text. annum ſpacium conſideret, atque hujus tum demum rectè haberi ratio ſoleat, quando mortuo poſſeſſore agitur de renovatione inveſtituræ, quæ prius non requiritur: neceſſarium eſt omnino, etiam in caſu illius textus poſſeſſorem mortuum eſſe. Eſt enim hoc quodammodo peculiare juris Saxonici, ut de hoc anno

Digitized by Google

nuo ſpacio (von der Jahrzahl) verba faciens tacitè præſupponat, poſſeſſorem eſſe mortuum: quod expreſsè dicit *in cap.57.* Sic etiam interpretationi noſtræ non obſtant verba illa (dem das Gut geliehen was) quaſi ea potius poſſeſſorem feudi ſignificent, quàm ſub conditione mortis ejus inveſtitum. Nam quemadmodum annuum ſpacium, quod in textu attenditur, neceſſariò præſupponit, poſſeſſorem feudi jam mortuum eſſe, ita etiam ex hoc ipſo conſectarium omnino eſt, verba finalia nõ de poſſeſſore feudi, ſed de inveſtito eſſe accipienda, cum alioqui nulla commoda poſſet afferri ratio, cur annus conſideretur. Neque etiam rarum eſt, ut capitulis juris feudalis Saxonici etiam is, qui in caſum mortis inveſtitus eſt, dicatur, mit dem Gut beliehen/ ut apparet *ex cap.7. in princ. ibi*, Wann ein Herr ſeinen Mann leihet ein Gut/ & multis aliis in locis. Ex quibus ſatis planus erit intellectus, *d. cap.5.* hactenus admodum difficilis reputatus. Circa quem tamen textum advertendum eſt etiam, cum verba illa (Es were dann/ das der ſtürbe) quæ exceptivè præcedentibus annectuntur, reſpiciant tranſmiſſionem ex parte inveſtiti, inde non præter rationem colligi poſſe, etiam præcedentia verba (an dem gedinge iſt fürder keine volge nicht) eſſe generaliter intelligenda non ſolùm de tranſmiſſione ex partè domini inveſtientis, ſed etiam ex parte inveſtiti, atque ideò hoc ipſo etiam probari, id quod in præcedenti quæſtione aſſeruimus, jure Saxonico hanc conceſſionem ad hæredes inveſtiti non devolvi. Exceptio enim plerunque de regula eſſe, eandemque declarare ſolet. *l. nam quod liquidæ. § fina. de pen. legat. l. Proculus: cum ibi not. per DD. de uſufruct. not. in l.1. de reg. jur. Alexand. in l. ſenium. C. qui teſt. facer. poſſeſſor. Roman. in conſil. 107.*

Tertiò hanc ſententiam magis etiam confirmat *cap.XI. ibi:* Den mag er nicht gefolgen an einen andern Herrn/ ob der erſte ſtirbet. His enim verbis utique diſertè diſponitur, eum, qui ejuſmodi inveſtituram ſive poſſeſſionem adeptus eſt, non poſſe eo nomine compellare ſucceſſorem domini defuncti. Adminiculatur hiſce quartò, quod textus *cap.57.* ibi: Stirbet auch ein Herr/ oder leſt er auff ſeines Mannes Gut binnen der Jahrzahl/ als es dem Manne angeſtorben iſt/ ad hoc, ut inveſtitus ſucceſſorem domini inveſtituræ nomine jure requirere poſſit, exigit, dominum poſt feudi poſſeſſorem, & quidem intra anni ſpacium mortuum eſſe. Si enim ſucceſſor indiſtinctè ex inveſtitura anteceſſoris obligatus eſſet, nihil referret, utrum ante, vel poſt feudi poſſeſſorem, quoúe tempore pòſt mortuus eſſet inveſtitor: ſed cum textus exigat, poſſeſſorem mortuum eſſe, & tam anxiè conſideret, dominum intra annum eſſe defunctum, ſatis denotat, ſucceſſorem domini alioqui inveſtituræ nomine compellari non potuiſſe. Dubium itaque non eſt, quod jure Saxonico ſucceſſor domini ante poſſeſſorem feudi defuncti, inveſtituram in caſum mortis poſſeſſoris factam, ratam habere non teneatur, ut rectè aſſeverat auctor differentiarum juris civil. & Saxon. *diff.67.* monens, etiam hoc ita paſſim obſervari. Addit tamen ibidem, hoc tum demum locum habere, quando nulla hæredum facta mentione, inveſtitura facta eſſet: ſi verò dominus eandem pro ſe & hæredibus ſuis conceſſiſſet, tum exiſtimat, etiam hæredes cogi, poſt mortem patris inveſtituram ratam habere, ſubjungens hæc ita practicari. (*b*) (*b*)

Sed † etſi hæc verbis juris Saxonici ita ſint definita, ego tamen eadem 17
uſu obſervata, nunquam memini, quin potius ſæpius in foro noſtro, etiam ante Conſtitutiones Electorales editas ſecundum jus commune tam reſponſum, quàm judicatum fuiſſe ſcio, hæredem domini inveſtituram ejuſmodi conce-

concedentis, eam ratam habere debere. Id quod etiam quamplurima, quæ apud me extant, anteceſſorum noſtrorum teſtantur reſponſa, quæ, ſi opus eſſet, huc referre poſſem. Non itaque adſtipulari poſſum auctori differentiarum de conſuetudine aſſeveranti, atque nihil interim, quod fidem ſibi arroget, in medium afferenti, ſed magis auctoritate atque præjudiciis anteceſſorum nixus contra teſtimonium dicere non dubito, hanc juris Saxonici diſpoſitionem, ut multa ejus juris alia, uſu non eſſe approbatam, neque receptam, ac propterea nec in poſterum eam attendendam, ſed tam in reſpondendo, quàm judicando juris commu-
18 nis regulas ſequendas eſſe, cum, † ut ſæpius jam diximus, leges Saxonicæ in judiciis eatenus duntaxat juris auctoritatem obtineant, quatenus uſu ſunt comprobatæ. Atq; hoc tandem etiam Conſtitutionibus Electoralib. clarè eſt ſancitum *parte 2. conſt. 45.* ubi diſertis verbis diſponitur, etiam in foro Saxonico hærede domini inveſtientis ex promiſſione ejuſmodi obligatū eſſe, etiamſi nulla ejus facta fuerit mentio, ut ita nunc res omnis controverſiæ expers eſſe vi-
(c) deatur. (c) Et licet propterea etiam minimè neceſſe fuiſſe videatur, de jure Saxonico tam multis verbis agere: quia tamen exiſtimavi, fore aliquos, qui ſolidam juris cognitionem ſectantes, quid jure Saxonico hac de re cautum ſit ſcire expetituri eſſent, & verba illius juris non ita plana ſunt, ut non ſcrupulum alicui facilè movere poſſint, ideo hæc copioſi. declarāda eſſe duxi: tum ut honeſtæ ſtudioſorum cupiditati aliqua ex parte obſequerer: tum etiā, ut, cum videam, juri Saxonico jam ante Conſtitutionem fuiſſe derogatum, vel potius id nunquam uſurpatum, inde nobis conſtaret, ea, quæ Conſtitutione Electorali ſancita ſunt, etiam in aliis provinciis jure Saxonico utentibus tutò quem ſequi poſſe.

Porrò † concluſio noſtra, qua do- 19
cuimus, hęredem domini inveſtituram in caſum mortis ab ipſo factam, ratam habere debere, declaratur *à Matth. de Afflict. in d. c. 1. qui ſucceſſ. tenean. tit. 2. numer. 52.* (d) ut non procedat in feu- (d)
do ex pacto & providentia: quoniam, inquit, in hoc feudorum genere alius ab alio cauſam non habet. non igitur ſucceſſor ad factum anteceſſoris tene- Nos verò huic interpretationi minimè aſſentiri poſſumus.

Primò † enim adverſantur illi ver- 20
ba textuum, ſupra adductorū, qui cum omnes generaliter loquantur, haud videtur rationi conſentaneum, eoſdem ad feuda hæreditaria reſtringi, ſed magis eſt, ut generaliter intelligantur, *l. de precio. de publ. & l. 1. §. generaliter: de leg. præſtand.*

Secundò hæc reſtrictio minimè convenit cum natura feudi hæreditarii. Oſtendimus enim ſupra *quæſt. 1.* admodum prolixè, naturam hujus feudi, quam interpretes communiter illi tribuunt, jure feudali minimè fuiſſe cognitam, ſed eam omnem ex proprietate verborum in inveſtitura uſurpatorum oriri. Quomodo igitur quæſo textus juris feudalis de feudo hæreditario commodè intelligi poterunt? quin potius omnia ea, quæ hoc jure diſpoſita reperiuntur, longè rectius de feudo ex pacto & providentia accipientur: quippe cum iſtud proprium & rectum feudum ſit, de quo jura feudalia potiſſimum loquuntur, ut ſupra *quæſtione prima* copioſè oſtenſum fuit.

Tertiò huic opinioni refragantur ea, quæ in principio hujus quæſtionis contra communem rationem concluſionis noſtræ conſideravimus. Demonſtravimus enim id, quod de hærede in textu noſtro dicitur, minimè de qualitate hæreditaria capiendum, neque rationem hujus textus in illa conſiſtere, ſed potius in eo, quia filius à patre cauſam habet: quæ quidem ratio non

factam, vide *Peregrin. conſil. 28. n. 7. vol. 1. Hieron. Schurf. conſil. 59. cent. 2. Zaſ. de feud. part. 6. n. 19. Borcholt. de feud. cap. 7. n. 19. part. 1. Vultej. lib. 1. cap. 10. n. 6. de feudis, Schrader. tract. feudal. part. 3. cap. 2. numero trigeſimo tertio.*

(*b*) Hæc ita practicari] Vide *Matth. Coler. deciſ. 88. n. 2. part. 1.* ubi ita paſſim à principibus hodie obſervari teſtatur, *Schurff. conſil. 16. cent. 1. Zobell. lib. 2. differentiar. jur. civ. & Saxon. differ. 39. n. 7. conſult. Saxon. part. 1. quæſt. 23. tom. 1.*

(*c*) Expers eſſe videatur] Vide *Dan. Moller ad conſtit. Electoral. 45. num. 3. part. 2. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 50. n. 8. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 303. hodie 308.*

(*d*) Tit. 2. num. 52.] Et *Andr. de Iſernia ibid. num. 8. poſt med.*

(*e*) In feudo ex pacto.] Vide *Roſenthal. tract. feud. cap. 6. concl. 15. num. 2. in fin. & n. ſeq. Schrader. de feud. part. 3. cap. 2. nu. 27.* ubi hoc limitant, ut primò non procedat, ſi dominus dixit, dabo feudum, ſi me vivo, vel nobis vivis aperiatur, **wenn es bey unſerm Leben erledigt wird.** Secundò ſi ſucceſſor non ſit hæres domini inveſtientis, ſed tantùm ſucceſſor dignitatis *Daniel Möller ad conſtit. Electoral. Saxon. 45. num. 6. part. 2. Modeſtin. Piſtor. conſil. 40. num. 63. vol. 2.* Hinc concludunt Imperatorem, qui non jure hæreditario, ſed Electorum ſuffragiis imperium conſequitur, ejuſmodi inveſtituram ratam habere non debere, *Borcholt. de feud. cap. 7. part. 1. num. 19. ſub fin. Schrader. de feud. part. 3. cap. 2. num. 25. Roſenthal. de feud. cap. 6. concl. 17. num. 2. & ſeq. Andr. Rauchbar. part. 2. quæſt. 11. num. 70. & ſeq.* niſi is qui ejuſmodi inveſtituram habet, ſtatim in initio Imperii talem inveſtituram à novo Imperatore renovari & confirmari petat, *per ea quæ tradit Anton. Hering. de fidejuſ. capite vigeſimo ſeptimo, parte quinta, numero centeſimo, & ſeq.*

(*f*) Ratam habere cogentur] Diſſentit *Matth. Coler. deciſ. 93. n. 7. per text. in c. 1. qui ſucceſſor. feud. dar. tenentur,* ubi tamen Facultatem Juridicam Lipſenſem contrarium pronunciâſſe fatetur.

(*g*) Inveſtito faciendam] Idem docet *Schrader. tractat. feudal. part. 3. c. 2. n. 26. verſ. quartò hoc fallit.* Pulchrè *Roſenthal. de feud. cap. 6. concl. 17. n. 5. 6. 7. & ſeq. Matth. Weſenbec. conſil. 64. n. 13. part. 2.*

QUÆSTIO XXVII.

SUCCESSOR EPISCOPI, AN TENEATUR HABERE RATAM INVESTITURAM anteceſſoris cum conſenſu capituli factam de feudo vaſalli adhuc viventis: & an ſufficiat, conſenſum hunc ex intervallo accedere, quomodo idem accipiendum ſit id, quod in tit. qui ſucceſſor. teneantur, dicitur, ſucceſſorem teneri, quando inveſtitus, conſentiente poſſeſſore, in poſſeſſionem miſſus eſt.

SUMMARIA.

1. *Succeſſor Epiſcopi non tenetur ratam habere inveſtituram factam de feudo adhuc viventis, & quæ ſit ejus ratio.*
Niſi capitulum conſenſerit, nu. 16. & ſeqq. & 21. Vel, niſi conſentiente poſſeſſore, inveſtitus in poſſeſſionem miſſus ſit, num. 40. ubi declaratur etiam, quomodo hoc ſit accipiendum.

2. *Epiſcopi & prælati præſentium tantum rerum adminiſtrationem habent.*
Niſi conſenſus capituli acceſſerit, num. 22.

3. *Succeſſor in dignitate Eccleſiaſtica non ſucceſſionis jure, ſed ex electione, proprio jure ſuccedit.*
Ideoque factum anteceſſoris præſtare non devinctus eſt.

 4. *Ver-*

4. *Verba generalia generaliter intelligenda.*
5. *Res facilè revertitur ad naturam ſuam.*
6. *Extenſio admittitur etiam in materia correctoria, quando res reducitur ad jus commune.*
7. *Exceptio extendit regulam ad omnes caſus non exceptos, declaratur num. 28.*
8. *Conſenſus capituli requiritur, ut bona in feudum concedi poſſint.*
Niſi fuerint bona ſolita infeudari, num. 29.
9. *Verba legum ſunt intelligenda de actu valido.*
10. *Lex de aliquo actu diſponens omnes ſolennitates interveniſſe præſupponit.*
11. *Lex dubitans de uno in cæteris habilitatem præſupponit.*
12. *Conſenſus adhibitus circa actum, eo annullato, nihil operatur.*
13. *Procurator ab Epiſcopo conſtitutus etiam cum conſenſu capituli ceſſat, mortuo prælato. Secus quando capitulum unà cum prælato conſtituiſſet procuratorem, num. 20. Item declaratur alio modo, num. 33.*
14. *Conſenſus ad unum effectum præſtitus alium operari non debet.*
15. *Capitulum ideò conſentire videtur, ut robur addat negocio, non ut ſemetipſum obliget. Contrà num. 31. & 35.*
Conſentiens auctoritatem præſtando actui, ipſemet obligari non ſolet. Declaratur num. 35.
16. *Conſenſus capituli contractum Epiſcopi realem efficit, & ſucceſſorem obligat, & quæ ſit ejus ratio, & num. 21.*
17. *Capitulum & Eccleſia nunquam moritur.*
18. *Epiſcopus vel prælatus cur teneatur ratum habere id, quod capitulum cum anteceſſore geſſit.*
19. *Culpa ei imputari non poteſt, ex cujus perſona quis lucrum habet.*
23. *Eccleſia fraudem in contractibus adhibere non debet.*
Item, debet eſſe tutrix & auctrix juſtitiæ.
24. *Eccleſia ſi duobus rem vendiderit, primus ſemper præfertur, non obſtante l. quoties.*
25. *Ratio, ut anima corpori, verbis dominatur.*
Eadem reſtringit dictum, etiamſi expreſſa non ſit. Quando una ſolum ratio reddi poteſt, ea pro expreſſa habetur.
26. *Tit. qui ſucceſſ. teneant. intelligendus eſt, quando inveſtitura ſine conſenſu capituli facta fuerit, de bonis ſolitis infeudari, num. 29.*
20. *Votum captandæ mortis intra certum tempus reſtrictum periculoſius eſt, quàm cui tempus nullum eſt præfinitum.*
30. *Conſenſus capituli non cenſetur acceſſorius.*
Capitulum ex proprio conſenſu obligatur, etiam defuncto Epiſcopo.
31. *Conſentiens efficaciter obligatur.*
32. *Acceſſorium non ſemper tollitur ſublato principali, quando diverſa ratio ſubeſt.*
34. *Mandatum regulariter morte mandantis expirat.*
35. *Conſentiens quando auctoritatis & quando obligationis gratia conſenſiſſe cenſeatur.*
36. *Quando conſenſus ad ſolennitatem requiritur, tunc in ipſo actu intervenire debet. Secus aliàs num. 38.*
37. *Conſenſus capituli etiam ex intervallo accedere poteſt inveſtituræ, ad hoc, ut ſucceſſorem obliget.*
Conſenſus capituli in rebus infeudari conſuetis non requiritur pro ſolennitate.
39. *Conſenſus capituli ex intervallo accedere poteſt alienationi rei Eccleſiaſticæ.*
41. *Textus in c. 1. qui ſucceſſ. teneantur, quatenus loquitur de miſſione in poſſeſſionem, declaratur, reprobata opinione Andreæ de Iſernia, & Matth. de Afflict. numero quadrageſimo octavo.*
42. *Andreæ de Iſernia locus declaratur contra Afflictum.*
43. *Matth. de Afflictis locus declaratur, & idem erroris convincitur, num. 45.*
44. *Conſenſus poſſeſſoris non ſufficit ad hoc, ut ſucceſſor prælati inveſtituram factam de feudo defuncti ratam habere teneatur, contra Afflict.*
46. *Succeſſor Epiſcopi ut teneatur ratam habere inveſtituram anteceſſoris, non ſufficit ſimplex miſſio in poſſeſſionem, niſi poſſeſſor juri ſuo penitus renunciet contra Iſerniam.*
47. *Conſentiens alienationi rei ſuæ, cenſetur juri ſuo renunciaſſe.*

Quamvis ſucceſſor domini, qui alterum de feudo alieno ſub conditione mortis poſſeſſoris inveſtierat, & ante poſſeſſorem deceſſerat, inveſtituram hanc ratam habere teneatur, ut in præcedente quæſtione viſum fuit: tamen in eo, qui perſonæ Eccleſiaſticæ ſuccedit, res aliter ſeſe habet. (a) (a)

1 Nam † ſi Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas vel Abbatiſſa inveſtituram ejus feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, ut poſt obitum ejus qui poſſidet, habeat, & ante deceſſe-

Digitized by Google

ceſſerit Epiſcopus, quàm ille, qui feudum poſſidebat, ſucceſſores ejus non coguntur eam inveſtituram facere, vel confirmare, *c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. poſſ. & c. 1. qui ſucc. feud. teneant, c. 1. de clerico, qui inveſt. facit. (b)*

(b)

2 Cujus † hæc eſt ratio, quod Epiſcopi & præſules Eccleſiarum præſentium tantùm rerum, non etiam poſt mortem ſuam gerendarum habent adminiſtrationem, *c. fin. 12. q. 1. & c. 2. de donat. Innoc. in c. 1. de majo. & obed. (c)* Non itaq; falcem veluti in meſſem injicientes alienam ſucceſſoribus præjudicare poterunt, *ut ait Bald. in l. emtorem, C. locati.*

(c)

3 Qui † enim in ipſorum loca ſubſtituuntur, non ſucceſſionis jure, ſed vel poſtulationis, vel electionis, & ſic novo titulo, & novo jure ad illam dignitatem ſive officium adſcendunt, *c. ad decorem, de inſtit. c. 1. de prabend. c. Apoſtolica, 8. qu. 1. c. 2. de conceſ. prabend. c. conſultationibus, de jure patronatus, Johan. de Anan. in c. fin. col. 6. in fin. ne prælati vices ſuas.* Non mirum igitur, cur, cùm nullam ab anteceſſoribus cauſam habeant, factum eorum præſtare non teneantur, *Bald. in l. 1. & ibi Jaſ. num. 14. de conſtit. princ. tradunt Feudiſtæ in d. c. 1. & ibi Matth. de Afflict. n. 53. qui ſucceſſ. teneantur.* Sed hoc loco in controverſiam vocari ſolet, quid juris ſit, ſi inveſtitura cum conſenſu capituli facta fuerit.

Nam quod etiam accedente capituli conſenſu locum habeant jura paulò ante adducta, ſuadere videntur verba ipſorum, quæ †

4 cùm admodùm ſint generalia, generaliter accipieda erunt, *l. fin. C. de dot. promiſſ. l. 1. §. generaliter, de legat. præſtand.* ubi enim lex non diſtingvit, neq; nos diſtinguere debemus, *l. de precio. de public.* Idq; in propoſito vel ideò magis procedere deberet, quia hic verſamur in interpretatione caſus, qui excipitur à regula juri communi propter votum captandæ mortis, ut pleriq; exiſtimârunt, quodammodo repugnante, ac propterea odioſa, ut videlicet hac ratione tàm odia, ut par eſt, reſtringantur, *c. odia, de reg. jur. in 6.* quàm etiam res ad terminos juris communis reducatur, ſecundùm cujus rationes ejuſmodi pacta improbata eſſe videntur.

Res † enim facilè revertitur ad naturam ſuam, *l. ſi unus, §. pactus ne peteret, verſ. Ne in ſpecie, de pactis, Jaſ. in l. cum filiofamiliâs, n. 67. de legat. 1.* 5

Ex † quo generaliter tradidit gloſſ. 6 *in c. ſtatutum, verb. numerandum, de præbend. lib. 6.* Quod licet in materia correctoria non ſit facilè admittenda extenſio, iſtud tamen non procedat reſpectu exceptionum, cùm ex illarum extenſione res redigatur ad terminos juris communis, quod ſequuntur communiter Interpretes *ibi, & Decius in c. paſtoralis, n. 7. de except.*

Secundò hoc argumentum confirmatur etiam ex eo, quod textus *in d. c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. tenean.* poſtquam hanc tradiderat regulam, ſucceſſorem Epiſcopi ex ejuſmodi inveſtitura obligatum non eſſe, inde hunc tantummodò caſum excipit: niſi ille, qui inveſtituram acceperit, nomine ejus feudi in poſſeſſionem miſſus ſit.

Hæc † enim ipſa exceptio denotare 7 videtur, regulam in omnibus aliis caſibus, uno hoc excepto, locum habere: cùm de natura exceptionis ſit declarare regulam, & ejus vires ad omnes alios caſus, præter eum, qui excipitur, porrigere, *l. cùm prætor, de judic. & l. maritus, C. de procurat. l. nam quod liquida, §. de penult. legat. l. quæſitum, §. denique, & ibi not. Bart. de fund. inſtr. & inſtru. legat.* Nam ſi regulæ iſti locus non eſſet, capitulo conſentiente, hunc caſum perinde ut alium eodem negocio & facilitate excipere potuiſſet auctor illius reſponſi, quòd cùm prætermiſerit, veriſimile ſit, textum illum ita intelligendum eſſe, ut locū ſibi vendicet, quamvis capituli conſenſus acceſſerit, *l. unica, §. ſin autē ad deficientis, C. de cadu. toll. l. ſi ſervum, §. non dixit prætor, de acquir. hæred. l.*

red. l. 1. ibi. utique enim ſcit prætor, ſi menſ. falſ. mod. dix.

8 Tertiò † huic ſententiæ ſuffragatur, quoniam regulariter ad hoc, ut bona Eccleſiaſtica jure alienari, & in feudum concedi poſſint, requiritur conſenſus capituli, *ut eſt text. & ibi not. Abb. & Dd. in c. Tua nos, & in c. continebatur, de his quæ fiunt à prælat.* ubi uno ore concludunt, etiam in conceſſionibus ad vitam eaſdem neceſſàrias eſſe ſolennitates, quæ ſolent intervenire in alienationibus perpetuis. Quamobrem cùm textus ſupra adducti ſimpliciter de inveſtitura ab Eccleſiaſtica perſona data loquantur, neq; de hoc, utrum ea valida ſit, dubitent, ſed de eo tantùm quærant, an ſucceſſorem obliget: præſupponendum ſanè eſt, eam ſolenniter, atq; utiliter factam, atq; adeò conſenſum capituli interveniſſe.

9 Nam † verba legum ſicut cujuſvis alterius diſpoſitionis ſunt intelligenda de actu valido, *l. quoties, qui ſatiſd. cog. l. non putavit, §. non quis, de bonor. poſſ. cont. tab. l. 4. §. condemnatum, de re jud. c. propoſuiſti, ubi not. Dd. de foro compet.*

10 Et † quoties lex de actu aliquo diſponit, non facta mentione ſolennitatis, omnes eas interveniſſe ſubintelligendum eſt, *arg. l. 2. §. prætor ait, junct. gl. in verb. vocabit, qui ſatiſdare cogant. Jaſ. in l. cum filiofamil. n. 69. de legat. 1.*

11 Sic † etiam quando de uno dubitatur, præſupponitur habilitas in omnibus aliis, *l. 3. de obſeq. præſtand. c. Non debet de conſangu. & affinit.* quæ jura ad hoc propoſitum adducit *Gribald. lib. 2. de rat. ſtud. ſub tit. Habile, inhabile.*

Secundùm hæc itaq; dato ſupra citatos textus eſſe intelligendos de inveſtitura cum conſenſu capituli facta, dilucidè ſanè probabunt, quod, etſi conſenſus capituli acceſſerit, non tamen propterea magis obligetur ſucceſſor præſulis.

Accedit hiſce quartò, quod, licet capitulum conſenſerit, is tamen conſenſus non videatur principaliter conſiderandus, ſed duntaxat acceſſorium quiddam eſſe ad conceſſionem Epiſcopi, qui principaliter inveſtituram dedit. Ex quo fit, ut actu principali morte Epiſcopi extincto, etiam conſenſus iſte corruat, juxta vulgatam regulam, cùm principalis cauſa non ſubſiſtit, *l. cum principal. de reg. jur.* Non igitur conſenſus iſte capituli ad magis obligandum ſucceſſorem quicquam momenti afferre poſſe videtur.

Nam † conſenſus adhibitus circa 12
actum aliquem, hoc annullato, nihil operatur, *l. 4. §. fin. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. Bald. in l. ſi diverſa, C. de tranſact.* ubi inde concludit, quod remiſſio facta ab aliquo in compromiſſo, intelligatur, ſi compromiſſum habuerit effectum, & laudum ſecutum fuerit.

Quinimò hoc ipſum ex ratione iſta veluti in ſpecie docuiſſe videtur *Abb. in clem. fin. de procurat.* dum per illum textum concludit, ſi † prælatus, qui princi- 13
paliter procuratorem conſtituit, mortuus fuerit, cùm mandatum procuratoris expirare, ſive cum conſenſu capituli, ſive abſque eo procurator fuerit conſtitutus. *Idq; ſequitur Johan. de Imol. ibi, num. 11. & num. 15.*

Facit huc trita illa, & crebris Interpretum ſermonibus uſurpata regula, quæ docet conſenſum † ad unum ef- 14
fectum præſtitum non debere alium operari, *l. jubemus, C. ad Vellejan. Bald. in c. 1. col. 5. an agnat. vel filius.*

Nam † capitulum ideò conſenſiſſe 15
videtur, ut robur addat inveſtituræ à præſule factæ, quæ alioqui non ſubſiſteret. Non igitur hoc ipſo obligationem perpetuare voluit: cùm præſertim is, qui conſentit, auctoritatem præſtando actui ipſemet obligari non ſoleat, *l. cùm quadam, C. de admin. tutor. l. Cajus, ubi hoc not. Paul. de Caſtr. de pig. act. Bal. in l. fin. §. neceſſitatem, C. de bon. quæ libe.* Sed etſi hæc atq; alia ejuſmodi in diverſas diſtrahere cogitationes animũ poſſint: ſi tamen quis recto judicio rem iſtam perpenderit, facili negocio de-

Digitized by Google

tio deprehendet, quando inveſtitura hæc, de qua nobis ſermo hic eſt inſtitutio, cum conſenſu capituli data fuerit, quod ſucceſſor antiſtitis eam habere ratam teneatur.

16 Eſt enim pro regula traditum, quod, licet contractus ab Epiſcopo celebratus perſonalis plerumque eſſe, & cum perſona contrahentis extingvi ſoleat, ſi tamen conſenſus capituli acceſſerit, realis fiat, atque adeò ſucceſſorem etiam obliget, *ut docent Anton. de Butr. Abb. & Johan. de Anan. & communiter Interpret. in c. fin. ne prælati vices ſuas*: inde concludentes, ſucceſſorem prælati ratam habere debere locationem ab anteceſſore factam: cujus hanc afferunt rationem, quoniam reſpectu capituli perſona contrahentis nunquām variatur, ſed ſemper eadem exiſtit: quippe

17 † cum Eccleſia nunquam moriatur, *c. ſi gratioſè de reſcr. in 6. 12. quæſt. 2. c. liberti.*

Non mirum itaq; cur proprio ipſius facto reclamare nequeat. Sed hæc ratio magis reſpicit ipſum capitulum, quàm perſonam prælati: quare cur etjam prælatus propter capitulum vel Eccleſiam conſentientem teneatur ratum habere factum defuncti, hæc po-

18 teſt addi ratio, quoniam † Epiſcopus beneficio capituli ad honores aſcendit, rerumq; Eccleſiaſticarum emolumento fruitur. Non immeritò itaque aſtrictus eſt ad præſtandum id, quod geſtum eſt per capitulum, ut proinde factum illius perſonæ exequatur, cujus beneficio lucrum eſt conſecutus, *l. ex qua perſona, de reg. jur.*

19 Neq; † enim culpa imputari poteſt ei, ex cujus perſona quis lucrum habet *l. cum in fundo, §. quod ſimiliter, juncta gloſ. in verb. ex quo ipſa lucrum, de jur. dot.*

Et hoc eſt, *quod dicit Bald. in c. 1. in fin. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant, tit. 1.* quod prælatus non obliget ſucceſſorem ſua

20 perſonali obligatione, quia † nihil in eum tranſmittit, ſed realis & perpetua obligatio Eccleſiæ eſt illa, quæ obligat ſucceſſorem.

Idem probatur *not. per gloſſ. in clem. fin. de procuratoribus*, dum textum illum diſponentem, quod per mortem præſulis revocetur procurator ab eo conſtitutus, reſtringit, ut non procedat, quando unà cum prælato capitulum procuratorem conſtituit, *quam gloſſ. ſequuntur Abb. Johan. de Imol. Zabarell. & communiter Interpretes ibi.*

Pertinet † hûc, quod tradidit *Bald. in l. fin. C. ſine cenſu vel reliquis*, ubi hoc, quod dicitur, obligationes prælati nō tranſire in ſucceſſorem, declarat, niſi intervenerit conſenſus capituli. Nam quia capitulum, inquit, non moritur, obligatio perſeverat, cùm etiam ſucceſſorem habere non poſſit, quia mori non poteſt, *ut not. Innoc. in c. eſſent. extra. de præbend.* 21

Ex quo ſcriptum reliquit *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 101.* quod † licet 22
Epiſcopus non habeat poteſtatem diſponendi de futuris in præjudicium ſucceſſoris, ſecus tamen ſit, ſi cum conſenſu capituli id factū eſſet, quia tunc cum ipſa Eccleſia videtur contrahere, quæ nunquam moritur, *12. q. 2. c. libert.*

Quibus adminiculatur etiam, quoniam, ſi capitulo concederetur, ut à contractu ſuo ipſius conſenſu celebrato reſilire poſſet, tùm ſanè libera defraudandi alios permitteretur facultas Eccleſiæ, contra *c. per tuas de donat.* ubi ſancitur, Eccleſiam † nullam in con- 23
tractibus ſuis fraudem adhibere debere: quam rationem etiam conſiderat *Socinus ſenior in conſil. 32. incipiente: Ex iis quæ in facto narrantur, verſic. Tertiò prædicta concluſio, vol. 1.* Quin potiùs cùm nihil humanæ fidei tàm ſit conſentaneum, quàm ea ſervare, quæ placuerunt, *l. 1. in prin. de pact. l. 1. de conſt. pec.* id vel maximè in Eccleſia ſanctè obſervari debet: quippe cum ea tutrix & auctrix eſſe debeat juſtitiæ, *c. 1. §. ſed diverſum, de alien. feud.* unde à plerisq; traditum, quod, etſi, re duob. promiſſa, is ſit præferendus, qui poſſeſſionem nactus eſt, *l. quoties, de rei vend.*

24 Secus † tamen ſit in re promiſſa ab Eccleſia propter fidei ſanctitatẽ, quam illa præ cæteris colere debet, *Innoc. & Johan. Andr. in c. continebatur, de his quæ fiunt à prælat. Roman. in conſil. 298. circa præmiſſam, n. 2.* Denique ne mendicatis tantùm ſuffragiis uti videamur, hoc ipſum, quod videl. ſucceſſor prælati teneatur ratam habere inveſtituram anteceſſoris, in caſum mortis alterius factam, ſiquidem conſenſus capituli acceſſerit, in ſpecie docuit *Matth. de Afflict. in c. 1. n. 14. qui ſucceſſ. feu. dar. tenean.* Quæro, *inquit*, ſi prælatus cum conſenſu capituli inveſtivit Titium in diem de feudo viventis, abſq; ejus conſenſu, & moritur deinde prælatus ante diem, utrum eveniente die, teneatur ſucceſſor confirmare inveſtituram: Reſpondeo, textus iſte non diſtingvit in hoc, ſed certè per alia jura fit diſtinctio prædicta, & ſic ſucceſſor obligatus eſt confirmare inveſtituram, *allegat Card. in conſil. 95. verſ. ſed etiam alio capite, Bald. in conſil. 414. vol. 2. & in l. fin. C. ſine cenſu vel reliquis, & Johan. de Anan. in c. fin. ne prælatus vices ſuas:* verùm neq; Card. qui aliâs Zabarella dicitur, neq; Bald. in ſuis conſiliis hoc ſatis dilucidè probant, ſed magis firmatur ex iis, quæ tradit *Johan. de Anan. in d. c. fin. & Bald. in d. l. fin.* ut apparet ex illis, quæ ſupra retulimus, & hanc doctrinam Afflict. ſecutum eſt Collegium Juridicum Lipſenſe & Francofordienſe, ut liquidum eſt ex conſiliis ad calcem hujus quæſtionis additis, & ſecundùm eam ſæpiùs tàm reſponſum, quàm judicatum eſſe
(d) ſcio. (d)

Reſtat, ut diluamus etiam ea, quæ ſupra dubitationis movendæ gratia conſideravimus, id quod non uſq; adeò difficile eſt. Nam quod attinet ad capitula juris feudalis, licet admodùm generaliter loquantur illa, hoc tamen non impedit, quò minùs ex ratione eorum reſtringantur.

25 Etenim † ratio perinde, ut anima corpori, verbis dominatur, *l. ſcire leges, de LL. l. cùm mulier, & ibi Dd. ſolut. matri.* & cujuſq; diſpoſitionis ratio eandem reſtringit ad limites ipſius rationis, *l. cùm pater, §. dulciſſimis, & ibi Bart. de legat. 2. l. adigere, §. quamvis de jure patron.* id quod non ſolùm procedit, quando ratio eſt expreſſa, ſed etiam quando unica tantùm aſſignari poteſt, *ut ait. Dd. in l. non dubium, C. de LL. & in l. maximum vitium, C. de liber. prætérit.* quippe cum hoc caſu illa pro expreſſa habeatur, *gloſſ. ſing. in l. quamvis, & ibi Bald. & Paul. de Caſtro not. C. de fideicommiſſ.*

Oſtendimus † autem ſupra in principio hujus quæſtionis, 26 rationem horum capitulorum iſtam eſſe, quoniam antiſtes præſentium tantùm rerum adminiſtrationem habens in futuris præjudicare ſucceſſoribus non poteſt, ſed hanc rationem tunc, quando conſenſus capituli intervenit, ceſſare, & contractum, qui perſonalis fuerat antea propter conſenſum, realem, & tranſitorium in hæredes effici, paulò ante prolixè firmavimus. Conſequens igitur eſt, ad hunc contractum, cui conſenſus capituli acceſſit, adaptari jura illa nullo modo poſſe.

Ceſſante enim ratione ipſa diſpoſitio, ut ceſſet, neceſſe eſt, *l. quod dictum, de pactis, c. cum ceſſante, de appellat.* Quod autem circa argumentum hoc porrò movimus, ideò magis faciendum eſſe in propoſito extenſionem, ut hac ratione inveſtitura iſta votum quoddam captandæ mortis continens abrogetur, & res ad terminos juris communis reducatur, id ſanè ad rem propoſitam minùs pertinet. Nam ſupra *quæſt. 25.* firmavimus, hoc inveſtituræ genus facilè ab omni ſiniſtra ſuſpicione improbati voti liberari poſſe, neque adeò juri communi contrarium eſſe.

Et dato, illam legibus ejuſmodi conventionem prohibentibus refragari, non tamen hîc de eo agimus, ut penitus tollantur tales pactiones, & in irritum revocentur, quo caſu locum habere poſſet illa conſideratio.

Sed præſuppoſito eas valere, de hoc tan-

tantùm quæritur, an capitulum id, quod ſemel placuit, ratum habere debeat, quod ut fiat, tàm juris quàm æquitatis ratio exigit. *l.1 de pactis.* Quinimò ratio etiam illa, ob quam conventiones votum captandæ mortis continentes, jure improbantur, quia videlicet plenæ periculoſi eventus eſſe cenſentur, deſiderat potius, ut pactum ejuſmodi ſemel permiſſum porrò ad hæredes extendatur, quàm ut unà cum perſona concedentis extinguatur.

27 Cum † longè periculoſius ſit, ſuccedendi ſpem & captandæ mortis votum tàm anguſti temporis ſpacio cum dubio eventu eſſe interclusum, quàm ſi nullis certis cancellis id foret circundatum, ſed quandocunque poſſeſſor deceſſerit, inveſtito ad feudum pateret aditus, ut videre licet in pupillari ſubſtitutione, quæ, quia ad certum tempus eſt reſtricta, periculoſior eſſe, & inſidiis magis ſubjacere cenſetur, quàm reliquæ ſubſtitutiones: §. *ſin autem: Inſtitut. de pupill. ſubſtit.* Tantùm igitur abeſt, ut ex hoc, ſiquidem pactum iſtud ad hæredes non tranſmitteretur, res ad terminos juris civilis reducatur, ut etiam jus commune magis lædatur, tum quia, ut dictum eſt, magis hoc caſu periculum ſubeſt, tum etiam quia ab eo, quod ſemel placuit, impune recedere liceret, *contra l.1. C. de pactis.*

28 Ad † alterum etiam argumentum facilè reſponderi poteſt. Nam etſi exceptio regulam declarare, & eandem ad caſus non exceptos extendere ſoleat, hoc tamen ita accipiendum eſt, niſi præter exceptionem additam aliæ etiam ſubſint rationes, quæ regulam reſtringunt, *l. generaliter. §. uxori. ubi Bart. de uſufruct. legat. idem Bart. in l. Lucius: §. 1. per illum textum ad Trebell. Flor. in l. Mora. la. 1. §. 1. per illum textum: de uſur. notat Abbas in c. in noſtra: de ſepultur.* In propoſito verò urgentem adeſſe rationem quæ exigat, ut jura ſupra adducta eo, quo diximus, modo coarctentur, ex iis, quæ paulò ante firmavimus, manifeſtum eſt.

Non † obſtant, quæ tertio loco dicta fuerunt de conſenſu capituli alioqui ad infeudationē neceſſario. Tum enim demum conſenſu capituli opus eſt, quando infeudum conceduntur bona non ſolita infeudari: at quæ prius conſueverunt ita concedi, illa etiam porrò ſine conſenſu capituli rectè in feudum dari poſſunt, *ut docet Bald. in d. c. 1. in princ. qui feud. dar. poſſ. Feli. in c. cum cauſa. col. 5. de re jud. Feder. de ſen. in conſil. 108. quos refert & ſequitur Zaſ. in Epitome feud. part. 5. n. 47.* addens, ita de conſuetudine eſſe receptum: quam concluſionem late firmat *Curt. Jun. in tractat. feud. part. 2. quæſt. princ. 2.* Jura autem ſupra adducta loqui de feudis, quæ alioqui concedi aliis ſolita fuerunt, ex eo manifeſtum eſt, dum diſponunt de feudis ab aliis jam ante poſſeſſis. Nulla igitur juſta cauſa ſubeſt, cur præſupponamus, inveſtituram cum conſenſu capituli factam: quin potius ex eo, quod dicitur, ſucceſſorem non obligari, veriſimile fit, ea eſſe neceſſario intelligenda de conceſſione feudi, cui conſenſus capituli non acceſſerat, rationibus paulò ante conſideratis. 29

Reliquis † argumentis ut ſatisfiat, minimè concedimus, conſenſum iſtum, quem in propoſito capitulum inveſtituræ adhibet, ita acceſſorium eſſe ut ſine prælati obligatione ſubſiſtere nequeat, atq; adeò morte ejus extingvatur, ſed potius exiſtimavimus, obligationem ex conſenſu capituli deſcendentem, principaliter eſſe conſiderandam. 30

Dubium enim non eſt, capitulum ex proprio ipſius conſenſu obligari, usque eo, ut deinceps amplius pœnitere non poſſit: cum † regulariter is, qui conſentit alienationi rei ſuæ, vel in qua jus aliquod habet, ſibi præjudicet, & ſemetipſum efficaciter obligatum 31

tum faciat illi, in quem alienatur, vel cui promittitur, ut probatur *l. ſicuti:* §. *ſi voluntate: juncto* §. *venditionis. quibus mod. pig. vel hipotheca ſolvat l. ſi ſervus:* §. *1. de donationib. inter vir. & uxo. l. 2. C. ſi adverſ. donat. l. in ædibus:* § *penult. de donation.* per quæ jura hoc tradit Bart. *in l. quæ dotis: num. 15. ſolut. matri.* & eſt textus in materia feudali, *c. 1.* §. *præterea: quib. mod. feud. amittat.* ubi dicitur: ſi ille, cui feudum jure obvenire debet, alienationi conſenſerit, nullo modo ad id repetendum regreſſum habet. Quamvis igitur mortuus prælatus fuerit, nihilominus tamen obligatio capituli, utpote proprio conſenſu innitens, rata ac firma remanere debet: ſicut videmus in agnato conſentiente alienationi feudi, ut, etſi alienator deceſſerit, nihilominus tamen ex proprio conſenſu alienationem ratam habere teneatur *c. 1. de alien. feud. pater. cap. Titius. ſi feud. defunct. & ibi latè DD.* Neque ſanè injuria: Nam cùm ob hoc ipſum adhibeatur conſenſus iſte, ut contractus, qui cum morte contrahentis perimeretur, poſt motem etjam ejus robur ſuum obtineat, quomodo quæſo conſenſus iſta, morte alienatoris ceſſare poterit.

Nullo itaq; pacto huc accommodari poterit argumentum à natura acceſ-
32 ſorii ſupra deſumtum: cum † præſertim & illud alioqui locum habere non ſoleat, ubi aliqua diverſitatis ſubeſt ratio, *ut not. Bartol. in l. ita ſtipulatus: in 12. oppoſ. de verbor. obligat. & Baldus in l. Non dubium: in 14. oppoſit. C. de L L. quod refert, & pluribus comprobat Decius in l. cum principalis: de reg. jur.*

33 Ad † doctrinam Abb. in clem. fin. quod attinet, cogitabam, num ea ita eſſet intelligenda, ut mandatum procuratoris conſtituti cum conſenſu capituli eatenus expiret, ne ſede vacante, donec alius prælatus ſuccedat, agi poſſit, quemadmodum in quibuſdam caſibus diſtinguunt DD. *ibi.* Sed ex iis, quæ tradit ibidem Johann. de Imol. *numer. 15.* apparet, doctrinam iſtam ita accipi, ut omnino intermoriatur mandatum.

Quamobrem reſpondendum erit ſecundùm diſtinctionem Abb. *ibidem.* Ait enim hanc ipſius doctrinam, tantùm procedere in iis, quæ ad ſolum prælatum pertinent, & ab eo principaliter geſta fuerunt: contrà verò in aliis, quæ tam ad antiſtitem, quàm ad capitulum ſpectant, concludit, etiam defuncto prælato, conſenſum capituli mandatum procuratoris conſervari. Feuda autem etſi ſolita infeudari à ſolo prælato iterum concedi poſſint, tamen non ad prælatum ſolùm, ſed etjam & quidem longè magis ad capitulum, utpote cujus propria ſunt, ſpectant.

Non igitur doctrina ſupra relata, ſed potius hoc alterum diſtinctionis membrum ad propoſitum noſtrum pertinebit. Præterea magna videtur eſſe differentia inter mandatum procuratoris, de quo *in d. clem. fin.* agit Abb. & eam, de qua hic ſermo nobis inſtitutus eſt, inveſtituram.

Nam † mandatum regulariter ſui natura extinguitur morte mandatis, ſive de laicis, ſive Eccleſiaſticis perſonis loquamur: §. *rectè. Inſtitut. mandati, l. inter cauſas. mandati: l. Mandatum. Cod. eod.* Cum interim inveſtitura plerunque ita concedatur, ut non ſolùm inveſtientem, ſed etiam ſucceſſores ejus obliget. Quare vel ex ratione iſta, minus concluſioni noſtræ obſtare poterunt ea, quæ de procuratore cum conſenſu capituli conſtituto ſcripta reliquerunt interpretes in d. clement. fin. 34

Quæ † denique de conſenſu auctoritatis gratia adhibito addita fuerunt, ad illa facilè reſponderi poteſt ex iis, quæ not. *Anton. de Butrio. Barb. & DD. in cap. cum conſuetudinis: de conſuetudin. & Bartol. in l. quæ dotis: n. 15. ſolut. matrim.* ubi declarant, quod 35

tum

tum demum auctoritatis gratia quis conſenſiſſe cenſeatur, quando conſenſum ſuum adhibet circa rem ad alium magis, quam ad ſe pertinentem: ſecus verò ſi quis conſentit rei, quæ eſt ipſius propria, & commodum & incommodum ad ipſum principaliter ſpectat. Tum enim conſenſus iſte obligationis potius, quam auctoritatis gratia adhibitus intelligitur. In propoſito verò feudum ad ipſum capitulum pertinet: non mirum igitur, cur conſentiendo obligetur, quemadmodum paulò ante pluribus firmavimus. Præterea rarum non eſt, ut etiam is, qui, ut auctoritatem ſuam interponat, conſentit, nihilominus tamen eatenus obligetur, ut ratum habere teneatur id, cui conſentit, ut videmus in domino, qui conſentiendo alienationi feudi ſibi præjudicat, ne feudum apertum revocare queat.

Neq; verò hoc, quod propter conſenſum capituli obligatio ad ſucceſſorem tranſeat, diverſum eſt ab ipſo contractu, cui conſenſus eſt adhibitus: quin potius ex hoc ipſo, quod conſenſit, neceſſariò ſequitur: cum ipſa naturalis ratio exigat, ne id, quod ſemel placuit, in maximum alterius diſpendium immutetur. nihil igitur ad propoſitum pertinet argumentum à diverſis effectibus deſumtum.

His ita firmatis, nemini quæſitum fuiſſe, utrum hoc, ut propter conſenſum capituli ſucceſſor prælati obligetur, neceſſe ſit, conſenſum mox ab initio interveniſſe, an verò ſufficiat ex intervallo acceſſiſſe. Nam cum Epiſcopus feudum alicui conceſſiſſet ſine conſenſu capituli, deindè verò undecim annis præteritis, capitulum etiam conſenſiſſet, & feudo nondum aperto Epiſcopus decederet, exiſtimabant quidam, conſenſum capituli in iſta ſpecie facti hoc præſtare non poſſe, ut propterea ſucceſſor obligetur:
36 moti, quoniam † regulariter, ubicunq; conſenſus alicujus ad ſolennitatem negocii requiritur, præſertim verò quando alioqui ſine conſenſu iſto actus nullus foret, tum neceſſe eſt, ut conſenſus eo tempore, quo actus geritur, interveniat, neq; ſufficit, eum poſtea ex intervallo accedere, *ut per text. in c. auditis: de electionibus: docuit Bal. in l. 1. in fin. C. qui admitt. Ant. de Butr. & Joh. de Imol. in c. cum conſuetud de conſuet. & in c. cum nos. de his quæ fiunt à prælat. Alex. in l. ſi cum dotem: §. eo autem tempore: col. 1. ſolut. matrim. & in l. ſi quis mihi bona: §. juſſum. & ibi etiam Jaſ. numer. 43. & ſeqq. de acquir. hæredita.* hoc modo reſtringentes doctrinam Bartoli ibi, qui generaliter concludit, quando requiritur conſenſus vel voluntas ejus, cujus alioqui intererat, non referre, utrum conſenſus antecedat, vel ſequatur: quam reſtrictionem ſequitur etiam *Socin. in conſil. 32. incip. circa prædictam conſultationem: in 3. col. & in conſil. 37. incip. in præſenti conſultatione. in 2. col.* Inveſtitura enim Epiſcopi ſucceſſorem regulariter non obligat. *(c) d. c. 1. qui ſucceſſ. teneant.* (c)
ſed ſi inde obligatus eſſe debet, neceſſe eſt, ut accedat conſenſus capituli, atq; idcirco conſenſus hoc caſu ab obligandum ſucceſſorem pro ſolennitate & forma ſubſtantiali requiri videtur.

Quamobrem in ipſo actu adhiberi debebit: non autem ſufficiet, eum poſtea demum accedere: cum præſertim alioqui, niſi capitulum conſenſiſſet, morte prælati penitus ad nihilum redigeretur inveſtitura ab illo conceſſa. Nam quod tum maximè, ubi ſine conſenſu actus nullus eſſet, requiratur, eum in ipſo actu adhibitum fuiſſe, in prædictis locis communi ore concludunt interpretes.

Verùm † ego huic opinioni minimè 37
ſubſcribere poſſum: ſed potius ſine ulla hæſitatione contrà exiſtimo, nihil referre, ante vel longè poſt inveſtituram conſenſerit capitulũ. Certum eſt enim, inveſtituram hanc de bonis infeudari ſolitis factam, etiam ſi-

ne con-

ne conſenſu capituli legitimè fieri poſſe, ut ſupra docuimus, & disertè probatur *in d.c.1.qui ſucceſſ.teneant. cum ſimilibus.*

Non igitur hoc caſu conſenſus capituli ſolennitatis gratia requiritur, ſed ideo tantùm adhibetur, ut non ſolùm prælatus, ſed etiam capitulum, cujus maximè intererat, obligetur, atque hac ratione inveſtitura, quæ morte prælati alioqui exſpiraret, ex obligatione capituli, cui prælatus præjudicare non potuiſſet, etiamnum ſuſtineatur, id quod cum ipſa ſubſtantia actus à prælato geſti ejuſdemq; ſolennitate nihil habet commune.

Ex quo porrò ſequitur, huc accommodari non poſſe doctrinam paulò ante adductam, ſed locum potius ſibi vendicare aliam communiter approbatam regulam, quæ docet, quotieſcunque

38 † conſenſus alicujus non auctoritatis vel ſolennitatis gratia, ſed ideò requiritur, ut ejus, cujus etiam intererat, voluntas accedat, neve ei invito præjudicium inferatur, quod tum nihil referat, quo tempore voluntas, ſive conſenſus adhibitus fuerit, *ut docent Bart. & DD. in d. §. juſſum.*

39 Quinimò † reperio pleroſque exiſtimaſſe, etiam tùm, quando actus epiſcopi ſine conſenſu capituli nullum juris vigorem haberet, ut in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, ſufficere, ſi poſt longum intervallum capitulum conſenſerit, *ut docent Abb. & DD. in c. cum nos: de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli: & pluribus firmat Barthol. Socin. in conſil. 15. col. 12.* Multò itaque magis hoc in caſu noſtro locum habebit, quo etiam ſine conſenſu inveſtitura valet, & conſenſus ea duntaxat gratia requiritur, ut capitulo, cujus intererat, obligato, etjam ſucceſſor prælati inde teneatur. Nam quod in ejuſmodi caſibus nihil interſit, utrum conſenſus mox interveniat, an verò longo intervallo poſt acceſſerit, uno ore omnes interpretes concludunt. Quod licet planum alioqui ſit, ideo tamen monendum eſſe duxi, quoniam animadverti, quoſdam in ſuprà relata facti ſpecie cauſæ obſequentes primam opinionem acriter defendere conatos fuiſſe.

Ex his, quæ hactenus commemoravimus, manifeſtum eſt, concluſionem noſtram, de qua inſtituta eſt quæſtio iſta, locum non habere, quando ad inveſtituram à prælato factam capituli conſenſus acceſſit.

Præter † hanc autem limitationem 40
declaratur etiam, ut non procedat, quoties is, qui inveſtituram accepit, nomine ejus feudi in poſſeſſionem miſſus ſit, eo conſentiente, qui detinet. Nam tunc ſucceſſor prælati hanc inveſtituram ratam habere tenetur, ut disertè probatur *in c. 1. qui ſucceſſ. feud. dare teneant. tit. 1. (f).* (f)

Sed † circa hæc non levis ſuboritur 41
difficultas, quomodo ſit accipiendum hoc, quod in illo textu dicitur: niſi ille, qui inveſtituram acceperit, nomine ejus feudi in poſſeſſionem miſſus ſit, eo conſentiente, qui detinet. gloſſ. enim *in d. capit. prim. qui ſucceſſ. tenea. tit 2. verb. inveſtiri, in fin.* exiſtimat verba hæc ita intelligenda eſſe, ut is, qui prius tenebat feudum, jure ſuo ſe penitus abdicaret, & prælatus inveſtitum in poſſeſſionem immittens omne jus feudi ſibi jam aperti concederet. Quærit enim, quomodo hoc jure fieri poſſit, ut ſecundus vaſallus, altero poſſidente, mittatur in poſſeſſionem: & reſpondet, hoc ita fieri potuiſſe, quia fortè aliqua cauſa interveniente feudo privatus fuit, & ſic etiam ante tempus inveſtito potuit fieri traditio. Hiſce itaque gl. ſatis innuit, miſſionem in poſſeſſionem feudi hoc loco ita accipiendam, ut vivente prælato inveſtitus, & in poſſeſſionem feudi miſſus plenum jus feudi conſequatur, eo qui prius iſtud poſſederat, nihil juris amplius tenente: *& gl. ſ. quitur Alvar. ibi,* qui aliquantò clarius loquitur.

Nam

Nam poſtquam, cum gloſſ. oppoſuerat, quaſi primo exiſtente, non poſſit alter in poſſeſſionem mitti, quoniam duo non poſſunt in ſolidum poſſidere. *leg. 3.* §. *Ex contrario.de acqui. poſſeſſor.* reſpondet, quod ex aliqua cauſa legitima primus vaſallus ſit privatus, & poſſeſſio ſit tradita ſecundo: ex multis namque cauſis poteſt vaſallus ſuo feudo privari. *ut in titul. quib. mod. feud. amitt.* & hoc voluit tota iſta gloſſ. usque ad finem. Addit deinde: Tu verò potes intelligere, & alio modo, videlicet, quod conſentiente primo vaſallo fuit tradita poſſeſſio ſecundo, qui conſenſus ſibi præjudicat, ut probatur *in d. tit. qui ſucceſſ. teneant.* quo in loco idem tenuit Petrus Ravennat.

42 Verùm † Andr. de Iſern. ibi verba iſta interpretatus eſt, ut inveſtitus tantùm in poſſeſſionem feudi ab alio poſſeſſi debeat eo conſentiente mitti, in eum finem, ut jus aliquod reale inde conſequatur, quod ſine reali traditione adipiſci non poterat: *leg. traditionibus. Cod. de pact.* & quod propterea nihilominus is, qui feudum detinet, jus ſuum in feudo non amittat, ſed iſto penes ipſum integro remanente ſub hac duntaxat conditione conſentiat, ut ſe defuncto feudum nanciſcatur inveſtitus.

Hunc enim conſenſum ſub conditione iſta accedentem immiſſioni exiſtimat ille hoc præſtare, ut ſucceſſor prælati teneatur ratam habere inveſtituram defuncti, quemadmodum ex iis, quæ hoc loco copioſè tradit, dilucidè apparet. Primò enim *in verſ. Idem an per hujuſmodi conſenſum*: proponit quæſtionem, an is, qui tenet feudum per ejuſmodi conſenſum, amittat feudum: & rationes adducit, ex quibus videri poſſet, eum jus ſuum amiſiſſe *arg. l. ſi debitor.* §. *1. quib. mod. pig. vel hypot. ſolvat.* §. *Præterea. Quib. mod. feud. amittatur*, ſed prius, quam ad hanc quæſtionem & rationes dubitandi adductas reſpondeat, ait, Circa hoc primò eſt attendendum, quid operetur hîc in poſſeſſionem miſſio cum conſenſu tenentis. Operatur autem hoc, quia ea facta, prælato inveſtituram faciente, ante Titium poſſeſſorem mortuo, ſucceſſor prælati tenetur complere eam, cum aliter non teneretur, quaſi infeudatio rei, quam non tenebat infeudans, non remanſerit in finib. promiſſionis, ſeu promiſſio in finibus inveſtituræ verbalis: per quam etiam in re, quam tenet infeudans, nec dominium, nec poſſeſſio quæritur *c. pro illorum: de præbend.* ultra ergo procedendo, & inveſtito in poſſeſſionem inducto, cum conſenſu tenentis acquiritur hoc jus, ſicut in clandeſtina poſſeſſione tradita acquiritur jus, utile ſc. dominium, quod ſine illa inductione clandeſtina non fuiſſet quæſitum, *l. ſi fundum. de fundo dot.*

Hoc ita poſito, aliiſque rationibus confirmato, tandem *in verſ. Titius ergo &c.* reſpondens quæſtioni ſupra propoſitæ, & rationibus dubitandi, circa eam motis, ait: Titius ergo tenens feudum conſentit, hunc mitti in poſſeſſionem, ut quæratur miſſo hoc jus, quod, ſi præmoriatur inveſtiens, ſucceſſor ejus teneatur confirmare, ſecus ſi permitteret illi tradi poſſeſſionem, ut dimittat ei jus ſuum. *ut in* §. *præterea*: & mox ſubjungit: Imò hic non dabatur jus tenentis, dum vivit, ſed ſi mortuus ſit ſine hærede, ad hoc conſentit, eum in poſſeſſionem induci, unde non eſt in aliquo contra §. *præterea:* & ideo nullum debet ſibi detrimentum contingere, *c. 2. de feud. dat. in vicem legis commiſſ.*

Ex his (deniq; ait) patet ſolutio quæſtionis. nam non conſentiebat, niſi ad effectum prædictum, ut ſucceſſor teneretur illam inveſtituram complere, & confirmare, inveſtitore decedente ante tenentem, non autem conſenſit, ut jus ſuum remitteret. *Hæc ille.* Idem ſenſit *in capit. 1. qui ſucceſſor. teneant. in fin. ubi*

leat, ſi tamen is, cujus de hæreditate agitur, conſenſerit, juris vigorem obtineat. *l. fin. C. de pactis*: quem textum etjam ad propoſitum hoc accommodaſſe videtur *Alvarott. hic in princ. ibi, conſentiente eo.*

44 Sed † mihi hoc, quod ſolus conſenſus poſſeſſoris ſufficere debeat ad obligandum prælati ſucceſſorem, neutiquam probatur Primò enim directò adverſatur verbis textus noſtri, qui conſenſum poſſeſſoris non ad ſolam verbalem inveſtituram requirit, quemadmodum exiſtimavit *Matth. de Afflict.* ſed ad ipſam poſſeſſionem. Dicit enim: Niſi ille, qui inveſtituram acceperit, nomine ejus feudi in poſſeſſionem miſſus ſit, eo conſentiente, qui detinet.

Deinde hoc non ſatis convenit cum ratione, quæ efficit, ne ſucceſſor epiſcopi ratam habere teneatur inveſtituram anteceſſoris. Diximus enim ſupra, id ideò contingere, quoniam præſentium tantùm rerum, non etiam poſt mortem gerendarum habet adminiſtrationem: ideoq; falcem in alienam meſſem non debet immittere neque ſucceſſori in futuris præjudicare poteſt. Hæc autem ratio non tollitur, quantumvis poſſeſſor feudi conſentiat inveſtituræ, ſed nihilominus locum ſuum obtinet, atq; hoc ſuadet, ne prælatus ſucceſſori circa futura præjudicium aliquod inferat.

Non igitur conſenſus poſſeſſoris hoc præſtare poterit, ut propterea ſucceſſor antiſtitis devinctus ſit præſtare factum anteceſſoris. Eſtque hoc loco advertendum, conſenſum poſſeſſoris hoc quidem efficere poſſe, ut pactum, quod alioqui non valeret, ſubſiſtat: ſed ut propterea etiam tertio cuidam jus ſuum auferat, huc ſanè vires ſuas extendere non poterit: quid enim quæſo conſenſus poſſeſſoris commune habet cum adminiſtrationis jure prælatorum? non itaque ad propoſitum noſtrum pertinere poterit textus *in d. leg. fin. Codic. de pactis.* Quemadmodum neque eum ad hoc accommodat Alvarott. ſi rectè introſpiciatur.

Præterea † Matth. de Afflict. errore 45
quodam in hanc opinionem prolapſus videtur, dum auctoritate potiſſimum *Andr. de Iſern.* nititur, ejuſdemq; verba referre conatur, & tamen mentem ejus non ſatis percipiens, penitus aliena & diverſa à ſententia ejus tradidit. Non enim exiſtimavit Andr. de Iſern. eum, qui conſentit in propoſito noſtro, ut alter in poſſeſſeſſionem mittatur, jus ſuum amittere: multò minus hoc voluit, quaſi ſolus conſenſus circa inveſtituram verbalem adhibitus hoc efficiat, ut ſucceſſor prælati inveſtituram ratam habere teneatur, quemadmodum falsò putavit Afflict. Sed is ſolùm dubitationis movendæ gratia jura quædam in medium affert, ex quibus videri poſſet, eum, qui conſenſit, ut alter in poſſeſſionem mittatur, jus ſuum amittere: deinde verò ad illa jura reſpondet, & diſertè ait, quod minimè hoc caſu is, qui conſenſit, alium in poſſeſſionem mitti, juri ſuo renunciaſſe cenſeatur, atque adeò ſemper præſupponit, eum non ſolùm inveſtituræ, ſed etiam ipſi immiſſioni conſenſiſſe, neque tamen jus ſuum amiſiſſe concludit, quemadmodum ex verbis ejus ſupra relatis perſpicuum eſt, ut proinde dubium non ſit, Matth. de Afflict. mentem Andr. de Iſ. non ſatis percepiſſe, & propterea diverſa ab ipſo tradendo in magno verſatum fuiſſe errore. Quantum igitur auctoritati ejus hoc loco ſit tribuendum, me tacente quivis intelligere poterit.

Reprobata † opinione Matth. de 46
Afflict. videndum nunc eſt, verum ne ſit illud, quod exiſtimavit *Andr. de Iſern. in caſu d. titul qui ſucc. teneant.* inveſtitum in poſſeſſionem feudi ita tantummodo mittendum, ut nihilominus is, qui tenet feudum, jus ſuum,

 donec

donec erit ſuperſtes, retineat. Ac mi-
(g) hi quidem iſtud haud ſit veriſimile (g) quin potius cum *gloſſ. & Alvarotto* arbitror, ad hoc, ut ſucceſſor prælati teneatur, immiſſionem ita fieri debere, ut priſtinus poſſeſſor juri ſuo, quod habuit, renunciet, & in inveſtitum id transferri patiatur, atq; inde inveſtitus
(h) plenum jus feudi conſequatur. (h).

In quam ſententiam me vocat primò, quia, etſi quis ita, quemadmodum Andr. de Iſern. opinatus fuit, immittatur, nihilominus tamen verum eſt, hanc tam inveſtituram, quàm immiſſionem demum effectum capere, quando feudum, defuncto poſſeſſore fuerit apertum, ut dicit textus *in d. cap. Moribus : ſi de feud defunct.* Ex quo porrò ſequitur, eandem rationem, quæ efficit, ne ſucceſſor prælati inveſtituram anteceſſoris ratam habere teneatur, quia videlicet prælato integrum non eſt, ſucceſſori in iis, quæ ad propriam ipſius adminiſtrationem pertinent, præjudicare, etiam in hoc propoſito ſubeſſe: quippe cum epiſcopus ſive inveſtiens, ſive immittens ſub conditione illa, ſi poſſeſſor ſine hærede deceſſerit, tamen diſponat de caſu futuro, qui niſi ſe vivente contigerit, ſibique feudum apertum fuerit, non ad ſuam adminiſtrationem pertinuit, ſed potius ad ſucceſſorem, cui ſanè nullum præjudicium inferre potuit. Quamobrem ut ratio iſta ceſſet, & probabilis poſſit reddi cauſa, cur textus *in d. c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. teneantur.* hunc caſum à regula iſta exceperit, neceſſe omnino eſt, ut exiſtimemus, inveſtitum poſſeſſore conſentiente, atq; jure ſuo ſe abdicante, plenum jus in feudo adeptum eſſe.

Nam cum hoc pacto inveſtitura prælati non amplius à futuro dependeat eventu, ſed ſuum ſit ſortita effectum: non mirum, cur gratia jam conſummata, ut noſtri loquuntur, ſucceſſor factum anteceſſoris præſtare teneatur.

Atque hoc eſt, quod ex textu illo not. Bald. ibi quod ſucceſſor prælati obſtrictus ſit, factum præmortui ratum habere, niſi ſit de jure conſummatum: quem ſequitur *Alvarott. ibi* pro ratione addens, quia gratia, quæ jam eſt conſecuta ſuum effectum, non expirat per obitum concedentis. *c. ſi ſuper gratia : de offic. delegat.* quibus verbis perſpicuè docent, textum illum eo de caſu intelligendum eſſe, quando primo remoto poſſeſſore, inveſtitus feudum jam proprio jure obtinere cœpit: non enim alioqui gratia conſummata videri poterit.

Cumq; hanc interpretationem jam dicta ratio poſtulet, atq; eadem cum materia ſubjecta optimè conveniat, longè tutius videtur illi inhærere quã quæ ex proprio cerebro efficta eſt ab Iſernia. Nam regulariter quævis diſpoſitio ex ratione ejuſdem interpretationem & reſtrictionem recipit, *l. cum pater : §. dulciſſimis : de legat. 2. l. adigere : §. quamvis : de jure patron.* & verba plerunq; ſecundum ſubjectam materiam & ut illi quam optimè conveniant, intelligenda ſunt : *l. ſi uno ff. locati : l. ſi ſtipulatus : de uſur.* Suffragatur hiſce etiam alia trita regula, quæ docet, verba cum effectu eſſe accipienda. *legat. 1. §. 1. quod quisq. jur. l. ſi quando : de legat. prim.* Nam vel hinc id, quod de miſſione in poſſeſſionem dicitur, potius intelligendum erit de vera poſſeſſione quam de ejuſmodi momentanea & immaginaria, quemadmodum opinatus fuit *Andr. de Iſern.* Cum præſertim jure alioqui ejuſmodi actum momentaneum, & qui exiguo temporis ſpacio durat, vix rarò conſideratione dignum putaverint, tantùm abeſt, ut ſucceſſorem, cui alioqui præjudicari non potuiſſet, propter talem actum obligare voluerint.

Non enim cenſetur hoc actũ, quod non duravit, *l. ſi pro parte : §. verſum autem. de in rem verſo. l. item : §. quod ſi. quod cujusque univerſ. nom. leg. 2. §. illud te-*

Digitized by Google

lud tenendum. de hæredit. vel act. vendit. c nam & ego: de verb. ſign. Præterea ſententia iſta probatur ex eo, quod textus requirit, miſſionem factam conſentiente eo, qui feudum detinet.

47 Eſt enim alioqui regulare, ut, quotieſcunque quis conſenſit rem ſuam ad alium pervenire, hoc ipſo cenſeatur juri ſuo renunciaſſe, & iſtud in eum, cujus gratia conſentit, transferre voluiſſe. *d. cap. prim. §. præterea: quib. mod. feud. amittat. cum ſimilibus ſupra ex Alvarott. & Afflict. adductis.* Quare ſecundum hanc propriam naturam conſenſus verba iſta potius de ea immiſſione intelligenda erunt, ex qua poſſeſſor plenum jus feudi conſecutus eſt, quàm de alia, de qua contra ejus naturam hic ſenſit Iſern. In dubio enim regulæ inſiſtere tutiſſimum eſt: *l. ab ea parte. de probat. l. ſuus: §. puto. de hæredit. inſtitut. l. 2. & ibi not. Bart. ſi quis in jus vocatus non ierit: Decius in leg. 1. ff. de reg. jur.* Hiſce itaque adductus planè exiſtimo, ſæpe dicta verba *d. titul. qui ſucceſſor. teneant.* juxta interpretationem *gloſſ. ibi*, ita eſſe intelligenda, ut tum demum ſucceſſor prælati ratam habere teneatur inveſtituram anteceſſoris, quando vivente prælato, inveſtitus veram feudi poſſeſſionem nactus eſt, altero, qui feudum detinebat, conſentiente, atq; adeò refutante feudum, vel alioqui jus ſuum remittente.

Reperio etiam collegium Juridicum Lipſenſe anno 1562. eandem ſententiam ſecutum fuiſſe, ut apparet ex iis, quæ ad textum hunc annotavit frater D. Modeſtinus tum temporis Ordinarius. Et licet tumultuariè admodum ſint conſcipta illa, majoris tamen fidei & auctoritatis gratia hiſce ſubjungere viſum nobis fuit: ſtudioſum lectorem interim monentes, ut hæc atq; alia id genus legendo recordetur eorum, quæ ſupra *quæſt. 22.* de hiſce perfunctoriis annotationibus dicta à nobis fuerunt.

Sunt autem hæc illius verba. Ibi, in poſſeſſionem miſſus ſit, &c Doctores communiter intelligunt hunc textum de actuali poſſeſſiono: verùm pater in ea eſt opinione, ut arbitretur, huic textui ſatisfactum, & verba hæc verificata eſſe, ſi quis per literas conſentiente eo, qui detinet, inveſtitus ſit, ut exceptio à præcedenti regula in eo ſolum conſiſtat, quod ea loquatur de inveſtitura facta conſentiente eo, qui detinet: regula autem de inveſtito eo inſcio. Movebatur, quia abſurdum videtur inveſtituram, conſentiente eo, qui detinet, factam, non eſſe validam, usq; eò, ut licet ſucceſſorem ad confirmandum. Conſiderabat etiam, quod non potuit ſecundus in poſſeſſionem mitti, ſi alter poſſidebat: & licet *gloſſ. 2. in capit. 1. qui ſucceſſion. teneant.* dicat, illud bene fieri poſſe, ex eo, quia fortè is, qui detinebat, potuit aliqua cauſa interveniente privari: tamen iſta verba, eo conſentiente, non bene huic interpretationi conveniunt.

Nam ſi eſſet jam feudo privatus, ad quid opus eſſet conſenſu illius? Ita declaravit mihi hunc textum pater anno 1541. Calend. Januarii. Et pondero ego, quod textus inquit, (conſentiente eo, qui detinet) quod eſt verbum præſentis temporis: unde cum qualitas adjecta verbo ſoleat intelligi ſecundum tempus verbi, præſupponit textus, miſſionem in poſſeſſionem eſſe factam eo tempore, quo alter detinebat, dum ait, conſentiente eo, qui detinet.

Cum autem iſtud in actuali miſſione locum habere non poſſit: neceſſe eſt, ut intelligamus de inveſtitura per literas facta. Adde, quod *Matth. de Afflict. hic in 2. notab. col. 10. verſ. nunc revertor, ad notab. & col. 11. verſ. Primus caſus &c.* eſt in ea ſententia, quod, ſi vaſallus poſſeſſor conſentiat inveſtituræ alterius in caſum mortis ſuæ, licet talis conſenſus non præjudicet poſſeſſori,

ſeſſori, operetur tamen hoc, ut ſucceſſor debeat confirmare. ſed *c. ſi quis inveſtierit: de feud. dat. in vicem legis commiſſ.* non videtur hoc probare, nec loquitur de prælato inveſtiente.

Imo cum referens plures opiniones cenſeatur inhærere ultimæ: ille textus probat protius contrarium, quod conſenſus poſſeſſoris nihil faciat ad confirmandum jus ejus, qui in caſum mortis ſuæ inveſtituram impetrâvit. Et cum ſuper tali caſu conſuleretur facultas juridica à conſiliariis Epiſcopi Caminenſis, cenſuit, conſenſum poſſeſſoris nihil facere ad obligandum ſucceſſorem inveſtientis, cum tractetur potius de præjudicio Eccleſiæ, & ſucceſſorum Epiſcopi, quàm vaſalli poſſeſſoris, quibus conſenſu ſuo vaſallus poſſeſſor præjudicare non poſſe videbatur. Et ita reſpondit facultas me Viceordinario Anno 1562. Menſe Octobri.

Ad hunc textum reſpondebant, quod procederet, quando novam inveſtituram impetrans tranſegit cum vaſallo poſſeſſore, ut ſibi poſſeſſionem cederet, vivo prælato inveſtiente. Tum enim prior vaſallus amittit jus ſuum, & novus fit vaſallus Epiſcopi: ſicq; invenitur in poſſeſſione poſt mortem Epiſcopi à ſucceſſore, ut tum non ſit opus diſputare, an ſucceſſor teneatur ex inveſtitura prioris: ſed ſicuti aliis vaſallis Eccleſiæ tenetur innovare inveſtituram, ita & huic, quem in poſſeſſione & ab anteceſſore ſuo realiter, & non abuſivè inveſtitum reperit. Hactenus D. Modeſtinus. Cæterùm ut illa etiam, quæ de inveſtitura cum conſenſu capituli facta firmavimus, magis præmuniamus, placuit hîc addere duo reſponſa, quorum alterum nomine collegii Juridici Lipſenſis confecit JC. clariſſ. D. Jacobus Thomingius: alterum collegium Juriſperitorum Francofordienſium dedit ante annos fere ſedecim in eleganti quodam caſu cognatum meum Henricum à M. attinente. Nam his non ſolùm ſententia noſtra plurimum ſtabilietur, ſed & alia circa materiam iſtam cognitu admodum jucunda & utilia inde deprehendi poterunt.

CONSILIUM COLLEGII JURIDICI LIPSENSIS CONFECTUM A clariſſimo viro Doctor. Jacobo Thomingio Ordinario.

SPECIES FACTI.

Reverendiſsimus princeps ac Dominus, Dominus I. Epiſcopus M. fratri ſuo Henrico à M. feudum quoddam ſub præfectura S. ſitum capitulo conſentiente, promiſerat, ea quidem conditione, ſi poſſeſſorem illius feudi ſine legitimis hæredibus feudalibus mori, & feudum ſibi vel ſucceſſoribus aperiri contingeret, ut tum Henricus atque hæredes ejus, cum feudo iſto ab Epiſcopo & ſucceſſoribus ejus legimè inveſtiri, isque deinceps hujus nomine feudi militare ſervitium præſtare inveſtituram quotieſcunque neceſſe fuerit renovare, & denique alia facere debeat, quæ feudorum natura, & conſuetudo exigit. Verùm antequam promiſſum feudum morte poſſeſſoris vacare cœperit, dictus Epiſcopus nec non ipſius ſucceſſor ex hac vita fuerunt evocati, & demum præſidente Epiſcopatui domino I. ejuſdem nominis cum primo, deceſſit abſque

abſque hæredibus maſculis poſſeſſor feudi, atq; adeò promiſſionis prius factæ conditio extitit, quo tempore præfectura, ſub qua feudum ſitum erat, permutationis contractu in alium dominum tranſlata jam ante fuerat: præterea Henricus à M. mortuo ipſius fratre Epiſcopo ejuſdemq; ſucceſſore renovationem inveſtituræ non petiit: nihilominus tamen promiſſionem de feudo iſto ſibi factam urget, & vigore ejus poſtulat, ut traditione ſibi facta cum eo inveſtiatur, vel ſaltem æſtimatio illius præſtetur. Quæritur igitur, an Epiſcopus vel capitulum ad alterutrum horum jure adigi poſſit.

1. *Alienatio vel infeudatio rerum Eccleſiaſticarum inconſulto Pontifice facta non ſubſiſtit.*
2. *Sanguinis & affinitatis propinquitas impedit infeudationem factam ab Epiſcopo: declaratur n.19.20.*
3. *Improbum eſt de bonis viventis ſolicitum eſſe.*
4. *Pactum de futura ſucceſſione bonis moribus adverſatur, contrarium in propoſito firmatur, n.23.*
5. *Prælati ſucceſſor non tenetur ratam habere inveſtituram promiſſam, niſi is, cui facta fuit in poſſeſſionem, conſentiente poſſeſſore, miſſus ſit, & quæ ſit ejus ratio. limitatur hoc n.15. & n.24. ut non procedat conſentiente capitulo.*
6. *Conditione demum exiſtente naſcitur obligatio, deficiente eadem, evaneſcit. declaratur n.26. & 28.*
7. *Conditiones in forma ſpecifica adimpleri debent.*
8. *Id quod in re compenſationem feudi datur, feudi jure non cenſetur.*
9. *In feudis precium loco rei non ſuccedit.*
10. *Vaſallus feudum amittit, ſi inveſtituræ renovationem intra annum & menſem non petierit.*
11. *Facilius tollitur jus nondum plene quæſitum, quàm id quod perfecte conſtitutum eſt.*
12. *Privationis pœna nullibi infigenda, quàm in caſib. jure expreſſis.*
13. *Inveſtitura de conſuetudine renovari debet, etiamſi quis non poſſideat feudum. declaratur n.33. Et contrarium probatur n.34.*
14. *Doctori excellenti conſuetudinem ita vel aliter ſe habere aſſerenti creditur.*
15. *Inveſtituram factam à prælato cum conſenſu capituli tenetur ſucceſſor ejus ratam habere.*

Et ratio aſſignatur numer. 16. & num.17.

17. *Capitulum refert perſonam.*
18. *In negociis, in quibus factum verſatur, ad id quod intereſt, ſuccedit obligatio.*

Feudi dominus tenetur ad id quod intereſt, quando feudum promiſſum tradere non poteſt.

21. *In beneficiis conferendis obſervandi ſunt gradus ſocietatis hominum,*
22. *Communis interpretum ſententia conſuetudinis quodammodo inſtar obtinet?*
23. *Inveſtitura facta de feudo viventis adhuc, in caſum mortis ejus ſubſiſtit.*
25. *Conditiones aut poteſtativæ, aut caſuales aut mixtæ.*
26. *Conditione mixta deficiente non ob caſum, ſed per alium non evaneſcit obligatio.*
27. *Quoties ſtat per eum cujus intereſt conditionem non adimpleri pro impleta habetur.*
29. *Inducta in unum finem non debent contrarium operari.*
30. *Improbari non poteſt, quod legis auctoritate geritur.*
31. *Dominus promiſſionem infeudationis, antequam beneficium ſibi aperiatur, revocare non poteſt. declaratur numero 32.*
33. *Conſuetudo conſiſtens in facto legitimè probari debet.*
35. *Ad doctorum officium pertinet jure interpretari, non autem conſulere de iis, quæ ſunt facti.*
36. *Inveſtitura & promiſſio de inveſtiendo differunt, quemadmodum venditio & & promiſſio de vendendo,*

Promiſſio de inveſtiendo tum demum capit effectum, quando feudum fuit apertum.

37. *Renovatio inveſtituræ petenda, quando perſona domini vel vaſalli mutatur.*

Capitulum nunquam moritur.

38. *In omnibus pactis & contractibus verba, ex quibus oritur obligatio, potiſſimum inſpicienda ſunt.*

 39. Dictis

39. Dictio [Alsdenn] dictioni tunc æquipollet, ejusq; eſt naturæ, ut extremitatem temporis deſignet.

40. Inveſtitura omni naturæ feudorum derogat.

QUÆSTIONEM propoſitam, divino adjuvante numine, utriusque partis fundamentis diligentius conſideratis ut reſolvamus, poſſet prima videri fronte, Epiſcopum & capitulum minimè eſſe devinctum, ut Henricum à M. cum feudo ſibi promiſſo inveſtire, vel ſaltem id, quod ejus intereſt, præſtare teneatur, propter rationes ſubſequentes.

1 Primùm † enim certi eſt atq; manifeſti juris, quod alienatio vel infeudatio rerum Eccleſiaſticarum inconſulto ſummo pontifice facta non ſubſiſtat, *c. ut ſuper: in princ de reb eccl. non ali.*
2 præſertim † ſi ejuſmodi infeudatio conferatur in eum, qui Epiſcopum aut prælatum ſanguinis vel affinitatis propinquitate attingit (quemadmodum in propoſito uſuvenit) licet maximè res conſueta ſit infeudari: *gl. in c. 1. §. hæc omnia: in verb. in clericorum: ſi de inveſt. int. dom. & vaſall. lis oria. & gl. in c. 1. in vb. Archiepiſcop: qui ſucc feud. dar. ten. & not. Jaſ. in c. 1. nu. 14. qui feud. dar. poſſ. Marr. Laud. in d. c. 1. qui ſucc. feud. dar. ten. & Raph. Fulg. in conſ. 220. Inc. Nobil. de Fornate:* Idq; non ſine magna ratione videtur conſtitutum, propterea, quod prælati Eccleſiarum profuſa quadam liberalitate erga propinquos ſuos uti ferè ſolent: *cap. pervenit, juncta gloſſ. in verb. gravius peccent. 1. quæſtion. 3.* ubi dicitur, quod Epiſcopi gravius peccent, ſi res Eccleſiæ in conſanguineos potius, quam in alios conferant, cum cœci ſint, circa nepotes & conſanguineos ſuos, quærentes ipſos divites reddere ex reditibus Eccleſiæ.

Quod dictum refert etiam *Jaſ. in d. c. 1. num. 14. qui feud. dar. poſſ. & Franciſc. Curt. in tractat. feud. in 1. princip. quæſt. 2. part. numer. 1.* Idq; verum eſt usque adeò, ut ſummus etiam Pontifex ipſe mortaliter delinquere dicatur, ſi bona Eccleſiæ abalienet in caſu minus licito, veluti ſi agnatis vel amicis ea largiatur, *Archid. in c non liceat Papæ: 12. quæſtion. 2.* Secundò commemoratur in facti narratione, quod ea, de qua nobis ſermo inſtitutus eſt, promiſſio infeudationis eum in caſum, quo poſſeſſorem feudi abſq; legitimis maſculis hæredibus è vita decedere contingeret, & quod conſequens eſt, de bonis viventium concepta, adeoq; de futura ſucceſſione facta fuerit.

Atqui † improbum eſt *(teſte Ulpiano)*
de bonis viventis eſſe ſolicitum *l. 2. §. 1.* 3
de vulg. ſubſt. quemadmodum & mortem vel adverſam liberi hominis fortunam expectare, neque civile eſt, neque naturale: *l. inter ſtipulantem: §. ſacram rem: verſ. homo liber. de verb. obligat.*

Quo † & illud accedit, quod pactum
vel promiſsio de futura ſucceſsione 4
bonis moribus quam maximè eſt adverſaria, utpote quæ votum captandæ mortis inducat: *c. 2. de conceſſ. præbend.* qua etiam de cauſa ejuſmodi pactiones & promiſsiones tanquam inutiles, & nullæ à Legiſlat. non immeritò improbantur: *l. ſtipulatio hoc modo: de verb. oblig. & l fin. C. de pact.*

Tertiò † certum eſt, quod tunc,
quando prælatus promiſit alicui inve- 5
ſtituram feudi ab alio poſſeſsi, & ejusmodi feudum mortuo demum prælato fuit apertum, non teneatur ſucceſſor ipſius ratam habere etiam talem promiſſionem, niſi is, cui ea facta eſt, in poſſeſſionem miſſus fuerit conſentiente eo, qui beneficium vel feudum detinet. textus eſt manifeſtus *in c. 1. qui ſuc. feud. dar teneant. & in c. 1. §. Moribus: in 2. reſponſ. ſi de feud. defunct.*

Cujus rei hæc eſt ratio, quod Epiſcopi & prælati adminiſtratores ſunt duntaxat rerum Eccleſiaſticarum: *c. fin. 12. quæſtion. 1: & c. 2. de donat* & quod ii, qui in ipſorum locum ſubſtituuntur, jure non ſucceſsionis, ſed vel poſtulationis vel electionis ad illud dignitatis

faſti-

faſtigium evehuntur, adeoq́ue ſucceſſor, quia officii ſui cauſam à prædeceſſore ſuo nullam habet, ſed eandem electionis jure conſecutus eſt, prædeceſſoris ſui factum vel contractum ratum habere nequaquàm cogitur, *Bald. in l. 1. & ibidem Jaſ. n. 14. de conſtit. princ.* & tradunt in ſpecie Feudiſtæ *in c. 1. & ibi Matth. de Afflict. nu. 53. qui ſucceſſ. teneant.* per textum *l. 1. C. de contract. Jud. c. de cætero. de tranſact. & c. niſi de præbend.*

Quartò, quantumvis ea, quam ſæpè jam diximus, promiſſio infeudationis de jure ſubſiſteret, negari tamen non poteſt, quod in propoſito noſtro talis promiſſio fuerit ſub conditione, videlicet ſi feudum Epiſcopo & capitulo M. per mortem vaſallorum, qui tempore conceſſionis ipſum poſſederunt, fuerit apertum, cùm interim ejuſmodi feudum vacare cœperit, tunc demùm, cùm præfecturæ S. (in qua prædictum feudum ſitum eſt) alius princeps jam tùm dominus effectus fuerat, adeoq́ue tale feudum huic domino, non autem Epiſcopo & capitulo M. fuerit apertum, ſicq; conditio in promiſſione expreſſa defecerit.

6 At † verò explorati juris eſſe conſtat, conditionis hanc eſſe vim & poteſtatem, ut ea demùm exiſtente naſcatur, deficiente eadem evaneſcat obligatio, *l. cedere diem, ibidemq́; Alciat. de verbor. ſignific. l. item quia, §. 1. ubi gloſſ. & Bart. de pactis, l. non omnis, in princ. l. cùm ad præſens, à contrario ſenſu, ſi cert. pet. §. ſub condit. & §. conditionis, Inſt. de verbor. obliga.* Nec verò ad rem pertinet, quod Epiſcopus loco permutatæ præfecturæ S. aliam præfecturam M. receperit, ſicq; perinde eſſe videatur, quaſi eam, quam modò diximus, præfecturam S. adhuc poſſideret, *arg. c. 1. in princ.* (ubi una res feudalis in vicem cedit alterius dummodò ejuſdem bonitatis ſit vel quantitatis) *de inveſt. de re alien. fact.*

7 Quia † conditiones præcisè, & in forma, ut dici ſolet, ſpecifica adimpleri neceſſe eſt, *l. qui hæredi, & l. Mævius, de condit. & demonſtr.* uſq; eò, ut ſi una aliqua cauſa vacationis inveſtituræ ambitu contineatur (veluti ſi Titius ſine hærede deceſſerit) & feudum ex alia cauſa, verbi gratia, ex culpa vaſalli vacare cœperit, inveſtitura effectum ſuum minimè ſortiatur, ideoq́ue ſucceſſor ejuſmodi inveſtituram comprobare neceſſe non habeat, *Matth. de Afflict. in c. 1. n. 49. & 64. ad fin. qui ſucc. ten. & alias incip. hic poteſt eſſe titulus, qui ſucc. tenean. & in c. 1. §. morib. n. 7. ſi de feud. defunct.*

Eodem modo dicendum etiam videtur in propoſito; quo feudum illo tempore non fuit apertum, in quod directa eſt conditio inveſtituræ, nempe quo præfectura S. penes præſulem & Epiſcopatum fuit, ſed poſtea demùm cum ejuſmodi præfectura S. in alterius principis dominio eſſe jam cœperat.

Ex quo porrò ſequitur, quod conditio hoc caſu ſimiliter præcisè & ſpecificè non fuerit adimpleta, præſertim cum præfectura M. non referat naturam ejus, quàm ſæpè nominare cogimur, præfecturæ † S. licet maximè præ- 8
ſuli & collegio M. in recompenſationem ejus data fuerit, *argu. l. fidejuſſor, §. Lucius de pignor.* ubi una res in alterius rei pignori obligatæ locum ſubſtituta creditori haudquaquam obligatur, quemadmodum id quoque, quod † in recompenſationem feudi datur, 9
feudi jure non cenſetur, *c. 1. §. ſi vaſallus de benefic. ſi de feud. defunct.* uſq; adeò, ut licet aliâs in univerſalibus precium loco rei, & è contra res precii loco ſuccedere ſoleat, *l. ſi & rem & precium, de pet. hære. l. venditor ex hæreditate, de hære. vel act. vend. & l. imperator. § fin. cum duab. ll. ſeqq. de leg. 2.* Secus tamen fit in feudo, etiamſi id in univerſitate quadā conſiſtat, *Jaſ. in l. ſi eum ſerv. n. 6. ſi cert. pet.* ubi concludit, quod caſtro etiā in feudum conceſſo, & poſtea per vaſallū vendito preciū ex eo redactum nō ſuccedat loco caſtri: cùm interim feudū in caſtro aut villa conſiſtens univerſū quid eſſe cenſea-

cenſeatur, *Panorm. in c. 1. §. fin. n. 2. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. num. 5. de capit. qui cur vend. & Ludovicus Roman. in conſil. 444. num. 7. & 8.*

Quintò apparet etiam ex facti ſpecie, quod Henricus à M. poſt obitum Epiſcopi I. & ſucceſſoris ejus inveſtituræ renovationem non petierit.

Quamvis igitur conditio inveſtitu-
10 ræ non defeciſſet: nihilominus † tamen Henricus ob non petitam inveſtituræ renovationem jure ſuo, quod beneficio talis inveſtituræ conſecutus fuerat, cecidiſſet: cùm vaſallus feudum perfectè etiam quæſitum amittat, ſi à domini ſucceſſore inveſtituræ renovationem intra annum & menſem non petierit, *c. 1. in princ. quo temp. mil. inveſt. pet. deb. & c. 1. in prin. qua fuit prim. cauſ. benef. amit. cùm ſimilib.* Quantò igitur magis is, quem ſæpè jam diximus, Henricus à M. jus ſuum perdiderit, neceſſe eſt, utpotè qui in ea, de qua nobis inſtituta eſt diſputatio, re feudali nullum jus perfectè nactus fuerat, tùm, cùm præſul I. & ſucceſſor ejus vitam cum morte commutârunt.

Eſt enim vulgò trita & crebris JCtorum ſermonibus uſurpata juris regu-
11 la, quod † facilius tollatur jus nec dum plenè quæſitum, quàm amittatur id, quod perfectè conſtitutum eſt, & quaſi radices jam nunc egit, *l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien. jur. & l. qui Romæ, §. Flav. ubi Bart. & Jaſ. de verb. oblig.*

Et ſi fortè quis diceret, jure feudorum nuſquam conſtitutum reperiri, quod is, cui facta eſt ſpes vel promiſſio inveſtituræ ſub conditione (ſi hic vel ille vaſallus ſine maſculis hæredibus diem ſuum extremum obierit,) inveſtituræ renovationem petere te-
12 neatur: & † quod pœna privationis nullibi infligenda ſit, quàm in caſibus jure expreſſis, §. *cùm igitur, Auth. de non eligend. ſecund. nub. col. 1. glo. 15. q. 8. in ſum. Bald. in Auth. ex teſtamento, num. 5. verſ. modo juxta prædicta, C. de ſecund. nup. & Alex. in l. etiam filias, §. licet in dotalib. n. 7. ſol. matr.* Concedatur tamen nihilominus, receptum & uſurpatum eſſe harum provinciarum conſuetudine, ut
† inveſtituræ renovari petantur, et- 13
jamſi realis poſſeſſio feudi nunquam adhuc fuerit tradita, cujus rei locupletiſſimus teſtis eſt *D. Hieron. Schurff. in conſil. 16. in 1. cent.* ubi dicit, quod talis renovatio inveſtiturarum ex generali obſervantia & conſuetudine locorum requiratur, cui tanquam inſigni & magni nominis JCto non immeritò fides hoc caſu adhibebitur per ea, quæ ſcripta reliquerunt *Bart. in repet. l. de quibus n. 21. & ibid. prolixè Jaſ. n. 89. in pri. de LL. Joan. de Imol. in l. 1. §. nunciat. de nov. oper. nunc. quem refert Alex. in l. poſt dotem, n.*
29. ſol. matr. qui † eò ampliùs commu- 14
niter receptum eſſe teſtatur, ut Doctori excellenti conſuetudinem ita vel aliter ſe habere aſſerenti credatur.

Idemq́; teſtatur *Chriſtoph. Porc. in §. apium, inſtit. de rer. diviſ.* Et hoc potiſſimùm locum obtinet in conſuetudine ejus loci, ubi Doctor vel JCtus de conſuetudine atteſtans ſolitus fuit commorari *ſecundùm Matth. de Afflict. in c. 1. in princ. num. 35. de feud. cognit.*

Ex quo ſequitur, ejus, quem paulò antè citavimus, D. Hieronymi Schurffii, utpotè qui hiſce in locis diu multumq́ue ad extremam penè ſenectam verſatus eſt, auctoritatem tantò nobis majorem probabilioremq́ue videri oportere.

Veruntamen hiſce atque aliis minimè refragantibus certò ſtatuimus, Epiſcopum, qui jam præſidet Eccleſiæ M. & capitulum ab Henrico à M. jure compelli poſſe, ut cum feudo promiſſo, & nunc vacante poſſeſſione tradita eum inveſtire, vel ſaltem, ſi hoc fieri minùs poterit, id quod ejus intereſt, præſtare teneantur. In hanc enim ſententiam nos vocat, quod in propoſita facti ſpecie non tantummodò Epiſcopus I. ſed etiam capitulum conſentiens feudum iſtud in caſum mortis poſſeſſoris promiſit.

At †

15 At † quando prælatus adhibito conſenſu capituli, conceſſit alicui feudum quod ſibi & capitulo apertum iri ſperabitur, tenetur non tantùm ipſemet prælatus, verùm etiam ſi is, antequam beneficium ad Eccleſiam revertatur, obierit, ſucceſſor ipſius inveſtituram hanc ratam habere atq; confirmare. Ita in terminis decidit *Bald. in l. fin. in fine, C. ſine cenſu vel reliq.* ubi in hanc ſententiam allegat quoq; *Innoc. in c. niſi eſſent de præbend.* Idemq; aſſerit *Matth. de Afflict. in c. 1. num. 14. qui ſucceſſ. feud. dar. ten.* qui hujuſce ſententiæ auctores citat etiam *Cardinalem in conſil. 15. verſ. ſed etiam alio capite, &c. & Joh. de Anan. in c. fin. ne prælati vic. ſuas*, qui prolixam in hoc articulo atq; luculentam adhibet diſtinctionem. Et tandem *in col. 3. verſ. utrum autem requiratur conſenſus, &c.* in hanc ſententiam diſcedit, quod ſi prælatus de rebus Eccleſiæ, interveniente conſenſu capituli, contraxit, ſucceſſor ipſius hujuſmodi contractui ſtare omninò neceſſe habeat, addens, quod in eandem ſententiam de facto conſultus reſponderit etiam Dn. Florianus. Quò & illud pertinet, quod idem Johan. de Anan. modò citato in loco, *col. 3. verſ. ſed ſi principaliter*, concludit, ſi contractus concipiatur in perſona conventus aut collegii, vel æquè principaliter in perſona conventus & prælati, quod tunc, mortuo prælato, ſucceſſor teneatur ſtare illi, quod fecit

16 capitulum: ea † ratione, quod non varietur vel mutetur perſona contrahens: capitulum enim nunquam moritur, *d. c. niſi eſſent, & ibi Innoc. de præbend. & facit textus in c. ſi gratioſè, de reſcript. lib. 6. & in l. proponebatur de judiciis*, ubi in ſimili dicitur, quod ſedes ſummi pontificis nunquam moriatur: & quod collegium perſonis etiam mutatis ſemper unum & idem ſit atq; perſeveret.

17 Atq; † hanc quidem deciſionem nos tali etiam ratione comprobari nō incommodè poſſe cenſemus, quod capitulum, ſicuti & quælibet alia ſocietas, perſonam referat, atq; repræſentet *l. mortuo, de fidejuſſ. & not. Bart. in l. 1. in §. municeps, n. 2. & 3. de acq. poſſ.* Et quia Epiſcopus vel prælatus beneficio capituli ad honores aſcendit, rerumq; Eccleſiaſticarum emolumento fruitur: non immeritò quoq; ratum habere tenetur, quod geſtum eſt per capitulum, ut proindè factum illius perſonæ præſtet cujus beneficio lucrum eſt conſecutus *l. ex qua perſona, de reg. jur.* Neque enim culpa imputari poteſt ei, ex cujus perſona lucrum quis habet, *l. cum in fundo, §. quod ſi mulier. junct. gl. in verb. Ex quo ipſa lucrum, de jur. dot.* Indeque fit, quod ſucceſſor prælati, cùm nihil lucri ex prædeceſſoris ſui perſona ſentiat, ratum ipſius factum habere non teneatur, *c. 1. junct. gl. fin. qui ſucce. feud. dar. ten.*

Nec verò nos movet, quod Epiſcopus rei tradendæ facultatem nullam habeat, ſicq; capituli factum præſtare non poſſe videatur.

Tametſi enim rem ipſam Henrico à M. tradere non valeat, poterit ei tamen nihilominus præſtare id, quod ipſius intereſt, cùm † in iis negociis, in 18
quibus factum verſatur, ad id, quod intereſt, ſuccedat obligatio, *l. 1. in princ. de act. emt. l. ſtipulationes non dividuntur, in princ. verſ. Celſus de verb. obligat.*

Et in ſpecie, quod dominus, qui verbaliter quempiam inveſtivit, teneatur ad ſolutionem pecuniæ, vel ejus, quod intereſt, ſi rei tradendæ facultatem non habeat, expreſsè traditur *in c. 1. §. ſi facta, & ibi glo. in verb. tradere, Bald. not. 2. Andr. de Iſer. n. 2. Alvarot. n. 6. & Matth. de Afflict. nu. 13. ſi de feud. defunct. & not. idem Andr. de Iſern. in prælud. feud. in 6. & ult. qu. & in tit. qui ſucc. ten. n. 5. cum ſimil.*

Hoc igitur fundamento ſic jacto, atque ſtabilito, non obſunt huic ſententiæ, quæ paulò antè contra diſputando adductæ ſunt rationes dubitandi.

Et primò quidem non obſtat, quod Dominus præſul I. piæ nunc memoriæ Henrico à M. tanquam fratri & proximo a-

mo agnato infeudationis ſpem & promiſſionem facere non potuerit, &c. Licet enim variæ ſint commentatorum, & diſcrepantes ſententiæ, an & quatenus prælati Eccleſiarum agnatis propinquis ſuis feuda Eccleſiaſtica concedere poſſint, aliis aliter atq; aliter exiſtimantibus.

19 Nonnulli † enim putant, infeudationem à prælato conſangvineis ſuis factam omninò & ſimpliciter non ſubſiſtere, *gl. in c. 1. §. hæc omnia, in verbor. in clericorum, ſi de inveſt. inter dom. & vaſall. oriatur lis, & gl. in c. 1. in verb. Archiepiſcopus, qui ſucceſs. feud. dar. tenean. cum ſimilibus ſup. all. & probatur per textum Auth. quibuscunque C. de SS. Eccleſiis,* ubi alienatio rei Eccleſiaſticæ aliâs permiſſa prohibetur fieri in Oeconomum, vel perſonam ipſi conjunctam.

Alii verò cenſent, nihil obeſſe, quò minùs prælatus vel Epiſcopus feudum Eccleſiæ agnato ſuo conferat, dummodo non ſit immenſum, & is, cui confertur, benè de Eccleſia ſit promeritus, præſertim verò, ſi rei familiaris inopia laboret, *Jacob. de Beluis in d. c. 1. verſ. quærit gl. qui ſucceſſ. feud. dar. tenean.* Quidam verò exiſtimant, prælatum res Eccleſiæ agnatis ſuis infeudare poſſe, non quidem in perpetuum, ſed ad tempus duntaxat, veluti ad ſecundam vel tertiam generationem, *Bart. in d. Auth. quibuſcunque, C. de ſacroſanct. Eccleſiis.*

Nonnulli verò arbitrantur, quod in perpetuum etiam valeat ejuſmodi infeudatio, dummodo adhibitis debitis ſolennitatibus & Eccleſiæ utiliter fiat, *Andr. de Iſern. in d. c. 1. num. 12. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant.* Quemadmodum haſce & alias ejuſmodi generis opiniones prolixè recenſent, *Jaſ. in c. 1. nu. 15. cum quatuor ſequent. de his qui feud. dar. poſſ. & Franc. Curt. tract. feud. in 7. quæſt. princ. 2. partis: In princ.*

20 Verior tamen † & juri convenientior ſententia eſt, quod prælatus, licet rem Eccleſiaſticam in feudum de novo concedere non poſſit, ne propinquis quidem & conſangvineis ſuis: rem tamen aliâs ſolitam infeudari cognatis etiam & conjunctis perſonis, concedere non prohibeatur, *Panorm. in c. ut ſuper. n. 18. & 19. de reb. Eccleſ. non alien.* ubi juris civilis Interpretes in repræhenſionem vocat, dicens, ipſorum doctrinæ, quam ex textu *d. Auth. quibuſcunq;, C. de ſacroſanct. Eccleſiis,* extruere conantur, locum non eſſe relictum in prælatis Eccleſiarum, cùm ii hoc ſpeciali privilegio gaudeant, quod poſſint res Eccleſiæ abſque ipſius utilitate abalienare, & ſatis ſuperque ſit, ut ejuſmodi alienatio in Eccleſiæ detrimentum non redundet, *per text. ſingularem in l. ſi quis qualibet, junct. c. præcedent. 12. quæſt. 2.* ſecus autem ſit in Oeconomo, de quo *d. Auth. quibuſcunque,* loquitur, quaſi is tantùm privilegii non habeat, magisque ſuſpectus ſit, quàm prælatus vel Epiſcopus. Et licet Jaſ. *in c. 1. nu. 18. ad fin. de his qui feud. dar. poſſ.* ex ſententia Joan. de Imol. *in d. c. ut ſuper.* hanc Panor. ſolutionem non uſq; adeò probare videatur: ſententiam tamen & dictum illius (nempe res Eccleſiæ à prælato non minùs conſangvineis ſuis, quàm extraneis in feudum, vel Emphiteuſin rectè concedi) nihilominus ipſe quoq; amplectitur, illudque communi Dd. calculo receptum eſſe teſtatur ibidem *nu. 19.* dummodo ii, quos modò diximus, propinqui & conſangvinei prælati homines ſint honeſtæ conditionis & famæ.

Et quod hæc ſententia communiter recepta ſit, *Franciſc. Curt. etiam in d. tract. feud. in quæſt. 7. ſecundæ partis, num. 1. ad finem, & nu. 2. & 3. aſſerit,* dicens, eam non modò conſuetudine uſurpatam eſſe, ſicuti vult *gloſſ. in c. 1. in princ. ſi de feud. int. dom. & vaſall. lis oriat.* verùm etiam ſcripto, atq; manifeſto jure niti.

Ad eamq; comprobandam non innumeras tantùm auctoritates, verùm textus etiam aliquot allegat, veluti textum *in c. relatum 2. de teſtam.* ubi diſponitur, quod clericus de mobilibus per Eccleſiam acquiſitis, poſſit aliquid con-

Digitized by Google

conferre benemeritis ſecundùm modum ſervitii præſtiti, ſive hi conſangvinei ſint, ſive extranei.

Adducit item textum *in c. dilecto in princ. de præbendis*, & quæ ibidem notant Canoniſtæ dicentes, quod præſules Eccleſiarum, & alii prælati beneficia Eccleſiaſtica iis potiùs, quos vel ſangvinis, vel affinitatis propinquitate attingunt, quàm extraneis conferre debeant, &c.

Ceſſante enim fraude ſatius eſt conſangvineis ſubvenire, quàm extraneis, *Panorm. in d. c. ut ſuper n. 19. de rebus Eccleſ. non alien.* cùm naturale ſit, ut propinquos & cognatos noſtros cariores habeamus, *c. non exiſtimemus, 13. quæſt. 2.* ut non immeritò M. Cicero *lib. 1. offic.* ſcriptum reliquiſſe videatur.

21 In † beneficiis conferendis obſervandos eſſe gradus ſocietatis hominum, ut ficut quiſq; eſt nobis conjunctiſſimus, ita plurimùm ipſi tribuamus: ſangvinis enim conjunctio (inquit) & benevolentia devincit caritate homines, magnumque eſt eadem habere monumenta majorum, iiſdem uti ſacris, & ſepulcra habere communia, &c. Quapropter cum aliis opinionibus rejectis atq; exploſis, communiter approbata ſit hæc ſententia, quod prælatus feudum Eccleſiæ non minùs rectè & licitè propinquis & agnatis, quàm aliis poſſit concedere: Conſequens eſt, ei tàm in conſulendo, quàm in judicando firmiter inſiſtendum eſſe, per text. *l. 1. verſ. Et ſanè crebrior de offic. quæſto. l. Athletas, in princ. verſ. & generaliter, de his qui not. infam. c. prudentiam, & ibi Panorm. in 4. notab. de offic. & poteſt. jud. deleg. Et idem Panor. in c. 1. nu. 15. de conſtit. Bald. & cæteri Dd. in l. Barbar. de offic. præt. Jac. Butr. Bald. & reliqui in l. fin. C. qui pro ſua juriſdict.*

Siquidem communis, & crebriori Interpretum ſuffragio recepta ſententia conſuetudinis quodammodo inſtar obtinet *Bald. in c. non imitaris, de conſtitut.*

Secundò † non obſtat, quod promiſſio de infeudando de bonis viventis concepta, ſicq; de futura ſucceſſione facta fuerit, & quod conſequens eſt, non ſubſiſtat, &c. Negatur enim antecedens. 22

Nam † licet non inficiemur, quod pactum de bonis viventis non ſubſiſtat per jura ſuperiùs adducta: ideoque ne inveſtitura quidem de alieno feudo purè, adeoq; de dominio apud vaſallum adhuc exiſtente facta valeat, *c. 1. qui ſucc. ten. tit. 2. verſ. nam ſi quis, &c. & c. 1. de clericis, qui inveſt. fec.* 23

In propoſito tamen inveſtitura vel promiſſio infeudandi facta non eſt purè, neq; in illud tempus concepta, quo utile dominium adhuc eſt penes vaſallum poſſidentem, ſed ſub conditione, ſi poſſeſſores ſuprà dicti feudi ſine maſculis hæredibus è vita decedere contingeret, adeoque eum in caſum, quo utile dominium ad Epiſcopum & Eccleſiam M. reverſurum erat, cujuſmodi infeudationes conditionales ſecundùm feudorum conſuetudines ſubſiſtere certò eſt certius, *c. 1. qui ſucc. feud. dar. teneant. c. 1. qui ſucceſſ. ten. aliàs incipit: Hic poteſt eſſe titulus, qui ſucc. ten. c. 1. §. ſi quis inveſtierit, de feud. dat. in vic. legis commiſſ. c. 1. de cler. qui inveſt. fec. & c. 1. §. Moribus, ſi de feud. defunct.* & concordat jus feudale Saxonicum, *c. 5.* Lehnrecht/ ubi habentur hæc verba: Zweyen Mannen mag der Herr ein Gut leyhen/ alſo/ daß einer die Gewehr daran habe/ vnd der ander das Gedinge/ als ob dieſer ohne Lehnerben ſtürbe/ der das Gut in Gewehren hette.

Ratio eſt, quod is, qui feudum concedit, vel inveſtiendi promiſſionem facit, non eſt expers dominii, ſed ipſemet dominus directus. Et licet dominii ſui directi conceſſionem nullam faciat, ſed utilis duntaxat, nihilo tamen minùs promiſſionem in illud tempus confert, quo ejuſmodi utile dominium à vaſallo abſceſſurum, & retrò ad dominum commeaturum erat.

Ut pro-

Ut proinde dici non poſſit de bonis vaſalli promiſſionem ab ipſo factam eſſe, quemadmodum eleganter ſcribit *Andr. de Iſern. in c. 1. num 3. qui feud. dar. ten. & ibidem Matth. de Afflict. n. 6.* ubi dicit, quod hoc caſu nullum fiat præjudicium viventi, cum inveſtitura conferatur in caſum permiſſum, quo videlicet futurum erat, ut utile dominium cum directo conſolidaretur. Et facit huc vulgata juris regula, qua dicitur, quod paria ſint facere aliquid tempore licito, vel permiſſo, & conferre aliquid in tempus permiſſum, *l. in tempus, in princ. & ibi Bart. de hæred. inſtituen.* quod idem non eſt in caſu, *l. ſi fundum, de fund. dotal. & in l. fin. C. de pactis*, utpotè quo dominium rerum prorſus erat alienum: ideoque ſine voluntate domini nihil de eo conſtanter diſponi poſſe, non immeritò reſponſum & reſcriptum extat, *teſte Andrea de Iſernia, in d. c. 1. numero tertio, qui ſucceſſ. feud. dar. teneant.* Et facit huc, quod ſcribit *Matth. de Afflict. in c. 1. nu. 45. eod. tit. qui ſucc. feud. dar. tenean.* ubi dicitur, quod, quæ ſtatuta ſunt de eo, quod in eſſe jam nunc productum eſt, cenſeantur etiam ſtatuta in eo, quod directum eſt ad eſſe, *l. arrogato, & l. adoptare de adopt.* Item, quod de exiſtentibus in actu & potentia idem ſit interponendum judicium, *l. qui in utero, de ſtat. homin. l. & poſt rem judicatam, de tranſaction. & l. foramen, de ſerv. ruſt. prædior. cum ſimilibus.*

24 Tertiò †ad rem non pertinet, quod ſucceſſor prælati non teneatur comprobare, ratamque habere inveſtituram ſui prædeceſſoris, niſi adhibito conſenſu ejus, qui feudum detinet, miſſus fuerit in poſſeſſionem inveſtitus, &c. Tametſi enim hæc plerunque & regulariter vera ſint, *c. 1. qui ſucc. teneant. 1. & 2. c. 1. §. ſi quis inveſtierit, de feud. dat. in vic. legis commiſſ. c. 1. §. morib. ſi de feud. defunct. cum ſimil. ſupra allegatis.*

Huic tamen regulæ quibuſdam in caſib. locus non eſt relictus: inter quos ille etiam connumeratur, quando prælatus inveſtituram, vel promiſſionem de inveſtiendo fecit interveniente conſenſu capituli (ſicuti in propoſito noſtro.) Tunc enim, quia Eccleſia nunquam moritur, nec perſona contrahens mutatur, neceſſe habet prælatus, factum capituli tanquam perſonæ repræſentatæ, ex qua lucrum & emolumenta redituum Eccleſiæ conſecutus eſt, comprobare, atq; confirmare, ſecundùm *Innoc. in c. niſi eſſent de præbendis, Bald. in l. fin. in fin. C. ſine cenſ. vel reliq. Joh. de Anan. in c. fin. ne prælat. vic. ſu. & Matth. de Afflict. in c. 1. n. 14. qui ſucc. feud. dar. tenean. cum ſimilib. ſuperius adductis.*

Idq; in caſu noſtro potiſſimùm obtineat, neceſſe eſt, propterea quod effectus promiſſionis, & factum inveſtiendi non tantùm in conceſſorem ipſum, verùm etiam in ſucceſſores ipſius cum conſenſu capituli dirigitur: quemadmodum ex obligatione, & promiſſione ipſa manifeſtè apparet.

Quartò ad propoſitum nihil facit, quod ea, de qua nos agimus, promiſsio infeudandi ſub conditione facta fuerit, ſi per mortem dominorum vaſallorum feudum ad Epiſcopum, ipſius ſucceſſores & ad Eccleſiam eſſet reverſurum, &c. Et quod ejuſmodi conditio defecerit, cùm feudum, de quo Henrico ſpes & promiſsio facta fuerat, Epiſcopo & Eccleſiæ M. apertum non fuerit, ſed alii principi, cujus dominio ſubjecta fuit tempore mortis vaſallorum præfectura S. in qua prædictum feudum ſitum eſt, &c.

Ut autem hanc objectionem & commodius & dilucidius refellere poſſimus, paucis præmittendum eſt, quod conditiones, quæ verè ſic dicuntur, nempe quæ non in præſens vel præteritum, ſed in futurum tempus conferuntur, *l. cùm ad præſens cum duabus LL. ſeq. ſi cert. pet.* in triplici ſint differentia.

Aut †enim poteſtativæ ſunt, aut caſuales, aut deniq; mixtæ, *l. ſuus quoq. in pr. ubi Bart. & Dd. de hær. inſtit.* & eſt text. 25

per-

Digitized by Google

perquam elegans, *in l.unic.§.ſin autem ſub condit.C. de caduc.toll. Jaſ. in l. 1.in pr. C.de inſtit. & ſubſt.* Porrò mixta conditio dicitur, quæ vel ex voluntate duorum, vel partim, ex voluntate, partim autem à caſu dependet, *d.l.1.C.de inſtit. & ſubſt.& d.l.ſuus quoq;in princ.de hæred. inſt.* Ex quo ſequitur, hanc, de qua nobis diſputatio inſtituta eſt, conditionem mixtam eſſe, cùm partim à caſu, utrum ſcil. domini vaſalli ſine maſculis hæredib.eſſent deceſſuri, partim verò à voluntate præſulis, & capituli M. inveſtituram adimplere, tenentis, dependeat.

26 Quib. † ita fixis pro regula conſtat eſſe traditum, quod, ſi conditio mixta deficiat, non per caſum, ſed per alium, in cujus perſona adimpleri debebat, non evaneſcat obligatio, textus eſt notabilis, & obſervatione inprimis dignus *in l. in teſtam.2.& not.ibi. Bart. Caſtr.& cæteri Dd.de cond.& demon.*

Jam verò conditio in propoſito noſtro non defecit per caſum, cùm mors dominorum vaſallorum ſit ſubſecuta, ſed per Epiſcopum M. & dominos de capitulo, quorum facto præfectura S. in qua ſitum eſt id, cujus ſæpè mentionem jam fecimus, beneficium, permutationis titulo in alium principem tranſlata fuit, antequam ejuſmodi beneficium vacare inciperet.

27 Et † ſuccedit hoc loco alia etiam juris regula, hæc videlicet, quod, quoties ſtat per eum, cujus intereſt, conditionem non adimpleri, pro impleta habeatur conditio, *l. jure civili, de condit. & demonſtr. l. in executione, §.ſin.de verb. oblig. l. in jure civili, ubi Dec. & Cagnol.de reg.jur. l.ſin. C.de condit.inſert.& c.cùm non ſtat per eum, de reg.jur.in 6.*

Ita enim in propoſito intererat Epiſcopi, & Canonicorum, ne adimpleretur conditio, ne ſcilicet impleta ea tenerentur inveſtituram confirmare, & exequi ſicuti in ſimili dicitur de hærede, cujus intereſt conditionem non exiſtere, ne ad legati præſtationem teneatur, *d.l.jure civili, & not.ibi Paul.de Caſtr.& l. Julius Paul. in ſin. de condit.& demonſtr.* Tunc enim pro impleta habetur conditio, (inquit ibi Papinianus) cùm per eum ſtat, qui, ſi impleta eſſet, debiturus erat.

Hùc † accedit, quod prædicta conditio promiſsionibus infeudandi ideò ſolet inſeri, ut ſuſtineatur forma inveſtituræ, vel promiſsionis, quæ aliàs, ſi purè conciperetur, non ſubſiſteret, & quod conſequens eſt, ſucceſſor eandem confirmare neceſſe non haberet, *c.1.verſ. nam ſi quis, qui ſucceſſ.ten.tit.2.& c.1.de cler. qui inveſt.fec.& tradit Bald.in modò d. c. 1.n.1.in 2.notab.& nu.2.& ibid. Matth.de Afflict.n.44.& 45. qui ſucc.tene. tit.2.* Non autem ut prætextu ejuſmodi conditionis via pateat domino eludendi, & in effectu revocandi promiſsionem à ſe factam. 28

Tùm † quod inducta in unum finem non debeant contrarium effectum operari, *l.legata inutiliter de legat. 1. & l. legata inutiliter, de adimend.legat. & l.cum tale, §.ſin.de condit.& demonſtr.* Tùm verò, quod domino promiſsionem & ſpem inveſtituræ ſemel factam directo revocare non liceat, *ſecundùm Andr.de Iſern.in c.1.n.13.qui ſucc.feud.dar. ten.* ubi primùm in partem negativam diſputans dicit, nihil obeſſe, quò minùs dominus talem promiſsionē tanquam nullam, & propter votum captandæ mortis bonis moribus repugnantem poſsit revocare, *argum.l.ſin. C. de pact.c. 2. c.relatum, & c.ex tenore, de conceſſ.præbend.* ſed tandem tamen concludit, quod dominus ejus, quàm ſæpè diximus, promiſsionis revocandæ poteſtatem nullam habeat, propterea quod talis promiſsio firma ſit, & valida, moribuſq; feudorum fulcita, *c.1.§. morib.ſi de feud.defunct.cum ſimilib.* 29

Malum † autem vel malè promiſſum dici non poſsit, quod legis auctoritate, adeoque jure, & quod conſequens eſt, juſtè & benè geritur, *c. quod dicam, 14. qu. 4.* præſertim cùm milites per haſce & ſimiles promiſsiones vel 30

Digitized by Google

conceſſiones invitentur ad pericula pro Republ. ſubeunda. Etſi fortè nonnulli talibus promiſſionibus abutentes vitæ poſſeſſorum inſidias ſtruant, id præter domini voluntatem accidat, *c. de occidendis, 23. q. 5.* Ideoq; eum extra culpam eſſe; cùm quilibet licitè diſponat de re ſua, *l. in re mand. C. mandati:* non modò ſi de re & jure præſenti, verùm etiam de jure adhuc futuro, ac necdum plenè acquiſito negotiis contrahendis implicetur, utpotè ſi vel pacto interveniente remittat, vel vendat jus futurum, *l. 1. C. de pactis, & l. nec emtio, ff. de contrah. emtio.* Interim tamen ejuſmodi contractus intempeſtivè revocare non liceat, *l. in commodato, §. ſicut. commodati, & l. ſicut de act. & obligat.* ſed quod potius eo, cujus ſpes ſuberat, jure ſuperveniente contractus retrotrahatur, & quaſi ab initio extitiſſe videatur, *l. quod ſi pendente, §. fin. de peric. & comm. rei vendit. & l. potior. in princ. qui potio. in pign. hab.*

31 Et † quod dominus promiſſionem infeudationis, antequam beneficium vacet, directè revocare non poſſit, ſcriptum reliquit etiam *Matth. de Afflict. in d. c. 1. n. 58. cum 6. ſeq. qui ſucc. feud. dar. ten.* ubi & ipſe hanc quæſtionem in utramque partem prolixè diſputat, & tandem cum Iſern. in eandem ſententiam diſcedit. Et pertinet hûc illa quoq; juris regula, quod in contractibus nominatis pœnitentiæ locus non ſit relictus *l. incivile, C. de rei vendic. & quod tradunt Dd. in l. ſi pecuniam, & ibi, in primis Jaſ. n. 12. cum aliquot ſeqq. de condict. cauſa dat.*

Si ergo domino promiſſionem inveſtituræ alteri à ſe factam directè revocare non licet, neceſſariò ſequatur oportet, quod eam nec obliquè, abalienando ſcilicet jus directum revocare poſſe debeat, cùm id, quod una via prohibetur, alia via non debeat eſſe permiſſum, *l. ſcire oportet, §. ſi mater. de excuſat. tutor. l. 3. §. liberi, de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. & c. cum quid, & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Hæc † autem non in eam dicta volumus exiſtimari ſententiam, quaſi dominus beneficium, cujus ſpem uni fecit, alteri concedere vel alienare prius quàm aperiatur, non poſſit. 32
Hanc enim poteſtatem dominum habere, haudquaquam eſt ambigendum quemadmodum etiam rem uni venditam alii denuò vendere poteſt & tradere, *l. ſi autem, §. ſi duob. de public. in rem act. & l. quoties, C. de rei vendicat.* ſed ne penes eum ſitum ſit, promiſſionem ſuam penitus illudere, utque ad minimum traditionem, vel inveſtitura reali non facta omnem utilitatem, vel id, quod intereſt, præſtare teneatur, *ſecundùm gl. in c. 1. §. ſi facta, & ibi Bald. nu. 6. & Matth. de Afflict. n. 13. & n. 28.* Et tradunt Feudiſtæ *in c. 1. de nov. form. fidelit. & in c. 1. in princ. de controv. inveſt. cum ſimilib.*

Et in hanc ſententiam ea etiam de cauſa ſumus procliviores, quod Epiſcopus & capitulum M. per ſolutionem ejus, quod intereſt, non magis gravari videantur, quàm ſi rei tradendæ etiamnum poteſtatem haberent, cùm in recompenſationem præfecturæ S. aliam præfecturam M. ſcilicet receperint.

Quæ licet fortè præfecturæ S. naturam non per omnia ſapiat, poteſt tamen nihilominus vice quodammodo permutati dominii reſtituta videri, ut proinde abſumtum dici non queat, quod in corpore patrimonii retinetur, quemadmodum in ſimili dicitur, *in l. ſed quod, cum l. ſeq. de legat. 2.*

Quintò & ultimò non obſtat, quod ſupra dictum fuit, Henricum à M. poſt obitum Epiſcopi I. & ſucceſſoris inveſtituræ renovationem, prout ſecundùm receptam harum provinciarum conſuetudinem fieri meritò debuerat, non petiiſſe.

Primùm † enim talis conſuetudo, cum in facto conſiſtat, legitimè probetur, neceſſe eſt, *c. 1. de conſtit lib. 6. junct. l. quæcunq; §. fin. de publ. in rem.* Quod haud ſcimus, an per ſolam aſſeverationem 33

D. Hie-

D. Hieronymi Schurffii, (pace dixerimus tanti & talis viri) fieri poſſit.

Quamvis enim nonnulli exiſtiment, Doctori aſſerenti conſuetudinem ſic vel aliter ſe habere fidem adhibendam eſſe Bart. *in repetitione, l. de quibus, de LL. cum aliis ſupra allegat.* contrarium tamen verius eſt, quemadmodum expreſsè ſcribit *Alex. in l. poſt dotem, num. 29. ſolut. matrim.* dicens, quod † licet
34 non unus aliquis, ſed multi etiam Dd. aſſeverarent, conſuetudine illud receptum eſſe, dicto tamen illorum minimè ſit ſtandum, cùm non reperiatur jure cautum, quod per vocem mortuam probetur cõſuetudo, quæ eſt facti.

35 Et † quod ad Doctorum curam officiumque pertineat jura interpretari, non autem conſulere de iis, quæ ſunt facti, *l. ſi ex plagis, §. in clivo, Ad L. Aquiliam, & facit l. putator eod. tit.* Et hanc Alex. ſententiã Jaſ. quoq; *in d. l. de quib. nu. 89. de LL.* ſequitur, ubi dicit, quod nec glo. nec Doctori quantumvis præcellenti de conſuetudine atteſtanti ſit credendum hac ratione, quod facta tanquam incerta non modò ſapientiſſimos quoſque, verùm etiam principem ipſum non rarò fallant, *l. 2. de jur. & fact. ignor. & d. c. 1. de conſtit. lib. 6.* & quod Doctori juris eatenus credendum ſit, quatenus juris interpretandi munere fungatur: ita tamen, ut illam ipſam auctoritatem ejus non neceſſariam, ſed probabilem tantùm exiſtimemus, per ea, quæ notat *gloſſ. & Dd. in l. 1. C. de LL.*

Secundò licet maximè de allegata conſuetudine certò conſtaret, locum tamen in propoſito obtinere non poſſet. Nam D. Hieron. Schurff. *in citato conſil. 16. in 1. cent.* dicit, ejuſmodi conſuetudinem receptam eſſe in caſu ſimultaneæ inveſtituræ, vel manus (ut ipſe appellat) conjunctæ, quod ſcilicet talis ſimultaneæ inveſtituræ renovationem peti neceſſe ſit.

At verò in caſu noſtro nulla prorſus ſubfuit inveſtitura, ſed tantùm nuda promiſſio de inveſtiendo, tunc, cùm Epiſcopus I. & ſucceſſor ejus ex hac vitæ humanæ conditione fuerunt evocati: ſiquidem tùm temporis beneficium ſæpè dictum non fuerat apertum, & † certi eſt ac manifeſti ju- 36
ris, quod promiſſio de inveſtiendo tunc demùm capiat effectum, & inveſtitura dici mereatur, cùm feudum domino fuerit apertum, *c. 1. §. moribus, ſi de feud. defunct.* ut non immeritò dixiſſe videatur *Matth. de Afflict. in c. 1. §. ſi facta, nu. 28. d. tit. ſi de feud. defunct.* quod inveſtitura & promiſſio de inveſtiendo differant, quemadmodum & venditio & promiſſio de vendendo, *l. in bon. fidei, de eo quod cert. loc. l. ſi hæres, de action. emt. cum ſimilibus ab ipſo allega.*

Et comprobatur hæc ſententia jure etiam Saxonico feudali. Ita enim habetur *in c. 57. Lehnr. in principio:* **Leyhet ein Herr / Frawen oder ManGeding an eines Mannes Gut/ſtirbt jener darnach/ der es in Gewehren hatte/die Gewehr des Gutes iſt erſtorben auff den / deme das Gedinge geliehen war/ zuvor aber war es ſein Lehn / unter dem Gedinge und Beſcheyd/ob der ohne Lehnßerben ſtürbe/der es in Gewehren hatte.**

Quapropter, cùm Henricus à M. tempore obitus Epiſcoporum inveſtituram adhuc nullam habuerit, utique renovationem ipſius petere non modò neceſſe non habuit, verùm etiam petere eam non potuit, cùm ejus, quod in rerum natura necdum productum eſt, nullæ prorſus ſint qualitates, *l. ejus qui in provincia. ad fin. ſi cert. pet. & l. ſi ſervum, §. 1. de act. emt.*

Tertiò quantumvis concederemus in perſona Henrici, antequam id, quod ſæpè jam diximus, beneficium vacaverit, inveſtituram ſubfuiſſe, non neceſſaria tamen fuiſſet renovationis petitio. Hac † etiam de cauſa, quod 37
ejuſmodi renovationem tunc demùm petere neceſſe eſt, quando perſona domini vel vaſalli mutatur, *c. 1. in prin. quo temp. mil. inveſt. pet. deb.* Atqui in caſu

noſtro licet duo Epiſcopi mortui ſint, priuſquam feudum aperiretur: capitulum tamen tanquam perſona repræſentata, propter cujus conſenſum ea, de qua nos loquimur, promiſſio ſucceſſores obligat, nunquam moritur, ſed ſemper unum idemq; perſeverat, *c. niſi eſſent, & ibi Innoc. de præben. c. ſi gratioſè, de reſcript. lib. 6. Joh. de Anan. in c. fin. col. 3. & 5. ne præl. vices ſuas*, ubi hac ipſa de cauſa negotium cum prælato capituli conſenſu adhibito contractum ſucceſſorem obligare aſſerit, quod capitulum nunquam moriatur, vel intercidat: ſicque non varietur perſona contrahens. Ex quibus omnibus cum plùs quàm manifeſtò liqueat, ceſſare in propoſita facti ſpecie cauſam, ob quam renovatio inveſtituræ petenda eſt, conſentaneum eſt, ipſi quoq; prætenſæ conſuetudini nullam hoc caſu reliquum fore locum, *arg. l. quod dictũ, de pact. & l. adigere, §. quamvis de jur. patr.*

Quartò, ſi petenda eſſet renovatio eo quoque in caſu, quo facta ſolùm eſt promiſſio de inveſtiendo, ſicque inveſtitura feudo nondum aperto adhuc in ſuſpenſo eſt (quod ipſum tamen jure caveri meminiſſe non poſſumus,) conſequeretur, omnis prorſus dubitationis expertem fore certiſſimam hanc & immotam juris doctrinam, quod ſucceſſor teneatur habere ratam promiſſionem de inveſtiendo per prædeceſſorem, interveniente capituli conſenſu factam, per ea, quæ ſuperiùs latè ſunt adducta.

Quotus enim quiſq; eſt, qui non videat, ſucceſſorem, ſi comprobatio vel renovatio inveſtituræ ab ipſo peteretur, ac fieret, (alioquin enim petitio eſſet fruſtranea) ex ejuſmodi promiſſione dubio procul teneri. Cùm interim talem promiſſionem per ſolum capituli conſenſum ſuſtineri juris noſtri Interpretes teſtentur, legesq; & deciſiones juris ita accipiendæ ſint, ut legentibus ancipitem cogitandi curam afferant, dubitationemve moveant, *l. quod Labeo de Carb. edict.*

Quintò † expediti juris eſſe conſtat, in omnibus tùm pactis tùm contractibus verba, ex quibus oritur obligatio, potiſſimùm inſpicienda eſſe, *l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ad fin. de verbo. obligat.*

Neque enim certius eſt ullum mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, teſte Caſſiodoro, quem refert & ſequitur *Bald. in rubr. extra de teſtib.* cùm quilibet id ſenſiſſe vel menſe agitâſſe intelligatur, quod ſermo ipſius præ ſe fert, atque ſignificat, *l. labeo, verſ. idem Tubero, de ſuppell. legat. & l. nepos Proculo. & ibi Alciat. verb. ſenſit. de verb. ſignific.* qua etiam de cauſa ſermo index animi vocatur à Cicerone.

Jam verò in obligatione, quæ continetur ea, de qua nos diu jam, multumque diſputamus, promiſsio infeudandi expreſsè cavetur, quod Henricus à M. tunc demùm renovationem inveſtituræ petere debeat, quando ipſi beneficium promiſſum perfectè fuerit traditum: ita enim habent dictæ promiſsionis verba: Wo gedachte N. als Beſitzer des Lehns / ohne rechte Leibs Lehnßerben mit Tode abgiengen / vnd dardurch obbemelte jhre Lehngüter an vns / vnſere Nachkommende / vnd das Stifft / als die Lehnshand / verfallen würden / das als dann obgedachter vnſer Bruder / vnd ſeine rechte Leibs Lehnserben / ob der noch ſeyn würden / oben berürte Güter jede vnd alle / nichts davon außgeſchloſſen / von vns / vnſern nachkommenden Biſchoffen vnd Stifft / zu rechten Lehn vollkömlich ſollen geliehen vnd eingereumet werden / die zu beſitzen / zu genieſſen / wie gebührende zu verdienen / den Lehn als dann / vnd ſo offt die zu Falle kommen / rechte Folge zu thun.

In qua promiſsione illud diligenter obſervandum eſt, quod primo loco de plenaria inveſtitura & feudi traditione dicitur, & deinde ſubjungit: Das den Lehn als dann / vnd ſo offt ſie zu Falle kommen / Folge geſchehen ſolle.

Quæ † dictio (als dann) dictioni Latinæ (tunc) æquipollet, ejuſq; eſt naturæ, 39

ut ex-

ut extremitatem temporis deſignet, adeoque omnia præcedentiia priùs facta & completa eſſe oporteat, quàm hic articulus (tunc) verificari poſſit, *l.4. §.fin. de condit. & demonſtr. clem. unic. de conceſſ. præbend. & clem. 1. de jure patron.*

Quapropter etſi maximè aliàs renovatio tali in caſu, qualis hic noſter eſt, de jure vel conſuetudine petenda eſſet: In propoſito tamen major eſſet habenda ratio inveſtituræ, quàm prætenſæ conſuetudinis: cùm † inveſtitura omni feudorum juri & naturæ deroget, *c. 1. §. præterea, quid ſit inveſtit. c. 1. §. fin. per quos fiat inveſtit. & c. 1. §. eſt & alia, in fin. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.* Quemadmodum enim in cæteris negotiis omnibus contractus ex conventione legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conveniat depoſit. & l. contractus de reg. jur.* Sic & feudis per pactum forma accommodatur, & receditur à propria natura feudi, *Bald. in l. quoties, num. 3. in fin. cum ſeq. C. de ſuis & legit. hæred. & in c. 1. ubi idem Bald. in 2. notab. num. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud.* uſque adeò, ut propter pactum inveſtituræ inſertum notiſſimos ſuos terminos feudum egrediatur, eademque de cauſa à tenore contractus & inveſtituræ nullo modo ſit recedendum, prout copiosè annotavit *Matth. de Afflict. in c. 1. §. eſt & alia cauſa, num. 8. cum 5. ſeq. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.*

Reſponſum iſtud juri eſſe conſentaneum, profitemur nos Jacobus Thomingius Ordinarius, Paulus Louvaſſer ſenior, & reliqui Dd. collegii Juridici Lipſenſis, ſalvo cujusque rectius ſentientis, & firmiora afferentis judicio, in cujus etiam fidem ſigillum collegii noſtri apponi curavimus.

Conſilium Collegii Juriſperitorum Francofordenſium in eadem cauſa.

1. *Conditione ceſſante perinde eſt, ac ſi promiſſio conditionalis vel diſpoſitio nunquam facta eſſet.*
2. *Quæ ſub conditione ſunt, non dicuntur eſſe ſub diſpoſitione.*
3. *Conditio diſpoſitioni, cui adjungitur, formam ſubſtantialem addit.*
4. *Conditio naturam & vim cauſæ finalis habet.*
5. *Ceſſante forma vel cauſa finali diſpoſitionis, ipſa diſpoſitio ceſſat.*
6. *Prælati ſucceſſor non tenetur ratam habere inveſtituram anteceſſoris, in caſum mortis alterius factam.*
7. *Idem obtinet in promiſſione de inveſtiendo.*
8. *Prælati non poſſunt in feudum dare res Eccleſiæ conſangvineis, declaratur nu. 22.*
9. *Inveſtituræ renovationem in foro Saxonico petere tenetur is, etiam qui non poſſidet.*
10. *Jus Saxonicum magis conſiderat ſimultaneas inveſtituras, quàm jus agnationis, & num. 23.*
11. *Niſi ea facta fuerit conſentiente capitulo, & num. 21.*
12. *Conſentiens alienationi rei ſuæ ſibi præjudicat.*
13. *In caſibus, in quibus conſenſus capituli expreſſus inducit obligationem, ſufficit etiam tacitus: ſic etiam tacitus conſenſus domini in alienatione feudi ſufficit.*
14. *Res ſolitæ infeudari facilè alienari poſſunt.*
15. *Et poſſunt etiam infeudari ſine conſenſu capituli.*
16. *Capitulum nunquam moritur.*
Capitulo obligato etiam ſucceſſores tenentur.
17. *Dominus, qui alicui feudum, ſi vacaverit, promiſit, non facta traditione tenetur ad intereſſe, & num. 18.*
19. *Inveſtitura abuſiva nullum jus reale tribuit.*
20. *Conditio habetur pro impleta, ſi ſtat per eum, cui debet impleri.*
24. *Simultanea inveſtitura renovari non poteſt, ubi non eſt.*
25. *Aliud eſt infeudare, & infeudationem promittere.*

Habita diligenti & caſus & inveſtituræ conceſſæ conſideratione, primò ſanè videbatur dicendum, præſulem M. ob feudum ab anteceſſore promiſſum, jamq; apertum, Henrico à M. ratione ejus quod intereſt nequaquam obſtrictum eſſe. Expreſſa enim inveſtituræ verba hoc volunt, ut, ſi poſſeſſor feudi ſine legitimis hæredibus decederet, hacq; ratione feudum Epiſcopo vel ſucceſſoribus ejus aperiretur, tùm demùm Henricus iſtud haberet. Ex quibus colligitur, infeudationis promiſſionem non ſimpliciter, ſed ea conditione, ſi per mortem poſſeſſoris ad Epiſcopum vel ejus ſucceſſores devolveretur, factam eſſe.

Cùm autem deinde feudum non Epiſcopo M. ſed principi, in quem omne jus & directum dominium præfecturæ S. (in qua feudum ſitum erat) translatum eſt, apertum fuerit, conſequens etiam eſſe videtur, conditionem, in quam directa erat inveſtitura, omninò defeciſſe, atque adeò in propoſito locum habere regulam, quæ

1 docet, quando † contractus promiſſio, vel alia diſpoſitio conditionem habet, quod ea ceſſante, perinde ſit ac ſi contractus promiſſio vel diſpoſitio nunquam facta fuiſſet: textus eſt *in l. pecuniam, ibi, perinde enim eſt, ac ſi nulla ſtipulatio interveniſſet, & ibi Caſtr. num. 3. Jaſ. n. 4. Alex. n. 4. Dec. n. 4. ſi cert. pet.* textus præterea eſt *in l. neceſſariò, verſ. quod ſi ſub condit. de peric. & commodo rei vend.* ubi dicitur, quod ſi ſub conditione res venierit, ſiquidem defecerit conditio, nulla eſt emtio, ſicuti nec ſtipulatio, faciunt textus, *l. proinde, ſi cert. pet. l. potior. in princ. ſecund. reſp. qui pot. in pign. hab. l. ſi pupillus de condit. inſt. ſignor. conſil. 227. n. 5.*

2 Hinc † dicitur, quod quæ ſub conditione ſunt, non dicantur eſſe in diſpoſitione, *l. ſi quis ſub conditione dandorum decem, ſi quis om. cauſ. teſtam. l. cedere diem, verſ. ubi ſub conditione, de verb. ſign. §. ex conditionali, inſt. de verb. obligat. Dd. plenè in l. ita ſtipulatus, de verb. oblig. Gratus conſil. 6. nu. 12. & conſil. 69. n. 9. & conſil. 138. num. 8. 1. part. & conſil. 26. nu. 2. part. 2.* Confirmantur iſta ex ipſa natura conditionis.

Nam † clari juris eſt, quod conditio illi contractui vel diſpoſitioni, cui adjungitur, formam ſubſtantialem addere dicatur, text. ad hoc eſt *in l. prætor, in princ. de collat. bonor. Baldus Auth. matri & aviæ, numero tertio, verſ. Quidam enim dicunt, C. quom. mulier tut. off. fung. Dec. c. ex parte, el. 2. num. 4. de appellat. & conſil. 11. num. 9. part. 1. Alex. Aret. & Jaſ. l. moribus, §. fin. de vulgar. & pupill. & Aret. c. in cauſis, de teſtibus, Alex. l. fin. in princ. num 10. C. de jur. deliber. & l. 1. in fin. de lib. & poſth.* 3

Præterea † clari juris eſt, quod conditio diſpoſitioni alicui appoſita naturam & vim cauſæ finalis habet, *l. demonſtratio, §. quod autem, & ibi Bart. de condit. & demonſtr. Bart. l. 2. §. fin. num. 2. & ibi Raphael Cuma. & Caſtren. de donat. Jacob. de S. Georg. l. ult. 1. col. C. de edict. Div. Adr. toll. Salic. & Bologn. l. damus, de condit. indeb. Aegid. Bella. c. poſt translationem, col. 4. de renunc.* Locum itaque in propoſita facti ſpecie ſibi vendicabit id, quod de jure vulgatiſſimo dicitur, ceſſante forma vel cauſa finali diſpoſitionis, ipſam etiam diſpoſitionem ceſſare. Facit † hûc magis in ſpecie doctrina Panorm. *c. reliqui per illum textum 3. notab. de cuſt. Euchariſt.* ubi dicitur, ceſſante cauſa conceſſionis, etiam ipſam conceſſionem ceſſare. Idem tenet *Matth. de Afflict. c. 1. §. morib. n. 3. ſi de feud. defunct. contro. fue. int. dom. & agn. vaſall. & Panor. c. ſuper literis n. 6. circ. fin. de reſcr.* de deficiente cauſa gratiæ idem dicit, quod ſcil. & ipſa gratia deficiat, quem ſequitur *Auguſt. Ber. ad fin.* per textum meliorem *c. ſuggeſtum, de deci.* ad quam deciſionem textus eſt, *l. generaliter, C. de Epiſc. & cler. Canonizatus 16. quæſt. 1.* 4 5

Deinde Henricum à M. Epiſcopum nomine ejus, quod intereſt, conveniri non poſſe, id hac etiam ratione ſuaderi videtur: quoniam juris eſt aper-

apertiſſimi, ſi prælatus alicui de feudo viventis ſub conditione, ſi mortuus fuerit abſque hæredibus, promiſſionem vel etiam inveſtituram ſimultaneam fecerit, abſque conſenſu poſſidentis vel traditione poſſeſſionis, hoc caſu iſtam promiſſionem vel inveſtituram, mortuo prælato, extingui, ita ut ejus ſucceſſor, neq; ad feudum tradendum, neq; ad intereſſe teneatur.

6 Textus † ad hoc eſt in terminis *c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. ten.* ubi dicitur, ſi verò Archiepiſcopus vel Abbas, vel Abbatiſſa inveſtituram, ejus feudi quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, ut poſt deceſſum ejus feudum quod alius poſſidet habeat & ante deceſſerit Archiepiſcopus, quàm ille qui feudum poſſidebat, ſucceſſores eorum non coguntur eam inveſtituram facere, vel confirmare, etiamſi pares ejus curiæ adſint teſtes. idem decidit text. *c. ſi dominus : quibus mod. feud. conſtit. pot.* ubi dicitur: Si dominus, qui inveſtivit, fortè ſit clericus, & contigerit ut ante moriatur, quàm vaſallus poſſeſſionem feudi nanciſceretur, exinanitur feudum, quod generaliter in omnibus clericis qui feudum dant, obſervatur.

Idem præterea in ſpecie concludit text. *c. moribus : ſi de feud. defunct. conten.* ubi dicitur, moribus receptum eſt dominum de feudo militis ſui, quod poſt mortem ſuam ad dominum reverti ſperatur, in alium militem inveſtituram facere poſſe, quæ inveſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut hæredi ſuo fuerit apertum: ſecus eſt in Eccleſiaſticis perſonis: Nam ſi eccleſiaſtica perſona talem faciat inveſtituram, non aliter valebit, niſi ſibi non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur, idem concludit *c. cap. ſi quis inveſtitus : qui ſucceſſ. ten. & poſt textus allegatos tenet Iſern. Alvar. Jac. de Bel. Afflict. & alii communiter ibidem.*

7 Et † licet textus inducti tantùm de inveſtitura ſimultanea, & non de promiſſione ſimplici loquuntur, tamen argumento à fortiori etiam ſimplicem promiſſionem de feudo comprehendunt, ſicuti hoc ipſum affirmat *Matth. de Affl. c. 1. n. 13. qui ſucc. feud. dar. ten. poſt Andr. de Iſern. d. c. ſi quis inveſtitus : n. 2. qui ſucc. teneant.*

Cum itaque in propoſito luce meridiana clari ſit, Epiſcopum, qui hanc promiſſionem fecerat, quin etiam ſucceſſorem ejus ante feudum apertum objiſſe, ſine ulla hæſitatione concludendum videtur, Epiſcopum, qui jam præſidet Eccleſiæ M. non ſolùm non feudi promiſſi nomine, ſed nec ratione etiam ejus, quod intereſt, ab Henrico à M. jure conveniri poſſe.

Tertiò videtur Henrico à M. obſtaculo etiam eſſe conſanguinitatis propinquitas, qua Epiſcopo M. utpote fratri ſuo conjunctus fuit : Quia † 8
clari juris eſt, quod prælati Eccleſiarum non poſſint in feudum dare res Eccleſiæ agnatis vel conſangvineis ſuis: ita in ſpecie tenet *gl. in verb. Archiepiſcopus, qui ſucc. feud. dar. ten. quam ſequitur ibi Andr. de Iſern. n. 12.* idem de jure tenet *Bald. auth. quibuscunq. : n. 4. C. de SS. Eccleſ. & cap. 1. num. 9. de his qui feud. dar. poſſ.* licet de conſuetudine contrarium dicat. Facit ad hoc textus *in d. Auth. quibuſcunque : Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* ubi dicitur, etjam in caſibus, in quibus alienatio rerum Eccleſiæ permittitur, tamen cognatis interdici illas res recipere, quæ lex eſt canonizata. *cap. eadem quæ : verſ. quibuſcunque : 10. quæſt. 2.* Facit item text. §. *œconomis. in auth. de alienat. & emphyteut. coll. 9.* ubi non tantùm œconomis, ſed & ipſorum filiis, patribus, & aliis agnatis prohibetur res Eccleſiæ in emphyteuſin capere.

Et ratio eſt, quia favorabiliores ſunt homines in perſonis conjunctorum ad fraudandam Eccleſiam, *ut dixit Bal. d. authen. quibuſcunque : numer. 4. Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis. textus ad hoc eſt in*

l.nihil: §.facilior: de bonis libert. Conſanguinitas enim, vel merita ſuſpicionem inducunt: *l.ſemper: qui & à quibus manum: l. cum quis: §.penult.de legat. 3. l. qui teſtamento: de probatio. gloſſ.cap. 1: verbor. occulta: ut eccleſiaſtica benefic.* cum conſanguineus quaſi pars de corpore conſanguinei eſſe dicatur *l. cum ſcimus: ad fin. C.de agr.& cenſ.lib.11.* Quapropter cum in propoſito ex ipſo inſtrumenti tenere evidenter appareat, Henricum à M. fuiſſe fratrem Epiſcopi concedentis & permittentis, conſectarium eſſe videtur, eum ex promiſſione iſta nihil juris conſequi potuiſſe.

Quartò Henrico à M. plurimum obeſſe videtur, quod is defuncto Epiſcopo fratre & ſucceſſore ejus inveſtituram promiſſam legitimo tempore nunquam renovavit.

9 In † territorio enim Saxonico uſu receptum eſt, ut omnis, cui in caſum mortis alterius inveſtitura facta, vel ut vulgò vocant, **ein geding/** conceſſum eſt, ejuſdem renovationem, quotieſcunque in perſona domini mutatio contigerit, petere teneatur: quippe cum jure Saxonico ſuccedendi facultas magis à ſimultanea inveſtitura, quàm à jure agnationis dependeat, ut eſt textus *in c.21.* **Landrecht.** De qua conſuetudine Saxonica etiam Hoſtienſis *in ſumma tituli de feud. §.qualiter feudum conſtituatur: poſt medium: verſ.de conſuetudine:* mentionem facit, dicens, quod viderit per proceres Alemaniæ ita judicari. Ita præterea de hac conſuetudine Saxonica atteſtatur excellentiſſimus & in foro Saxonico expertiſſimus practicus Hieron. Schurff. *conſ 16.verſ.quia in loco.cent.1.*

Nec obſtat huic conſuetudini communis DD.concluſio, qua dicitur, vaſallo non poſſidenti feudum non currere tempus inveſtituræ petendæ præfixum.

10 Nam † cum jure Saxonico in ſucceſſione feudali magis ſimultanea inveſtitura, quàm jus agnationis conſideretur, ideo in omnibus locis, in quibus jus ſimultaneæ inveſtituræ ſive conjunctæ manus uſurpatur, longiſſimo uſu introductum eſt, ut, quicunq; cum feudo aliquo ſimul ſunt inveſtiti, licet iſtud non poſſideant, tamen in omnibus caſibus, in quibus jure communi feudali renovatio neceſſaria eſt, inveſtituram ſimultaneam renovare teneantur: id quod longiori probatione non indiget: quia conſuetudo notoria & omnibus locis Saxonicis viva & uſitatiſſima loquitur, prout etjam illam conteſtatur *Schurff. alleg. conſ. 16. cent 1.* dicens, quod in loco, ubi collaterales ratione conjunctæ manus eis à domino feudi conceſſæ in feudo ſuccedere poſſunt, ex generali obſervantia & conſuetudine locorum requiri, ut inveſtituræ renovationem petant, **Das ſie der geſambten hand volge thun/** idem teſtatur *Henning. Göd. conſil. 22. num. 2.*

Cum itaque etiam feudum iſtud, quod Henrico à M. promiſſum fuit, in territorio Saxonico ſitum ſit: is vero poſt duorum Epiſcoporum obitum inveſtituram ſive promiſſionem de eo factam renovari non curaverit, videtur ſanè eum jure iſto penitus excidiſſe, & propterea Epiſcopum nomine ejus: quod intereſt, compellare non poſſe.

Cæterum etſi argumenta hactenus adducta probabilem dubitandi cauſam præbere alicui poſſent: tamen qualitatibus hujus negotii penitius conſideratis, potius exiſtimamus, concludendum, Epiſcopum & capitulum M. cum feudum promiſſum, & nunc apertum dare non poſſint, ſaltem ad id, quod intereſt, Henrico præſtandum teneri. Quam quidem ſententiam potiſſimum nobis perſuadent verba inſtrumenti ſuper promiſſione iſta confecti: ex quibus ſanè dilucidè apparet, promiſſionem hanc non à ſolo Epiſcopo, ſed & cum conſenſu

totius

totius capituli factam eſſe: Clari † namque juris eſt, ſi Epiſcopus cum conſenſu capituli promiſit, vel inveſtivit aliquem de feudo viventis, in diem etiam non cum conſenſu tenentis, etiamſi epiſcopus ante poſſeſſorem & tenentem moritur, quod nihilominus ejus ſucceſſor promiſſionem vel inveſtituram conſummare, vel intereſſe præſtare teneatur. ita eleganter in ſpecie, decidit *Matth. de Afflict. c. 1. n. 14. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. allegans idem tenentes. Card. conſil. 95. verſ. ſed etiam alio capite: & Joh. de Anan. c. fin. ne prælati vic. Bald. conſ 413. vol. 2.*

Hoc autem fundamentum nititur potiſſimum conſenſu capituli, qui hoc caſu operatur obligationem capi-
12 tuli: alienationi † enim ſuæ rei, in qua jus habet, conſentiens, ſibi præjudicat, & ſeſe efficaciter illi, cui alienatio vel promiſſio fit, obligatum facit. text. ad hoc eſt *in l. ſicuti: §. ſi voluntate: juncto §. venditionis: quib. mod pign. vel hypoth. ſolvat*: textus in materia feudali eſt *cap 1. §. præterea: quib. mod. feud. amitt.* ubi dicitur: ſi ille, ad quem feudum jure obvenire debet, alienationi conſenſerit, nullo modo ad eum repetendum regreſſum habet. idem probat textus *c. Titius: & ibi gl. Bald. & alii: ſi de feud. defunct.* text. præterea ad idem eſt *in c. 1. in princ. & ibi gl. verb. conſentientibus: de alien. feud. pater. Alv. c. 1. 31. concl. & Card. Alex. col. 1 quæ fuit prima cauſa: Bald. conſ. 16. facti evidentia: in fin. 1. lib. Caſtr. conſ. 84 quæſtio iſta vertitur. & conſ. 190 viſa ſupra ſcripta col. 2. verſ. reſtat nunc videre: lib. 2. Aret. conſ. 3. conſultatio præmiſſa: Alb Brun. conſ. 40. n. 5. in fin. & conſ 80. circa prim. col. 5. verſ. & quia conſiderata: Aimon Crav. conſ 20. nu. 2. & conſ. 24. n. 10. Gild. conſ. 7. n. 35. Schurff. conſ. 3. n. 9. cent. 3.*

Confirmantur iſta per ea, quæ in terminis fortioribus de tacito conſen-
13 ſu traduntur in caſibus, in † quib. conſenſus expreſſus Eccleſiæ vel capituli obligationem inducit, etiam ſufficere tacitum capituli vel Eccleſiæ conſenſum, ad hoc, ut obligatio oboriatur. ita tenet *gl. c. ſine exceptione: 12. quæſt. 2.* textus ad hoc eſt expreſſus *in cap. continebatur: de his quæ fiunt à prælat.* idem tenet *Petrus Rebuff. tractat. de alienat. rer. Eccleſ. numer. 121.* Faciunt huc, quæ in materia feudali DD. communiter concludunt, ad hoc, ut dominus ſibi in alienatione feudi præjudicet, ſufficere ejus conſenſum tacitum, *gl. ord. in verb. permiſſione: de proh. feud. alien. per Lothar. quam ibidem ſequitur Iſer. Jacob. de Belv. Laud. Alvar. Cardin. Alex. idem tenet Alvar. §. fin. num. 31. & ibi Alex. quæ fuit prima cauſ. Jaſ. l. quæ dotis: nu. 88. ubi prædictam gloſſam notandam dicit: ſolut. matr. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum: col. 6. verſ. ſimiliter ſi vaſall. de leg. 1. Curt. Jun. in tractat. feudal 4. parte: num. 137. verſ. & in primis quæro*: ubi poſt multos, quos allegat, hanc ſententiam communem dicit. Sed cum in propoſito de conſenſu capituli ex ipſo inſtrumento manifeſtè conſtet, eò minus dubitandum erit, capitulum proprio conſenſu obligatum eſſe. Eritq; præterea de obligatione iſta hac etiam de cauſa non ambigendum, cum hic caſus verſetur circa rem ſolitam infeudari, & non agatur de magno Eccle-
ſiæ præjudicio, imò potius † de admi- 14
niſtratione, quàm alienatione rerum: quo caſu acta vel promiſſa leviori ratione ſubſiſtunt, ut eleganter declarat, & tenet *Bald. conſil. 255. num. 1. parte prima facit ad hanc ſententiam cap. 1. de iis, qui feud. dar. poſſ.* ubi dicitur, feudum dare Archiepiſcopum, Epiſcopum Abbatem, abbatiſſam, præpoſitum, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit feudum dare. Idem probat text. *c idem juris, & ibi Affl. n. 2. & alii Epiſcopum vel Abbatem, vel Abbatiſſ.* Quinimò de jure ex communi DD. ſententia magis pro caſu præſenti concludi-
tur, quod † ſcilicet res Eccleſiæ ſolita 15
infeudari, poſſit in feudum dari etiam abſque ſolennitate *cap. ſine exceptione*

Digitized by Google

12.q.2. Panorm. & Canoniſtæ communiter c.1. Perillum text. de feud. Idem Panorm. c.ut ſuper. num.11. de reb. Eccleſ. non alien. Caſt.conſil.136.incip.viſo inſtrumento: Freder.de Sen.conſ.109 inc. quidam, prælatus: Roma.conſil 70.incip.viſis thematibus: n.1. Bald. conſ.1. poſito ſuper rubri. de his quæ fiunt à prælato: & conſ.11. ſub.rubr.de feud. Curt.Jun.tract.feud.2.part.princ. 1.quæſt. nu.1. & 2. ubi hanc ſententiam à DD. communiter approbatam dicit.

Ex his modò, quibus hactenus oſtendimus, capitulum unà cum Epiſcopo nomine feudi promiſſi obligatum eſſe Henrico à M. conſectarium porrò eſt, obligatione iſta capitulum hoc etiam tempore devinctum adhuc eſſe.

16 Quia clari juris eſt, capitulum ſucceſſorem nunquam habere, nec mori poſſe, ſed perpetuò vivere: *text. eſt c.1. verſic. inde poteſt: de alien.feudal. ubi dicitur: quod Eccleſia nnnquam deſinat eſſe hæres tenet Innoc. c. niſi eſſent: in fin. de præbend. Matth. de Afflict.c.1.nu.56. qui ſucceſſ.ten.Bald.l.fin.nu. 10.in fin.C.ſine conſenſu vel reliq.*

Hinc magis in ſpecie jure concluditur, ſi Eccleſia vel capitulum ad aliquid obligatum eſt, quod ſucceſſores capituli, quicunq; obligati dicantur, & facta & promiſſiones prædeceſſorum complere teneantur, *text.eſt c.ſi gratioſè: de reſcr.in 6. d.c.niſi eſſent: & ibi DD. de præbend.c.quoniam Abb. de offic. deleg. c.adverſus: in fin.de immunit.Eccl. & ten. Matth.de Afflict.d.c.1.n.56.qui ſucceſſ. ten.* Atq; hæc ſunt ſolida illa juris fundamenta, quibus tam quæſtionis noſtræ deciſio, quam etiam doctrina *Matth. de Afflict. & reliquorum in hanc ſententiam adducta* abunde ſtabilitur, atque confirmatur.

Quibus ita firmatis, videlicet ſucceſſorem Epiſcopi, & capitulum in propoſito caſu promiſſione Prædeceſſoris devinctos eſſe huc aptanda erit alia communiter approbata concluſio, quæ docet quotieſcunque dominus feudum ſi vacuerit, dare per 17
formam contractus promiſit, ipſum non facta traditione parti, cui promiſſio facta eſt, teneri intereſſe: ita de ſimplici promiſſione tenet *Alvarot poſt Iſern. capit. ſi facta: num.8. ſi de feud. defunct. & capit. fin. numer. 7. poſt Iſern. & Nicol. de Neapolitan. de nova form. fidelita. & in cap. fin. num.5. verſ. ſed tu circa: per quos fiat inveſt. Curt. Jun. tractat. feudal. 2. parte. 2. partis princip. quæſtion 2. verſ.2. princ. numer.34. Hieronym. Schurff. conſil.53. numer. 16. cent. 1. & conſil trigeſimo tertio. numer.2. cent.2. textus ad hoc eſt in l.quoties: C.de rei vend.* ubi dicitur, quod tradens ſecundo venditori poſſeſſionem rei prius venditæ tenetur primo emtori ad intereſſe, qui textus ſecundum modernos communiter ibi etiam in feudis locum habet, *ut teſtatur Bald. c. 2. de nova forma fidelita. Curt. Jun. d.tractatu, & loco: Schurff, & alii conſiliis & locis ſupra dictis.* Facit prætereà textus, (quem ad hoc *gl.ord.c.ſi facta: verbo dominium: ſi de feud.defunct. cont.allegat.) in l.1. de act. emt.* ubi dicitur, ſi res vendita non tradatur, in id, quod intereſt, agi.

Pertinet † huc etiam, quod DD. 18
communiter concludunt, facta inveſtitura abuſiva duobus, ſi dominus poſteriori poſſeſſionem feudi tradit, quod prius inveſtito ad intereſſe teneatur: ita de abuſiva inveſtitura tenet *gl.ord.d.c.ſi facta: verbo dominium: quam Iſern. Alvar. & alii DD. communiter ſequuntur: ſi de feud defunct. controv. Jaſ. l. quoties: numer.30. & 31. & alii. C.de rei vend. Schurff. d.conſ.53. num.16.1. cent. ubi hanc ſententiam à DD. communiter approbatam dicit.*

Eſt enim hujus caſus prorſus una & eadem ratio, ita ut diverſa monſtrari non poſſit, cũ, ſicuti promiſſio de feudo tantum in perſonali obligatione re-
ſidet, ita † quoq; inveſtitura ſimultanea 19
vel etiam cum annulo, & enſe facta ultra obligationem perſonalem jus aliquod reale in feudo non tribuat, gl.

capit.

capit. auctoritate: verbo inſtituatur: de inſtitut. & in cap. ex ore: de his qui fiunt à major. part. Bald. capit. 2. numer. 1. de nov. form. fid. Jaſ. d. l. quoties: n 31. C. de rei vend. Schurff. d. conſ. 53. n. 5. cent. 5. Ut proinde ex hiſce omnibus denique concludendum ſit, Epiſcopum & capitulum M. ratione feudi promiſſi, & nunc aperti Henrico à M. id, quod ejus intereſt, præſtare debere.

Non obſtant huic concluſioni ea, quæ ſupra dubitationis movendæ gratia adducta fuerunt. nam quod attinet ad conditionem, ſub qua promiſſio iſta facta fuit, ejus, cur feudum jam minus Epiſcopo aperiatur, atque conditio morte poſſeſſoris impleatur, culpa penes ipſum Epiſcopum reſidet, qui, niſi præfecturam S. permutaſſet, & in alium principem tranſtuliſſet, ſibi feudum iſtud defuncto poſſeſſore, jam fuiſſet apertum.

Locum itaque hic ſibi vendicabit trita illa juris regula, quæ docet,
20 quod † conditio habeatur pro impleta, ſi ſtat per eum, cui debet impleri: textus eſt *in l. jure civili: de cond. & dem.* ubi expreſsè dicitur, quoties per eum, cujus intereſt conditionem impleri, fit, quò minus impleatur, ut perinde habeatur, ac ſi impleta fuiſſet. ad idem eſt textus *in l. in jure civili: & ibi Decius: de reg. jur. & in c. cum ſtat per eum: de reg. jur. in 6. l. ſed addes: §. fin. & l. qui operas: locat. l. 1. §. divus. de extraord. cog. l. Labeo ſcribit: ſi mihi bibliothecam: in fin. de contr. emt. l. 1. C. de his, quæ ſub mod. Soc. l. in teſtamento: el. 2 poſt Jaſonem ibi C. de inſtit. & ſubſt. Alex. conſil. 102. n. 4. lib. 1. Curt. conſil. 86. n. 7. lib. 2.*

21 Textus † verò *in d. c. 1. qui ſucc. feud. dar. poſſ.* & reliqui ſupra adducti duntaxat procedunt, quando Epiſcopus ejuſmodi inveſtituram, vel promiſſionem de feudo adhuc viventis ſolus fecit: rem verò aliter ſeſe habere, quando inſuper, ut in propoſito, conſenſus capituli acceſſit, abunde à nobis jam eſt firmatum: ſic etiam Henrico à M. impedimento eſſe non poteſt conſanguinitas, qua conjunctus fuit Epiſcopo: quia † ad hoc in ſpecie eleganter 22 reſpondet *Bald. c. 1. n. 9. de his, qui feud. dar. poſſ.* ubi dicit, licet gl. *ſupra allegata c. 1 qui ſucc. feud. dar.* velit conſanguineo feudum dari non poſſe, tamen quando perſona Eccleſiæ non eſt oneroſa, vel ſi de hoc eſt conſuetudo, & ſi recipitur ſervitium, prælatum conſanguineum infeudare non prohiberi. idem in hoc tenet *Matth. de Afflict. c. 1. n. 124. & n. 128. qui ſucc. feud. d. ariten.* ad hoc & textus & auctoritates DD. allegans.

Quod deniq; de renovanda ſimultanea inveſtitura ex conſuetudine fori Saxonici in medium fuit allatum, hoc ideo minus ad propoſitum noſtrum pertinet, quoniam † Henricus à M. nullam 23 adhuc nactus eſt inveſtituram, nedum ſimultaneam, ſed duntaxat promiſſionem de infeudando: non † igitur 24 ejus, quod nondum in rerum naturam fuit inductum, aliqua neceſſaria potuit eſſe renovatio, *argumento l. ejus qui in provincia: ſi cert. pet.* præſertim verò nullum jus feudi introducere potuit nuda promiſſio feudi vacaturi, cum † longè aliud ſit infeudare, & infeudationem 25 promittere. *Bart. l. ſingularia. 4. col. verſ. aſſumamus. Si cert. pet. & l. ſi pupillus: in fin. princ. & ibi Caſtr. & Al. ad L. Falcid. Bart. in l. juris gentium. in prin. n 2 verſ. exemplum. de pactis. Abbas Salic. & Caſtr. Fulg. Jaſo. & alii, l in bonæ fidei: de eo quod certo loco.* unde per promiſſionem alienationis feudi non privatur quis feudo, ſicuti per alienationem ipſam, *ut dixit Card. Alex. c 1. in princ col. 2. verſ. per hoc reſtat illatio. de proh. feud. alien. per Feder. Bald. c. 1. § aut ſi libellario: n. 4. quibus mod. feud. amittatur.* Non igitur neceſſe habuit Henricus à M. propter ſolam infeudationis promiſſionem, inveſtituræ ſimultaneæ, quam ne conſecutus quidem fuerat, renovationem petere.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſponſum iſtud juri conſentaneum eſſe, teſtamur nos Decanus, Ordinarius, & reliqui DD. collegii Juridici Francofordienſis ad Oderam, Salvo cujusvis rectius ſentientis judicio. In cujus fidem ſigillum facultatis noſtræ apponi curavimus.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

(a) RES aliter ſeſe habet] Ad hanc quæſtionem vide *Jan ab Arcedura cap. 3. concl. 9. num. 22. & ſeqq. Johan. Borchold. de feud. cap. 7. num. 20. & ſeqq.* ubi monet, illum, qui hanc inveſtituram accipit, circumſpectum eſſe debere, ut eam cum conſenſu capituli fieri curet. *Vultei. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 16. Ludolph. Schrader. de feud. part. 3. cap. 7. num. 36. & ſeq. & conſil. 39. num. 65. vol. 2. Roſenthal. tract. feud. c. 6. concl. 16. n. 7.*

Diſſentit *Andr. Fachin. lib. 7. controverſiar. cap. 29.* Verùm cum Fachineo liberum omnino ſit à Parente & univerſa Jureconſultorum ſchola diſſentire, nobis quoque liberum erit, cum his potius quam cum ipſo ſentire.

Quando igitur quæritur, utrum ſucceſſor Epiſcopi qui cum conſenſu capituli alium inveſtivit de feudo Vaſalli viventis, teneatur ratam habere inveſtituram anteceſſoris, etſi feudum mortuo demum ipſo apertum fuerit, affirmativam ſententiam multis & rationibus & autoritatibus firmavit Parens.

Negativam ſequitur Fachinæus, eo potiſſimum fundamento, quod nec textus diſtinguant, utrum cum conſenſu capituli inveſtitura facta ſit, an non, nec ulla ratio diverſitatis inter hos caſus appareat, rationem autem cur ſucceſſor Epiſcopi non teneatur ratam habere inveſtituram, hanc ponit: quia obligatio neq; in anteceſſoris neque in ſucceſſoris perſona incipere potuit.

Non in anteceſſoris, quia ſub conditione quæ non evenit facta eſt, ſi feudum eſſet illi apertum: non in perſona ſucceſſoris, quia nullum ab anteceſſore jus habet nec hæres ejus eſt. Hæc inquam ratio Fachinæo etiam hoc caſu militare videtur, quando inveſtitura cum conſenſu capituli facta eſt. ideoq; idem jus ſtatuendum eſſe exiſtimat.

Quod quale ſit quæſo paulo diligentius conſideremus. Ait, inveſtituram Epiſcopi ſub conditione fieri ſi feudum ipſi aperiatur. Hoc vero tam generaliter & per omnia verum eſſe nequaquam concedimus, ſed ut in omni diſputatione feudali ita in hac quoq; verba conceſſionis diligenter conſideranda eſſe dicimus.

Aut igitur in inveſtitura expreſſa eſt hæc conditio SI FEUDUM MIHI SEMPRONIO PRO TEMPORE EPISCOPO apertum fuerit.

Hoc caſu vix dubitationem aliquam recipere videtur hæc ſententia, quia Sempronio ante feudum ſibi apertum mortuo, ſucceſſores non teneantur, atque adeò dico palàm etjamſi conſenſus capituli intervenerit,

rit, conditio enim ſub qua quas conceptis verbis facta eſt conceſſio deficit nec de perſona ad perſonam extenditur, conſenſus quoque capituli huic diſpoſitioni conditionali accedens propter verba nimis clara & aperta aliam interpretationem recipere non poteſt quam ipſa principalis diſpoſitio.

Certa enim perſona demonſtrata eſt, ad quam feudum pervenire prius debeat quam alii tradatur; qua ante è medio ſublata, quam diſpoſitio effectum ſortiatur locus fit regulæ, qua dicitur medium impertinens, aut non exiſtens impedit extrema conjungi.

Neque hoc mirum cuiquam videri poteſt qui conſideraverit etjam in perſona laici idem evenire poſſe, ut nimirum tam limitata & reſtricta ad perſonam concedentis ſit conceſſio, ut ad ſucceſſores nequaquam tranſeat, puta ſub eadem hac conditione facta SI MIHI TITIO ſeu SI ME VIVENTE FEUDUM aperietur, Quis enim dixerit Domino ante feudum ſibi apertum defuncto hæredes ad feudi traditionem teneri?

Cum ipſa conditionis illius exexpreſſio ſatis oſtendat, ad ſolius concedentis perſonam & caſum ipſo vivente evenientem reſpectum eſſe habitum.

Idem igitur in propoſito dicendum eſt, ut nec obligatio, quam expreſſe & quidem ſub conditione ad ſuam perſonam reſtrinxit, Epiſcopus eo defuncto propter conſenſum capituli ſuſtineatur, modo capitulum ipſum nihil præterea geſſerit.

Atque hic quidem caſus, tam apertus eſt ut tria verba amplius cum Fachinæo commutare nemo neceſſe habeat.

Aut verò conditio illa ipſam Epiſcopi perſonam & feudum eo vivente aperiendum reſpiciens in inveſtitura expreſſa non reperitur, ſed generalis conceſſio qualis in ipſo textu. Qui ſucceſſores teneantur exprimitur, eo tenore facta eſt, ut poſt deceſſum ejus, qui jam poſſidet, habeat.

Hæc conceſſio ex propria verborum vi, non ipſius inveſtientis perſonam aut vitam reſpicit, ſed poſſeſſoris caſum qui tam vivo, quam mortuo inveſtiente poteſt contingere. Ex quo fit ut inter Laicos ad hæredes tranſeat.

Etſi autem inveſtitura hæc quando ab Epiſcopo fit, ita demum vim atque effectum habeat, quando feudum Epiſcopo viventi aperitur, non tamen id propter conditionem à Fachinæo confictam evenit ſed quia Jus Epiſcopi ulterius quam ad vitam ipſius ſe non extendit:

Itaque niſi in vita ipſius feudum aperiatur ob defectum non conditionis ſed poteſtatis inutilis redditur diſpoſitio.

Nec dicat Fachinæus conditionem illam tacitè ſemper ſubintelligi, tantum enim abeſt, ut ea in conſiderationem veniat, ut etiam quando manifeſtis verbis excluditur, puta ſi dixerit QUANDOCUNQUE feudum aperietur, tamen invalida ſit conceſſio niſi in vita caſus eveniat. Quia nimirum poteſtas Epiſcopi vitam ipſius non egreditur, nec ſucceſſor factum ejus præſtare tenetur, Et ut maxime conditionem ſuam iterum inculcet Fachinæus, ſcire ab eo velim unde ea nata ſit, vel unde fiat ut ea ſecundum ipſius ſententiam in Eccleſiaſticorum conceſſionibus, vel exprimenda vel ſubintelligenda ſit?

Nullam certe aliam ejus rationem nobis oſtendere poterit, quam quæ allata eſt quod nimirum Prælatus de

Digitized by Google

rebus Eccleſiæ poſt mortem ſuam diſponere non poſſit.

Quæ igitur dementia eſt, rationem ex qua conditio iſta proficiſcitur omittere, & omnem vim in generali conditionis natura collocare, cum tamen certum ſit, quoties ratio conditionis ſive tacitæ ſive expreſſæ ceſſat, ipſam quoque ceſſare, etſi igitur demus Fachinæo, quemlibet ſimplicem inveſtituram Prælati ſub ea conditione factam intelligi SI FEUDUM IPSI VIVENTI APERIATUR, quia nimirum poteſtas ejus ulterius ſe non extendit: illud tamen ſi viciſſim nobis largiatur, oportet quoties caſus evenit, ut Epiſcopus diſpoſitionem ſuper rebus Eccleſiæ poſt mortem ſuam conferre queat, toties conditionem illam locum habere non poſſe, atq; adeo vim conceſſionis latius patere.

Is verò caſus in toto jure canonico frequentiſſimus eſt, quando Epiſcopus cum conſenſu capituli diſponit aut contrahit, tunc enim diſpoſitio illa, non tantum vivo Epiſcopo, verum etiam eo mortuo obtinet, cum obligatio inde orta etſi ex perſona Epiſcopi in perſonam ſucceſſoris non transmittatur, tamen defuncto Epiſcopo penes capitulum (quod non moritur) reſideat, & ſucceſſor ea lege à capitulo vocetur ne quæ à capitulo geſta aut promiſſa ſunt impugnet.

Ut exemplo procuratoris & ſimilium à Parente oſtenſum eſt. Hæc juris canonici generaliter recepta ſententia, quo minus ad feudales inveſtituras accommodetur cauſa nulla impedit.

Ex eoque manifeſta inter caſus illos, utrum Epiſcopus ſine conſenſu capituli an cum conſenſu ejus inveſtierit, reſultat differentia, quod nimirum in illo conceſſio Epiſcopi ultra vitam extendi non poſſit, in hoc autem poſſit, unde porrò fit ut poſteriore caſu etiam voluntas Epiſcopi (quæ ex forma actus ſatis colligitur) pleniorem interpretationem recipiat, niſi eam ipſe expreſſis verbis ad vitam ſuam reſtrinxerit.

Ex quibus omnibus ſatis apparet conditionem illam SI MIHI VIVENTI, ad utrumque caſum minus rectè applicari.

Ex eodem errore proficiſcitur, quod porrò negat, obligationem etiam in perſona ipſius Epiſcopi inveſtientis ortam eſſe antequam feudum ipſi aperiatur, Nam etſi hoc eo caſu, quando conditio iſta expreſſis verbis apponitur, ſine controverſia procedat, tamen quoties inveſtituræ tenor non ad vitam inveſtientis, ſed generaliter in defectum poſſeſſoris quandocunq; decedentis ſonat: hic certè longe aliter ſe res habet.

Quia enim certum eſt, poſſeſſorem iſtum aliquando moriturum utique jam habet obligatio ubi pedem figat & initium capiat: itaque ſiquidem de inveſtitura Laici ageretur, eam ortam eſſe nemini dubium eſt.

In conceſſione autem prælati fatendum quidem eſt, non ſufficere ut poſſeſſor iſte aliquando moriatur, ſed etiam requiri & vivente prælato moriatur. quia tamen hoc verbis non exprimitur, ſed juris tantum interpretatione ideo ſubintelligitur, quod poteſtas prælati ulterius ſe non extendat inde efficitur, quotieſcunq; prælato latior diſponendi poteſtas conceditur, interpretationem illam neceſſariam non eſſe, ac proinde non requiri, ut vivo prælato poſſeſſor moriatur, ſed verba conceſſionis generalia generaliter & indefinitè eſſe intelligenda, cum igitur capituli conſenſu accedente jura pręlato etiam poſt mortem diſponendi fa-

di facultatem tribuant, ſequitur in ejuſmodi indefinita conceſſione prælati inveſtientis tacitam illam conditionem SI MIHI VIVENTI APERIETUR plane ceſſare, atque adeò in ejuſmodi diſpoſitione non requiri, ut vaſallus poſſidens vivente prælato moriatur, quo poſito inter inveſtituram Laici & Prælati hoc quidem caſu nulla erit differentia, non enim aliud niſi mortem poſſeſſoris quandocunque decedentis reſpicimus, quod cum omnino eventurum ſit, ortum obligationis non impedit, quæ in Perſona Epiſcopi initium capiens eo mortuo capitulo (quod ſede vacante Epiſcopum repræſentat & nunquam moritur) ſuſtinetur, & eodem jure ad ſucceſſorem, qui geſta prædeceſſoris cum conſenſu capituli rata habere tenetur, tranſit.

Errat igitur Fachinæus dum generaliter negat obligationem, in Epiſcopi inveſtientis perſona ortum habere, id enim ad caſum, de quo jam agimus, accommodari non poteſt.

Quia verò non tantum opinionem ſuam argumentis ſanè (ut apparet.) fragilibus fulcit Fachinæus verum etiam contrariæ ſententiæ fundamenta ſubvertere conatur, videamus quas tandem machinas adhibeat.

Primum argumentum idque firmiſſimum à poteſtate Epiſcopi deſumptum, ita eludit Fachinæus, ut eam rationem juris illius eſſe neget, ſed in locum ejus conditionem illam à ſe confictam ſubſtituat.

Age igitur concedamus conditionem illam, etiamſi non exprimatur, ipſo jure ſubintelligi, dicat modo nobis Fachinæus, quæ cauſa & ratio ſit, cur ea ſubintelligatur: nullam certè aliam nobis oſtendere poterit, niſi eam, quam ipſemet impugnat, quod nimirum poteſtas Epiſcopi ultra vitam ſe non extendat.

Atqui nos jam eo de caſu loquimur in quo poteſtas Epiſcopi latius patet, unde neceſſario ſequitur, conditionem illam amplius ſubintelligi non poſſe.

Ineptit igitur Fachinæus, dum conditionem urget cujus ratio, totaque adeò juris, ex quo introducta eſt diſpoſitio in propoſito ceſſat.

Alterum, argumento à generali natura contractuum Epiſcopi cum conſenſu capituli factorum rectiſſime deducitur, cui Fachinæus illud tantum opponit, quod feudi conceſſio etiam abſque conſenſu Epiſcopi realis ſit & ad ſucceſſores tranſeat.

Quibus verbis ego quidem aut non intelligo quid reſpondeat aut valde inepta eſt hæc reſponſio. Quis enim non videt longe diverſa eſſe, loqui de inveſtitura feudi jam aperti & de conceſſione feudi aperiendi.

In illa conſenſus capituli planè neceſſarius non eſt, in hac autem ita demum requiritur, ſi conceſſio illa ultra vitam Epiſcopi debet extendi, ut feudum, etiamſi Epiſcopo apertum non ſit, debeatur.

Magna igitur eſt inter caſus iſtos differentia, ut proinde mirandum ſit quid Fachinæo in mentem venerit, quod ex uno reſponſionem ad alterum ſumendam putarit.

Nihilo meliora ſunt quæ ad tertium argumentum affert: ait enim factum anteceſſoris Epiſcopi tunc demum non obligare ſucceſſorem, quandò tendit in detrimentum Eccleſiæ, alias ſecus, idque probat ex eo, quod ſucceſſor ratam teneatur habere inveſtituram feudi aperti ab ante-

anteceſſore factam. Quod autem inveſtituram feudi in vita inveſtientis non aperti ratam habere non teneatur ſucceſſor, id ex conſtitutione Lotharii fieri.

Quæ reſponſio argumento in contrariam partem allato plane non ſatis facit. Nimis enim generaliter ſtatuit ſucceſſorem ſemper ad factum anteceſſoris præſtandum obligari, quoties id in detrimentum Eccleſiæ non tendit, cum id in iis tantum procedat, quæ prælatus ratione officii geſſit, & quidem ex jure quod ſibi de præſenti competit. Non autem in iis quæ poſt mortem ejus eventura ſunt.

Etſi igitur officium prælati inter cætera etiam illud requirat, ut Eccleſiæ quoties opus eſt de vaſallo provideat, cui feuda Eccleſiæ quam rectiſſimè concedantur, id tamen aliter locum habere non poteſt, quam cum feudo aperto rei ipſius neceſſitas hoc exigit, & prælatum officii admonet. Ex quo fit, ut inveſtitura de feudo aperto facta, tanquam ratione officii geſta, firma & rata ſit.

Feudo autem nondum aperto nulla eum officii cogit neceſſitas, nulla Eccleſiæ utilitas verſatur, cum ſatis tempori de novo vaſallo ſibi proſpicere poſſit Eccleſia cum feudum ad ipſam devolvitur.

Itaque quamvis ex ſua promiſſione prælatus obligetur, ſi caſus in vita ejus contingit, quia tamen terminus officii tranſgreſſus eſt ſucceſſor non tenetur.

Nihil ſingulare igitur conſtitutio Lotharii introduxit, ſed id, quod generaliter in omnibus Eccleſiaſticarum diſpoſitionibus & contractibus obtinuit, ad caſum tantum feudalem applicavit, iisdem illis rationibus nixa, quibus jus illud generaliter introductum eſt.

Quod nimirum poteſtas Epiſcopi morte ejus finiatur, nec ſucceſſor ea quæ extra officii neceſſitatem geſta ſunt rata habere teneatur.

Hæc ratio ceſſat quando conſenſus capituli accedit, tunc enim in toto jure Canonico Epiſcopi poteſtas latius patet, & hoc ipſo diſpoſitio ejus majorem vim ſortitur, ita ut & de rebus, quæ poſt mortem non quidem ipſius, ſed tamen capituli, futuræ ſunt, diſponere poſſit, ideoque etiam diſpoſuiſſe cenſeatur.

Quæ cum in omnibus Epiſcoporum diſpoſitionibus locum habeant, cur idem in conceſſione feudali obtinere non debeat nulla ratione nullo argumento probat Fachinæus.

Conſtitutio enim Lotharii generaliter de Eccleſiaſticis loquens, Secundum ea, quæ alibi ſpecialiter diſpoſita ſunt, interpretationem multo facilius recipit, quam ut caſum, quo Epiſcopus una cum capitulo diſponit, à communibus juris regulis eximat.

Quartum quoque argumentum ab impugnationibus Fachinæi facilimè defenditur, ait enim Epiſcopi diſpoſitionem cum conſenſu capituli factam, tunc demum ad futuri temporis tractum pertinere, quando de re diſponit quam tunc habet & de qua poteſt diſponere.

Quod etſi ei concederemus, tantum abeſt, ut ſententiam noſtram oppugnet, ut potius id ipſum quod quærimus eveniat. Habet enim Epiſcopus etiam in feudo nondum aperto jus de præſenti, cujus juris intuitu diſpoſitionem ſuper feudo viventis tam inter Laicos quam Eccleſiaſticos valere, Parens jamdudum oſtendit, poteſt etiam de hoc jure in futurum & poſt mortem ſuam diſponere quoties, conſenſus capituli accedit:

Igitur nulla cauſa eſt, cur non

non hanc interpretationem, in ejuſmodi investitura cum conſenſu capituli facta ſequamur, ut nimirum vaſallo quandocunq; decedente ſucceſſorem obliget.

Sed adhûc nimis ſtrictè loquitur Fachinæus, ait enim diſpoſitionem Epiſcopi cum conſenſu Epiſcopi factam tunc demum vim habere, & ad futura extendi, ſi de jure de præſenti ſit diſpoſitum.

Nos verò ſine ulla hæſitatione certiſſimis juris fundamentis aſſerimus Epiſcopum cum conſenſu capituli etjam de rebus, quæ in rerum natura non ſunt, nec in vita ejus futuræ ſunt, poſſe diſponere, & rebus extantibus diſpoſitionem illam vim ſuam adverſus ſucceſſorem ſortiri: Quidni enim poſſit de fructibus poſt mortem ſuam naſcituris diſponere, ut quo hoc vel illo modo diſtribuantur, vel ut ea, quæ in poſterum quandocunque Eccleſiæ acquirentur, in hos vel illos uſus conferantur, certè valebit hæc diſpoſitio & auctoritas capituli quæ viventi Epiſcopo hanc diſponendi facultatem tribuit, etiam ſucceſſorem ejus adſtringet etſi id Epiſcopus ſolus non potuiſſet.

Ex quo apparet Fachinæum Epiſcopi facultatem cum conſenſu capituli diſponentis nimis reſtrinxiſſe, unde porro ad caſum de quo agimus facilis eſt illatio.

Quintum argumentum à ſimili deſumtum planè negat Fachinæus. Sed qui vim diſpoſitionis Epiſcopalis cum conſenſu capituli factæ intelligit, is hac ipſius inficiatione non movetur: & ſententiam hanc in procuratore communiter receptam eſſe teſtatur.

De poſtremo argumento non eſt quod admodum pugnemus. Ut ut ſit ex eo, quod conſenſus capituli adhibitus eſt, magis enixa contrahentium voluntas perſpicitur, ſatisque apparet eos non ad Epiſcopi tantum perſonam ſed ad totum Eccleſiæ corpus reſpexiſſe: quorum ſolicitudinem planè fruſtaneam fuiſſe multo certè iniquius eſt, quam ſi cum ſolo Epiſcopo contractus fuiſſet initus, cum enim jura ipſa diſtinguant inter contractus cum Epiſcopo & cum Eccleſia geſtos, & his majorem vim quoad perpetuitatem, quam illis tribuant, quomodo tandem cum Eccleſia ipſa contrahere quis dicetur ſi conſenſus capituli contractui Epiſcopi accedens id non efficit, in caſibus præſertim in quibus apparet contrahentes etiam ultra vitam Epiſcopi & jus ipſi ſoli cempetens vim contractus extendere voluiſſe, in quo caſu nos jam verſamur.

Ex omnibus igitur hactenus deductis hoc concludimus, Inveſtituram Epiſcopi ſub expreſſa conditione SI FEUDUM MIHI VIVENTI APERIETUR nullam eſſe niſi poſſeſſor vivo Epiſcopo decedat, etiamſi huic diſpoſitioni conſenſus capituli acceſſiſſet.

Inveſtituram autem Epicopo non ad vitam ipſius ſed generaliter ad mortem tantum poſſeſſoris reſpicientem, validam quidem eſſe, ſed ita demum vim ſortiri ſi vivo Epiſco feudum aperiatur: ea ratione quod Epiſcopus de rebus poſt mortem ſuam eventuris diſponere non poſſit.

Quando autem Epiſcopus facultatem hanc de rebus poſt mortem ſuam diſponendis nanciſcitur (quod fit quando conſenſus capituli accedit.) tunc conceſſionem hanc etiam ſimpliciter factam, locum eo defuncto obtinere, ita ut propter auctoritatem capituli ſemper viventis etjam ſucceſſor teneatur, alias enim conſenſus capituli planè eſſet fruſtratorius.

Quæ tanto magis obtinent quando verba tractum temporis denotantia

l.nihil: §.facilior: de bonis libert. Conſanguinitas enim, vel merita ſuſpicionem inducunt: *l.ſemper: qui & à quibus manum: l. cum quis: §.penult.de legat. 3. l. qui teſtamento: de probatio. gloſſ.cap. 1: verbor. occulta: ut eccleſiaſtica benefic.* cum conſanguineus quaſi pars de corpore conſanguinei eſſe dicatur *l. cum ſcimus: ad fin. C.de agr.& cenſ.lib.11.* Quapropter cum in propoſito ex ipſo inſtrumenti tenere evidenter appareat, Henricum à M. fuiſſe fratrem Epiſcopi concedentis & permittentis, conſectarium eſſe videtur, eum ex promiſſione iſta nihil juris conſequi potuiſſe.

Quartò Henrico à M. plurimum obeſſe videtur, quod is defuncto Epiſcopo fratre & ſucceſſore ejus inveſtituram promiſſam legitimo tempore nunquam renovavit.

9 In † territorio enim Saxonico uſu receptum eſt, ut omnis, cui in caſum mortis alterius inveſtitura facta, vel ut vulgò vocant, **ein gebing/** conceſſum eſt, ejuſdem renovationem, quotieſcunque in perſona domini mutatio contigerit, petere teneatur: quippe cum jure Saxonico ſuccedendi facultas magis à ſimultanea inveſtitura, quam à jure agnationis dependeat, ut eſt textus *in c.21.* **Landrecht**. De qua conſuetudine Saxonica etiam Hoſtienſis *in ſumma tituli de feud. §.qualiter feudum conſtituatur: poſt medium: verſ.de conſuetudine:* mentionem facit, dicens, quod viderit per proceres Alemaniæ ita judicari. Ita præterea de hac conſuetudine Saxonica atteſtatur excellentiſſimus & in foro Saxonico expertiſſimus practicus Hieron. Schurff. *conſ.16.verſ.quia in loco.cent.1.*

Nec obſtat huic conſuetudini communis DD.concluſio, qua dicitur, vaſſallo non poſſidenti feudum non currere tempus inveſtituræ petendæ præfixum.

10 Nam † cum jure Saxonico in ſucceſſione feudali magis ſimultanea inveſtitura, quàm jus agnationis conſideretur, ideo in omnibus locis, in quibus jus ſimultaneæ inveſtituræ ſive conjunctæ manus uſurpatur, longiſſimo uſu introductum eſt, ut, quicunq; cum feudo aliquo ſimul ſunt inveſtiti, licet iſtud non poſſideant, tamen in omnibus caſibus, in quibus jure communi feudali renovatio neceſſaria eſt, inveſtituram ſimultaneam renovare teneantur: id quod longiori probatione non indiget: quia conſuetudo notoria & omnibus locis Saxonicis viva & uſitatiſſima loquitur, prout etjam illam conteſtatur *Schurff. alleg.conſ. 16. cent 1.* dicens, quod in loco, ubi collaterales ratione conjunctæ manus eis à domino feudi conceſſæ in feudo ſuccedere poſſunt, ex generali obſervantia & conſuetudine locorum requiri, ut inveſtituræ renovationem petant, **Das ſie der geſambten hand volge thun/** idem teſtatur *Henning. Göd. conſil. 22. num. 2.*

Cum itaque etiam feudum iſtud, quod Henrico à M. promiſſum fuit, in territorio Saxonico ſitum ſit: is vero poſt duorum Epiſcoporum obitum inveſtituram ſive promiſſionem de eo factam renovari non curaverit, videtur ſanè eum jure iſto penitus excidiſſe, & propterea Epiſcopum nomine ejus: quod intereſt, compellare non poſſe.

Cæterum etſi argumenta hactenus adducta probabilem dubitandi cauſam præbere alicui poſſent: tamen qualitatibus hujus negotii penitius conſideratis, potius exiſtimamus, concludendum, Epiſcopum & capitulum M. cum feudum promiſſum, & nunc apertum dare non poſſint, ſaltem ad id, quod intereſt, Henrico præſtandum teneri. Quam quidem ſententiam potiſſimum nobis perſuadent verba inſtrumenti ſuper promiſſione iſta confecti: ex quibus ſanè dilucidè apparet, promiſſionem hanc non à ſolo Epiſcopo, ſed & cum conſenſu

totius

totius capituli factam eſſe: Clari † namque juris eſt, ſi Epiſcopus cum conſenſu capituli promiſit, vel inveſtivit aliquem de feudo viventis, in diem etiam non cum conſenſu tenentis, etiamſi epiſcopus ante poſſeſſorem & tenentem moritur, quod nihilominus ejus ſucceſſor promiſſionem vel inveſtituram conſummare, vel intereſſe præſtare teneatur. ita eleganter in ſpecie, decidit *Matth. de Afflict. c. 1. n. 14. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. allegans idem tenentes. Card. conſil. 95. verſ. ſed etiam alio capite: & Joh. de Anan. c. fin. ne prælati vic. Bald. conſ. 413. vol. 2.*

Hoc autem fundamentum nititur potiſſimum conſenſu capituli, qui hoc caſu operatur obligationem capi-
12 tuli: alienationi † enim ſuæ rei, in qua jus habet, conſentiens, ſibi præjudicat, & ſeſe efficaciter illi, cui alienatio vel promiſſio fit, obligatum facit. text. ad hoc eſt *in l. ſicuti: §. ſi voluntate: juncto §. venditionis: quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvat*: textus in materia feudali eſt *cap 1. §. præterea: quib. mod. feud. amitt.* ubi dicitur: ſi ille, ad quem feudum jure obvenire debet, alienationi conſenſerit, nullo modo ad eum repetendum regreſſum habet.* idem probat textus *c. Titius: & ibi gl. Bald. & alii: ſi de feud. defunct.* text. præterea ad idem eſt *in c. 1. in princ. & ibi gl. verb. conſentientibus: de alien. feud. pater. Alv. c. 1. 31. concl. & Card. Alex. col. 1 quæ fuit prima cauſa: Bald. conſ. 16. facti evidentia: in fin. 1. lib. Caſtr. conſ. 84 quæſtio iſta vertitur. & conſ. 190 viſa ſupra ſcripta. col. 2. verſ. reſtat nunc videre: lib. 2. Aret. conſ. 3. conſultatio præmiſſa: Alb Brun. conſ. 40. n. 5. in fin. & conſ 80. circa prim. col. 5. verſ. & quia conſiderata: Aimon Crav. conſ. 20. nu. 2. & conſ. 24. n. 10. Gild. conſ. 7. n. 35. Schurff. conſ. 3. n. 9. cent. 3.*

Confirmantur iſta per ea, quæ in terminis fortioribus de tacito conſen-
13 ſu traduntur in caſibus, in † quib. conſenſus expreſſus Eccleſiæ vel capituli obligationem inducit, etiam ſufficere tacitum capituli vel Eccleſiæ conſenſum, ad hoc, ut obligatio oboriatur. ita tenet *gl. c. ſine exceptione: 12. quæſt. 2.* textus ad hoc eſt expreſſus *in cap. continebatur: de his quæ fiunt à prælat.* idem tenet *Petrus Rebuff. tractat. de alienat. rer. Eccleſ. numer. 121.* Faciunt huc, quæ in materia feudali DD. communiter concludunt, ad hoc, ut dominus ſibi in alienatione feudi præjudicet, ſufficere ejus conſenſum tacitum, *gl. ord. in verb. permiſſione: de proh. feud. alien per Lothar. quam ibidem ſequitur Iſer. Jacob. de Belv. Laud. Alvar. Cardin. Alex. idem tenet Alvar. §. fin. num. 31. & ibi Alex. quæ fuit prima cauſ. Jaſ. l. quæ dotis: nu. 88. ubi prædictam gloſſam notandam dicit: ſolut. matr. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum: col. 6. verſ. ſimiliter ſi vaſall. de leg. 1. Curt. Jun. in tractat. feudal 4. parte: num. 137. verſ. & in primis quæro:* ubi poſt multos, quos allegat, hanc ſententiam communem dicit. Sed cum in propoſito de conſenſu capituli ex ipſo inſtrumento manifeſtè conſtet, eò minus dubitandum erit, capitulum proprio conſenſu obligatum eſſe. Eritq; præterea de obligatione iſta hac etiam de cauſa non ambigendum, cum hic caſus verſetur circa rem ſolitam infeudari, & non agatur de magno Eccleſiæ præjudicio, imò potius † de admi- 14
niſtratione, quàm alienatione rerum; quo caſu acta vel promiſſa leviori ratione ſubſiſtunt, ut eleganter declarat, & tenet *Bald. conſil. 255. num. 1. parte prima facit ad hanc ſententiam cap. 1. de iis, qui feud. dar. poſſ.* ubi dicitur, feudum dare Archiepiſcopum, Epiſcopum Abbatem, abbatiſſam, præpoſitum, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit feudum dare. Idem probat text. *c idem juris, & ibi Affl. n. 2. & alii Epiſcopum vel Abbatem, vel Abbatiſſ.* Quinimò de jure ex communi DD. ſententia magis pro caſu præſenti concluditur, quod † ſcilicet res Eccleſiæ ſolita 15
infeudari, poſſit in feudum dari etiam abſque ſolennitate *cap. ſine exceptione 12. qu.*

Digitized by Google

12.q.2. Panorm. & Canoniſtæ communiter c.1. Perillum text. de feud. Idem Panorm. c. ut ſuper. num.11. de reb. Eccleſ. non alien. Caſt. conſil.136. incip. viſo inſtrumento: Freder. de Sen. conſ.109 inc. quidam, prælatus: Roma. conſil 70. incip. viſis thematibus: n.1. Bald. conſ.1. poſito ſuper rubri. de his quæ fiunt à prælato: & conſ.11 ſub. rubr. de feud. Curt. Jun. tract. feud. 2. part. princ. 1. quæſt. nu. 1. & 2. ubi hanc ſententiam à DD. communiter approbatam dicit.

Ex his modò, quibus hactenus oſtendimus, capitulum unà cum Epiſcopo nomine feudi promiſſi obligatum eſſe Henrico à M. conſectarium porrò eſt, obligatione iſta capitulum hoc etiam tempore devinctum adhuc eſſe.

16 Quia clari juris eſt, capitulum ſucceſſorem nunquam habere, nec mori poſſe, ſed perpetuò vivere: *text. eſt c.1. verſic. inde poteſt: de alien. feudal. ubi dicitur: quod Eccleſia nunquam deſinat eſſe hæres tenet Innoc. c. niſi eſſent: in fin. de præbend. Matth. de Afflict. c.1. nu.56. qui ſucceſſ. ten. Bald. l. fin. nu. 10. in fin. C. ſine conſenſu vel reliq.*

Hinc magis in ſpecie jure concluditur, ſi Eccleſia vel capitulum ad aliquid obligatum eſt, quod ſucceſſores capituli, quicunq; obligati dicantur, & facta & promiſſiones prædeceſſorum complere teneantur, *text. eſt c. ſi gratioſè: de reſcr. in 6. d. c. niſi eſſent: & ibi DD. de præbend. c. quoniam Abb. de offic. deleg. c. adverſus: in fin. de immunit. Eccl. & ten. Matth. de Afflict. d. c.1. n.56. qui ſucceſſ. ten.* Atq; hæc ſunt ſolida illa juris fundamenta, quibus tam quæſtionis noſtræ deciſio, quam etiam doctrina *Matth. de Afflict. & reliquorum in hanc ſententiam adducta* abunde ſtabilitur, atque confirmatur.

Quibus ita firmatis, videlicet ſucceſſorem Epiſcopi, & capitulum in propoſito caſu promiſſione Prædeceſſoris devinctos eſſe huc aptanda erit alia communiter approbata concluſio, quæ docet quotieſcunque dominus feudum ſi vacuerit, dare per formam contractus promiſit, ipſum non facta traditione parti, cui promiſſio facta eſt, teneri intereſſe: ita de ſimplici promiſſione tenet *Alvarot poſt Iſern. capit. ſi facta: num.8. ſi de feud. defunct. & capit. fin. numer. 7. poſt Iſern. & Nicol. de Neapolitan. de nova form. fidelita. & in cap. fin. num.5. verſ. ſed tu circa: per quos fiat inveſt. Curt. Jun. tractat. feudal. 2. parte. 2. partis princip. quæſtion 2. verſ.2. princ. numer.34. Hieronym. Schurff. conſil.53. numer. 16. cent. 1. & conſil trigeſimo tertio. numer.2. cent.2. textus ad hoc eſt in l. quoties: C. de rei vend.* ubi dicitur, quod tradens ſecundo venditori poſſeſſionem rei prius venditæ tenetur primo emtori ad intereſſe, qui textus ſecundum modernos communiter ibi etiam in feudis locum habet, *ut teſtatur Bald. c.2. de nova forma fidelita. Curt. Jun. d. tractatu, & loco: Schurff, & alii conſiliis & locis ſupra dictis.* Facit prætereà textus, (quem ad hoc *gl. ord. c. ſi facta: verbo. dominium: ſi de feud. defunct. cont. allegat.*) in *l.1. de act. emt.* ubi dicitur, ſi res vendita non tradatur, in id, quod intereſt, agi. 17

Pertinet † huc etiam, quod DD. communiter concludunt, facta inveſtitura abuſiva duobus, ſi dominus poſteriori poſſeſſionem feudi tradit, quod prius inveſtito ad intereſſe teneatur: ita de abuſiva inveſtitura tenet *gl. ord. d. c. ſi facta: verbo. dominium: quam Iſern. Alvar. & alii DD. communiter ſequuntur: ſi de feud defunct. controv. Jaſ. l. quoties: numer.30. & 31. & alii. C. de rei vend. Schurff. d. conſ.53. num.16. 1. cent. ubi hanc ſententiam à DD. communiter approbatam dicit.* 18

Eſt enim hujus caſus prorſus una & eadem ratio, ita ut diverſa monſtrari non poſſit, cũ, ſicuti promiſſio de feudo tantum in perſonali obligatione reſidet, ita † quoq; inveſtitura ſimultanea 19
vel etiam cum annulo, & enſe facta ultra obligationem perſonalem jus aliquod reale in feudo non tribuat, gl.

capit.

capit. auctoritate: verbo inſtituatur: de inſtitut. & in cap. ex ore: de his qui fiunt à major. part. Bald. capit. 2. numer. 1. de nov. form. fid. Jaſ. d. l. quoties: n. 31. C. de rei vend. Schurff. d. conſ. 53. n. 5. cent. 5. Ut proinde ex hiſce omnibus denique concludendum ſit, Epiſcopum & capitulum M. ratione feudi promiſſi, & nunc aperti Henrico à M. id, quod ejus intereſt, præſtare debere.

Non obſtant huic concluſioni ea, quæ ſupra dubitationis movendæ gratia adducta fuerunt. nam quod attinet ad conditionem, ſub qua promiſſio iſta facta fuit, ejus, cur feudum jam minus Epiſcopo aperiatur, atque conditio morte poſſeſſoris impleatur, culpa penes ipſum Epiſcopum reſidet, qui, niſi præfecturam S. permutaſſet, & in alium principem tranſtuliſſet, ſibi feudum iſtud defuncto poſſeſſore, jam fuiſſet apertum.

Locum itaque hic ſibi vendicabit trita illa juris regula, quæ docet,
20 quod † conditio habeatur pro impleta, ſi ſtat per eum, cui debet impleri: textus eſt *in l. jure civili: de cond. & dem.* ubi expreſsè dicitur, quoties per eum, cujus intereſt conditionem impleri, fit, quò minus impleatur, ut perinde habeatur, ac ſi impleta fuiſſet. ad idem eſt textus *in l. in jure civili: & ibi Decius: de reg. jur. & in c. cum ſtat per eum: de reg. jur. in 6. l. ſed addes: §. fin. & l. qui operas: locat. l. 1. §. divus. de extraord. cog. l. Labeo ſcribit: ſi mihi bibliothecam: in fin. de contr. emt l. 1. C. de his, quæ ſub mod. Soc. l. in teſtamento: el. 2 poſt Jaſonem ibi C. de inſtit. & ſubſt. Alex. conſil. 102. n. 4. lib. 1. Curt. conſil. 86. n. 7. lib. 2.*

21 Textus † verò *in d. c. 1. qui ſucc. feud. dar. poſſ.* & reliqui ſupra adducti duntaxat procedunt, quando Epiſcopus ejuſmodi inveſtituram, vel promiſſionem de feudo adhuc viventis ſolus fecit: rem verò aliter ſeſe habere, quando inſuper, ut in propoſito, conſenſus capituli acceſſit, abunde à nobis jam eſt firmatum: ſic etiam Henrico à M. impedimento eſſe non poteſt conſanguinitas, qua conjunctus fuit
Epiſcopo: quia † ad hoc in ſpecie ele- 22
ganter reſpondet *Bald. c. 1. n. 9. de his, qui feud. dar. poſſ.* ubi dicit, licet gl. *ſupra allegata c. 1 qui ſucc. feud. dar.* velit conſanguineo feudum dari non poſſe, tamen quando perſona Eccleſiæ non eſt oneroſa, vel ſi de hoc eſt conſuetudo, & ſi recipitur ſervitium, prælatum conſanguineum infeudare non prohiberi. idem in hoc tenet *Matth. de Afflict. c. 1. n. 124. & n. 128. qui ſucc. feud. dar. iten.* ad hoc & textus & auctoritates DD. allegans.

Quod deniq; de renovanda ſimultanea inveſtitura ex conſuetudine fori Saxonici in medium fuit allatum, hoc ideo minus ad propoſitum noſtrum
pertinet, quoniam † Henricus à M. nul- 23
lam adhuc nactus eſt inveſtituram, nedum ſimultaneam, ſed duntaxat pro-
miſſionem de infeudando: non † igi- 24
tur ejus, quod nondum in rerum naturam fuit inductum, aliqua neceſſaria potuit eſſe renovatio, *argumento l. ejus qui in provincia: ſi cert. pet.* præſertim verò nullum jus feudi introducere potuit nuda promiſſio feudi vacaturi,
cum † longè aliud ſit infeudare, & in- 25
feudationem promittere. *Bart. l. ſingularia. 4. col. verſ. aſſumamus. Si cert. pet. & l. ſi pupillus: in fin. princ. & ibi Caſtr. & Al. ad L. Falcid. Bart. in l. juris gentium. in prin. n. 2. verſ. exemplum. de pactis. Abbas Salic. & Caſtr. Fulg. Jaſo. & alii, l. in bonæ fidei: de eo quod certo loco.* unde per promiſſionem alienationis feudi non privatur quis feudo, ſicuti per alienationem ipſam, *ut dixit Card. Alex. c. 1. in princ. col. 2. verſ. per hoc reſtat illatio. de proh. feud. alien. per Feder. Bald. c. 1. § aut ſi libellario: n. 4. quibus mod. feud. amittatur.* Non igitur neceſſe habuit Henricus à M. propter ſolam infeudationis promiſſionem, inveſtituræ ſimultaneæ, quam ne conſecutus quidem fuerat, renovationem petere.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſponſum iſtud juri conſentaneum eſſe, teſtamur nos Decanus, Ordinarius, & reliqui DD. collegii Juridici Francofordienſis ad Oderam, Salvo cujusvis rectius ſentientis judicio. In cujus fidem ſigillum facultatis noſtræ apponi curavimus.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

(a) RES aliter ſeſe habet] Ad hanc quæſtionem vide *Jan ab Arcedura cap. 3. concl. 9. num. 22. & ſeqq. Johan. Borchold. de feud. cap. 7. num. 20. & ſeqq.* ubi monet, illum, qui hanc inveſtituram accipit, circumſpectum eſſe debere, ut eam cum conſenſu capituli fieri curet. *Vultei. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 16. Ludolph. Schrader. de feud. part. 3. cap. 7. num. 36. & ſeq. & conſil. 39. num. 65. vol. 2. Roſenthal. tract. feud. c. 6. concl. 16. n. 7.*

Diſſentit *Andr. Fachin. lib. 7. controverſiar. cap. 29.* Verùm cum Fachineo liberum omnino ſit à Parente & univerſa Jureconſultorum ſchola diſſentire, nobis quoque liberum erit, cum his potius quam cum ipſo ſentire.

Quando igitur quæritur, utrum ſucceſſor Epiſcopi qui cum conſenſu capituli alium inveſtivit de feudo Vaſalli viventis, teneatur ratam habere inveſtituram anteceſſoris, etſi feudum mortuo demum ipſo apertum fuerit, affirmativam ſententiam multis & rationibus & autoritatibus firmavit Parens.

Negativam ſequitur Fachinæus, eo potiſſimum fundamento, quod nec textus diſtinguant, utrum cum conſenſu capituli inveſtitura facta ſit, an non, nec ulla ratio diverſitatis inter hos caſus appareat, rationem autem cur ſucceſſor Epiſcopi non teneatur ratam habere inveſtituram, hanc ponit: quia obligatio neq; in anteceſſoris neque in ſucceſſoris perſona incipere potuit.

Non in anteceſſoris, quia ſub conditione quæ non evenit facta eſt, ſi feudum eſſet illi apertum: non in perſona ſucceſſoris, quia nullum ab anteceſſore jus habet nec hæres ejus eſt. Hæc inquam ratio Fachinæo etiam hoc caſu militare videtur, quando inveſtitura cum conſenſu capituli facta eſt. ideoq; idem jus ſtatuendum eſſe exiſtimat.

Quod quale ſit quæſo paulo diligentius conſideremus. Ait, inveſtituram Epiſcopi ſub conditione fieri ſi feudum ipſi aperiatur. Hoc vero tam generaliter & per omnia verum eſſe nequaquam concedimus, ſed ut in omni diſputatione feudali ita in hac quoq; verba conceſſionis diligenter conſideranda eſſe dicimus.

Aut igitur in inveſtitura expreſſa eſt hæc conditio SI FEUDUM MIHI SEMPRONIO PRO TEMPORE EPISCOPO apertum fuerit.

Hoc caſu vix dubitationem aliquam recipere videtur hæc ſententia, quia Sempronio ante feudum ſibi apertum mortuo, ſucceſſores non teneantur, atque adeò dico palàm etjamſi conſenſus capituli intervenenerit.

rit, conditio enim ſub qua quas conceptis verbis facta eſt conceſſio deficit nec de perſona ad perſonam extenditur, conſenſus quoque capituli huic diſpoſitioni conditionali accedens propter verba nimis clara & aperta aliam interpretationem recipere non poteſt quam ipſa principalis diſpoſitio.

Certa enim perſona demonſtrata eſt, ad quam feudum pervenire prius debeat quam alii tradatur; qua ante è medio ſublata, quam diſpoſitio effectum ſortiatur locus fit regulæ, qua dicitur medium impertinens, aut non exiſtens impedit extrema conjungi.

Neque hoc mirum cuiquam videri poteſt qui conſideraverit etjam in perſona laici idem evenire poſſe, ut nimirum tam limitata & reſtricta ad perſonam concedentis ſit conceſſio, ut ad ſucceſſores nequaquam tranſeat, puta ſub eadem hac conditione facta SI MIHI TITIO ſeu SI ME VIVENTE FEUDUM aperietur, Quis enim dixerit Domino ante feudum ſibi apertum defuncto hæredes ad feudi traditionem teneri?

Cum ipſa conditionis illius exexpreſſio ſatis oſtendat, ad ſolius concedentis perſonam & caſum ipſo vivente evenientem reſpectum eſſe habitum.

Idem igitur in propoſito dicendum eſt, ut nec obligatio, quam expreſſe & quidem ſub conditione ad ſuam perſonam reſtrinxit, Epiſcopus eo defuncto propter conſenſum capituli ſuſtineatur, modo capitulum ipſum nihil prætereа geſſerit.

Atque hic quidem caſus, tam apertus eſt ut tria verba amplius cum Fachinæo commutare nemo neceſſe habeat.

Aut verò conditio illa ipſam Epiſcopi perſonam & feudum eo vivente aperiendum reſpiciens in inveſtitura expreſſa non reperitur, ſed generalis conceſſio qualis in ipſo textu. Qui ſucceſſores teneantur exprimitur, eo tenore facta eſt, ut poſt deceſſum ejus, qui jam poſſidet, habeat.

Hæc conceſſio ex propria verborum vi, non ipſius inveſtientis perſonam aut vitam reſpicit, ſed poſſeſſoris caſum qui tam vivo, quam mortuo inveſtiente poteſt contingere. Ex quo fit ut inter Laicos ad hæredes tranſeat.

Etſi autem inveſtitura hæc quando ab Epiſcopo fit, ita demum vim atque effectum habeat, quando feudum Epiſcopo viventi aperitur, non tamen id propter conditionem à Fachinæo confictam evenit ſed quia Jus Epiſcopi ulterius quam ad vitam ipſius ſe non extendit:

Itaque niſi in vita ipſius feudum aperiatur ob defectum non conditionis ſed poteſtatis inutilis redditur diſpoſitio.

Nec dicat Fachinæus conditionem illam tacitè ſemper ſubintelligi, tantum enim abeſt, ut ea in conſiderationem veniat, ut etiam quando manifeſtis verbis excluditur, puta ſi dixerit QUANDOCUNQUE feudum aperietur, tamen invalida ſit conceſſio niſi in vita caſus eveniat. Quia nimirum poteſtas Epiſcopi vitam ipſius non egreditur, nec ſucceſſor factum ejus præſtare tenetur, Et ut maxime conditionem ſuam iterum inculcet Fachinæus, ſcire ab eo velim unde ea nata ſit, vel unde fiat ut ea ſecundum ipſius ſententiam in Eccleſiaſticorum conceſſionibus, vel exprimenda vel ſubintelligenda ſit?

Nullam certe aliam ejus rationem nobis oſtendere poterit, quam quæ allata eſt quod nimirum Prælatus de

rebus Eccleſiæ poſt mortem ſuam diſponere non poſſit.

Quæ igitur dementia eſt, rationem ex qua conditio iſta proficiſcitur omittere, & omnem vim in generali conditionis natura collocare, cum tamen certum ſit, quoties ratio conditionis ſive tacitæ ſive expreſſæ ceſſat, ipſam quoque ceſſare, etſi igitur demus Fachinæo, quemlibet ſimplicem inveſtituram Prælati ſub ea conditione factam intelligi SI FEUDUM IPSI VIVENTI APERIATUR, quia nimirum poteſtas ejus ulterius ſe non extendit: illud tamen ſi viciſſim nobis largiatur, oportet quoties caſus evenit, ut Epiſcopus diſpoſitionem ſuper rebus Eccleſiæ poſt mortem ſuam conferre queat, toties conditionem illam locum habere non poſſe, atq; adeo vim conceſſionis latius patere.

Is verò caſus in toto jure canonico frequentiſſimus eſt, quando Epiſcopus cum conſenſu capituli diſponit aut contrahit, tunc enim diſpoſitio illa, non tantum vivo Epiſcopo, verum etiam eo mortuo obtinet, cum obligatio inde orta etſi ex perſona Epiſcopi in perſonam ſucceſſoris non transmittatur, tamen defuncto Epiſcopo penes capitulum (quod non moritur) reſidedeat, & ſucceſſor ea lege à capitulo vocetur ne quæ à capitulo geſta aut promiſſa ſunt impugnet.

Ut exemplo procuratoris & ſimilium à Parente oſtenſum eſt. Hæc juris canonici generaliter recepta ſententia, quo minus ad feudales inveſtituras accommodetur cauſa nulla impedit.

Ex eoque manifeſta inter caſus illos, utrum Epiſcopus ſine conſenſu capituli an cum conſenſu ejus inveſtierit, reſultat differentia, quod nimirum in illo conceſſio Epiſcopi ultra vitam extendi non poſſit, in hoc autem poſſit, unde porro fit ut poſteriore caſu etiam voluntas Epiſcopi (quæ ex forma actus ſatis colligitur) pleniorem interpretationem recipiat, niſi eam ipſe expreſſis verbis ad vitam ſuam reſtrinxerit.

Ex quibus omnibus ſatis apparet conditionem illam SI MIHI VIVENTI, ad utrumque caſum minus rectè applicari.

Ex eodem errore proficiſcitur, quod porrò negat, obligationem etjam in perſona ipſius Epiſcopi inveſtientis ortam eſſe antequam feudum ipſi aperiatur, Nam etſi hoc eo caſu, quando conditio iſta expreſſis verbis apponitur, ſine controverſia procedat, tamen quoties inveſtituræ tenor non ad vitam inveſtientis, ſed generaliter in defectum poſſeſſoris quandocunq; decedentis ſonat: hic certè longe aliter ſe res habet.

Quia enim certum eſt, poſſeſſorem iſtum aliquando moriturum utique jam habet obligatio ubi pedem figat & initium capiat: itaque ſiquidem de inveſtitura Laici ageretur, eam ortam eſſe nemini dubium eſt.

In conceſſione autem prælati fatendum quidem eſt, non ſufficere ut poſſeſſor iſte aliquando moriatur, ſed etiam requiri & vivente prælato moriatur. quia tamen hoc verbis non exprimitur, ſed juris tantum interpretatione ideo ſubintelligitur, quod poteſtas prælati ulterius ſe non extendat inde efficitur, quotieſcunq; prælato latior diſponendi poteſtas conceditur, interpretationem illam neceſſariam non eſſe, ac proinde non requiri, ut vivo prælato poſſeſſor moriatur, ſed verba conceſſionis generalia generaliter & indefinitè eſſe intelligenda, cum igitur capituli conſenſu accedente jura prælato etiam poſt mortem diſponendi fa-

di facultatem tribuant, ſequitur in ejuſmodi indefinita conceſſione prælati inveſtientis tacitam illam conditionem SI MIHI VIVENTI APERIETUR plane ceſſare, atque adeò in ejuſmodi diſpoſitione non requiri, ut vaſallus poſſidens vivente prælato moriatur, quo poſito inter inveſtituram Laici & Prælati hoc quidem caſu nulla erit differentia, non enim aliud niſi mortem poſſeſſoris quandocunque decedentis reſpicimus, quod cum omnino eventurum ſit, ortum obligationis non impedit, quæ in Perſona Epiſcopi initium capiens eo mortuo capitulo (quod ſede vacante Epiſcopum repræſentat & nunquam moritur) ſuſtinetur, & eodem jure ad ſucceſſorem, qui geſta prædeceſſoris cum conſenſu capituli rata habere tenetur, tranſit.

Errat igitur Fachinæus dum generaliter negat obligationem, in Epiſcopi inveſtientis perſona ortum habere, id enim ad caſum, de quo jam agimus, accommodari non poteſt.

Quia verò non tantum opinionem ſuam argumentis ſanè (ut apparet.) fragilibus fulcit Fachinæus verum etiam contrariæ ſententiæ fundamenta ſubvertere conatur, videamus quas tandem machinas adhibeat.

Primum argumentum idque firmiſſimum à poteſtate Epiſcopi deſumptum, ita eludit Fachinæus, ut eam rationem juris illius eſſe neget, ſed in locum ejus conditionem illam à ſe confictam ſubſtituat.

Age igitur concedamus conditionem illam, etiamſi non exprimatur, ipſo jure ſubintelligi, dicat modo nobis Fachinæus, quæ cauſa & ratio ſit, cur ea ſubintelligatur: nullam certè aliam nobis oſtendere poterit, niſi eam, quam ipſemet impugnat, quod nimirum poteſtas Epiſcopi ultra vitam ſe non extendat.

Atqui nos jam eo de caſu loquimur in quo poteſtas Epiſcopi latius patet, unde neceſſario ſequitur, conditionem illam amplius ſubintelligi non poſſe.

Ineptit igitur Fachinæus, dum conditionem urget cujus ratio, totaque adeò juris, exquo introducta eſt diſpoſitio in propoſito ceſſat.

Alterum, argumento à generali natura contractuum Epiſcopi cum conſenſu capituli factorum rectiſſime deducitur, cui Fachinæus illud tantum opponit, quod feudi conceſſio etiam abſque conſenſu Epiſcopi realis ſit & ad ſucceſſores tranſeat.

Quibus verbis ego quidem aut non intelligo quid reſpondeat aut valde inepta eſt hæc reſponſio. Quis enim non videt longe diverſa eſſe, loqui de inveſtitura feudi jam aperti & de conceſſione feudi aperiendi.

In illa conſenſus capituli planè neceſſarius non eſt, in hac autem ita demum requiritur, ſi conceſſio illa ultra vitam Epiſcopi debet extendi, ut feudum, etiamſi Epiſcopo apertum non ſit, debeatur.

Magna igitur eſt inter caſus iſtos differentia, ut proinde mirandum ſit quid Fachinæo in mentem venerit, quod ex uno reſponſionem ad alterum ſumendam putarit.

Nihilo meliora ſunt quæ ad tertium argumentum affert: ait enim factum anteceſſoris Epiſcopi tunc demum non obligare ſucceſſorem, quando tendit in detrimentum Eccleſiæ, alias ſecus, idque probat ex eo, quod ſucceſſor ratam teneatur habere inveſtituram feudi aperti ab

non hanc interpretationem, in ejuſmodi investitura cum conſenſu capituli facta ſequamur, ut nimirum vaſallo quandocunq; decedente ſucceſſorem obliget.

Sed adhûc nimis ſtrictè loquitur Fachinæus, ait enim diſpoſitionem Epiſcopi cum conſenſu Epiſcopi factam tunc demum vim habere, & ad futura extendi, ſi de jure de præſenti ſit diſpoſitum.

Nos verò ſine ulla hæſitatione certiſſimis juris fundamentis aſſerimus Epiſcopum cum conſenſu capituli etjam de rebus, quæ in rerum natura non ſunt, nec in vita ejus futuræ ſunt, poſſe diſponere, & rebus extantibus diſpoſitionem illam vim ſuam adverſus ſucceſſorem ſortiri: Quidni enim poſſit de fructibus poſt mortem ſuam naſcituris diſponere, ut quo hoc vel illo modo diſtribuantur, vel ut ea, quæ in poſterum quandocunque Eccleſiæ acquirentur, in hos vel illos uſus conferantur, certè valebit hæc diſpoſitio & auctoritas capituli quæ viventi Epiſcopo hanc diſponendi facultatem tribuit, etiam ſucceſſorem ejus adſtringet etſi id Epiſcopus ſolus non potuiſſet.

Ex quo apparet Fachinæum Epiſcopi facultatem cum conſenſu capituli diſponentis nimis reſtrinxiſſe, unde porro ad caſum de quo agimus facilis eſt illatio.

Quintum argumentum à ſimili deſumtum planè negat Fachinæus. Sed qui vim diſpoſitionis Epiſcopalis cum conſenſu capituli factæ intelligit, is hac ipſius inficiatione non movetur: & ſententiam hanc in procuratore communiter receptam eſſe teſtatur.

De poſtremo argumento non eſt quod admodum pugnemus. Ut ut ſit ex eo, quod conſenſus capituli adhibitus eſt, magis enixa contrahentium voluntas perſpicitur, ſatisque apparet eos non ad Epiſcopi tantum perſonam ſed ad totum Eccleſiæ corpus reſpexiſſe: quorum ſolicitudinem planè fruſtaneam fuiſſe multo certè iniquius eſt, quam ſi cum ſolo Epiſcopo contractus fuiſſet initus, cum enim jura ipſa diſtinguant inter contractus cum Epiſcopo & cum Eccleſia geſtos, & his majorem vim quoad perpetuitatem, quam illis tribuant, quomodo tandem cum Eccleſia ipſa contrahere quis dicetur ſi conſenſus capituli contractui Epiſcopi accedens id non efficit, in caſibus præſertim in quibus apparet contrahentes etiam ultra vitam Epiſcopi & jus ipſi ſoli competens vim contractus extendere voluiſſe, in quo caſu nos jam verſamur.

Ex omnibus igitur hactenus deductis hoc concludimus, Inveſtituram Epiſcopi ſub expreſſa conditione SI FEUDUM MIHI VIVENTI APERIETUR nullam eſſe niſi poſſeſſor vivo Epiſcopo decedat, etiamſi huic diſpoſitioni conſenſus capituli acceſſiſſet.

Inveſtituram autem Epicopo non ad vitam ipſius ſed generaliter ad mortem tantum poſſeſſoris reſpicientem, validam quidem eſſe, ſed ita demum vim ſortiri ſi vivo Epiſco feudum aperiatur: ea ratione quòd Epiſcopus de rebus poſt mortem ſuam eventuris diſponere non poſſit.

Quando autem Epiſcopus facultatem hanc de rebus poſt mortem ſuam diſponendis nanciſcitur (quod fit quando conſenſus capituli accedit.) tunc conceſſionem hanc etiam ſimpliciter factam, locum eo defuncto obtinere, ita ut propter auctoritatem capituli ſemper viventis etjam ſucceſſor teneatur, alias enim conſenſus capituli planè eſſet fruſtratorius.

Quæ tanto magis obtinent quando verba tractum temporis denotantia

tantia accedunt, quanto ex his voluntas contrahentium & capituli conſentientis fit manifeſtior.

Puta ſi dixerint: Quandoque poſſeſſor hodiernus morietur, ſeu, quandocunque feudum ad Eccleſiam devolvetur.

(*b*) Ne prælati vices ſuas] *Decian. reſponſ. vigeſimo quinto, numer. 44. cum ſequent. volum. 1. Ludovic. in commun. concluſ. 16. numero 363. & ſequent. Badinus de republic. lib. prim. capit. 8. circa fin.*

(*c*) De major. & obedient.] Ideoque obligationes quas contraxerunt, non niſi perſonales eſſe & cenſeri poſſunt, quæ ipſo cum auctore ſuo vivant & moriantur *Baldus in l. fin. numer. 10. Codic. ſine cenſ. vel reliq.* proinde uſufructuariis æquiparantur. *Rota deciſ. 1. numero ſecundo. titul. de locat. in novis.* Hinc conſtat, quod in arduis & magnis negotiis & rebus prælatos ſine conſenſu capituli nihil poſſe, & ſi quid tentent, totum id inutile & vitioſum eſſe, & per capitulum retractari & in nihilum redigi poſſe. *Rota deciſ. 3. titul. de conſeſſis in nov. Apoſtillator ad Capellam Theleſan. deciſ. 79. Cothman. reſponſ. 62. n. 38. vol. 2.*

(*d*) Judicatum eſſe ſcio] Et ſecundum hanc ſententiam in conſilio Neapolitano conſentientibus omnium adſeſſorum votis & ſuffragiis pronunciatum eſſe refert *Matth. de Afflict. deciſione centeſima prime. per tot.*

(*e*) Regulariter non obligat] *Hartmann. Vultei. de feud. libro primo. capit. decim. numero decimo ſexto. Franciſc.* Pfeil. *conſil. 71.* ubi in Archiepiſcopo Magdeburgenſi verificat. *Cothman. reſponſ. 62. numero trigeſ. quarto. & ſeqq. volum. 2.*

(*f*) Dare teneant. titul. 1.] *& ibi Jacob. de Belviſ. Andr. de Iſernia numero primo & quinto. Afflict. numero quinto. Schenck. numer. prim. & octav. Roſenthal. de feud. capite ſexto. concluſ. 16. numer. 8. & ſeqq.* ubi dicit textum hoc velle, id apparere ex dictione niſi, quæ eſt exceptiva. *Borchold. de feud. capite ſeptimo. numer. 20. Vultei. de feud. capite decimo. numero decimo ſexto. Burſat. conſil. 30. numero vigeſimo quarto.* ubi hoc explicat, & præterea defendit, licentiam teſtandi de feudo à prælato conceſſam à Pannifice confirmatam, ſucceſſorem Epiſcopi obligare, etiamſi prælatus concedens ante teſtatorem deceſſerit. *Schrader. tractat. feud. part. 3. capite ſecundo. numero trigeſimo quarto & ſequent.*

(*g*) Haud fit veriſimile] *Vide Jan ab Arcedura. capite tertio. concl. 9. numer. 20.*

(*h*) Plenum jus feudi conſequatur] Diſſentit *Fachinæus lib. 7. controverſiar. capite trigeſimo.* & ſanè fatendum eſt Iſerniæ ſententiam quam Fachinæus hic amplectitur verbis textus ſatis eſſe conſentaneam, qui verò eam ſecundum alias juris communis regulas examinabit, is inveniet hîc quoque non parum difficultatis ſubeſſe.

Nam etſi nõ planè de nihilo ſit quod dicitur, miſſionem ita fieri poſſe non ut tunc feudum novis Vaſallus obtineat, ſed ad eum effectũ ut id conſequatur poſt mortem poſſeſſoris ita ut poſſeſſionẽ habeat ex nunc prout ex tunc: quò caſu res perindè habetur, ac ſi tunc cum primum miſſus eſt, feudum plenè eſſet conſecutus, atq; ita gratia ab initio perfecta fuiſſet, ita, ut à ſucceſſore retractari nõ poſſit, nec ulli dubium eſt poſſeſſionem ſub conditione tradi poſſe *l. q. abſenti §. 1. l. ſi me in vacuam in fin. De acquir. poſſ. Tiraq. De conſtit. poſſ. Ampl. 17. n. 2.* Plana inquam hæc & expedita ſunt omnia: ſed ſi ad regulas juris communis revocantur multa occurrunt quæ contrarium ſuadeant. Primò enim illud conſiderandum eſt, miſſione impoſſeſſionem ita

facta

facta, aut uterque poſſidet aut prior ſolus, aut poſterior ſolus.

Utrumque poſſidere non poſſe extra controverſiam eſt, cùm hoc omnibus juris regulis repugnet, ut eadem poſſeſſio penes duos ſit ſimul & eodem tempore, *l. ſi ut certo, §. ſi duobus commod. l. 4. §. ex contrario de acquir. poſſ.* quod ſi prior ſolus poſſeſſionem retinet, cujus effectus erit miſſio.

Sin autem per eam in poſteriorem transfertur jam hoc ipſo prior ea privatus eſt, quod tamen negant, qui huic opinioni adſtipulantur.

Quod, ſi dixeris, miſſionis effectum uſque ad caſum vaſalli jam poſſidentis ſuſpendi, & quaſi conditionalem eſſe, novæ turbæ oriuntur.

Quid enim? etſi ſub conditione ſive die potiùs, cùm morietur, hodiernus poſſeſſor miſſio fieri poſsit, juris tamen eſt indubitati, traditionem poſſeſsionis ex contractu conditionali, ſive in diem eaſdem qualitates habere, quas principalis contractus, nec quicquam ultra operari, quo poſito videamus, cujus naturæ ſit conceſsio, cujus nomine miſsio in poſſeſſionem facta eſt: ea verò ita ſe habet, ut tunc demùm robur obtineat, ſi poſſeſſor hodiernus vivente Epiſcopo moriatur, quo non eveniente conceſsio ipſa deficit, quod ne Fachinæus quidem ipſe negaverit, cum ſuperiore capite omnes has conceſsiones ſub hac conditione fieri nec prius obligationem inde oriri ſtatuerit, ſecundùm hanc principalis conceſsionis naturam, ſi regulabitur miſsio in poſſeſsionem ejus nomine facta, neceſſariò inde ſequitur, etiam ipſam concidere, quoties caſus mortis vivo inveſtiente & mittente non contingit.

Aliâs enim miſsio ex contractu plus operatur quàm contractus ipſe, quod abſurdum eſt, & quamvis dicat Fachinæus miſsionem fieri ex nunc pro ut ex tunc, atque ita caſum mortis evenientem ad tempus miſsionis retrotrahi & effectum ſortiri, tamen neq; hoc juri eſt conſentaneum.

Quia enim interim antequam caſus iſte evenit, concedens mortuus eſt, & novo ſucceſſori jus quæſitum conditio in præjudicium ejus retrotrahi non poteſt, quemadmodum in ſpecie ex contractu conditionali poſſeſsio translata ſit, habetur poſt alios apud *Tiraquell. de conſtit. poſſ. ampl. 17. num. 4. cum ſeqq.*

Nec dicat Fachinæus nos hîc non verſari in ſimplici obligatione & promiſsione, ſed in jure quæſito ex inveſtitura & ſimul ex poſſeſsione reali.

Nam quàm poſſeſsionem realem hîc nobis comminiſcitur, quæ utique vivente primo vaſallo in rerum natura eſſe non potuit, niſi duos ſimul poſſidere, aut hunc poſſeſsione ſua privatum fuiſſe dixerimus, quorum neutrum admittit Fachinæus, quod ſi tunc realis eſſe cœpit, cùm vaſallus mortuus eſt, tunc conditio ex poſt facto eveniens in præjudicium ejus, cui jus interim quæſitum eſt, retrotrahitur, quod regulis juris repugnat. Ut proinde quocunque ſe vertat, variè laboret hæc opinio.

Ex quo factum eſt, ut in eorum ſententiam proclivior fuerit parens, qui miſsionem hanc cum effectu de præſenti intelligunt, ita ut novus vaſallus plenam feudi poſſeſsionem ſtatim nanciſcatur, eo qui detinet jus ſuum remittente.

Quæ ſententia non eſt, quod Fachinæo tàm abſurda videatur.

Per ſe enim veriſsimam eſſe, ne ipſe quidem, ut opinor, negaverit, tantùm igitur de eo contendit, quod exceptio hæc ad regulam minùs rectè accommodetur, cum ea loquatur in caſu, quo inveſtitura de feudo viventis ita facta eſt, ut is in vita jus ſuum retineat, alter autem eo demùm mortuo feudum adipiſcatur: exceptio autem ad eum caſum pertineat, in quo prior poſſeſſor jus ſuum planè amittit,

quod etſi ita ſit, meminiſſe tamen debuerat Fachinæus juris feudalis compilatores tàm exactam loquendi rationem non tenuiſſe, quin etiam melioribus auctoribus, tàm inſolens non eſſe, ut per particulam (niſi) caſum à præcedentibus planè diverſum ſubjiciant, qui à terminis regulæ antecedentis longiſſimè abſit, cujus rei vel unicum illud afferre ſuffecerit exemplum. Utut ſit ſatius eſt leges methodi violari quàm juris civilis rationes convelli, quod ex intellectu, quem Fachinæus probat, planiſſimè ſequitur.

Cæterùm, ſi quæ & nobis in articulo tàm controverſo ſententiæ dictio eſt, utriusque opinionibus rationibus diligenter conſideratis tertia quædam afferri poſſe videtur, quæ & verbis textus & veritati maximè ſit conſentanea.

Primò igitur illud Lector conſideret, velim, hoc ipſo quod conſenſus poſſeſſoris viventis hoc caſu requiritur, ſatis oſtendi aliquid præjudicii permiſſionem illam ipſi inferri: aliàs enim conſenſu ipſius planè opus non eſſet, utpotè cum eo etiam ignorante & invito dominus feudi alterum de caducitate (ut vocant) inveſtire poſſit, modò ne quid ipſi viventi eripiatur, ideò igitur conſenſus ipſius requiritur, ut novo vaſallo jus de præſenti in feudo acquiratur: id autem ſine diminutione prioris fieri non poſſe manifeſtum eſt, hoc tamen præjudicium tale non eſſe, ut propterea vaſallus planè jure ſuo excidat, Fachinæo facilè concedimus: itaque rem temperandam putamus, ut & novus vaſallus jus de præſenti in feudo conſequatur, & priſtinus aliquid in eo retineat.

Ut, inquam, textus de eo caſu loquatur, quo is, cui inveſtitura de feudo viventis facta eſt, conſentiente priſtino poſſeſſore in feudi poſſeſſionem ita mittitur, ut prior vaſallus poſſeſſione quidem ſe abdicet, jus tamen ſuum propterea planè non admittat.

Quod etſi variis modis poteſt contingere, dum aut Epiſcopus cum priſtino poſſeſſore agit, ut conſtituat ſe novi vaſalli nomine poſſidere, & nihilominus in vita ſua fructus & commoditates feudi tanquam uſusfructuarius percipiat, ſive ut feudum ipſi refutet retento uſufructu (quod fieri poſſe docet Bolognet. *conſil. 7. numero nonageſimo ſexto, & ſeq.*) aut etiam ut priſtinus poſſeſſor tædio ruris & œconomiæ ultrò feudi poſſeſſionem novo vaſallo relinquat, ita tamen, ut ipſi quamdiu vivit certa quædam annua penſio, inde præſtetur, quod ſpeciem refutationis habet, & omni jure licitum eſt, ut oſtendit *Fab. de Anna. conſil. 46. numero octavo.*

His, inquam, & aliis modis utrumq; contingere poteſt, ut & novo & priſtino vaſallo conſultum ſit.

Textus tamen ad eum potiſſimum caſum reſpexiſſe videtur, quo civilis poſſeſſio (quæ etſi in vaſallum propriè non cadat, generali tamen ſignificatione à corporali detenſione diſtingvi ita poteſt, ut etiam propterea conſtitutum in feudis locum habeat) in novum vaſallum tranſlata eſt, naturali apud priſtinum relicta.

De eo igitur, ſi verba hæc accipiantur, nihil ampliùs in tota re erit difficultatis aut controverſiæ: ac omnes pro utroque intellectu ſuperiùs conſideratæ rationes certo reſpectu hîc locum invenient, & quaſi concurrent, ut proindè dubitandum non videatur, quin hæc vera ſit hujus loci ſententia.

QUÆ-

QUÆSTIO XXVIII.

AN IS, QUI FUIT INVESTITUS DE FEUDO VASALLI ADHUC VIventis, in caſum mortis ejus poſſit revocare feudum à poſſeſſore alienatum: an item dominus hoc caſu de evictione teneatur de jure tàm communi, quàm Saxonico.

SUMMARIA.

1. *Agnati feudum alienatum revocare poſſunt, & cur ſecus ſit in inveſtito de feudo viventis, num. 8.*
2. *Sic etiam ſimultaneè inveſtito hoc permiſſum eſt, & cur idem conceſſum ſit inveſtito abuſivè, num. 10.*
3. *Inveſtitus de feudo adhuc viventis feudum ab ipſo alienatum revocare non poteſt.*
Præſertim de jure Saxonico, num. 7.
Inveſtitura facta de feudo viventis nullum detrimentum afferre debet poſſeſſori, & ſucceſſoribus ejus.
4. *Inveſtitura abuſiva non tribuit jus in re, ſed tantùm actionem perſonalem.*
5. *Sine actione nemo experitur.*
6. *Feudo alienato deficit conditio, ſub qua fuerat facta inveſtitura de feudo viventis, & eadem penitus expirat, numero undecimo.*
9. *Quorum conſenſus requiratur in alienatione feudi.*
11. *Inveſtitus de feudo viventis, alienato feudo, cur jure domini ſe tueri non poſſit.*
Conditio ante eventum conditionis nihil diſponit.
12. *Inveſtitus de feudo viventis, eo alienato, dominum conſentientem ratione ejus, quod intereſt, convenire poteſt, etiam de jure Saxonico, num. 15.*
13. *Conditio habetur pro impleta, quando ſtat per promiſſorem, quò minus impleatur.*
14. *Dominus regulariter id, quod intereſt, præſtare tenetur, quando rei tradendæ facultatem non habet.*

Quæſitum fuit, an is, qui vivente poſſeſſore feudi inveſtitus fuerat, in caſum, quo poſſeſſor ſine hæredibus maſculis deceſſurus eſſet, de quo inveſtituræ genere hactenus egimus, poſſit, mortuo deinde poſſeſſore ſine hæredibus, revocare feudum ab ipſo alienatum.

1 Et † dubitationem movet, quod de agnatis jure noſtro feudali generaliter cautum reperitur, eos propter ſuccedendi jus, quod ex prima inveſtitura nacti fuerunt, feudum alienatum revocare poſſe, (a) *c. 1. de alien. feud. pater. & in c. Titius ſi de feu. defunct.* Nam etiam in propoſito ſuccedendi jus ex inveſtitura ſub conditione illa facta adeptus eſt inveſtitus. Par igitur eſt, ut feudo ſine conſenſu ejus alienato jus revocandi perinde ut agnato ſucceſſuro competat.

(a)

Conſenſus enim omnium eorum, (b) ad quos beneficium quandoque eſt reverſurum, exigit text. *in d. c. 1. de alien. feud. pater.* quo nomine etiam illi, qui ita ſunt inveſtiti, rectè comprehendi videntur. (b)

Idq; † confirmatur etiam ex eo, quod de ſimultaneè inveſtitis ſupra *quæſtione 20.* oſtendimus, eos propter jus ſuccedendi, quod ex inveſtitura conſecuti fuerunt, feudum alienatum revocare poſſe, quantumvis agnatione non magis attingant alienantem, quàm is, de quo in propoſito verba facimus. 2

Nam eadem ratione etiam illi, qui (ut noſtri loquuntur) de caducitate ſucceſſionis inveſtitus eſt, jus hoc revocandi permittendum erit.

Accedit, quod is, qui ita inveſtitus eſt à domino, videtur adeptus eſſe jus iſtud, quod alioqui aperto feudo ad ipſum dominum pertinuiſſet.

Certum

Certum eſt autem, dominum feu-
(c) dum alienatum recuperare poſſe,(c) *c. 1.§.porrò,qual.olim feu.pot.alienari.* Conſectarium igitur eſt, etiam inveſtito ex jure à domino quæſito hanc revocandi facultatem competere.

3 Verùm † hiſce non obſtantibus exiſtimandum eſt eùm, qui ex tali inveſtitura feudum impetravit, non poſſe feudum alienatum à poſſeſſore revo-
(d) care.(d) Hæc enim ſententia primò luculenter probatur ex eo, quod *in d. c.ſi quis inveſtierit de feu.dat. in vic.legis com-*
(e) *miſſ.*(e) dicitur, nullùm detrimentum poſſeſſori ex ejuſmodi inveſtitura contingere debere, id quod *Alvar. ibi, in ult. notab.* extendit etiam ad ſucceſſores poſſeſſoris, ut videlicet inveſtitura hæc non ſolùm, ut textus loqui videtur, poſſeſſori, ſed etiam ſucceſſoribus ejus non obſit, quoniam, inquit, ejuſmodi conceſsione ſemper intelligitur exceptum jus ipſorum ſucceſſorum, *l.in concedendo, de aq.pluv.arcend.*

Si igitur hæc inveſtitura nullum afferre debet præjudicium poſſeſſori, vel ſucceſſori ejus, ſequitur utique, illam non poſſe vaſallum poſsidentem, quò minùs feudum pro libito alienet, impedire, neq; adeò ex inveſtitura iſta jus revocandi inveſtitis competere, cùm alioqui maximo incommodo afficeret tàm poſsidentem, quàm hæredes ejus non ſolùm propter evictionis periculum, quod cùm revocandi jure certis reſpectibus conjunctum eſt (quod quando locum habeat, ſupra *quæſt.10.* oſtenſum fuit) ſed etiam, quia hac ratione vaſallus poſsidens in libera alienandi facultate impediretur, quod maximi damni loco jura noſtra reputant, *l. dudum, C.de contr.emt.*

4 Secundò † confirmat hanc ſententiam alia ratio, quoniam inveſtitura abuſiva regulariter nullum jus in re
(f) tribuit, (f) ſed tantùm actionem perſonalem contra dominum parit, *c.ſi facta, ſi de feud. defunct. cont. c. 1. §. 1. & ibi Matth.de Afflict. in 2.notab.de nova form. fidelit. Johan. Fab.in §.Interdum, n.4. Inſt. de rer. diviſ. Bald. in c.1.§.inveſtitura, de nova form.fidelit. Jaſ.in l. quoties, num.31. C.de rei vend.*(g) (g)

Non igitur abuſivè inveſtito aliqua actio revocatoria contra tertium poſſeſſorem dari poterit, quippe cum ea ex jure duntaxat reali oriatur, *§. Item ſi quis, Inſtit.de action.*

Ideoq; † etiam tertiò nullibi jure 5
noſtro feudali reperitur, illis, qui ſola abuſiva inveſtitura, non autem agnationis vel alio jure reali nituntur, aliquam eſſe conceſſam actionem, qua feudum à tertio poſſeſſore vendicare queant.

Quo igitur remedio is, qui ita inveſtitus eſt, feudum alienatum revocare poterit, cum ſine actione nemo experiri queat, *l. ſi pupilli, §. fin. de neg.geſt. l. ſi quid poſſeſſor, §. ſicut, ff. de pet.hæred.*

Accedit † hiſce quartò, quod inve- 6
ſtitura iſta hanc habet annexã conditionem, ſi poſſeſſore ſine hærede decedente, feudum ad dominum reverſum fuerit, & tunc demùm capit effectum, cùm feudum domino aut hæredi ejus fuerit apertum, ut ait textus *in d.c.Moribus, ſi de feud. defuncti.*

Certum eſt autem, ſi feudum vivente poſſeſſore alienatum fuerit, quod, etſi deinde ſine hærede maſculo decedat, iſtud tamen domino minimè aperiatur, & quod idcircò hoc caſu neque conditio, quæ huic inveſtituræ inſerta fuit, exiſtere ampliùs poſsit.

Tantùm igitur abeſt, ut propter alienationem ſuſceptam revocandi jus ita inveſtito competere poſsit, ut etjam per eam coditione deficiente, ipſa inveſtitura evaneſcat, neq; inveſtitus feudum tanquam domino apertum petere queat.

Regulariter enim conditione deficiente, etiam ipſa diſpoſitio deficiat, neceſſe eſt, *l. cedere diem, & ibi Alciat. de verb.ſign. l. item quia, §.1. ubi gloſſ. & Bart. de pactis, §. ſub conditione, & §. conditionis, Inſtit. de verbor.obligat.*

Quia

Quia tamen dominus conſentiens alienationi in cauſa eſt, ut conditio iſta evaneſcat, ideò rectè ad præſtandum id, quod intereſt, convenietur, ut paulò poſt dicemus.

Quintò hæc magis etiam comprobantur ex iis, quę in quęſtione ſequente de duobus inveſtitis, quorum poſterior poſſeſſionem nactus eſt, *circa l. quoties, C. de rei vendicat. trademus.*

Si enim tùm, quando dominus duos ſine aliquo facto poſſeſſoris inveſtivit de eodem feudo, primus à ſecundo, qui poſſeſſionem nactus eſt, feudum recuperare non poteſt, ſed hîc in poſſeſſione tuendus eſt, quemadmodum ibi pluribus firmavimus: utique multò minùs is, qui hoc modo primò fuit inveſtitus, poterit revocare ab eo, in quem ipſe vaſallus, conſentiente domino, feudum tranſtulit: cùm in aperto ſit, eum longè potiori jure niti, qui & vaſalli & domini conſenſu feudi poſſeſſionem conſecutus eſt, quàm eum, qui à ſolo domino inveſtituram impetravit.

Deniq; † jure noſtro Saxonico diſertè cautum eſt, quod poſſeſſore alienante, feudum is, qui in mortis ejus eventum inveſtitus fuerat, omni ſuccedendi ſpe excidat, & infringatur das Gedinge.

Nam *in c. 5.* Lehnrecht dicitur: Leſſet jener / der es in Gewehren hat / das Gut auff / das Gedinge iſt daran gebrochen / ſic *in c. 57.* habentur hæc verba: Wenn es aber gelaſſen bey jenes Leben / der es in Gewehren hat / vnd was er recht vnd redlich an jenen gewieſen / dem es der Herr liehe / ſo iſt alles Gedinge gebrochen / ut proinde in foro noſtro Saxon. de hoc ne ambigendum quidem videatur.

8 Non † obſtant huic ſententiæ ea, quæ dubitationis movendæ gratia ſupra adducta fuerunt. Nam ad agnatos, quod attinet, his ex pacto anteceſſorum jus quæſitum eſt in feudo, quod quia ipſis invitis auferri non poteſt, ideò inventa eſt actio revocatoria, qua jus ſuum ante quæſitum conſervare, & feudum alienatum revocare poſſint *quemadmodum ſupra quæſtione 6. & ſeqq. ubi de jure revocandi egimus, pluribus oſtendimus.*

Is verò, de quo in propoſito agimus, ſola abuſiva inveſtitura nititur, quæ quia nullum jus in feudo, neque adeò aliquam actionem realem contra tertium concedit, non mirùm, cur inde etiam jus revocandi non competat: cùm præſertim hanc habeat annexam conditionem, ſi defuncto vaſallo feudum domino aperiatur, & conditio per alienationem ſubſecutam ita expiret, ut nullum jus ſuccedendi in feudo ſibi vendicare, ſed tantummodò ratione ejus, quod intereſt, dominum compellare poſſit: ut proinde manifeſta ſubſit diverſitatis ratio inter jus agnatorum, & verbotenus ſolùm inveſtiti, ac propterea ab uno ad alterum tanquam à ſeparatis rectè inferri non poſſit, *l. fin. de calum. l. ſi maritus, C. de donat. inter vir. & uxor. l. Papinianus de minoribus.*

Ex † quo etiam manifeſtum eſt, id, quod textus *in d. c. 1. de alienat. feud. pater.* conſenſum eorum, ad quos feudum quandoq; reverſurum eſt, requirit, à propoſito noſtro alienum eſſe. 9
Præter enim quàm quod de agnatis diſertè loquitur, intelligendus eſt de iis, ad quos feudum etiam poſt alienationem factam rediturum eſſet: cùm interim hoc caſu poſt alienationem, quia non ampliùs aperitur domino, tanquam conditione deficiente, feudum ad inveſtitum tranſire non poſſit & quod conſequens eſt, neq; cõſenſus ejus ad alienationem neceſſarius eſt.

Quemadmodum † autem alia ratio eſt agnatorum, item eorum, qui in eventum mortis ſunt inveſtiti, ita ab hoc plurimùm etiam differunt ſimultaneè inveſtiti, qui proximè accedunt ad agnatos, *veluti ſupra quæſt. 20. copioſè demonſtravimus.* 10

Eſt. n. ſimultanea inveſtitura ad ſimili-

militudinem ejus juris, quod agnatis alioqui in feudis competeret, adinventum: meritò itaque pro conſervando eo jure eodem etiam gaudet remedio. Præterea ſimultanea inveſtitura non niſi conſentiente poſſeſſore
(h) feudi plerunq; concedi ſolet. (h) Non mirum igitur, cur fortius jus ex ſimultanea inveſtitura quæratur, quàm ex ea, quæ inſcio poſſeſſore impetratur, *arg. eorum, quæ tradit Matth. de Afflict. in cap. 1. ad fin. 2. notab. verſ. nunc revertor ad notabile, n. 40. qui ſucc. feud. dar. teneant.*

11 Jus † verò domini, quod ſuprà conſideravimus, inveſtito opitulari nullo modo poterit. Nam cùm inveſtitura tùm demùm effectum capiat, quando defuncto vaſallo feudum domino apertū fuerit: hæc verò conditio feudo alienato deficiat, qui quæſo ex perſona domini aliquod jus conſequi potuit vaſallus. Conditio enim ante eventum nihil diſponit, *l. ſi quis ſub conditione dandorum, ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. cedere diem, verſ. ubi ſub conditione, de verb. ſignif. §. ex condit. Inſt. de verb. oblig. Dd. in l. ita ſtipulatus de verb. oblig.* eà verò deinde deficiens efficit, ut diſpoſitio in illam collata, penitus etiam expiret, *d. l. cedere diem de verb. ſignif. l. item quia, §. 1. ubi gl. & Bart. de pactis cum ſimil.*

Quinimò dominum conſentiendo alienationi jus ſuum potius in emtorem transferre voluiſſe credibile eſt, neq; dubium eſt, quin hoc jure facere potuit, cum pendente conditione, inveſtito nihil adhuc juris quæſitum fuerit, neq; etiam poſtmodo conditione deficiente, & jam in alium jure translato, quicquam quæri potuerit, ut ita jure domini tueri ſe nullo modo queat. Quam ſententiam in foro Saxonico etiam ſecuti ſunt D. Fachs, & Collegium Juridicum Lipſenſe, ut apparet ex conſiliis additis *poſt quæſt. 20.*

12 Cæterùm † etſi is, (i) qui vivo poſ-
(i) ſeſſore in caſum mortis ejus inveſtitus fuit, feudum cum conſenſu domini alienatum repetere non poſſit, nihilominus tamen dominum, qui conſenſit alienationi, ad præſtandum id, quod ejus intereſt, ex promiſſione prius facta convenire poterit: quippe † cùm 13
is conſentiendo (k) in cauſa fuerit, cur (k)
feudo ad eum translato, inveſtituræ conditio non extiterit, & jure civili receptum ſit, ut, cùm per promiſſorem factum eſt, quò minùs conditio impleatur, perinde habeatur, ac ſi impleta eſſet, *l. in jure civili, de reg. jur. l. jure civili de condit. & demonſtr. c. cùm ſtat per eum, de reg. jur. in 6. l. qui operas. locati, l. Labeo ſcribit, ſi mihi Bibliothecam de contrahend. emtio, l. 1. C. de his, quæ ſub modo, l. in executione, §. fin. de verbor. obligat. l. fin. C. de cond. inſert.* Dominus itaque id, quod intererit inveſtiti, quò minùs feudum apertum ad ipſum reverſum fuerit, præſtare tenetur.

Eſt † enim regulare in feudis, ut, 14
quotieſcunq; dandi facultatem non habet dominus ex inveſtitura prius facta, id, quod intereſt, ſolvere cogatur, ut probatur *in c. 1. de inveſt. de re alien. facta, not. gl. in c. ſi facta, in verb. dominum ſi de feud. defunct. conten. docet Bald. in c. 1. §. fin. de nova form. fidelit. (l) & probatur* (l)
etiam ex iis, quæ in quæſt. ſequente de duobus ſimul inveſtitis diſſeremus. Idq; etiam de jure Saxonico locum habet.

Nam † licet, ſi quis verba illius juris 15
conſideraverit, facilè in eam prolabi ſententiam poſſit, ut exiſtimet, ne ratione quidem ejus, quod intereſt, hoc caſu dominum conveniri poſſe: quippe cum eo jure disertè cautum ſit, propter alienationem penitus infringi atque expirare jus iſtud conditionale ex inveſtitura quæſitum, Daß das Gedinge gebrochen ſey / *d. cap. 5. & 57.* Lehnrecht. Reperiò tamen anteceſſores noſtros verba illa juris Saxonici ita interpretatos eſſe, ut feudum quidem ipſum ab emtore recuperari nequeat, ſed nihilominus pro eo, quod intereſt, cum domino agi poſſit. In hanc ſententiam reſponderunt *D. Ludov. Fachs, & frater D. Modeſt. in conſiliis paulò antè nominatis.*

ADDI-

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) REvocare poſſe] ad exemplum actionis Favianæ, qua revocantur alienata in fraudem patroni. *l. 1. ſi quid in fraudem patron. factum fuerit. & l. 1. & 2. C. ſi in fraud. patron. alien. fact. ſit.*

Cum verò in feudi alienatione agnatis revocandi facultas patet, cauti eſſe debent, ut intra annum revocent, alioquin tacentes conſenſiſſe cenſentur *Zaſ. de feud. part. 9. tit. de feud. alienat. num. 29.*

(b) Conſenſum enim omnium eorum] Nec ſufficit conſenſus proximiorum, quo minus reſoluto jure alienantis & conſentientis ſequens agnatus poſſit alienationem revocare. *Modeſt. Piſtor. conſ. 40.* aus oben erzehleten bericht *n. 17. lib. 2.*

(c) Feudum alienatum recuperare poſſe] Quoties dominus vult uti jure ſuo, hoc eſt, quando impugnat alienationem feudi tanquam nulliter & illegitimè factam, tum ſcientia & patientia ejus, jus ipſi non adimit niſi per ſurſum & patientiam 30. annorum. *Matth. Weſenbecc. de feud. cap. 11. tit. de feudi alien. n. 13.*

Nam feudum ſine domini conſenſu alienatum ipſo jure ad dominum revertitur, quantum ad vaſallum, non quantum ad emptorem, niſi mediante ſententia. *Caſtrenſ. conſil. 68. num. 1. lib. 2. Alex. conſil. 110. num. 15. lib. 6.* Et poteſt dominus præmiſſa tantum ſententia declaratoria, autoritate propria vaſallum ex poſſeſſione ejicere *Jacob. Schultes practic. quæſt. 56. n. 34. & ſeq.*

(d) Alienatum à poſſeſſore revocare] Idem tradit *Ludovicus Fachſius in conſil. ſuo ſupra poſt 20. quæſt. extante nu. 22. & ſeqq.* ubi addit, quod nec refuſo precio tali modo inveſtitus jus retractus habeat, & hæc omnia probat per textum *in c. 2. de feud. dat. in vic. legis commiſſ. Modeſtin. Piſtor. conſil. 40.* aus oben erzehleten bericht *n. 59. vol. 2.*

(e) In vicem l. commiſſoriæ] Per hunc textum ibi omnes tradunt, quod talis inveſtitura, quæ alteri fit in caſum mortis vaſalli viventis, nec illi, nec ejus ſucceſſoribus præjudicare debet: ſicut dominus hoc non poteſt, nec velle præſumitur. *l. in concurrendo. ff. de aqua pluv. arc. Roſenthal. de feud. cap. 6. concl. 9. nu. 1. lit. b.*

(f) Nullum jus in re tribuit] Per inveſtituram enim abuſivam neque dominium neque poſſeſſio rei in feudum conceſſæ in vaſallum transfertur *Schrader. de feud. part. 5. cap. 2. num. 15. Matth. Weſenbec. de feud. cap. 8. num. 18. ubi communem dicit Vultei. de feud. lib. 1. cap. 10. ubi itidem communem dicit.* Ne tum quidem, cum inveſtiens dixit, ſe vaſallo poſſeſſionem tradere. *Vultei de feud. lib. 1. d. cap. 10. num. 10.* Niſi hæc inveſtitura in præſentia rei in feudum conceſſæ facta fuerit. *Roſenthal. de feud. cap. 6. concluſ. 11. num. 2. & ſeq. Schrader de feud. part. 5. cap. 2. num. 15.* ubi plures caſus refert, in quibus per inveſtituram abuſivam & dominium & poſſeſſio rei in feudum conceſſæ in vaſallum transfertur.

(g) C. de rei vindic.] *Adde Modeſtin. Piſtor. conſil. 40. num. 61. lib. 2.* Iſta tamen præjudicialis ſeu primordialis inveſtitura fortificat actionem perſonalem ex contractu feudi, ut dominus compellatur præciſè tradere, ſi tradere poteſt, *Roſenthal. de feud. cap. 12.*

Digitized by Google

Concluſ. 11. nu. 20. non ſolum ſi poſſideat, ſed etſi poſſit redimere ab aliquo poſſidente *Bald. in c. cæterum 5. n. 11. ex. de judic. præpoſ. in c. 1. in pr. nu. 2. quid ſit inveſtitura.* Et operatur, ut ſic inveſtitus agere poſſit utili interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, ſive officio judicis *Bald. in c. cæterum. 5. num. 11. ex. de judic. Præpoſit. in cap. 1. in pr. n. 2. ibi ſi ergo quæris quid operatur, &c. quid ſit inveſtitura.* quod tamen non eſt propriè tale, ſed inſtar remedii ad piſcendæ. *Roſenthal. de feud. cap. 12. concl. 12. ſub n. 30. in allegatis lit. q.* qui putat ex inveſtitura abuſiva contra dominum ex condictione & moribus agi poſſe, ut poſſeſſionem vacuam tradat vel in eam inducat *d. cap. 12. concl. 11. n. 20. ibi inveſtitura abuſiva facta, &c*

(h) Plerunq; concedi ſolet] vide *ſupra quæſt. 25. n. 11. verſ. quippe cum ipſe &c. & infra quæſt. 29. n. 33. verſ. nec quoq. referre videtur Cothman. conſ. 26. num. 248.* Hinc firmius atq; potentius jus quæritur ex ſimultanea inveſtitura, quam ex inveſtitura abuſiva, quam quis de feudo tertii noviter acquirendo impetrat. *Modeſt. Piſtor. conſ. 6. n. 19. lib 1.* ſimultanea enim inveſtitura transfert jus reale ſimultaneè inveſtito *Roſent. de feud. c. 7. concl. 48. nu. 4.* & eſt inſtar poſſeſſionis *Matth. Weſ. conſ. 1. n. 49.* quia propter jus ſimultaneæ inveſtituræ, cum defuncto quodammodo poſſidentur feuda à ſucceſſore, non ſolũ filio, verum alio quolibet. *Matth. Weſenbec. d. conſ. 2. nu. 49.* & ita ſine corporali occupatione continuatur poſſeſſio feudorum in proximum hæredem feudalem, propter jus ſimultaneæ inveſtituræ *Matth. Weſenb. d. conſ. 1. n. 49.*

(i) Cæterum etſi is] An dominus poſt inveſtituram vaſallum in poſſeſſionem non mittens præſtet huic intereſſe? vide *Zaſ. in tract. de feud. part. 6. num. 12.* Schneidewein *in tract. feudali part. 5. n. 129. Schrader de feud part. 5 cap. 2. n. 17. in fin.* ubi inquit dominum feudi præſtando intereſſe liberari etiamſi dolo vel culpa fecerit, quominus hujus rei tradendæ facultatem haberet, quod quidem verum eſſe ait *Roſenthal de feud. cap. 6. concl. 8 in allegat. lit. d.* ſed in tantum dominum teneri, quantum in litem juratur. *d. loc. Wurmſer. pract. obſervat. tit. de feud. 51 obſervat. 8 lib. 1. Cephal. conſil. 342. in fin. vol. Socin. conſil. 120. nu. 11. in fin. vol. 3.*

In quibus caſibus inveſtiens præciſè rei traditioni adſtrictus non ſit, vide omnino *Roſenthal. de feud. cap. 6. concluſ. 8. per tot.*

(k) Conſentiendo] Qui enim actum, quem contradicendo prohibere impedire vel evertere poſſet, haud ignorans fieri patitur, non permittere tantum ſed & conſentire & quod agitur approbare exiſtimatur *l. in delictis. ff. de noxalib. actionib. l. 2. §. fin. voluntatem ibiq. Bart. ff. ſolut. matrim. l. ſæpe § cur autem & ibi Bartol ff. de re judic. l. 1. l. ſi hypothecas C. de remiſſ. pignor. l. qui tacet. de reg. jur. in 6 cum ibi notat gl. Bartol. in l. Cujus ff. de pignorat. act gl. l. ſi ſine verb. conſultum. C. ad SC. Vellejan. Bartol. in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim. col. 4. verſ. quæro quod de ſciente & ibi quoq. Jaſon.* Idq; ad alienationem feudi ſciente ac ſilente domino factam accommodant *gl. c. 1. verſ. & non contradicente. de conſuetud. rect. feud. gl. in c. 1. ver. domino. de benefic. frat. &c. gl. in d. l. Imperialis & ibi Iſernia Bald. Alvarot. Præpoſ. & in c. 1. §. fin. ſi de inveſt. int. dom. & vaſal. lis oriat. & ibi Iſernia Bald. Alvarot. & in c. 1. §. præterea. quib. mod. feud amitt.*

(l) De nov. form. fidelit.] Adde *Mynſing. cent. 4. obſer. 61. Sonsbec. part. n. 33. ubi plures allegat Borchold. de feud. cap. 7. membr. 1. n. 17.*

QUÆ-

QUÆSTIO XXIX.

DUOBUS INVESTITIS DE FEUDO VASALLI ADHUC VIVENTIS, UTER alteri ſit præferendus, præſertim quando ſecundus poſſeſsionem nactus fuerit, quid item juris ſit, ſi duorum alter ſimultaneam inveſtituram impetraverit: alter verò deinde, vivente poſſeſſore in caſum mortis ejus inveſtitus poſſeſſionem eo defuncto fuerit adeptus: & de regula l. quoties: C. de rei vendicat.

1. *Inveſtitis duobus de feudo adhuc viventis, is præferendus eſt, qui prius inveſtituram impetravit, ad exemplum venditionis.*
Niſi ſecundus de feudo certo inveſtitus eſſet primus verò tantùm generaliter: nam tunc ſecundus præferendus. n. 7. quod tamen locum non habet, quando quis inſtante morte poſſeſſore ſpecialem inveſtituram impetraſſet. nu. 9.
2. *Dominus præcisè tenetur ad feudum tradendum: ſi tamen rei tradendæ facultatem non habet. præſtando intereſſe liberatur, nu. 18.*
Dictio (omnimodo) præciſam habet ſignificationem.
3. *Dominus inveſtiens duos de feudo viventis: ſecundo de evictione tenetur, etiamſi ignorans hoc fecerit, n. 5.*
Niſi ſecundus ſciverit, alterum prius inveſtitum eſſe, n. 4. vel niſi in inveſtitura addita ſit clauſula (jure alieno ſalvo) num. 6.
8. *Reſcriptum ſpeciale de certo beneficiò impetrans præferendus eſt illi, cui in genere gratia facta eſt.*
10. *Vaſallus licet poſſit bona infeudare alteri, non tamen hoc differre poteſt in tempus, quo ſine hærede diſceſſurus eſt.*
11. *Inveſtitus ſecundo, ſi poſſeſſionem nactus fuerit, regulariter primo præfertur, ad exemplum venditionis, & quæ ſit ejus ratio. n. 15. & ſeqq.*
Idem etiam obtinet in principe concedente feudum, ſecundum communem num. 20. & 21.
Niſi ejuſmodi verbis uſus fuerit, ex quibus appareat, eum ſine traditione poſſeſſionem transferre voluiſſe. nam tunc primus eſt præferendus, num. 26.
Idem etiam locum habet in perſonis Eccleſiaſticis concedentibus feuda: num. 27.
12. *Jus ſemel quæſitum vaſallo, ipſi invito auferri non debet: declaratur num. 17.*
13. *In beneficiis Eccleſiaſticis ſemper is, qui prius id impetraverit, præfertur ſecundo, licet hic poſſeſſionem nactus ſit, & ratio ejus oſtenditur n. 19.*
14. *Emptor ſecundus poſſeſſionem adeptus cur anteponatur primo.*
Dominium ſine traditione non transfertur.
16. *Venditor ante traditionem nullum dominium transfert, ſed tantùm actione perſonali tenetur.*
17. *Inveſtitura ſine traditione jus reale non tribuit in feudo.*
19. *In ſpiritualibus ex ſola conceſſione jus in re transfertur.*
21. *Princeps contrahendo dominium ſine traditione non transfert, juxta communiorem, quæ firmatur num. 22. & ſeq.*
22. *Princeps in dubio cenſetur potius ſequi velle jus commune, quàm abſoluta poteſtate uti.*
23. *Ad quemvis actum expediendum voluntas & potentia requiritur.*
24. *Feudum etſi gratis concedatur, tamen magis accedit ad naturam contractus, quàm privilegij.*
25. *Poſſeſſio ſine traditione nunquam tranſit in conceſſionibus conditionalibus.*
27. *In perſonis Eccleſiaſticis locum habet diſpoſitio. l. quoties: C. de rei vend. ſecundum communem.*

Eccleſiaſticæ perſonæ potiſſimum convenit dictorum factorumq́ue conſtantia.

28\. *Secundus nactus poſſeſſionem primo non præfertur, quando ſciens alterum inveſtitum, impetravit inveſtituram.*

Sic etiam quando prior habet titulum oneroſum, ſecundus verò lucrativum: nu. 29. Vel quando ſine traditione jus reale transfertur. nam tunc primus ſemper præfertur. nu. 31.

30\. *In donatario fraudis ſcientia non requiritur.*

32\. *Regula l. quoties: etiam in ſimultanea inveſtitura locum habere videtur. Sed contrarium defenditur. n. 4.*

Inveſtitura ſimultanea ſine poſſeſſione concedi ſolet, & abuſiva appellatur.

33\. *Inveſtitura ſine traditione nullum jus in re transfert.*

34\. *Conſenſus poſſeſſoris non ſufficit, ubi traditio neceſſaria eſt.*

35\. *Simultaneè inveſtitus præfertur illi, qui ſecundò inveſtitus de feudo viventis, hoc defuncto, poſſeſſionem nactus eſt.*

Simultanea inveſtitura ſuccedendi facultatem jure Saxonico agnatis denegatam denuo introducit.

36\. *Inveſtitura ſimultanea efficit, ne conditio inveſtituræ facta de feudo viventis evenire poſſit.*

37\. *Inveſtitura ſimultanea actionem revocatoriam tribuit, feudo alienato.*

38\. *Regula l. quoties: omnibus caſibus ceſſat, ubi primo contra tertium poſſeſſorem eſt actio quæſita.*

39\. *Inveſtitura ſimultanea jus reale concedit ſine traditione.*

40\. *Agnati ſuccedendi jure per ſimultaneam inveſtituram quæſito defraudari non debent per inveſtituram, alteri factam de feudo viventis.*

41\. *Argumentum ab abſurdo validum eſt in jure.*

42\. *Inveſtitura ſimultanea æquiparatur duobus fratribus ſimul inveſtitis cum pacto ſuccedendi.*

43\. *Poſſeſſio ultimo inveſtitum tueri non poteſt contra ſimul inveſtitum.*

SÆpius uſu venit, ut duobus de eodem feudo in caſum mortis poſſeſſoris inveſtitis, feudo deinde aperto, quæratur, uter alteri ſit præferendus.

1 In † qua quidem quæſtione hoc expeditum eſt, quod, ſi neuter poſſeſſionem illius feudi nactus fuerit, regulariter potior ſit habendus is, qui primus inveſtituram impetraverit; ad exemplum venditionis, in qua, re duobus vendita, is præfertur, cum quo primò contractum fuit *l. in operis: ff. locati. per quem text. hoc. not. Jaſ. in l. quoties nu. 34. de rei vend.*

2 Nam † quemadmodum venditor, ſic etiam dominus inveſtiens præcisè tenetur ad feudum tradendum, ſiquidem ejus tradendi facultatem habuerit: *c. 1. in fin. de nova form. fidelita.* ubi dicitur: inveſtitura facta, omnimodo cogatur dominus inveſtitum in vacuam poſſeſſionem mittere (*a*) dictio enim (*omnimodo*) præciſam habet significationem. *l. ſi cum exceptione: §. quatenus: cum gl. fin. de verb. obligat. Alex. in l. ſi finita: § Julianus: nu. 30. de damno infect.* Idem clarius probatur *in c. ſi facta: ſi de feud. defunct. cont. fuer.* Si facta, *inquit textus*, de feudo inveſtitura pœniteat dominum ante, quàm poſſeſſionem transferat, an præſtando intereſſe vaſallo liberetur, quæſitum fuit reſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatione, dominum poſſeſſionem feudi, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendum eſſe. (*b*) Cum igitur pœnitere non poſſit, ſed præcisè cogatur, vaſallum in vacuam poſſeſſionem mittere, ut jura iſta dilucidè probant: conſectarium omnino eſt, etiam inveſtituram, quam pœnitentia forte ductus alteri fecit, primo obeſſe non poſſe, quò minùs is ad tradendum feudum agere queat, *ut not. DD. in d. c. ſi facta: & ibi Matth. de Afflict. num. 35.* Concordat jus Saxonicum *c. 7.* ubi dicitur: Wo zweene Mann ein Gut anſprechen / die da beyde der Gewehr darben/

darben / beyde ſollen ſie benennen die Zeit der belehnung / vnd welcher die erſte Belehnung bezeugen mag / der ſol das Gut mit Recht behalten. Item *cap. 11. in fin.* dicitur: Die die erſte Belehnung haben/ die ſollen jhr Gut an derſelben ſtadt haben: idem habetur *in cap. 49. in fine.*

3 Ei † tamen, qui ſecundo loco inveſtitus fuit, dominus tenetur præſtare id, quod ejus interfuit, ut habetur *in d. c. 1. in fin. de nova form. fidelit. ubi Bald. ait*, hoc dupliciter fieri poſſe, ut vel pecuniam feudo æquivalentem ſolvat,(c) vel aliud feudũ conſimile pariſque æſtimationis præſtet. idque ſequuntur *DD. ibi: & in d. c. ſi facta.* Idem etiam jure noſtro Saxonico probatur. *d. c. 11. in fin. ibi*: Die darnach belehnet werden / vnd es darinnen nicht gehaben mögen / die ſollen den Herrn vmb jhre Erſtattung mahnen. Item *cap. 33.* Was ein Herr einem Manne leihet von gutem Willen/daß er jhm nicht gewehren mag/ das ſoll er jhme erſtatten.

4 Quod intelligendum eſt, niſi is, qui ſecundo loco ſe inveſtiri curavit, ſciverit, alterum inveſtituram jam impetraſſe: tum enim de evictione agere non poteſt; *c. 1. de inveſt. de re alie. fact.* (d)

5 Ad † dominum verò quod attinet, nihil refert, utrum is ſciens, an ignorans ſecundam inveſtituram conceſſerit, ut probatur *in d. c. 1. de inveſtitu*(e)*de re alie. fact. & ibi not gl. & DD.* (e)

6 Deinde ſecundo loco inveſtitus, ratione ejus, quod intereſt, dominum compellare non poterit, quoties in inveſtitura addita fuerit clauſula illa: (*juribus alienis ſemper ſalvis*) ut docet *Andr. de Iſern. in c. 1. de leg. Corrad. quod ſequitur Matth. de Afflict. ibi, nu. 5. & in d. c. 1. nu. 8. & 18. de inveſt. de re alien. fact.* (f).

7 Hæc † autem concluſio, ſecundum quam prior poſteriori præferendus eſt; declaratur primò; ut locum non habeat, quando primus eſſet generaliter inveſtitus de feudo incerto, quod domino apertum foret: ſecundus verò de feudo certo in ſpecie inveſtituram impetraſſet, & iſtud domino aperiretur. Nam hoc caſu is, qui de iſto feudo inveſtitus fuit, primo eſſet præferendus (g) quod licet in hunc modum jure noſtro ita deciſum, hactenus me legiſſe non meminerim: jure tamen feudali Saxonico diſertè cautum reperitur, *ut d. c. 7.* Welcher Herr ein Gut leihet einem ſeinem Mann / wo es jhme erſt ledig wird / es ſey wenig oder viel / vnd darnach einem andern leihet/ ſonſt an einem Lehn ein benandt Gedinge / mit dem jrren Lehn mag jener dieſem ſein benandt Gedinge nit brechen / wann jener ſtirbt/der das Lehn in gewehren hat:

Cui † conveniunt optimè ea, quæ de beneficiis Eccleſiaſticis jure Canonico definita ſunt; eum, cui ſpeciale reſcriptum conceſſum eſt, præferendum eſſe illi, cui prius in genere de beneficio, quod prius vacaturum eſſet, gratia facta fuerat. *c. dudum: c. quamvis tibi: de præbend. lib. 6.* In toto enim jure generi per ſpeciem derogatur. *l. in toto; de reg. jur. c. generi: eod. tit. in 6.* Cumque hæc juris Saxonici diſpoſitio juris communis regulis ſit conſentanea; cur eam non ſequi velimus, cauſa nulla eſt, quantumvis hoc jure communi feudali clarè ſancitum non ſit. 8

Declaratur † tamen hoc etiam jure Saxonico, ut locum non habeat, cum quis ſpecialem inveſtituram tum temporis impetraſſet, quando jam mors poſſeſſori feudi inſtabat, atque adeò prope erat, ut feudum ad eum, qui primam generalem inveſtituram acceperat, pervenire poſſet: tum enim quia in fraudem ejus iſtud factum videtur, ideo admittendum non eſt, ſed prior nihilominus potior exiſtimandus, ut probatur *d. cap. 7. ibi.* Es ſey denn das man das Gedinge flüchtiglich leihe bey jenes Siechbett/ der es in Gewehren hat. 9

Idque † optimè confirmatur ex eo, quod jure communi feudorum traditum eſt, licet permiſſum ſit vaſallo, bona feudalia alteri in feudum dare, quod tamen hoc non liceat eò uſq; differre, donec nulla ſpes prolis amplius 10

plius ſupereſt, *ut not. DD. in c. 1. §. ſed & res: per quos fiat inveſt.*

11 Secundò † regula noſtra, quæ docet, eum, qui primo inveſtitus fuit, præferendum eſſe, non procedit, quoties ſecundus poſſeſſionem jam nactus eſſet. Nam etſi non defuerint, qui opinati ſunt, hoc etiam caſu potiorem nihilominus eſſe ducendam rationem ejus, qui primò inveſtitus fuit, ut ſenſit *Rom. in conſ. 70. incip. viſis themate*

12 *& quæſtione:* motus primò, quoniam † de natura feudi eſt, ut jus ſemel quæſitum vaſallo, ſine juſta cauſa ipſi auferri non poſſit. *c. 1. §. ſi quis fecerit: quo temp. mil. inveſt. petere debeat:* deinde propter capitula juris feudalis ſuprà adducta, quæ dominum ad omnino immittendum inveſtitum in feudi poſſeſſionem adigunt: hinc enim exiſtimat ille, *l. quoties: C. de rei vend.* non

13 habere locum in feudis: quibus † adminiculatur, quod de beneficiis Eccleſiaſticis jure Canonico definitum eſt, eum, cui prius beneficium conceſſum fuit, præferendum eſſe illi, qui ſecundo loco impetravit, quamvis hic poſſeſſionem nactus fuerit, *c. tibi qui: & c. ſi duobus: de reſcript. lib. 6.* nam hinc etiam in feudis idem admittendum videtur: quippe cum magnam cum beneficiis habeant cognationem.

Communis tamen interpretum ſchola contrà exiſtimavit, eum, qui poſſeſſionem adeptus eſt, potiorem eſſe debere illo, qui ſimplici inveſtitura nititur, argumento ejus quod de re pluribus vendita reſcripſit Imper. *in l. quoties. C. de rei vendic.* Neque ſanè injuria, cum utrobiq; eadem ſubſit juris ratio. Ejus enim, quod ſecundus emtor, cui res tradita eſt, præferatur primo, hanc vulgò ponunt rationem,

14 quoniam † dominium regulariter nequit in alium transferri aliter, quàm per traditionem: *l. traditionibus C. de pactis. l. nunquam: de acquir. rer. dom. §. per traditionem: Inſtit. de rer. diviſ.*

15 Is † igitur qui rem aliquam vendit, priuſquam ipſam tradat, nullum jus dominii transfert. *l. penult. C. de rei vend. l. alienatum: de verb. ſignif.* Sed nihilominus dominus rei manet, & tantùm actione perſonali ad rei traditionem conveniri poteſt: *l. fin. §. Lucius: de donatio. l. qui tibi. C. de hæred. vel actio.* unde porro fit, ut, ſi interim alteri rem tradiderit, atque hoc ipſo dominium in eum tranſtulerit, hic, qui ad ipſam dominii acquiſitionem & retentionem potior meritò ducatur, licet in contrahendo poſterior fuerit. *l. ſive autem: §. ſi duobus: de public. l. ſi ca res: §. fin. de act. emti.* Hæc autem ratio non minus etiam in propoſito locum habet.

Nam † ſicut ex venditionis contractu, ita etiam ex inveſtitura ſine traditione aliquod jus reale non acquiritur in feudo, *ut not. in c. 1. quid ſit inveſt. Bald. in l. ſi poſt. C. ut in poſſ. legat. & in c. 1. §. fin. de nova form. fidelit.* 16

Par igitur eſt, ut ad inſtar venditionis is, qui traditione jus reale in feudo nactus eſt, præferatur illi, qui ſola inveſtitura verbali nititur. Hoc per rationem iſtam docet *gloſ. in cap. ſi factus ſi de feud. defunct. quam ſequuntur Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. & Matth. de Afflict. ibi Jacob. de Ardizo: in ſumma feudali cap. 38. parte 1. Bald. in d. c. 1. § fin. de nova forma. fidelit. Jaſ. in l. quoties: num. 30. C. de rei vendic. Paris de Puteo de redintegr. feud. cap. 287. & ſecutus eſt etiam Schurff. in conſ. 53. vol. 1.* (*b*) Idemque disertè probatur jure noſtro Saxonico feudali *cap. 37.* **Lehnrecht. Wer die rechte gewehr an einem gut hat / der ſol es mit mehren rechten behalten / denn jener / der der rechten gewehr darbet.**

Nec † huic concluſioni quicquam obſtat, quod, ut conſiderat Romanus, Jus ſemel quæſitum in feudis ſine culpa vaſalli adimi ipſi nequeat. Nam illud locum habet in jure plenè quæſito. In propoſito verò ex ſola inveſtitura nullum jus reale in feudo partum eſſe, jam ante diximus. non itaque jure

hæc

hæc à Romana adducta huc accommodari poterunt. Privatio enim præſupponit habitum, *l. decem: ubi Bart. & Jaſ. de verb. oblig. l. manumiſſiones: de Juſt. & jur.* Præterea jura illa eo de caſu loquuntur, quo quis ob culpæ pœnam jure ſuo ſine aliqua precii refuſione privandus eſſet, cum interim dominus hoc loco id, quod intererſt, teneatur præſtare prius inveſtito, *ut paulò poſt dicemus.* Non itaque ad propoſitum noſtrum pertinebunt, cum minimè quis hoc amiſiſſe, vel privatus eo dici poſſit, cujus reſpectu omnis utilitas ipſi præſtanda eſt.

18 Sic † etſi dominus præcisè teneatur tradere feudum: hoc tamen non impedit, quò minus in caſu, quo tradendi facultatem amplius non habet præſtando intereſſe liberetur. Nam etiam venditor, ut vulgò exiſtimatur, rem venditam præcisè tradere obligatus eſt. *gl. in verbo tradatur; §. Item precium: de empt. & vend. Bart. in l. ſtipulationes non dividuntur: quæſtio 8. nu. 39. verſ. quod dicimus: de verb. oblig.* neque tamen propterea minus præſtando id, quod intereſt, liberatur, *ut diximus.*

19 Quæ † verò de Eccleſiaſticis beneficiis dicta fuerunt, ea tantum locum habent in ſpiritualibus, in quibus ex ſola conceſſione jus in re transferri ſolet, *prout declarat Abb. in c. continebatur: nu. 5. de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli: Petrus de Anchor. in conſ. 34. incip. in hac cauſa: Jaſon. in d. l. quoties: nu. 12 quem ſequitur Alex. in conſ. 122. Incip. viſo proceſſu: vol. 5.* affirmans, hoc ita communiter approbatum eſſe. Non igitur inde ad feudi conceſſionem probabile deſumi poterit argumentum, cum, ut ſuprà dictum fuit, in feudis ex ſola verbali inveſtitura nullum quæratur jus in re, atque idcirco manifeſta ſubſit diverſitatis ratio.

20 Sed † etſi hoc generaliter in feudis defendi facile poſſit: tamen ſi ejuſmodi inveſtitura alicui conceſſa fuerit à principe, res majorem habet dubitationem. Multi enim opinantes, ex conceſsione principis ſine traditione transferri jus in re, inde arbitrati ſunt, quod, ſi is duobus inveſtituram ejuſmodi feudi dederit, prior ſemper potior habendus ſit, quantumvis ſecundus poſſeſsionem nactus fuerit, ut multis probat *Romanus in conſil. 298. incip. circa præmiſſam dubii conſultationem. Angel. in l. officium: de rei vendic. Alex. in conſ. 187. incip. in hac cauſa: nu. 17. col. fin. vol. 2. & in conſil. 3. ex his quæ in themate narrantur: nu 7. vol. 5. & in conſil. 155. incip. videretur in conſultatione præmiſſa: nu. 26. vol. 6. Abbas in conſil. 94. col. fin. lib. 2. Curtius ſenior conſil. 48. incip. memoriæ recolendæ: verſ. Et dum dicebatur: col. 15. Jaſon. in conſil. 27. incip. ad eruendam veritatem: nu. 1. lib. 1. Decius in conſil. 689. incip. viſo puncto ſupra ſcripto: nu. 7. Pariſ. in conſil. 11. incip. caſtrum iſtud: nu. 58. lib. 1. Zaſius in Epitome feud. part. 5. nu. 16. Gozadinus in conſil. 14. incip. prima facie videtur dicendum: addens nu. 13. hanc opinionem communiter teneri.* Et fundamenta ejus latè recenſet *Jaſ. in d. l. quoties: nu. 5.* ſubjungens tandem *nu. 10.* durum eſſe, ab hac opinione recedere, præſertim cum non inveniat contradicentem. Alii verò diſtinguunt utrum princeps concedat aliquid per viam contractus, an verò per viam peculiaris gratiæ, vel privilegii & in hoc ultimo caſu ſubſcribunt opinioni jam relatæ.

Quando † verò de contractu agitur, ſentiunt illi, non eſſe translatum 21
dominum abſq; traditione vel apprehenſione poſſeſſionis, ac propterea etjam locum habere diſpoſitionem *d. l. quoties: C. de rei vend.* Cum in contractibus præſumendum ſit, principem juxta juris communis regulas & deciſiones contraxiſſe. Ita diſtinguit *Bald. in c. 1. §. fin. de nova form. fidelit. Andr. de Iſern. & Martinus Laudenſis in c. 1. quid ſit inveſtitura. & in c. 1. ubi etiam Matth. de Afflict. qu ſucceſſ. tene. tit. Jaſon. in præludiis feudorum n. 7. & in d. l. quoties n. 30.*

 Decius

Decius in d.l.traditionibus. C.de pactis : & in l. certi condictio,§.fin. n. 7. ſi cert.petat. Jacob. de S. Georg. in tract. feud. verſ. ſed an princeps.52. ſpeciali,n.17. Carol. Molina. in addit. ad Alex. conſil. 3. incip. ex his,quæ in themate narrantur : n.7. vol.5. Marian. Socin. junior in conſil. 94. conſului anno præterito: vol. 2. Mandoſius in addit. ad Roman. conſil. 298. incip. circa præmiſſam: n. 2. & huic diſtinctioni adſtipulatur etiam *Didacus lib. 2. variar. reſolut.* concludens, ſecundùm eam etiam intelligendam eſſe priorem opinionem, cum præſertim multi, qui eam ſecuti fuerunt, magis loquantur de privilegiis, quàm de contractibus: ut proinde dubium non ſit, hanc ultimam opinionem magis communiter eſſe approbatam: neque eſſet difficile oſtendere, eam firmioribus etiam juris rationibus eſſe ſubnixam: ſed quia hoc proprium non eſt hujus loci, ideo in aliud tempus reſervamus.

Unicum ſaltem pro confirmatione rationis ſuprà conſideratæ addo; 22 ſemper † magis veriſimile eſſe, quod princeps juris communis regulas ſequi, quàm iiſdem derogare, & abſoluta poteſtate uti voluerit, *l. ex facto. in pr. ubi Joann. de Imol. de vulg. & pupill. ſubſt. Innocent. in c. dudum : de decimis : Alex. in l. quanquam. C. de teſtam. milit. & in l. centurio. 2. colum. de vulg. & pupill. ſubſt.*

Secundum hanc itaq; præſumtionem in dubio exiſtimandum potius erit, principem ſola conceſſione poſſeſſionem ſine traditione minimè transferre voluiſſe, & quod conſequens eſt, fruſtra hîc de potentia principis laboramus, cùm ad quemvis actum expediendum non ſolùm potentia, ſed vel maximè voluntas requira-23 tur. *c. cum ſuper. de offic. deleg. l. cum te, ubi not. Bald. C. de donat. ante nupt. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi.*

Quo ita poſito, ſequitur porrò quod, etſi feudum à principe conceſſum fuerit, tamen is, qui poſſeſſionem nactus eſt, ſemper ſit præferendus illi, qui primò fuit inveſtitus, cum, etſi feudum gratis alicui concedatur, tamen † 24 magis accedat ad naturam contractus, quàm ad naturam privilegii, ut multi oſtendit *Jaſ. in præludiis feudorum: n. 26. & Decius in d.l. traditionibus.* inde inferens, quod, cum princeps concedendo feudum contrahat, cenſeatur uti velle jure communi, *(i)* & propterea ſine (i) traditione poſſeſſionem non transferre. Ideòque de feudis etiam à principe conceſſis generaliter hoc aſſerunt *Bald. in præludiis feudor. in princ. col. fin. Jaſ. in d.l. quoties, n.30. Andr. de Iſern. Alvarot. Laudenſis in d.c. qui ſucceſſ. tene. & Ibi etiam Matth. de Afflict. qui num. 9.* ait, communem hanc eſſe concluſionem, ut etiam feudo à principe conceſſo ſemper præferatur is, qui primò poſſeſſionem adeptus eſt. id quod etiam tenuit *Alciat. in conſil. 166. n. 11.* De quo in propoſito vel ideò minus eſt dubitandum, cum hic verba faciamus de inveſtitura, quæ in futurum eventum, & ſub hac conditione conceditur: ſi poſſeſſor ſine hærede deceſſerit.

Nam † quod in ejuſmodi conceſ- 25 ſionibus ſub conditione factis poſſeſſio ſine traditione non transferatur, etiam in caſu, ubi, ſi purè facta eſſet, transiret, multis probat *Marian. Socin. in conſil. 94. vol. 2.*

Eſt † tamen hoc ita intelligen- 26 dum, niſi princeps in conceſſione feudi ejuſmodi verbis uſus fuiſſet, ex quibus appareret, eum à juris communis regulis recedere, & poſſeſſionem ſine traditione (*k*) in primum concedentem transferre voluiſſe. Nam hoc caſu primus, non obſtante *d.l. quoties.* ſemper anteferendus eſſet, cum dubium non ſit, quin princeps, ſiquidem voluerit, ſine traditione etiam jus dominii alicui concedere potuerit, *ut ſenſit Andr. de Iſern, in d.c. 1. quid ſit inveſtit. & ſecutus eſt Jaſ. in d.l. quoties : n.31.* hoc modo reſtringens concluſionem ante firmatam: *& in præludiis feudor. num. 73. & Matth. de Afflict. in d. tit. qui ſucceſſ. teneant.*

mant. tit. 2. num. 13. & n. 17. & in hac facti ſpecie rectè procedit doctrina primo loco relata. Erunt igitur cauti illi, qui ejuſmodi inveſtituras impetrant, ut ſemper curent, inveſtituris inſeri ejuſmodi clauſulas, ex quibus colligatur, principem ipſis dominium ſine traditione concedere voluiſſe. Hac enim ratione tuti eſſe poterunt, ne deinde alius ſimilem inveſtituram impetrando, & poſſeſſionem præoccupando jus ipſorum intervertat.

28 Quia † verò ſupra *quæſt. 27.* de Epiſcopo & prælato inveſtituram ejuſmodi concedente diximus: operæ precium eſt, videre, an etiam in his locum habeat, quod ex *d. l. quoties:* jam aſſeruimus. Nam in Eccleſiaſticis perſonis deciſionem illius legis haud valere, ſed ſemper eum, qui primò conceſſionem quandam impetravit, præferendum eſſe, opinati fuerunt *Hoſtiens. & Joann. Andr. in c. continebatur. de his quæ fiunt à majori parte capituli:* quorum opinionem ſecutus eſt *Roma. in auth. ſimiliter: C. ad L. Falcid. in 12. ſpeciali: & in d. conſil. 70. & in d. conſil. 298. Imol. in clement. cum illuſio. in 1. notab. de renunciatio. Alex. in conſil. 83. incip. in cauſa & lite: num. 5. vol. 7. Socinus* (ſi is eſt, qui regulas conſcripſit, ut multi dubitant.) *regula 118. in 8. Fallent. Hippol. Marſil. in l. qui duos: num. 3. Ad L. Corneliam, de falſ. & ſing. 82. incip. volo tibi: in 2. limitatio. Gozadin. in conſ. 14. incip. prima facie videtur dicendum: n. 3.* Qui quidem moventur potiſſimum eo, quod de beneficiis pontifices reſcripſerunt, primum ſemper præferendum eſſe. *c. tibi, qui c. ſi duobus: de reſcriptis lib. 6. cum aliis ſupra adductis.* Deinde quia maximè Eccleſiaſticis perſonis convenit, ut omnis variatio atque fraus abſit, atq; hi potiſſimum dictorũ fidem promiſſorumq; conſtantiam tueri debent, *c. quod autem: de jur. patron. Clem. cum illuſio: de renunciat.*

Contra verò alii, & maxima interpretum pars exiſtimarunt, etiam in Eccleſiaſticis perſonis locum habere diſpoſitionem, *d. l. quoties:* ita, ut is, qui poſſeſſionem adeptus eſt, ſemper anteponatur primo, cui abſque poſſeſſione aliquid conceſſum fuit. Id quod docuerunt *Anton. de Butr. Anchoranus, Abb. & Imol. in d. c. continebatur. Alex. in conſil. 122. incip. Viſo proceſſu: n. 5. lib. 5. Jaſ. in d. l. quoties: num. 19. cum aliquot ſeqq. & in l. fin. num. 29. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. manumiſſiones: num. 9. de juſt. & jure: Felin. in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ: poſt num. 67. verſ. ſimiliter prædicta: de conſtit. c. cum olim: col. 3. verſ. Et in tantum putavit: de re jud. Bartholo. Socin. in conſil. 29. lib. 4. Pariſ. in d. conſ. 11. num. 20. lib. 1. qui opinionem hanc communem eſſe teſtantur. id quod poſt eos etiam affirmavit Didacus in d. c. 19. lib. 2. num. 4. & Hieronym. Schurff. in conſil. 53. incip. quod in præſenti conſultatione: n. 7. cent. 1.*

Nec obſtat id, quod de beneficiis jure Canonico cautum eſt, hoc enim duntaxat in ſpiritualibus procedit, quemadmodum declarant omnes illi, qui hanc ultimam ſectantur opinionem, ut dubium non ſit, ſolutionem iſtam communiter eſſe approbatam. Alterum verò argumentum parum urget. Nam etſi in perſona præſertim Eccleſiaſtica probanda non ſit iſta vacillatio: inde tamen non ſequitur, propterea eum, cui tradita res fuit, & dominium hoc ipſo conſecutus eſt, in dominio iſto potiorem non eſſe debere illo, qui nuda promiſſione nititur, neque aliquo jure reali ſeſe tueri poteſt, ut animadvertit *Didacus in d. loco.*

Eſt tamen hoc loco obſervandum, quod licet ejus, qui poſſeſſionem adeptus eſt, potiores ſemper partes eſſe ſoleant, quemadmodum hactenus docuimus: tamen nihilominus dominus illi, cui primam inveſtituram fecit, omne id, quod ejus intereſt, præſtare tenetur, *ut per text. in d. c. 1. §. fin. de nov. form. fidelitatis: tradunt DD. ibi, not. gl. in d. cap. ſi facta: ſi de feud. defuncti, quam ſequun-*

Digitized by Google

ſequuntur Andr. de Iſern. Matth. de Affliſt. & reliqui interpretes ibi: Hieronym. Schurff.d.conſ.53.n.16.cent.1.

Cæterùm id, quod hactenus aſſeruimus,eum, qui poſſeſſionem nactus eſt,præferendum eſſe illi,qui primus inveſtituram impetravit,varias limitationes recipit,quas latè recenſet *Jaſ.in d. l.quoties: & Matth. de Afflict.in d c.1.qui ſucceſſ. teneant. tit. 2.* Supervacaneum igitur eſſet illas omnes huc referre, ſed ex multis eas ſaltem, quæ notatu maximè dignæ ſunt, paucis commemorabimus.

28 Primò † enim diſpoſitio *d. l. quoties*, (*l*) locum non obtinet, quando is, qui ſecundò inveſtitus fuit, ſcivit, alium ante ſe inveſtituram de eodem feudo jam impetraſſe. Hoc enim caſu, ne ipſi mala fides & fraus patrocinetur, priori potior eſſe non debet, ſed integrum eſt illi, qui primò inveſtitus fuit, rem ab ipſo mala fide poſſeſſam revocare, ut ſenſit *gl. in d. l. quoties: in verbo: Jure, quam ſequitur Albericus, Salicetus & Jaſ. ibi: n.26. & gl. in c. ſi abſente: de præbend. lib. 6. quam dixit ſingularem Joann. Lup. in rubr. de donation. §. 81. nu. 11. idem not. Bald. in rubr. C. de his quæ fiunt in fraud. creditor. Jaſ. in §. ſi quis in fraudem: n.116. Inſt. de actio. & in l. fin. n. 28. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Hyppolit. in l. qui duob. nu. 10. de falſ. Didacus in d. c. 19. num. 5. lib. 2.*

29 Secundò † regulæ *d. l. quoties*: locus non eſt, quando primus haberet titulum oneroſum, ſecundus verò lucrativum. nam tum etſi donatarius prioris conceſſionis inſcius ſit, tamen potior erit is, qui primò rem emerat, ut docet *Bald. in d. rubri. C. de his quæ fiunt in fraud. credit. quem ſequitur Jaſ. in d. l. quoties: n. 27. & Didacus in d. loco: num. 5.* confirmans hoc ratione, quia, etſi in emtionis & alienationis titulo oneroſo verum ſit, tàm venditorem quàm emtorem participem fraudum eſſe oportere, ut alienatio revocetur, *l. 1. quæ in fraud. credit.*

Ubi † tamen donationis titulo res poſſidetur, nulla fraudis ſcientia in donatario exigitur, *l. ignoti. C. de revocand. his quæ in fraud. cred. l. qui autem: §. ſimiliq; modo: quæ in fraud. credit.* & in materia feudali hoc etiam ſecutus eſt *Matth. de Afflict. in d. tit: qui ſucceſſ. teneant. tit. 2.* 30

Tertiò † notatu dignum eſt, quod in omnibus illis caſibus, in quibus ſine traditione jus aliquod reale acquiritur, locus eſſe non poſſit ſæpe dictæ *l quoties*, ut disertè probatur ex iis, quæ ſuprà de beneficiis Eccleſiaſticis diximus, *c. ſi tibi abſenti: de præb. lib. 6. c. capitulum ſanctæ crucis: de reſcript. c. tibi qui, c. ſi duob. eodem tit. lib. 6.* nam quod in illis poſteriorem poſſeſſio non relevat, id omne ex eo deſcendit, quoniam ejuſmodi juribus ſpiritualibus ex ſola conceſſione abſq; traditione jus aliquod reale acquiritur, ut declarant *Abb. & DD. in d. c. continebatur: de his quæ fiunt à major. part. capit.* Idem confirmatur ex eo, quod de principis conceſſione ſupra commemoravimus. Nam etſi gravis quidem inter juris interpretes ſit diſceptatio, an in conceſſione principis locum habeat *d. l. quoties:* Omnes tamen uno ore in eo conveniunt, quod in caſibus, in quibus ex conceſſione principis ſine traditione transfertur dominium, (id quod tum ſine dubio contingit, quando de voluntate principis liquidò conſtat) non ſit attendenda diſpoſitio, *d. l. quoties.* Hoc enim ipſo ſatis denotant, regulariter, quotieſcunq; ſine traditione jus reale acquiſivit primus, eum ſemper potiorem eſſe, quantumvis ſecundus poſſeſſionem nactus fuerit. Rectè itaq; hanc limitationem tradidit *Jaſ. in d. l. quoties: num. 11.* 31

Id quod propter controverſiam illam, quæ inter ſimul inveſtitos, & alios, qui inveſtituram in caſum mortis poſſeſſoris impetrarunt, ſæpius agitari ſolet, diligenter eſt notandum. Non rarò enim contingit, ut, poſtquam unus

unus cum poſſeſſore feudi, eo conſentiente, ſimul inveſtitus fuit, alius deinde de eodem feudo ſub conditione, ſi poſſeſſor ſine hæredibus deceſſerit, inveſtiatur, & mortuo vaſallo feudi poſſeſſionem occupet. Hinc igitur orta inter illos contentione, quæritur, an hoc caſu ultimus propter poſſeſſionem, quam primò nactus fuerat, præferendus ſit illi, qui prius inveſtitus eſt: An verò potiores eſſe debeant partes ejus, qui primò inveſtituram ſimultaneam impetraverat. Memini equidem, cum caſus ità contigiſſet, de hoc admodum fuiſſe controverſum, illo, qui poſſeſſionem nactus fuerat, admodum urgente diſpoſitionem *d. l. quoties*.

32 Quæ † etiam in ſimultanea inveſtitura locum ſibi vendicare videtur. Nam ea etiam ſine poſſeſsionis traditione verbotenus ſolùm fieri ſolet: ideoque eam abuſivam appellat *Henningus in conſil. 3. incip. quidam Titius: de ſucceſſ. feudi, & Hieronymus Schurff. conſil. 99. incip. quod prædicta dua: cent. 1.*

33 Per † ejuſmodi autem verbalem inveſtituram ſine traditione nullum jus in re transfertur, *ut not. gl. in c. auctoritate: de inſtit. & in c. ex ore: de his quæ fiunt à major. parte capit. Dyn. in c. 1. de reg. jur. in 6. Bald. in c. 2. de nova form. fidel.* Quamobrem ſicuti ſecundus emtor, cui traditio facta eſt, ideo præfertur primò, quia ſecundus per traditionem ipſum rei dominium nactus eſt: primus verò nullum jus reale eſt conſecutus, ſed duntaxat perſonalem actionem habet contra eum, cum quo contraxit, quam eſſe rationem *d. l. quoties*, quæſtione proxima diximus, ita etiam is, qui poſt inveſtituram in caſum mortis alterius impetratam etiam poſſeſsionem, atq; adeò jus in re nactus eſt, præferendus erit ſimultaneè inveſtito, qui nullo jure reali niti poſſe videtur. ubi enim eadem eſt ratio, idem eſt jus ſtatuendum, *l. neque leges. l. non poſſunt. de ll. l. à Titio de verb. oblig.* Nec quicquam referre videtur, quod ſimultanea inveſtitura cum conſenſu poſſeſſoris fiat: abuſiva plerunque eo ignorante. Nihil enim obſtare, utrum conſentiente, an verò ignorante poſſeſſore abuſiva inveſtitura fiat, dicit text. *in c. 1. qui ſucc. tene.* & ubi † traditio neceſſaria eſt, ibi conſenſus poſſeſſoris non ſufficit, ut probatur *in c. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. junctis nota. per DD. ibidem*, dum communiter concludunt, cum ad hoc, ut ſucceſſor prælati teneatur ratam habere inveſtituram ſui anteceſſoris, requiratur, ut inveſtitus in poſſeſsionem miſſus ſit, conſentiente poſſeſſore, non ſufficere ſolum conſenſum poſſeſſoris abſque traditione. 34

Veruntamen † hiſce non obſtantibus, exiſtimatum eſt, primum ex natura ſimultaneæ inveſtituræ potiorem eſſe: ſimultanea enim inveſtitura in hunc potiſſimum finem eſt adinventa, ut jus ſuccedendi, quod alioqui jure communi feudorum agnatis competit, & jure Saxonico ipſis denegatum eſt, denuo introducat, & ſuccedendi facultatem tribuat inveſtito, ut ſuprà *quæſt. 20.* pluribus firmavimus. Sed juri iſti agnatis ex jure communi competenti, utiq; poſſeſsio ab alio occupata obeſſe non poteſt: Quare nec etiam juri ſuccedendi ex ſimultanea inveſtitura ad inſtar juris agnatorum quæſito quicquam præjudicare poterit. Subrogatum enim naturam ſubrogati imitari ſolet, *l. 1. §. hac actio: & ibi Bart. ſi quis teſt. liber eſſe juſſ. fuer. l. ſi eum: §. qui injuriarum. ſi quis caution.* 35

Deinde † hoc ipſum jus ſuccedendi ex ſimultanea inveſtitura proveniens efficit, ne defuncto poſſeſſore, feudum domino aperiatur, ſed mox ad inveſtitos devolvatur. Quamvis igitur deinde alius in caſum mortis poſſeſſoris inveſtitus, & eo defuncto poſſeſsionem nactus fuerit, quia tamen inveſtitura iſta hanc habuit annexam conditionem, ſi feudum domino apertum fuerit, *d. § moribus: ſi de feudo defuncti:* 36

Hæc

Hæc verò conditio propter præcedentem ſimultaneam inveſtituram feudo non aperto deficit, & penitus evaneſcit, atque adeò deficiente etiam inveſtitura ſub hac conditione facta, poſſeſſio nuda remanet, ideo ex nuda illa poſſeſſione nullum jus conſequi potuit, quod ipſum contra prius inveſtitum tueri queat. *arg. l. nunquam nuda: de acquir. rerum dom.* & quod conſectarium eſt, diſpoſitio *d. l. quoties* quæ præſupponit ex traditione ſubſecuta jus quæſitum eſſe poſſeſſori, ad propoſitũ noſtrum minimè pertinebit.

37 Probatur † hæc ſententia inſuper hac etiam ratione, quoniam ſimultanea inveſtitura ejus eſt efficaciæ, ut actionem revocatoriam tribuat inveſtitis, contra tertium poſſeſſorem *ex c. Titius: ſi de feud. defunct.* quemadmodum nos ſuprà *quæſtio. 20.* copioſè oſtendimus, & docet *Hieron. Schurff. in conſil. 62. incipien. quod in præſenti conſultatione.nu.6. cent.3. & conſil.100.incip. quod prædicta ſint vera: cent.1.* Non igitur huc pertinere poterit *d. l. quoties:* Nam ejus ratio in eo conſiſtit, quia illi cum quo primò contractum fuerat, ex contractu inito tantummodo competebat actio perſonalis, contra contrahentem, nulla autem contra tertium poſſidentem. ex quo fit, ut tertius poſſeſſor, nulla adverſario actione competente tutus remaneat, ut apparet ex ratione in præcedenti quæſtione conſiderata.

38 Conſequens † igitur eſt, ut in omnibus illis caſibus, in quibus contra tertium poſſeſſorem actio eſt quæſita primo, veluti ceſſante ratione, locum non habeat diſpoſitio, *d. l. quoties:* quippe cum ceſſante ratione ipſa etiam diſpoſitio ut ceſſet, neceſſe ſit *l. quod dictum: de pact. c. cum ceſſante: de appellatio.*

39 Præterea † ex ſimultanea inveſtitura jus quoddam reale ſine traditione conſequitur inveſtitus, cujus vigore feudum alienatum, ut diximus, perſequi, & à quovis poſſeſſore recuperare poteſt. Non itaque illi in jure iſto quæſito obeſſe poterit poſſeſſio à ſecundo occupata, cum regula *d. l. quoties:* locum non habeat, quando primò jus aliquod reale eſt quæſitum, quemadmodum in tertia limitatione diximus. Quinimo tantum abeſt, ut ſecundus poſſeſſione ſe tueri contra primum poſſit, ut etiam primo propterea, quod ſecundus poſſidet, ad recuperandam poſſeſſionem illam actio revocatoria detur. Quomodo igitur quæſo huc accommodari poterit *d. l. quoties*?

Accedit † hiſce, quoniam ſi aliter diceremus, cũ aperiretur feneſtra aliorum bonis inhiantibus, agnatos jure ſuo defraudandi. Ponamus enim, duos fratres feudum commune diviſiſſe, & ſemet invicem inveſtiri curaſſe, (quo ſolo ſuccedendi facultas Saxonico jure integra conſervatur, *c. 32. Schur.*) deinde tertium quendam fuiſſe inveſtitum in caſum mortis alterius ex fratribus, eoque defuncto, feudum prius occupaſſe. Modo ſi hic propter poſſeſſionem fratri ſuperſtiti ſimultaneè inveſtito præferendus eſſet, tum ſanè frater jure ſuo, quod per ſimultaneam inveſtituram ſibi integrum fore ſperabat, & propterea diviſionem inierat, penitus defraudaretur. Quod quia cum omni tàm juris quàm æquitatis ratione (*m*)pugnat, atq; abſurdum eſt, minimè admittendum. 40 (m)

Eſt † enim validiſſimum in jure noſtro argumentum ac abſurdo vitando, *l. fin. C. de auctorit. præſtand. l. fin. C. per quas perſ. nob. acquir. c. in Geneſi de electiõn.* Quo argumento eodem ferè modo utitur etiam *Hieronymus Schurff. in d. conſ. 99. cent. 1.* 41

Pertinet huc etiam id, quod jure communi feudorum traditum eſt de duobus fratribus de novo feudo ſimul inveſtitis, cum pacto invicem ſuccedendi, non poſſe videlicet jus hoc inde quæſitum alteri auferri à domino, vel etiam ab ipſo fratre, ſed licitũ eſſe fratri

Digitized by Google

tri ſuperſtiti, ut feudum ab alio poſſeſſum defuncto fratre recuperet, *ut not. in c. fin. de ſucceſſio. feud. c. Cum verò Conradus: qui feud. dar. poſſ. c. Cum duo fratres: de feud. March. & in c. 1. de fratrib. de novo benef. inveſt.*

42 Ad†hoc enim inveſtituræ genus proximè accedit ſimultanea inveſtitura, *ut ſenſit Hieron. Schurff. in conſil. 66. incip. quanquam pro victoria: cent. 1. n. 8.* Quamobrem ad ſimilitudinem illius de hac judicandum erit, ut, etſi feudum ab alio poſſeſſum fuerit, nihilominus tamen ſimultaneè inveſtito jus ſuum ſalvum atq; integrum maneat. Deniq; quibus rationib. ſupra *quæſt. 20.* oſtendimus, jus ſimul inveſtitis partum, ipſis invitis auferri non poſſe, id quod etiam disertè diſponitur *in c. 8.* Lehnrecht / & aſſerit *Schurff. in d. conſil. 100. cent. 1.* iiſdem convinci etiam poterit, ſimultaneè inveſtitum præferendum eſſe illi, qui poſt inveſtituram in caſum mortis alterius impetratam poſſeſſionem nactus fuerat. Si enim id, quod vaſallus poſſidens feudum, conſentiente domino, geſſit, ſimul inveſtitis in jure ipſorum aliquod præjudicium inferre nequit: utique multò minus inveſtitura à domino feudi ſine conſenſu poſſeſſoris conceſſa, & poſſeſſio deinde ſubſecuta ſimultaneè inveſtitis obeſſe poterit: Cum præſertim jus ipſorum ejus ſit potentiæ, ut feudo ad eos devoluto, omnia, quæ in præjudicium ipſorum fuerunt geſta, in irritum revocare, & feudum ab alio poſſeſſum, vendicare poſſint.

43 Meritò†itaq; à noſtris reſponſum eſt, ultimum hoc caſu poſſeſſione ſeſe tueri non poſſe, ſed potius eum, qui primò ſimultaneè inveſtitus fuit, ex jure inde quæſito præferendum eſſe. Ex quibus facilè etiam ceſſant ea, quæ dubitationis movendæ gratia fuerunt adducta. Multis enim rationibus jam oſtenſum fuit, cur regula *d. l. quoties*: huic propoſito non conveniat, & quod ex ſimultanea inveſtitura, longè firmius atq; potentius jus quæratur, quàm ex ea, quam vulgò abuſivam appellant, ut propterea mirum non ſit, diverſa ſubſiſtente ratione, diverſum etiam de his ſeparatis inveſtiturarum generibus ſtatui: Eandem ſententiam ſecuti fuerunt etiam D. Fachs, & D. Modeſtinus in conſiliis ſuprà ad calcem *quæſt. 20.* annexis.

ADDITIO

SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) VAcuam poſſeſſionem mittere] De domino obligato vaſallum mittere in poſſeſſionem vide *Mynſinger. cent. 4. obſerv. 61. n. 4. 5. 10. 12. & ſeq.* Weſenbec. *de feud. cap. 8. n. 16.*

(b) Tradere compellendum eſſe] An dominus feudi præciſè ad rei promiſſæ traditionem obligatus ſit? vide *Zaſ. part. 6. n. 12. de feud. Joan.* Schneidewein. *de feud. p. 4-1011. & p. 5. n. 129. Par. de Puteo re redintegrat. feud. cap. 93. n. 8. Ioan. Borch. de feud. cap. 7. n. 8. Weſenb. de feud. cap. 8. n. 17. Vultej. cap. 10. nu. 11. lib. 1. de feud. latè Schrader de feud. part. 5. cap. 2. n. 17. & ſeq. Wurmſer in pract. obſer. tit. de feud. 51., obſervat. 8. lib. 1. Hartman. Hartman. pract. obſerv. tit. de feudis 54. obſerv. 6. in fin lib. 2. Mynſing. cent. 4. obſerv. 61. n. 3. & ſeqq.* omninò *Roſent. de feud. c. 6. concl. 6. & ſeq.*

(c) Feudo æquivalentem] pro æſtimatione tamen feudi evicti ſeu pecunia æquivalente ſoluta tenetur vaſallus rem immobilem emere, eamq; feudi nomine à domino recognoſcere, *Schrad. de feud. part. 5. cap. 6. n. 6.*

(d) De re alien. fact.] *& ibi gl in verb. cum de re* & tradunt ibidem interpretes omnes adde *Zaſ. de feud. part. 6. num. 18. Borchold. de feud. cap. 9. n. 16. Weſenbec. cap. 7. num. 7. & cap. 9. num 7. & conſil 64. in hac appellationis. num. 11. part. 2. facit. l. ſi fundum. 27. C. de evictionib. Caſpar Caballin. in tract. de evictionib. §. 5. num. 31. Schrader de feud. part. 5 cap. 6. num. 6.* (ubi ait nec ad precii pro hoc feudo numerati reſtitutionem agi poſſe, niſi hoc expreſsè inter dominum & vaſallum actum fuerit *per d. l. ſi fundum. C. de evictionib.*) facit *l. cum donationis C. de transaction. c. ſcienti de regul. jur. in 6.* in dubio tamen ignorantia vaſalli præſumitur. *per l. verius ff de probat.*

(e) Gl. & Dd.] adde *Borcholdt. & Weſenbec. prædictis locis* Schneidewein *part. 4. num. 68. Schrader d. part. 5. cap. 6. num. 5.* cum dolo careat & vaſallus ſibi imputare poſſit, cur non melius ſibi proſpexerit & acceperit. *arg. l. ſi fundum ſciens 27. C. de evictionib. ubi copioſè Dd. Roſenthal. de feud. cap. 8. concl. 30. num. 2.*

Poſſet tamen dubitari, ſi dominus ſciverit, & vaſallo non dixerit, quod alteri promiſerat, videtur enim dolo non carere.

(f) De re al. fact.] ſequitur *Joann. Borcholdt. d. cap. 9. num. 16. Molin. in conſuetud. Paris. §. 44. num. 27. Capyc. in inveſtit. feud. cap. feudorum clauſulæ, col. penult. §. ac alienis. reg. 136. & cap. feudorum evictiones in fin.* Schneidewein *part. 4. num. 38. & 96.* juribus alienis ſemper ſalvis inquit, Wir verleihen jhme das Gut N. ſo viel wir daran von rechtwegen zuverleihen haben & hoc notandum ait contra Zaſium.

Sed nec dum evictione tenetur dominus, quando expreſsè inter eos hoc actum eſt *Balzaran. in cap. 1. num. 17 ſi de feud. vaſall ab aliquo*, quo caſu tamen precium, ſi quod numeratum eſt, repetere poterit vaſallus, niſi & hoc expreſſo cautum ſit pacto, ne repetatur. *Schrader de feud. d. part. 5. cap. 6. num. 6. in fin. & n. 7.* Sic ſi ex natura feudi fuerit res evicta, dominus non tenetur. *Schrader d. loc n 6.*

Primo eſſet præferendus] ſequitur *Vultej. de feud. cap. 10. n. 11. lib. 1. Schrader de feud. part. 5. cap. 2. n. 21.* ubi hoc declarat, ſi priori ſolum eſſet feudum promiſſum, alteri verò per abuſivam inveſtituram conceſſum, quod tum poſterior præferatur. (g)

Schurff in conſil. 55. vol. 1.] adde *Jacobin. de S. Georg. in verb. inveſtivi talem. n. 4.* ajens ita velle gloſſam communiter approbatam *in d. c. ſi facta. Zaſ. de feud. part. 6. n. 12. Borchold. de feud. cap. 7. in pr. n. 12.* latè *Schrader de feud. d. part. 5. cap. 2. n. 19.* etiamſi jurejurando prima inveſtitura confirmata fuerit. *arg. c. ſicut ex literis ex. de ſponſalib. Alex. conſ. 16. lib. 1. Jaſ. d. l. quoties. n. 36. Jaſ. l. ſi ita quis 135. §. ea lege n. 25. ff. de verb. oblig.* (h)

Uti velle jure communi] Princeps enim infeudando inveſtiendo non agit contra legem, & jus commune, ut videatur ea tollere: imò ſic infeudando videtur agere ut ſervet jura, non ea tollat. *Iſern. in cap. 1. in pr n. 3. quid ſit inveſtitura.* Quemadmodum igitur lex ſcripta per inveſtituram abuſivam non tribuit dominium: ita nec princeps dicta inveſtitura ſua transfert, niſi expreſsè id dicat *Iſernia in d. c. 1. n. 3. quid ſit inveſtitura.* Et princeps in contrahendo præſumitur jure communi uti & ad illius diſpoſitionem ſe conformare *Roſenthal. de feud cap. 6. concl. 10. n. 7.* & non uti plenitudine poteſtatis. *Bertrand. conſil. 297. n. 11. vol. 3. part. 2.* & in contractu cum principe ſervandum eſt jus commune. *Bald. in c. 1. §. inveſtitura 1. n. 3. de nov form. fidelitat.* (i)

Poſſeſſionem ſine traditione] Poteſt enim princeps per ſuum contractum expreſsè transferre utile dominium rei, quam concedit in conceſſionarium ſine traditione poſſeſſionis rei, ſi in contractu dicat, quod per dictum contractum transferatur dominium utile in eum *Brun. conſ. 114. n. 477. Afflict. in præludi. feudor. n. 62.* (k)

Quan-

Quando igitur conſtat de certa mente principis, quod omnino ex ſolo titulo voluit transferre dominium ſine traditione, tunc benè tranſit dominium *Jacob. de S. Georg. verb. princeps pedemontium. §. ſed quæro. n. 3. ibi admotiva in contrarium adducta, &c.*

Neceſſe tamen eſt ut de voluntate principis appareat, tum jus in re per inveſtituram ſive contractum ſuum dominium transferre voluiſſe. *Brun. d. conſil. 114. n. 478.*

(l) L. quoties] Quando & quomodo *l. quoties C. de rei vindicat* in feudis locum obtineat. vide *Roſenthal. de feud. cap. 6. concl. 12. per tot.*

(m) Æquitatis ratione] in feudis præcipuè æquitatem ſpectari oportet. *Weſenb. conſil. 41. n. 60. & 80. & conſil. 97. nu. 14. Rauchbar. lib. 2. quæſt. 21. n. 25.*

QUÆSTIO XXX.

UTRUM INVESTITURA FACTA DE FEUDO VASALLI ADHUC VIventis valeat, ſi ea coram paribus curiæ facta non fuerit, neque teſtimonio eorum probari poſſit.

1. *Ad probationem inveſtituræ requiritur teſtimonium parium curiæ, & abſq; horum præſentia non valet.*
   Etiamſi inveſtitura abuſiva fuerit: n. 2.
3. *Curtii locus declaratur.*
4. *In inveſtitura facta de feudo viventis, in caſum mortis ejus, neceſſarium non eſſe teſtimonium parium curiæ, multis firmatur. Præſertim verò ſecundum conſuetudinem Germaniæ, num. 11.*
   In quibus differat inveſtitura illa, ab ea, quam abuſivam appellant.
5. *Aliud eſt inveſtire, aliud promittere de inveſtiendo.*
6. *Inveſtitura facta de feudi viventis, defuncto demum poſſeſſore, ſortitur effectum.*
7. *A ſeparatis non eſt inferendum.*
8. *Quæ jure feudali expreſſè non ſunt deciſa, ſecundùm jus commune decidenda ſunt.*
   Jus feudale rigidè & ſtrictè interpretandum.
9. *Inſtrumentum ſigillo domini ſubſignatum regulariter probat.*
10. *Caſus omiſſus diſpoſitioni juris communis relinquendus eſt.*
11. *Fruſtratoria remedia non facilè jura introducunt.*
12. *Conſuetudo inſtrumentis doceri poteſt.*
13. *Conſuetudine introduci poteſt, ut inveſtitura ſine præſentia parium valeat.*

QUæſtionis eſt, utrum inveſtitura facta de feudo adhuc viventis, in caſum mortis ejus, quam de caducitate ſucceſſionis appellat *Bald. in c. moribus: ſi de feud. fuer. controverſ. & Matth. de Afflict. in conſt. Neapolit. lib. 3. rub. 22. n. 20.* valeat, (a) ſi non coram paribus (a) facta fuerit, neq; eorundem teſtimonio probari poſſit.

1 In † hoc articulo quidam exiſtimarunt, teſtimonium parium omnino neceſſarium eſſe, uſq; eò, ut ſine his nullius ſit momenti, moti per text. *in c. 1. in pr. qui teſt. ſint neceſſ. ad proband. novam inveſt. & in c. 1. §. ſi quis: ſi de inveſt. inter dom. & vaſal. lis oriat. c. 1. quid ſit inveſt. c. 1. in pr. verſ. quod autem: de conſue. rect. feud. & in c. 1. §. 1. & §. idcirco: de not. feud.* Ex quibus locis patet, uſq; adeò requiri in inveſtituris parium teſtimonium, ut etiamſi dominus ipſe inveſtituram factam eſſe confiteatur, tamen ea non ſubſiſtat, & ne ita quidem, ſi breve teſtatum à paribus non ſubſcriptum in promtu ſit, vel ad manum habeatur *d. c. 1. in princ. qui teſt. ſint. neceſſa.*

2 Idque non ſolum in inveſtitura reali, ſed etiam abuſiva locum habere dilucidè docuit *Matth. de Afflict. in c. 1. §. quæ ſiquidem: nu. 1. quid ſit inveſtitura.* Quinimo idem in hac etiam ſpecie liquido probare videtur text. *in titul. qui ſucc. feud. dar. tene. ibi etiamſi pares ejus curiæ adſint teſtes.*

3 Et † quamvis *Curtius Jun. in tract. feud. part. 2. quæſt. 4. nu. 16.* dicat, novam inveſtituram non ſolum per pares curiæ, ſed per breve teſtatum etiam probari poſſe: tamen cum textus ab illo allegati *in c. 1. quid ſit inveſt.* loquantur de inſtrumento, vel brevi teſtato à paribus ſubſcripto, ideo dictum hoc Curtii textibus ab eo citatis, convenienter erit intelligendum, *ſecundùm ea, quæ ſcribit Bart. in l. non ſolùm: §. liberationis verbo de liber. legat.* Neque videtur etiam referre, quod idem *Curtius in prædict. quæſtio limit. 4. nu. 20.* ſubjungit, novam inveſtituram per breve teſtatum ſigillo domini obſignatum ſufficienter probari poſſe. Nam eo ipſo loco allegat *Alvarott. in d. c. 1. qui teſt. ſint neceſſ.* quo in loco idem Alvarott. *nu. 4. in fin. & nu. 5.* diſertè loquitur ea de facti ſpecie, ubi dominus nullos pares habet, dicens hoc caſu (notentur hæc verba) inveſtituram per alios teſtes, vel per publicum inſtrumentum, vel denique per breve teſtatum ſigillo domini confirmatum comprobari poſſe: per text *in c. inter dilectos: §. fin. de fide inſtrum.* ut proinde Curtius ſecundum ſententiam Alvarott. ab eo allegati intelligendus ſit, cum, ſi aliter acciperetur, non paucis juris feudalis textib. eſſet oblocuturus, quorum certè major, quàm vel Curtii vel cujusquam alterius Doctoris eſt auctoritas, *l. in tantùm in fin. cum l. ſeq. de rer. diviſ.* cum nulli Doctorum conceſſa ſit poteſtas legis condendæ.

4 Cæterum † quamvis hæc veris rationib. pro ſe ſatis ſint ſubnixa, videntur tamen ſolum in ea inveſtitura, quam abuſivam noſtri dicunt, procedere: ad aliam verò, de qua in præſenti ſermo noſter inſtitutus eſt, minus rectè accommodari poſſe. Magnam enim inter has duas inveſtituræ ſpecies eſſe diverſitatem, primò ex eo patet, quod ea, quæ de feudo adhuc viventis in caſu mortis ejus fit, non tàm inveſtitura, quàm promiſſio de inveſtiēdo, dicitur.

Quin † enim aliud ſit inveſtire, aliud verò promittere de inveſtiendo, non ambigitur, *ut not. gl. in l. Titius: de pignor. actio & in l. bona fidei. ubi Jaſ. de eo quod certo loco, & in l. in ementis. C. de contrah. emptio.* (b) 5

(b)

Deinde † hæc ipſa promiſſio de inveſtiendo tum demum ſortitur effectum, quando per mortem poſſeſſoris feudum aperitur domino: ut probatur *in d. c. moribus: ibi: quæ inveſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino aut hæredibus fuerit apertum ſi de feudo defunct.* Ideoque etiam is, qui ejuſmodi promiſſionem impetravit, tum denique inveſtituram illam abuſivam, de qua loquuntur textus ſuprà adducti, à Domino accipere cogitur, prout hoc plerunq; in promiſſione illa conditionali inſeritur, quod utiq; neceſſarium non eſſet, ſi abuſiva inveſtitura eadem eſſet cum illa, de qua jam loquimur. Præterea hanc diverſitatem etiam denotat ipſa forma inveſtiendi. Uſitatum enim fuit, in abuſiva inveſtitura, quæ teſtes requirit, ut per ſignum aliquod externum, utpote haſtam vel aliud quoddam corporeum porrigatur à domino, *d. c. 1. quid ſit inveſtitura,* quod in promiſſione de inveſtiendo exigi, nuſquam ſcriptum legimus. 6

Cum igitur magna ſit inter has duas inveſtituras diverſitatis ratio, utique non videntur jura, quæ de abuſiva inveſtitura loquuntur, & parium teſtimonium poſtulant, ad promiſſionem de inveſtiendo rectè extendi poſſe.

Tum † quia à ſeparatis non eſt inferendum, *l. fin. ff. de calumniat. l. neque natales: C. de probatio. l. naturaliter §. nihil commune: de acquir. poſſeſſ.* 7

Tum

8 Tum etiam, quia ubicunq; in jure
feudali, non habemus ſpecialem diſpo-
ſitionem tum ſtamus juri communi
ut not. gl. & DD. in c. 1. de feud. cognit.
Jus enim feudorum rigoroſum eſt, &
(d) ſtrictè interpretandum, *(d) & tradit gl.*
in cap. 1. verſ. ſecundùm quosdam: de na-
tur ſucceſſ. feud. & Roman. in conſ. 1. nu. 3.
præſertim verò ſi alioqui juris commu-
nis correctio inde ſequeretur, quæ ſem-
per eſt evitanda: *c. cum dilectus: de con-*
ſuetudine: l. 2. & ibi not. DD. C. de noxalib.
9 De † jure enim communi utique
inſtrumentum ſigno domini ſubſigna-
tum ſatis probat contra obſignantem,
ut patet ex iis, quæ tradunt DD. in c. poſt
ceſſionem: de probat. & in l. admonendi: de
jurejurand. Licet itaque jura feudo-
rum aliter diſponant in inveſtitura a-
buſiva, non tamen inde ad promiſſio-
nem de inveſtiendo, tanquam caſum
diverſum rectè inferri poterit, ſed poti-
10 us is, utpote † omiſſus in juris communi-
nis diſpoſitione relinquendus erit, *l.*
ſi cum dotem: in princ. ſolut. matrim. l.
commodiſſimè: de liber. & poſthumis, l. ſi
extraneus: ubi latè Jaſ. de condict. cau-
ſa dat.

Accedit hiſce alia ratio, quoniam
multi caſus poſſunt contingere, qui,
quò minus ejuſmodi inveſtitura ſine
conſenſu domini facta effectum ſortia-
tur, impediant, utpote per alienatio-
nem poſſeſſoris, vel quod liberos ſu-
ſcipiat. Fruſtratorium igitur videtur,
cum adhuc ſub dubio eventu pendeat,
hanc teſtium ſolennitatem ita exactè
requirere, ſicut in alia inveſtitura, cu-
jus effectus jam ante oculos poſitus eſt.

11 Non † enim facilè præſumendum,
jura eluſoria remedia introducere vo-
luiſſe contra *l. Divus: §. hæc ſtipulatio:*
ff. ut leg. nom. cau. l. 1. §. dixerit aliquis:
de public. c. 2. de probat. per quæ jura hoc
dicit Abb. *in c. cum Eccleſia: n. 37. de cauſ.*
poſſ. & prop. Neq; his obſtat textus *in d.*
tit. qui ſucceſſ. teneant. Non enim ſolùm
de paribus curiæ loquitur, ſed inſuper
addit: vel breve teſtatum inde ſit: ad
quod quidem non ſemper pares adhi-
bitos fuiſſe elucet *ex c. 1. qui teſt. ſint ne-*
ceſſ. Deinde in fine, ubi de Laicorum
conceſſione loquitur, generaliter di-
ſponit, eam valere, nulla facta mentio-
ne parium, hoc ipſo deſignans, eorum
teſtimonium hoc caſu neceſſarium
non eſſe: id quod inſuper etiam colli-
gitur ex natura dictionis implicativæ
(*etiamſi*) quæ alium etiam contrarium
caſum implicat, ita ut nihil referat, u-
trum horum factum ſit *l. 2. C. famil. her-*
ciſcund. l. 1. C. qui & adverſ. quos. Socin.
in l. 1. in col. penul. de verbor. obligat. quin
eum non eſſe ſenſum illorum verbo-
rum, quod neceſſariò hoc caſu requi-
ratur parium teſtimonium, dilucidè
probatur *in §. his enim non cogentibus, ſi*
de inveſtit. inter domin. & vaſall. lis oriat.
ubi videmus, ad inveſtituram clerico-
rum parium teſtimonium non requiri.
Deniq; quicquid alioqui juris commu-
nis rationes exigant: tamen totius pe-
ne Germaniæ conſuetudine receptum
videtur, ut ejuſmodi inveſtituræ etiam
parium teſtimonio non accedente va-
leant, quippe cum illas indies ſine teſti-
um requiſitione (*e*) concedi, & dunta- (*e*)
xat inſtrumentum (*f*) cum ſigillo do- (*f*)
mini ſubſignatum ſuper his confici vi-
deamus: id quod ex ipſis inveſtitura-
rum inſtrumentis in continenti doceri
poſſet.

Hiſce † enim conſuetudinem ſa- 12
tis probari tradit *Bart. in l. de quibus: in*
repet. n. 21. de ll. ubi ait, quod, quando
tractatur de conſuetudine contrahen-
di, eadem appareat ex inſtrumentis, *l.*
quod ſi nolit: §. qui aſſidua: de ædilit. edict.
ex quo docuit Bald. *in l. 1. ante fin. C. ad*
Vellejan. quod conſuetudo, quæ indu-
cit, ut renunciationes mulierum fiant
ſine ſubſcriptione teſtium, probetur ex
inſpectione inſtrumentorum: quod re-
fert & ſequitur *Rochus de Curte in c. fin.*
in 6. quæſtio. de conſuetud.

Quod † verò etiam in caſu, ubi de 13
jure teſtium præſentia requiritur, con-
trarium de conſuetudine introduci

 poſſit,

poſſit, omni dubio caret, *c.1. qui teſt. ſint neceſſ. ad prob. novam inveſt. & poſt Andr. de Iſern docuit. Matth de Afflict. in c. 1. §. quæ ſi quidem: in fin. quid ſit inveſtit. Curt. jun. in tract. feud. ſecunda parte. 2 part. pr. n. 19.* Quæ quidem conſuetudo optimè firmatur per text. *in d. §. his enim non cogentibus: ſi de inveſt. inter dom. & agn. vaſall. lis oriat.* dum ibi dicitur, in clericorum inveſtituris ideo parium teſtimonium non exigi, quia clerici plerunq; abſconsè & ſine præſentia ſuorum confratrum inveſtituras facere ſtudent. Nam etiam in aulis principum paſſim jam inolevit, ut ejuſmodi conceſſiones, remotis arbitris, fieri ſoleant, quippe cum non ſolùm propter poſſeſſorem feudi odioſæ apud pleroſq; ſint, ſed & magnam invidiam aularum comitem ſecum trahere ſoleant. Meritò itaq; ut vitentur iſta, introductum eſt, ut ſine teſtibus concedantur. Adminiculatur inſuper hiſce etiam textus juris feudalis Saxonici *art. 7.* ubi dicitur: Mit des Herrn bekentnus behelt der Mann wol ſein gut/ gegen dem Herrn zu lehen ohne gezeugen. Ex hiſce enim verbis liquet, de jure Saxonico per ſolam domini confeſſionem abſque teſtibus inveſtituram probari. Ideoque cum comes quidam ejuſmodi inveſtituram proprio ſigillo obſignatam conceſſiſſet alicui, & deinde feudo aperto exciperet eam, quia ſine parium præſentia facta fuerat, non valere: Domini Scabini Lipſenſes hac de re conſulti, non attento, quod ex collegis quidam doctiſſimus alioqui magnæq; auctoritatis vir aliter ſentiret, reſponderunt tamen, eam inſtrumento iſto ſatis probari, & dominum ad concedendum feudum obligatione ſua devinctum eſſe. Idque non ſolum collegium Juridicum eo in loco ſecutum eſt, ſed & inveſtitus agens hoc nomine contra comitem in ſupremo aulæ judicio idem obtinuit.

ADDITIO

SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Coram patribus] De probationibus inveſtituræ novæ per teſtes tam pares curiæ quam extraneos vide *Roſenthal in tractat. de feud. cap. 12. concl. 16. Zaſ. de feud. part. 6. n. 3. Schrader de feud. part. 5. cap 2. nu. 3. & ſeqq. Vigl. in methodo feud. quæſt. 3. reg. 18. Gail. lib. 2. obſerv. 50. n. 4. Weſenb. de feud. cap. 8. n. 14.*

(b) C. de contrah. emt.] Adde *Tiraquell. de retract. convent. ad fin. n. 52.* unde per promiſſionem alienationis feudi non privatur quis feudo, ſicuti per alienationem ipſam ut dixit *Cardinal. Alexand. cap. 1. in princ. col. 2. de prohib. feud. alienat. per Frider. Bald c. 1. § aut ſi libellario. num. 4. quibus mod. feud. amittat.*

Tum ſtamus juri communi] An in quæſtionibus feudalibus deficientibus feudorum conſuetudinibus ſit ſervandum jus Canonicum an verò civile, eo nempe caſu, quo jus civile & Canonicum ſibi invicem contradicunt? Vide *Schraderum de feud. part. 1. quæſt. 6. per tot.* (c)

Strictè interpretandum] utrum jus feudale recipiat interpretationem reſtrictivam vide *Schrader. de feud. part. 1. quæſt. 5. per tot.* (d)

Sine teſtium requiſitione] Hinc imperatoris aut Regis conceſſio, aut juſſus: unde in poſſeſſionem iſtius rei eamque nomine feudi, vel in feudum tene feudum importat, etiamſi pares curiæ non adfuerint, *Roſenthal. de feud. cap. 6.* (e)

cap. 6. concl. 2. ſi verò dominus. nu. 4. ibi imperatoris aut regis &c. (ubi ait hoc videri extra aleæ jactum.)

15 Hinc tradit *Bald. in c. 1. n. 4. verſ. ſed nunquid. col. 2. de controverſ. inveſtit.* inveſtituram probari per imbreviaturam, & etiam per teſtatum, id eſt, per inſtrumentum ſigillatum ſigillo domini, & ſi plures ſint Comites vel domini, ſufficit, ut ſigillet ille, qui tenet ſigillum. An autem ſolum ſufficiat ſigillum, ut probet inſtrumentum contra ſigillantem, an verò ſigillantis quoque ſubſcriptio ſit neceſſaria? Magna eſt inter Dd. controverſia vide tamen omninò *Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1302. n. 5. & 6.* Plura de probanda inveſtitura vide *apud Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 39. num. 17. & ſeqq* ubi tandem *n. 34.* plures ac varias inveſtituras ſe vidiſſe ait, quo circa in his & aliis ſimilibus ſemper curiarum conſuetudines ſervari debere concludit.

Quomodo verò inveſtituræ tam novæ quam antiquæ extra teſtes tam pares curiæ quam extraneos probentur per inſtrumenta vide *Curt. jun. conſil. 140. n. 12. Natt. conſil. 634. n. 12. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 941. n. 6.* Quatenus autem inveſtitura antiqua probetur per ejus tenorem in alia inveſtitura relatum notant *Boër. deciſ. 247. n. 1. 2. 3. Paris conſil. 23. n. 87. vol. 1. Cacheran. deciſ. Pedemont. 139. num. 4.* An vaſallus probet inveſtituram per proprium juramentum? affirmat ſi in poſſeſſione fuerit vaſallus *cap. 1. §. ſi verò vaſallus quid ſit inveſtit. cap. un. de content. int. dom. & fidel. Maſcard. de probat. vol 2. concl. 943.*

QUÆSTIO XXXI.

UTRUM JURE SAXONICO NECESSE SIT PETERE RENOVATIOnem inveſtituræ factæ de feudo vaſalli adhuc viventis

1. *Vaſallus non poſſidens renovationem inveſtituræ petere non tenetur.*
   Secus tamen videtur de jure Saxonico, n. 3. cujus contrarium defenditur n. 7. & ſeq.
2. *Dolus requiritur ad hoc, ut quis ob non petitam inveſtituram feudum amittat.*
4. *Inveſtituræ ſimultaneæ, & ejus, quæ in caſum mortis alterius conceditur, eadem videtur eſſe ratio, quò ad renovationem. Sed refutatur. n. 13.*
5. *Inveſtitura facta in caſum mortis alterius, magis videtur requirere renovationem, quàm ſimultanea. Contrarium firmatur. n. 13.*
6. *Jus nondum plenè quæſitum facilius tollitur.*
7. *Jus commune, ad renovationem inveſtituræ quod attinet, jure Saxonico immutatum non eſt: & n. 10.*
8. *Pœna privationis locum non habet, niſi in caſibus expreſſis.*
9. *Inveſtituræ renovatio jure Saxonico tum demum requiritur, quando poſſeſſore mortuo, feudum ad aliquem devolvitur.*
10. *Textus in cap. 15. cap. 11. & cap. 59. Lehnrecht/declarantur.*
11. *Gloſſ. cap. 25. col. 3. Lehnrecht/explicatur.*
12. *Differunt quærere, utrum inveſtitura morte extincta de novo impetranda, & an inveſtituræ renovatio neceſſaria ſit.*
13. *Inveſtitura facta in caſum mortis alterius cur minus renovationem requirat, quàm ſimultanea.*
14. *Sub conditione poſitum non cenſetur eſſe in diſpoſitione.*
15. *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

 Circa

Circa inveſtituram in caſum mortis alterius conceſſam, de qua hactenus egimus, quæri etiam ſolet, utrum neceſſe ſit, ejus renovationem petere in caſu, quo ante conditionis eventum perſona domini vel inveſtiti mutata fuerit.

1 Licet † enim de jure communi planum atq; expeditum ſit, inveſtituræ renovationem prius neceſſariam non eſſe, quàm ſi poſſeſſionem vaſallus nactus fuerit, non poſſidentem verò ob non petitam renovationem jus ſuum non amittere, (a) *Bald. in l. ſolennib. in fin. C. de rei vendic. Alvarott. in c. 1. in prin. quæ fuer. prima cauſ. benef. amitt. Curt. Juni. in tract. feud. in 5. parte. 23. cauſa privationis. nu. 54.* quippe cum is, qui non poſſidet, omni dolo vacare cenſeatur:

2 Ad † hoc autem, ut quis ob neglectam renovationem perdat, dolus requiratur. *c. fin. de proh. feud. alien. per Lothar.* de jure tamen Saxonico quæſtio iſta non omnis dubitationis expers eſt.

3 Multi † enim exiſtimarunt, id, quod jure Saxonico cautum reperitur (An Gedinge iſt keine volge) *cap. 5. cap. 11. & cap. 59.* Lehnrecht. ita eſſe accipiendum, quod, ſi inveſtitura legitimo tempore renovata non fuerit, nulla ſit ſucceſſio in ejuſmodi jure conceſſo, & quod propterea jure Saxonico inveſtituræ renovatio neceſſaria ſit. Idq; ſenſiſſe videtur *gl. in cap. 25. col 3. ibi:* Doch alſo / daß der / dem das Gedinge geliehen was / dem Gedinge gevolget hette.

4 Cui † accedit, quod plerisq; perſuaſum eſt, jure Saxonico etiam ſimultaneè inveſtitum renovationem inveſtituræ petere debere, quamvis is feudum non poſſideat, quemadmodum ſuprà *quæſt. 20.* paucis attigimus. Nam hinc idem in propoſito dicendum, cum præſertim hæc duo inveſtituram genera, ad poſſeſſionem quod attinet, magnam inter ſe videantur habere cognationem, atq; inſuper veriſimile ſit, id, quod de ſimultanea inveſtitura receptum eſt, ex his ipſis capitulis juris feudalis deſcendiſſe, quæ paulò ante adducta in inveſtitura in mortis caſum facta, ſive Gedinge / renovationem requirere videntur. Hinc enim iſtud multò magis in hoc inveſtituræ genere locum obtinere debet, cum regulariter, propter quod aliquid tale eſt, illud magis tale eſſe ſoleat, *auth. multò magis C. de SS. Eccleſ. §. quon. de alien. & emphyt.*

Ut † interim omittam, ex inveſtitura ſimultanea firmius atq; potentius jus quæri, quàm ex ea, de qua nunc verba facimus, ut ex iis, quæ ſuprà *quæſtion. 20. & 25.* copioſè commemoravimus, manifeſtum eſt, ubi oſtendimus eam inveſtituram, de qua ſermo nobis inſtitutus eſt, nihil juris in feudo tribuere, cum è diverſo ſimultanea inveſtitura jus quoddam reale concedat, idq; deinde revocandi facultatem faciat. Si igitur jus plenius quæſitum, ob non petitam inveſtituram amittitur, multò magis idem in jure non ita perfectè parto concedendum erit. Eſt enim vulgò trita juris regala, facilius † tolli 6
jus nondum plenè quæſitum, quàm id, quod perfectè conſtitutum eſt, & quaſi radices nunc egit, *l. patre furioſ. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. & l. qui Romæ. §. Flavius ubi Bart. & Jaſ. de verb. oblig.* Atq; memini noſtros etiam quandoq; hiſce adductos in hanc ſententiam reſpondiſſe. Sed etſi hæc atque alia id genus dubium movere alicui poſſent, nos tamen ſine controverſia arbitramur, etiam jure Saxonico hujus inveſtituræ renovationem prius, quàm conditio evenerit, neceſſariam non eſſe:

In † quam ſententiam me vocat, 7
primò, quod, ſi diligentius omnia juris Saxonici feudalis capitula indagaverimus, nullibi iſtud reperitur cautum, vel jus commune in hoc immutatum eſſe. Conſectarium igitur omnino eſt, juris communis regulis in propoſito ſtandum, & ſecundum illas rem omnē eſſe dijudicandam. quod enim non mutatur,

tur, cur ſtare prohibetur? *l. ſancimus C. de teſtamentis, l. præcipimus. C. de apell.* Itaq; hoc loco vel ideo magis procedit, quia hic de juris privatione agitur.

Pœna † enim privationis nullibi infligenda eſt, quàm in caſibus jure expreſſis, §. *cum igitur: in auth. de non elig. ſecund. nub. col. 1. Bald. in auth. ex teſtamento. nu. 5. verſ. modò juxta prædicta C. de ſecund. nupt.*

Deinde † non ſolùm jure noſtro Saxonico, ut jam diximus, nuſquam cautum reperitur, renovationem hujus inveſtituræ neceſſariam eſſe, ſed potius contrarium ejus videlicet tum demum, quando conditionis caſus evenerit, inveſtituram renovandam eſſe, diſertis verbis diſponitur *in c. 57.* **Lehnrecht** / ubi dicitur: **Do er** (id eſt, poſſeſſor feudi) **aber ſtarb / da ward es ſein recht Lehn / ſondern Gedinge / alſo doch / daß er es den Herrn erinnere binnen ſeiner rechten Jahrzahl.** Ecce his verbis tum demum inveſtito annuum ſpacium præfinitur ad requirendum dominum, quando poſſeſſor feudi, in cujus mortis caſum inveſtitus fuerat, deceſſit. Non igitur ante ad hoc obſtrictus eſt, & quod conſequens eſt, neq; etiam propter requiſitionem prætermiſſam jure ſuo privari poteſt: Cum ubi nulla eſt obligatio, ibi nulla ſit mora, *l. ſi pupillus: de verb. oblig. l. nulla: de regul. jur.* neq; etiam pœna locum habere queat. *l. ſancimus. C. de pœn. c. ſine culpa: de reg. jur. in 6.* Idem probatur paulò poſt in illis verbis: **Stirbt auch ein Herr / vnd leſt er auff ſeines mannes Gut binnen der Jahrzahl / als es dem Mann angeſtorben iſt / vnd er den Herrn ſeiner Lehnung erinnert / er ſol volgen ſeinem Gute / nicht als vor ein Gedinge ſondern als vor ein recht Lehen.** Nam his etiam verbis ſignificatur, tum demum neceſſariam eſſe requiſitionem domini quando mortuo poſſeſſore feudum jam eſt apertum, atq; devolutum ad inveſtitum: cum hoc ipſum textus præſupponat, poſſeſſorem mortuum, & non amplius eſſe inveſturam ſub conditione factam, ſive **ein Gedinge** / ſed potius verum feudum, innuens nimirum, quod ſi adhuc verſaremur in terminis **eines Gedinges** / non eſſet neceſſaria requiſitio, neq; ſanè immerito, cum hoc caſu jure iſto dominus inveſtituram anteceſſoris ratam habere non teneatur, ut ſuprà *qu. 26.* pluribus firmavimus, & ex jam dicendis latius apparebit.

Præterea † hanc noſtram ſententiam 10
confirmabit etiam vera interpretatio capitolorum juris feudalis Saxonici, quæ à plæriſque in opinionem contrariam adducuntur. Oſtendimus enim ſuprà *quæſt. 26.* verum horum capitulorum ſenſum iſtum eſſe, ſucceſſorem domini inveſtientis ante conditionis eventum mortui de ejuſmodi inveſtitura ab inveſtito jure appellari non poſſe, neq; adeò eum inveſtituram anteceſſoris ratam habere debere. Jam certo certius eſt, ubicunque de renovatione inveſtituræ agitur, qnod præſupponendum ſit, dominum, ſiquidem requireretur, ad renovationem obſtrictum eſſe, cum alioqui fruſtra de renovatione, ad quam devinctus non eſſet, ageremus. Non enim hoc caſu renovatio priſtinæ inveſtituræ, ſed nova penitus inveſtitura, diceretur. Sed cum jure Saxonico ſucceſſor ex inveſtitura anteceſſoris non obligetur, quemadmodum jam dicto loco copioſè demonſtravimus: quomodo quæſo hoc jure cautum eſſe potuit, inveſtituræ renovationem neceſſariam eſſe? ejus enim, quod in rerum natura non exiſtit, nullæ ſunt qualitates *l. 4. §. fin. de actio. emt. l. 1. de hæredit. vel action. vend.* Neque veriſimile eſt, jura illa fruſtratorium & ſupervacaneum remedium introducere voluiſſe, *l. Divus: §. hæc ſtipulatio: ut legat. nom. cave. l. 1. §. dixerit aliquis: de public.*

Quin potius ob hoc ipſum, quia jure Saxonico ſucceſſor domini iſto caſu obligatus non eſt, ac propterea fruſtra pro renovatione requiretur,

retur, jure iſto diſertè diſponitur, Das an dem Gedinge keine volge ſey/ id eſt, ne dominus de inveſtitura hoc caſu cōpelletur, nimirum, quia, etſi hoc peteretur, tamen inveſtituram priſtinam renovare non teneretur, qui quidem genuinus eſt verborum iſtorum intellectus. Tantum igitur abeſt, ut juris feudalis capitulis primo loco conſideratis probari poſſit, renovationem inveſtituræ jure Saxonico neceſſariam eſſe, ut etjam contrarium ejus ex hoc ipſo luculenter eluceat, quod eo jure dominus ab omni obligationis nexu liberatus, atque ea de cauſa omnis requiſitio inanis ſit. Licet autem hæc ratio, cur jure Saxonico renovationem neceſſariam non eſſe diximus, conſuetudine correcta, atq; res eo ſit redacta, ut ſucceſſor domini, ſecundum regulas juris communis, inveſtituram hanc ratam habere teneatur, quemadmodum ſuprà *quæſtio. 26.* oſtendimus: tamen neq; ex hoc ulla probabili ratione colligi poterit, propterea inveſtituræ renovationem petendam eſſe: ſed cum res ad terminos juris communis conſuetudine ſit reducta, neque aliter jure Saxonico cautum eſſe veriſimiliter doceri poſsit: conſequens omnino eſt, etiam in foro Saxonico ſecundum regulas juris cōmunis quæſtionem hanc determinandam eſſe, per ea, quæ in primo fundamento hujus ſententiæ noſtræ ſuprà diximus. Ut proinde capitula, quæ ſuprà in principio hujus quæſtionis fuerunt adducta, ſententiam noſtram in magis ſtabiliant, quam illi adverſentur: atque hinc etiam manifeſtum fiat, perperam inde, quaſi renovatio inveſtituræ neceſſaria ſit, jure Saxonico quoſdam inferre: longè verò pejus eſſe, eadem ad ſimultaneam inveſtituram accommodari.

11 Non † obſtat etiam huic ſententiæ *gl. in d. c. 25.* præterquam enim, quod ejus contra ea, quæ ex tot manifeſtis juris feudalis capitulis aſſeruimus exigua poteſt eſſe auctoritas illa etiam ſi rectè introſpiciatur, commodè intelligi poterit eo de caſu, quo poſſeſſor feudi eſt mortuus, nam tum intra annuum ſpacium dominum requirere tenetur vaſallus, ut probatur *in d. c. 25.*

Sed † contra ea, quæ conſideravimus, fortè replicaret aliquis, ob hoc 12
ipſum, quia ſucceſſor ex inveſtitura defuncti non eſt obligatus jure Saxonico tantò magis neceſſarium eſſe inveſtituræ renovationem impetrari à domino. Ut igitur huic etiam objectioni ſatisfiat, ſciendum, plurimum differre, utrum quæratur, an dominus, qui alioqui ex inveſtitura anteceſſoris non obligatur, ſit pro nova inveſtitura requirendus: an verò de eo agatur, num inveſtituræ renovatio neceſſariò impetranda ſit. Nam in primo caſu agitur id ut jus, quod antea extinctum fuit, de novo impetretur, & hoc quidem de jure Saxonico: quia inveſtitura morte domini peremta eſt, apprimè neceſſarium eſſe, facilè concedimus: ita tamen, ut in arbitrio domini poſitum ſit, utrum novam inveſtituram concedere, an verò denegare velit: & vaſallus ob intermiſſam renovationis petitionem jus priſtinum non amittat, ſed iſtud jam antè morte domini extinctum ſit. In ſecundò verò caſu de eo quæritur, utrum ad conſervationem juris, quod ex priſtina inveſtitura competit, renovatio inveſtituræ ita neceſſaria ſit, ut, niſi ea petita fuerit, jus hoc amittatur: atq; idcirco ſemper præſupponitur, jus iſtud etiamnum durare, & dominum eo devinctum eſſe, neq; requiſitum renovationem jure denegare poſse, ita ut manifeſta inter hos duos caſus ſubſiſtat diverſitatis ratio. Atqui nos tàm ex communiter recepta conſuetudine ſuprà à nobis firmata, quàm ex juris communis regulis præſupponimus, jus inveſtiti etiam poſt mortem inveſtitoris durare, dominumq; eo nomine obligatum eſse: & hoc ita poſito, quærimus, an ejus renovatione opus ſit, ita, ut niſi eam petierit, inveſtitus

jus

jus ſuum amittat. Non itaque, quæ ex jure Saxonico de nova penitus inveſtitura petenda extrui poſſunt, & circa primum caſum conceſſa à nobis fuerunt, ad propoſitum noſtrum pertinere poterunt, cum præſertim hoc ipſum quod videlicet morte domini jus inveſtituræ extinguatur, conſuetudine receptum non ſit, ut ſuprà demonſtravimus.

Quod † tandem à ſimultanea inveſtitura ſuprà deſumtum eſt argumentum, id haud paulò minus urget. Nam controverſia non caret, utrum etiam in ſimultanea inveſtitura juxta ipſam juris Saxonici diſpoſitionem renovatio neceſſaria ſit, ut ſuprà *quæſtion. 20.* paucis monuimus. Sed dato, in inveſtitura ſimultanea hoc ita juris eſſe, ſicuti etiam conſtitutionibus Electoralibus ſancitum eſt: inde tamen ad propoſitum noſtrum nihil inferri poterit manifeſta ſubſiſtente ratione. Nam ex inveſtitura ſimultanea jus quoddam perfectè partum eſt agnatis, quod, ut conſervetur, non iniquè ſit, inveſtitum ad renovationis petitionem adigi. In propoſito verò noſtro, omnis inveſtituræ effectus in futurum incertæ conditionis eventum differtur, *c. 1. §. moribus ſi de feud. defunct.* & probatur etiam jure Saxonico feudali *cap. 57.* ibi: **Zuvor aber war es ſein Lehn vnter dem gedinge vñ beſcheid/ob der ohne lehnserbẽ ſtürbe/der es in gewehren hat/** & quod ſequens eſt, is, qui talem conceſſionem impetravit, nullam interim habere inſtituram cenſetur, cum id, quod ſub conditione poſitum eſt, non dicatur eſſe in diſpoſitione, *l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam: l. cedere diem : verb. ſi ſub conditione: de verb. ſignif. net. DD. in d. l. ita ſtipulatus : de verb. oblig.* Quapropter inveſtituræ renovationem petere non modò neceſſe non habet, verum etiam non poteſt. Ejus enim, quod in rerum naturam nunquam productum eſt, nulla prorſus poteſt eſſe qualitas, *l. ejus qui in provincia: ſi cert. pet. l. ſi ſervum. §. 1. de act. emti.* ut interim alia præteream quibus hæc duo inveſtiturarum genera inter ſe differre oſtendi poſſet, quemadmodum ſuprà *quæſt. 20.* copioſius explicavimus.

Ex hiſce itaque ſatis nunc confirmatum eſſe arbitror, jure Saxonico renovationem inveſtituræ in mortis alterius caſum factæ neceſſariò petendam non eſſe. Quod etſi nunc etiam conſtitutione Electorali (*b*) expreſsè cautum ſit, pleniorem tamen atq; ſolidiorem ejus indagationem veritatis ſtudio adductus prætermittere nolui, tum propter alias cauſas ſæpius alibi commemoratas, tum etiam, cum videam, anteceſſores noſtros quandoque in hoc impegiſſe, ne quis auctoritate ipſorum ſeductus exiſtimet, quod in provinciis noſtris eſt conſtitutum, ad alias non pertinere. Secundum hanc enim ſententiam etiam ante conſtitutionem editam reſpondit collegium Juridicum Lipſenſe, & Francofordienſe, ut apparet ex conſiliis *ad fin quæſtion. 27.* additis: & memini ſæpe aliàs ſic reſponſum & judicatum fuiſſe, ejusdemq; multa poſſem proferre exempla, ut, ſi præjudiciis agendum eſſet, facilè tamen obtineremus, ac propterea minus etiam curandum ſit, quandoq; errore magis, quàm vero judicio aliter fuiſſe reſponſum. (*b*)

AD-

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Us ſuum non amittere] Tempus enim petendæ renovationis inveſtituræ vaſallo poſſeſſione deſtituto non currit, ſed ſaltem à tempore poſſeſſionis curſum ſuum incipit, *Marin. Freccia in tract feudali lib.2.§. Tertiò autoritas n.8. pag. 237. Schrader de feud. part.6. cap. 2. num. 21.* Schneidewein *in epit. feud. p.5.n.35. Borcholdt. de feud cap. 8. num. 22. Roſenthal. de feud. cap. 6. concluſ. 49. n.1. Hieron. Schurff. conſ. 74. nu. 6. lib. 2. Henning Gaden. conſ. 13. num. 19. & ſeq. Weſenbec. conſil. 41. n. 621.* Facit quod vaſallus privatur propter contumaciam, ut habetur *in c. 1. in tit. quo tempore miles.* & non poteſt dici contumax, quando non poſſidet. *Jacobin. de S. Georgio de feud. verb. qui quidem inveſtiti praſtiterunt juramentum. num. 32.* ubi ſecundum hanc ſententiam conſuluiſſe ſentit.

Quod tamen ita demùm verum eſſe putant, ſi vaſallus non ſit negligens, in recuperanda poſſeſſione hujus feudi, legitimis atque conceſſis mediis *Matth. de Afflict. cap. 1. in princ. num. 10. qui temp. miles. Freccian. in tractat. feudal. lib. 2. §. tertiò autoritas num. 8. argum. c. fin. cum ibi not. ext. de elect. fac. l. non enim negligentib. 16. ff. ex quib. cauſ. major l qui poteſt. 12 ff. t. reg jur. Schrad. tract. feud part. 6. cap. 2. n. 21.*

(b) Conſtitutione Electorali] Eſt conſtitutio 41. *part. 2.*

QUÆSTIO XXXII.

MUTUS, SURDUS, VEL ALIOQUI IMPERFECTUS à NATURA, VEL EX accidenti caſu utrum feudum paternum, ſive novum ſucceſſione, aliave ratione acquirere, vel etiam ante quæſitum retinere poſſit, ſecundùm jus tàm commune, quàm Saxonicum.

1\. *Mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus, quatenus ad feudum admittatur, non ſolùm interpretum, ſed & auctorum juris feudalis magna fuit varietas.*

In tit. An mutus, vel aliàs imperfectus: cum duæ referantur opiniones, quæ ſit tenenda dubitatur: & ultimam amplectendam firmatur, nu. 33.

2\. *Opiniones duas referens poſteriorem amplecti videtur. Obertus tamen auctor juris feudalis aliter obſervavit.*

3\. *Mutus, ſurdus vel alioqui imperfectus feudum novum non acquirere, neq. requiſitum retinere poteſt juxta communem: & quæ ſit ejus ratio, num. 4.*

Sed res aliter declaratur num. 20. & 25. & 36.

Niſi dominus ſciens imperfecto feudum conceſſerit, nu. 7.

4 *Feuda ob ſervitia conceduntur.*

5\. *Ob cauſam datam repetere licet, ceſſante illa cauſa.*

6\. *Vaſallus per ſubſtitutum ſervire non poteſt; declaratur nu. 35.*

8\. Mutus

8. *Mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus à natura in feudo paterno ſuccedere non poteſt.*

Idem obtinet de jure Saxonico, num. 18. & 23.

Idem locum habet in furioſo. nu. 9.

Fallit in eo, qui ſurdaſter eſt, vel tardè loquitur. nu. 14.

Item locum non habet in vitio temporali, ibid.

Vel quando ſervitiorum qualitas aliud exigeret, ibid.

Seu quando nulla ſervitia perſonalia inde præſtantur, ibid.

10. *Dominus naturâ imperfectum non poteſt ad ſucceſſionem admittere in præjudicium agnatorum.*

11. *Muto vel aliàs imperfecto alimenta ſaltem relinquenda ex feudo: Idq; tam in feudo novo, quàm antiquo locum habet, nu. 12.*

12. *Textus in §. Mutus Epiſcop. vel Abb. declaratur. & de feudo paterno eum intelligendum eſſe, oſtenditur. n. 38.*

13. *Dominus poteſt gratiam facere imperfecto, ut feudum obtineat.*

15. *Mutus vel alioqui imperfectus ex accidenti feudum paternum retinet, ſecundum quoſdam, quorum rationes exiſtimantur ibid. & n. 43.*

Alii verò eum non minus, quàm naturâ imperfectum feudum omittere exiſtimant, n. 16.

Prior opinio jure Saxonico locum habet in feudo acquiſito, n. 19.

Poſterior verò eodem jure obtinet in feudo acquirendo, nu. 21. quin utrunq; horum etiam ex jure communi aſſeritur, n. 25. & 41.

17. *Proprio facto quæſitum potentius eſt, quàm id, quod aliunde provenit.*

20. *Mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus ex accidenti feudum non ſolùm paternum, ſed etiam novum jam ante quæſitum retinet jure Saxonico.*

Idem etiam ex jure communi multis aſſeritur. n. 25. & 36.

Niſi vitium iſtud accidentale culpa vaſalli obvenerit, n. 40.

22. *Feudo acquirendo, cur obſtet potius vitium accidentale, quàm feudo jam quæſito: & n. 41.*

Feudum ſolummodo cenſetur conceſſum ſucceſſorib. habilib. ibid. & n. 34.

23. *Textus in c. An mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus: declaratur relatis variis interpretationibus, iiſdemq; refutatis: & oſtenditur, cur Gerardi opinio aliter ibi referatur, quàm ipſe in §. Mutus: profiteatur.*

Idem magis explanatur n. 33.

24. *Retinere feudum dicitur, ad quem ſucceſſione defertur: n. 38.*

25. *Sine lege nihil aſſeverandum.*

26. *Privationis pœna locum non habet, niſi expreſſa fuerit.*

27. *Vaſallus ſine culpa non eſt feudo privandus.*

28. *Inter dominum & vaſallum æquitas maximè conſideranda.*

29. *Æquitas maximè ſpectanda, ubi jure deſtituimur.*

Sufficit allegare rationem naturalem, quæ ad omnia rectè reſpondet.

30. *Dictum rationi conſonum judicem non minus movere debet, quàm lex.*

31. *Vaſallus ob ſervitia omiſſa feudum non perdit, quando non potuit ſervire.*

32. *Juramentum fidelitatis conditionem de poſſibili annexam habet.*

33. *Dictio (etiam) implicat caſum minus dubium.*

34. *Vitium naturale cur magis obſtet agnato, ut feudum obtinere queat, quàm accidentale: & ratio ab interpretibus tradita. declaratur n. 43.*

36. *Clericus cur magis feudum amittat, quàm cui ex accidenti vitium aliquod obvenit.*

39. *Feudum paternum quandoq; dicitur reſpectu tantùm filiorum.*

41. *Mutus, ſurdus, vel alioqui inhabilis ex accidenti factus prius, quàm feudum acquirat, iſtud deinde obtinere non poteſt.*

42. *Jus quærendum facilius tollitur, quàm quæſitum.*

43. *Baldi doctrina declaratur.*

1 (a) MUtus, † ſurdus, cœcus, (a) vel alioqui imperfectus ad feudi ſucceſſionem utrum admittendus ſit, vel iſtud ſemel acquiſitum retineat, non ſolùm ab interpretibus magna opinionum diſſenſione inter ſe decertantibus variè eſt explicatum, ſed etiam ab ipſis juris feudalis auctoribus nihil pene certi relictum nobis videtur. Nam *in tit. An mutus, vel ali. imperf. feud. ret.* duæ invicem pugnantes recitantur ſententiæ, nec utra potior ſit, declaratur: Mutus & ſurdus, cœcus, claudus, vel aliter imperfectus, *(inquit textus)* etiamſi ſic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit, *Obert. & Gerard. & multi alii.* Quidam tamen dicunt, eum, qui talis natus eſt, feudum retinere non poſſe, quia ipſum ſervire non valet: ſic dicimus in clerico, & in fœmina, & in ſimilibus Ecce his verbis duæ ſolùm referuntur opiniones, neq; interim exponitur, utra earum ſit tenenda: & licet alioqui
2 is, qui † duas recenſet ſententias, poſteriorem amplecti videatur, *l. qui filium. §. Sabinum ubi gl ordinar. ad SC. Trebell.* hoc tamen in textibus juris feudalis non ſatis tutum eſſe apparet ex iis, quæ per text. *in c. 1. De eo qui ſibi & hæred ſuis. & in c. 1. § ſimiliter: de capit. Corrad.* monet Camerar. *in c. Imperialem: mihi pag. 246. de prohib. feud. alien.* ubi ait, hunc fuiſſe morem Oberti, ut ſemper opiniones reprobatas ultimo loco poſuerit. Idque in propoſito vel ideò magis locum habere videtur, quoniam, ut plerique exiſtimarunt, auctor illius tit. *An mutus vel alio. imperf.* fuit Obertus, & in principio ſuam ipſius refert ſententiam. Non igitur veriſimile eſt, eum poſteriorem, quam refert, opinionem approbare, & ſententia ſua reprobata, à ſemetipſo diſſentire, ſed potiùs contrà credibile eſt, eum, rejecta illa opinione propriam ſententiam confirmare, atq; ſtabilire voluiſſe, *ut animadvertit Alvar. in d. tit. An mutus, ſurdus, &c. col. 2.* inquiens, non eſſe veriſimile, quod Obertus auctor hujus operis poſuiſſet ſuam opinionem erroneam ad hoc, ut immediatè corrigeretur per alios. Sed dato, ſecundùm iſta ſtandum eſſe priori ſententiæ, tum fortiter repugnat textus *in §. fin. in tit. Epiſcop. vel Abb.* ubi quæſtio iſta generaliter ita definitur, Mutum feudum retinere non poſſe. Eſtque hoc loco advertendum, auctorem illius textus, ſicut totius libri primi juxta communem opinionem fuiſſe Gerardum, & tamen ejuſdem auctoritatem in ſententiam prorſus contrariam referri *in d. tit. An mutus vel ali. imperf.* ut obſervavit Cujatius *ibi*, id quod non levem parit dubitationem, utri potius ſit adſtipulandum. Præterea etſi negocium iſtud juxta *d. §. fin. tit. Epiſcop. vel Abb.* definiendum, & ſecundùm generalem illam regulam etiam poſterior opinio *in d. tit an mut. vel ali. imperf.* amplectenda ſit: tamen *in d. § fin.* non ſatis explicatur, de quo feudorum genere intelligendus ſit, & utrum de muto, qui à natura, vel ex accidente talis fuit: item an poſt feudum acquiſitum, an verò ante ipſi vitium hoc contigerit, ut propter hanc capitulorum feudalium obſcuritatem, & opinionum, quæ referuntur, varietatem rectè ſcriptum reliquerit *Bald. in d. tit. an mut. vel imperf. col. 2. verſ.* vides ergo, quæſtionem hanc ex rationibus dijudicandam eſſe.

Interpretes itaque, ut materiam hanc intricatam explicent, more ſuo diſtingvunt inter feudum novum & antiquum:

Et † in feudo novo uno ore omnes 3
concludunt, quod mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus, ſive ex natura, ſive ex accidenti hoc ipſi contigerit, feudum novum ſine peculiari gratia domini non ſolùm non acquirere poſſit, ſed etſi illi ſano adhuc feudum novum jam conceſſum ſit, iſque deinde mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus fiat, iſtud denuo amittat.

Hoc

Hoc per text. *in d.* §. *Mutus, Epiſcop. vel abb.* docuit *Jacob. de Belvis: Andr. de Iſern. Alvarott. Bald. Matth. de Afflict. & denique omnes interpretes ibi. & in d. tit. an mut. vel ali. imperf. & Hieronymus Schurff. in conſ. 24. cent. 2. Zaſius in epit. feud. part. 8. de feud. ſucceſſ. num. 68.*

4 Ejuſdemq; † hanc dicunt eſſe rationem, quoniam feuda ideò conceduntur vaſallo, ut ſerviat, §. *beneficium in quibus cauſis feud. amitt.* ſed in muto vel alio imperfecto, quia ad ſervitia inutilis redditur, cauſæ, propter quas feuda obtinentur, penitus ceſſant. Non mirum igitur, ſi cauſa ceſſante, ipſe quoq; ceſſet effectus *c. cum ceſſante. de Appellat.* atque propterea vaſallus à feudo, ad quod idoneus non eſt, arceatur. Quippe cum in omnibus cauſis id obſervetur, ut, ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. *l. in omnibus cauſis id obſervatur. de reg. jur. facit text. in* §. *ſed nec alia. Quæ fuer. pri. cau. benef. amitt.* ubi dicitur, non eſſe aliam juſtiorem cauſam beneficii auferendi, quàm ſi id, propter quod beneficium datum fuerit, non præſtetur à vaſallo.

5 Pertinet † huc etiam vulgata illa juris regula, quæ docet, quoties cauſa, ob quam aliquid datum eſt, reducitur ad non cauſam, (*ut noſtri loquuntur*) quod tum id, quod datum eſt, repetere liceat. *l. ex his omnibus de condict. indeb. l. 1. & l. nihil refert: de condict. ſine*

6 *cauſa.* Neq; † enim audiendus videtur vaſallus, qui ejuſmodi vitio laborans per ſubſtitum ſervitia præſtare vult, cum dominus feudum concedendo cenſeatur elegiſſe perſonæ induſtriam, quo caſu alter alterius vices ſupplere regulariter non poteſt, *ut docet Andr. de Iſern. in d. tit. an mutus, vel ali. imperf.*

7 Eſt † tamen concluſio iſta intelligenda, niſi dominus ſciens aliquem mutum, vel alioqui imperfectum; nihilominus feudum novum illi conceſſerit. quin enim dominus minus idoneum vaſallum ſuſcipiendo gratiam alicui facere poſſit, ambigendum ſanè non eſt, *arg. c. 1. quemadm. feudum ad filiam pertin. not. Andr. de Iſer. & DD. in d. tit. an mut. vel alii imperf. & ibi Matth. de Afflict. n. 10.* (*b*) Et hoc eſt, quod *in d.* §. *mutus. Jacob. de Belviſ.* ait, textum illum, ſiquidem de feudo novo intelligatur, accipiendum eſſe de muto, qui ex accidenti demum factus eſt mutus. Si enim natura mutus fuiſſet, & dominus ſciens feudum novum illi contuliſſet: tum feudum jure obtinere poſſet, ut ibidem ſubjungit *arg. l. ſicut. C. de acti. & oblig.* Aliis etiam modis reſtringi poteſt concluſio iſta, de quibus in ſequentibus mox dicemus.

Ad † feudum paternum quod attinet, hoc etiam ſine controverſia ab interpretibus receptum eſt, eum, qui mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus natus eſt, in feudo paterno non ſuccedere, neque feudum ad ipſum devolutum retinere poſſe: ita per text. *in d. cap. 1. an mutus vel aliâs imperfect.* amplectendo opinionem ultimo loco relatam, docuerunt uno ore omnes interpretes *ibi* Idem probatur *in d.* §. *fin. Epiſcop. vel abb.* intelligendo nimirum illum textum etiam de feudo paterno, quemadmodum eum promiſcuè interpretati ſunt *Jacob de Beluiſ. Andr. de Iſer. & reliqui:* & confirmatur eadem ratione, qua primam concluſionem ſtabilivimus, quæ etiam in textu *d. c. 1.* diſertis verbis exprimitur, quia, inquit, ipſum ſervire non valet. 8

Idq; † locum etiam habet in demente & furioſo, (*c*) *ut ſenſit Bald in c. 1. in fin princ. de ſucceſſ. feudi: & in l. quoties. col. 3. in princ. de ſuis & legit. hæred. Alvarott. & prapoſ. in d.* §. *fin. & ſequitur etiam Hier. Schurff. in d. conſ. 24. vol. 2.* 9 (c)

Uſque † eò autem hoc caſu à ſucceſſione feudi removetur ejuſmodi imperfectus, ut dominus etiam volens non poſſit eum in præjudicium agnatorum; (*d*) qui alioqui ſuccederent, ad ſucceſſionem feudi paterni admitte- 10 (d)

re, *ut docuit Matth. de Afflict. in d. tit. an mut. vel alio. imperf. nu. 7. & 10.* Non enim poteſt dominus feudi alicui ex familia gratiam facere in damnum reliquorum, qui non conſenſerunt. *c. 1. §. Hoc quoq; ubi Alvarott. nu. 2. & 3. de ſucceſſ. feud. Præpoſ. in c. 1. n. An agnat. Decius in conſ. 445. n. 23. vol. 4. latè Curt. in tract. feud. part. 4. n. 146.*

11 Concluſiones † iſtæ, quibus imperfectum à feudo removeri diximus, declarantur primò, ut nihilominus tamen illi, cui hanc ob cauſam feudum aufertur, ſi alimenta aliunde non habeat, (e) tantum ex feudo relinqui debet, unde ſe ſuſtentare poſſit, ut diſertè probatur *in d. § mutus, Epiſcop. vel Abb.* ſed ſi feudum *(inquit textus)* fuerit magnum, quo ei ablato, ſe exhibere non valeat, tantum ei relinqui debet, unde ſe ſuſtinere poſſit. Nam hoc reſponſum tam in feudo novo, quàm in feudo antiquo valere, rectè exiſtimavit *Jacob. de Belviſ. ibi:* qui, nota, inquit, ſecundùm omnes, quod ſive feudum ſit paternum, ſive novum, ſemper tantum poteſt retinere, unde poſſit ſe exhibere. & ex textu illo hoc generaliter etiam notat *Paulus Picus ibi, nu. 16.* addens alimenta iſta eſſe præſtanda ſecundùm nobilitatem perſonæ. *l. penul. de aliment. & cib. leg.* & habita conſideratione qualitatis feudi, utrum ſit magnum vel parvum. *l. ſi filia. §. filia. de leg. 3. l. Quæro. & l. cum poſt. § gener. de jure dot.*

12 Circa † verba tamen hujus textus advertendum, Cujatium pro vocabulo (*magnum*) legere (*paternum.*) Ait enim, in quibuſdam libris corruptè ſcriptum fuiſſe (*maternum,*) atq; inde factum eſſe *(magnum)* propterea quod hi libri non agnoſcant feudum maternum: ſed debuiſſent potius emendare (*paternum*) pro *(maternum,)* quia dixiſſet alioqui convenientius *(parvum.)* quia ſequitur: quo ei ablato ſe exhibere non valeat. Sed cum reperiam, tam Jacob. de Belviſ. quàm reliquos vetuſtiſſimos interpretes in libris ſuis habuiſſe dictionem (*magnum:*) ab hac communiter approbata lectione haud recedendum putarem: cum præſertim nulla probabilis poſſit reddi ratio, cur id, quod hoc loco dicitur de alimentis imperfecto relinquendis, magis de feudo paterno, quàm de feudo novo intelligendum ſit. Quin potius longè magis idem in feudo novo locum habere videtur, tum quia id, quod propria virtute ipſemet acquiro, ut in feudo novo contingit, magis cenſetur eſſe meum, quàm quod per ſucceſſionem paternam, *ut per not. gl. in l. antepen. ff. de capt. & poſtlim. rever. dicit And. de Iſern. in d. tit. an mut. vel. ali. imperf quem ſequitur Matth. de Afflict. ibi n. 3.* inde inferentes, ob ejuſmodi vitium longè juſtius adimi feudum paternum, quàm feudum novum: tum etiam quia, *ut ſuprà diximus*, in feudo novo potiſſimum conſiderantur vitia atq; morbi, qui ex accidenti alicui ſano prius exiſtenti obvenerunt: In feudo paterno verò vel maximè à natura inſitum vitium attenditur. Longè enim magis aſſicere & acquiſitioni feudi obſtare videtur vitium naturale, quàm id, quod demum poſt feudum jam acquiſitum caſu alicui contingit, ut ex mox dicendis apparebit. Non igitur veriſimile eſt, in feudo paterno illi, qui propter naturale vitium non admittitur, alimenta relinquenda, & idem in feudo novo, quando ex accidenti caſu iſtud jam acquiſitum alicui aufertur, concedendum non eſſe. Facit huc vulgatus iſte verſiculus: Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes. *c. quemadmodum. de jurejur.* Quamobrem cum interpretibus exiſtimarem id, quod de alimentis *in d. § fin.* dicitur, non ſolùm in feudo paterno, ſed & multò magis in feudo novo (ſi modò verùm eſt id, quod ipſi arbitrantur, feudum novum ob vitium ſuperveniens amitti. de quo paulò poſt plura dicturi ſumus. nihil enim hoc loco aſſeveramus, ſed cum interpretibus dun-

duntaxat loquimur) locum habere, & quod conſequens eſt, minimè ſubſiſtere poſſe lectionem Cuiacii opinantis, pro (magnum) legendum (paternum:) cum hoc modo ad feudum paternum id, quod de alimentis ibi dicitur, reſtringeretur tàm contra vetuſtiſſimorum librorum auctoritatem, quàm etiam contra rationes à nobis conſideratas. Neque quicquam impedimento eſſe poteſt, quod ipſe putat, convenientius de parvo, quàm de magno feudo dictum fuiſſe, quia ſequitur: quo ei ablato, ſe exhibere non valeat: quoniam ideo conſiderari videtur, utrum feudum magnum vel parvum ſit, quia ſi ita exigui precii eſſet, ut ſi imperfecto inde alimenta relinquenda eſſent, is, ad quem feudum devolvitur, inde domino ſervitia præſtare non poſſet, tum ſanè potior videtur habenda eſſe ratio ſervitiorum, ut ea dominus conſequatur ex feudo ea lege conceſſo, quàm alimentorum. Longè igitur commodius de feudo magno, quàm de feudo parvo dicitur, atq; propterea optima ratione hæc lectio nititur. Nam qud ſequitur: quo ei ablato, minimè ad vocabulum (magnum) ſed potius ad ſequentia referendum eſt, ut videlicet tum demum alimenta ſint imperfecto relinquenda, quando feudo ablato, ea aliunde habere non poteſt. Quibus à me conſcriptis, reperi idem mecum ſentire etiam Hotomanum. Magnum, ait ſic interpretor, ita fructuoſum, ut & novus vaſallus ali ejus proventu poſſit: & defuncti bene de Repub. meriti filio aliquid ad inopiam vitandam attribui. Confirmans inſuper iſtam interpretationem hac ratione, quoniam textus in principio de feudo paterno loquitur, ut ex verbo (*retinere*) & aliis rationibus apparet, de quibus infrà dicturi ſumus. Non igitur veriſimile eſt, auctorem hoc ſolùm loco, ubi de alimentis verba facit: ad paternum feudum ſe reſtringere voluiſſe. Sive igitur de feudo novo ſecundum communem interpretum opinionem, ſive de feudo paterno, ut paulo poſt firmabimus, textum illum intelligamus, convenientior videtur vulgaris lectura.

13 Secundo † concluſiones paulò ante firmatæ declarantur, ut nihilominus integrum ſit domino, etiam illi qui natura minus idoneus eſt ad feudum, gratiam facere, eundemq; ad feudi ſucceſſionem admittere, ut in prima concluſione probavimus, *& tenuit Andr. de Iſern. in d. tit. an mut vel alio imperf.* ita interpretando opinionem primo loco ibi relatam, ut videlicet capienda ſit de caſu, quo dominus ſciens gratiam hanc feciſſet imperfecto, ut feudum retinere poſſet. quod etſi per ſe verum ſit, tamen ad textum illum magnam continet divinationem *ut rectè animadvertit. Alvarott. ibi. idem tenuit Paul. Picus in d. §. mutus nu. 14.* Eſt tamen hoc ita accipiendum, niſi alii ſuperſint agnati, ad quos feudum alioqui pertineret. In horum enim præjudicium non poſſet dominus minus idoneum, & imperfectum admittere, *ut declarat Matth. de Afflict. ibid. nu 7. & 10. & nos circa primam concluſionem monuimus.*

14 Tertiò † id, quod tàm in prima, quàm in ſecunda concluſione dictum fuit, mutum, ſurdum, vel alioqui imperfectum feudum retinere non poſſe limitatur, ut locum duntaxat habeat in illis, qui omnino nihil audire, nihilque effari, vel oculis cernere poſſunt. Nam ſiquidem aliquis ſurdaſter eſſet, vel tardiuſculè loqueretur, non tamen propterea à feudi ſucceſſione removendus eſſet, ut probatur *in d. § mutus ibi ſcilicet, qui nullo modo loquitur.* per quem hoc uno ore docent omnes interpretes *ibi:* & pertinet huc textus, & quæ ibi *not. in §. item ſurdus. Inſt. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt.* (f)

(f) Quartò reſtringitur, ut tantummodo procedat in eo vitio, quod perpetuò duraturum eſt: ſecus verò, ſi vitium eſſet temporale, & ſpes aliqua eſſet, cum medicorum ope ſanari poſſe.

Hoc enim caſu nihilominus is, qui tali morbo laborat, feudum retineret, ita tamen, ut interim per ſubſtitutum (g) ſervitia debita præſtaret (g) quemadmodum docuit *Andr. de Iſern. in d. tit. an mut. vel imperf. quem ſequuntur omnes commentatores ibi, & Sonsbec. in tractat. feud. part. 12. num. 133.* qui ait, ita intelligendum eſſe primum reſponſum *in d. tit. an mut. vel al. imperf.* quæ tamen interpretatio licet per ſe vera ſit, non parvo tamen divinationis vitio laborat: quin potius veriſimile eſt, textum illum, dum duas inter ſe pugnantes refert opiniones, de eadem facti ſpecie loqui voluiſſe, cum alioqui non tam contrariæ, quàm diverſæ eſſent. Deniq; notatu dignum eſt, quod Bald. *in d. tit. an mut. vel imperf. col. fin.* monet, conſiderandam eſſe ante omnia qualitatem ſervitiorum, ut ſi tale ſit ſervitium, quod non perſonæ induſtriam requirit, ſed per alium æquè præſtari poteſt, vel cui vitium hoc à natura inſitum obſtaculo non eſt, tum nihilominus is, qui tali vitio laborat, feudum retinere poſſit. Hæc enim doctrina probabili nititur ratione: quippe cum omnes illæ cauſæ, ob quas feudum retineri non poſſe ſuprà diximus, hoc caſu ceſſent: meritò itaque eandem ſecutus eſt *Alvarott. ibi col. 3.* Unde etiam generaliter traditum eſt, concluſionem noſtram non admittendam eſſe in feudis, pro quibus nulla præſtantur ſervitia perſonalia, ſed aliquid annuatim inde perſolvitur, *ut docet Bald. in c. 1. in verb. libellaria. de pace Conſtant. quem refert & ſequitur Alexan. in conſil. 136. col. 3. vol. 1. Franciſc. Curt. in tractat. feud. part. 3. pr. part. 1. nu. 8. idem tenuit Matth. de Afflict. in d. tit. an mut. vel ali. imperf. n. 19.* ubi generaliter concludit, quotieſcunque ideo, quod quis mutus vel ſurdus eſt, non impeditur ſervitium feudi, utpute quia ſervitium feudi conſiſtit in pecunia, tum etiam mutus & ſurdus ſuccedat. Et de illis, qui natura muti & ſurdi ſunt, hæc ita jure feudali diſpoſita reperiuntur, & ab interpretibus ſine controverſia communiter recepta ſunt.

Sed quid ſtatuendum ſit de illis, qui non natura, ſed ex ſupervenienti aliqua calamitate ſurdi, vel muti facti ſunt, non ita planum, neq; expeditum eſt, interpretibus in diverſas deſcendentibus ſententias.

Quidam † enim opinati *ſunt*, 15 quod in feudo paterno mutus, cœcus, ſurdus, & aliàs imperfectus, ſi vitium ſit accidentale, etiamſi ſit perpetuum, feudum retinere, atque interim per ſubſtitutum ſervitia præſtare poſſit. hujus opinionis auctorem laudant *Petr. de Cervot. quem refert & ſequitur Bald. Alvarott. & Præpoſ. in d. §. mutus,* qui propterea opinionem illam, quæ *in tit. an mut. ſurd. vel ali. imperf.* primo loco refertur, interpretantur de illo, qui non à natura, ſed ex caſu ſive morbo quopiam incidente mutus, vel ſurdus factus fuerat. Eiſdem adſtipulatur etiam *Dn. Baro Schenck ibi, & Zaſ. in epit. feud. part. 8. de feud. ſucceſſ. nu. 68. Paul. Pic. in d. §. mutus. n. 13. Abb. in conſil. 47. Afflict. deciſ. 324. Marin. Frecc. in tit. de ſubfeud. lib. 2. § ſupereſt. n. 9. & 12. Bart. in l. cæcus. de judic. Joan. Igneus in l. 3. §. utrum. nu. 49. ad Syllanian. & alii, quos citat ad hoc Tiraquell. in tractat. de jur. primoge. quæſt. 23. n. 4. & Sylva. in conſ. 3. nu. 54. & Joan. Bolog. in conſ. 5. n. 34.* ubi hanc opinionem communem eſſe aſſerit. Eandem tanquam communem ſecutus eſt etiam *Hieron. Schurff. in d. conſ. 24. vol. 2.* qui etiam videtur exiſtimaſſe, hoc locum habere, etſi quis prius, quàm feudum acquiſierit, caſu quopiam mutus & ſurdus factus, atque ita jam tum eo tempore, quò ad ſucceſſionem feudi vocatur, imperfectus fuerit, ut ex dictis ejus cuivis patebit. Quærit enim, utrum is, qui ex accidenti furioſus factus erat, ſuccedere poſſit in feudo: & ex jam dicta doctrina concludit, eum admittendum eſſe. Hoc etiam non videtur fuiſſe alienum à mente Alvarotti, dum is *col. 2. verſ. quare reperio,* gene-

[illegible]aliter affirmat, quod talis imper[illegible] ſuccedat. Rationem verò ejus, [illegible] vitium accidentale minus obſit, [illegible] naturale, cur item in feudo no[illegible] præjudicet, non autem in feudo [illegible]o, hanc dicunt eſſe, quoniam [illegible]dum habuit originem in perſona [illegible]ris, & deinde etiam fuit confirma[illegible]m in perſona ſucceſſoris, qui cum ſe[illegible] idoneus fuerit, juſtam ſuccedendi ſpem ex pacto anteceſſorum nactus eſt. Licet igitur poſtmodum caſu quopiam loquendi facultatem amittat, vel alioqui imperfectus reddatur, non tamen propterea debet perdere feudum duabus radicibus firmatum: cum regulariter duo vincula ſint fortiora uno *ut in auth. de conſangu. & uterin. frat. non procul. à fin. collat. 6.* Hæc autem ratio ceſſat in muto nato: quippe cum in illius perſona nunquam feudum radices egerit, ſed uno ſolùm vinculo, pacto videlicet anteceſſorum, nitatur. Sic etiam eadem non procedit in feudo novo, ubi feudum poſſidens nullo anteceſſorum jure ſeſe tueri poteſt. Non mirum itaque, cur diverſa ſubſiſtente ratione, diverſum etiam hiſce caſibus ſtatuatur. Atq; hæc ratio locum ſibi videtur vendicare etiam in illo, qui jam tum eo tempore, quo feudum ad ipſum devolvitur, caſu quodam imperfectus redditus fuit. Nam etſi tum inhabilis reperiatur, quia tamen ſemel habilis & idoneus fuit, ex pacto anteceſſorum in feudo, vivente adhuc poſſeſſore, ſpem probabilem habuit, adeoq; feudi ſucceſſio in perſona ipſius fundamentum atque initium cepit, ut etiamnum duplici vinculo ſuprà conſiderato niti poſſit. Hanc rationem impugnat Sonsbecc. *part. 12 nu. 133.* quia, inquit, ſi illa ratio hujus differentiæ eſſet, idem dicendum foret in feudo antiquo, ubi vaſallus ex natura imperfectionem reciperet, ſeu mutus aut ſurdus naſceretur, cum tunc quoque æquè radices egerit feudum in vaſallo ex parte parentum, & tamen nihilominus iſtud amitti volunt. Sed ab hac impugnatione defendi faciiè poteſt iſta ratio.

Nam etſi hoc ultimo caſu etiam jure anteceſſorum uti poſſit imperfectus: tamen quia ſurdus & alioqui imperfectus natus eſt, & ita nullum proprium jus in feudo conſequi potuit, duplex iſtud vinculum in perſona ejus attendi non poteſt, & conſequenter ratio etiam; ob quam eum, qui ex accidenti factus eſt imperfectus, feudum retinere exiſtimant interpretes, ad eum qui natura ſurdus eſt, accommodari non poterit. Zaſius tamen ſentiens, rationem iſtam minus ſibi ſatisfacere aliam tradit, arbitratus ideo eum, qui ex accidenti premitur, feudum retinere poſſe, quia licet actu ſervire nequeat, ſperatur tamen aliquando ſanus futurus, ut ſerviat. At in altero caſu mutus & ſurdus à natura non ſperantur unquam apti futuri, qui ſerviant, quia naturalia ſunt immutabilia. § *ſed naturalia. Inſtit. de jure nat. gent.* Et hoc ait eſſe, quod IC. *in d tit. an mut. vel imperf. in ſecundo reſponſo* ponit rationem quia ſervire non poteſt: quam rationem in primo reſponſo intermiſit, quaſi in ſecundo caſu de ſervitiis deſperatum ſit, at non in primo caſu. Sed ut rectè notavit Sonsbecc. Zaſius in hoc ſibimetipſi adverſatur. Nam apertè primò confitetur, quod feudum antiquum retineatur, etiamſi vaſallus ex accidenti perpetuò imperfectus reddatur.

Quomodo ergo poterit ſpes eſſe, ut aliquando ſanus fiat, quò poſſit ſervire, ſecundum rationem Zaſii? quod enim perpetuum eſt, non relaxatur, nec ſuſpenſionem recipit. Eſtque præterea circa hanc opinionem advertendum, quod, qui illi ſubſcribunt, principium *d. tit. an mut. vel ali. imperf.* interpretantur de eo, qui ex accidenti ſit imperfectus: ſecundum verò reſponſum de eo, qui natura ſurdus, aut mutus eſt. In hoc n. *ut ait Sonsb.* certè falluntur.

 Nam

Nam textus in primo reſponſo apertè indicat, cum etiam ibi verba facere de vaſallo, qui natus imperfectus eſt, in verbis, (*etiam ſi ſic natus fuerit*) quæ verba luce meridiana ſunt clariora.

16 Alii † igitur contrà arbitrati ſunt quod etſi quis non naturâ, ſed ex accidenti ſurdus, vel mutus factus ſit, ita ut ſpes nulla ſit convaleſcentiæ, feudum tamen perinde, ac ſi ita natus eſſet, amittat. Hoc ſenſit *Jacob. de Belviſ. in d.* §. *mutus Epiſcop. vel abb. verſ. quæritur de quo muto*, dum ibi ait, ſi textus ille intelligendus ſit de feudo paterno, quod tum nihil referat, utrum à natura, vel ex accidenti mutus ſit His enim verbis ſatis innuit, etſi ex accidenti quis mutus ſit, tamen ſecundùm regulam illius textus feudum retinere eum non poſſe. & licet paulò poſt *in verſ. ultimo* opponitur, contrà diſtinguat inter feudum novum & paternum, præſupponens, mutum vel aliàs imperfectos feudum paternum retinere poſſe: hoc tamen facit ſecundum primam opinionem relatam *in tit. an mut. vel imperf.* quam deinde ibidem improbat. ideòque in illis verbis non diſtinguit inter vitium fortuitum & naturale: ſed generaliter loquitur etiam de vitio naturali, hoc ipſo denotans, cum tantummodo hæc ita proponere, præſuppoſita opinione prima, quam deinde rejicit. Idem clarius docuit *Andr. de Iſern. in d.* §. *mutus & in d. tit. an mut. vel alii. imperfect. quem ſequitur Matth. de Afflict. ibid.* qui inde *in d.* §. *mutus n. 7.* generaliter concludit, quod mutus ſive naturâ, ſive ex poſt facto, tàm in feudo novo quàm paterno non poſſit feudum retinere, ſi domino non placuerit, addens ex auctoritate Andr. de Iſern. in materia iſta hoc tenendum eſſe, cum ſit Evangelium, Hanc opinionem acriter propugnat *Sonsbecc. part. 12. nu. 133.* quem imitatus eſt *Joan. Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. & ex pacto & provid. antiq. nu. 134. verſ. quando feuda extra noxam*, qui ait, Alvarottum aliter ſentientem ſuo judicio craſſe, & errandi cauſam præbuiſſe Zaſio, qui ipſum ſecutus eſt. Idem amplexus eſt *Joan. de Socar. in conſuet Catalon. in c. vaſallus nu. 54. verſ. quando habet locum. cum ſeq. Barbat. in tractat. de præſtant. Cardin. in 5. quæſt. primæ partis: quos refert Joan. Bologent. in d. conſ. 4.* Ut proinde ſi auctoritatibus pugnandum, & hæ cum illis, quas primo loco recenſuimus, componendæ ſint, verendum, ne hæ potiores eſſe debeant. Quanta enim Andr. de Iſern. & Jacob. de Belu. utpote vetuſtiſſimorum & claſſicorum interpretum juris feudalis ſit auctoritas, quantumq; ipſis in opinionum conflictatione tribui ſoleat neminem latere arbitror. Nituntur autem potiſſimum ratione, ob quam imperfectum non poſſe feudum retinere ſuprà diximus, quam etiam expreſſis verbis conſiderat text. *in d. tit. an mut. vel imperf.* quia videlicet ſervire non poteſt. Hæc enim ratio non ſolum in vitio naturali, ſed etiam in accidentali locum obtinet. Par igitur eſt, ut utrobique eadem ſubſiſtente juris ratione, idem etiam jus ſtatuatur, *ut latius declarat. Iſern. in d.* § *mutus & plurimum urget Joan. Anton. Cannet in repet. c. ſi aliquem verſ. ſed non ſic facile diſſolvitur*, inde inferens, cum ratio iſta ſit expreſſa in textu, imperfectum ideo privari feudo, quia ſervire non poteſt, quod in quocunque caſu, & in quacunq; perſona, in qua non eſt potentia ſerviendi, ſive naturâ ſive ex accidenti, vendicet ſibi locum *d. tit. an mut. vel ali. imperf* quia ratio legis eſt mens ipſius legis, & eſt ſicut anima in ipſa lege, & verbum ſicut corpus & ſuperficies, *ut ſcribit. Bald. in l. ſi quis ſervo. col. fin. verſ. ex his apparet. C. de furt. cum aliis congeſtis per Tiraquell. in tractat. ſuccesſ. ceſſante cauſa. in 1. part. n. 134.*

Deinde in hanc ſententiam affertur, quod de feudo novo communiter receptum eſt, iſtud propter vitium ex accidenti ſuperveniens amitti. quare idē in paterno admittendum: cum, ut ait Sons-

Sonſbecc. utrobique eadem planè ſit ratio, nec poſſit vera dari differentiæ cauſa. cujus ſaltem ipſe non poſſet eſſe legitimus & acris impugnator. Quinimo ratio, quæ efficit, ut feudum novum proprio facto quæſitum ob vitium adventitium amittatur, longè magis videtur procedere, atque vigere in feudo antiquo, quod nullo noſtro proprio facto, ſed ſolum ex pacto an-
17 teceſſorum ad nos pertinet, quia † propria proviſio validior eſt, quàm proviſio alterius, *ut dicit. Jacob. de Beluiſ. in d. tit. an mutus arg. l. ſi cum militi. de compenſat. & §. ex conditionali. inſtit. de verb. obl. l. unic. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. toll.* & magis dicitur meum, quod propria virtute acquiro, quàm illud, quod per ſucceſſionem paternum, *ut per not. gl. in l. antepen. de capt. & poſtlim. reverſ. ait Andr. de Iſern. ibid. quem refert. & ſequitur Mattha. de Afflict. nu.* 3. Addit pro hac ſententia Sonsbec. id, quod de clerico in textu noſtro ſubjungitur. Huic enim ex accidenti defectum contigiſſe, nemo negare poterit: & tamen nihilominus propter hunc defectum fortuitum feudum amitt. *c. 1. de vaſall. milit. qui arm. bell. depoſ.* Quare vel ex hoc ipſo evidens eſt, nullum hoc caſu inter eum, qui natura, vel ex accidenti imperfectus eſt, conſtituendam differentiam, ſed generaliter concludendum eſſe, eum, qui vel à natura, vel ex accidenti imperfectus eſt, feudum tam paternum, quàm novum amittere. Id quod tenuit etiam *Eguinar. Bar. in d. c. 1. §. fin. Epiſcop. vel abb. & in c. 1. an mut. vel ali. imperf.* & hanc ſententiam tanquam communem latè defendit *Joann. Anton. Cannet. in repet. conſtit. Friderici II. c. ſi aliquem. verſ. ſed non ſic facilè.*

Hæc ſunt, quæ in materia iſta ſecundum jus commune feudorum ab interpretibus tradita reperiuntur: de quibus prius, quàm animi noſtri interponamus judicium, paucis, quid jure noſtro Saxonico hac de re cautum ſit, tum ſit, videbimus.

Nam † eo jure, id quod rarum 18
eſt, longè planiorem quæſtio iſta habet determinationem. Wird ein Kind gebohren (inquit text. *in art. 4. lib. 1 ſpecul. Sax.*) ſtumm / ſinn oder witzloß / oder blindt / oder ſonſt unvollkómlich an ſeinem Leibe / daß iſt wol Erbe zum Landrecht / aber nicht zu Lehenrecht. Hette aber ein Man Lehen empfangen / ehe er ſo gebrechlich worden were / das verleuſt er damit nicht. Der auſſetzige Man der empfehet gleicher weiſe auch kein Lehen / noch kein Erbe / hat er aber das empfangen vor der Seuche / und wird darnach ſiech / er behelt es / und vererbet es auch / als ein ander Man. Id eſt, ut in Latino textu habetur: Si eveniat, quod puer ſurdus, aut mutus, aut altero aut utroq; pede, aut manu carens naſcatur: talis jure civili hæres exiſtere poteſt, ſed non jure feudali. Si autem feudum ante, quàm hujuſmodi impedimentum illi obveniſſet, ſit ſortius, propter ſuperveniens impedimentum id, quod jam acquiſitum ſibi habet, non amittit, quod ſimiliter de leproſo homine aſſerimus. De eadem re *in cap. 30.* Lehnr. habentur hæc verba: Man mag auch niemand ſein Lehen nemen darumb / ob er blind iſt / oder aber eines Gliedes darbet / noch umb keiner Handtſeuche. Ex quibus verbis primò colligitur hæc concluſio, Quod is, qui naturà ſurdus, mutus, vel alioqui imperfectus natus eſt, ad feudi ſucceſſionem non admittatur. In quo quidem jus Saxonicum cum jure communi optimè convenit: quamobrem etiam omnes illas limitationes & declarationes, quas ex jure communi ſuprà circa regulam iſtam adduximus, recipiet.

Secundò † his verbis diſertè pro- 19
batur, quod is, qui ex ſuperveniente aliqua calamitate mutus, ſurdus, vel alioqui minus idoneus factus eſt, propterea feudum, de quo jam inveſtitus fuerat, non perdat. Et hoc etiam, quatenus de feudo paterno intelligitur, congruit opinioni Alvarotti, & reliquorum, qui

Nam textus in primo reſponſo apertè indicat, cum etiam ibi verba facere de vaſallo, qui natus imperfectus eſt, in verbis, (*etiam ſi ſic natus fuerit*) quæ verba luce meridiana ſunt clariora.

16 Alii † igitur contrà arbitrati ſunt quod etſi quis non naturà, ſed ex accidenti ſurdus, vel mutus factus ſit, ita ut ſpes nulla ſit convaleſcentiæ, feudum tamen perinde, ác ſi ita natus eſſet, amittat. Hoc ſenſit *Jacob. de Beluiſ. in d.* §. *mutus Epiſcop. vel abb. verſ. quæritur de quo muto*, dum ibi ait, ſi textus ille intelligendus ſit de feudo paterno, quod tum nihil referat, utrum à natura, vel ex accidenti mutus ſit His enim verbis ſatis innuit, etſi ex accidenti quis mutus ſit, tamen ſecundùm regulam illius textus feudum retinere eum non poſſe. & licet paulò poſt *in verſ. ultimo* opponitur, contrà diſtinguat inter feudum novum & paternum, præſupponens, mutum vel aliàs imperfectos feudum paternum retinere poſſe: hoc tamen facit ſecundum primam opinionem relatam *in tit. an mut. vel imperf.* quam deinde ibidem improbat. ideòque in illis verbis non diſtinguit inter vitium fortuitum & naturale: ſed generaliter loquitur etiam de vitio naturali, hoc ipſo denotans, eum tantummodo hæc ita proponere, præſuppoſita opinione prima, quam deinde rejicit. Idem clarius docuit *Andr. de Iſern. in d.* §. *mutus & in d. tit. an mut. vel alii. imperfect. quem ſequitur Matth. de Afflict. ibid.* qui inde *in d.* §. *mutus n.7.* generaliter concludit, quod mutus ſive naturâ, ſive ex poſt facto, tàm in feudo novo quàm paterno non poſſit feudum retinere, ſi domino non placuerit, addens ex auctoritate Andr. de Iſern. in materia iſta hoc tenendum eſſe, cum ſit Evangelium. Hanc opinionem acriter propugnat *Sonsbecc. part. 12. nu. 133.* quem imitatus eſt *Joan. Thom. de Marin. in tit. 2. de feud. & ex pacto & provid. antiq. nu. 134. verſ. quando feuda extra noxam*, qui ait, Alvarottum aliter ſentientem ſuo judicio craſſe, & errandi cauſam præbuiſſe Zaſio, qui ipſum ſecutus eſt. Idem amplexus eſt *Joan. de Socar. in conſuet Catalon. in c. vaſallus nu. 54. verſ. quando habet locum. cum ſeq. Barbat. in tractat. de præſtant. Cardin. in 5. quæſt. primæ partis: quos refert Joan. Bologent. in d conſ. 4.* Ut proinde ſi auctoritatibus pugnandum, & hæ cum illis, quas primo loco recenſuimus, componendæ ſint, verendum, ne hæ potiores eſſe debeant. Quanta enim Andr. de Iſern. & Jacob. de Belu. utpote vetuſtiſſimorum & claſſicorum interpretum juris feudalis ſit auctoritas, quantumq; ipſis in opinionum conflictatione tribui ſoleat neminem latere arbitror. Nituntur autem potiſſimum ratione, ob quam imperfectum nòn poſſe feudum retinere ſuprà diximus, quam etiam expreſſis verbis conſiderat text. *in d. tit. an mut. vel imperf.* quia videlicet ſervire non poteſt. Hæc enim ratio non ſolum in vitio naturali, ſed etiam in accidentali locum obtinet. Par igitur eſt, ut utrobique eadem ſubſiſtente juris ratione, idem etiam jùs ſtatuatur, *ut latius declarat. Iſern. in d.* § *mutus & plurimum urget Joan. Anton. Cannet in repet. c. ſi aliquem verſ. ſed non ſic facilè diſſolvitur*, inde inferens, cum ratio iſta ſit expreſſa in textu, imperfectum ideo privari feudo, quia ſervire non poteſt, quod in quocunque caſu, & in quacunq; perſona, in qua non eſt potentia ſerviendi, ſive naturâ ſive ex accidenti, vendicet ſibi locum *d. tit. an mut. vel ali. imperf* quia ratio legis eſt mens ipſius legis, & eſt ſicut anima in ipſa lege, & verbum ſicut corpus & ſuperficies, *ut ſcribit. Bald. in l. ſi quis ſervo. col. fin. verſ. ex his apparet. C. de furt. cum aliis congeſtis per Tiraquell. in tractat. ſucceſſante cauſa. in 1. part. n. 134.*

Deinde in hanc ſententiam affertur, quod de feudo novo communiter receptum eſt, iſtud propter vitium ex accidenti ſuperveniens amitti. quare idē in paterno admittendum: cum, ut ait

Sonsbecc. utrobique eadem planè ſit ratio, nec poſſit vera dari differentiæ cauſa. cujus ſaltem ipſe non poſſet eſſe legitimus & acris impugnator. Quinimo ratio, quæ efficit, ut feudum novum proprio facto quæſitum ob vitium adventitium amittatur, longè magis videtur procedere, atque vigere in feudo antiquo, quod nullo noſtro proprio facto, ſed ſolum ex pacto an-
17 teceſſorum ad nos pertinet, quia † propria proviſio validior eſt, quàm proviſio alterius, *ut dicit. Jacob. de Beluiſ. in d. tit. an mutus arg. l. ſi cum militi. de compenſat. & §. ex conditionali. inſtit. de verb. obl. l. unic. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. toll.* & magis dicitur meum, quod propria virtute acquiro, quàm illud, quod per ſucceſſionem paternum, *ut per not. gl. in l. antepen. de capt. & poſtlim. reverſ. ait Andr. de Iſern. ibid. quem refert. & ſequitur Mattha. de Afflict. nu.* 3. Addit pro hac ſententia Sonsbec. id, quod de clerico in textu noſtro ſubjungitur. Huic enim ex accidenti defectum contigiſſe, nemo negare poterit: & tamen nihilominus propter hunc defectum fortuitum feudum amitt. *c. 1. de vaſall. milit. qui arm. bell. depoſ.* Quare vel ex hoc ipſo evidens eſt, nullum hoc caſu inter eum, qui natura, vel ex accidenti imperfectus eſt, conſtituendam differentiam, ſed generaliter concludendum eſſe, eum, qui vel à natura, vel ex accidenti imperfectus eſt, feudum tam paternum, quàm novum amittere. Id quod tenuit etiam *Eguinar. Bar. in d. c. 1. §. fin. Epiſcop. vel abb. & in c. 1. an mut. vel ali. imperf.* & hanc ſententiam tanquam communem latè defendit *Joann. Anton. Cannet. in repet. conſtit. Friderici II. c. ſi aliquem. verſ. ſed non ſic facilè.*

Hæc ſunt, quæ in materia iſta ſecundum jus commune feudorum ab interpretibus tradita reperiuntur: de quibus prius, quàm animi noſtri interponamus judicium, paucis, quid jure noſtro Saxonico hac de re cautum ſit, tum ſit, videbimus.

Nam † eo jure, id quod rarum eſt, longè planiorem quæſtio iſta habet determinationem. Wird ein Kind gebohren (inquit text. *in art. 4. lib. 1. ſpecul. Sax.*) ſtumm / ſinn oder witzloß / oder blindt / oder ſonſt vnvollkömlich an ſeinem Leibe / daß iſt wol Erbe zum Landrecht / aber nicht zu Lehenrecht. Hette aber ein Man Lehen empfangen / ehe er ſo gebrechlich worden were / das verleuſt er damit nicht. Der auſſetzige Man der empfehet gleicher weiſe auch kein Lehen / noch kein Erbe / hat er aber das empfangen vor der Seuche / vnd wird darnach ſiech / er behelt es / vnd vorerbet es auch / als ein ander Man. Id eſt, ut in Latino textu habetur: Si eveniat, quod puer ſurdus, aut mutus, aut altero aut utroq; pede, aut manu carens naſcatur: talis jure civili hæres exiſtere poteſt, ſed non jure feudali. Si autem feudum ante, quàm hujuſmodi impetimentum illi obveniſſet, ſit ſortius, propter ſuperveniens impedimentum id, quod jam acquiſitum ſibi habet, non amittit, quod ſimiliter de leproſo homine aſſerimus. De eadem re *in cap. 30.* Lehnr. habentur hæc verba: Man mag auch niemand ſein Lehen nemen darumb / ob er blind iſt / oder aber eines Gliedes darbet / noch vmb keiner Handtſeuche. Ex quibus verbis primò colligitur hæc concluſio, Quod is, qui naturà ſurdus, mutus, vel alioqui imperfectus natus eſt, ad feudi ſucceſſionem non admittatur. In quo quidem jus Saxonicum cum jure communi optimè convenit: quamobrem etiam omnes illas limitationes & declarationes, quas ex jure communi ſuprà circa regulam iſtam adduximus, recipiet.

Secundò † his verbis diſertè probatur, quot is, qui ex ſuperveniente aliqua calamitate mutus, ſurdus, vel alioqui minus idoneus factus eſt, propterea feudum, de quo jam inveſtitus fuerat, non perdat. Et hoc etiam, quatenus de feudo paterno intelligitur, congruit opinioni Alvarotti, & reliquorum,

qui

qui exiſtimarunt, etiam jure communi vitium fortuitum obſtaculo non eſſe, quò minus quis feudum retinere poſſit: ut proinde jure Saxonico ſententia Andr. de Iſer. aliter ſentientis hoc quidem caſu, quando poſt acquiſitionem morbus ſupervenit, locum ſibi vendicare non poſſit. Eſtq; hoc loco notatu dignum, quod jus Saxonicum potiſſimum conſiderat, quem de feudo jam inveſtitum fuiſſe, & inveſtituram impetraſſe, ibi: **Hette aber ein Man lehen empfangen.** Item, **empfehet gleicher weis auch ſein lehen.** Item ibi: **Hat er aber das empfangen.** Nam ex verbis hiſce tam ſæpe iteratis evidens eſt, omnem hujus deciſionis rationem in eo conſiſtere, quod vaſallus, qui deinde minus idoneus factus eſt, inveſtituram feudi jam impetraverat, ne videlicet is, qui ſemel de feudo inveſtitus, & pro vaſallo receptus eſt à domino, ex caſu, qui præter ejus culpam contigit, eo privetur.

20 Ex † quo porrò ſequitur, concluſionem iſtam non ſolùm in feudo paterno, ſed etiam in feudo novo admittendam eſſe, ut nec iſtud, poſtquam ſemel eſt acquiſitum, propter vitium ſuperveniens amittatur. Hoc enim ratio, quam jus Saxonicum in propoſito conſiderat, nempe feudum jam eſſe acquiſitum, exigit. Deinde idem poſtulant verba *d. art. 4. lib. 1. ſpec. Saxon.* præſertim verò *cap. 30.* **Lehnrecht**/ quæ cum admodum generaliter ſint concepta, & tam feudo novo, quàm feudo antiquo conveniant: par eſt, ut de utroq; etiam feudorum genere generaliter intelligantur. *l. 1.* §. *generaliter de leg. præſtan.* Non itaque jure Saxonico locum habebit id, quod ab interpretibus communiter exiſtimatum eſt, feudum novum eum, qui ſuperveniente aliqua calamitate mutus factus eſt, retinere non poſſe, ut ſuprà in prima concluſione diximus. Nam jure Saxonico rem aliter ſeſe habere, ex verbis *d. art. 4. & d. cap. 30.* manifeſtum eſt.

21 Tertiò † ex his, quæ hactenus diximus, hæc etiam elicitur concluſio, ſi quis prius, quã de feudo inveſtiatur, mutus, ſurdus, vel alioqui inhabilis etiã ex accidenti caſu factus, atque idcirco jam eo tempore, quo primò feudum ad eum devolvitur, imperfectus repertus fuerit, quod tum ob vitium ejuſmodi, quamvis adventitium ſit, *ad feudi ſucceſſionem non admittatur. Hoc* enim probatur ex eo, quod, ut diximus, jus Saxonicum de vitio fortuito loquens, uſque adeò exactè perpendit, utrum prius, quàm morboſus quis factus fuerit, feudum acquiſierit, nec ne. Nam hinc ſanè perſpicuum eſt, ſi ante, quàm de feudo inveſtiretur vaſallus, loquendi facultatem amiſiſſet, quod tum à feudo jure removendus eſſet. Deinde hoc etiam dilucidius apparet ex eo, quod de leproſo ibi diſertè dicitur, eum, licet feudum acquiſitum retinere queat, tamen ad feudi ſucceſſionem admittendum non eſſe. Lepra enim, quam plerunque homines intemperantia victus ſibi attrahunt, magis refertur ad morbos caſu obtingentes, quàm inter defectus à natura inſitos. Et ſecundùm iſta, opinio Andreæ de Iſern. exiſtimantis, ob fortuitum impedimentum quem feudum retinere non poſſe, jure Saxonico eatenus locum habebit, ne quis tali vitio impeditus feudum ſucceſſione acquirere poſſit.

Contra verò opinio Alvarotti jure Saxonico reſtringenda eſt, ut, licet procedat in feudo acquiſito, non tamen locum obtineat in feudo acquirendo.

Poteſtque ejus, cur impedimentum iſtud obſtet feudo acquirendo, non autem acquiſito, probabilis diverſitatis reddi ratio. Nam etſi is, ad quem feudum ſucceſſionis jure devolvitur, ex pacto anteceſſorum ſuccedendi ſpem nactus eſſe videatur, hoc tamen ipſum pactum anteceſſorum, quo potiſſimum nituntur interpretes, hanc tacitam cenſetur habere annexam conditionem, ut tantummodo ad ſucceſſo-

res

res habiles & idoneos reſpectum habuiſſe contrahentes intelligantur: quippe cum quævis diſpoſitio de habilibus accipienda ſit. *l. ut gradatim.* § *1. de muneris & honor. l. ſi ſe* §. *condemnatum de re judic. l. rei. de.* §. *fin. pœn. l. 1.* §. *fin. in fin. ad SC. Tertull.* Cum itaque ſucceſſionis tempore inhabilis reperiatur, ſive id naturà, ſive caſu contigerit, nullam tamen juſtam conquerendi cauſam habere poterit, ſi dominus, qui feudum duntaxat ſucceſſoribus habilibus conceſſit, illum admittere noluerit. At quando quis de feudo jam eſt inveſtitus, & dominus eum ſemel vaſallum agnovit: tum, etſi ex caſu quodam ſuperveniente inhabilis reddatur, æquitatis tamen ratio ſuggerit, ne dominus id, quod præter culpam vaſalli evenit, ipſi imputet, nevè afflicto afflictionem addat. *l. Divus de d offic. præſi. l. tam dementis. C. de epiſcop. aud. l. antepen. C. de pœn. l. navis onuſtæ.* §. *quid ergo. ff. ad l. Rhod. de jact. l. fin.* §. *fin. de aminiſt. tut.* ſed potius hunc diverſæ fortunæ caſum patienter ferat, atq; concedat, ut vaſallus interim per ſubſtitutum militaria præſtet ſervitia, quemadmodum paulò poſt latius demonſtrabimus. Ut ita mirum non ſit, in uno caſu magis, quàm in alio naturale impedimentum obſtare. Cumque hæc ita jure noſtro Saxonico clarè definita ſint, & probabili ſuffulta ratione: cauſam nullam video, cur non in foro Saxonico hanc juris noſtri deciſionem ſectari velimus, quicquid alioqui juris communis ratio, & cōmentatorum doctrinæ exigant: cum præſertim nihil pene certi in materia iſta jure communi nobis relictum ſit, atq; inſuper pleraq;, quæ ab interpretibus tradita ſunt, diſpoſitioni juris Saxonici conveniant, certis tamen reſpectibus paulò ante à nobis conſideratis.

Quinimo de hac juris Saxonici diſpoſitione & ratione ejuſdem diligentius cogitanti mihi venit in mentem, an non idem, quod Saxonum moribus receptum eſt, etiam ex jure communi feudorum aſſerere & defendere liceat?

Et † hoc quidem, ad eum qui mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus natus eſt, quod attinet, expeditum eſt, cum non ſolum Saxonico, ſed etiam communi jure à feudo penitus removeri, quemadmodum ex textu *in d. tit. an mut. vel ali. imperf.* & communiter recepta interpretum doctrina ſuprà firmavimus. Id modò, ut noſtram etiam (quod hucuſq; reſervavimus) adhibeamus Minervam, hoc loco pro pleniori intellectu illius textus monendum, pleroſque interpretum opinantes auctorem illius textus fuiſſe Obertum, hinc exiſtimaſſe, opinionem illam, quæ primo loco refertur, minimè per ſequentia verba corrigi. Ex quibus aliqui putarunt, tantum abeſſe, ut verba finalia illius tituli corrig. præcedentia, ut ea potius ita accipienda ſint, quaſi Obertus & Gerardus duntaxat, referant opinionem quorundam ita ſentientium, imperfectum natum retinere feudum non poſſe, eandem verò minimè approbent, ſed potius in ſententia relata in princip. illius tituli perſiſtant, & quod propterea, improbata poſteriore ſententia, prior ſit amplectenda, atque hinc concludendum, ejuſmodi imperfectos etiam naturà in feudo ſuccedere, *ut ſenſit Joan. Bolognet in conſ. 4.* motus hac ratione, quoniam, cum opinio iſta à Gerardo & Oberto, quorum tanquam compilatorum juris feudalis maxima fuit auctoritas, approbata, & inſuper, ut ait textus, ab aliis confirmata fuerit: veriſimile non eſt, paucorum ſententiam, quæ in fine refertur, claſſicis his auctoribus prævaluiſſe: cum præſertim in more poſitum fuerit Oberto, poſteriore loco illam recenſere opinionem, quam improbare voluit. Conſiderans etiam pro interpretatione iſta, *numero. 117.* quoniam ratio, qua nituntur ſecundæ opinionis aſſertores, quia vide-

videlicet talis natus ſervire non poteſt manifeſtè eſt, nam, *inquit*, ipſa rei evidentia demonſtrat, etiam cœcum, ſurdum, mutum, maximè verò claudum ſervitia militaria præſtare poſſe, ut pluribus exemplis ipſe confirmat. Non igitur veriſimile eſt, auctorem juris feudalis opinionem tàm falſa ſubnixam ratione approbaſſe. Addit prætereà id quod pro confirmatione rationis ſubjungitur de clericis & fœminis, prorſus ineptum eſſe. Nam cum hæ perſonæ ſervire omnino non poſſint: minimè ab hiſce ad alios imperfectos argumentum deſumi poſſe. quin hanc opinionem iniquiſſimam eſſe aliquot argumentis oſtendere conatur, *nu. 20.* quæ in utramvis partem exagitat *n. 47.* cumq; iſta magis ex cavillationibus advocatorum cauſis inſervientium ſint deſumta, quàm ut ad eruendam veritatem valde prodeſſe poſſint, neque admodum urgeant contra manifeſta verba textus, de quibus mox dicturi ſumus: ideo iſta omnia recenſere ſupervacaneum eſſe arbitror. Quia verò huic opinioni plurimum refragatur textus *in c. mutus Epiſc. vel abb.* ubi diſertis verbis diſponitur, mutum feudum retinere non poſſe: ideo plurimum in eo deſudat, quemadmodum illi textui ſatisfiat, uſque eò, ut non erubeſcat (tantum valet contentionis ſtudium) aſſeverare, vanam eſſe & irrationabilem illam diſpoſitionem, & propterea ab hominibus recta ratione utentibus minimè curandam, ſed penitus rejiciendam. Cumq; videat nimis arrogans, & tantum non ineptum hoc eſſe: comminiſcitur diſſolvendi rationes, quibus tamen etiam facili negocio reſponderi poteſt: & tandem in eo reſidet, ut cum multis exiſtimet, *d. §. mutus* tantummodo in feudo novo locum obtinere. Verum nos infrà demonſtrabimus, textum illum etiam de feudo paterno intelligendum eſſe ut proinde, ſi tit. *an mut. vel ali. imperf.* ita interpretari voluerimus, quaſi prior opinio, reprobata poſteriore, tenenda eſſet, tanta inter hæc duo jura oriretur contrarietas ut nulla commoda ratione conciliari poſſent: & quod conſequens eſt, huic interpretationi minimè ſubſcribendum ſit.

Quamobrem alii amplectentes quidem poſteriorem ſententiam relatam *in d. tit.*; & congruentem *cum d. §. mutus*, in eo laborarunt, quo pacto verba illius textus ita interpretarentur, ut neutra opinio rejiceretur, vel corrigeretur, ſed tàm primæ quam ſecundæ certis reſpectibus ſuus relinqueretur locus: quippe cum, *ut ait Alvarottus*, veriſimile non ſit, Obertum opinionem ſuam ideo referre voluiſſe, ut eam tanquam falſam rejiciat: ſed credibile potius ſit, eum tanquam auctorem illius textus hanc ſuam opinionem maximè ſtabilire voluiſſe. Ideoque varias comminiſcuntur interpretationes, quibus utranq; opinionem defendere, atq; tueri poſſint. Quidam enim principium illius textus interpretati ſunt de feudo paterno: ſecundum verò reſponſum de feudo novo, *ut Jacob. de Beluiſ. in §. mutus verſic. ultimò opponitur, & Nicol. de Neapol. quem refert Alvarottus.* Sed huic interpretationi adverſatur, quod ſecundum reſponſum loquitur de eo, qui mutus natus eſt. Certum eſt enim, ſi dominus illi qui mutus natus eſt, ſciens feudum novum conceſſerit, quod is feudum retinere poſſit. Non igitur de feudo novo reſponſum iſtud intelligi poterit, ſed potius de feudo paterno, quod ſucceſſionis jure devolutum erat ad hunc imperfectum, ut interim omittam rationes, quibus *Andr. de Iſern.* oſtendit, data paritate terminorum, idem juris eſſe in feudo novo & paterno.

Alii itaq; primum reſponſum intellexerunt de impedimento temporali: poſterius verò de perpetuo, quos refert *Andr. de Iſern.* Sed huic interpretationi eddiſertè dicitur de eo, qui ſic natus ſuiam repugnat id, quod in prin-

principio diſertè dicitur de eo, qui ſic natus fuerit. Quæ enim naturâ inſita ſunt, non ſolent eſſe temporalia. ideoq; illam meritò improbat *Bolognet. in d. conſ. 4. n. 124. Jacob. de Belviſ.* principium interpretatus eſt eo de caſu, quo per ſubſtitutum ſervitium præſtari poteſt: alterum verò, quando ſubſtitutus non admittitur. Verùm hæc interpretatio præterquam quod multa ſuppleat, non ſatis convenit verbis textus & naturæ feudorum, quæ eſt, ut ſubſtitutus regulariter non admittatur: meritò itaque eandem rejicit Alvarott. *Andr. de Iſern.* verò primum reſponſum accepit eo de caſu, quo dominus hanc conceſſit gratiam imperfecto, ut feudum retinere poſſit. Sed hoc etiam tanquam magnam continens divinationem rectè improbat Alvarottus. Is autem intellexit iſtud de vitio fortuito: Verùm hoc etiam, ut animadvertit Sonsbeccius, directò adverſatur illis verbis, etiamſi ſic natus fuerit. ut proinde nulla ex his tam variis interpretationibus rectè ſubſiſtere poſſit.

Quamobrem non dubito affirmare, opinionem primo loco relatam, quatenus de eo, qui ſic natus fuit, loquitur, improbari, atq; corrigi, vel ſaltem reſtringi per ſecundam, ne locum habeat in imperfecto, qui ſic natus eſt, quemadmodum docuit *Jacob. de Belviſ. in princ. & ſenſit etiam Andr. de Iſern. in fin. & ſequitur Joan. Ant. Cannet. in d. c. ſi aliquem verſ. ſed non ſic facilè diſſolvitur*, quam interpretationem communiter teneri dicit *Joan. Bolog. in conſ. 4. n. 35. & n. 122.* addit, hanc interpretationem tanquam communem in judicando ſequendam eſſe. Nec quicquam obſtat conſideratio Alvarotti & Bologneti: quoniam minimè concedimus, auctorem illius textus fuiſſe Obertum

(*h*) (*h*) ſed potius aſſeveramus, incertum eſſe auctorem illius tit. ut ex hoc ipſo evidens eſt, quoniam JCtus ibi utitur auctoritate Oberti & Gerardi, quod abſonum planè foret, ſi verba illa eſſent Oberti. Idq; ſenſit etiam Cujacius. Js enim uſus feudorum in quatuor diſtinxit libros. Et primi auctorem nominat Gerardum nigrum: ſecundi & tertii Obertum: quartum verò, in quem hunc textum refert, ex variis & incertis auctoribus eſſe congeſtum, & plurima juris feudalis reſponſa aliorum potius eſſe JCtorum, de quorum nominibus non ſatis conſtat, quàm vel Gerardi, vel Oberti, docuerunt *Duarenus cap. 1. n. 4.* inde librum feudorum *ἀνώνυμον*, & rhapſodiam quandam appellans: idque comprobat etiam Hotoman. Quid igitur impedit, quò minus auctor illius textus, relata opinione Oberti aliam deinde referat ſententiam, & rejecta prima, adſtipuletur poſteriori? & per conſequens fruſtra in Oberto ſibimetipſi conciliando laborarunt interpretes, *& poſt eos Joan. Anton. Cannet. in d. c. ſi aliquem: & Joan. Bologn. in d. conſ. 4.* Majorem ſcrupulum movet, quod, ut in principio monuimus; hoc loco refertur opinio Gerardi, quaſi exiſtimaverit, mutum feudum retinere poſſe, cum tamen contrarium ipſemet docuerit *in d. §. mutus*. Non enim ſatisfaceret, ſi quis id, quod *in d. §. mutus:* de feudo novo, hoc verò de feudo antiquo interpretari vellet. Nam quidam textum *in d. §. mutus.* de feudo etiam antiquo explicuerunt: & cum ita intelligendum eſſe, nos paulò poſt oſtendemus. Ideoque Hotomanus inde colligit, librum primum feudorum non omnino eſſe Gerardi, ſed aliorum etiam JCtorum reſponſa in eum eſſe relata, quo dato, facilis eſſet ſolutio. Sed etſi librum iſtum cum Cujatio & aliis Gerardo adſcriberemus, tamen cum, ut diximus, textus *in d. tit. an mutus.* incerti ſit auctoris: non videtur anxiè curandum, quomodo aliorum mentem ſive bene ſive malè perceperit, ſed potius ſtandum illi, quod Gerardus ſuam ipſius proferendo ſententiam profeſſus eſt. Poteſt etiam huic rei cauſam præbuiſſe, quod Gerardus,

 ardus,

Digitized by Google

ardus, licet putaverit ob vitium naturale feudum amitti, nihilominus tamen conceſſerit, vitium ex accidenti obveniens impedimento non eſſe: & quod auctor tit. *an mutus vel aliàs imperf.* ob hoc ipſum auctoritate ſua in primo reſponſo uſus fuerit. quatenus videlicet de imperfecto ex accidenti loquitur: cum præſertim ex verbis illis (*etiamſi ſic natus fuerit*) manifeſtum ſit, eum in principio non ſolum de naturâ mutis, ſed de illis, qui ex morbo quodam muti facti ſunt, verba facere, quemadmodum paulò poſt explicabimus. Et de intellectu hujus textus hactenus. Quo ita poſito, videlicet prima opinione reprobata alteram amplectendam eſſe, textus iſte luculenter probat, eum, qui naturâ mutus eſt, feudum retinere non poſſe, atq; adeò jus commune feudorum tàm cum Saxonicis legibus in hoc quidem articulo, quàm etiam ſecum ipſum optimè conveniet. Fruſtra igitur deſudavit Bolognetus, quemadmodum hunc tit. *an mutus & c.* cum *d.* §. *mutus*: conciliaret cum juxta interpretationem noſtram utrobique idem diſponatur. Nec quicquam obſtat auctoritas Oberti & Gerardi, qua priorem opinionem tueri conatur Bolognet. Nam, *ut ait Cuiatius lib. 1. tit. 12.* non illi duo ſoli ea ætate juris fuere antiſtites, ſed & plerique alii cum honore, tum nomine clariores, ut Bulgarus, Martinus, Jacobus, Hugolinus, quos in conſilio habuit Fridericus Maximus Imperator, ut Radevicus ſcribit Sic cum ſatis jam oſtenſum ſit, text. *d. tit. an mut:* non eſſe Oberti, nihil curandum de ordine, quem in reſponſis ſuis is obſervare ſolitus fuit. Quod verò contra rationem textus affert Bolognetus, id levius etiam eſt, quàm ut verba tam manifeſta impugnare queat. Nam etſi quandoque contingere poſſit, ut ejuſmodi vitio laborantes prælia capeſſere poſſint: quia tamen plerunq; minus ſunt idonei, quàm alii integris membris præditi, quinetiam ſæpius ad arma gerenda prorſus inepti: feuda verò potiſſimum ob ſervitia militaria concedi ſolent, atque idcirco domini plurimum interſit habere milites ſtrenuos & induſtrios: haud præter rationem à feudis remoti videntur ejuſmodi inhabiles. Ut proinde non videam, quomodo iniquitatis argui poſſit hæc juris feudalis diſpoſitio: cum præſertim à voluntate domini omnino dependeat, quam velit legem dare rei ſuæ, isque feudum concedens ad habiles & idoneos maximè reſpectum habuiſſe cenſeatur, *arg. l. 1. junct. gl. in verb. unuſquiſq. C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. ut gradatim. §. 1. de muner. & honor.* Interim tamen hoc facilè concedimus Bologneto, ſi vitium non eſſet ejuſmodi, ut vaſallum impediret, quò minus ſervitia militaria præſtaret quod tum tali vitio etiam naturali laborans ad feudum admittendus ſit, ceſſante nimirum ratione prohibitionis: quemadmodum etiam ſuprà *n. 16.* monuimus.

Eſt † præterea circa verba *d. tit. an* 14
mutus: notandum, quod textus, dum loquitur de eo, qui talis natus eſt, & per conſequens, qui feudum ipſum acquirere non potuerat, utitur verbo (*retinere*) Nam vel ex hoc ipſo clarum eſt, quod feudum hoc jure retinere is dicatur, ad quem ſucceſſione devolutum erat, licet nondum de eo inveſtitus eſſet: quod pro interpretatione *d. §. mutus:* de qua deinde dicemus, obſervatu dignum eſt.

Secunda etiam concluſio, quam ex jure Saxonico probavimus, quod videlicet feudum vaſallo propter vitium poſt feudum acquiſitum ſuperveniens minimè ſit auferendum, juris communis rationi maximè conſentanea eſſe videtur.

Hæc † enim probatur primò. ar- 15
gumento deſumto à lege ceſſante. Nuſquam enim jure noſtro feudali cautum reperitur, vaſallum, qui poſt feudum

dum acquiſitum mutus, vel alioqui inhabilis eſt factus, propterea feudum amittere. Quamobrem ſine lege temerè aſſeverandum non eſt, cum erubeſcere meritò debeat, qui ſine legis auctoritate aliquid aſſerit. §. *conſideremus. Authen. de trient. & ſemiſſ. l. illam. C. de collat. l. fin. C. und. vi. c. inter corporalia: de transl. epiſc.*

26 Idq; ſecundò in propoſito vel ideo magis locum habet, quia agimus de privatione juris. Nunquam enim privationis pœna locum habet, niſi illa manifeſtè ſtatuta reperiatur. §. *cum igitur. verſ. ſicut enim pactus auth. de non elig. ſecund. nub. l. at ſi quis. §. Divus de relig. & ſumt. fun. not. gl. in c. fin. & ibi Abb. de jur. patron. Bald. in auth. Ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. Alex. in conſ. 103. col. pen. vol. 1. Deci in conſ. 571. n. 10.*

27 Pertinet † huc tertiò generalis illa regula, quæ docet, vaſallum feudo ſemel acquiſito ſine culpa ab ipſo commiſſa privandum non eſſe, *tot. tit. de feudo ſine cul. non amitt.* Certum eſt enim, adverſam veletudinem inter culpam minimè referendam, neq; eo nomine quicquam imputari poſſe vaſallo. Conſectarium eſt igitur, neque etiam vaſallum ob morbum ſupervenientem, quamvis perpetuus is fuerit, feudo jure privari poſſe. Nam ubi nulla præceſſit culpa, ibi etiam nullus pœnæ poteſt eſſe locus. *l. ſancimus. C. de pœn. l. aliud eſt fraus de verb. ſignif.*

28 Quartò † confirmatur concluſio iſta ratione illa generali, quæ docet, inter vaſallum & dominum maximè æquitatem eſſe conſiderandam, ut eſt textus *in c. fin. de prohib. feud. alien. per Lotharium. ubi ho: not. interpretes, & in c. 1. §. prædictis, ibi.* æquitati obſecundari ſolicitus: *quæ fuer. prim. cauſ. beneſ. amitt. & in c. 1. §. ut autem æquitas de pac. jur. fir. ubi Matthæus de Afflict. nu. 5.* ait, æquitatem maximè ſervandam inter dominum & vaſallum: *& in c. 1. ibi, ſed ſecundùm æquitatem dicamus. An maritus ſuccedat uxori in feudo.* Modò ſi æquitatis rationem in conſilium adhibuerimus, nemo inficias ibit, non ſolum valde rigidum, ſed etiam admodum iniquum eſſe, ſi dominus, qui ſemel feudum alicui conceſſit, eundemque vaſallum agnovit, adverſæ fortunæ caſum, quem præſtare nemo poteſt, ipſi imputare, ac propterea feudum auferre vellet: quin potius æquitatis ratio, qua vel maximè vaſallo dominus devinctus eſt, & vice verſa, exigit, ut dominus commiſeratione ductus, vaſallo adverſa valetudine afflictò ſuccurrat, atque æquo ferat animo, ut interim ſervitia, quæ morbo impeditus ipſe præſtare non poteſt, per ſubſtitutum expediat. Secundum hanc igitur æquitatis rationem exiſtimandum erit, vaſallum, qui poſt feudum acquiſitum, morbo ſuperveniente, mutus, vel aliàs inhabilis factus fuerit, feudum propterea non amittere, ſed per ſubſtitutum ſervire poſſe: cum præſertim, ut dictum eſt, jure noſtro feudali nuſquam cautum reperiatur, quod vaſallus propter impedimentum caſu ſuperveniens feudum amittat.

Nam † ubi jure deſtuimur, ibi maximè æquita ſpectanda eſt. 29
l. 2. §. idem Varus: de aqua pluv. arc. uſque eò, ut ſufficiat ad deciſionem cauſarum allegare rationem naturalem. *c. ſecundò requiris de appellat. l. ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſat. tut. l. ſi me & Titium. Si cert. pet. l. ubi autem non apparet. §. illud. ibi: ipſa naturâ manifeſtum eſt. de verb. oblig.* Nam ratio naturalis ad cuncta rectè reſpondet, & vix aliquid reperitur cum ratione naturali pugnans, quod non remordeat conſcientiam, *ut ait Bald. in conſ. 39. incip. Dominus Thomas. lib. 1. quem refert. Cravett. in conſ. 31. n. 5.*

Ideoque † dictum rationi congruum 30
judicem non minus movere debere quam legem ipſam, *dicit Andr. de Iſern. in princ. feud.* quod dictum refert & commendat *Jaſ. in l. quoties. C. de rei vendic.*

Quintò † ſententia hæc magis in ſpe- 31
cie probatur *in § ſed nec alia: quæ fuerit prim. cauſ. beneſ. amit.* dum ibi reſpon-

detur, vaſallum, qui ideo non ſervivit, quia non potuerit, feudum propterea non amittere. Nam ex his verbis manifeſtum eſt, non uſq; adeò rigidè ſervitia requiri à vaſallo, ut non meritò excuſandus ſit, ſi illa non ſponte prætermiſerit, caſu aliquo præpeditus. Id quod tum verè contingit, quando adverſa valetudine conflictatur.

82 Quin † & ipſum fidelitatis juramentum conditionem de poſſibili expreſſè annexam habet. *c. 1. de form fidel. c. 1. de nov. form. fidel.* qua igitur quæſo fronte dominus perſonalia ſervitia ab eo cui per morbum hoc impoſſibile eſt, efflagitare, & hoc prætextu feudum ſemel conceſſum ei auferre poterit? Atque hinc eſt, quod *in c. 1. de feud. ſine culpa non amitt.* dicitur, feudum conditione, cauſa data, repeti poſſe, quando vaſallus ſervire noluerit. Non dicit textus, ſi non potuerit: ſed ſi noluerit, innuens nimirum, tunc demum condictionem locum habere, quando volens & ſponte recuſat ſervitia, ſecus verò, quando morbo impeditus non potuit ſervire.

Sextò pertinet huc etiam vulgata juris regula, quæ docet, id, quod ſemel legitimè factum eſt, ex ſupervenienti caſu retractari, & in irritum vocari non debere. *l. 1. de itiner. act. priv. l. Donationes in concubinam. de Donat.* Nam cum illam ICtus §. *quæſitam ſcio. in cap. extraord.* ad caſum converſum, videlicet ut à feudo etiam idoneus deinde factus quis removeatur, accommodet: multò magis inde inferre licebit, eum, qui ſemel feudum acquiſivit, caſu ſuperveniente, iſto privandum non eſſe.

83 Præterea † hoc ipſum ſatis clarè probat textus *in tit. an mutus vel imperf.* ſi verba ejus penitius conſiderentur. Nam primum reſponſum, quo refertur opinio eorum, qui exiſtimarunt, mutũ, ſurdũ vel alioqui imperfectum, etiamſi ſic natus fuerit, totum feudum retinere duos utique caſus cõprehendit, alterum, qui verbis demonſtratur ad eos pertinens, qui ita nati ſunt: alterum, qui tacitè ineſt, complectens eos, qui non ita nati, ſed ex accidenti morboſi facti ſunt. Nam de hiſce etiam primum reſponſum intelligendum eſſe, 23 apertè denotat dictio (*etiam*) quæ cum ſit implicativa, regulariter caſum magis dubium exprimere, interim verò caſum minus dubium ex propria ſui natura implicare, & his, quæ expreſſa ſunt, includere ſolet, *ut not in rub. C. etjam per procuratorem. Alex. in conſ. 116. col. 4. lib. 2. Aretin. conſil. 62 incip. diligenter : col. 2. Dec. conſ. 690. nu. 13.* Ut proinde primum reſponſum tàm de illis, qui muti & ſurdi nati, quàm de iis, qui ex accidenti morbo ita facti ſunt, intelligendum ſit, quaſi dicat textus: mutum non ſolum eum, qui fortuitò mutus factus eſt, ſed & eum, qui natus eſt, feudum retinere, *ſecund. Obertum & alios.* Deinde verò in ſequentibus verbis opinionem contrariam referens, eo duntaxat de caſu loquitur, quo quis talis natus fuit, atq; interim omittit alterum caſum, qui in primo reſponſo ex natura dictionis implicativæ inerat. Quod procul dubio ideo factum eſt, quia ſolum circa vitium naturale diverſitas opinionum conſiſtit: ad vitium verò adventitium quod attinet, omnes uno ore conſentiunt, iſtud obſtaculo non eſſe, quo minus vaſallus feudum retinere poſſit, quemadmodum etiam animadvertit *Jacob. de Ra. in ſum. tit. Quib. mod. feud. amitt.* inquiens, ne decipiamur, ex caſu in muto ſuperveniente, non ſunt variæ opiniones, *in c. 1.* ſed in muto à nativitate ſit, prout ejus verba refert, *Bald. ibid. col. 1. circa medium.*

Secundùm hanc igitur interpretationem ex verbis illius textus manifeſtum eſt, primam opinionem relatam ibi, catenus tantummodo improbari quatenus de eo, qui ſic natus eſt, loquitur: interim verò quatenus etiam de muto ex accidenti rectè intelligitur, minimè corrigi, ſed approbari potius, &

quod

quod ſequens eſt, vel ex hoc textu ſatis probatur, cum, qui non ita natus, ſed fortuitò mutus factus eſt, jure feudum retinere poſſe. Neq; conſiderationi huic quicquam refragatur, quod *Joann. Anton. Cannetius, in d.c. ſi aliquem. verſ. ſed non ſic facilè diſſolvitur: num.26.* animadvertens, hoc ſententiæ ſuæ plurimum obſtare, reſpondet, verſiculum finalem corrigentem præcedentia eſſe intelligendum ſecundùm ea, quæ corriguntur, atq; hac de cauſa non ſolum de eo, qui imperfectus natus eſt, ſed & de imperfecto ex accidenti, cum de utroq; in præcedentibus dicatur, *arg. auth. de filiis ante inſtrum.dot.natis circa med. not. Bart. in l. nihil: de conjug.lib. cum emanc.*|*Corneus conſil.199. vol. 2.*

Nam argumentum iſtud tum quidem recte procederet, ſi text. *in d. tit. an mut.* in fine generalibus verbis uteretur: tum ſanè meritò de utroque caſu, de quibus in præcedentibus dictum fuerat, intelligeretur. At cum duobus in principio propoſitis in fine de uno tantummodo diſertè dicatur: nemo non videt, argumentum iſtud ad propoſitum noſtrum penitus non pertinere: ſed potius aliam regulam ſuccedere, quæ docet, excluſionem unius eſſe incluſionem alterius. *l. cum prætor. in princ. de judic. l. nam quod liquida. §. fin. de pen. leg. l. Lucius: §. pluribus ad Trebell.* Cumq; verba iſta ſatis clara & manifeſta ſint: his ſanè longè magis inhærendum erit, quam ulli alii quantumvis ſubtili argumentandi rationi. *l. Labeo. §. Idem Tubero: De ſuppellect.leg. l.1. §. is qui navem. de exercit.*

In incertis enim, non in certis locus eſt conjecturis. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. de l.3.*

34 Non obſtant ſententiæ noſtræ ea, quibus nituntur Andr. de Iſern. & ejus aſſeclæ, contra exiſtimantes, vitium fortuitum perinde obſtaculo eſſe vaſallo, ac naturale. Nam etſi verum ſit, vaſallum per vitium accidens non minus impediri, ne ſervire queat, quàm per vitium naturale, ex quo videri poſſet, utrobique eandem ſubeſſe rationem, quæ efficiat, ne vaſallus feudū retinere debeat: tamen ſi quis totum hoc negocium rectius conſideraverit, facilè deprehendet, inter hoſce duos caſus manifeſtam eſſe diverſitatis rationem Nam is, qui imperfectus natus eſt, cum inter ipſū atq; dominum nullū etiamnum negocium geſtum ſit, null o alio jure nititur, quo ad feudum aſpirare poſſit, quàm pacto anteceſſorum. Hoc v. pactū juris interpretatione hanc habet annexam conditionem, ut feudum illis ſucceſſoribus conceſſum eſſe intelligatur, qui ſucceſſionis tempore habiles & ad præſtanda ſervitia idonei reperti fuerint *d.l. ut gradatim. §.1. de muner. & honor. cum ſimil.* Quamobrem pactum iſtud ad eum, qui mutus natus eſt, minimè pertinere, neque is contra dominum ad feudi ſucceſſionem eum admittere nolentem, pacto illo tueri ſe poterit, atque conſequenter omni jure deſtitutus nullam probabilem afferre cauſam poterit, cur dominus illum inhabilem tolerare, & concedere teneatur, ut per ſubſtitutum ſervitia præſtet. Non mirum itaque, cur is tanquam imperfectus & ad ſervitia minus idoneus feudum ob ſervitia conceſſum retinere non poſſit. At quando quis feudum acquiſivit, & inveſtitura impetrata, juramentum fidelitatis præſtitit: tum ex negocio inter dominum & vaſallum geſto hæc inter illos orta eſt obligatio, ut dominus non ſolum vaſallum ſine culpa ab ipſo commiſſa feudo privare non poſſit ſed, etſi caſu aliquo præpeditus ſervire nequeat, æquo tamen animo tolerare, & ſubſtitutum admittere teneatur, ut paulò ante probavimus. Quamvis igitur ex morbo ſuperveniente minus idoneus factus fuerit, ut ipſe amplius ad ſervitia ſit inutilis, non tamen propterea feudum ipſi jure auferri poterit.

Nam etſi feudum eam ob cauſam conceſſum ſit, ut ſerviat vaſallus: non tamen adeò duris, atq; arctis legibus devinctus eſt, ut, ſi caſu aliquo impediatur, non ipſi integrum eſſe debeat per ſubſtitutum ſervitia præſtare. *c. ſi quis deceſſerit: ſi de feud. fuer. controverſ. cap. 1. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frederic.* quippe cum hoc non ſolùm æquitatis ratio ſuprà conſiderata exigat, ſed & ipſum fidelitatis juramentum hanc habeat annexam conditionem, quatenus poſſibile fuerit. *c. 1. de form. fidelita.*

35 Ex † quo etiam id, quod ſuprà dictum fuit, dominum, qui feudum concedit, perſonæ induſtriam eligere, ac propterea vaſallum per ſubſtitutū ſervire non poſſe, intelligendum eſt, quatenus ſervire poſſibile ipſi erit. *d. §. ſed nec alia quæ fuer. prim. cauſ. benefic. amitt.* ut proinde manifeſta inter hoſce duos caſus ſubſiſtente ratione, omnes illæ cauſæ, ob quas naturâ mutum ad feudum non admittendum ſuprà oſtendimus, ad hanc ſpeciem facti, quando ex accidenti quis poſt feudum acquiſitum mutus factus eſt, minimè pertineant, neque huic noſtræ ſententiæ quicquam obſtent: ac propterea etiam conſideratio Cannetii, quam ex ratione tradita *in d. tit. an mut. vel imperf. ibi, quia ſervire non poſſunt,* pro ſententia contraria urget, facilè corruat: ut ex jam dictis manifeſtum eſt. Ad alterum argumentum à feudo novo deſumtum quod attinet, fateor, ſi conceſſerimus, feudum novum ob morbum ſupervenientem auferri, hanc noſtram concluſionem ægrè ſuſtentari poſſe, cum, *ut ait Sonsbeccius:* nulla poſſit probabilis reddi diverſitatis ratio. Sed nos infrà contra firmabimus, mutum ex accidenti etiam feudum novum jure retinere poſſe: quo probato, argumentum iſtud facilè corruet. Quod tandem de clerico in medium affert Sonsbeccius, id à propoſito etiam noſtro ſeparatam penitus habet rationem.

Nam † cum ſacri ordines ſponte ſuſcipi ſoleant, eſt quod jure imputari poſſit vaſallo, cur clericus factus arma deponere maluerit, quàm debita ſervitia præſtare: cum è converſo in caſu, de quo à nobis ſermo inſtitutus eſt, omnis culpę expers ſit vaſallus. Non itaq; à clerico ad vaſallum adverſa valetudine utentem argumentum rectè depromi poterit. Quibus deniq; omnibus motus planè in eam ſententiam devenio, ut cum Alvarotto & reliquis ejus adſtipulatoribus exiſtimem, etiam ſecundùm jus commune feudorum vaſallum, qui poſt feudum acquiſitum ex ſuperveniente morbo mutus, ſurdus, vel alioqui inhabilis ad ſervitia factus fuit, nihilominus feudum retinere, & per ſubſtitutum ſervitia exequi poſſe, reprobata opinione Andr. de Iſern. 36

Videndum † nunc eſt, an idem etiam locum habeat in feudo novo. Nam cum omnes interpretes uno ore contrà ſentiant, feudum novum ob vitium ex accidenti ſuperveniens amitti, ita interpretantes textum *in d. §. mutus:* difficilè ſanè erit, aliud perſuadere illis, qui opinionibus magis, quàm recta ratione nituntur. Sed ſi remotis præjudiciis id, quod maximè verum eſt, ſectari volumus; non dubito etiam de feudo novo idem, quod hactenus probavimus, affirmare. Nam omnes illæ rationes, quibus oſtendimus, vaſallum ex accidenti mutum factum, feudum retinere, etiam locum ſibi vendicant in feudo novo, neque ſtantibus illis fundamentis, ulla probabilis reddi poterit diverſitatis ratio. Par igitur eſt, ut utrobiq; idem jus ſtatuatur. *l. illud. ad l. Aquil. & l. ſi Titio. de verb. oblig.* Nec quicquam refert, quod, *ut Bald. & reliqui putarunt;* in feudo antiquo duplex accedit vinculum, quod in feudo novo non æquè conſiderari poteſt. Nos enim ſententiam noſtram minimè ex duplici vinculo, ſed aliis ſolidioribus fundamentis ſtabilivimus. Non igitur ex conſideratione iſta labefactari,

[...]ctari , vel infringi poterit. Movet me etiam,quod,ſi in feudo novo aliter diceremus, tum ſanè vel in feudo paterno contra omnem tàm juris, quàm æquitatis rationem idem eſſet admittendum, nulla probabili ſubſiſtente diverſitatis cauſa : vel ſi aliud in feudo novo, quàm in paterno ſtatuere voluimus, tanta rationum & concluſionum inde deſcendentium introduceretur contrarietas, ut concilari penitus non poſſent, ſed materia iſta omnino confunderetur,quemadmodum interpretibus contigiſſe videmus: cum è contrario, ſi hanc ſententiam amplexi fuerimus, omnia ſibi optimè conſtent,& res plana & expedita reddatur. Potius igitur veram rationem ſecuti huic ſubſcribemus doctrinæ, à qua etiam non fuit alienus *Paulus Picus in d.* §. *mutus:* qui licet textum illum de feudo novo, & morbo poſt iſtud acquiſitum interveniente interpretetur : nihilominus tamen *nu. 11.* ſubjungit, quod ſi mutus vellet ſervire per ſubſtitutum , non amitteret feudum. Idem reperi deinde clarius docere etiam *D. Hotomanum in d.* §. *mutus*, ubi ait, nimiæ importunitatis videri dubitare, an ei, qui ob diuturnos militiæ labores ſurditatis aut cœcitatis vitio affectus, aut in prælio membro aliquo debilitatus eſt,feudum ſit adimendum. Nam etſi ex jure ſummo & acerbo , ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. *l. in omnibus de reg. jur.* humanior tamen eſt Papiniani ſententia, qui de furioſo loquens, videndum eſſe, ait, ne languor animi damnum in bonis afferat. *l. juſto.* § *eum qui. de uſucap.* in quam ſententiam idem etiam *Hotom.* jus Saxonicum affert ſup. à nobis conſideratum.

38 Tota † autem difficultas conſiſtit in reſpondendo ad *d.* §. *mutus*. quem omnes interpretes de feudo novo intellexerunt, atq; inde collegerunt, feudũ novum ob vitium fortuitum retineri non poſſe. & hoc communiter teneri, ac propterea intellectum iſtum omnino amplectendum eſſe in judicando, *ait Bolognet. in conſ. 4. n. 111.* Verùm ego contrà exiſtimo, cum de feudo paterno intelligendum eſſe. In quam ſententiam me vocat primò, quoniam ſi de feudo novo acciperetur, præſupponendum eſſet, mutum, de quo loquitur, ex accidenti fuiſſe mutum factum: quod, quia nullum de eo veſtigium apparet, maximam continet divinationem. Quinimo ſecundò cum textus loquatur de eo, qui nullo modo fari poteſt, idq; propriè conveniat illi, qui naturâ mutus eſt : vel ex hoc ipſo evidens eſt, eum de muto naturâ verba facere: quo dato, ſequitur ſanè, eum de feudo paterno intelligendum eſſe. Nam in feudo novo deciſioni illius textus locus eſſe non poteſt: quippe cum planum ſit, ſi dominus ſciens feudum novum conceſſerit muto naturâ, quod is tum feudum iſtud jure retinere poſſit, ut animadvertit etiam *Jacob. de Beluiſ.*

Præterea hanc interpretationem ſuadent omnes rationes ſuprà conſideratæ,cum,ut dictum eſt, illæ non minus in feudo novo locum habeant,atq; adeò ſi textus de feudo novo intelligeretur, tantopere ipſi repugnarent, ut conciliari nullo modo poſſent. Nam verba quantumvis generalia, ex ratione tamen interpretationem recipiunt *l. cum pater.* §. *dulciſſimis: de leg. 2. l. adigere.* §. *quamvis de jur. patron.* & ſemper ea capienda eſt interpretatio, per quam jura jurib. concordentur , & omnis evitetur contrarietas *l. unica. C. de inoff. dot. c. cum dilectus de conſuetud. c. cum expediat. de election.* §. *fin. Auth. de exhib. reis:* Idque in propoſito vel ideò magis locum obtinet, quoniam hac ratione materia iſta ſatis intricata optimè, & juris rationibus convenienter explicari poteſt, cum è converſo ſi de feudo novo intelligeretur, ea penitus involveretur , multaque inde cùm juris

& æquitatis ratione pugnantia tantum non abſurda inde ſequerentur, ut apparet ex concluſionibus interpretum ſuprà commemoratis. Ea enim ſemper tenenda eſt interpretatio, per quam abſurdum evitetur. *l. nam abſurdum. de bon. libert. l. obſcurum.* §. *unde quæritur. de public. l. obſervare.* §. *fin. de off. proconſ.* & ratione abſurdi vitandi verba etiam generalia ad æquitatis normam reſtringuntur. *l. 2. C. de noxal. act. Bart. in l. omnes populi. in 6. quæſt. de juſt. & jur. Abb. in c. ſolita. de major. & obed.* Neque huic interpretationi quicquam refragatur, quod textus utitur verbo (*retinere*,) ex quo videri poſſet, feudum in caſu, de quo loquitur, jam acquiſitum, neque adeò mutum naturâ fuiſſe, (cum alioqui ne acquirere quidem, neq; etiam retinere potuiſſet.) & quod conſequens eſt, textum de feudo novo intelligendum eſſe, cum, ſi de paterno jam quæſito (ut præ ſe ferunt illa verba) acciperetur, vitium ex accidenti ſuperveniens non obeſſet, ut paulò antè firmavimus. Nam ad hoc facilè reſponderi poteſt, quod, licet textum intelligamus de muto naturâ, nihilominus tamen, quando de feudo paterno eum interpretabimur, verbum (*retinere*) propriam retineat ſignificationem. Etſi enim mutus naturâ feudum acquirere non potuerit, & hoc reſpectu retinere nequeat: tamen ratione juris ſuccedendi, quod ad ipſum ex pacto anteceſſorum in feudo paterno devolutum eſt, rectè dicitur iſtud retinere, vel non, quemadmodum hac locutione utitur etiam *text. in d. tit. an mut. vel ali. imperf.* de eo qui ſic natus eſt, verba faciens, ut ſupra monuimus.

Nihil itaq; proprietas hujus verbi impedit, quò minus textus de muto naturâ, vel de feudo paterno intelligatur, cum præſertim videamus, hunc loquendi morem auctoribus juris feudalis uſitatum fuiſſe. Et ita (ut his firmatis demum animadverti.) verbum (*retinere*) interpretatus eſt etiam Hotomanus, inquiens: cum retinendi, non acquirendi verbo uſus ſit textus, probabile eſſe, de paterno feudo hîc agi, atq; dubitari, ſi vaſallus, qui ætatem in militia conſumſit, moriens filium mutum reliquerit, an huic filio ſit relinquendum feudum: & addit, verbum (*retinere*) neceſſariò ſic accipiendum eſſe: nam alioqui nimiæ importunitatis eſſet dubitare, an illi, qui poſt feudum acquiſitum & bonam operam domino ſuo navatam, membro aliquo in prælio debilitatus eſt, feudum ſit adimendum. Cumq; vir ille elegantis atque politæ Latinitatis ſit ſtudioſiſſimus: certè auctoritate ejus haud parum in hac ſententia confirmor. Non obſtat etiam, quod in eodem textu *in fine* dicitur, feudum ad dominum reverti. Ex quo putarunt quidam, cum neceſſariò de feudo novo intelligendum, cum alioqui ſi feudum paternum eſſet, non ad dominum, ſed ad agnatum pertineret. Licet enim de paterno interpretemur, non tamen mox ſequitur, alios agnatos extitiſſe, ad quos feudum devolveretur:

Cum † paternum jure noſtro feudali non rarò dicatur tantùm reſpectu liberorum. *c. 1.* §. *filia verò. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. an maritus ſuccedat uxori.* Non incommodè igitur textus ille eo de caſu intelligi poterit, quo nulli ſuperſunt agnati. Eſtq; præterea advertendum, id, quod in fine dicitur, (*ex his omnibus caſibus.*) non ad hunc ſolum caſum, ſed potius ad omnes alios, ex quibus feudum amittitur, qui recenſentur in tit. *quibus modis feud. amitt.* eſſe referendum. Nam titulus *Epiſc. vel abb.* cum illo tit. conjungendus eſt, quemadmodum etiam Cujatius tradita ſub hoc titulo priori conjunxit ſine novo titulo. Quare vel hac de cauſa verba hæc finalia potius iſtam recipient interpretationem, quæ præcedentibus caſibus ſecundum propriam cujuſq; qualitatem ſingula ſingulis referendo conveniat, quàm ut inde aliquid abſoni colli-

colligere liceat. Nam quando præcedentium non eadem eſt ratio, tum clauſula finalis nunquam refertur ad omnia æqualiter, ſed ita ut cuivis ſecundùm propriam ipſius naturam congruat. *l. ſi in lege, in princ. junct. gl. 2. locat. not. gl. in l. 1. § ſin autem ſub conditione. C. de caduc. toll. & in l. ſi negocium. de negoc. geſt. Bart. in l. fin. C. de ſentent. & interloc. omn. jud. Jaſ. in l. miles. §. decem. n. 2. de re jud.*

40 Cæterùm † quod hactenus firmavimus, vitium fortuitum in feudo tàm novo quàm paterno non obeſſe, ita intelligendum eſt, niſi id culpa vaſalli cõtigerit, *ut docet Bald. in d. §. mutus. col. fin. verſ. ſecundò quæro. Et in d. tit. an mutus. col. fin. in primo membro diſtinctionis, ibi, aut culpa vaſalli. quem ſequitur Alvarot. ibi, col penult. verſ. quare datum fuit feudum patri.*

41 Præterea † ut ad tertiam etiam concluſionem ex jure Saxonico collectam perveniamus, ſciendum, id, quod hactenus de vitio fortuito probavimus, locum duntaxat habere in his, qui, poſtquam feudum acquiſiverant, ex accidenti caſu facti ſunt muti, vel alioqui inhabiles: ſecus verò, ſi ante feudum acquiſitum ex accidenti caſu muti facti eſſent. Nam quia tum eo tempore, quo in feudo ſuccedere deberent, inhabiles reperiuntur, & nullum inter ipſos & dominum geſtum eſt negocium, ex quo hic illos imperfectos tolerare cogatur, penitus ceſſat ratio, ob quam vitium caſu contingens non obeſſe oſtendimus, & contrà ſibi locum vendicat ratio, ob quam eum, qui naturâ mutus eſt, à ſucceſſione feudi removeri ſuprà diximus: quia nimirum dominus concedendo feudum ſucceſſoribus videtur de habilibus intellexiſſe. *d. l. ut gradatim. §. 1. de muner. & honor.* Quantumvis igitur ex accidenti tantùm imperfecti ſint redditi: quia tamen ſucceſſionis tempore inhabiles ſunt, utiq; conceſſio feudi, quæ de habilibus accipitur, minimè ad eos pertinebit, neq; adeò ex conceſſione illa ad feudũ aſpirare poterunt, quemadmodum de muto naturâ ſuprà diximus. Ut proinde utrobiq; eadem ſubſit juris ratio, atq; propterea par ſit, ut idem etiam jus conſtituatur, *l. illud ad l. Aquil. cum ſimil.* Idq; diſertè probatur *in § quæſitum ſcio: in cap. extraord.* cujus hæc ſunt verba: Quæſitum ſcio, dudumq; apud prudentes fuiſſe cauſam hanc, ſi ſervi, quibus macula ſervitutis obſtaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi ſucceſſionem valeant aſpirare? Deniq; poſt magnas varietates obtinuit ſententia diſtingventium, quo tempore libertatis donum aſſecuti fuerint, ut ſi quidem eo tempore, quo cohæres alter, utpura his conſtitutis in habilibus, aut dominus quaſi ad ſe devolutum vendidiſſet, ab ejus ſucceſſione penitus ſint alieni, ne, quod legitimè factum eſt, ſuperveniente facto poſtea retractetur, qui ſi re integra manumiſſi fuerint, in feudum rectè ſuccedere queant. *(i)* Ecce textus de eo, qui liber natus eſt, in ſervitutem redactus fuit, & conſequenter de vitio fortuito manifeſtè loquitur, ut ex eo perſpicuum eſt, dum proſupponit, fratrem cohæredem liberum fuiſſe: & tamen nihilominus concludit, ſervitutis maculam ſibi impedimento fuiſſe, quò minus ad feudum aſpirare potuerit. (i)

Facit † huc illud crebris interpretum ſermonibus uſurpatum, longè facilius aliquid retineri, quàm de novo acquiri. *l. patre furioſo. De his, qui ſunt ſui vel alien. jur. l. pluribus. §. Et ſi placeat. & l. exiſtimo. de verb. oblig. l. fin. de curat. furioſ. l. cum heres inſtituta. Ad Trebell.* Et hoc etiam ſenſiſſe Bald. apparet ex ratione, qua nititur, dum jus anteceſſorum & ipſius ſucceſſoris, atq; hinc duplex vinculum conſiderat. 42

Hæc † enim ratio in illo demum rectè attendi poteſt, qui ſucceſſionis tempore habilis fuit, & poſtquam in feudo ſucceſſit, ex accidenti demum caſu mutus factus eſt. tum enim jure non ſolùm quæſito ex pacto anteceſſorum, 43

ſorum, ſed etiam proprio jure, quod ſucceſſione conſecutus eſt, & ſic duplici vinculo verè niti poteſt. At quando ſucceſſionis tempore jam mutus fuit, tum neutrum jus rectè in conſiderationem venire poteſt. Nam pacto anteceſſorum ſeſe tueri nequit, cum iſtud tantùm habiles comprehendat, atque propterea ad ipſum imperfectum non pertineat; ſic nec etiam proprium jus prætendere poteſt, cum ſuperſtite adhuc vaſallo, prius, quàm ſucceſſionis ordo ipſum tetigerit, nullum ſibi jus quæri potuerit. Quantumvis igitur (ut ſuprà dubitationis movendæ gratiâ conſideravimus) in principio habilis ad ſuccedendum fuerit: quia tamen eo tempore ante, quàm feudum ad ipſum devolvatur, nullum jus perfectè quæſitum habuit, & jam tum eo tempore, quo ad ipſum feudum pertinere deberet, inhabilis reperitur, pactum verò anteceſſorum quo ſucceſſores vocati fuerunt, duntaxat de habilibus intelligitur: nullo ſanè jure ad feudum aſpirare, & quod conſequens eſt, neq; etiam ratio Baldi ad hunc caſum, ſed ſolummodo ad eum, ubi poſt feudum acquiſitum, quis mutus factus eſt, pertinere poterit. Quamobrem etiam doctrina ejus ex ratione iſta ad hunc caſum coarctanda erit, cum dicta interpretum ex rationibus & fundamentis, quibus nituntur, interpretationem recipiant, *Bart. in l. non ſolùm. §. ſi liberationis verba de liberat. legat.* Deinde hoc magis etiam evidens eſt ex ipſis verbis Bald. *in d. tit. an mut. vel aliàs imperf.* dum *ibi col. fin. verſ. Ego cogitabam:* inquit: quia igitur habuit aliquod principium, & feudum eſt paternum: iſte caſus erit ſimilis filio emancipato, qui, poſtquam ſucceſſit in feudo paterno, factus eſt mutus, quia non perdit feudum jam conſecutum. Ecce Bald. diſertè hîc loquitur de eo, qui poſtquam jam ſucceſſit, factus eſt mutus. Sic etiam *in §. mutus. col. 2. verſ. ſecundò quæro,* proponit quæſtionem: Datum eſt feudum patri, cui tu ſucceſſiſti in feudo, cum eſſes habilis: poſtea factus es inutilis, utrum feudum poſſit auferri. Et diſtingvit, ut ibi per eum: quibus verbis iterum ſatis declarat, eum de eo tantùm loqui, qui, poſtquam feudum acquiſivit, mutus factus eſt: ut dubitandum non ſit, Bald. hoc idem, quod jam aſſerimus, ſenſiſſe, nimirum, quod tum demum vitium fortuitum non obſit, quando poſt feudum acquiſitum ſupervenit: ſecus verò, quando jam ſucceſſionis tempore quis inhabilis fuerit. & ita doctrinam iſtam interpretatus eſt etiam *Joan. Anton. Cannet. in d. c. ſi aliquem: verſ. non ſic facilè nu. 37.* inquiens, quod, ſi quis vellet tenere diſtinctionem illam, quæ traditur inter vitium naturale, & adventitium, tum eſſet ea intelligenda de vitio fortuito, quod ſupervenit poſt feudum acquiſitum. nam eo caſu verè concurrit duplex radix, ut conſideravit Bald. & cæteri, qui eum ſequuntur: ſecus autem ſi vitium accidiſſet in vita patris, quia tum ceſſante ratione illa potiſſima, & cauſa, qua moventur prædicti DD. meritò ceſſaret eorum opinio, *arg. l. adigere. §. quamvis. de jur. patron. cap. cum ceſſante. de appellat.*

Licet interim ille generaliter concludat, vitium caſu obveniens non minus quàm naturale obeſſe: quàm rectè, ipſe viderit. Secundùm hæc itaque intelligenda erunt etiam ea, quæ ſcripta reliquit Alvarott. Nam etſi is aliquantò generalius loqui videatur, ut ſuprà monuimus: quia tamen nititur potiſſimum auctoritate Baldi: meritò ſecundùm mentem Baldi interpretandus erit. Idq; etiam ſenſit *Dn. Baro Schenck in d. §. mutus,* ubi explicans rationem duplicis vinculi, ait, paternum feudum ſolidius eſſe radicatum, quod & ex ſucceſſione parentum, & ex (nota) propria poſſeſſione ſtabilius in eo convaluit. præſupponit igitur, feudum jam antè quæſitum & poſſeſſum fuiſſe. Idem clarius docuit *Hannetonius de jur. feud.*

feud.lib. 2. cap. 3. diſertè concludens, eum, qui ſucceſſionis tempore ex accidenti ejuſmodi defectus patitur, ad feudum non eſſe admittendum, *arg. d. verſic. mutus*: generaliter loquentis. Confirmatur præterea hæc ſententia auctoritate *Andr. de Iſern.* & reliquorum, qui exiſtimarunt, vitium fortuitum non minus obeſſe, quàm naturale. Hæc enim ſententia tum demum rectè procedit, quando vitium accidens ſucceſſionis tempore alicui inhæret. Qua quidem ratione hæ diſſentientes alioqui inter ſe opiniones in hoc articulo optimè convenient, concorsq; erit omnium interpretum ſententia, quod is, qui tum, quando ad ſucceſſionem vocatur, atq; adeò priùs, quàm feudum acquiſivit, ex accidenti, quodam caſu mutus factus, vel aliàs inhabilis in ſervitio redditus eſt, feudum non magis retinere poſſit, quàm is, qui ita natus eſt. Sine hæſitatione itaque huic concluſioni inhærendum erit, & cavendum interim *ab Hieronym. Schurff.* qui aliter exiſtimaſſe videtur, Neque huic limitationi quicquam obſtat id, quod circa inductionem tit. *an mut. vel aliàs imperf.* ſuprà in ſecunda concluſione conſideravimus. Nam etſi capitulum iſtud ſecundùm inductionem noſtram abunde probet, vitium fortuitum non obeſſe, quò minus feudum quis retinere poſſit: interim tamen non ſatis declarat, an vitium hoc ſucceſſionis tempore inhæſerit vaſallo, an verò poſt acquiſitum feudum ſupervenerit. Nihil igitur ad propoſitum noſtrum inde deſumi poterit, ſed id potius ex aliis rationibus jam ponderatis definiendum erit.

Ex quibus deniq; omnibus perſpicuum eſt, jure noſtro Saxonico in hoc genere nihil alienum à jure communi ſtatutum eſſe, ſed potius utraq; jura in hoc articulo optimè convenire, modò verũ eorũ ſenſum percipiamus. Quem quia interpretes ſcriptis ſuis obſcurarunt potius, quàm explicarunt: ideo hæc majoris perſpicuitatis gratia copioſius declarare voluimus, ſuum cuivis hac de re liberum relinquentes judicium.

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) MUtus, ſurdus, cœcus] Ad hanc quæſtionem vide *Jan. ab Arcedura cap. 2. concluſ. 7. num. 31. & ſeqq. Fachina. lib. 1. controverſiar. cap. 34.* ſed quam libenter omnium aliorum ſcripta è manibus nobis excuteret, Fachinæus ut ſuis tantum locus fieret, in illo capite nimis manifeſtè oſtendit, dum ea, quæ ab aliis de controverſia quam movet, tradita ſunt, adeo contemnit, ut etiam collecta pauca cum utilitate & fructu conjuncta eſſe pronunciet, niſi lector antequam ad fontes accedat rivulos ipſius ſectetur: Verum qui hanc parentis quæſtionem perlegerit, is procul dubio quid de tota re ſentiendum ſibi ſit multò certius ſtatuere poterit, quam ſi ductum Fachinæi ſequatur. De quo ejus qui periculum fecerit judicium eſto.

Et quamvis in eo hic à parente diſſentiat Fachinæus, quod ſtatuit vitium ex poſt facto ſuperveniens privationem feudi novi inducere, quia tamen neque rationes quibus parens hîc *num. 37. & ſeqq.* in contrarium movetur, ullo verbo attingit, argumenta autem quibus ipſe utitur, *num. 36. & 39.* refutata ſunt, non eſt, quo cum ipſo diutius digladiemur.

Matth. de Afflict. n. 10.] adde *Roſenthal. de feud. cap. 3. concl. 8.* Schneidewein *de feud. p. 3. n. 107. Jan ab Arcedura concl.* (b)

concl.6. nu.37. Borchold. de feud. cap.5.n.50. Schrader. de feud. part.4. cap.3. nu.7. Vultei. de feud. ca.4.n.11. Sibi enim dominus imputare debet, qui ſcienter hiſce feudum dedit. *Borchold. d. nu.50.* Et quando dominus novam facit inveſtituram,in perſona corporis aut animi defacte laborante, gratiam ei facere velle præſumitur, atque etiam permittere, ut per ſubſtitutum debita ſervitia præſtet. Secus eſt, ſi dominus qualitatem hanc vel vitium ignorans aliquem de feudo novo inveſtierit: tunc enim hæc inveſtitura, in præjudicium domini non valet, neque tenet. *Schrader. d. part. 4. cap.3.n.7. in fin.*

(c) Demente & furioſo] dementes & furioſi tales nati non ſuccedunt in feudum, ſed ſuccedentes ſana mente acquiſitum per ſucceſſionem feudum per ſupervenientem amentiam non amittunt. *Zaſ. de feud. part. 8.n.67. Weſenb. de feud. cap.6. nu. 20. Vultei. de feud. lib.1. cap.9. nu.64. Schrader. de feud. part. 7. cap.5. num.36.*

(d) In præjudicium agnatorum] An dominus imperfectis gratiam in præjudicium agnatorum facere poſſit, negant hic parens & Schrader *in tract. feud. part.7. cap.5.n.32.* affirmant Thomas de Marinis *in tract. de generibus & qualitat. feud. tit. 2. part.2. nu.135. Roſenthal. de feud. cap.7. concl.28.n.6. quos vide.* Feudum autem antiquum, ubi proximus ſucceſſor eſt imperfectus,ad agnatum gradu proximum tranſire omnes permittunt. *Alvarott. in d. c.1.§. denique n. 20. concl. 23. & Raven. iſtic concl. 23. quæ fuit prima cauſ. benef. amittendi Franciſc. Sonsbec. de feud. part.9. n. 114. & p.12.n. 134.* Weſenbec. *de feud. cap. 6. n. 20. Mozz. tit. de his qui feud. accipere poſſ. n.41. in fin. Thomas de Marin. de generib. & qualitatib. feud. tit. 2. de feudo ex pacto antiquo n.38. Roſenthal. de feud. cap.7. concl.28.n.5.*

(e) Si alimenta aliunde non habeat] in quantum alimenta per imperfectionem remotis debeantur abſque diſcrimine & conſideratione tàm feudorum novorum quàm antiquorum vide *Alvarot. ad cap.1. §. mutus Epiſcop. vel Abbat. Schrader. de feud. part.7. cap.5.n.35. verſ. ſeptimo illo caſu Förſter. de ſucceſſionib. lib.4. cap.9.23.n.62. Vulte. in tract. de feud. lib.1 cap. n.64. verb. tria autem.*

Quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.] (f) adde *Intrigliol. in cent. feud. quæſt.10.n 11.*

Per ſubſtitutum ſervitia debita (g) præſtaret] quando ob vitia naturalia, cauſata accidentalia, retentis feudis per ſubſtitutos ſerviant, & è contra feudis priventur vide *Niel. in diſputat. feud. diſputat.5. Theſ.5. in remiſſionib. ſub lit.b. Zaſ. in epitome feudor. part. 8. rubr. de ſucceſſionib.n.68. Borchold. de feud. cap. 7. part.2.n.63.* Weſenbec. *de feud. cap. 6.n. 20. Vultei. de feud. cap.9. n. 64. lib. 1. Hanneton. de jure feudor. lib. 2. cap. 14. Roſenthal. de feud. cap. 7. concl.27.*

Authorem illius textus fuiſſe O- (h) bertum] divinatorium hoc eſſe ait *Joann. ab arcedura cap.2. concl.7. n.31. circa fin.*

Servi rectè ſuccedere queant] an (i) ſervi feudum acquirere poſſint vide *Roſenthal. de feud. cap. 3. concl. 6. per tot.* Ubi latè & in fine id ad proprios homines noſtri temporis Leibeigene Leute accommodare videtur, quod tamen negat *Vultei. de feud. cap. 4. n. 7.* quem ſequitur *Obrecht. diſputat. feud. 4. th. 151.* quæ ſententia nec nobis diſplicet: eamque certiorem Roſenthalii eſſe autumamus,per ea quæ ſcribit *Obrecht. d. loc.* Hinc quæritur an etiam ruſticus infeudari poſſit? affirmant. *Zaſ. de feud. part. 5.n.68. Sonsbec. p.7.n.18. Schrader. de feud. part. 4. cap.3. n.7.* ubi tamen id de jure Saxonico non præcedere ait *n. 8. Vultei de feud. cap. 4. n.9.* adeò ut ruſticus accipiens feudum, nobilitatem ſimul adipiſcatur, ſi dans nobilitandi poteſtatem habuerit, *Ritterſ. cap. 6. quæſt Steph. Forcatul. de feud. cap. 4. n.20. Zaſ. d. n.68. Hartman. Hartman. tit. de feud. obſerat.2.*

QUÆ-

Digitized by Google

QUÆSTIO XXXIII.

CLERICUS VEL RELIGIOSUS AN ET QUATENUS IN FEUDO ſuccedat, vel iſtud quæſitum retineat.

1. *Clericus in feudo non ſuccedere, neq; iſtud jam antè quæſitum retinere poteſt.*
Quidam tamen hoc locum non habere putarunt, quando per ſubſtitutum ſervire vellet num. 2.
Sed horum opinio ex communi interpretum ſententia refutatur, atque firmatur, ut, licet per ſubſtitutum ſervire velit, non admittatur, nu. 3.
Idem obtinet de jure Saxonico, nu. 12.
Idque procedit, etiamſi deinde habitum depoſuerit num. 13. niſi re adhuc integra hoc fecerit nu. 14. modò hoc legitimè factum fuerit, nu. 15.
Hoc etiam locum habet in clericis in ordinibus minoribus: & intra annum probationis conſtitutis, nu. 17.
Niſi re integra habitum depoſuerint numer. 18. vel niſi fraus intervenerit nu. 19. vel ætatis ratione ipſis ſubveniatur: nu. 21.
Quin & idem obtinet in militibus ſacro cuidam ordini addictis, certis tamen reſpectibus, ut declaratur nu. 22.
Fallit in feudis, de quibus præſtantur ſervitia realia, quæ cum à clericis expediri poſſint, in his ſuccedunt, num. 23. Idq; locum etiam habet in monachis, ita, ut interim monaſterium feudum teneat, nu. 24.
Sic clerici ſuccedunt, quando per ſubſtitutum ſervire licet: nu. 26. Item quando dominus ſciens clericum inveſtierit: nu. 27.
Vel quando fœminam inveſtivit, quæ deinde monialis facta eſt: nu. 28.

4. *Textus in c. qui clericus: ſi de feud. defunct. & in cap. 1. de feud fœmin. & in c. 1. de milite vaſallo, qui arma bellica depoſuit: declarantur & nu. 6.*
5. *Subſtituti nulla habetur ratio, quando vaſallus feudum amittit: & nu. 10.*
7. *Negativa univerſalis præcedens verbum denotans potentiam, ſignificat impoſſibilitatem.*
8. *Textus in tit. de mil. vaſal. qui arm. bell. depoſ. declaratur.*
9. *Clerici æquiparantur reliquis imperfectis.*
10. *Vaſallus quando per ſubſtitutum ſervire poſſit.*
11. *Clericus cur magis feudum, quod habet, amittat, quàm qui ex accidenti inhabilis factus eſt.*
12. *Textus in c. 2. Lehnrecht/ & in art. 25. lib. 1. ſpecul. Saxon. declaratur.*
16. *Filius clerici non ſuccedit in feudo.*
20. *Fraus niſi probetur, non præſumitur.*
25. *De feudis regulariter ſervitia perſonalia præſtantur.*

1 CLERICUM, † religioſum, vel controverſum non ſolùm in feudo non ſuccedere, ſed etiam feudum, quod prius habuit, hoc ipſo, quod votum religionis aſſumit, amittere, jure noſtro feudali ſatis clarè definitum eſt *in c. 1. §. qui clericus: ſi de feud. defunct. in c. 1. de milit. vaſall. qui arma bellica depoſuit: in c. 1. verſ. ex hoc illud: de feud. fœmi. & in c. 1. an mutus vel ſurdus: vel aliàs imperfect.*

Non defuerunt tamen, qui ne omnino certi quid ſcriptis ſuis nobis re-
2 linquerent, opinati ſunt, clericum, † ſiquidem per ſubſtitutum ſervitia feudalia præſtare velit, ad ſucceſſionem feudi admittendum eſſe, & multò magis, quod jam acquiſitum habet, etiam poſt religionis votum retinere. Hoc enim ſenſit *gl. in d. c. 1. in verbo. non valet: an mutus vel aliàs imperfect. & clarius in d. c. 1. verſ. ex hoc illud, ibi: niſi fortè de beneficio fœmi quam ſequitur Martin. Laudenſ. in c. 1. §. & quia vidimus: qui feud. dar. poſſu. & Præpoſit. in d. tit. de milite vaſallo: qui arm. bellic. depoſuit. & eam acriter defendit Dn. Baro Schenck ibid.* Hanc etiam opinionem tenuerunt plerique Canoniſtarum, *Innoc. Joan. Andr. Hoſtienſ. Joan. de Lignan. Gemi. Ant. de Butrio. & Panorm. in c. 1. in præſentia de probat. & Salicetus in auth. Ingreſſi: C. de ſacroſ.*

 croſ.

croſ. Eccleſ. qui aſſerit, DD. communiter hoc approbare, quos ſecutus etiam eſt *Jacob. de ſancto Georg. tractat. feud. in verb. & quibuſcunque: num. 4.* addens, ſe ita conſuluiſſe. In hanc etiam ſententiam inclinare videtur *Capitius in deciſ. 10. num. 4. & 11. & Sylvanus in conſil. 3. num. 53. & ſecundùm eam reſpondit Hierony. Schurff. in conſ. 140. inter conſil. feudal. quod eſt conſil. 68. in cent. 1.* & hanc opinionem tam in Germania, quàm in Gallia receptam eſſe ait *Hanneto. lib. 2. cap. 3.* Qui quidem omnes jura feudalia ita interpretantur, ut tum demùm illis locus ſit, ſi clericus vel religioſus per ſubſtitutum ſervire nollet, ſecus verò, quando lubens onus hoc ſubiret. Argumenta autem, quibus hanc ſuam opinionem fulcire conantur, latè recenſet *Curtius Juni. in tract. feudal. in 2. part. tertia part. princip. verſ Decimo principaliter quaro. num. 13. & Chaſſaneus in conſuetudine Burgund. tit.: Des fiedz §. 5. in verbo Excepte les religieux. num. 4.*

3 Verùm † hæc opinio communibus interpretum ſuffragiis jamdudum eſt exploſa, pleriſque uno ore contra exiſtimantibus, clericum, etiamſi per ſubſtitutum ſervire vellet, tamen ad ſucceſſionem feudi non admittendum eſſe, atque inſuper feudum, quod habet, amittere. Hoc enim per capitula juris feudalis ſuprà citata docuit *Joan. Blanc. in ſumma feud in tit. de ſucceſſ. feudi. §. ſed fortè quæret aliquis: Jacob. de Belviſ. in c. ſi quis deceſſerit. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. & agnat. Andr. de Iſern. in d. tit. de benefic. fæmin. & de milite vaſall. qui arma bellica depoſuit. & ibi etiam Bald. Alvarott. & Matth. de Afflict. Jacob. de Ardiz. in ſumma feud. in cap: 97. utrum vaſall. amitt. feud. ſi cleric. efficiatur: & in c. 137. de ſucceſſ. feud. verſ. ſed fortè quæret aliquis, an clericus ſuccedat: Curt. Iuni. in ſuprà d. loco, num. 16. Chaſſaneus in d. conſuetudine. Zaſius in epit. feudal. part. 8. de feud. ſucceſſ. circa fin. Loriott. in d. tit. de ſucceſſ feud. Julius Clar. in lib. 4. ſentent. §. feudum: quaſtio: 78. Sonsbeccius in comment. in uſus feud. part. 12. num. 137. & 144. Hannet. lib. 2. cap. 3. Joann. Thom. de Marin. tit. 2. de feudis ex pacto antiquo ſive patern. num. 139. qui ait, ſe vidiſſe, quod ſecundùm hanc opinionem, tanquam veriorem, & receptiorem judicatum fuerit: eandem tenuit Bart. in l. ſi finita: §. ſi de vectigalib. in 2. colum. de dam. infect. Bald. in l. quisquis: C. de Epiſc. & cler. & in d. c. in præſentia: de probat. Alber. de Roſat. in d. l. quisquis. & in d. auth. ingreſſi: ſpecul. in tit. de feud. §. quoniam ſuper homagiis: verſ. 25. quæritur: Felinus in d. c. in præſentia: num. 44. de probat. & ibi etiam Decius: de facto etiam conſulti hanc ſententiam ſecuti fuerunt Alex. in conſil. 10. vol. 5. Jaſon. in conſil. 113 num. 2. vol. 1. & in conſil. 117. num. 1. vol. 4. Ruinus in conſil. 42. num. 9. vol. 1. inquiens, quod, etſi DD. in hoc varii ſint, hæc tamen opinio verior & communior ſit. Matth. de Afflict. in deciſio. 320. ubi ait in Conſilio Neapolitano ita judicatum fuiſſe. Albertus Brunus in conſil. 17. Antonius Rubeus ſatis titubans in conſil. 80. latè Cravett. in conſil. 33. & Cacheran. in deciſio. Pedemont. 27. Minſynger. cent. 5. obſerva. 48. Borcholt. in tract. feud. cap. 7. num. 62. idem tenuit etiam Joann. Thom. Minad. ſuper Conſtit. Regn. in aliquib. in princip. in verb. filiorum: nu. 5. ubi contra Jaſ. in conſil. 117. in 4. vol.* aſſerit, idem etiam locum habere in Cardinalib. (*a.*) cum in materia feudo- (*a*)
rum Cardinales non reperiantur privilegiati, & in eis ratio eadem militet, quæ in cæteris excludendis: & opinionem iſtam veriorem & communiorem eſſe dicit *Joann. Anton. Cannet. in c. volentis §. idem videtur dicendum: n. 21.* (*b.*) (*b.*)

Non ſolùm autem interpretum auctoritatibus jam citatis ſubnixa eſt hæc ſententia, ſed optimè probatur etiam capitulis juris feudalis. Diſertè † 4
enim inquit textus *in d. §. qui clericus. ſi de feud. defunct.* eum, qui clericus efficitur, aut votum religionis aſſumit, hoc ipſo feudum amittere. quæ quidem verba denotant, eum ipſo jure privari *gl. in verb. privetur: l. jubemus §. ſanè. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* ſi feudum hoc ipſo ſive ipſo jure perdit, quomodo quæſo per ſubſtitutum ſervire poterit? Ejus enim, quod non exiſtit, nullæ ſunt qualitates: *l. ſi ſervum: §. 1. de act. emti. l. 1. de hæred. vel actio. vend.*

Ideoq;

Digitized by Google

5 Ideoque † pro regula traditum eſt in illis tantùm caſibus ſubſtituti ducendam rationem, in quibus jus feudi integrum etiamnum eſt poſſeſſori: ſecus verò, ubi id penitus amittitur, *ut docuit Andr. de Iſern. in §. mutus. Epiſcop. vel abb.* ubi perdit, *inquit*, feudum, ad quid ſerviret, per ſubſtitutum? cum jam rex privaſſet eum illo, fruſtra de hoc quæreretur. *hoc etiam ſenſit Iacob. de Belviſ. in c. ſi deceſſerit: ſi de feud. fuer. controver. & poſt Andr. de Iſern. quem refert Bald. in c. 1. de milit. vaſall. qui arma bellica depoſuit: & Bart. in d. l. ſi finita: § ſi de vectigalib. n. 3. de dam. infect.* dum ait, quod in caſu, in quo vaſallus à feudo cadit, locum non habeat quæſtio, an aliquis poſſit ſervire per ſubſtitutum.

6 Idem † clarius probatur *in c. 1 de feud. fœm.* dum ibi dicitur, clericum nullo modo in beneficium paternum ſuccedere. ſi enim in caſu, ubi per ſubſtitutum ſervire vellet, admittendus eſſet, perperam dixiſſet textus, eum nullo modo ſuccedere, cum facilis ſibi ad ſucceſſionem poſſet patere aditus, offerendo ſubſtitutum: ſed cum dicat, nullo modo eum ſuccedere, in aperto ſanè eſt, neque ratione ſubſtituti eum conſequi ſucceſſionem poſſe.

7 Negativa † enim univerſalis præcedens verbum, denotans potentiam, ſignificat quandam impoſſibilitatem & neceſſitatem præciſam: *l. non poteſt. de furtis. l. nemo poteſt: de legat. 1. Bart. & DD. in l. Gallus: in princ. de liber. & poſthum.* Cumq; de ſubſtituto quæri non poſſit prius, quàm aliquis jus aliquod in feudo conſecutus fuerit: clericus verò penitus à ſucceſſione feudi removeatur, & nullo modo ſuccedat, neque adeò ullum jus in feudo ex ſucceſſione acquirere potuerit: quomodo quæſo ſubſtituto locus eſſe poterit? Addit præterea textus, clericum non ſuccedere, etiamſi habitum religionis

(c.) deinde depoſuerit. (c.) ſi enim per ſubſtitutum liceret retinere feudum, quid eſſet neceſſe, propterea ut ad ſucceſſionem admitteretur, habitum religionis deponere, aut cur non ſibi ſemper poſt depoſitum habitum integer deberet eſſe regreſſus ad jus, quod per ſubſtitutum ſalvum conſervavit? ſed cum hoc neget textus, atq; inſuper concludat, clericum uſq; eò repelli à ſucceſſione, ut nec poſt exutum habitum admittatur: manifeſtum ſanè eſt, nullam hoc caſu ſubſtituti habendam eſſe rationem.

Denique † in hanc ſententiam eſt 8
textus ſatis expreſſus, & apertus *in d. tit. de milit. vaſall. qui arma bellica depoſuit.* loquitur enim is de eo, qui poſtquam clericus factus fuerat, feudum, donec vixerit, retinere conabatur, quod, quia aliter fieri non poterat, niſi per ſubſtitutum ſerviret, ipſe enim jam arma bellica depoſuerat: dubium utique non eſt, quin in caſu illius textus lubens per ſubſtitutum ſervitia præſtare voluerit, eaq; dum feudum retinere conatur, ſponte obtulerit: & tamen nihilominus reſpondetur, feudum ad eum non pertinere, (d.) ſed domini vel agnati (d)
conditionem potiorem eſſe debere.

Accedit † hiſce, quod clericus in- 9
ter mutum, ſurdum, vel alio modo imperfectos refertur *in tit. an mutus vel aliàs imperfectus.* Nam cum hoſce per ſubſtitutum ſervire non poſſe communi calculo approbatum ſit, par eſt, ut idem etiam in clericis, (e.) qui imper- (e.)
fectis æquiparantur, ſtatuamus. *not. gloſ. in l. ſi quis ſervis perſuaſerit: in verbo corrumpi, & ibi Bart. & DD. C. de furt. & in l. quod verò: in fin. de ll. Bart. in l. ut tantum §. 1. de ſerv. corrupt. Jaſon. in §. ex maleficijs; num. 39. Inſt. de action.* Si enim aliter diceremus, & hoc caſu ſubſtitutum admitteremus, tum ſanè nunquam vaſalli, in caſu ubi imperfecti eſſent, feudum amitterent. Nam ſemper ſibi ſimilem facilè invenirent, imò fortè magis idoneum. Cumq; iſtud compilatores juris feudalis latere non potuerit: procul dubio hoc appoſuiſſent, ſi voluiſſent, hiſce caſibus feudum per

ſubſtitutum retineri poſſe. Sed cum hoc prætermiſerint, & generaliter ſtatuerint, feudum amitti, vel ex hoc ipſo veriſimile ſit, ſubſtitutum admittendum non eſſe: *l. unica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. l. ſi ſervum: §. non dixit prætor. de acquir. hæred. l. 1. ibi, utique enim ſcit prætor: ſi menſ. falſ. mod. dixe.* De quo in propoſito tantò minus ambigendum, quantò clarius hoc in capitulis paulò ante citatis expreſſum eſt.

10 Nec † quicquam refert, quod alibi habetur, vaſallum impeditum poſſe per ſubſtitutum ſervire, *c. 1. §. firmiter: de prohib. feud. alien. per Fride.* Hoc enim procedit in vaſallo, qui feudi alioqui capax eſt: ſecus verò in eo, qui, cum minus idoneus ſit, nullum jus in feudo conſequi poteſt, vel quod habuit, penitus amittit, *ut diſtinguit Jacob. de Belviſ. in d. c. ſi deceſſerit: ſi de feud. defunct. quem ſequuntur Andr. de Iſer. Bald. & DD. in locis ſuprà citatis.*

11 Non † obſtant etiam, quæ de vitio ex accidenti ſuperveniente præcedente quæſtione firmavimus. Longè enim diverſam eſſe rationem ejus, quod ſine culpa vaſalli caſu contingit, de quo ibi locuti ſumus, & item ejus, quod quis ipſemet ſibi accerſit, ut ille, qui ſponte habitum religionis aſſumit, ex ijs quæ eò loci diximus, manifeſtum eſt. Non igitur illa ad propoſitum iſtud accommodari poterunt. Reliqua argumenta primæ opinionis latè refutat *Curtius Junior in d. loco*, & maxima ex parte ſunt levia, atque futilia: quamobrem eadem hic recenſere libenter ſuperſedemus. Cumque ex his perſpicuum ſit, hanc ultimam ſententiam tam manifeſtis juris feudalis textibus, quàm etiam communibus interpretum ſuffragiis probè ſuffultam atque ſtabilitam eſſe, ab illa ſanè tam in judicando,
(f.) (f) quàm in reſpondendo minimè recedendum erit.

12 Quæ inſuper etiam † in foro noſtro juris Saxonici manifeſta diſpoſitione confirmatur *in cap. 2.* Lehnrecht/ ubi diſertis verbis dicitur: Pfaffen ſollen Lehnrechts darben/ *& in art. 25. lib. 1. ſpecul. Saxon.* Begiebet ſich aber ein Mann zum Münchleben/ der zu ſeinen Jahren kommen iſt/ der hat ſich von Lehn vnd Landrecht gelegt/ vnd ſein Lehn ſeind dem Herrn ledig/ denn er den Heerſchildt hierdurch niedergelegt hat. Nec quicquam impedit, quod *in d. c. 2.* ſubjungitur. Welcher Herr dieſer einem ein gut leihet/ von deme haben ſie wol Lehnrecht an dem Gute. Nam etſi clerici regulariter incapaces ſint, nihilominus tamen in arbitrio domini ſitum eſt, utrum illos inveſtire velit, &, ſi hoc ſciens fecerit, tum, ut quivis alius minus idoneus admittetur, quemadmodum infrà dicemus.

Et ſecundùm hoc intelligendum eſt id, quod tradit *gl. in art. 14. lib. 4. ſpecul. Saxon. qua nititur Hierony. Schurff. in d. conſil. 140.* Non obſtat etiam, quod *in d. art. 25.* differentia conſtituitur inter clericum & monachum, & de clerico diſponitur, eum cum fratribus ad diviſionem admittendum, Der Pfaffe teilet mit ſeinen Brüdern/ vnd nicht der Münch: eſt enim hoc accipiendum de bonis hæreditariis, non autem de bonis feudalibus, ut rectè interpretatur gl. ibi.

Concluſio † autem iſta hactenus 13
à nobis firmata uſque eò locum habet, ut, etiamſi clericus habitum religionis abjecerit, non tamen propterea magis ad feudum admittatur, quemadmodum dilucidè probatur *in d. tit. de feud. fœmin. ibi, etiamſi poſteaquam habitum religionis aſſumſerit, poſt poſuerit*: per quem unanimiter tenent omnes interpretes ibi, & concordat jus Saxonicum *in d. art. 25. lib. 1. ſpec. Saxon. ibi*, Ob er hernach gleich aus dem Kloſter fehrt/ bey einem Jahr/ als grawer Münche recht iſt.

Quod † ita intelligendum eſt, 14
niſi re integra, & prius, quàm de amiſſione feudi quæſtio mota, vel aliis jus inde

inde quæſitum fuerit, clericatum dimittat. nam tum & ad ſucceſſionem feudi admittitur, & quod prius habuit, recuperat, *ut docet Jacob. de Ardizo in d. c. 97. & ſenſit idem Andr. de Iſer. in d. tit. de feud. fœmi. quem ſequitur etiam Matth. de Afflict. ibi, Thom. de Marin. in d. loco, n. 140.* ideo ſi ante mortem poſſeſſoris, & ſic re integra habitum depoſuerit, tum, quia ſucceſſionis tempore idoneus reperitur, dubium non eſt, quin ad ſucceſſionem aditus ei pateat, ut in jam dictis locis concludunt interpretes, & probatur optimè *per §. quæſitum ſcio. in capit. extraord.* ubi eodem modo circa ſervitutem diſtinguitur: ſecundum hoc itaque erit etiam interpretandum jus Saxonicum generalius aliquanto loquens.

15 Sed † tamen hoc ultimum ita accipiendum eſt, ut tum demum admittatur, ſi habitum legitimè depoſuerit. Nam ſi ordinem ſuum averſando habitum abijceret, votumque deſereret, in feudo eum non ſuccedere docuit *Alvarott. in c. qui clericus: ſi de feud. defunct. quem ſequitur Baro Schenck in d. tit. de milite vaſallo, qui arma bellica depoſuit: in fin. & Petrus Ravennat. ibidem: & Sonsbecc. in parte duodecima num. 140.* quod in illis potiſſimum locis obtinet, ubi canonum valet auctoritas.

16 Deinde † hoc, quod diximus, clericum non ſuccedere in feudo, uſque eò locum habere voluit *Jacob. de Ardizo in cap. 137. de ſucceſſ. feudi: verſ. ſed fortè quæret quis,* ut, etiamſi clericus filium legitimum haberet, is tamen non ſuccedat: quod refert & cogitandum relinquit *Matth. de Afflict. in tit. de milit. vaſall. qui arma belli. depoſuit: num. 3.* de quo tamen hoc loco nihil aſſeverare volumus.

17 Præterea † concluſio noſtra procedit etiam in clericis, in ordinibus minoribus, & intra annum probationis conſtitutis. Nam jura feudalia generaliter loquuntur de quovis clerico. Par igitur eſt, ut generaliter intelligantur. Quin & textus *in d. tit. de feud. fœmin.* loquitur de eo, qui habitum religionis exuerat. Nam vel hinc manifeſtum eſt, eum etiam de clericis in minoribus ordinibus vel intra annum probationis conſtitutis, intelligendum, cum alijs, qui religionis profeſſionem verè fecerunt, illam deſerere integrum non eſſet. *auth. de ſanct. Epiſco. § & generaliter:* Rectè itaque eum ſic interpretatus eſt *Andr. de Iſernia: ibi, & in d. c. qui clericus. quem ſequitur Mattha. de Afflict. ibi: & Thomas de Marin. in d. loco, nu. 140. verſic. Tertia & ultima opinio: & latè Cravet. in d. conſil. 303. & Minadous in d. Conſtitu. in aliquibus: verbo. filiorum: num. 17.* (g.) (g) & confirmatur hæc opinio etiam ex jure Saxonico in d. art. 25. ibi: Bey einem Jahr/ als grawer Münche art iſt.

Eſt † tamen hoc ſecundùm ea, quæ paulò ante diximus, ita interpretandum, niſi clericus re adhuc integra clericatu ſe abdicaverit, ut jam dictis locis declarant interpretes: & ita intelligendus eſt *Jacob. de Belviſo in d. tit. de feudo fœmi.* dum concludit, quod is, qui in minoribus conſtitutus fuit, poſt habitum depoſitum ſuccedat patri: ut ita nobiſcum faciat. Atque hinc etiam facilè reſponderi poteſt ad conſiderationem eorum, qui contrà exiſtimarunt, clericum in minoribus conſtitutum à ſucceſſione feudi non excludi, ut certis reſpectibus ſenſit *Bald. in d. § qui clericus: ſi de feud. defunct. quem ſequitur Alvarott. ibi, & Calder. in conſil. 2. de feud. Præpoſitus in d. §. & quia vidimus: qui feud. dar. poſſ. Curti. Iunior in d. tract. feud. parte ſecunda. tertia part. princip. num. 25. verſ. ſecundò limita. Chaſſan. in d. conſuetud. tit. Des fiedz. §. 5. num. 140.* quam ſententiam etiam defendendam ſuſcepit, *Sonsbeccius in part. 12. num. 138. & tanquam communem ſequitur Jul. Clarus lib. 4. ſentent. § feud. quæſtio. 78. num. 5.* (h.) (h) 18

Hi enim omnes potiſsimum hac ratione [illegible]untur, quoniam in minori-

minoribus ordinibus & intra annum probationis conſtituti poſſunt, depoſito habitu religioſo, ad ſeculum redire. Hæc enim ratio tum demum rectè locum habet, quando, re integra & prius, quàm aliis jus in feudo quæſitum eſt, habitum exuunt. Quare ad hunc etiam caſum hæc ipſorum opinio ratione iſta ſubnixa reſtringenda erit. & ita doctrinam hanc declaravit etiam *Minadous in d. conſtitut. in aliquibus: num. 21.* Quinimo dum ipſi conſiderant facultatem redeundi ad ſeculum, ut ad feudum admittatur, hoc ipſo concedunt, eum interim, donec in minoribus ordinibus conſtitutus eſt, in feudo non ſuccedere, atq; adeò omnem vim ponunt in eo, ut habitum religioſum deponat, quod, quo tempore fieri debeat, ab Andr. de Iſern. & ejus aſſeclis rectius, quàm ab alijs contra nitentibus explicatur. ut proinde illi, qui Bald. ſubſcripſerunt, non tam nobis refragari, quàm materiam iſtam non ſatis declaraſſe videantur.

19 Quod † verò poſt Bald. in hanc ſententiam affert Sonsbeccius, ſi admitteretur per ſuſceptionem minoris ordinis, ſtatim feudum amitti, parentes & agnati ſtuderent quotidie circumvenire, & inducere filios vel agnatos adultos, ut ordinem minorem aſſumerent, quò magis à parente alius fortaſſe filius vel agnatus patri carior feudum conſequeretur: quod tanquam iniquum minimè admittendum eſt, ne peccandi feneſtra ijs patefiat: hoc etiam ſententiæ noſtræ parum obſtat: Facilè enim concedimus, ſi appareat, talem fraudem interveniſſe, ut tum clericus in minoribus conſtitutus etiam re non amplius integra, habitum legitimè deponens, ad feudum admittendus ſit, ne alteri, qui interim in feudo jus fraude conſecutus eſt, fraus ſua patrocinetur, quemadmodum exiſtimavit Bald. & qui eum fuerunt ſecuti. Hoc tamen non impedit, quò minus interea generaliter concludam, etiam in minoribus ordinibus conſtitutum ad feudum non admittendum eſſe prius, quàm re integra habitum depoſuerit vel de fraude docuerit.

Fraus † enim niſi expreſſe doceatur, non præſumitur, *l. quoties: §. qui dolo: de probat. l. dolum. C. de dolo. Et hoc in propoſito tradidit Chaſſaneus in d. tit. Des fiedz. §. 5. verſ. ſexto limitate: poſt Iacob. de Belviſo in d. tit. de feudo fœmin.* 20

Sic † etiam non negamus, ætatis hoc caſu habendam eſſe rationem, ut, ſi ejus ætatis fuerit, quo negocium rectè intelligere non potuerit, habitu religioſo poſtea depoſito, facilius ipſi detur regreſſus ad feudum, prout hoc jure noſtro Saxonico diſertè diſponitur *d. art. 25. lib. 1. ſpecul. Saxon. ibi:* Mönchet man aber ein Kind binnen ſeinen Jahren/ das mag wol wieder aus dem Kloſter ziehen/ vnd behelt Lehnrecht vnd Landrecht/ quæ tamen omnia intelligenda ſunt de clerico intra tempora probationis conſtituto, ita ut habitum legitimè exuere poſſit. Nam alioqui character clericatus ſemel affixus etiam per dolum remanet. *c. conſtituit: 20. q. 3.* & in ſpiritualibus fraus & dolus alterius non irritat, nec annullat actum; *c. cum dilectus: de his quæ vi, met. cauſa: ut declarat Minadous in d. loco.* 21

Sed † major ſubeſt difficultas, quid ſtatuendum ſit de illis, qui ſacro cuidam militum ordini nomina dederunt, & quandoq; cruciferi, quandoq; milites Rhodij, quandoque Hieroſolymitani, quandoque ſecundùm varia ordinum nomina aliter appellantur. Nam quod hi feudum retineant, & in feudo ſuccedere poſſint, *ſenſit Bald. Alvarott. Præpoſitus: Matth. de Afflict. num. 16. & Petrus Ravennates in d. tit. de mil. t. vaſall. qui arma bellica depoſuit. Afflict. in d. §. qui clericus: num. 22. Barbat. in rubr. de feud. col. penult. verſ. quod ſi vaſallus efficiatur miles: Jacob. de S. Georg. in d. inveſtitura: in verſ. dictique vaſalli promiſerunt non committere feloniam: n. 53.* 22

Curtius

Curtius Juni. in tract. feud. d. loco quaeſt. 10. numer. 29. verſ. ſeptimò videtur limitandum. Caſſane: in loco ſuprà citato num. 18. Curtius ſenior in conſil. 62. & 63. Nevizanus conſil. 30. in princip. Moventur autem potiſſimum, quoniam hi minimè reliquerunt arma militaria, ſed potius militiæ magis ſunt addicti. non itaque ad eos pertinere poterit titulus, de milite vaſallo, qui arma militaria depoſuerit: ceſſante præſertim ratione etiam ejuſdem. Contra verò alii exiſtimarunt, neque hos ad feudi ſucceſſionem admittendos eſſe, *ut Bald. in conſil. 23. Incip. ad evidentiam: vol 1. aliàs eſt conſil. 170. incip. ad audientiam. libr. 2. quem refert & ſequitur Brunus in conſil. 17. Rubeus in conſil. 8. num. 3. & hanc opinionem latè defendit Cravetta in conſ. 303.* eandemq; ſecundum juris feudalis diſpoſitionem veriorem eſſe exiſtimat *Cacheranus in d. deciſione 27. nu. 18. Guerrinus Piſo in præludiis feudor. ſub tit. an milites Hieroſolymit. ſint capaces feudorum. Joann. Anton. Cannetius in c. volentes. §. ſed an poſſit in militem.* Ego plurimum referre arbitror, quibus legibus, & conditionibus ſit devinctus ordini. niſi enim illæ obſtaculo eſſent, quò minus ea præſtare poſſit domino, quæ in juramento fidelitatis promittit vaſallus, *c. 1. de de nova form. fidel.* tum ſanè primæ opinioni ſubſcriberem. Si verò tam duris eſſet devinctus legibus, ut ea, quæ à vaſallo juramentum fidelitatis exigit, præſtare omnino non poſſit: tum ſanè, quia eadem ſubeſt ratio, quæ clericum à feudi ſucceſſione removet, negativæ adſtipularer ſententiæ. Secundùm varias itaque ordinum leges & conditiones totum hoc dijudicandum
(i) eſſe duco. (i)

23 Cæterùm † quod hactenus firmavimus, clericum in feudo non ſuccedere, neque etiam feudum, quod habet, retinere poſſe, declaratur primò, ut procedat tantùm in illis feudis, de quibus ſervitia militaria præſtanda ſunt: ſecus verò in illis, de quibus præſtantur ſervitia realia, quæ à clericis non minus honeſtè expediri poſſunt. Nam in hiſce caſibus clericus rectè feudum, quod habet, retinere, & in feudo ſuccedere poſſet. Hoc ſenſit *Innoc. in d. c. in præſentia: num. 5. de probat. quem ſequitur Felinus ibi: num. 46. & Decius col. penultim. Calderu. in conſ. 2. de feud. num 1. Bald. & Alvarott. Matth. de Afflict. & DD. in d. c. qui clericus: & in d. tit. de milit. vaſall. qui arma bell. depoſ. Barbat. in rubr. de feud. col. 2. in fin. Alexand. in d. conſil. 10. num. 8. libr. 5. Sylvan. in d. conſil. 3. num. 60. Curtius Jun. Caſſaneus, & Julius Clar. in d. locis Cacheran. in d. deciſio. 27. numer. 7.* ubi etiam oſtendit, pleroſque eorum, qui opinione, quam ſuprà primo loco recenſuimus, acceſſerunt, in hoc hallucinatos fuiſſe, dum ex eo, quod pro limitatione concluſionis alii tradiderunt, ipſi regulam conſtituerunt. Idem ſecutus eſt etiam *Capitius in d. deciſio. 10. num. 10.* inquiens, hoc non habere contradictorem.

Atq; † hi quidem omnes, qui hanc limitationem poſuerunt, idem etiam admittunt in monacho, ita tamen, ut monaſterium tam diu teneat feudum, quàm diu monachus ſuperſtes eſt, ut apparet ex locis jam citatis. 24

Eſt † præterea circa hanc limitationem advertendum, regulariter omnia feuda hanc habere naturam, ut militaria ſervitia inde præſtentur, quemadmodum perſpicuum eſt ex forma juramenti fidelitatis, tradita *in tit. de nova form. fidelit.* Longè itaque rectius ex ipſa natura feudi regula negativa conſtituitur, atque huic limitatio iſta ſubjungitur, quàm ut ex limitatione hac regulam affirmativam extruere quis velit, quemadmodum multi errore quodam ducti fecerunt, quos notat *Cacheranus in d. deciſ. 27.* Et quamvis limitationem iſtam *Joann. Thomas Minadous in d. conſt. in aliquibus. verb. filiorum: numer. 17.* impugnare conetur, motus potiſſimum, quoniam ultra ſervitium reale vaſallus propter 25

juramentum fidelitatis ad alia eſt devinctus domino, ut habetur *in c.1.de nova form.fidelita.* quæ clerico minus conveniunt: non tamen propterea à communi opinione recedendum eſt. Nam etſi juramentum fidelitatis plura requirat à vaſallo: omnis tamen ratio, ſecundùm quam vaſallus vel idoneus vel imperfectus judicatur, à ſolis ſervitiis dependet. meritò itaque totum hoc negocium juxta ſervitiorum rationem æſtimabitur non attento, quid alioqui à vaſallo exigatur, ut manifeſtum eſt ex iis, quæ in quæſtione præcedente de muto, ſurdo, vel aliàs imperfecto diximus *& quæſtio. ſeq.* de fœminarum ſucceſſione in mediũ afferemus.

Secundò † concluſio noſtra lo-
26 cum non habet in illis caſibus, in quibus, licet militaria ſervitia præſtentur, tamen per ſubſtitutum ſervire permiſſum eſt, *(k)* ut uno ore tradiderunt in-
(k) terpretes in locis citatis, atque etiam *Julius Clarus in d.* §. *feudum: quæſtio.78.* Et de tali facti ſpecie loquuntur omnes illi, qui exiſtimarunt, clericum in feudo ſuccedere poſſe, præſupponentes nimirum regulariter permiſſum eſſe vaſallo, ut per ſubſtitutum ſerviat: cum tamen res longè aliter ſeſe habeat, quemadmodum paulò ante expoſuimus.

Tertiò † declaratur, ut, licet cle-
27 ricus feudum non retinere, neque in eo ſuccedere poſſit, ſi tamen dominus ſciens clericum inveſtierit de feudo, tum ipſe hanc gratiam facere cenſetur, ut per ſubſtitutũ ſervitia exequi queat, ac propterea feudum jure tenere poteſt. *Hoc tenet Alvarott. Præpoſit. & Matth. de Afflict. in d. tit. de feud. fœmi. Alex. in d. conſ. 10. num.16. Albertus Brunus in conſil.16. in fin. Curtius Jun: in octava limitatione: Chaſſaneus in ſeptima limitatione: & Cacheranus in quarta.* *(l)*

(l) Quartò † limitatur, ut non pro-
28 cedat in fœmina, quæ, poſtquam feudum ei conceſſum, deinde monialis facta eſt. Nam quia dominus concedendo illi feudum cenſetur gratiam feciſſe, ut per ſubſtitutum ſervire poſſit, meritò feudum per ſubſtitutum retinet, licet monialis facta ſervire non poſſit, *ut firmat Alex. in conſil. 10. vol.5. quem ſequitur Felinus in d.c. in præſentia: in tertia fall. Curt. Junior in quarta limitatione: & Cacheranus nu.11. Sylvanus in conſ.3. incip. quo ad primum dubium: num.58. Paul. in conſil.4. nu.24. & 25. lib.1. Joann. Bolognet. conſ.5. nu.29.* *(m)* Ac licet Matth. de Afflict. *in d. deciſione 320.* contrarium aſ- (m)
ſerat, quem ſecutus fuit *Chaſſaneus in tertia limitatione: & Lofredus in paraphraſ. c. ſi clericus: ſi de feud. defunct.* Ab hac tamen limitatione non videtur recedendum, propterea, quæ in ſecunda declaratione diximus. Ex quibus facilè etiam tollitur id, quod de duobus defectibus conſiderat Afflict. Nam cum facultas ſerviendi per ſubſtitutum omnem defectum tollat, nihil ſanè video, quid amplius obſtaculo eſſe poſſit, quò minus fœmina monialis facta feudum retineat. Una enim duntaxat eſt ratio tam fœminam quàm monialem à feudo excludens, videlicet impotentia ſervitii, quæ, conceſſa facultate ſerviendi, per ſubſtitutum penitus tollitur, & ubi una tantum poteſt aſſignari ratio, tunc illa conjungit plura, quæ ab eadem ratione reguntur, *argum. l. nam hoc jure: de vulgar. & pupillar. & l. in teſtamento. C. de teſtament. milit. l. in actionib. de his qui notan. infam. Bart. in l. Sejæ: §. Cajo: de fund. inſtruct.* Et ſententiam hanc contra Afflict. pluribus firmat. *Minadous in d. conſt. in aliquib.* §. *Titio: numer. 58.* ubi etiam declarat, quàm diu apud monaſterium feudum permanere debeat. Alias limitationes recenſent *Curtius Junior, Chaſſaneus, & Cacheranus in d. locis,* *(n)* ut apud eos videre licet. Denique ſciendum, ea, (n)
quæ ſuprà de ſucceſſione clericorum diximus, ſecundùm jus commune feudorum ita obtinere: interim tamen nihil impedit, quò minus conſtitutione aliqua contrarium ſanciri poſſit, ut apud noſtros factum videmus, *par. 3.*

Conſt

(*o*) *Conſt. Elector. 28.* (*o*) ſed ut ſecundùm conſtitutionem iſtam in hiſce regionibus rectè judicatur. Ita in locis jure communi feudorum utentibus, ſecundùm ea, quæ ſuprà firmavimus, tam reſpondendum quàm judicandum erit. Non enim privatæ auctoritati committendum eſt, ut à legis præſcripto ſine lege ex ratione quantumvis probabili recedere liceat.

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(*a*) IN Cardinalibus] An Cardinalis per ordinem acceptum feudum amittat? affirmant *Jacob. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 3. cauſa 231. n. 6. & ſeq. & conſil. 54. n. 32. & 33. vol. 1. & conſ. 181. n. 71. cum ſeq. uſq. ad fin. ubi latè vol. 2. conſ. 202. n. 117. cum ſeq. uſq. ad n. 53. ubi n. 127.* ipſum Pontificem in eo ſuccedere poſſe negat *& n. 134. Ruin. con. 42. n. 9. Afflict. deciſ. 320. Vultei de feud. lib. 1. ca. 9. n. 67.* noviſſimè *Roſenth. cap. 7. concl. 29. n. 9.* & tametſi *Jaſ. con. 117. n. 2. vol. 4.* contrarium reſponderit & idem cum Jaſone ſentiat *Cephal. conſ. 2. in fi. & noviſſimè Borchold c. 7. n. 62.* tamen cum in jure feudali non reperiãtur privilegiati, atque in iis excludendis eadẽ militet ratio, quæ in cæteris clericis regulę potius ſtandũ eſſe putaverim.

(*b*) §. Idem videtur dicendum n. 21.] His adde *Menoch conſ. 54. n. 18. lib. 1. Capy. deciſ. 31. n. 2. Förſter. in tract. de ſucceſſionib. ab inteſtat. lib. 4. c. 23 n. 33. in 1. quæſt. Schrader in tract. feud. part. 7. cap. 5. n. 30.*

(*c*) Habitum religionis depoſuerit] Idem notat *Jul. Clar. & Bajard in recept. ſentent § feudum quæſt 78. nu. 5. Borchold. in tract. de feud. cap 7. n. 62.*

(*d*) Ad eum non pertinere] Additur hæc ratio, quod nimirum miles ſeculi eſſe deſierit, qui ceperit eſſe miles Chriſti, nec feudum pertinẽt ad eum, qui officium militare gerere non debet, ut maximè per vires corporis poſſit, *d. c. 1. de vaſallo milite*, cui convenit & illa, de qua *in c. 1. clericatu feud. amit.* Deo ſiquidem militans, ſecularibus ſeſe negotiis implicare non debet, *ut eſt can. placuit. 21. q. 3.* Et in ſpecie, quod Clerici non poſſunt, eſſe in bello nec pugnare, expreſſi ſunt juris Pontificii textus *in c. ex multa §. de Clericis de vot c. cleric. 23. q. 8. & clement. 1. de homicid. Menoch. conſ. 54. n. 19. & 20. vol. 1. & conſ. 181. n. 79. vol. 2.*

(*e*) Idem etiam in Clericis] qui neq; da, quæ in juramento fidelitatis continentur præſtare poſſunt, qua ſola de cauſa clericum excludi reſpondit *Ceph. conſ. 1. n. 3.* eamque eſſe fundamentalem rationem prohibendi clericos & religioſos à ſucceſſione docet *Curt. Jun. part. 2. n. 18. in fin.*

(*f*) Tam in judicando] ſic collegium Jureconſultórum in Academia Ingolſtadienſi b's decidiſſe refert *Romul. in l. ut vim. n. 70. ff. de Juſtit. & jure* hancq; opinionem tanquã veriorem magisq; communem ipſis etiam dominis Cameralibus viſam eſſe teſtatur *Mynſinge. cent 5. obſervat 48 in fin.*

(*g*) Verb. filiorum n. 177. adde *Menoch de arbitr. jud. quæſt. caſ. 231. n. 10. lib. 2. & conſ 181. n. 80. vol. 2. Rolan. à Vall. conſ. 23. n. 23. vo 1.* qui in effectu idẽ tradiderũt. *Vultei. de feud. lib. 1. cap. 9. n. 67. verſ. de Cler.*

(*h*) Quæſtio 78 n. 5.] Et hanc ſententiam è Germaniæ JCtis amplectuntur. *Kaich. in commun. opinion. lit. F. in verb. in feudo Clericus Roſenthal. de feud. cap. 7. conclu. 75. & noviſſimè Förſter de ſucceſſionib. ab inteſtat. cap. 23. n. 35.*

(*i*) Dijudicandum eſſe duco] Idem ſentit *Vultei de feud. lib. 1. cap. 9. n. 67. verſ. de equitib. Rhodiis quem omnino vide.*

(*k*) Permiſſum eſt] Hæc permiſſio intelligenda eſt, non tantum cum fit expreſſè, ſed etiam ſi dominus non contradicit, aut illi quorum intereſt. *Rub. conſ. 80. in fin. Nevizan. conſ. 30. numer. 1.*

(*l*) Ca-

(*l*) Cacheranus in quarta] Adde *Menoch.de arbitr.jud.lib.2.cent.3.caſ. 231. n.48.Zaſ.part.5.n.71. & ſeq.Schrader.de feud.part.4.cap.3.n.7.Vultei de feud. cap. 4.nu.9.* Hinc Clericus etiam politico atque ſeculari judici ſubjicitur, neq; exceptionem fori declinatoriam prætendere poteſt. *c. cæterum ext. de judic. c. ex tranſmiſſa ex. de for. compet. And. Gail. lib.2. obſervat.37. nu.3. Mynſing.cent.1.obſervat.22. Hartman.Hartm. obſervat.4.4. tit. de feud.Clar.in §.feudum quæſt. 90.*

(*m*) Bologn.conſ.5.n.29.] His adde *Sonsb. p.12.n.115.Roſenthal. de feud. cap.7. concl.77.in fin. Förſter de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4.cap.23.nu.37. Vultei de feud. d. cap.9. n.67. verſ.ſeptimus eſt in fœmina.*

(*n*) Cacheranus in d. locis] Plures caſus quorum reſpectu clerici feudorum ſunt capaces vide apud *Roſenthal. in tract. feud.cap.7.concl.30.Schrader de feud.part.7.cap 5.n.30.Valentin Förſter in tract.de ſucceſſion.ab inteſtato lib.4.cap.23. num.36.Vultei de feud lib.1.cap.9. num.62. verſ.ſunt tamen caſus.Menoch.conſ.54.numer.4.vol.1.Fulv.Pacian. conſil.36 nu.18.* noviſſimè Berlich.*concl.39. n. 19. & multis ſeqq. part.3.*

(*o*) Part. 3.Conſtit.Elector.28.] Ad quam vide *Daniel Moller. d. loc.* & Berlich. *d. concluſ.39. numer.59. & ſeqq. His adde Matthiam Coler. deciſ. 46. numer.4. & deciſ.90.num.4. & ſeq.*

QUÆSTIO XXXIV.

FOEMINÆ, AN ET QVATENUS SUCCEDANT IN FEUDO PRÆSERTIM ſi iſtud fœmineum fuerit: & quod nam verè dicatur fœmineum. De intellectu item c.1. de feud. fœmin. & c.1. An maritus ſuccedat uxori in beneficio.

1. *Fœmina regulariter in feudo non ſuccedit, & quæ ſit ejus ratio, & nu.34.*
Etiamſi feudum ſimpliciter hæredibus eſſet conceſſum: num.2.
Idem obtinet in fœminis bello aſſuetis, num.3.
Quin nec maſculi ex fœminis deſcendentes ſuccedunt, num.5.
Locum etiam habet hoc in feudo emto, ut contra multos defenditur, num.8.
Sic etſi feudum maſculum ad fœminam ex pacto pervenerit, non tamen fœminæ ſuccedunt, num.10.
Fallit hæc regula in feudo fœmineo, nu.12. & 13.
Ita tamen, ut deficientibus demum maſculis, ſuccedant fœminæ. Ibidem nu.23. & 28.
Idem fallit in feudo, de quo nulla præſtantur ſervitia, ut contra multos firmatur num. 29. Vel de quo tale ſervitium præſtatur, quod à fœminis honeſtè expediri poteſt: num.37. Niſi verba inveſtituræ aliud deſignent, num. 36.
Item niſi dominus, conſentientibus agnatis, inveſtierit filias. nu.38.
Sic etiam conſuetudine introduci poteſt, ut fœminæ ſuccedant, num.41.
Idem etiam pactum inveſtituræ inſertum efficere poteſt, num.42. Cujus tamen verba diligenter ſunt ponderanda ibid.

2. *Hæredum appellatione jure feudali tantummodo filii comprehenduntur.*
4. *Voluntas contrahentium ad ea, quæ rarò fiunt, non accommodatur.*
5. *Infecta radice, infectum eſt omne id, quod inde deſcendit.*
6. *Impedimentum, quod obſtat defuncto, etiam ſucceſſoribus ejus obeſt.*
7. *Media perſona deficiente, ad ulteriorem deſcendentem non devenitur.*
9. *Feudum emtum quatenus cenſeatur amittere vel retinere naturam ſuam.*

10. Pa-

Digitized by Google

10. *Pactum de una perſona non extenditur ad aliam,& num. 43.*
11. *Feudum maſculum licet ſemel ad fœminam pervenerit,non tamen propterea mutat naturam ſuam.*
In feudis conſideratur principium,& prima radix, non quo tramite deſcendat ibid.& num. 19.
13. *Feudum fœmineum quodnam verè dicatur.& num. 21.*
14. *Filias neq; in feudo fœmineo ſuccedere quidam putarunt, ſed eo refutato, contrarium ex communi defenditur num.18. & ſeqq.*
15. *Fœmina acquirens feudum cenſetur ſeſe conformaſſe cum jure feudali.*
Reſpondetur num.25.
16. *Textus in c.1. de feudo fœmineo declaratur, ſed reprobato hoc intellectu rectius explanatur, num.20. & 24. 27.& 29.*
17. *Obertus & Gerardus quo tempore vixerint,& quæ fuerit ipſorum auctoritas.*
19. *Ex origine quamvis rem metimur.*
A primordio tituli poſterior firmatur eventus.
21. *Textus in c. 1. de natura ſucceſs. feud. declaratur.*
22. *Textus in c. Jugales: in capit.extraordin.declaratur: & num. 28.*
26. *Textus in tit. An maritus ſuccedat uxori in beneficio:declaratur & oſtenditur, eum de feudo fœmineo intelligendum.*
30. *Feudum propriam ſuam naturam in cæteris retinet, licet nullum ſervitium inde præſtetur. declaratur numer.35.*
31. *Fœminæ pluribus de cauſis excluduntur à feudis: & licet una ceſſet,non tamen propterea admittuntur, declaratur num.34.*
Ex pluribus cauſis una ceſſante,non ceſſat propterea diſpoſitio.
32. *Capitula extraordinaria non ſunt authentica,declaratur,num.33.*
35. *Fœmina quatenus ex natura feudi cenſeatur excluſa à feudo.*
39. *Dominus in præjudicium agnatorum non poteſt inveſtire filias.*
40. *Textus in c. 1. in fin. Quemadmod. feud. ad filiam pertineat: declaratur.*
Parentes dicuntur etiam agnati jure feudali.
41. *Jus feudale conſuetudinarium contraria conſuetudine tolli poteſt.*

1 JURIS † eſt explorati, fœminas in feudo regulariter non ſuccedere, *c. 1. §. filia verò: de ſucceſs.feud.cap.1. quemadmodum feud. ad filiam pertin. c. 1. §. hoc autem de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. de gradib. ſuccedenti in feud. c.1.de natur.ſucceſs.feud.c.1.§.ſimiliter:de capit. qui cur vendit. c. 1. an mutus, ſurd. vel imperfect.* cujus etſi varias tradiderint rationes interpretes, *quas recenſet Bald. in l. quoties: in penult. colum. C.de ſuis & legitim.Curtius Junior in tract.feud.part.ter. nu.1.verſ.circa primam partem primi tractatus: Sonsbecc. in tract feud.part.9.num.* (a) *120.*(a) quidam verò, quibus illæ non ſatisfaciunt, exiſtimarint, nullam poſſe probabilem reddi rationem,ſed voluntatem diſponentis pro ratione habendam eſſe, *arg.l.2.§.pueritiam: & ibi gl.in verb.ratus: de poſtulando: ut ſenſit gl. in c.1. §.Hoc quoq;: de ſucceſs.feud.quam ſequitur Julius Clar. libr. 4. ſententia. §. feudum: quæſt. 73.* vera tamen ratio in eo conſiſtere videtur, quoniam feuda regulariter ob ſervitia militaria concedi ſolent, ad quæ cum fœminæ minus idoneæ ſint,(*b*)non mirum,cur perinde ut mutus, ſurdus vel alioqui imperfectus à feudi ſucceſſione removeantur, *d. c. 1. an mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus:* ubi etiam propterea invicē æquiparantur: & hoc ita eſſe,apparebit ex iis, quæ paulò poſt dicemus de feudis, quorum nomine nulla ſunt præſtanda ſervitia. (b)

2 Hæc † autem regula locum habet, etiamſi feudum generaliter hæredibus conceſſum eſſet.(*c*) Nam etſi (c) communi jure, appellatione hæredis omnes ſucceſſores, & ſic filiæ veniant: *l. hæreditatis appellatione: de verbor. ſignification.* in feudis tamen hoc nomine maſculi ſolùm comprehenduntur, *cap. 1. §. etſi clientulus: de alienat. feudi, c. 1. §. ſimiliter: verſ. profectò: de leg. Corrad. Bartho. Socin. in conſil. 19. incip. videſit.* (*d*)
(d)

Deinde

3 Deinde † idem obtinet in illis fœminis, quæ, ut ex multis paucæ fuerunt repertæ, militæ fuerunt deditæ, ut fuit Camilla Virgiliana, Penthesilea, vel Hipsicratea, & id genus fœminæ. Nam etſi in illis videatur ceſſare ratio, ob quam fœminas à feudi ſucceſſione removeri tradidimus, ac propterea etiam *Andr. de Iſern. in c. 1. §. hoc autem in fin. de ſucceſſ. feudi*, ſenſerit, ejuſmodi fœminas admittendas eſſe; contra tamen communiter exiſtimatum eſt, neque haſce ad feudum aſpirare poſſe. Id quod tenuit *Martinus Laudenſis & Alvarott. in d. §. & quia: de his qui feud. dar. poſſunt: & ibi Matth. de Afflict. num. 22. & Petrus Ravennat. in §. hoc autem notandum: eod. tit. Jacob. de ſanct. Georg. in verb. & fœminis: num. 8. Curtius Junior in d. part. tertia. in princ. num. 9. verſicul. ſeptimò limitate: Zaſius in epitom. feudal. parte 8. de feud. ſucceſſ. num. 36. Loriott. in tit. de his qui feu. dar. poſſ. §. & quia: dicens hoc eſſe verius & receptius: Hannetonius libr. 2. cap 8. Sonsbeccius parte 9. num. 119. Joann. Thomas de Marinis tit. 11. de feudo fœmineo: num. 22.* cujus ſententiæ ratio non eſt obſcura: nam feudum penitus dependet à voluntate concedentis, & acquirentis. Cumque illi, etjamſi de hæredibus dixerint, ex propria feudorum natura de maſculis ſolummodo ſenſiſſe videantur, conſectarium omninò eſt, hanc conceſſionem ad fœminas quantumvis armis aſſuetas minimè pertinere.

4 Non † enim ad ea, quæ raro accidunt, voluntates contrahentium accommodantur. *l. non ad ea: de ll.* ex quo etiam facilè ceſſat argumentum *Andr. de Iſern.* opinantis, licet de illis, quæ raro fiunt, non ſoleat peculiaris ferri lex, ad ea tamen, ſi contigerint, nihilominus generalem legum diſpoſitionem pertinere: *l. ſi major. C. de legitim. hæred.* Nam reſpondet Loriottus, id verum tantummodo; eſſe in certis & præteritis; in futuris autem id, quod frequentius eſt, conſiderari ſolere, *l. antiqui: ſi pars hæred petatur.* vel poteſt planius reſponderi, rationem Iſern. tum demum rectè procedere, quando verba legis, & etiam voluntas diſponentis caſui raro contingenti conveniunt. At in propoſito, cum de maſculis juxta communem feudorum naturam modò dictum & intellectum ſit, palàm eſt, ad filiam conceſſionem hanc minimè pertinere poſſe.

Tertiò † regula iſta uſque eò procedit, ut neque etiam maſculi, qui ex fœminis deſcendunt, in feudis ad ſucceſſionem aditum habeant, ut diſertè probatur *in cap. 1. §. hoc autem. de his qui feud. dar. poſſ.* (e) cujus hanc aſſignant rationem, quoniam infecta radice, infectum eſt omne, quod ab ea deſcendit, *l. ſi viva matre, C. de bon. mater. l. 1. §. ejus rei. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisdict. l. tria prædia: de ſervit. ruſt. prædio. not. Bald. in l. fin. in fin. C. de verbor. ſignific. & in l. quoties: C. de ſuis & legitimis.* 5 (e)

Et † regulariter impedimentum, quod obſtat defuncto, etiam ſucceſſoribus ejus obſtat, cum ſucceſſor non debeat eſſe melioris conditionis quàm auctor ipſius: *l. quod ipſis: de regul. jur.* neque etiam plus juris in alium quis transferre poſſit, quàm ipſe habeat. *l. nemo plus juris. de regul. jur. c. nuper: verſ. nos autem de donatio. int. vir. & uxor.* 6

Sic † etiam videmus regulariter, media perſona deficiente, non poſſe ad ulteriorem deſcendentem deveniri: *l. meminimus. C. de legit. hæred. facit, l. Divo Marco. C. de quæſtion. l. cohæredi. §. cum filia: de vulg. & pupill,* quæ jura ad hoc propoſitum allegat *Joan. Thomas de Marin. tit. 11. de feud. fœm ſive mater.* 7

Quartò † regulæ noſtræ locus etjam eſt in feudo emto. Nam etſi multi opinati fuerint, in feudo emto fœminam ſuccedere, ut primus ſenſit *Odofre. in ſumma tit. qui poſſ. ſucced in feud. quem ſequitur Roman. in conſ. 367. incip. circa primum conſultationis articulum: numer. 12. verſ.* 8

Digitized by Google

verſ. fallit quartò. Decius in conſil. 390. Quoniam ex facto: numer. 7. Ruinus conſil. 18. primo & principaliter: numer. 18. vol. 1. Pariſ. conſil. 4. num. 39. vol. 1. Gozad. conſil. 9. in hac cauſa: num. 55. & conſil. 36. numer. 19. Joann. Baptiſt. Ferret. conſil. 108. vertitur difficultas. Anton. Rubeus in conſil. 110. num 3. quod tanquam veriſſimum ſequitur etiam Curtius Juni. in d. loco parte tertia: in princip. num. 6. verſ. ſextò limitate illam regulam: Roland. à Vall. conſil. 41. num. 1. & conſil. 48. num. 7. & conſil. 90. num. 13. vol. 4. & hanc opinionem veriorem & magis communem eſſe ait Julius Clar. in d. §. feudum: quæſt. 73. numer. 6. quam tenuit etiam Paulus Picus in §. & quia vidimus: numer. 65. de his qui feud. dar poſſ. titul. 1.* Contrà tamen longe verius videtur, fœminas neque etiam in feudo emto ſuccedere, cum, etſi pretio quæſitum ſit: nihilominus tamen nomine ejus ſervitia militaria præſtari ſoleant, quæ potiſſimum in cauſa ſunt, cur fœmina excludatur à feudo. Rectiùs itaque poſt Andr. de Iſern. quem refert, hoc docuit *Martin. Laudenſ. in d. §. & quia. idq́; videtur ſenſiſſe etiam Bald. ibidem & in c. ſignificavit: de reſcript. Præpoſitus col 28. & Afflict. numer. 23. inquiens, hoc communiter omnes tenere. Jacob. de S. Georg. in verb. & fœminis: num 6.* qui ait, ſe vidiſſe, quod fuerit judicatum contra opinionem Odofred. *Zaſius in epit. feud part 8. numer. 37.* qui potiſſimum conſiderat verba generalia juris feudalis quibus fœminæ à feudis penitus arcentur. Licet enim feudum ſit emtum, nihilominus feudum manet, & non fit allodiale: *idem tenuit Hannetonius lib. 2. cap. 8. Joann. Thomas Minadous in conſtit. Regn. c. In aliquibus, verſ. textus conſtitutionis, num. 5. Curtius ſen. in conſil. 49 incip. Memoria recolendæ Dux Mediolan. col. 5. verſ. accedentes ad primum: & hanc ſententiam tanquam magis communem* ſequitur Albertus Brunus in conſil. 18 num. 9. eandem ſaltem in caſu ubi ſervitia præſtantur de feudo, communem eſſe teſtatur etiam Marian. Socin. in conſil. 65. num. 16. vol. 1. Roland. à Vall. conſil. 23. num. 32. vol. 1. & in conſil 18. num. 20. in 3. vol. & in conſil 41. numer. 11. in 4. vol. Alciat. conſ 170. num. 3. Menochius conſ. 1. num. 470. & tanquam communem* defendit etiam D. Borcholt. in tract feud cap. 7. num. 65.* (f)

Neque dubitandum, quin auctoritas horum plus ponderis meritò habeat, quàm illæ, quas in primam opinionem citavimus: quippe cum ab illis cauſis magis deſervientibus hoc temere fuerit prolatum: hi verò ipſam materiam feudalem pertractantes de veritate indaganda magis fuerint ſoliciti: pugnante præſertim pro hiſce generali illa juris regula, quæ fœminas in univerſum à feudo removet. Regulę enim ſemper inhærendum, donec contrarium perſpicuè doceatur: *ut dixit Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. ſi tutor. C. de ſervi. pign. dat. manum: Id quod etiam perpendit Curti. ſenior in d. conſil. 49.*

9 Et † quamvis me non lateat, admodum controverſum eſſe alioqui, utrum feudum emtum verè feudum dicatur, ut apparet ex locis in utramvis partem copioſè citatis *à Gabriel. libr. 3. de feud. concluſ. 2.* tamen dato, opinionem eorum, qui exiſtimarunt, propter emtionem naturam feudi aliquatenus immutari, veriorem eſſe, ea eatenus duntaxat procederet, quatenus natura emtionis id denotaret: in reliquis verò nihilominus propriam ſuam naturam retineret, *ut not. Socin. in l. Gallus:* §. *etiamſi parente, col. 2. verſ. quam concluſionem limita. de liber. & poſthum.* At in aperto eſt, quando de feudo, ut hic præſupponimus, præſtatur ſervitium militare, tum ſanè à natura feudi regulariter excludente fœminas à ſucceſſione, nihil penitus ob ipſam emtionem eſſe immutatum, quippe cum hoc potiſſimum ratione ſervitiorum ita conſtitutum ſit. Conſequens igitur eſt, etiam feudum emtum hanc ſuam priſtinam naturam retinere, ut in eo fœminæ ſucce-

cedere non poſſint. Quinimò reperio pleroſque ſententiam eorum, qui putarunt feudum emtum non eſſe proprium feudum, reſtringere, ut non procedat, quando interveniret juramentum fidelitatis, vel perſonale ſervitium *ut ſenſit Alex. conſil. 9. col. 2. verſic. quia ad hoc reſpondetur: vol. 5. Brunus conſil. 41. col. 2. verſ. Nec obſtat ſi dicatur: Curti in tractat. feud. in 3. part. verſ. 6. limitat.* Licet etiam quidam opinionem Odofredi ea ratione tueri conentur, ut illi tum demum locum relinquant, quando nullum præſtatur ſervitium perſonale, ſed tantummodo cenſus annuus, quia tamen iſtud non ab eo deſcendit, quod feudum emtum eſt, quàm quia liberum eſt à ſervitio perſonali: manifeſtum eſt, hoc ad propoſitum noſtrum ubi de feudo emto agimus, non pertinere, ſed longè rectius generalem regulam conſtitui, quæ fœminas etiam à feudo emto excludat.

10 Quintò † hæc concluſio locum habet, licet feudum, quod à mare originem cepit, ad mulierem pacto pervenerit. nam neque in hoc feudo, defuncto mátre, filiæ ejus ſuccedunt, niſi hoc expreſsè actum fuerit. Nam regulariter pactum de una perſona initum non extenditur ad aliam perſonam: *l. ſi unus: §. ante omnia: ff. de pactis.* per quam rationem hoc docuit *Andr. de Iſern. in in d. §. & quia: de his qui feud. dar. poſſ. quem ſequuntur Mart. Laudenſ. ibi, & etiam Mattha. de Afflict. numer. 36. Jacob. de S. Georg. in verb. & fœminis: num. 2. & Curt. Jun. in tract. part. tertia in princip. num. 2 verſ. primò igitur limita. Cujat. de feudis lib. 1. tit. 12.* ubi addit rationem,
11 quia † ſublata fœmina, feudum ſtatim repetit ſuam originem, cum nec nomen nec naturam ſuam immutaverit ob fœminam, quæ extitit in medio. Idque probatur *per c. 1. an maritus ſuccedat uxori in beneficio,* ſiquidem textus ille intelligendus eſſet de feudo, quod à mare originem duxit, & ad fœminam ex pacto pervenerit, prout eum interpretatus eſt *Cujatius ibi in d. tit. 12.* Dicitur enim ibi, in ejuſmodi feudo neque filios matri ſecundùm conſuetudinem regni, ſed ſolum de æquitate ſuccedere. ſi enim filii hoc caſu non admittuntur ex ſtricta juris ratione, niſi ſpecialiter dictum ſit: utique multò minus filiæ ſuccedere poterunt. Et additur ibi ratio: *quia ſecundùm uſum regni ad benficium* vocantur paternum, non maternum, vel, ut emendavit Cujatius, quia ſecundùm uſum regni propriè beneficium vocatur paternum, non maternum: quibus verbis hoc idem, quod ex Cujatio jam diximus, denotatur, videlicet feudum, etſi ad fœminam ex pacto pervenerit, non propterea mutare naturam ſuam, quam ab origine habuit, ſed paternum potius, quàm maternum cenſeri. Non mirum igitur, cur filiæ, niſi expreſsè vocentur, non admittantur ad ejuſmodi feudum paternum. Sed de intellectu *d. tit. an maritus ſuccedat uxor. in benefic.* & an inde colligi poſſit id, quod voluit Cujatius, infrà plura videbimus. Idem ſenſit *etiam Bald. in c. 1. de eo, qui ſibi & hæredib. ſuis maſculis: col. 1.* dum ait, quod, etſi feudum à maſculis acquiſitum ex pacto tranſeat ad fœminam, non tamen iſtud propterea dicatur maternum, ſive fœmineum, quia non curamus, quo tramite feudum deſcendat, ſed quod ſit primum ejus principium & prima radix & fundamentum: quod ſequitur *Matth. de Afflict. ibi, numer. 10. & Joann. Thom. de Mari. tit. 11. de feudo materno, numer. 12.* Eſt autem hoc loco notandum, nos hic diſertè verba facere de feudo, quod à mare originem ſumſit, & ſpeciali pacto ad mulierem devenit. Nam in hoc feudorum genere procedit tantùm id, quod diximus, fœminas inde excluſas eſſe, & hoc reſpectu locus eſſe poteſt opinioni Andr. de Iſernia alioqui communiter improbatæ, dum exiſtimat, in feudo fœmineo non ſuccedere filias, ut paulò poſt videbimus

(g) bimus. (g) At quando à principio feudum mulieri conceſſum eſſet, quod propterea fœmineum ſive maternum appellatur, tum ſanè res aliter ſeſe haberet, prout jam diceimus.

Porrò regula noſtra hactenus quinque modis declarata aliquas etiam
12 limitationes recipit. Primò † enim ea locum ſibi vendicare non ſolet in feudo fœmineo, (h) ut dilucidè probatur *in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. ibi, vel niſi ſit fœmineum.* Quod ut rectius percipiamus, nevé vocabuli ambiguitas in errorem nos inducat, ſciendum eſt, fœmineum feudum dupliciter conſiderari poſſe.

13 Quandoque † enim dicitur de eo, quod à maſculis acquiſitum, peculiari pacto inveſtituræ inſerto, ad fœminas tranſitum fecit: & hoc non propriè nuncupatur fœmineum, ſed potius inſpecta origine, feudum paternum appellatur, ut ex Baldo jam antè probavimus, neque etiam de eo hîc verba facimus: ſed huic conveniunt illa, quæ paulò antè in quinta ampliatione diximus. Quandoque verò fœmineum nominatur illud, quod fœmina de novo prius acquiſivit, & ab ea tanquam prima acquirente originem & initium traxit, de quo potiſſimum loquuntur *DD. in c. 1. de feud. fœmin.* textum illum interpretantes de feudo novo, quod originem & principium habuit in fœminis. Cum enim in feudis primum ſtipitem plerunque reſpiciamus, *c. 1. de eo qui ſibi & hæred maſcul.* rectè ſanè feudum, quod à principio fœmina acquiſivit, fœmineum ſive maternum vocabitur: & de hoc intelligenda eſt limitatio iſta, de qua ſermo jam nobis inſtitutus eſt. Ita inter hæc duo feudorum genera clarius, quàm cæteri diſtinguit, atque declarat *Johann. Thom. de Marin. in d. tit. 11. de feud. fæm ſive materno: num 13. & 14. & Guerinus Piſo in præl ad. feudo. ſub tit. propria & impropria feuda quæ nam ſint. verſi. quarta ſpecies feudi: & Petrus Rebuff. in declar. feudor. diviſ. 5. num. 12. & 14. Idem ſenſit etiam Cujatius in d. tit. 12. lib. 1.* (i) (i)

Ad † hoc igitur feudum fœmineum quod attinet, *gl. in d. c. 1. de feud. fœmin.* dum ibi ſecundam opinionem relatam in textu approbat, exiſtimaſſe videtur, quod in iſto feudo à muliere primum acquiſito pro ſe & hæredibus, ad ſucceſſionem aditum non habeat filia, niſi ſpeciale pactum intervenerit. Id quod ſenſit etiam *Andr. de Iſern. ibi, & in d. §. Et quia: de his qui feud. dar. poſſ. quem utrobique ſequitur Matth. de Afflict.* audens *in d. tit. de feud fæmin. numer. 14.* affirmare, hoc communiter approbatum eſſe. Idem tenuit *D. Hotoman. ibi, & opinionem iſtam tanquam veriorem pluribus defendere conatur Johann. Thom. Minadous in conſt. Regn. c. In aliquibus: ſub rubri. textus conſtitutionis: numer. 20.* Moventur autem primò, quia ratio, quæ regulariter fœminas à feudo excludit, generalis eſt, & locum etiam habet in filia ſuccedente matri, quæ feudum primò acquiſivit: quippe cum ad ſervitia militaria idonea non ſit. Æquum igitur eſt, ut idem jus ſtatuatur. *l. illud: ad l. Aquiliam: l. à Titio: de verbor. obligat.* Secundò conſiderant, quoniam fœmina acquirens feudum non debet plus juris habere in feudo, quàm maſculus. Sed certum eſt, quando maſculus acquirit feudum, quod tum fœmina non ſuccedit: quare idem de fœmina acquirente feudum ſtatuendum erit. 14

Quinimo † tam fœmina acquirens feudum, quàm etiam dominus concedens videntur ſe accommodaſſe ad ipſam naturam feudi, & diſpoſitionem juris feudalis maſculos tantùm vocantis, atque adeò pro maſculis duntaxat acquirere voluiſſe. *l. quæro: §. inter locatorem: locati c. cauſam: de reſcriptis. c. 1. § filia verò: de ſucceſſ feud. c. cum dilectus: de conſuetud. not in l. hæredes mei: §. cum ita: ad Trebell. Bart. in l. ut juriſjurandi: §. ſi liberi. de oper. libert.* Non igitur magis in hoc feudo ſuccedere poterunt 15

filiæ, quàm ſi acquiſiviſſet maſculus. Tertiò in hanc ſententiam adducunt textum *in d. c. 1. an marit. ſucc. uxor.* ubi dicitur, in feudo à fœmina acquiſito ne maſculum quidem, ſecundùm rigorem juris, ad ſucceſſionem admitti: multò minus igitur fœmina.

16 Denique † nituntur potiſſimum textu in *d. c. 1. de feud. fœmine*: quem ita interpretantur, quaſi auctor illius capituli in verſic. alii verò, opinionem Oberti & Gerardi, exiſtimantium, in hoc feudo tanquam fœmineo etiam ſine pacto ſpeciali filias ſuccedere, deficientibus maſculis, reprobaret, hoc argumento: ſi feudum, quod mulier habet, tranſit ad filiam, quaſi muliebre deficientibus maſculis, tranſibit etiam ad filiam, exiſtente filio. Hoc autem eſt falſum, ut concedunt etiam auctores primæ opinionis: ergò etiam illud, quod videlicet propterea, quia fœmininum eſt, ſine pacto ad fœminas tranſire debeat.

Secundùm quam interpretationem verba illa (id quod falſum eſt) eſſent eorum, qui ratione jam dicta reprobant primam opinionem. Et rationem iſtam contra opinionem aliter exiſtimantium plurimum urget *Minadous in d. conſtit. in aliquib. num. 43.* Si enim, inquit, ſecundùm Obertum dicimus, quod hoc caſu ex feudi fœminei conditione filia matri ſuccederet, certè non deberet per exiſtentiam maſculorum excludi, quoniam conſtitueretur differentia ſexus contra rationem naturalem: *arg. l. maximum vitium*: nulla lege nec feudi naturâ id dictante: Neque ſecundùm eum huic rationi ſatisfieret, ſi quis contrà conſideraret, quod etiam in feudo conceſſo pro maſculis & fœminis maſculi præferrentur, *c. 1. de eo qui ſibi & hered. c. 1. in fin. Epiſcop. vel Abbat.* quaſi ex hoc idem etiam in propoſito admittendum eſſet, ut videlicet fœminæ demum deficientibus maſculis vocatæ cenſeantur. Reſpondet enim, quod in caſu, quo feudum maſculis & fœminis eſt conceſſum, fœmina contra legem feudorum vocetur, & ideò maſculus à lege præferatur, ut minus natura & jus feudi lædatur, *l. 2. C. de noxalibus.* Sed in caſu noſtro fœmina non ex pacto, ſed ex hujuſmodi feudi natura vocaretur, ſecundùm opinionem Oberti: non igitur aliqua juſta cauſa ſubeſt, cur ita reſtringi debeat, ut maſculis demum deficientibus, fœminæ admittantur, ſed potius, ſi, ut exiſtimavit Obertus, fœminæ ex natura feudi vocatæ cenſerentur, ſecundùm eandem naturam feudi ſimul cum maſculis admittendæ erunt.

Quamvis enim alioqui taciti & expreſſi idem ſoleat eſſe judicium, *l. cum quid. ſi cert. petat.* ex quo videri poſſet, quemadmodum in expreſſa proviſione concedentis, ut fœminæ ſuccedant, admittitur illa diſtinctio, ut prius maſculi vocati cenſeantur, quod multò magis in proviſione tacita idem dicendum eſſet: tamen cum iſtud pactum ſit contra naturam feudi, ſufficit operari aliquo caſu per rationem prædictam, ut *in c. 1. de eo, qui ſibi & hared.* In feudo autem fœmineo ſecundùm illam opinionem Oberti & Gerardi, ratio iſta ceſſat, quia cum natura feudi non repugnet, nulla eſt reſtringendi cauſa, *c. cum ceſſante: de appellatio.* ergo etiam maſculis extantibus fœmina ſuccederet, ſi talis eſſet natura feudi, ut conſideratur *in d. tit. de feud. fœm. Hæc Minadous.* Textum iſtum ita etiam interpretatus eſt Cujatius *de feud. libr. 1. tit. 12.* licet interim is illum, non de feudo fœmineo, de quo hîc verba facimus, ſed potius de eo, quod, poſtquam à mare originem cepit, ad fœminam deinde pervenit, intelligat, exiſtimans primam opinionem ex hoc capite potiſſimum refelli, quia feudum, de quo in textu illo agitur, non ſit fœmineū, ſive muliebre: ex quo porrò colligit, in feudo verè fœmineo fœminas, etiam extantibus maſculis ſuccedere, de

Digitized by Google

de quo paulo poſt videbimus. Quod autem [illegible] iſta vera ſit, ait Cujatius [illegible] eſſe, quod in eo textu [illegible] ex hoc illud deſcendit: ſic enim ſecundum eum ratiocinatur, ſi feudum, quo fœmina excidit, morte [illegible] recidit in fœminam ex ea deſcendentem, quod etiam in eandem ipſam non recideret, ſi reviviſceret: feudum etiam, quo mas excidit, ſumto clerici vel monachi habitu, non recidet, in eundem, habitu depoſito.

Et † ne mirum fortaſſe videatur, opinionem Gerardi & Oberti reprobari ab aliis, ſubjungit, non enim hi duo ſoli ea ætate juris fuerũt antiſtites, ſed & plerique alii cum honore, tum nomine clariores, ut Bulgarus, Martinus, Jacobus, Hugolinus, quos in conſilio habuit Fridericus maximus Imperator, ut Radevicus ſcribit: nec ſibi benè cautus Gerardus, cujus ædes ob rem cum Friderico non bene geſtam Mediolanenſes ſolo æquaverint, *ut ſcribit Güntherus 2. Ligurin. Hæc Cujatius.* Eandem etiam interpretationem ſecutus eſt D. Horoman. Neque huic intellectui quicquam obſtat, quod Alvarott. conſiderat, non eſſe veriſimile, Gerardum & Obertum auctores juris feudalis propriam ipſorum opinionem reprobare voluiſſe. Jus enim feudorum non ſolùm à Gerardo & Oberto conſcriptum, ſed ex variis etiam auctoribus compilatum eſt, ut animadvertit Cujatius: Ideoq́ue is hunc text in lib. 4. retulit, in quem titulos ex variis & incertis auctoribus collectos congeſſit.

Communis † verò interpretum ſchola in alia omnia diſceſſit, contra arbitrata, in feudo, quod à fœmina originem duxit, ac propterea fœmineum ſive muliebre appellatur, fœminam etiam ſine ſpeciali pacto ſuccedere, deficientibus filiis maſculis, movènturque potiſſimum, quia, poſteaquam feudum prima conceſſione radices egit in perſona fœminæ, veriſimile eſt, tam concedentem, quàm acquirentem, feudum in ſua originali qualitate ad fœmineam prolem propagare voluiſſe, cum rem quamque ſua origine metiamur, *l. qui id quod: ff. de donatio. l. fin. ſi ex noxal. cauſ. agat.* & † ad primordium tituli poſterior formetur eventus, *l. unica: in fin. C. de impon. lucrat. deſcr. libr. 10.* id quod potiſſimum in feudis obtinet, in quibus ſemper ad principium & originem recurrimus: *c. 1. de eo qui ſibi vel hæred. maſ. cum ſimilibus.* Ad fundamentum iſtud variis modis reſpondet *Minadous in d. loco, num. 30.* 19

Primò enim ait, diverſam eſſe rationem in fœmina primò acquirente ab ea, quæ eſt in deſcendentibus: nã in prima expreſſit concedens, quod voluit, & potuit, ideoq́ue ſervari debet, etiam contra regulas juris *l. fin. C. de ll. l. 1. de Conſt. pecun. l. fin. C. ſi contra jus & utilitatem public.* quia in claris non opus eſt conjecturis, *l. continuus. §. cum ita: de verbor. obligat.* Sed in deſcendentibus legem aliam ſucceſſionis non expreſſit, ſed ſub juris diſpoſitione reliquit, *l. commodiſſimè: de liber. & poſthum. l. in his: de condit. & demonſt.* Ideoq́ue iſta conceſſio ita interpretanda erit, ut, quoad ejus fieri poſſit, à jure communi non recedatur, *l. quanquam. C. de teſtam. milita. l. ſi ſervi veſtri: C. de noxalib. ut in ſimili docuit Andr. in c. 1. ex quib. cauſ. feud. amitt. Areti: in conſil. 14. col. 4. Alexand. conſil. 10. volum. 3.* ſicut enim in his, quæ contra regulas juris expreſsè inducta ſunt, non ſequimur regulas juris, *l. in his quæ contra de ll.* Ita in iis, in quibus nihil contra juris regulas exprimitur, non debemus à juris regula recedere, *l. ſi quando: C. de inoffic. teſtam. cum ſimilib.*

Deinde conſiderat, quod princeps inveſtiens fœminam videatur tacitè ipſam habilem reddere, quæ alioqui ſervire non poſſet, *ut not. gl. in c. fin. de electio. libr. 6. c. ad hæc. de poſtul. præla. Matth. de Afflict. in deciſ. 320.* conceſſiones autem iſtæ ſunt ſtrictè interpretandæ

tandæ, neque perſonam egrediuntur, *c. 1. & 2. de filiis prasbyt. gl. in c. ordinarii: in verb. diſpenſatio. de offic. ordinar. Bart. in l. ſi tibi §. pactum conventum: de pactis. cum multis aliis in hanc ſententiam à Minad. adductis.* Præterea inquit, potuit concedentem aliqua ratio movere, quæ erat in matre acquirente, non autem in deſcendentibus, *juxta not. in l. generaliter, in princip. C. de reb. credit. in gl. verb. à principali: in fin gl. in cap. 1. § ſi quis: verſ praſtanda. ſi de inveſt. inter dom. & vaſall. lis oriat.* Non igitur conceſſio matri facta ad deſcendentes porrigenda eſt. Addit denique rationem, quæ fœminam excludit, eſſe generalem, ac propterea, licet fœmina ſemel ad feudum admiſſa fuerit, non tamen deſcendentes ex ea admittendas eſſe, *argum. textus in l. pater: § quindecim: de legat. 3. quo argum. utitur Bald. in l. fin. col. 2. C. de ſuis & legit.* quoniam generalitas rationis operatur, ut, licet ſemel ſit ipſa ratio ſublata in perſona unius, duret tamen in cæteris, *ut tenet Bart. in d. l pater: § fundum: Cumanus in l. filius familiâs: §. divi: col. fin. & ibi Claud. col. antepenult. de legat. 1. cum aliis ab eodem ad hoc propoſitum accumulatis.*

20 Secundò † qui hanc ultimam tuentur ſententiam, pro ſe advocant textum *in d. c. 1. de feud. fœmin.* amplectentes id, quod ex opinione Gerardi & Oberti primo loco ibi dicitur, feudum fœmineum ſine pacto ſpeciali, deficientibus filiis maſculis, ad filias pertinere. Et ne huic opinioni adverſentur verba ſequentia, quibus contra nitentes utuntur, ea ita interpretantur, quod, etſi in illis verbis referatur opinio aliquorum, qui contra Gerard. & Obertum exiſtimarunt, in hoc feudo, de quo agitur, fœminam non ſuccedere, ducti hac ratione, quia ſi, ideò, quod eſt fœmineum, ſine pacto tranſit ad fœminas, eadem ratione tranſiret in fœminas, etiam maſculis extantibus: hæc tamen ratio, atque adeò opinio eorum inde extructa ab auctore illius capituli per verba ſubſequentia (id quod falſum) refellatur, atque approbetur opinio Oberti & Gerardi, ut ita verba illa (id quod falſum eſt.) non ſint eorum, qui ſententiam Oberti & Gerardi impugnarunt, ſed potius auctoris illius capituli reprobantis rationem, atque illationem contra nitentium tanquam ineptam: quippe cum regulare ſit in feudis etiam fœmineis, ut, dum nec ſuperſint mares, nunquam fœminæ ſuccedant: *c. 1. de eo qui ſibi & hæred. c. filia: de ſucceſſ. feud.* ac propterea etiam falſum ſit id, quod quidam opinati ſunt, ſi feudum ita tranſiret ad fœminas, quia fœmineum eſt, quod eadem ratione etiam tranſiret ad illas extante maſculo. Ita textum illum interpretati fuerunt, atque hinc opinionem iſtam firmarunt *Jacob. de Belviſo, Bald. Alvarott. Prapoſit. Dominus Baro Schenck, Petrus Ravenna. & Ignar. Baro ibi. Jacobin. de S. Georg. in verb. & fœminis: num. 3. Curtius Jun. in tertia part. tract. feud. in princ. numer. 3. dicens hunc eſſe communem * & verum intellectum: Zaſius in epit. feud. part. 8. n. 39. Sonsbecc. part. 9. nu. 123 Hannetonius lib. 2. cap. 8. aſſerens hoc communiter receptum eſſe: Duaren. in conſuet. feud. cap. 10. numer. 4. Juli. Clar. in d. §. feudum: quæſtio. 73. n. Idem tenuit etiam Roman. in conſil. num. 12. Decius conſil. 516. quoniam cauſa: col. 5. verſ. verum quia eſt: Ripa reſponſ. 1. incipien. per reſolutionem: numer. 70. lib 1. Curti. junior. conſil. 181. præſupponitur: Marian. Socin. conſil. 109. num. 7. Roland. à vall. in conſ. 67. num. 20. in 2. vol. & conſil. 76. nu. 7. in 3. vol. Burſat in conſil. 63. nu. 9. & noviſſimè D. Borcholt. in tract. feudal. c. 7. num. 69.* (k) hoc etiam in feudo fœmineo admittit *Cujatius in d. c. 12. lib. 1. de feud.* licet paulò aliter, ut ſuprà commemoratum fuit, & infrà pluribus explicabimus. Nos cum aliquid certius, in quo pedem poſſimus figere non habeamus, haud inviti huic ultimæ ſententiæ tanquam communiter appro-

approbatæ ſubſcribimus. In quam nos vocat, quod *in tit. de natura ſucceſſ. feud. in princip.* dicitur, filiam in feudo non ſuccedere, niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmineum. Cum enim hoc ultimum à præcedentibus ſejungatur per diſiunctivam, de cujus natura eſt, ut ponatur inter ea, quæ licet diverſa ſint, eundem tamen habent effectum: *l. 1. de reb. dubiis. Bald. in l. etſi poſt tres: in 9. col. ſi quis cautio.* & facultatem actus, cui adjungitur, cuilibet inſolidum attribuat, *l. ſi ex toto: §. 1. de legat. 1. l. ſi Titio: de legat. 2. l. heredi plures: de hered. inſtit.* Hinc ſanè probabiliter colligitur in fœmineo feudo filiam ſuccedere, etiam ſine pacto. nam alioqui, ſi hoc etiam caſu pactum requireretur, fruſtra ſanè feudum fœmineum ab eo, in quo ex pacto filia ſuccedit, tanquam diverſum diſtingueretur.

12 Nulla † autem poterit dari fœminei feudi ſpecies commodior, in qua ſine pacto fœmina ſuccedat, quàm quando ex qualitate perſonæ, mulieris videlicet, cui feudum à principio conceſſum fuit, hanc conditionem aſſumit, ut in fœminas porro tranſeat. Omnino igitur eò defugiendum tandem erit, ut concedamus, feudum mulieri à principio datum fœmineum eſſe, & filias ſine pacto in eo ſuccedere, aut ſi hoc abnegaverimus, admittendum erit, nullam eſſe feudum fœmineum ſine pacto: quod quia à verbis *d. tit. de natura ſucceſſionis feudi* alienum eſt, minimè ſanè credendum. Eſtq; hoc loco obſervandum, quod auctor illius capituli, poſtquam hoſce duos caſus exceperat, ſubjungit: Tunc enim ſuccedit filia matri & patri. Nam his verbis perſpicuè docet, filiam non ſolùm ex pacto, ſed etiam ſine pacto in feudo fœmineo matri ſuccedere. Neque huic inductioni obſtat, quod Minadous ait, hoc loco tantùm referri opinionem quorundam (ut denotant verba illa ſecundùm quoſdam.) quæ tamen deinde improbatur *in tit. de feud. fœmin.* ex quo putat, textum illum juxta hunc intelligendum eſſe, ut evitetur contrarietas, *arg. l. ſed & poſteriores: d. ll.*

Verba enim illa (ſecundum quoſdam) non referuntur ad id, quod ibi dictum fuit, filiam ſuccedere in feudo fœmineo, ſed potius ad id, quod ſubjungitur, nepotem ſolum ſuccedere, ut cuivis literam intuenti ex diſtinctione apparebit. Præterea minimè concedimus, hanc opinionem improbari *in tit. de benefic. fœmin.* ſed eandem potius comprobari, paulò poſt pluribus oſtendemus. Hoc etiam circa textum iſtum obiter monendum, cum in vulgatis Codicibus legatur, (Tunc enim ſuccedit filia matri & patri: ſecundùm quoſdam ſuccedit nepos ex filio ſolus, & ſic uſque in infinitum, ex latere omnes per maſculos deſcendentes uſq; in infinitum, ſi feudum ſit paternum:) quod *Cujat. lib. 4. tit. 59.* verba iſta ex manuſcriptis ita, & quidem, ut ait, veriſſimè emendaverit, (tunc enim ſuccedit filia matri & patri: ſecundùm quoſdam ſuccedit nepos ex filia ſolus.) & ſic uſque in infinitum, ſi feudum ſit paternum. Quæ quidem lectura eatenus mihi probatur, ut pro nepote ex filio, (nepos ex filia) legendum, & verba illa, ut fecit Cujatius, parentheſi à cæteris ſejungenda exiſtimem. Nam cum hîc de filiarum ſucceſſione agatur, quid quæſo attinet immiſcere ſucceſſionem nepotis ex filio? eſt enim hoc à propoſito admodum alienum. Præterea nemini dubium eſt, nepotem ex filio ſolùm ſuccedere, excluſa nepte: cum tamen hoc loco iſtud tanquam valde controverſum referatur. Neque huic conſiderationi omni ex parte ſatisfacit, quod gl. exiſtimavit, verba illa (nepos ex filio ſolus) eſſe intelligenda reſpectu nepotis ex filia.

Nam hoc etiam, quod videlicet nepos ex filio excludat nepotem ex filia, pro certo aſſeritur *in c. 1. de ſucceſſ. feud.* & ab omni controverſia

eſt remotum, ſiquidem de feudo maſculo agatur: quin etiam in feudo fœmineo, de quo hiſce verbis potiſſimum quæritur, nuſquam reperitur, ab auctoribus juris feudalis fuiſſe controverſum, ſed de hoc quidem, inter ipſos diſceptatum fuit, utrum in feudo fœminis conceſſo nepos ex filia ſolus ſuccedat, excluſa nepte, prout liquet *ex c. 1. §. ſimiliter: de capit. qui cur. vendid.* Secundùm hunc itaque textum intelligendum erit etiam id, quod hoc loco dicitur, ſecundùm quoſdam ſuccedere nepotem ex filia ſolum, videlicet ad excluſionem neptis ex filia, quorum opinio refertur *in d. §. ſimiliter.* Quo ita firmato, notandum inſuper eſt, quod, poſtquam auctor dixerat, niſi ex pacto vel niſi ſit fœmineum, hoſce duos caſus conjungens ſubnexit, (tunc enim ſuccedit nepos ex filia ſolus.) Nam cum iſtud ad utrunque caſum pertineat, hinc ſanè non ſolùm probatur, in feudo fœmineo filias ſine pacto ſuccedere, de quo hactenus egimus, ſed hoc etiam inde colligitur, in feudo fœmineo, deficientibus demum maſculis, filiabus locum eſſe. Id quod ſenſerunt illi, qui nepotem ex filia ſolùm ſuccedere, excluſa nepte, putarunt, ut apparet *ex d. § ſimiliter.* Et licet ibidem non de fœmineo feudo, ſed fœminis expreſſè conceſſo agatur, tamen cum auctor hoc loco iſtud ad fœmineum feudum accommodaverit, de hoc etiam idem ſtatuiſſe videtur: id quod paulò poſt pluribus firmabimus. Quod verò poſtmodo Cujatius omittit verba illa (ex latere omnes per maſculos deſcendentes.) quæ in vulgatis libris habentur, id ſanè, ſi modò conſultò, & non librariorum incuria contigit, mihi haud fit veriſimile: cum auctor deciſionem ſuam ad eum caſum reſtringat, ſi feudum ſit paternum.

Nam hinc mehercle evidens eſt, cum non ſolùm de deſcendentium, ſed & de collateralium ſucceſſione egiſſe: quippe cum demum, quando de collateralium ſucceſſione quæritur, conſiderari ſoleat, utrum feudum paternum ſit, non ſolùm ad differentiam feudi novi, ſed & ad cognoſcendum, utrum ab eodem ſtipite deſcenderint: *c. 1. de ſucceſſ. feud.* quorum utrunque in filiorum ſucceſſione neceſſe planè non eſt. Et paternum feudum hoc loco collateralium reſpectu attendi, ex eo manifeſtum eſt, quod in verbis ſequentibus, quibus quid ſit paternum declaratur, de collateralibus agitur. Quamobrem ut in præcedentibus etiam, paternum feudum ad collaterales (ſicuti par eſt) referatur, verba illa (ex latere omnes per maſculos deſcendentes uſq; in infinitum) omninò retinenda erunt, hoc ſenſu, quod ex collateralibus omnes per maſculos deſcendentes ſuccedant in infinitum, modò feudum ſit paternum. Atq; hæc de litera *d. tit. de nat. ſucc. feud.* obiter monere voluimus. Nunc eò, unde deflexit ſermo, redeat. Argumentum, quod in ſententiam noſtram adduximus ex *d. tit. de nat. ſucc. feud.* poſſet etiam accommodari ad textum *in c. 1. de gradib. ſucced. in feud.* dum *in fin.* hæ duæ ſpecies feudorum eodem modo diſtinguuntur, *ibi,* niſi ejus conditionis ſit feudum, vel eo pacto acquiſitum. Sed quia hic non diſertè de feudo fœmineo dicitur, ſed tantùm de feudo, cujus ea eſt conditio, ut fœminæ ſuccedant, poſſunt illa verba de alio feudorum genere intelligi: utpote de feudo ad nullum ſervitium dato. quemadmodum reſpondet *Menochius in d. loco, num. 43.*

22 Magis † itaque concluſio noſtra probatur *per c. Iugales: in cap. extraordin. quæ habentur apud Jacob. de Ardizo, cap. 150. de feud. & beneficiis conſtitutiones Imperiales, & poſt Alvarott. ſub eodem tit.* quem textum *in tit. 104. lib. 4. de feud.* retulit Cujat. Jugales (inquit textus) à quodam milite ſimul de eodem feudo inveſtiti fuerant, ut in ſe deſcendenteſque ſuos id haberent. Hi ex ſe filio & filia ſuperſtitibus defuncti ſunt, inter

quos

quos quæſtio feudi agitatur: maſculus enim univerſum feudum ſibi vendicat, fœmina verò ad parentum feudum pariter cum fratre vocari ſe defendit. quidam pro maſculo, quidam pro fœmina pronunciant. Eorum, qui pro filia judicant, ſententiam ſequendam eſſe cenſeo, cum filia ex ante dictorum jugalium contubernio ſupereſt ex prædefuncta uxore, alio ſuſcepto maſculo, qui conſanguineus ad eam frater ſit. In cæteris priorum ſententia ſanè ſequenda eſt.

Quod ſi ſola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo, vel alio connubio ſuperſtite maſculo, ab hac luce ſubtracti fuerint, feudum ſcindi, fert prudentum noſtræ civitatis opinio, ut dimidiam quidem partem fœmina ſibi acquirat, reliquam verò dominus, aut ejus hæres accipiat.

Ecce in caſu hujus textus feudum conceſſum erat marito, & uxori ſimul, & deſcendentibus ipſorum, nullo addito ſpeciali pactò de ſucceſſione fœminarum, & nihilominùs tamen ibi, poſtquam conjuges deceſſerant, relicta filia, ex hoc ipſorum matrimonio nata, & filio quem maritus ex prima uxore ſuſceperat, reſpondetur filiam unà cum fratre conſanguineo, ex prima uxore nato in partem ſuccedere, nimirum quia feudum hoc à principio tam mulieri quàm viro conceſſum, atque adeò ex hac perſonarum diverſitate, pro parte muliebre, pro parte verò maſculum erat.

Unde etiam in fine reſpondetur, ſi ſola filia ſuperſtes fuerit, ipſam in parte quidem feudi, quæ matri conceſſa fuit, ſuccedere: reliquam verò partem, quæ ad maritum pertinuit, deficiente maſculo, domino aperiri: ut ita textus iſte luculenter probet, quod, ſi feudum mulieri ab initio concedatur, tum fœminæ in eo ſuccedant ſine ſpeciali pacto.

23 Quod † verò hoc etiam caſu tum demum admittendæ ſint, quando nulli extant maſculi, evidenter apparet ex illis verbis, (in cæteris priorum ſententia ſanè ſequenda eſt) quibus hoc deſignatur, ſi conjuges iſti reliquiſſent filiam & filium, ex hoc ipſorum matrimonio procreatos, tum amplectendam eſſe ſententiam eorum, qui exiſtimantes, filium præferendum filiæ, pro illo pronunciarunt. Deficientibus igitur maſculis ſuccedent filiæ, ut ex communi interpretum ſententia paulò ante aſſeruimus. Ex quo textu planior etiam redditur intellectus, *d. tit. de feud. fœmin.* ut ſententiam hanc noſtram dilucidè probet.

Videmus † enim, opinionem Oberti & Gerardi, quæ primo loco ibi refertur, in accurata ſententiarum facta collatione eſſe approbatam: non itaque ambigendum, quin illa potius, quàm altera ſecundò relata ſit tenenda. Deinde hoc etiam ex jam commemoratis apparet, id, quod illi, qui contrà nituntur, opinati fuerunt, in feudo fœmineo fœminas, etiam extantibus maſculis, ſuccedere, verè falſum eſſe, ac propterea etiam minimè ſubſiſtere poſſe primum intellectum ſuprà relatum, qui hoc pro vero præſupponit. Unde etiam porrò ſequitur, verba illa, (quod falſum eſt) ita accipienda eſſe, quaſi ſint verba auctoris improbantis hoc, quod de fœminarum ſucceſſione autumarunt alij, quemadmodum ex communi interpretum ſententia ſuprà interpretati fuimus: pro quo inſuper conſidero, quoniam, ſi juxta primum intellectum verba illa (id quod falſum eſt) eorum eſſent, quorum opinio ſecundo loco in textu recenſetur, tum ea eſſent referenda ad id, quod in principio dicitur, filias deficientibus demum maſculis, in feudo iſto ſuccedere, hoc ſenſu, quaſi propterea, quia primæ opinionis auctores exiſtimant, in hoc feudo, deficientibus demum maſculis, fœminas ſuccedere, falſum hoc in caſu ſit id, quod ſecundæ opinionis aſſeclæ in verbis 24

proximè

proximè præcedentibus dixerant, in feudo fœmineo filias unà cum maſculis ſuccedere. Hæc autem interpretatio neq; verbis neque rationi ſatis convenit. Nam his verbis (id quod falſum eſt) conſtanter negatur, aliquid minimè verum eſſe, non propterea, quia hic vel ille ita opinatur, ſed quod re ipſa falſum ſit. Non igitur hanc poterunt recipere interpretationem, quaſi propterea falſum ſit, quia primæ opinionis aſſertores ita putarunt, ut juxta hunc intellectum præſupponendum eſſet, cum præſertim hoc ipſum à reliquis improbatur. Neq; enim credibile eſt, ſecundæ opinionis ſectatores cum maximè conarentur refellere primam opinionem, id quod hujus aſſertores in principio dixerant, ita pro certo & conſtanti ponere, & contra hoc, quod ipſi propoſuerunt, videlicet in feudo fœmineo filias etiam extantibus maſculis ſuccedere, propter opinionem adverſariorum pro falſo aſſeverare voluiſſe. Longè verò rectius atque commodius verba illa ita accipientur, ut hiſce auctor illius capituli voluerit id, quod quidam opinati fuerunt, in feudo fœmineo maſculis extantibus fœminas ſuccedere, tanquam falſum reijcere: cum præſertim oſtenſum jam à nobis ſit, hoc verè falſum eſſe. Secundùm quem intellectum non ſolùm perſpicuus erit ſenſus illius capituli, ſed & communis interpretum opinio hoc ipſo luculenter probabitur. Cui intellectui adminiculatur etiam, quod opinio reluctantium præcedentibus annectitur per dictionem (alii.) Nam ex hoc ipſo manifeſtum eſt, primam opinionem ab auctore illius textus probari potius, quàm ſecundam, cum pro regula traditum ſit, quotieſcunque opinione aliqua relata, deinde ſubjungitur, alios aliter ſentire, quod tum prior opinio ab auctore cenſeatur approbata: quaſi dictio (alij) ſeparet alios ab auctore, & loquentem excludat, *ut ſenſit Fulgoſ. in l. 2. C. ſi adverſ. donat.* ubi inde ait, quod gl. reſideat in prima opinione, quando in poſteriore dicit, (alij dicunt) quaſi non ipſe gloſſator: quod ſequitur *Corneus in conſil. 70. num. 4. vol. 4. & in conſil. 34. col. 2. vol. 2. & in conſil. 286. col. 4. vol. 3. not. Jaſon. Claudius de Seyſell. & Purpurat. in l. ſi idem cum eodem: §. fin. de juriſdict. omni. jud. Felin. in c. 1. col. fin. de conſt. Zuccard. in rubr. ſi cert. pet. num. 49. Bolognet. in auth. habita 335. C. ne filius pro patre. Hippol. Riminald. conſil. 7. num. 44. & 45. vol. 1. & conſil. 285. num. 97. & ſeq. vol. 3.*

Hiſce itaque motus, huic opinioni ſubſcribendum eſſe exiſtimo: maximè cùm etiam argumenta, quibus prima opinio nititur, admodum infirma ſint. Nam ad primum quod attinet, cum dominus concedendo feudum fœminæ, & ejus ſucceſſoribus, hoc ipſo videatur hanc facere gratiam fœminis, ut per ſubſtitutum ſervire poſſint, quemadmodum ſuprà de clerico, & alijs imperfectis oſtendimus, manifeſtum ſanè eſt, in propoſito ceſſare rationem, quæ alioqui fœminas à feudo excludit. Ex quo etiam apparet, plurimum referre, utrum feudum fœminæ, an verò maſculo concedatur, & quod idcirco ſecundum argumentum à maſculis deſumtum admodum leve ſit. 2

Neque †veriſimile eſt mulierem magis ad naturam feudi, & quæ jure feudorum de feudo maſculo diſpoſita ſunt, quàm ad propriam ipſius perſonam reſpexiſſe, ſed credibile potius eſt, eam feudum ita acquirere voluiſſe, prout ſuæ ipſius perſonæ qualitas requirit, *l. plenum. §. Equitij: de uſu & habit. l. ex militari: & ibi notat Bart. de milit. teſtam. l. penu. in princ. de adim. legat. Barto. & Alex. in l. 1. in princ. ad L. Falcid. l. ſed etſi ſuſceperit. §. ſi libertis & ſeq. de judicijs.*

Cumq; ex hoc ipſo feudum hanc conditionem ab origine acceperit, ut fœminis conveniat: par ſanè eſt, ut ex hac originaria qualitate deinde dijudicetur. Nam ſi unquam aliâs, certè in feudis ad ipſam originem ſemper recurri-

Digitized by Google

currimus. Nec huic conſiderationi multum refragantur ea, quæ ex *Minad.* ſuprà circa primum fundamentum retulimus; Nam cum in propoſito manifeſtam habeamus juris feudalis diſpoſitionem *in d.c.jugalis. & in.d.tit.de feud.fœmin.* ex qua perſpicuum eſt, gratiam factam fœminæ, cui feudum primò conceſſum fuerat, etiam ad deſcendentes ejus porrigendam, ut paulò ante a nobis luculenter oſtenſum fuit, facilè ceſſant omnia argumenta, quæ in contrarium afferri poſſent. Ubi enim adeſt caſus legis, ibi nulla amplius admittitur dubitatio, *l. ancilla. C. de furtis. l. quod Labeo: ad Carbo* & in incertis, non autem in certis locus ſolet eſſe conjecturis, ſive argnmentis. *l. ille aut ille.§.cum in verbis. de leg.3.* Ex quo etiam omnia alia, quæ quidem copioſè collegit, facilè corruunt. Nam ſingula tranſcribere ſupervacaneum eſſe duximus.

26 Ad † textum *in d.tit. an maritus ſuccedat uxori*, reſpondet Cujat. quod ille ſit intelligendus non de beneficio fœmineo, id eſt, quod originem duxit à fœmina, ſed de beneficio maſculo, prout eundem interpretatur etiam *lib.1.titul.12.* Sed hæc interpretatio (pace illius viri alioqui eruditiſſimi dixerim) verbis textus non ſatis conſentanea eſſe videtur.

Primò enim ea non ſolùm magnam continet divinationem, cum de eo, quod feudum iſtud ab initio maſculum fuerit, nihil appareat in textu illo, ſed etiam repugnat quodammodo illis verbis (ſi fœmina habens beneficium.) nam cum iiſdem verbis utatur textus in d.tit. de benefic.fœmin. atque ea de feudo, quod a muliere originem habuit, ibi accipiantur, videntur ſanè etiam hoc loco eandem habere ſententiam.

Deinde huic interpretationi adverſatur, quod ibi dicitur, quoſdam exiſtimaſſe, filios non ſuccedere in feudo, quod mater habuit, niſi ſpecialiter inveſtiti fuerint. Nam ſi feudum eſſet paternum, tum certè ex pacto anteceſſorum inveſtiti atque vocati eſſe cenſerentur, ac penitus falſum eſſet, eos non inveſtitos eſſe: quod tamen textus pro certo his ipſis verbis præſupponit. Præterea ſi textus ille intelligendus eſſet de feudo, quod à maſculo originem habuit, & ex pacto ad fœminam tranſivit, nulla poſſet reddi ratio probabilis, cur non ſecundùm rigorem juris filii ſuccedere deberent.

Denique huic interpretationi non ſatis convenit id, quod pro ratione ipſe conſiderat textus, exiſtimans, ideò minus filios ſecundum rigorem ſuccedere, quia beneficium vocatur paternũ, non maternum (prout legit ille, cum tamen in vulgaribus libris ita legatur: ad beneficium vocantur paternum, & non maternum.) Nam ſi feudum hoc pro paterno reputandum eſſet: vel ob hoc ipſum filij magis ſuccedere deberent, cum hæc ſit natura feudi paterni, ut, etſi ſemel ad fœminam pervenerit, tamen ea defuncta, ad filios porrò tranſeat, excluſis etiam filiabus, *c. 1. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſcul.* Abſit igitur, ut propterea, quia paternum eſt, à ſucceſſione excluſi cenſeantur. Inſuper ſecundum hanc interpretationem his ipſis verbis præſupponeret textus, quaſi filij magis ſuccederent in beneficio materno, quàm paterno: quod quàm ſit abſonum, nemo eſt qui non videat. Animum igitur inducere non poſſum, ut credam, textum illum de feudo maſculo, quod à mare originem cepit, & ex pacto ad fœminas tranſivit, accipiendum eſſe, ſed potius exiſtimo, eum de feudo fœmineo, quod à muliere originem ſumſit, eſſe intelligendum. Hoc enim tam verba, quàm ratio textui inſerta exigit.

Nam cum textus loquatur de feudo, de quo filij non erant inveſtiti in conſpectu eſt, eũ duntaxat de feudo novo, quod

Digitized by Google

quod mulieri primùm conceſſum fuerat, verba facere, cum alioqui, ut dictum eſt, filij ex pacto anteceſſorum vocati cenſerentur. Secundùm hanc etiam interpretationem haud præter rationem à quibuſdam exiſtimatum fuit, filios, qui non fuerunt infeudati, non ſuccedere: idque ob hanc potiſſimum cauſam, quia, etſi regulariter jure feudorum cautum reperiatur, feuda eſſe tranſitoria ad hæredes, tamen cum jura illa tãtùm de feudo paterno loquantur, non autem de materno, hoc verò, de quo in illo textu agitur, maternum eſt, videtur ſanè ad iſtud diſpoſitionem juris feudalis non pertinere, ſed potius de hoc feudo materno judicandum eſſe, ex antiquo feudorum jure, juxta quod feuda erant perſonalia tantùm, cum jura noſtra ſucceſſionem tribuentia feudis de paterno, non de màterno loquantur. Et hoc eſt, quod textus juxta lecturam Cujatij pro ratione addit. Quia ſecundùm uſum regni beneficium vocatur paternum, non maternum, id eſt, uſus regni, qui jus ſuccedendi in feudis tribuit, ſolummodo concernit beneficia paterna, non materna. Id quod clarius etiam deprehenditur ex vulgata illa lectura, quæ ſic habet: quia ſecundùm uſum regni ad beneficium vocantur paternum, & non maternum. His enim verbis illud ipſum clarè deſignatur, quod jam diximus. Secundùm æquitatem tamen id, quod de feudo paterno diſpoſitum eſt, etiam ad feudum maternum extenditur, ut ita ad exemplum paternorum etiam in maternis feudis filij ſuccedant, etſi ſpecialiter non inveſtiti ſint.

Vides igitur, quemadmodum non ſolùm hic intellectus verbis, atq; etiam rationi hujus textus longè melius conveniat, ſed etiam dilucidè explanet, hoc ipſum feudum, de quo ibi agitur, fuiſſe maternum ſeù fœmineum. ut proinde ambigendum non ſit, textum de feudo fœmineo accipiendum eſſe: quem intellectum contra Cujat. (ut deinde reperi.) firmavit etiam *D. Borcholt. in tract. feudal. cap. 7. num. 69.* Ex hac etiam interpretatione perſpicuum fit, textum illum ad propoſitum noſtrum minimè pertinere. Nam ibi ſolùm de eo agitur, an feudum mulieri conceſſum, propterea, quia non *paternum*, ſed maternum eſt, *etiam ad ſucceſſorem* tranſeat ſine ſpeciali pacto. & ita filiorum ibi non fit mentio ad excluſionem filiarum.

Nos verò hoc loco, præſuppoſito, feudum eſſe tranſitorium ad hæredes, vel naturâſui, vel quia expreſſè pro ſe atq; deſcendentibus eſt quæſitum, de eo quærimus ſolùm, an ad ſolos filios, an etiam ad filias tranſeat. Quam quæſtionem à prima plurimum differre, plus quàm manifeſtum eſt. Non igitur textus *in d. tit. an maritus ſucced. in benefici.* huc rectè transferri poterit.

Ad † text. *in d. c. 1. de benefic. fœmin.* quod attinet, paulò ante ex verbis, *c. Jugales: in cap. extraordin.* abunde à nobis oſtenſum eſt, interpretationem noſtram longè veriorem eſſe: contrà verò illum alterum intellectum ſubſiſtere nullo modo poſſe. Haud igitur illo textu tueri ſeſe poterunt illi, qui primam ſecuti fuerunt opinionem, quin potius is ſententiam noſtram luculenter probat. Neque huic intellectui quicquam obſtat ratio, quam ex natura feudi fœminei deſumtam, contra Obertum plurimum urget Minadous. Minimè enim concedimus ipſi, naturam feudi fœminei in propoſito hoc exigere, ut fœminæ unà cum maſculis ſuccedant, neque propterea hoc caſu ullam ſubeſſe juſtam cauſam, cur fœminæ, deficientibus demum maſculis, vocatæ cenſeantur: quin potius contrà arbitramur, quemadmodum in feudo conceſſo maſculo & fœminis, natura feudi hoc poſtulat, ut fœminæ deficientibus demum maſculis ſuccedant, ita idem de feudo fœmineo judicandum eſſe:

Idq;

Idq; ut præter manifeſtam juris diſpoſitionem *in d. c. jugales* : argumentis etiam comprobemus, diligentius conſiderandum erit, unde proveniat id, quod in feudo fœminæ ab initio conceſſo filiæ ſuccedant, & quæ ejus feudi ſit natura. Hujus autem cauſa commodior aſſignari non poterit, quàm qualitas perſonæ, quæ feudum ab initio acquirens, iiſdem conditionibus, quibus ad ipſum pervenit, ad deſcendentes transmiſiſſe cenſetur. Nam cum in feudis ad originem ſemper reſpicere, & ſecundùm eam de natura feudi judicare ſoleamus, ut ſæpius jam dictum eſt: meritò ſanè feudum, quod à fœmina initium cepit, porrò etiam ad fœminas deſcendentes tranſibit, fundamentis paulò ante adductis. Manifeſtum verò eſt, qualitatem iſtam perſonæ, quæ huic rei cauſam præbet, ejus potentiæ eſſe non poſſe, ut ipſam feudi naturam penitus immutet, ſed hoc tantùm efficere, ut fœminæ ad ſucceſſionem admittantur, feudo interim in cæteris propriam ipſius naturam retinente, atq; adeò tantundem præſtare, quantum expreſſum pactum, quo fœminæ vocantur. Non igitur verum eſſe poteſt, quòd putavit Minadous, in feudo fœmineo ideo fœminas unà cum maſculis extantibus admittendas, quia ex natura ipſius feudi ſuccedant, & nulla amplius cauſa ſubſit, cur demum deficientibus maſculis vocatæ eſſe videantur: quin potius, quemadmodum in caſu, quo expreſſo facto fœminæ vocatæ ſunt, ex natura feudi maſculis tantùm deficientibus, admittuntur: ita hoc idem ſtatuendum, quando ex qualitate perſonæ acquirentis ad feudum vocatæ cenſentur. Cum, ut dictum eſt, qualitas illa perſonæ, quæ feudum fœmineum efficit, hoc duntaxat, quod pactum expreſſum, operetur, ut videlicet fœminæ admittantur, atq; interim feudo nihilominus in cæteris priſtinam ſuam relinquat naturam, quæ ejus potentiæ eſſe ſolet, ut, quoties fœminæ ad feudi ſucceſſionem vocantur, hæ tantummodo ceſſantibus maſculis admittantur.

Neque enim quicquam intereſſe poteſt, utrum expreſſo pacto, an verò ex qualitate perſonæ acquirentis tacitè vocatæ intelligantur. Quin ſi hoc procedit in caſu, quando de fœminis expreſsè dictum fuit, multò magis locum habebit, quando tacitè vocatæ fuerunt. non ſolùm quia taciti & expreſſi eadem ſolet eſſe ratio, ſed & multò magis, quia taciti ad juris correctionem, tanta non ſolet eſſe efficacia, quanta expreſſi: quippe cum nunquam ex tacita mente ſubintelligatur, quod ſit contra regulam, *l. precibus: C. de impub. & aliis ſubſtit. l. 2. de vulg. & pupill. not. Imol. & Alex. in l. ex facto*: §. *ſi quis rogatus. ad Trebell.* inde generaliter concludentes, quando tacitum eſt contra regulas juris, quod tum pro expreſſo non habeatur: qua doctrina idem Minadous utitur *in d. loco num. 56.*

Si igitur expreſſum pactum quo fœminæ vocantur, catenus non derogat naturæ feudorum, ut ſimul cum maſculis ad ſucceſſionem aditum habeant, ſed hanc recipit interpretationem, ut demum hiſce ceſſantibus admittantur: utique multò magis idem in caſu noſtro erit exiſtimandum, quò fœminæ ex qualitate perſonæ acquirentis tacitè ſolùm vocantur. Nihil enim natura feudi fœminei, quam potiſſimum conſiderat Minadous, amplius præſtare, vel propriæ naturæ feudorum derogare poteſt, quàm ferat qualitas perſonæ acquirentis, unde naturam iſtam aſſumit, ſed potius ſecundùm qualitatem iſtam etiam natura feudi fœminei æſtimanda erit, cum cauſatum regulariter judicari ſoleat ſecundùm ſuam cauſam, *l. quò minus. de fluminib. l. etſi amicis*: *ad L. Julia. de adult. l. maritus: ubi Paul. & DD. C. de procurato.* & in cauſato plus virtutis eſſe non poſſit, quàm à ſua cauſa recipiat: *c. 1. §. hoc autem: qui feud. dar. poſſ.*

Non igitur rectè in propoſito à Minadoo fuit conſiderata natura feudi fœminei. Eſtque de hoc vel ideò minus dubitandum, quia manifeſtam habemus juris feudalis diſpoſitionem, etiam in feudo fœmineo maſculis demum deficientibus fœminas ſuccedere, *d. c. jugales.* Non obſtat etiam huic interpretationi illatio illa, quæ in textu iſto ibi (ex hoc illud deſcendit) ſubjungitur, & à Cujat. pro prima interpretatione inducitur. Firmato enim noſtro intellectu, illatio iſta & argumentum inde deſumtum hoc ipſo refellitur: neminemque eſſe arbitror, qui non videat, quàm longè ſit petita illa argumentatio Cujatij, quamve parum verbis illius textus conveniat. Fateor quidem, non facilè reperiri poſſe commodam rationem, quibus ſequens verſ. præcedentibus illativè connectatur, ut animadvertit etiam Hotoman. inquiens, nullo argumento jus poſterius ex ſuperiori concludi, inde hoc ipſum inter vitia feudiſtica referens. Verùm ego de hoc non multùm laborandum puto, cum nemini non conſtet, jus feudorum ex varijs auctoribus collectum, non juſto ſemper ordine congeſtum, & diverſiſſima ſæpius connexa eſſe, ut cuivis patebit, qui ordinem à Cujatio inſtitutum cum libris noſtris contulerit, vel ſcripta etiam D. Hotoman. paſſim hoc notantis perlegerit. Non itaque exacta connectendi ratio exigenda erit. Forſitan enim in textu, unde capitulum iſtud eſt deſumtum, alia inter primum & ultimum verſ. fuerunt inſerta, ex quibus hæc, quæ ſequuntur, commodè inferri potuerunt, quæ deinde à compilatoribus fuerunt prætermiſſa, addito tantùm ultimo verſiculo, quemadmodum multis in locis contigiſſe videmus. Quod verò Cujatius, licet primum ſequatur intellectum, tamen titulum de feud. fœmin. interpretatur de feudo, quod à mare originem duxit, in eo, ut neminem auctorem habet, ita nulli etiam ad imitandum auctor eſſe debet. Nam huic interpretationi non ſolùm refragatur rubr. ſive titulus, qui eſt de feudo fœmineo, ſed & ipſa verba textus, in quibus disertè affirmatur, feudum, de quo ibi agitur, fœmineum eſſe, & refellitur inſuper omnibus illis argumentis, quibus ſuprà ſecundus intellectus firmatus fuit: hoc enim ſtante, interpretatio Cujatii ſubſiſtere nullo modo poterit.

Hinc † etiam vereor ne non ipſi ſit adſtipulandum, dùm arbitratur, in feudo fœmineo fœminas unà cum maſculis ſuccedere, quo potiſſimum adductus, ad hanc interpretationem defugiſſe videtur. Non ſolum enim hoc ex ipſo textu, *in d. tit. de feud. fœmin.* juxta intellectum à nobis firmatum, refutatur, ſed probavimus etiam inſuper *ex c. jugales: in capit. extraordin.* in feudo fœmineo fœminas demum maſculis deficientibus ſuccedere: quem textum cum ipſemet inter capitula juris feudalis retulerit, haud iniquo animo eum laturum credo, nos eodem uti. Neque impedimento eſſe poterit. quod, ut explicat idem, *in tit. 2. § penult. lib. 1.* textus ille de feudo miſto loquitur. Nam etſi id, habita ratione diverſæ illius qualitatis, quæ propter diverſas, quibus feudum conceditur, perſonas, in uno & eodem feudo concurrunt, non abnegamus: tamen ut omittam de parte reſpectu partis idem ſolere juris eſſe, quod de toto reſpectu totius, *l. quæ de tota: in princ. & ibi not. gl. & Bart. de rei vend. l. jurigentium. §. adeò: & ibi Jaſ. de pactis.* videmus etiam textum illum partem, quæ ad mulierem pertinuit, disertè diſtinguere atq; ſeparare à parte, quæ ad maritum ſpectavit, uſque eo, ut hinc non ſolùm filium ex altero matrimonio procreatum ad partem mariti vocet, mulieris portionem interim filiæ relinquens, verùm etiam in caſu, ubi maritus nullum reliquerit filium, ſed conjuges, filia ſuperſtite, decesse- 28

deceſſerint, portionem mariti deferat domino. Non igitur veriſimile eſt, commiſtionis ſive conjunctionis ratione de feudo iſto aliud ibi ſtatutum fuiſſe, quàm quod alioqui cujuslibet fœminei feudi natura exigat. & de prima limitatione hactenus. Circa quam etiam quæri ſolet, an, quemadmodum feudum acquiſitum à fœmina ejus eſt naturæ, ut fœminæ admittantur, ita hoc etiam obtineat in feudo conceſſo à fœmina.

Nam quod etiam hoc caſu ex qualitate perſonæ concedentis, fœminæ admittantur exiſtimavit *Petrus de Anchor. in conſil. 339. incip. pro majori intelligentia, col. 4. in fin. argum. d. l. plenum: §. equitij: de uſu & habitat. l. ex facto: §. ſi quis rogatus: ad Trebell.* contrarium verò pluribus firmavit *Minado. in ſuprà d. loco, num. 50. & ſeqq.* cujus ſententiæ lubens ſubſcribo, tum propter rationes ab ipſo adductas, tum etiam, quia nulla hoc caſu adeſt juris feudalis diſpoſitio, quæ fœminas admittat, quemadmodum in caſu converſo. Erubeſcimus enim ſine lege loqui. §. *conſideremus. auth. de triente: l. illam. C. de collatio.* tum denique quia inter hoſce duos caſus manifeſta eſt diverſitatis ratio. Nam ut alia permittam, dominus concedens feudum fœminæ hoc ipſo, ut per ſubſtitutum ſervire poſſit, ei permittere, atque hoc ipſo cauſam, quæ fœminas excludit, tollere cenſetur: Cum è contrario, quando à fœmina conceditur feudum, circa ſervitiorum rationem nihil immutetur, ſed feudo propriam ipſius naturam retinente, eadem militet ratio, fœminas excludens. Non mirum igitur, cur de hiſce diverſis caſibus diverſum etiam jus ſtatuatur.

29 Secundò † limitatur hæc regula, ut non procedat in feudo, quod ab omni (m) ſervitio liberum eſt. (m) nam quod in tali feudo etiam fœmina ſuccedat, *ſenſit Bald. in d. §. & quia: de his qui feud. dar. poſſ. per textum in c. ſi cui militi: in cap. extraordin. quem text. Cujat. recenſet lib. 4. tit. 104.* Diſertè enim ibi dicitur, ſi cui militi ad certum ſervitium feudum fuerit datum, iſque ex ſe relicta deſcendente fœmina deceſſerit, quæ id ſervitium juxta feudi conditionem non minus decenter præſtare poſſit, quàm maſculus, etſi in inveſtitura minimè cautum ſit, ut & fœminæ ad id aſpirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus. Quinimo hoc caſu ſimul cum maſculo in feudo eam ſuccedere quidam putant, quod multò magis dignum obſervantia exiſtimavimus, cum feudum ſic datum eſt, ut nullum ſervitium pro eo fiat. Contra hanc tamen limitationem *Bald. ſibi contrarius in l. quoties: in princ. C. de ſuis & legitim. hæred.* tenuit, fœminam etiam in feudo ad nullum ſervitium conceſſo non ſuccedere, quem ſequitur *Martinus Laudenſ. in d. §. & quia, & ibi etiam Præpoſitus: Jacob. de S. Georg. in d. §. & fœminis: num. 5. Curtius ſenior in conſil. 49. incip. Memoriæ recolendæ: Dux Mediola. col. 4. verſ. accedentes ad primum: Franciſc. Curt. in 3. parte princip. in princ. num. 5. verſ. quinto limitate: Zaſius in epit. feud. part. 8. num. 43. & in hanc partem etiam inclinat Joann. Thom. de Marin. in d. tit. XI. de feud. fœmi. Duar. de feud. cap. 10. num. 7. Hannet. lib. 2. feudo: cap. 8. & hanc ſententiam de jure veriorem eſſe aſſerit D. Borchol. in tract. feud. part. 7. num. 68.* Nituntur autem primò generalitate regulæ, quæ tantùm maſculos ad ſucceſſionem feudi vocat, fœminas verò in univerſum excludit, *d. §. hoc autem: de his qui feud. dar. poſſ.* nam ſecudùm hanc regulam ex ipſa natura feudi à ſucceſſione remotæ eſſe videntur.

Licet † igitur dominus vaſallum omni ſervitio liberet, quia tamen feudum nihilominus in cæteris ſuam priſtinam naturam ſervat, & pro vero feudo reputatur, *Joann. Andr. in addit. ad ſpecul. in rubr. de feud. Bald. in l. 1. in 16. quæſtio. in 4. colum. de rer. diviſ. & in c. quæ* 30

Digitized by Google

in Eccleſiarum: *de conſtit.* ex hac ipſa natura feudi fœminæ non admittendæ videntur.

31 Deinde † conſiderant, quoniam fœminæ non eam ſolùm ob cauſam à ſucceſſione removentur, quia ad ſervitia militaria minus ſunt idoneæ, ſed alias etiam plures ob cauſas, quas enumerat *Baldus in d. l. quoties*: quantumvis itaque una ratio ceſſet, quia tamen aliæ adhuc ſuperſunt fœminas excludentes, ut quæ hæ propterea admittendæ non videntur, cum regulariter, quoties plures cauſæ concurrunt, una earum ceſſante, non ceſſet diſpoſitio, *argum.* §. *affinitatis*: *Inſtit. de nupt. cum ſimilib.*

32 Ad textum verò *in d. c. ſi cui militi*, reſpondent, iſta capitula extraordinaria non eſſe authentica, ac propterea illis tutò quem niti non poſſe, *ut not. gloſſ. in c. fin. in verbo juſta cauſa*: *in tit. de prob. feud. alien. per Lothar. & in c. 1. qui teſt. ſint neceſſ. ad prob. inveſt. feud. Bald. in c. 1. de grad. ſucced. in feud.*

Sed utut hæc ſeſe habeant, ego tamen ab hac limitatione minimè recedendum arbitror propter textum *in d. c. ſi cui militi*: qui cum ſatis planus atque apertus ſit, meritò haud paulò plus quem movere debet, quàm ullæ aliæ rationes.

33 Et † quamvis non negem, capitulorum extraordinariorum non eſſe eam auctoritatem, ut ijs contra illa, quæ jure noſtro feudali cauta reperiuntur, tutò inſiſtere quis poſſit: contra tamen hoc nobis ut detur neceſſe eſt, capitula illa extraordinaria ad explanationem eorum, quæ jure noſtro non ſatis explicata ſunt, plurimum momenti habere, ut ſuprà *quæſtion. 13.* pluribus firmavimus. Idque in propoſito vel ideò magis locum obtinet, quoniam hoc ipſum etiam juris noſtri feudalis rationes exigunt. Nam ſecundò hanc opinionem mihi perſuadet id, quod de muto & ſurdo, & alioqui imperfecto ab omnib. univerſaliter receptum eſt, eos, licet à feudi ſucceſſione remoti ſint, tamen in feudo, pro quo nullum ſervitium præſtatur, admittendos eſſe, *ut quæſt. 13. & 14.* pluribus firmavimus. Hinc enim idem etiam in fœmina concedendum erit: cum præſertim mulier inter perſonas illas imperfectas referatur, ijſdemque æquiparetur *in d. tit.* an mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus.

Ex † quo etiam tertio loco apparet, potiſſimam cauſam, quæ mulierem à ſucceſſione feudi removeat, in eo conſiſtere, quod ſervire non poſſit, ut etiam colligitur *ex d. tit. an mutus, ſurdus, vel alioqui imperfect. ibi: quia ipſum ſervire non valet.* Quantumvis igitur etiam aliæ poſſint tradi rationes, quia tamen hæc eſt potiſſima, ideo ceſſante hac, par eſt, ut etiam ipſa diſpoſitio ceſſet: cum regulariter, ubi plures ſunt diſpoſitionis cauſæ, quarum alia aliâ eſt potentior, ceſſante potentiori, diſpoſitio etiam amplius locum habere non ſoleat, *ut eſt text. ex quo hoc not. Abb. in c. quoniam.* §. *porrò*: *& in* §. *fin autem. ut lite non conteſtata*: *idem not. Abb. in c. cum ceſſante. de appellat. Ripa in l. ſi ventri*: §. *in bonis menſularii*: *nu. 74. de privileg. credit.* Unde ſimul tollitur id, quod de pluribus rationibus contrà nitentes conſiderant. 34

Sic † quod de generali regula & natura feudorum ipſi in medium afferunt, no admodum urget. Nam cum hoc, quod feuda ſui naturâ tantummodo ad maſculos tranſeant, potiſſimum dependeat à ſervitijs militaribus, quæ nomine feudi præſtari ſolent, conſectarium omnino eſt, in caſu, ubi nulla præſtantur ſervitia, hanc feudi naturam immutatam, neque adeò propter eam vel generalem feudorum regulam fœminas à feudo removendas eſſe: ut proinde argumenta aliter exiſtimantium non uſque eò firma ſint, ac propterea longè tutius ſit manifeſtis verbis, *d. c. ſi cui militi*, inhærere, quàm ejuſmodi dubijs fundamentis.

Hanc

Hanc ſententiam, ut auctoritate etiam eam firmemus, amplexus eſt *Ludovicus Roman. in conſil. 33. & in conſil. 367. & in ſing. 177. incip. fœmina: Alexand. conſil. 30. numer. 2. libr. 1. Corn. conſil. 16. Aperta fronte, num. 9. verſ. ſecundus caſus: & conſil. 239. pro deciſione: numer. 4. verſ. ſecundus caſus lib. 1. Joan. Campeg. in tractat. ſtatut. de dot. lucr. q. 42. Decius conſil. 85. & diligenter: num. 6. conſil. 193. & pro tenui col. 2. verſ. præterea etiam dato: & conſil. 208. & in conſil. 424. numer. 14. Marſil. ſingul. 411. fœminæ non ſuccedunt: Ruin. conſil. 18. primo & principaliter: poſt num. 12. ver. ſed adhuc dato: & conſil. 24. ſuper his col. penultim. verſ. & ſimiliter ſi feudum: conſil. 38. quoniam: num. 8. libr. 1. Alexand. conſil. 29. incip. quoniam abunde, & in conſil. 30. incip. quoniam eſſet donum optimum: Gratus reſponſ. 9. facti ſpeciem: nu. 153. lib. 1. Pariſi. conſ. 4. nu. 19. conſil. 12. viſo: num. 27. conſil. 16. ſi attendimus: num. 4. conſ. 23. numer. 30. vol. 1. Sylvan. in conſ. 3. num. 59. Roland. à vall. conſil. 23. num. 10. in 1. vol. & conſil. 48. num 40. in 4. volum. Thobias Nonius conſil. 1. nu. 38. Bologn conſil. 5. num. 30. Julius Clar. in d. § feudum quæſt. 73. nu. 7. Cujat. lib. 1. de feud. tit. 2. §. penult. & hanc opinionem veriorem eſſe, quicquid dicat Martin. Lauden. & Modern. Papienſ. aſſerit Paul. Picus in §. & quia vidimus, nu. 64. de his qui feud. dar. poſſ. tit. 1. & Paris de Puteo de redintegrat. feud. c. 108. num. 7. & Loriott. in tit. de his qui feud. dar. poſſ. §. & quia. in fin. & eam tanquam communem contra alios latè defendit Menoch. conſ. 65. nu. 16. & ſeq. & multis auctoritatibus confirmat Burſat. in conſil 150. nu. 59.*

36 Circa † quam concluſionem notatu dignum eſt eam uſque adeò procedere, ut hoc caſu fœminæ ſimul cum maſculis admittantur, ut diſertè probatur *in d. c. ſi cui militi*: quod tenuit etiam *Jacob. de Belviſ. Alvarott. & Prepoſ. in c. 1. §. ſimiliter. de capitan. qui cur. vendit. Jacob. de S. Georg. in verb. & fœminis. numer. 10. Zaſ. parte 8. numer. 48.* Et quamvis aliqui contrà nitantur, *ut Alexand. in conſil. 9. vol 5. Corn. conſil. 14. lib. 2. Curt. in 1. parte 3. princ. numer. 18.* tamen cum opinionem noſtram manifeſta verba textus probent, nemo non videt in his potius acquieſcendum eſſe Præterea ſciendum concluſionem iſtam, tum demum locum obtinere, quando ex verbis inveſtituræ aliud non apparet, *ut declarat Jul. Clar. in d. loco.*

Tertiò † ex his, quæ modò diximus, reſtringitur concluſio noſtra, ut locum non habeat, quando feudum conceſſum eſt ad certum ſervitium, *(n)* quod æquè commodè & honeſtè per fœminam expediri poteſt. Nam quod hoc etiam caſu fœminæ ſimul cum maſculis ſuccedant, *in d. c. cui militi*: diſertè diſponitur, *& poſt Jacob. de Belv. quem ita interpretantur, hoc tenuerunt Bald. & Alvarott in §. quin etiam. Epiſcopum vel Abbat. & ſequitur Martin. Laudenſ. ibi, Afflict. in d. §. & quia: num. 28. & tenuit etiam Rom. in d. conſ. 367. num. 12. Corn. in conſil. 16. Aperta fronte: numer. 9. conſil 239. Pro deciſione: numer. 4. lib. 1. Ruinus conſ. 18. primo & principaliter: nu. 17. lib. 1. Gozad. conſil. 56. circa primum: nu. 18. Pariſ. conſil. 4. conſiderando: num. 18. lib. 1.* Et quamvis in hoc aliter ſentiat *Alex. in conſil. 9. Ponderatis: vol. 5. & admodum titubet Barth. Socinus in conſil. 257. incip. viſis inveſtituris: in ſecunda parte, quos ſequitur Curtius junior in tract. feud. part. tertia in princ. num. 12. verſ. nono fallit: & Zaſius part. 8. numer. 49.* nos tamen tam propter textum manifeſtum, quàm propter alias rationes paulò ante conſideratas, ab hac ſententia minimè recedendum eſſe arbitramur: quam etiam tanquam communiter approbatam ſequitur *Julius Clar. in d. loco*: & multis auctoritatibus adductis oſtendit *Burſatus in d. conſil. 150. num. 59.* 37 (n)

Quartò † declaratur regula noſtra, ut non valeat, ſiquidem dominus poſt obitum vaſalli ſine hærede maſculò decedentis gratiam fecerit filiæ, eandemque inveſtierit: vel quia ipſa redemerat, id eſt, emerat, vel propter 38

patris defuncti ſervitia, ut dilucidè probatur *in c. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat.*

39 Quod tamen ita intelligendum eſt, ſi vel nulli alij extarent agnati, qui ſuccedere poſſent, vel hi conſenſiſſent. in † præjudicium enim agnatorum dominus non poſſet feudum concedere filiæ, *ut per text. in c. 1. de alienat. feud. pater. & in c. 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. & c. 1. §. & ſi clientulus : de alien. feud. & c. Titius : ſi de feud. defunct. docuerunt Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. Martin. Laud. Præpoſ. Matth. de Afflict. D. Baro Schenck & denique communiter omnes interpretes ibi : Curtius juni. parte 3. num 4. Zaſius parte 8. num. 40. Sonsbecius part. 9. num. 124.* Et licet non deſint, qui contrà exiſtimant, etiam in præjudicium agnatorum hoc integrum eſſe principi ſaltem de plenitudine poteſtatis, *ut latè conſuluit etiam Decius in conſil. 390. Albert. Brun. in conſil. 1. conſil. 4. conſil. 6. & conſil. 114. num. 229. Ioann. Campeg. in conſil. 2. inter conſilia feudalia :* hæc opinio tamen, *ut ait Matth. de Afflict. in c. 1. §. quia num. 23. de his qui feud. dar. poſſ.* non eſt fundata ſuper juſtitia naturali, & nos de ea pluribus videbimus *infrà quæſt. 41.* ubi de legitimatione filij naturalis agemus.

40 Sed † hîc difficultatem movet textus *in c. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat,* dum *ibi in fin.* dicitur, parentes filiæ non revocare poſſe ejuſmodi feudum. Hoc enim, ut plerique, ac etiam *Cujat. lib. 1. tit. 25.* interpretantur, de agnatis intelligitur, qui parentes in libris feudorum vocantur : & hanc videtur habere ſententiam, quod agnati, ad quos alioqui feudum perventurum eſſet, inviti teneantur ratam habere ejuſmodi inveſtituram: id quod inde colligit *Jacob. de Belu. ibi.* Interpretes igitur, ut hoc objectum removeant, ad textum iſtum varios intellectus tradunt, quos refert *Alvarott. & plenius Paul. Picus ibi : communiter tamen reprobata opinione Jacob. de Belu.* cum de feudo novo intelligunt, idq; communi calculo approbatum eſſe profitetur. *Petr. Ravenn. ibi.* Quia verò ſecundùm hunc intellectum ſuperfluum videtur eſſe id, quod de agnatis ibi dicitur, cum juris ſit indubitati, hoſce in feudo novo non ſuccedere, exiſtimant, hæc fuiſſe addita propter homines juris ignaros, ut plerunque ſunt milites, qui, etſi nullum jus ſuccedendi haberent, ægrè tamen ferebant, & iniquum eſſe opinabantur, quod dominus fœminas ipſis prætuliſſet, cum, ſi alicui ex familia illa feudum concedere vellet, æquius videretur, iſtud agnatis concedere, *argu. l. 1. §. permittitur : de aqua quotidiana, & æſt.* ita interpretantur *Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. & Præpoſi. Matth. de Afflict. Dn. Baro Schenk & Paul. Picus ibi, & Duar. cap. X. num. 6. & addit Zaſius part. 8. num. 41.* de hac ſuperfluitate non eſſe curandum, cum privatæ perſonæ nempe Doctores eum textum fecerint : qui etiam in aliis inordinatè proceſſerunt.

Obſtat etiam huic intellectui, quod, ſi de feudo novo loqueretur, non ſolùm in illis duobus caſibus expreſſis in textu dominus filium vaſalli inveſtire poſſet, ſed etiam in omnibus aliis. Ad hoc objectum reſpondet *Paul. Picus ibi*, ideo hos duos caſus fuiſſe expreſſos, quia plerunque accidunt: quippe cum feuda fœminis plerunque non ob propria merita, ſed propter officia paterna præſtentur. Non igitur inde validum deſumi poterit argumentum. Nam quoties lex ponit aliquos caſus ratione frequentioris uſus, non cenſetur propterea excludere alios caſus, ut *not. gl. in clem. 1. in verb. præſidentes: extra de reſcriptis: & glo. in l. 1. in verb. ſponſam: C. de rapt. virgin.* Quidam tamen textum de feudo antiquo, prout verba illa finalia denotant, interpretantes, putant, ideo in propoſito jus revocandi agnatis non concedi, quia ipſi non erant agnationis communis, & ex eodem ſtipite deſcen-

deſcendentes: & ſic feudum ob hanc, vel etiam aliam ob cauſam excludentem agnatos ad dominos reverſum erat, vel quia agnati renunciarunt, vel quia in eam inveſtituram conſenſerunt, ut exiſtimavit *Hanneto.lib.2.cap.8.* vel etiam, quia, *ut ait Sonsbec.* dominus pacto in prima inveſtitura caverat, ut quandocunque vaſallus, ſive primus, ſive ſecundus, ſive tertius decederet ſine filio maſculo, liberam conferendi poteſtatem haberet, quod pacto facere poteſt, *c.1.* § *prætereà: quid ſit inveſtit. ita poſt Jacob. de Ardizo declarat Sonsbecc. part.9. num.125. & attigit etiam Zaſius in d. loco.* Nos cum certius nihil reperiamus, in alterutro horum facilè acquieſcimus.

41 Quintò † concluſio noſtra uſque adeò firma non eſt, ut conſuetudine introduci non poſſit, ut fœminæ ſuccedant, neque ſanè mirum, cum omne jus feudorum à conſuetudine profectum fuerit, & propterea etiam contraria conſuetudine facilè tolli poſſit, *c. 1. de grad ſucc. in feudo. c.1. de feud. cognitio.* ita docent uno ore omnes interpretes *in d.* §. *& quia: de his qui feud. dar. poſſ.* & tenuit etiam *Jacob. de ſanct. Georg. in verb. fœminis: numer.9. Curt. juni. 3. parte princip. in princip. numer. 10. verſic. octavò fallit. Zaſius part.8. numer.42. Joann. Thom de Marin. tit.11. de feud. fœmin. numer.23. Joann. Camp. inter conſil. Albert. Brun. conſil. 2. num. 53. Decius conſil. 309. num.12. Pariſ. conſil.16. num.11. lib.1. Thob. Nonius conſil. 1. num.36.*

Sextò † huic regulæ locus non eſt, 42 quando pacto inveſtituræ inſerto cautum eſſet, ut fœminæ ſuccederent. Nã hoc caſu ad ſucceſſionem feudi utique admittendæ eſſent, ut diſertè probatur *in c.1. de natur. ſucceſſ. feud.* per quem textum hoc tradunt omnes interpretes ibi, & in locis jam citatis. Erunt tamen hoc caſu verba pacti atq; conventionis diligenter obſervanda: quandoq; enim verba generaliter concipiuntur, ut quia pactum eſſet, quod fœminę ſuccederent, & tunc omnes fœminæ deſcendentes ad ſucceſſionem admitterentur *c.1 de eo, qui ſibi & hæred. maſcul.*

Quandoq; † verò ea in certam perſonam ſunt directa, ut, quia dictum fuit quod Margaretha debeat ſuccedere in feudo, tunc tanquam pactum perſonale extingueretur cum perſona, neque extenderetur ad alias perſonas, *l. ſi unus* §. *ante omnia: ff. de pact. l. quia perſonale: ſolut. matrimon. Ita diſtinguit Andr. de Iſern. in d.* §. *& quia. de his qui feud. dar. poſſ. quem ſequuntur Alvarott. Laudenſ. Matth. de Afflict. & omnes ibi: Jacob. de S. Georg. in verb. & fœminis: numer. 2. Curt. jun. in 3. part princip. numer. 1. Joan. Thomas de Mar. tit. 11. de feud. fœmin. numer. 15. Hannet. lib.2. cap. 8. Guerrin. Piſo in prælud. feudor. tit an & quando fœmin. ſucced. & multis hoc firmat Camerar. in d. c. Imperialem: mihi pag. 366. verſ ex quibus notanter infero: de proh. feud. alienat. per Federic.* & de hoc etiam ſuprà in ultima ampliatione diximus. 43

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) SOnsbeck. in tractat. feud. part.9. n.120.] Adde *Zaſium de feud. part. 8. n. 36.* Schneidewein *de feud. p.6. & ſeq. Menoch. conſil.65 n.20. & ſeq. vol.1. Decian. conſil.58. n 6. & ſeqq. vol.2.*

(b) Fœminæ minus idoneæ ſint] Hanc ſolam rationem amplecti videtur *Weſenbec. de feud. cap.6. n.22.* & non debet ad eam perſonam pertinere beneficium, quæ non poteſt præſtare officium *Toming. conſ.44. nu. 110. ibi nempe quod non debeat.*

(*c*) Etamſi hæredib. conceſſum eſſet] Tradunt *Zaſ. de feud. p. 8. n. 36. Gail. 2. obſerv. 159. n. 1. Mor. de ſubſtant. feud. n. 82. Schrader de feud. part. 7. cap. 4. n. 2. Cacheran. deciſ. Pedemont. 26. n. 8.*

(*d*) Socin. in conſ. 19. incip. adſit] Adde *Schrader d. loc. n. 3. Schneidevvein de feud. p. 6. n. 3. Mynſinger. cent. 5. obſervat. 72. n. 5. Zaſ. conſ. 11. n. 5. & conſil. 13. n. 25. vol. 1. Decian. conſil. 45. n. 14. vol. 2.*

(*e*) De his qui feud. dar. poſſ.] *& cap. 1. de ſucceſ. fratr.* ſequitur *Roſenthal de feud. cap. 7. concl. 109. Morr. de ſubſtantia feud. nu. 80. Schrader d. part. 7. cap. 4. nu. 3. verſ. ſecundo hæc concluſio. Förſter. de ſucceſ. ab inteſtat. lib. 4. d. cap. 23. n. 49. Vultei de feud. lib. 1. cap. 9. n. 29. ubi Interpretum rationes recenſet.*

(*f*) Borchold. cap. 7. n. 65.] Adde *Schraderum de feud part. 7. d. cap. 4. n. 5.* ubi hanc ſententiam ſibi magis placere ait.

(*g*) Paulò poſt videbimus] Plures caſus in quibus fœminæ à feudorum ſucceſſione excluduntur vide *apud Schrader. in tract. feud part. 7. cap. 4. n. 2. 3. & multis ſeqq. & Vultei de feud. lib. 1. ca. 9. n. 29. & ſeqq. ubi latè.*

(*h*) In feudo fœmineo] *Schrader de feud. part. 7. d. cap. 4. n. 48. Förſter de ſucceſſ. ab inteſt. d. cap. 23. n. 51. Vultei lib. 1. d. cap. 9. num. 40.*

(*i*) Cujat. in d. tit. 12. lib. 1.] Adde *Jan. ab Arcedura cap. 2. concl. 7. n. 37. Vultei. de feud. lib. 1. d. cap. 9. nu. 40. & ſeqq. ubi latè.* Hinc Germanicè vulgò ein Weiber oder Kunckellehen ab ejuſdem origine appellatur.

(*k*) Borchold. tract. feud. c. 7. n. 69.] His accedit *Menoch. conſ. 131. & conſ. 148. ubi nu. 11.* omnes penè juris interpretes ita ſentire teſtatur, addens id non ſolum eſſe ex æquitate, ſed etiam ex jure ſtricto. *idem Menoch. conſil. 131. n. 2* hanc ſententiam rejecta Iſerniæ opinione communi calculo comprobatam eſſe ait, *& conſ. 191. n. 16. Vultei de feud. lib. 1. cap. 9. n. 40. verſ. quamvis autem quem vide.*

(*l*) De alio feudorum genere] Vide *Vultei de feud. lib. 1. d. cap. 11. n. 40. ibi veruntamen ut definitio ſucceſſionis &c.*

(*m*) Quod ab omni ſervitio liberum eſt] De hac vide *Jan. ab Arced. c. 2. concl. 7. n. 41. Vultei de feud. lib. 1. cap. 9. nu. 41.*

(*n*) Ad certum ſervitium] vide *Jan. ab Arcedura cap. 2. concl. 7. n. 39. Vultei d. cap. 9. n. 42.*

QUÆSTIO XXXV.

FOEMINÆ AD SUCCESSIONEM FEUDI EX PACTO INVESTITURÆ

inſerto, vel quia fœmineum eſt, vocatæ, utrum unà cum maſculis, an verò hiſce demum deficientibus, ſuccedant, præſertim quando feudum hæredibus maſculis & fœminis conceſſum eſt, & agnatus in gradu remotiori lineæ tranſverſalis conjunctus eſt defuncto, fœmina in propinquiore deſcendentis lineæ gradu exiſtente: Et de intellectu *c. 1. de his qui pro ſe & hæredibus maſcu.* item *c. 1. §. ſimiliter. de capit. qui cur vendit.*

1. *Fœminæ in feudis ex pacto ſuccedentes regulariter, deficientibus demum maſculis, admittuntur. Idem locum habet in maſculis deſcendentibus ex fœmina, ut his etiam deſcendentes ex maſculis præferantur, num. 27.*

Idq́ etiam obtinet in feudo fœmineo. ibid. Et omni dubitatione caret, quando in inveſtitura deficientibus demum maſculis, vocatæ ſunt, num. 2.

Idem locum habet, licet feudum ſemel ad fœminam pervenerit, num. 3.

Nec refert hoc caſu, quod maſculus in diverſa linea ex tranſverſo ſit conjunctus defuncto: fœmina verò propiori gradu deſcendentis lineæ ipſum contingat: Idq; multis exemplis declaratur num. 5. & ſeqq. modò ex uno & eodem ſtipite maſculus deſcendat à primo acquirente. alioqui à diverſo perveniens fœminam non excludit, num. 7. Sic quando maſculus naſceretur, poſtquam fœmina ſucceſſiſſet, illam non excluderet, num. 8. etiamſi fœmina nondum inveſtita eſſet, nu. 10. niſi maſculo in utero exiſtente ſucceſſiſſet, num. 11.

Quin etſi quis pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis inveſtitus eſſet, nihilominus tamen maſculus præferendus foret, nu. 12. ex natura feudi, & præſumta mente contrahentium, numer. 15. & 20.

Idem juris eſt, ſi quis pro ſe & hæredibus ſuis utriuſq; ſexus inveſtiretur: n. 16.

Et hoc procedit, etiamſi feudum ſemel ad fœminam pervenerit, nu. 17.

Idem hoc etiam caſu locum habere, licet maſculus in diverſa linea fuerit conſtitutus, ex communi defenditur, contra Sonsbeccium nu. 18. & 20. & ſeqq. cujus argumenta referuntur nu. 19. & refutantur nu. 24. & ſeq.

Fallit, quando dictum fuit, fœminæ ſuccedant ſicut maſculi, num. 28.

Item, quando fœminæ ſimul cum maſculis eſſent inveſtitæ, num. 29.

Vel etiam quando ſine dictione (ſimul) fœminæ cum maſculis inveſtitæ eſſent, num. 30.

4. *In feudis initium atq; origo potiſſimum conſiderari ſolet, & num. 21.*
5. *Tit. de eo, qui ſibi & hæredibus maſcul. declaratur. & eum tantum in caſu, de quo loquitur, procedere exiſtimavit Sonsbeccius num. 19. quod refutatur, atq; oſtenditur, eum generaliter locum habere, num. 20. & 24.*
6. *Textus in c. 1. §. ſimiliter: de capit. qui cur vendid. declaratur contra Zaſium: & clarius explicatur nu. 23.*
9. *Dominium ſemel quæſitum perpetuum eſſe ſolet.*
13. *Copulativa dictio (&) æqualiter conjungere ſolet: quandoq; tamen ordinem denotat.*
14. *Expreſſum non ſolùm cenſetur, quod verbis exprimitur, ſed & quod agitur, & nu. 22.*
20. *Nihil refert, utrum expreſsè dictum ſit, fœminas deficientibus demum maſculis ſuccedere, an verò hoc ex natura feudi tacitè colligatur.*
21. *Pactum primi acquirentis non ſolùm primum ſucceſſionis gradum, ſed omnes reſpicit.*
24. *Ratio & mens legis potius, quàm verba conſideranda.*
25. *Ratio generalis extendit ſpecialem diſpoſitionem.*
26. *Superfluum non dicitur, quod majoris evidentiæ gratia exprimitur.*

1 QVANDO † fœminæ in feudo, ideo, quia fœmineum eſt, vel propter pactum inveſtituræ inſertum ſuccedunt, hoc ſolet eſſe regulare, ut, deficientibus demum maſculis, admittantur, his verò extantibus removeantur, *c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſcul.* & quia de fœmineo feudo in præcedenti quæſtio. ſatis fuit probatum *per c. Jugales. in cap. extraordin.* nunc eo de caſu, quo ex pacto fœminæ ſuccedunt, videbimus. Verba autem pactorum, quibus fœminæ vocantur, non uno modo concipiuntur, ſed quandoq; feudum conceditur alicui & hæredibus ſuis maſculis, vel his deficientibus, fœminis: quandoque verò conceditur heredibus maſculis & fœminis: quæ quidem verborum diverſitas diverſam videtur continere rationem, ideò de ſingulis ſeparatim agemus.

Ad † primum caſum quod attinet, cum fœminæ deficientibus demum maſculis diſertè vocantur, in aperto eſt, eas extantibus maſculis, ſuccedere non poſſe. Itaq; ſi vaſallus decedat relicta filia & filio, maſculus ſuccedet, excluſa filia, & de hac inveſtituræ forma agitur *in c. de eo qui ſib. & hæred. ſuis maſcul. & fœmin.* 2

Idque † locum habet, etiamſi feudum ex ejuſmodi pacto ad fœminam pervenerit, & ea deficiente, de ſucceſſione agatur inter fœminam & maſculum. tum enim nihilominus maſculus excluderet fœminam, prout de hoc etiam caſu dilucidè loquitur 3

loquitur text. *in d.c. 1. de eo qui ſibi & hæredib. maſcul.* Ideoque ſi vaſallus deceſſerit ſuperſtite filia, & deinde hæc fato functa fuerit, relictis filia & filio, filius ſolus feudum obtinebit excluſa filia. Neque ſanè mirum. Nam cum hoc procedat in feudo fœmineo, quod à muliere originem cepit, ut probatur in *d.c. Jugales*, multò ſanè magis idem locum habebit in feudo, quod à mare initium duxit, & deinde ad fœminam pervenit. Licet enim domini beneficio ad fœminam, deficiente maſculo, fuerit delatum, primævam tamen naturam & vim paterni feudi
4 nihilominus retinuit: quippe † cum feudi originem velut primam ipſam ſcaturiginem contemplemur, non autem aſpiciamus, quo tramite progredi, quové alveo hoc poſtea primanare ceperit *ut declarat Bald. Alvarott. Afflict. & DD. in d. tit. de eo qui ſib. & hæredib. ſuis maſcul. & tenuit idem Bald. in conſil. 137. incip. Dominus Jordanus: vol. 2. Calde, in conſil. 13. de feud.*

5 Deinde idem, quod magis eſt, etjam obtinet, licet fœmina proximo gradu, in linea deſcendente attineret defunctum: maſculus verò, qui cum fœmina de ſucceſſione contendit, non
(a) eſſet ejuſdem lineæ cum defuncto, (a) ſed ex tranſverſo in alia linea atque adeò gradu longè remotiori conſtitutus. Nihilominus enim fœminam excluderet, modò cum defuncto deſcendat ex communi ſtipite, qui primò de hoc feudo fuerat inveſtitus. Ideoque ut res exemplo fiat planior, ſi is, qui feudum hoc pacto acquiſierat, deceſſerit, filia ſola ſuperſtite, & hæc filiis duobus ſuſceptis moriatur, quorum alter duas filias, alter verò unum filium poſt ſe relinquat, hic filius excluſis fœminis, totum feudum obtineret, & hic eſt caſus, *d. titul. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſcul.* ubi pro fœminis totam ſui patris partem vindicantibus, hæc in medium affertur dubitandi ratio, quia ex eo nullus extabat maſculus, & propterea fœminæ, deficientibus maſculis ex pacto inveſtituræ inſerto ad ſucceſſionem vocatæ videbantur. Nihilominus tamen contrà judicatum fuiſſe dicitur, idque ob hanc rationem, quoniam non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit inveſtitus.

Licet enim ex uno filiorum ultimò defunctorum nullus ſuperſit maſculus, quia tamen is, qui feudum primò pro hæredibus ſuis maſculis hoc pacto acquiſierat, ut deficientibus maſculis demum ſuccederent fœminæ, & ex altero filio defuncto ſupereſt maſculus, qui etiam cenſetur ſuccedere ex pacto primi acquirentis, atque adeò ipſius eſſe hæres maſculus, utique hic propter verba inveſtituræ, quibus maſculi hæredes primùm, & hiſce deficientibus, demum fœminæ vocatæ ſunt, fœminis potior eſſe debet: quippe cum fœminæ ad feudalem ſucceſſionem aditus patere non poſſit, donec à primo acquiſitore feudi deſcendens, ſuperſit maſculus: ſemper enim ad originem feudi eſt reſpiciendum. Ad ſimilitudinem horum idem dicendum eſſet, ſi quis feudum eo tenore acceperit, ut dictum eſt, & poſt ſe reliquerit duos filios moriens, quorum alter filium, alter filiam ex ſe relinquentes decedunt. Nam hoc etiam caſu feudum ſolùm & totum veniret ad filium, natum ex filio primi acquirentis, non ad filiam neptem, primi accipientis feudum. Sic ſi vaſallus duas filias reliquiſſet, & ex altera naſceretur filius, ex altera filia, certè filius ſolus habebit feudum, de qua facti ſpecie videtur agi *in c. 1. §. ſimiliter: de capit. qui cur. vendid.* quamobrem textum etiam iſtum ad propoſitum hoc accommodat *Zaſius num. 52.* hac ratione ſubſcribens ſententiæ Gerardi ibi relatæ, reprobata interim opinione Oberti aliter ſentientis.

Sed † ego animum inducere non 6
poſſum, ut exiſtimem, textum *in d. §. ſimi-*

ſimiliter: eſſe intelligendum, eo de caſu, quo feudum deficientibus demum maſculis conceſſum fuerat. Idque non ſolùm propter eam rationem, quia ibi pactum iſtud non exprimitur, ſed multò magis, quia diſertè dicitur, Obertum in ea fuiſſe ſententia, fœminam à maſculo in illa facti ſpecie non excludi, cum tamen ex tit. *de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſcul.* manifeſtè appareat, Obertum in caſu, quo feudum ea lege, ut deficientibus maſculis ad fœminas tranſiret, conceſſum fuerat, exiſtimaſſe maſculum fœminæ præferendum eſſe. Auctor enim hujus tituli eſt ille ipſe Obertus, ut clarum eſt ex libro Cujatii, qui hunc titul. 17. in librum ſecundum retulit, quem Oberti eſſe ait: & de Oberti ſententia idem aſſerit *lib.1.tit.2.§ penultim.* Aut igitur falſum eſt id, quod *in d.§.ſimiliter*, dicitur, Obertum aliter ſenſiſſe, aut textus ille non de hac inveſtituræ forma, de qua ſermo nunc nobis inſtitutus eſt, ſed potius de ea, de qua paulò poſt acturi ſumus, intelligendus erit: Cumque illud alterum veriſimile non ſit, hoc ultimum ſanè amplectendum erit, & quod conſequens eſt, textus ille ad propoſitum noſtrum minimè pertinere poterit. Non tamen propterea minus, ſed potius, ceſſante illa opinionum fluctuatione, quæ *in d §. ſimiliter*, refertur, multò magis in hiſce etiam facti ſpeciebus ultimò commemoratis locum habebit aſſertio noſtra, propter rationem, quam ex *tit. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſcul* ſuprà conſideravimus: cum præſertim ex hoc ipſo appareat, nullam hiſce caſibus inter Gerardum & Obertum fuiſſe contentionem, ſed eos unanimiter conſenſiſſe, quando feudum ea lege, ut deficientibus maſculis, ad fœminas progrederetur, conceſſum fuit, quod tum ſemper maſculus etiam in alia linea exiſtens præferatur fœminæ, propter mentem acquirentis feudum, verbis palàm expreſſam, ut animadvertit etiam *Cujat. in d.tit.2.§.penult. libr.1.* Idem etiam per omnia obtinet, ſi is, qui feudum hoc modo acquiſivit, deceſſiſſet relicta filia: & hæc ſuſtuliſſet filium, filiam, & ex filio nepotem. Nam defuncto deinde poſt matrem filio, utique nepos ex altero filio ſolus ſuccederet, excluſa amita ſua, ſorore defuncti, ut poſt ea, quæ ſcripta reliquerunt interpretes, *in ſæpe d. tit. monet Zaſius parte 8. num. 52.*

7 Hoc † tamen, quod hactenus multis exemplis oſtendimus, maſculum etiam in linea tranſverſali exiſtentem excludere fœminam, quæ proximo gradu lineæ deſcendentis conjuncta fuit defuncto, tum demum rectè locum habet, quando maſculus & fœmina ex uno & eodem ſtipite, qui primò acquiſivit feudum, deſcendunt, prout de hoc caſu diſertè loquitur textus *in d. tit. de eo qui ſibi & ſuis hæredib. maſcul. ibi: ex eo qui primò de hoc feudo fuerit inveſtitus.* At quando maſculus & fœmina habito reſpectu ad primum acquirentem, ex diverſo ſtipite deſcenderent, tum res aliter ſeſe haberet, utputa, ſi duo fratres de novo beneficio cum jure invicem ſuccedendi ea lege eſſent infeudati, ut, quàm diu ipſi vel eorum hæredes maſculi viverent, maſculis verò deficientibus, fœminæ feudum haberent, & ex fratribus unus, altero adhuc vivente, decederet, relicta filia, quæ cum fratre defuncti ſuperſtite de ſucceſſione feudi contenderet, atque hinc quæreretur, utrum portio defuncti filiæ, an fratri deferretur. Nam etſi hoc etiam caſu, ſiquidem verba ſimpliciter ſectari vellemus, fratris conditio potior eſſe videretur, cum diſertè dictum fuerit, maſculos hæredes, quàm diu viverent, feudum habere, & iis deficientibus, demum filias ſuccedere debere: in propoſito verò utique frater tanquam hæres maſculus fratri ſuperſtes ſit: quia tamen veriſimile eſt, unumquemque fratrum ſuis hæredibus conſulere, & proſpice-

Digitized by Google

ſpicere voluiſſe, atque propterea id, quod de maſculis hæredibus dixerunt, de propriis ipſorum filiis intellexiſſe: ideò ob hanc tacitam & veriſimilem mentem contrahentium hoc obtinuit, filiam in caſu iſto ad feudalem patris ſui portionem admitti, excluſo patruo: & de hac facti ſpecie agitur *in c. 1. de duob. fratr. à capit. inveſtitis*, *quem textum ita interpretantur commentatores ibi, & Zaſi. part. 8. numer. 51. verſ. quartò fallit:* licet interim is hunc caſum ad alteram concluſionem, de qua paulò poſt acturi ſumus, non ſatis commodè retuliſſe videatur, cum potius pertineat ad iſtam inveſtituræ formam, ut ex verbis textus manifeſtum eſt, & de textu illo plura vide apud *Alciat. in conſil. 172. incip. ſatis videtur clarus: nu. 13.*

8 Eſt † præterea circa concluſionem noſtram, quæ maſculum ſemper fœminæ in feudi ſucceſſione præfert, advertendum, non defuiſſe, qui exiſtimarunt, illi tantoperere locum eſſe, ut, etiamſi fœminæ ſolæ exiſtentes in feudo jam ſucceſſerint, idque hac ratione quæſitum habuerint, nihilominus tamen removeantur à maſculo, quem aliquis deſcendentium ex eo, qui primò feudum acquiſierat, deinde procreavit. Hoc docuit *gl. in d. tit. de eo qui ſibi vel ſuis hæred maſcul.* inde concludens, ſi is, qui eo tenore feudum acquiſierat, relictis duabus filiabus obiret, quarum altera, poſtquam ambæ in feudo ſucceſſiſſent, defuncta, filium poſt ſe relinqueret, quod hic filius non ſolùm portionem matris obtineat, ſed etiam materteram ſororem matris ſuæ defunctæ à feudo penitus removeat: quod etiam ſequitur *Andr. de Iſern. Martin. Laudenſ. & Matth. de Afflict. num. 12. exiſtimans, ab hac opinione non eſſe recedendum, & eam in ſecreto juris veriorem eſſe dicit Jacob. de S. Georg. in d. §. & fœminis, nu. 17. quos refert & ſequitur Hugo Celſus in conſil. 26. nu. 48. verſ. & hoc uſq. adeò Burſat. in conſil. 63. incip. deceſſit nobilis dominus, numer. 16.*

Sed reprobata hac ſententia, contrà rectius exiſtimavit Jacob. de Belv. (b) acquiſitam fœminæ ſucceſſionem per ſupervenientem maſculi nativitatem adimi non debere, cum id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poſſit, *l. id quod noſtrum. de reg jur.* & natura ipſa dominii expoſcat, ut ſit perpetuum, *arg. l. ſive poſſidetis. C de probation. quem ſequitur Bald. & Alvarott. ibi: & etiam Petrus Ravenn. & Dn. Baro Schenck*, qui hanc ſententiam communiter approbatam eſſe ait, conſiderans pro ea, quod neque etjam in caſu *d. tit. de eo qui ſibi vel hæred. maſcul.* filia primi inveſtiti ob ortum filiorum ſuorum maſculorum, ab eo feudo legitimè prius acquiſito remota fuit. Idem tanquam communiter receptum tenuit *Curtius junior 3. part. princip. num. 33. & Zaſius part. 8. num. 53. & Sonsbecc. part. 9. nu. 140. Joann. Thom. de Mar. tit. 11. de feud. fœmin. num. 37. verſ. Nonò quæritur: Julius Clar. in §. feudum: quæſt. 80. numer. 1. Guerrin. Piſo in prælud. feud. ſub tit. propria & impropria feuda quæ nam ſint: verſ. quarta ſpecies feudi improprii: Loriott. in tit. de his qui feud. dar poſ. §. & quia:* hanc opinionem receptiorem eſſe aſſerens. eam præterea æquiorem, & juris tam ſcripti quàm non ſcripti traditionibus inſpectis veriorem eſſe teſtatur *Hannet. lib. 2. cap 9.* 9

Sonsbecc. quidem putat, plurimùm referre, utrum † filia de feudo iſto legitimè inveſtita fuerit, nec ne, concedens in caſu, ubi inveſtituram nondum impetraſſet, maſculum ſupervenientem excludere fœminam, quæ jam ſucceſſerat: ſed haud ſcio, utrum diſtinctio iſta in propoſito admittenda ſit, cum fœmina non tam ex inveſtitura, quàm ex ipſa ſucceſſione ſibi et pacto anteceſſorum delata jus quæſitum habeat, atque idcirco, licet inveſtitura, quæ non tam jus tribuit, quam confirmat prius quęſitum, nondum acceſſerit, omnes illæ rationes, quibus ſecunda ſententia nititur, locũ habeant 10

potius

potius igitur illi ſimpliciter ſubſcribendum puto. Et quamvis multa etjam in primam opinionem adduci ſoleant, quia tamen illa admodum levia ſunt, & *à Curtio, Zaſio, & Guerrino Piſon.* in dictis locis abundè refutantur, ideò illa hîc recenſere libenter ſuperſedeo.

11 Uno † tamen caſu poteſt eſſe locus opinioni *gl. & Andr. de Iſern.* videlicet, quando defunctus uxorem prægnantem reliquiſſet, & hæc deinde filium peperiſſet. Nam etſi interim fœmina ſola exiſtens feudi ſucceſſionem affectâſſet, hoc tamen filio in utero adhuc clauſo nullum potuit afferre præjudicium, ut docuit *Matth. de Afflict. in d. tit. de eo qui ſibi & hared. ſuis maſcul. numero vigeſimo primo.* Et de hac inveſtituræ formula hactenus.

Eſt autem (ut ad ſecundùm membrum diſtinctionis noſtræ in principio traditæ perveniamus) præter jam dicta, aliud inveſtituræ genus, quo, etſi fœminæ etiam vocentur, non tamen ſatis declaratur, utrum extantibus, an verò deficientibus maſculis ſuccedere debeant, utputa ſi quis pro ſe & hæredib. maſculis & feminis inveſtitus eſſet.

12 De † hac igitur inveſtiendi formula nihilominus etiam iſta tenenda erit regula, quod feminæ in feudo tum demùm ſuccedant, quando nulli ſuperfuerint maſculi, ut disertè probatur *in c. 1. §. filia verò de ſucceſſ. feudi, & in c. 1. §. quinetiam Epiſc. vel Abb.*

Nam etſi verbis quidem hoc ſatis non exprimatur, ſed potius illa aliud

13 deſignare videantur, propter † copulativam dictionem *(&)* quæ æqualiter conjungere ſolet, *l. ſi quis Titio, de uſufruct. accreſ. l. Titia textoris, §. nihil refert, de legat. 1.* quia tamen hæc eſt natura feudi, ut maſculis magis quàm fœminis deferatur, & exiſtente maſculo fœmina non ſuccedat, *d. c. 1. in fin. de eo qui ſibi vel hared. ſuis maſcul.* huic feudorum naturæ tàm concedens, quàm acquirens feudum ſeſe conformare voluiſſe cenſentur, *l. ſi ſtipulatus, §. verùm de uſuris, l. dam. verſ. & quod in ſtipulationem. de damn. infect. l. inſulam, de præſcrip. verb.* & propter hanc tacitam ac præſumtam eorum mentē etiam copula vim ſuam amittit, & in alium ſenſum, qui congruere poteſt, immutatur, ut ordinis habeat denotationem, *l. Gallus, §. quidam rectè de liber. & poſthu.*

Non † ſolùm enim quod verbis exprimitur, ſed etiam quod agitur, pro expreſſo haberi debet, *l. cum quid ſi cert. pet.* Ita regulam hanc declarant *Bald. Alvar. & Dd. in d. §. filia, & d. §. quinetiam & Cujat. lib. 1. tit. 2. §. penult.* 14

Ex † quo manifeſtum eſt, quod contra propriam verborum ſignificationem fœminæ, deficientibus demùm maſculis, vocatæ cenſentur, hoc omne à natura feudi, & inde præſumta contrahentium mente dependere, & hunc caſum ab illa facti ſpecie, de qua primo loco egimus, in eo ſolùm differre, quod illic mens contrahentium exprimitur: hîc verò ex natura feudi tacitè præſumitur, quod propter ea, quę paulò poſt dicemus, diligenter eſt notandum. 15

Idem † etiam obtinet, quando quis feudum acquiſivit pro ſe & hæredibus ſuis utriusq; ſexus: quippe cùm etiam hoc caſu natura feudi exigat, ut ordine ſucceſſivo vocati videantur, *prout firmat Alex. in conſil. 9. incip. ponderatis, in 2. col. vol. 3. quem refert & ſequitur Curt. jun. in tra. feud. part. 3. pr. nu. 19. verſ. Decimoſeptimò ad declarationem præmiſſorum.* Et licet hanc doctrinam impugnare conetur *Dec. in conſil. 208. incip. ad clariorem rei demonſtrationem, n. 4. quem refert & ſequitur Pariſ. in conſ. 22. incip. illuſtriſſimam dominam, num. 14. vol. 1. citans etiam Fulg. conſil. 8. Ruin. conſil. 16. circa caſum, n. 6. lib. 1. Roland. à vall. conſ. 86. n. 7. & 13. in 4. vol. Gozad. conſil. 56. circa primum, n. 22. D. Borcholt. in tract. feud. c. 7. n. 67.* Sententiam tamen Alexandri contra Decium optimè defendit *Joh. Baptiſt. Vincemala in conſil. 1. feud. n. 57.* Et ſi quis rectè ponderaverit mentem Fulgoſ. Decii & Pa- 16

ſilii, non tàm in illis verbis vim ponere audent, quàm in eo, quod feuda, de quibus loquuntur, ſunt minùs propria nullisq; ſervitiis devincta: quo caſu facilè admittimus, fœminam ſimul ſuccedere, *ut ſupra oſtendimus.* Et ita declarat *Pariſ. in conſil. 12. n. 20. & ſeqq. vol. 1. & Alex. ſequitur etiam Joh. Thom. de Marin. tit. 11. de feu. fœm. n. 40. Pariſ. conſ. 23. incip. de trib. principaliter, n. 44. & 46. vol. 1. Celſus Hug. in conſ. 26. n. 48. verſ. ſed ut magis, Gozad. inter conſ. Montiſf. conſ. 8. incip. in hac cauſa illuſtriſſ. Domini, nu. 8. & 10. Menoch. conſ. 1. incip. conſultatio hæc adeò gravis, n. 440. & 476. & conſil. 65. inc. niſi certò ſcirem, n. 37. Natt. conſ. 582. inc. verba inveſtituræ ſic habent, n. 18. vol. 3. Thobias Non. conſil. 1. incip. Ludov. Imper. nu. 36. & 48. & hanc opinionem magis receptam eſſe multis oſtendit Burſatus in conſil. 63. deceſſit nobilis dominus, n. 9. & in conſil. 132. inc. petita per nobiles dominas, n. 41. & latius in conſ. 150. incip. Hæc eſt mea quidem ſententia, n. 1.*

Sed cùm de hoc feudorum genere, idem, quod de prima facti ſpecie ſtatuatur, operæ precium eſt videre, utrum id, quod diximus, fœminas ſuccedere, quando nulli ſuperfuerint maſculi, etiam in omnibus illis caſibus locum habeat, in quib. primam concluſionem procedere ſuprà oſtendimus.

17 Ac † primò quidem dubium non eſt, quin etſi feudum ob ejuſmodi pactum ad fœminam tranſierit, & ea defuncta, de ſucceſſione agatur, inter filiam & filium à ſe relictos, filius ſolus ſuccedat, excluſa fœmina, & ſic deinceps in reliquis deſcendentibus, qui ejuſdem ſunt lineæ.

Nam cùm propter tacitam & præſumtam mentem primi acquirentis feudum, ſolummodò deficientibus maſculis, fœminæ vocatæ eſſe cenſeantur, & ad originem ſemper ſit reſpiciendum, utique ſecundum voluntatem primi acquirentis, quæ ad omnes ſuccedendi gradus porrigitur, idem etiam in nepotibus judicandum erit.

Non enim feudum propterea, quod ad fœminas tranſivit, propriam [illegible] naturam amittit, ſed eam, quam ab [illegible] itio accepit, retinet, potiusq; ejus [illegible] ginem contemplamur, quàm qui [illegible] mite deſcendat, ut ſuprà pluribus [illegible] bavimus. Et in iſta ſpecie, quando videlicet agitur de ſucceſſione [illegible] & fœminæ, qui ejuſdem ſunt lineæ, [illegible] ne controverſia hoc ab omnibus [illegible] ptum eſt.

At † quando de eo quæritur, utrum 18 maſculus in diverſa linea, atque remotiori gradu conſiſtens hoc caſu excludat filias, utputa ſi is, qui pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis inveſtitus fuerat, duas filias reliquerit, quarum altera filium habeat, altera filiam, & utraque defuncta, de ſucceſſione controverteretur inter filium & filiam, tùm ſanè res probabili dubitandi ratione non caret, cùm videamus, præclaros illos juris feudalis auctores Gerardum & Obertum diſſidentibus inter ſe opinionibus concertâſſe.

Nam Gerardus exiſtimavit quidem, maſculum præferendum eſſe, Obertus verò contrà ſtatuit, filiam in portione matris ſuæ potiorem eſſe maſculo, qui ex linea tranſverſali deſcendit, & utraq; opinio refertur, neque quicquam certi definiri videtur *in c. 1. §. ſimiliter, de capit. qui cur. vendid* & merito dubitare quis poſſit, cuinam opinioni adſtipulandum ſit.

Communis tamen Interpretum ſchola ſententiam Gerardi uno ore approbat, atq; ſecundùm eam generaliter concludit, hoc caſu maſculum quantumvis in diverſa linea conſtitutum, filiam defuncti excludere, *(c) ita ſenſit Jacob. de Belviſ. Andr. de Iſern. Bal. Alvarott. Laudenſ. Præpoſ. Afflict. & D. Baro Schenck in d. §. ſimiliter, Zaſius in [illegible] feud. part. 8. n. 52. Corneus conſil. 199. in [illegible] præſ. conſult. ſub lit. I. vol. 2. Curt. ſen. conſil. 50. inc. præſens conſult. nu. 35. Albert. Brun. conſil. 39. incip. circ. ante dictum caſum, n. [illegible] & conſil. 78. quia caſus iſte, n. 1. Grat. conſ. 9. incip. facti ſpeciem ſubjiciam, n. 155. vol. [illegible]*

Pariſ.

*Pariſ.conſil.16.incip.ſi caſtrum montis,n.6. & 14.volum.4.Cacheran.deciſ.81.Rolandus à valle, conſil.59.incip.in præſenti conſultatione, num.65.vol.3.Vincemal.conſil. 1.num.101.vol.2.Burſat.in conſil.63.incip. deceſsit nobilis dominus,nu.12.& noviſsimè D.Borcholt.in tract.feud.cap.7.n.76.*qui quidem moventur generali illa regula,quæ *in fin.tit.de eo qui ſibi & hæred.maſcul.* traditur, quod fœminæ in feudi ſucceſſione non pateat locus, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit inveſtitus.

19 Contra † hanc communiter receptam ſententiam inſurgit *Sonsbecc.parte 9.nu.143.* multa in medium afferens argumenta, quibus eam non in dubium ſolùm vocare, ſed penitus etiam refellere conatur, motus potiſſimum, quia ſecundùm eum regula *in fin.d.tit. de eo qui ſibi & hæred.maſc.* poſita non generaliter ad omnes inveſtituras, ſed tantùm ad eam ſpeciem facti, de qua ibi agitur, pertinet, quod ut oſtendat, multas in medium affert rationes.

Nam primò conſiderat diverſitatem inveſtiturarum. Nemo enim non videt hanc inveſtituræ formulam,qua quis inveſtitus fuit, pro ſe & hæredibus maſculis, & his deficientibus demùm pro fœminis, de qua *in d.tit.de eo qui ſibi & hæred.maſc.* agitur,plurimùm differre ab illa, qua quis feudum ſimpliciter ita acquirit, ut ad fœminas tranſiret, de qua *in d.§.ſimiliter.* Non igitur regula *d.tit.de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſc.* ſecundùm quam femina nunquam ſuccedit, donec extat maſculus, ad caſum *d.§.ſimiliter*, utpotè penitus diverſum rectè accommodari poſſe videtur,ſed rationi magis conſentaneum erit,ut ex hac factorum diverſitate diverſum etiam jus conſtituatur.

Ideò etiam ille idem Obertus, qui fuerat auctor *d.tit.*& regulæ ibi traditæ aliter exiſtimavit in caſu *d.§.ſimiliter*, hoc ipſo teſtatum faciens,regulam à ſe *in d.tit.* traditam non pertinere,*ad d.§. ſimiliter*: neque adeò generalem eſſe, ſed convenire tantùm ſpeciei facti *in d.tit.propoſitæ.*

Secundò poterat Sonsbeccius dictionem demonſtrativam (hoc) qua utitur textus *in d.tit.de eo qui ſibi*,inquiens, fœminæ in feudi ſucceſſione locum non patere, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc (ſcilicet feudo) fuerit inveſtitus.

Hæc enim dictio demonſtrativa videtur regulam illam ad caſum ibi propoſitum reſtringere,quaſi diceret textus: in hoc feudo ſic accepto, ut deficientibus demùm maſculis fœminæ ſuccederent, in hoc (inquam) feudo locus fœminæ non erit, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò fuerit inveſtitus:ſecus in alio caſu,quando quis feudum ſimpliciter acquirit, pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, ut in caſu *d.§.ſimiliter.*

Nam niſi verbum(hoc)aliquid operari deberet, inquit Sonsbeccius, fruſtra eſſet appoſitum,cùm etjam ſine illo, eodem ſenſu, dicere potuiſſet textut, non patet locus fœminis in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt, ex eo qui primus de feudo fuerit inveſtitus. Tertiò Sonsbeccius,diligentius conſideratis verbis illius textus, aliquot argumentis conatur oſtendere *tit.de eo qui ſibi & hæred.ſuis maſcul.* duntaxat ad caſum ſpecialem ibi propoſitum pertinere.

Hoc enim, ait, primò apparere ex eo, quod in principio dicitur,feudum fuiſſe acceptum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, quæ verba hunc videntur habere effectum, ut primus acquirens cenſeatur per hoc pactum perpetuò voluiſſe proſpicere maſculis.Nam niſi id indicarent,ſuperfluè fuiſſent appoſita, cùm etiam is,qui ſimpliciter ſibi& fœminis feudum acquirit,ſemper tacitè quoq; maſculis hæredibus primò acquirat, atque propterea in hac ſpecie fruſtrà addita fuiſſent illa verba.

Deinde examinat verba illa (vel his deficientibus) quorum,ſi aliquid operari de-

rari debent, hæc debet etiam eſſe efficacia, ut maſculi perpetuò vocati intelligantur, excluſis fœminis. Alioqui enim hæc etiam verba ſuperflua eſſent cùm, etiamſi ea prætermiſſa forent, tamen ex natura feudi maſculus regulariter præponeretur fœminæ, *d.c.1.de feud.fœm.& c.1.§.filia,de ſucceſſ.feud.*

Cùm itaq; hæc verba geminata ad perpetuā maſculorum ſucceſſionem ſint directa: ex hac ſpeciali ratione videtur id, quod maſculus ibi perpetuò excludit fœminam, deſcendere, ac propterea ad alium caſum regula hujus tituli non extendenda, cùm alioqui fruſtrà de maſculis hæredibus, item de illis deficientibus dictum eſſet in hac facti ſpecie, ſi idem etiam in reliquis caſibus obtineret.

Præterea hoc ipſum etiam ex eo colligit Sonsbeccius, quia maſculus totum ſuum fundamentum ponit ſuper prima inveſtitura, hoc ſolùm allegans, quod eſſet hæres maſculus ejus, qui primò ita fuerat inveſtitus, ut ipſe vel hæredes ejus maſculi feudum haberent, & his deficientibus demùm fœminæ, quaſi nullo modo voluerit ad fœminas illud pertinere, quandocunque maſculi extarent, ex vi verborum in prima inveſtitura uſurpatorum, quæ niſi hoc operarentur, prorſus eſſent ſuperflua, ut dictum fuit: fruſtra item maſculus totum fundamentum poſuiſſet in illis verbis: ſed cùm ex hoc fundamento præferatur filiæ, non videtur ambigendum, quin tota ratio decidendi à verbis in inveſtitura uſurpatis dependeat, & propterea etiam ad alias inveſtituræ formulas minimè ſit extendenda.

Quartò movetur Sonsbeccius, quod nuſquam in jure feudali ita verba ſunt concepta de fœminis ſucceſſuris, ſicut *in d. tit.* de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis: neque alibi invenitur, quod vaſallus eo tenore feudum primus acquiſierit, quàm in illo textu: ideoque etiam gloſſ. ibi ait, textum illum benè notandum eſſe, quia plures contrarium putarent. Hinc enim colligit, textum illum ſpecialem caſum tantummodo continere.

Quintò conſiderat, quod textus *in d. tit.* ait, inter ſapientes fuiſſe urgentem de eo quæſtionem. Nam ſi regula iſta perpetuò in feudis locum haberet, haud dubiè aliis etiam multis in locis, ubi de fœminarum feudis agitur, hac de controverſia ſaltem mentio aliqua fieret, quod cùm nuſquam factum appareat, vel ex hoc ipſo colligitur, in aliis regulam iſtam locum non obtinere.

Sextò nititur mentis conjecturâ, exiſtimans veriſimile non eſſe, quod contrahentes hoc voluerint, cum hac ratione feudum ſemper fluctuaret.

Ponamus enim eum, qui feudum acceperat pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis, duas reliquiſſe filias, ad quas feudum, mortuo patre, devolutum fuit: harum deinde alteram filiam, alteram verò filium reliquiſſe. Hic filius natus ex filia acciperet feudum, excluſa filia matertera. Sed pone, quod rurſum iſte filius procreaverit ſolùm ex uxore filiam, & filia matertera poſtea filium: hîc nunc rurſum fluctuare deberet de uno ad alium maſculum, qui ex altera linea ſupereſſet: quod valde abſurdum foret, & propterea minimè veritati congruum, unquam dominum & vaſallum hoc à principio cogitâſſe, ut feudo ſemel ad fœminas devoluto, ex illa linea rurſum degeneraret per maſculum ex altera fœmina ſupervenientem.

Fieret enim magna lis ſæpè, & diſcordia per hoc, & confuſio: quare, inquit, iſtud non cogitâſſe eos facilè præſumimus, niſi expreſsè conſtet, contrahentes primò ita voluiſſe, quemadmodum in caſu *d. tit. de eo qui ſibi & ſuis hæred. maſcul. Hæc ille.*

Verùm † enimverò hæc apud me 20
tanta non ſunt, ut idcirco Sonsbeccio ſubſcribendū putem, quin potius hiſ-

se non

ſe non obſtantibus communem Interpretum ſententiam longè veriorem, & propterea ab ea minimè recedendum eſſe arbitror. Ad quod me invitat primò, quod jure noſtro feudali dilucidè cautum videmus, in caſu, quo quis pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis inveſtitus fuit, fœminas demùm, maſculis non extantibus, ſuccedere, *d.c.1.§.filia verò, de ſucceſſ.feud.d.§. quinetiam Epiſcop. vel Abbat.* Idq; etiam ipſe Sonsbecc. haud invitus concedit.

Certum eſt enim, hoc, quod contra propriam verborum ſignificationem maſculi prius vocati cenſentur, potiſſimum ex mente atq; voluntate præſumta tàm concedentis, quàm acquirentis proficiſci, quos veriſimile eſt, ſeſe cum natura feudi maſculis maximè conveniente conformâſſe, atque hoc egiſſe, ut demùm maſculis deficientibus fœminæ concedant, quemadmodum paulò antè oſtendimus.

21 Hæc † autem ratio, ſive tacitum pactum contrahentium, non ſolùm primum ſucceſſionis gradum, ſive illos, qui in eadem linea conſiſtunt, reſpicit, ſed etiam ad omnes, qui ex primo acquirente tanquam ſtipite deſcendunt, porrigitur, quantumvis inter ſe in diverſa linea ſint conſtituti, cùm, ut poſt alios ait Alvarott. *in d.c.1.de eo qui ſibi & hæred.ſuis maſc.* pacta inveſtituræ ſive tacita ſive expreſſa illa fuerint, non ſolùm in primis hæredibus, ſed etiam in omnibus aliis ſuccedentibus poſteris attendenda & obſervanda ſint, & in feudis ad originem ſemper recurrendum, ac ſecundùm voluntatem primi acquirentis omnia ſint conformanda, *ut docet Bald. & reliqui in jam dicto loco, & nos ſuprà pluribus firmavimus*, atque ipſemet etiam Sonsbeccius admittit *in d.loco, nu.145.* Quamobrem cùm primus acquirens, ut modò diximus, hoc voluiſſe juris præſumtione cenſeatur, ut, donec maſculus eſt ſuperſtes, fœminæ locus patere non debeat: conſectarium omninò eſt, juxta hanc voluntatem primi acquirentis & rationem *in d.tit.de eo qui ſibi & hæred.ſuis maſcu.* conſideratam fœminis locum non eſſe, quàm diu maſculus ſupereſt ex eo, qui primò de hoc feudo fuerat inveſtitus, atque ita nihil referre, utrum maſculus in diverſa linea conſtitutus ſit, quemadmodum neque *in d. titulo de eo qui ſibi & hæred.ſuis maſcul.* quicquam intereſt, utrum maſculus in eadem vel diverſa linea conjunctus ſit defuncto, modò ex eo, qui primò de feudo illo fuerat inveſtitus, deſcendat, ut proinde inter hunc noſtrum caſum, & illum, de quo *in d.tit. de eo qui ſibi & hæred.ſuis maſcul.* agitur, aliud nihil interſit, quàm quod *in d. tit.* voluntas contrahentium verbis exprimitur. In propoſito verò ex ipſa feudi natura juris præſumtione tacitè colligitur, & data hac tacita voluntate (quemadmodum illa abnegari non poterit) utrobiq; eadem ſit juris ratio.

Par igitur eſt, ut ex eadem ratione idem jus ſtatuatur, *l. illud, ff. ad L. Aquiliam, l. à Titio de verb.oblig.*

Cui † accedit, quod regulariter id, quod ex juris præſumtione inter contrahentes tacitè actum cenſetur, eandem plerunque vim atq; poteſtatem habet, quam id, quod verbis exprimitur, *l.cùm quid, ſi cert.pet.* 22

Nam vel hinc rectè ſanè colligitur, ſicuti, quando in inveſtitura verbis eſt expreſſum, ut deficientibus maſculis demùm fœminæ ſuccedant, fœminis locus non eſt, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit inveſtitus, quantumvis in linea tranſverſali conſtitutus ſit: ita idem etjam locum obtineat, quando tacitè hoc actum eſt, ut fœminæ non niſi maſculis deficientib. admittantur, quemadmodum in propoſito actum eſſe fateri neceſſe eſt, ſi modò verum eſſe debet illud, quod *in d. §.quinetiam, & d.§. filia,* diſertè diſponitur.

Præterea † hoc idem, quod videlicet nihil referat, utrum maſculus ejuſ- 23

 dem

dem ſit lineæ cum fœmina, nec ne, luculenter probat textus *in d. §. ſimiliter,* quod ut oſtendamus, in quatuor eum partes dividimus.

In prima proponitur facti ſpecies uſque ad verb. debeat: In ſecunda refertur opinio Gerardi: in tertia, opinio contraria Oberti: in quarta ibi: Et è contra, ſi filios ille habuerit, additur præcedentibus alia facti ſpecies: & cùm hæc per dictionem (& è contra) ſubjungatur, duobus modis intelligi poteſt. Plærique enim ita ſunt interpretati, quaſi illa verba finalia ad opinionem Oberti ultimo loco relatam pertineant, hoc ſenſu, quod, licet Obertus in ſpecie facti ibi propoſita ſenſerit, maſculum fœminam non excludere, idem tamen contrà exiſtimaverit, ſi inveſtitus, de quo ibi agitur, non duas filias, ſed duos filios reliquerit, quorum uni ſit filius, alteri filia, quod tùm præferendus ſit filius: & quod propterea hoc caſu Obertus cum Gerardo conſentiat, quemadmodum verba illa interpretatus eſt *Alvarot. ibi, & Zaſius part. 8. num. 52.*

Quo intellectu ita ſtante, utiq; Obertus minimè hoc ſenſit, quaſi maſculus ideò filiam non excludat, quia in diverſa linea eſt conſtitutus, neque etjam hoc reſpectu ſententiam Gerardi improbavit, ut putavit Sonsbecc. cum ſecundùm hanc interpretationem admittat in caſu, quo inveſtitus duos filios reliquerit, maſculum fœminam excludere, quantumvis in diverſis lineis ſint: Sed potiùs hac ratione à Gerardi opinione receſſit, quia feudum eo in caſu ad fœminas pervenerat.

Nam hinc fortè opinatus eſt ille, filiam in hac facti ſpecie non ita facilè excludi à maſculo in alia linea exiſtente, ut proinde juxta iſta harum opinionum contrarietas non tàm in diverſitate lineæ, quàm in eo conſiſtat, quod feudum ſemel ad fœminas tranſierat: ideoq; etiam idem Obertus concedit, quod in caſu, quo inveſtitus duos filios reliquiſſet, maſculus filiam excludat. Tantùm igitur abeſt, ut Sonsbecc. opinionem ſuam auctoritate Oberti tueri poſſit, ut etiam idem contrarium ſenſerit. Quinimò hæc ſententia Oberti, quatenus vim facit in eo, quod feudum ad fœminam pervenerit, (ſi modò hoc ſenſit) manifeſtè falſa eſt, cùm ſuprà abundè demonſtratum ſit, feudum propterea, quod ad fœminam ex pacto ſemel tranſivit, priſtinam ſuam naturam non immutare. Id quod etjam ipſemet docuit *in d. c. 1. de eo qui ſibi & hered. ſuis maſcul.*

Ex quo vix mihi perſuaderi poterit, ut hanc fuiſſe ſententiam Oberti exiſtimem. Quamobrem alii, & meo quidem judicio rectius ſtatuentes verba illa (& è contra ſi filios ille habuerit) eſſe auctoris illius textus, penitus ſeparata ab opinione Oberti, et ita ſunt interpretati, quaſi auctor hiſce vellet deſignare, id quod paulò antè in caſu, quo inveſtitus duas filias reliquiſſet, ſecundùm opinionem Gerardi dictum fuit, maſculum fœminæ præferendum eſſe, locum etiam habere in caſu converſo, ſi ille filios habuerit. Hoc ſenſit *Jacob. de Beluis. ibi, & Andr. de Iſern.* hunc intellectum veriorem eſſe aſſerens, quibus adſtipulatur etiam *Cujat. ibid.* ſecundùm hunc itaq; intellectum auctor illius textus in fine, non attento, quod prius de opinione Oberti monuerat, in ſententia Gerardi acquieſcit. Quo dato, textus iſte luculenter probabit, maſculum fœminæ ſemper præferendum eſſe, juxta ſententiam Gerardi: quippe cum ea manifeſtè recipiatur, reprobata opinione Oberti. Quemcunque igitur intellectum quis ſequi voluerit, textus iſte ſententiam noſtram plurimùm confirmabit. Accedit hiſce etiam textus *in tit. de nat. ſucceſſ. feud.* dum ibi juxta lecturam quæſtione præcedente à nobis firmatam, refertur opinio quorundam, exiſtimantium, nepotem ex filia ſolùm ſuccedere, excluſa nepte,

Nam hæc verba, ut jam dicto in loco demonſtravimus, optimè conveniunt opinioni Gerardi. Cumque illa ſententia ita ſimpliciter referatur, eo ipſo approbari videtur ab auctore illius textus, quem in librum quartum inter varios & incertos auctores retulit Cujatius.

Deniq; hanc ſententiam manifeſtè probat textus *in d.c. jugales. in capit. extraordin.* Nam ibi diſertis verbis dicitur, in feudis hoc regulare eſſe, ut ſuperſtite maſculo ex eo, qui primus feudũm acquiſivit, fœminæ excludantur, etſi id maribus & fœminis fuerat acquiſitum. Ecce hic textus loquitur de hac facti ſpecie, quando feudum maſculis & fœminis conceſſum fuit, & nihilominus ad eam accommodat regulam, de qua *in d. tit. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſc.* quin etiam iiſdem penè verbis utitur, videlicet ſuperſtite maſculo ex eo, qui primus feudum acquiſivit, fœminas excludi. Non igitur regula iſta ſolũ ad caſum, quo *in d. tit.* agitur, ſed regulariter ad omnia feuda fœminis & maſculis conceſſa, & quod conſequens eſt, non modò ad primum gradum ſucceſſionis, ſed ad omnes etiam alios deſcendentes, quantumvis in diverſis lineis conſtitutos, pertinebit, quemadmodum *in d. tit. de eo qui ſibi vel hæred. maſc. ut rectè Cujat.* exiſtimaverit, ex hoc ipſo textu *d. cap. jugales*, apparere, ſententiam Gerardi communiter receptam eſſe, *ut ait lib. 1. tit 2. § penult.*

24 His † ita firmatis, non obſtant rationes à Sonsbecc. conſideratæ. Nam etſi dubium non ſit, magnam eſſe diverſitatem inter inveſtituram, de qua *in d. tit. de eo qui ſibi*: & eam, de qua *in d. § ſimil.* agitur, ſi verba duntaxat conſiderare, & ex his rem definire velimus. Ego tamen didici, non tàm verba, quàm rationem eſſe conſiderandam, *l. penult. ad exhibend. l. cum mulier: & ibi not. DD. ſolut. matrim. c. intelligentia: cap. præterea: de verb. ſignific. l. 3. C. de lib. præterit.* cùm ſcire leges non ſit verba eorum tenere, ſed vim atque poteſtatem. *l. ſcire leges: de ll.* Oſtendimus autem paulò ante, quod, etſi in verbis hæc ita inter ſe differant, tamen utriuſque caſus eadem prorſus ſit ratio, uſq; eò, ut quod in uno verbis exprimitur, in aliis tacitè actum eſſe intelligatur. Sequens eſt igitur, ut non attenta verborum diverſitate, ex hac rationis æquabilitate idem etiam jus utrobique ſtatuatur, *d. l. illud: ad L. Aquil. & l. à Titio: de verb. oblig l. fin. C. ad L. Falcid. l. 3. in princ. quod cujusq. univ nom.* Neq; valde curamus, quod Obertus contra nitendo ſenſerit *in d. §. ſimiliter*: cum ejus opinionem reprobatam eſſe ſatis jam docuerimus. Sic etiam admodum leve eſt argumentum à proprietate dictionis demonſtrativæ deſumtum. Nam dato, eam reſtringendi gratiâ hic fuiſſe additam, tamen illa non reſpicit ſpeciem facti ibi propoſitam, ſed id, quod proximo loco ante dictum fuerat, fœminis non patere [illegible] cum in feudi ſucceſſione, atque hoc deſignat, in feudo fœminis non ſuccedendi locum eſſe, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primò inveſtitus fuerit de hoc feudo, id eſt, de hoc ipſo feudo, ad cujus ſucceſſionem etiam fœmina aſpirat.

Neceſſe eſt enim, ut tàm fœmina, quàm maſculus de ſucceſſione feudi contendentes ab eo deſcendant, qui primò de hoc ipſo feudo controverſo fuerat inveſtitus. ideoq; non ſimpliciter dicit: qui primus de feudo fuerit inveſtitus, cum non ſufficiat, eum de quovis feudo inveſtitũ eſſe, ſed addit (de hoc feudo) ut denotet ſe de uno & eodem feudo loqui, & neceſſe eſſe, primum ſtipitem de hoc ipſo feudo inveſtitum eſſe, & maſculum ab eo deſcendere.

Quam interpretationẽ veriſimiliorem etiam reddit vulgata regula, quæ docet, relationem ad proxima ſemper eſſe faciendã, non autẽ ad remota *l. à fi. §. fin.*

§.*fin.de alim.legat.not.gl.in l.1.§. deinde: de poſtuland. & in l.ſi idem cum eodem: §. fin.in gloſſ.fin de juriſd. omni.jud.Bart.in l. fin de reb.dubiis.*

Præterea ſecundùm opinionem Sonsbecc. hæc verba finalia reſtringerentur ad ſpeciem facti ibi propoſitam, cum tamen generaliter ſint addita loco rationis, quæ non eadem cum dicto eſſe ſolet, ſed plura plerunque comprehendit. Nullo igitur modo intellectus Sonsbecii ſubſiſtere poterit: qui inſuper etiam eliditur per textum *in c.1.§.filia: de ſucceſſ.feud.* qui ſimiliter utitur dictione (hoc.) neque tamen propterea quis dixerit, eum de certa feudorum ſpecie eſſe intelligendum. Circa tertium argumentum ego cum Sonsbecio non valde pugnandum arbitror, utrum in d. tit. de eo qui ſibi vel hæred. maſcul. peculiaris facti ſpecies proponatur, quæ propter verborum diverſitatem differat à reliquis caſibus.

Nam hoc dato, quemadmodum non negamus, ſufficit tamen rationem, quæ ibi ſubnectitur, eſſe genera-
25 lem: cum,† etſi in lege aliqua ſpecialis caſus proponatur, ſi tamen is ex generali aliqua ratione decidatur, tum legis illius diſpoſitio ad omnes alios caſus pertineat, cui ratio iſta convenit, *l. regula: §.fin.& ibi not.Bart. & Bald de jur. & facti igno.l.2.§.ſi mater: verſ.quid ſi curatores: & verſ.quid ſi deceſſerint: ad Tertull.l.nomen debitoris: §.fin.de legat.3.cum aliis congeſtis per Ever. in loco à ratione leg. lat.* ſatis enim jam probatum fuit, eandem eſſe rationem noſtri caſus, & illius, qui *in d. titul. de eo qui ſibi & hæred. maſcul.* traditur.

Nam quemadmodum ibi maſculus omne ſuum fundamentum ponit in illis verbis, quibus inveſtitus declaravit, ſe maſculos extantes præferre fœminis voluiſſe: ita etiam in propoſito maſculus nititur eadem voluntate acquirentis, verbis quidem non expreſſa, ſed tamen ex natura feudi ipſo jure præſumta. Neque propterea verba *in d.titul.* conſiderata ſuperflua erunt, cum hac ratione illud ipſum, quod maximè voluit Sonsbeccius, operetur, ut videlicet maſculum fœminis præferant. & † ſuperfluum dici nulla 30
poſſit, quod majoris evidentiæ gratia exprimitur, *l.qui mutuam: §.1.man... gl.in l. pupillus: §.fin de verb.ſign... dubitationis.& ibi Decius.de reg. jur. ... in conſil.59.numer.18.volum.3.Socin ... in conſ.102.num.11.lib 3.Cephal.conſil. ... num.14.*

Præterea vitioſum prorſus eſt argumentum: in caſu hujus legis propter verba ibi expreſſa ita fuit deciſum, ergo in caſu, ubi verba illa ſunt prætermiſſa, neceſſe eſt aliud definire, cum poſſit alia ſubeſſe ratio, quæ idem exigat, quod in illo caſu verba efficiunt, ut in propoſito contingit. Quartum argumentum futilius eſt, quàm ut ulla refutatione indigeat, atque inſuper illi abunde ſatisfactum eſt eo, quod de caſu ſpeciali, & ratione generali jam diximus.

Quintum etiam admodum leve eſt. Nam cùm hæc facti ſpecies ibi ſatis jam ſit deciſa, quid quæſo opus eſt eandem ſæpius alibi repetere? Neque verò concedimus de regula iſta, ex qua caſus ibi propoſitus determinatur, alibi mentionem non fieri: quin potius illi optimè convenit textus *in d.§.fin & in d.§ quinetiam: & in d.tit.de feud. ...* Quod verò quæſtio eo in loco magis utranque in partem exagitetur, quàm alibi, huic cauſam dederunt verba uſurpata in inveſtitura, quibus partim fœmina, partim maſculus nitebatur, interim tamen deciditur ſecundum communem illam regulam, quæ maſculos fœminis præferens ſæpius alibi repetitur.

Deniq; omnes illæ rationes à Sonsbeccio commemoratæ eò tendunt, ut iis oſtendatur, caſum ibi propoſitum eſſe ſpecialem, quod etſi demus, nihil tamen ſententiæ noſtræ derogabit

[illegible]tum quia ratio ſubjecta generalis eſt, tum etiam quia non tam textu illo, quàm *d. §. fin. & d. §. quinetiam:* & ratione inde deſumta nitimur. Ideoque etiam *D. Borch. in tract. feud. cap. 7. num.* [illegible] licet eatenus aſſentiatur Sonsbecc. regulam illius textus ad ſpeciem ibi propoſitam tantum pertinere, nihilominus hanc noſtram tuetur ſententiam.

Quam deinde Sonsbecc. in medium affert mentis conjecturam, ea ſanè nulla probabili juris ratione eſt ſuffulta: quamobrem præterquam quod erubeſcimus ſine lege loqui: *§. conſideremus: auth. de triente. l. illam. C. de collat.* facilè etiam vincitur manifeſta juris præſumtione, quæ ex *d. §. filia. & d. §. quinetiam* deſumitur. Nam cum ſecundùm jura illa tàm concedens quàm acquirens feudum ſemper præſumatur maſculos fœminis præferre voluiſſe, & hæc voluntas eorum ad omnes deſcendentes ab acquirente porrigatur: non curandum erit de feudi fluctuatione, quam dubius futuræ ſucceſſionis eventus ſecum affert, modò ſatisfiat voluntati primi acquirentis.

Ad hanc enim tanquam originem & principium in feudis potiſſimum reſpicere, omnemq; ſuccedendi rationem ſecundum eam ſolemus inſtituere: ut proinde ex hiſce manifeſtum ſit, argumenta Sonsbeccii leviora eſſe, quàm ut propterea à communi interpretum ſententia ſolidis juris rationibus ſubnixa recedendum ſit. Et Sonsbeccio verba duntaxat *d. titul. de eo qui ſibi vel hæredit.* conſideranti, hoc verè contigit, ut verba inſectando verum ipſorum ſenſum amiſerit: quod cavendum monet Imperator *in leg. 1. Codic. ut actio. ab hæreditat. & contra hæred. & in l. penult. prope fin. C. de* [illegible]*ſtit. pec.*

27 Quod † hactenus in utraque inveſtituræ formula firmavimus, regulariter fœminas, quotieſcunq; ex pacto in feudis ſuccedunt, deficientibus demum maſculis, vocatas videri, ac propterea maſculis extantibus non ſuccedere, id præter ſuprà commemorata, ampliatur etiam, ut non ſolum locum habeat in ipſis fœminis, ſed & in poſteritate maſcula fœminarum. Exempli gratiâ, ſi vaſallus mortuus eſſet relicto filio fratris, & filio ſororis: hoc ſanè caſu filius fratris, quia ex linea maſcula deſcendit, præferendus erit filio ſororis, cum, ut dictum eſt, id cenſeatur eſſe actum, ut fœminæ & omnes ex illa deſcendentes deficientibus demum maſculis admittantur, ut ſenſit *Cujatius libro 1. de feud. titul. 2. §. penult.*

Porrò † etſi in feudis, quemadmodum multis jam oſtenſum fuit, regulare ſit, ut fœminæ, deficientibus demum maſculis, vocatæ intelligantur, quandoque tamen propter manifeſta verba, quibus fœminæ cum maſculis pariter ad ſucceſſionem vocantur, res aliter ſeſe habet. utputa ſi quis ita de feudo fuerit inveſtitus, ut in eo ſuccedant fœminæ, ſicut maſculi. Nam hoc caſu, inveſtito moriente, ſuccedunt pariter mares & fœminæ, ut diſertè probatur *in d. cap. jugales. in capit. extraordin.* ubi textus elegantem addens rationem, quanquam, inquit, ſuperſtite maſculo ex eo, qui primus feudum acquiſivit, fœminæ excludantur; etſi in maribus & fœminis fuerat acquiſitum, (ut in feudis regulariter tradi ſolet.) ſermonem tamen inveſtituræ, nec non vim verborum & ſenſum contrahentium intuentes, diſcretionem ſexus in ejuſmodi ſucceſſione non fecimus. 28

Sic † quando quis feudum acquiſivit pro ſe & hæredibus maſculis ſimul cum fœminis, tum fœminæ pariter cum maſculis ſuccedunt, *ut docet Bald. in l. quoties: col. 2. C. de ſuis & legit. hæred. quem ſequitur Jac. de S. Georg. in d. §. & fœminis: n. 10. Curt jun. in parte 3. princ. n. 18. verſ. hanc limitationem: Johann. Thom de Marin. in d. titul. 11. de feud. fœm. num 31. verſ.* 29

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

(a) Eusdem lineæ cum defuncto] Vide *Jan ab Arcedura. capit. 2 concl. 7. n. 78. & ſeq.*

(b) Jacob. de Belv.] Adde *Jan ab Arcedura concl feud. c. 2. concl. 7. num. 73. & ſeqq.*

(c) Filiam defuncti excludere] Vide *Jan ab Arcedura dict. concluſio 7. numer. 79.*

(d) Pariter ſuccedere] Diſſentit *Fach. lib. 7. controv c. 43.* Et quamvis hic Parens feudum Titio & hæredib. ejus maſculis cum fœminis conceſſum ad utrosq; hæredes ſimul ex cõmuni Dd. conſententia ſtatuit, eo potiſſimum fundamento, quod dictio CUM majorem vim in conjungendo habeat, quam dictio ET, itaque quamvis in conceſſione MASCULIS & FOEMINIS ordo quidam ſucceſſivus intelligatur, id tamen ad caſum quando fœminæ per particulum CUM vocantur trahendum non eſſe.

Quod itidem alia communi & receptiſſima DD. ſententia confirmatur, Etſi enim inſtitutio Patris & filii ab aſcendente facta ordine ſucceſſivo & ita intelligatur, ut primo Pater deinde filius vocatus ſit. *not. gloſſ. & DD. in l. Gallus §. quidam rectè de liber. & poſthum.* id tamen locum non habere omnes communiter fatentur, quoties PARENS CUM FILIIS vocatus eſt, propter vim dictionis CUM, quæ non tantum copulat, ſed planè conjungit, ut præter eos quos Parens in hanc ſententiam adducit copioſè declarant *Jaſ. in leg. Titiæ textr. §. nihil de leg. prim. & alii complures à Manochio citati. qui communem profitetur & approbat libro quarto, præſumt. ſeptuageſima. numer. non trigeſimo primo & 32. quo remiſiſſe ſuffecerit.*

His tamen Fachinæus moveri non potuit, quin in alia omnia ſe ceſſerit, ea ratione, quod generaliter jure feudali conſtitutum ſit, feudi conceſſionem maſculis & fœminis factam ita intelligendum, ut fœminæ non ſuccedant, quoties adſunt maſculi.

Quod etſi concedamus, illud tamen viciſſim ponderaſſe debuerat ab hac juris diſpoſitione facilimè recedi, quoties de alia contrahentium mente conſtat. Mens autem ex verbis colligitur: ex verbis inquam dextrè & ſine cavillo intellectis.

Quicunque igitur ſignificationem particulæ CUM rectè perpenderit, is certè fateri neceſſe habebit ei nequaquam ſatisfieri, ſi res MIHI CUM Titio conceſſa, ad me tantum perveniat, nec ſine inſigni cavillo hanc interpretationem ei affingi poſſe.

Unde facilis eſt hujus controverſiæ dijudicatio. Nec objiciat Fachinæus eandem capulæ ET, per ſe conſideratæ vim eſſe, eam tamen nihilominus in conceſſionibus feudalibus eò detorqueri, ut quamvis feudum MASCULIS & FOEMINIS conceſſum ſit, maſculi tamen præferantur.

Nemo enim Grammaticorum ei conceſſerit, eandem planè harum particularum vim eſſe. Cum manifeſtum ſit dictionem ET verificari poſſe, etſi ſimul & eodem momento temporis utrumque, quod per eam copulatur, non fiat: ut cum dico: TITIUM ET SEMPRONIUM HIC FUISSE: His verbis illud quidem ſignificatur, utrumq; hîc fuiſſe:

Utrumq;

Utrumque autem eodem tempore hic fuiſſe, planè inde non colligitur, cum verba hæc vera eſſe poſſint, etſi alter poſt alterum per longiſſimum temporis intervallum acceſſerit. At cum audio TITIUM CUM SEMPRONIO hîc FUISSE, non tantum illud mente complector, utrumque hic fuiſſe, ſed utrumque ſimul & conjunctim uno eodemq; momento fuiſſe. Sic cũ dico AUGUSTUS ET TIBERIUS IMPERATORES ROMANORUM FUERUNT, verè quidem dico, ſed longè aliud ſignifico, quam ſi dixero AUGUSTUS CUM TIBERIO IMPERATOR FUIT, quæ tàm verè dicere non poſſum quam hoc, ARCADIUS CUM HONORIO IMPERIO PRÆFUIT. Quæ cum ita ſint, cuivis apparet particulam ET molto facilius hanc interpretationem pati, ut ita demũm fæminæ vocentur, ſi maſculi non adſint, quàm ſi per τὸ CUM conjungantur. Etſi enim in defectum demum maſculorum feudum ipſis conceſſum ſit, verum tamen nihilominus eſt, aliquo caſu conceſſum eſſe rectè igitur per copulam ET conceſſio de utriſq; prædicatur: licet id juris interpretatione de diverſis caſibus intelligatur. Nunquam autem hoc quidem ſenſu rectè dixero fœminis cum maſculis feudum datum eſſe, ſi enim in defectum demum maſculorum fœminæ id obtinebunt: atq; ita nec cum maſculis datum eſſe dici poterit. Nec quicquam refert, quod quibusdam in caſibus etjam jure noſtro expreſſum ſit nihil inter particulas iſtas intereſſe: id enim eo reſpectu quo dicitur veriſſimũ eſt, quod nimirum ex propria ſignificatione ambæ conjungũt, & concurſu vocatorũ partes conſtituant. Inde autem non efficitur quoties particula ET ex juris manifeſta diſpoſitione interpretationem recipit, toties etiam particulam CUM idem pati debere: Manifeſta enim eſt inter eas diverſitatis ratio (quicquid Fachinæus jactitit), quod nimirum hæc nullo penitus caſu verificari poſſit niſi utrumq; ſimul concurrat, illa autem latius pateat, & locum inveniat etiamſi duo illa quæ per eam copulantur uno & eodem tempore, nec eodem planè reſpectu conveniant, ut exemplis paullò ante adductis vel pueris innoteſcere potuit: mala igitur fit ab una ad alteram argumentatio.

QUÆSTIO XXXVI.

FOEMINÆ AD SUCCESSIONEM FEUDI VOCATÆ, ET PER MASCULUM ſemel excluſæ, an perpetuò excluſæ cenſeantur: & de intellectu c. 1. §. quinetiam. Epiſcop. vel Abbat.

SUMMARIA.

1. Fæmina ſemel excluſa propter maſculum, perpetuo eſt excluſa, juxta communem: & quæ ſint ejus fundamenta, nu. 2. & ſeqq. niſi maſculus mox poſt patrem deceſſerit, n. 31. vel niſi ex verbis inveſtituræ aliud appareret propter dictionem donec, n. 32. vel quia fæminæ eſſent vocatæ deficientibus maſculis: n. 33. vel quia fæminæ eſſent vocatæ in caſu, !quo maſculi decederent, num. 35. Quidam tamen

oogle

tamen contrà generaliter ſentiunt, fœminam defuncto maſculo admittendam n.5.& horum ſententia, improbatis eorum argumentis, novis rationibus defenditur, n.11. Primæ verò opinionis argumenta refutantur n.25.& ſeqq.

3. *Jus ſemel extinctum amplius non reviviſcit.*

4. *Fœmina excluſa ſtatuto, extantibus maſculis, perpetuò eſt excluſa. Declaratur n.29.*

6. *Dictio [donec] non penitus removet, ſed tantùm ſuſpendit: contrà num. 7. Sed proprietas dictionis defenditur numer. 17.& 32.*

8. *In feudis quomodo ex pacto primi ſuccedatur: declaratur n.29.*

9. *Excluſus à ſucceſſione patris nihilominus admittatur ad bona fratris.*

10. *Benignior ſententia retinenda.*

12. *Fœminam propter maſculum ſemel excluſam amplius non admitti, nuſquam jure cantum eſt.*
Sine lege nihil aſſeverandum,

13. *Privationis pœna non imponenda, niſi expreſsè ita diſpoſitum ſit.*

14. *Succeſſionis natura eſt, ut jus remotioris non extinguat propter proximiores, ſed ſolum ſuſpendat: n.28.*

15. *Regulæ ſemper inhærendum, donec contrarium manifeſtè doceatur. Res dicitur certa pro eo, qui nititur regula.*

16. *Excipiens probare debet.*

17. *Feudum pro ſe hæredibus maſculis & fœminis acquirens cenſetur ſenſiſſe, ut, in quocunque gradu maſculus deficiat, fœmina ſuccedat.*

19. *Voluntas acquirentis feudum non ſolùm in primo, ſed etiam in omnibus ſucceſſionis gradibus conſideranda eſt.*

20. *Voluntas verbis magis exprimitur, quàm præſumptione tacita colligitur.*

21. *Hæredib. ſuis quilibet proſpexiſſe magis cenſetur, quam extraneo.*

22. *Interpretatio ea capienda eſt, quæ voluntati diſponentis ſit conſentanea.*
Diſpoſitum cenſetur id, quod quis interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet.

23. *Rationem naturalem allegare ſufficit.*

24. *Textus in c.1.§.quinetiam. Epiſcop. vel Abb. declaratur.& n.ſeqq.*

25. *Lex varium habens intellectum nullum certum præbet argumentum.*

26. *Qualitas adjuncta verbo ſecundum tempus verbi intelligenda eſt.*

27. *Certa etiam clarius quandoq; in jure explicantur.*

30. *Opinio ea eſt tenenda, quæ firmioribus eſt ſubnexa rationibus, licet non habeat multos ſuffragatores.*

31. *Vixiſſe non cenſetur, qui ſubitò mortuus eſt.*

33. *Ablativi abſoluti reſolvuntur in conditionem.*

34. *Argumentum à rubro deſumtum in jure feudali non ſatis tutum eſt.*

CUm fœminæ ad ſucceſsionem feudi ex pacto inveſtituræ vocatæ regulariter maſculis demum deficientibus ſuccedant, illis verò extantibus, plerunque excludantur, quæri inde ſolet, utrum fœmina, quæ ſemel propter maſculum fuit excluſa, decedente deinde maſculo, ad feudi ſucceſſiionem admittatur.

1 In hac quæſtione concors interpretum opinio eſt, fœminam, quæ ſemel per maſculum fuit excluſa, etiam defuncto eo, amplius non admitti, uſque eò, ut ſi is, qui feudum pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis acquiſierat, vitæ debitum ſolverit, ſuperſtite filio & filia, & deinde etiam filius, qui excluſa filia ſolus ſucceſſit, ſine liberis fato functus fuerit, feudum ad dominum potius revertatur, quàm ad ſororem defuncti, filiam primò inveſtiti. Hoc docuerunt *Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. Præpoſ. & Matthæ. de Afflict. in c. 1. §. quinetiam. Epiſcop. vel Abb.* quos ſequitur etiam *D. Baro Schenck & Paul. Picus num.12. & Petr. Ravenna. ibid. Johan. Blanc. in ſumm. titul. de ſucceſſ. feud. in verſ. vel dic quod maſculis: Odofred. in ſumm. tit. qui poſſunt in feud. ſuccedere. Curt. jun. in tract feud. 3. part. princip. in princ. num.32. verſ. vigeſimò ſeptimò quæro. Zaſius in Epito. feud. part. 8. num. 58. verſ. quarta concluſio: Hannet. lib. 2. cap. 9.* inquiens, etſi deciſio iſta dura atque ab humanitate aliena ſit, ſe tamen eam amplecti, quoniam communi DD. calculo ſine controverſia aliqua recepta ſit. ex eadem ratione iſtud ſequitur *Duar. de feud. cap. 10. num 12. Johan. Tho. de Mar. in d. tit. 11. de feudo fœm. nu. 38. verſ. Decimò quæro: Ferrari: in tract. feudal. lib. 8. cap. 8.* ſententiam hanc ve-

riorem & communiter receptam eſſe aſſeverans, eandem noviſſimè tenuit *D. Borcholt. in tract. feud. cap. 7. n. 36.* Qui quidem omnes generalem hinc conſtituunt regulam, quod fœmina ſemel excluſa amplius ad ſucceſſionem non admittatur, quam de facto conſulti, fuerunt etiam amplexi *Bald. in conſil. 205. incip. Dubium ſuper quo conſilium petatur: in 5. volum. Ludovic. Roman. conſil. 1. incip. viſis in facto: num. 4. Alex. in conſil. 29. quoniam abunde: vol. 1. & in conſ. 9. ponderatis his: in princ. vol. 5. & in conſil. 53. n. 4. incip. conſideratis. vol. 6. Petrus de Anchor. conſ. 221. hac quæſtio:* Decius *in conſil. 193. & in conſil. 390. incip. viſa longa ſerie: num. 4 & conſil. 517. inc. quoniam cauſa iſta: n. 6. Albert. Brun. conſ. 39. incip. circa ante dictum caſum contingit: n. 5. & conſil. 65. incip. ſuper caſu feud. nu. 1. & 2. conſil. 78 incip. quia caſus iſte: num. 2. & conſil. 108. incip. caſus ſicut ex actis colligitur: num. 25. Ruinus conſil. 9. incip. præponitur in themate: n. 6. vol. 1. Pariſ. conſ. 12. incip. viſo themate: n. 7 conſ. 22. inc. illuſtriſſimam dominam: n. 15. & conſ. 23. prima in hujuſmodi conſultatione: n. 50. & 53. vol. 1. & in conſ. 16. num. 5. & 6. incip. ſi caſtrum montis. & conſil. 72 incip. ad veram rationem: num. 97. lib. 4. Rubeus conſil. 57. incip. præſupponitur: num. 2. Socin. jun. in conſil. 110. in præſenti conſultatione num. 5. lib. 2. Gozad. conſil. 8. incip. in hac cauſa illuſtriſsimi: n. 9. Alciat. in conſ. 170. incip. ſecundùm communes opiniones: n. 1.* ubi hanc opinionem communem appellat, & adeò approbatam, & canonizatam eſſe, ait ut de ea dubitandum nõ ſit, maximè in judicio. *Idem tenuit in conſ. 195. n. 2. Rol. à vaſall. conſil 58. incip. in præſenti conſultatione: num. 68. vol. 3. Manochius in conſil. 1 incipien. conſultatio licet adeò gravis eſt: nu. 458. vol. 1.* & eam tanquam communem ſecutus etiam fuit *Hugo Celſus in conſil. 26. numer. 48. verſ. ulterius attendatur:* eandemque ita canonizatam & approbatam eſſe, ut ab ea nullo modo ſit diſcedendum, & contrà dicere ſit nodum in ſcirpo quærere dixit *Berous conſil. 67. num. 43. vol. 1. qu[illegible] refert & ſequitur Burſatus in conſ. 63. in[illegible] deceſſit nobilis dominus: n. 17. & in conſ[il.] 131. num. 29.*

Huic † autem opinioni cauſam dedit, quod *in d. §. quinetiam:* dicitur, ſi is, qui feudum ita accepit, ut ejus deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint, deceſſerit, relicto maſculo, quod tum ulterius fœminæ non admittantur. Hoc enim ita interpretati ſunt, quaſi fœmina illa, quæ extante maſculo, ſemel fuit excluſa, ulterius nunquam admittatur. 2

Deinde moventur, quoniam is, qui feudum acquiſivit pro ſe & deſcendentibus ſuis maſculis & fœminis, cenſetur intellexiſſe illos deſcendentes, qui ſibi ſucceſſuri eſſent: ſed quando maſculus extitit, fœmina non ſuccedere potuit, & licet deinde maſculus deceſſerit, non tamen propterea fœmina erit admittenda, cum hic agatur, de ſucceſſione fratris: fœmina verò ad ſucceſſionem ſui patris, non autem ad ſucceſſionem fratris inveſtitura vocata ſit.

Tertiò † nituntur vulgata illa juris regula, quæ docet, quod jus ſemel extinctum non amplius reviviſcat, *l. 3. § c. verſ. amplius: de oper. lib. l. in rem act. de rei vend. l. item ſi ex eis: §. arbor. de acq. rer. dom. in l. tantum: §. ſemel: de rer. div. l. inter ſtipulantem: §. ſacram: de verbor. obligat.* Ex hac enim regula videtur idem in propoſito ſtatuendum, ut videlicet filia à ſuccedendi jure ſemel excluſa amplius non admittenda ſit.

Quartò † afferunt in hanc ſententiam, quod in ſimili traditur, fœminam quæ vigore ſtatuti, extantibus maſculis, ſemel à ſucceſſione fuit remota, licet maſculus deinde fuerit defunctus, ad ſucceſſionem tamen amplius non venire poſſe, *ut docet Bart. in l. fin. ad Tertullia. Bald. in l. ſi quis poſthumum: §. ſi filium. de liber. & poſth. & in l. Poſthumus in princ. de inoff. teſtam. Franciſc. Aret. in conſil.*

conſil.144.incip.viſo puncto: Alex. in conſ. 43.incip.conſideratis: vol.3.

Si enim hoc procedit in bonis allodialibus, in quibus fœminæ alioqui regulariter ſuccedunt, utique multò magis locum obtinebit in feudis, à quorum ſucceſſione fœminæ plærunque remotæ eſſe ſolent, prout arguit *Curtius jun.in d.loco.* Quintò poteſt huc accommodari etiam trita illa juris regula, quæ docet quamvis rem ad propriam ipſius naturam facilè reverti, *c.ab exordio. & ibi not. gloſ.35. diſt. l. hac conſultiſſima.§.ſi quis autem. C.de teſtam l. ſi unus.§.pactus ne peteret: ubi latè Jaſ. num.5.& ſeqq. de pactis.* Nam cum hæc ſoleat eſſe natura feudorum, ut ad ſucceſſionem maſculi tantùm admittantur, ideò licet fœminæ inde etiam in inveſtitura vocatæ ſint: tamen poſtquam poſtquam ſemel feudo ad maſculum reverſo, fœminæ inde excluſæ ſunt, vel hac de cauſa minus in poſterum illis locus eſſe debet, ut feuda propriam ſuam naturam maſculis convenientem recipiant.

5 Non † defuerunt tamen, qui contrà exiſtimarunt, fœminam, etiamſi per maſculum excluſa fuerit, nihilominus eo defuncto, ad feudi ſucceſſionem eſſe admittendam. Hoc enim contra *Andr. de Iſern. diſertè docet Mart. Laud. in d §.quinetiam: & ſenſit etiam Fulg.in conſ. 12.inc.ad id, de quo quæritur: Maria.Soc.in conſ.76.inc.cum duobus elapſis: n.113.vol.1. Cozad. conſ.9.incip. in hac cauſa illuſtriſſimi domini: n.58. & Alciatus ſibi contrarius in conſ.162.n.20, hanc ſententiam tenuit etjam Lor.in tit.de his qui feud dar. poſſ.§.& quia. & eandem latè defendendam ſuſcepit Sonsb.part.9.n.131. & ſeqq. quem ſequitur Guerrin. Piſo in præludiis feud. ſub tit. propria & impropria feuda quæ nam ſint: verſ.quarta ſpecies feudi: & Joh.Bapt.Fer. in conſ.108.n.2. huc etiam inclinat Jul. Cl. in §.feud. quæſt. 80.* inquiens, priorem opinionem ſemper ſibi duram fuiſſe viſam, præſertim quando ſola fœmina ſupereſt ex progenie primi inveſtiti.

Movetur autem *Laud.* primò generali illa regula, quæ habet, quod ubicunq; actum eſt, maſculum & fœminam ſuccedere, cum maſculo non extante, fœmina ſuccedat. *d.c.1.§.filia: de ſucc feud.* Sed ad hoc argumentum reſpondet *Præpoſ.ibi*, quod regula iſta duntaxat admittit filias maſculis non extantib., non autem diſponit, filiam, quæ per maſculum ſemel fuit excluſa, maſculo defuncto, deinde admittendam eſſe.

Secundò advocat pro ſe textum *in d.cap.1.de eo qui ſibi vel hæredib.* Et licet eum non inducat, videtur tamen potiſſimum perpendiſſe id, quod in fine dicitur, fœminæ non patere locum in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt.

Eſt † enim de natura dictionis (donec.) ut non penitus removeat aliquem, ſed tantummodo ad certum tempus ſuſpendat, *ut docet Bart. & DD. in l.fin. ad Tert. Aret.in l. Gall: §. & quid ſi tantum: de lib. & Poſth.* inde aſſerentes, quod, ſi fœminæ ſtatuto removerentur, donec extarent maſculi, tum, etſi fœmina per maſculum ſemel excluſa eſſet, nihilominus tamen, maſculo defuncto, ſuccederet. Hinc enim idem in propoſito dicendum, cum fœminis locus non pateat, donec maſculus ſupereſt, quod defuncto maſculo fœmina, quæ prius remota fuit, admittatur propter naturam dictionis (donec.) 6

Sed † ad hoc reſpondet *Ferrar.* non eſſe rarum ut dictio (donec) ita intelligatur, ut id, cui adjungitur, non ſolùm intra certum tempus finitum, ſed omnino removeat, quemadmodum in *Matthæo.cap.1.& 5.Geneſ.capit.8.* In propoſito verò vel ideò magis in hanc videtur accipienda ſententiam, ut conveniat cum textu *in d §. quinetjam*: cum alioqui textus iſti ita pugnare invicem videantur, ut vix commoda aliqua ratione conciliari poſſint. Addit præterea *Præpoſit.& Curtius*, textum *in dict. titul. de eo qui ſibi & hæredibus maſcul.* varios habere intelle- 7

 ctus, &

Digitized by Google

ctus, & propterea nihil certi inde deſumi poſſe.

8 Tertiò † movetur *Laudenſis*, quia fœmina venit ex providentia primi acquirentis, ac propterea non tàm fratri, quàm primò acquirenti ſuccedere cenſetur, *ut in ſimili dicit gl. in d. §. & quia vidimus: verſ. cum verò Corradus.* Quamobrem nihil videtur referre, quod verbis inveſtituræ, quemadmodum conſideravit *Andr. de Iſer.* ad ſucceſſionem fraternam non fuit vocata: cum præſertim veriſimile ſit, patrem voluiſſe providere, ut, non extantibus maſculis, ſuccedant fœminæ ordine ſucceſſivo, *arg. eor. quæ not. in l. Gallus: §. quidam rectè: de liber. & poſth.* Ad iſtud argumentum reſpondet *Præpoſit.* & poſt eum *Curtius*, quod ex providentia primi acquirentis tum demum vocata intelligatur fœmina, ſi nulli extiterint maſculi: contrà verò, ſi hiſce ſemel extantibus fuerit excluſa: nam tum amplius admitti non debet, rationibus ſuprà adductis.

Quinimo ex hac ipſa ratione, quod in feudis ſucceditur primo inveſtito, opinionem communem firmat *Pariſ. in conſil. 22. num. 18. vol. 1.* Nam cum hoc reſpectu in feudis una ſunt tantummodo ſuccedendi ratio, qua nimirum ſucceditur primo inveſtito, ſequitur, ut, qui ſemel ab hoc ſucceſſionis jure excluſus fuit, amplius ad iſtud non admittatur propter ſucceſſionem collateralium, cum, ut dictum eſt, omnis ſucceſſio feudalis à primo ſtipite dependeat, & ad eum, non autem ad collateralem referenda ſit: cujus ſeparata ratio eſt in reliquis bonis allodia-
9 libus, in † quibus, etſi quis excludatur à ſucceſſione patris, nihilominus ad fratris bona aſpirare poteſt, *ut not. Romanus: Alex. Jaſ. & DD. in l. 1. §. veteres: de acq poſſ.*

Quartò Sonsbecc. aliquos caſus conſiderat, in quibus veriſimile non eſt, acquirentem hoc ſenſiſſe, quod feudum, defuncto filio, potius ad dominum, quam ad filiam pervenire debeat, utputa ſi is feudum ita accepiſſet, qui filium & filiam tantum ſuperſtitem habebat, vel cui duntaxat filia erat, & filius ſpado, & inneptus procreationi. Quis enim, inquit, ſanæ mentis diceret, pactum non eſſe hîc ideo appoſitum, ut filia ſuccederet fratri, cum abſurdiſſimum eſſet dicere, in hoc caſu patrem voluiſſe, ut potius feudum ad dominum rediret, quam ad filiam, ad extraneum, quàm ad proximum conſanguineum, *arg. l. cum acutiſſimi: C. de fideicommiſſ.* Sed hæc conſideratio certos ſolummodo caſus reſpicit, atq; interim multi poſſunt evenire caſus, quibus illa minimè conveniat, utputa ſi is, qui feudum acquiſivit, nullam tum quidem temporis ſuſcepiſſet prolem, atq; incertus eſſet, utrum fœminam vel maſculum procreaturus, & poſt ſe relicturus eſſet. Huic enim caſui conſideratio iſta vix ſatis accommodari poſſet, cum inveſtitus ideo de fœminis cogitaſſe videatur, quia dubius erat, an maſculos foret generaturus, atque adeò ceſſaret mentis illa conjectura, quam ex ſpecie facti ab ipſo efficta deſumit Sonsbeccius.

Non igitur ex ſpeciali hac conſideratione quæſtio noſtra in genere propoſita definiri poterit, *arg. l. Jura non in ſingulas: cum 3. ſeqq. de ll.* Præterea non ſolùm attendenda videtur in propoſito voluntas vaſalli acquirentis feudum, ſed vel maximè inveſtigandum, quid etiam dominus ſenſerit, quem magis ſibi proſpicere voluiſſe, quam fœminis ſemel excluſis, veriſimile eſt.

Quintò in medium affert, quod, ut ipſe arbitratur, DD. in feudo fœmineo communiter concludunt fœminam, deficientibus maſculis, ſuccedere, licet maſculi aliquando poſſederint feudum, exiſtimans, hanc eſſe omnium Dd. ſententiam *in c. 1. de feud. fœm. & in d. §. quinet:* Hinc igitur, ait, mirandum eſſe, DD. in feudo à patre hoc

tre hoc pacto acquiſito aliter ſentire. Verùm ego hactenus animadverti, omnes illos, qui in feudo à mare acquiſito pro fœminis hoc aſſerunt, eoſdem idem etiam judicare de feudo fœmineo. Nullius itaq; momenti erit hæc argumentatio.

Sextò cum aliud non habeat Sonsbeccius, eò defugit, ut † caſum hunc
11 valde dubium eſſe dicat, atq; hinc colligat, hanc ſententiam ideò magis ſequendam eſſe, quia benignior & humanior ſit altera: *l. quoties: l. ſemper in dubiis. de reg. jur. l. ubi. §. quoties: de reb. dubiis, l. in ambigua, l. benignius: de ll.* Hoc etiam argumentum admodum leve eſt. Niſi enim argumenta primæ opinionis aliter refutentur, & contra hæc ſententia ſolidioribus firmetur fundamentis, prioris opinionis ſectatores minimè concedent, hunc caſum eſſe dubium, cum præſertim cum ipſis faciat textus *in d. §. quinetiam*: quo potiſſimum nituntur.

Deniq; ait, pro hoc eſſe textum ſatis apertum *in c. 1. §. ſi duo fratres: de feudo March.* dum ibi feudum acceptum eo pacto, ut fœminæ ſuccedant, æquiparatur feudo novo, accepto à duobus fratribus, hoc pacto, ut ſibi mutuo ſuccedant. Qui tamen textus penitus nihil ad propoſitum noſtrum facit. In hoc enim ſolo ibi fit æquiparatio, ut, quemadmodum frater, qui alioqui non ſuccederet in feudo novo, ex pacto ſuccedere poteſt, ita etjam filia ex pacto admittatur. Sed quid hoc quæſo habet commune cum eo, an filia, quæ ſemel fuit propter maſculum remota, denuo ſit admittenda ad feudum? plane nihil. Leviora igitur argumenta hactenus commemorata eſſe videntur, quam ut propterea ab opinione tot interpretum ſuffragiis comprobata recedendum ſit.

10 Utut † tamen hæ ſeſe habeant, nos ſanè, ſi ex ſolidis juris rationibus, & eiſdem innitẽte veritate magis, quam ex incertis opinionibus quæſtio iſta dijudicanda eſſet, ſententiæ Martin. Laudenſ. tanquam firmiſſimis fundamentis ſubnixæ omnino ſubſcribendum eſſe ſtatueremus. In quam me primò vocat argumentum à lege ceſſante depromtum, quo ſæpius uti ſolemus.

Nam jure † noſtro feudali nuſquam 12
diſpoſitum reperitur, fœminam, quæ ex pacto ad ſucceſſionem feudi vocata, & propter maſculum excluſa fuit, ita ſucceſſionis jure privari, ut defuncto maſculo amplius ad id aſpirare non poſſit, ſed feudum ad dominum potius revertatur. Non igitur ſine juris auctoritate temerè aſſeverandum eſt, *cap. his qui in Eccleſia: de ſent. excom. in 6. cap. conſuluiſti. 2. quæſt. 5. l. diſſentientis. C. de repud.* cum erubeſcamus ſine lege loqui: *§. canſideremus: auth. de triente & ſemiſſ. l. illam: C. de collatio. l. fin. C. unde vi, c. inter corporalia: de translat. Epiſc.* Rem autem verè ſeſe ita habere, quod videlicet hoc nuſquam diſpoſitum reperiri poſſit, luculenter apparebit ex iis, quæ paulò poſt reſpondendo argumentis primæ opinionis dicemus. Quod argumentum ſecundò ideò magis in propoſito locum habet, quia hîc agitur de privando jure ſucceſſionis, quod filiabus ex pacto inveſtituræ jam antè fuerat acquiſitum.

Non † enim jure ſuo quiſpiam eſt 13
privandus, niſi hoc legibus expreſsè cautum ſit. *§. cum igitur: auth. de non elig. ſecundo nub. c. illa: in verb. Cum nuſquam inveniatur cautum: Ne ſed. vac: l. at ſi quis: §. Divus: de relig. & ſumtib. fun. gl. in c. fin. de jure patron. Bald. in auth. ex teſtamento: in penult. col. C. de ſecund. nup.* Quinimò tertiò non ſolùm nuſquam hoc diſpoſitum reperitur, ſed & contrarium jure noſtro cautum eſſe multis argumentis oſtendi poteſt.

Inter † cætera enim hoc docet gene- 14
ralis ſucceſſionum natura, quæ eſt, ut, etſi quis propter alium in medio exiſtentem à ſucceſſione removeatur, nõ

tamen propterea jus ejus ſuccedendi penitus extinguatur, ſed tamdiu ſuſpenſum eſſe cenſeatur, donec defuncto eo, qui ipſum impediebat, ſuccedendi ordo ipſum tangat. idq; non ſolum in allodialibus, ſed vel maximè in feudalibus procedere certo certius eſt. Ponamus enim aliquem poſt ſe reliquiſſe duos filios, & alterum ex his diem obiiſſe, relicto filio: Hic ſanè patruum in ſucceſſione excludet, nihilominus tamen, hoc ſine liberis defuncto, patruus, qui prius excluſus fuerat, ſuccedet, cum jus ejus non tàm extinctum, quàm ſuſpenſum antea fuerit. ſecundùm hanc itaq; generalem ſucceſſionum regulam, quæſtio noſtra dijudicanda erit potius, quàm ut contra eam, ſine manifeſta juris di-
15 ſpoſitione niti velimus, cum † tutiſſimum ſemper ſit inhærere regulæ: *l. 1. & ibi not. Dec. de reg. jur. l. 2. ubi hoc not. Bart. & DD. ſi quis in jus voc. non juer. Bald. in l. ſi tutor: in fin. C. de ſerv. pign. dat. manu.* uſque eò, ut res certa atque indubitata eſſe cenſeatur, quæ ex generali regula definitur, *Bart. in l. quoties: ſi quis cantion. Jaſ. in l. dedi. §. 1. num. 4. de condict. cauſa dat.* donec contrarium manifeſtè doceatur. *l. ab ea parte: de probatio. l. ſuus quoque: verſ. puto. de hæred. inſtit. cap. ad decimas: de reſtit. ſpoliat. in 6.* & quod is qui allegat exceptionem, teneatur probare & allegare legem, qua caveatur, regulam non procedere, dicit Bartholom. Socin. *conſil. 231. in princip. Cravetta conſilio 25. numer. 8.*

Quartò reaſſumendo argumenta Laudenſis idem magis in ſpecie probat alia regula, quæ in hac ſpecie facti traditur, quod feudo filiis & filiabus conceſſo filia ſuccedat filiis non extantibus, vel deficientibus: *d. §. filia verò: de ſucc. feud. & d. c. 1. de feud. fœm.* Non enim hic diſtinguitur, utrum filii poſt mortem patris non extiterint, an verò poſt feudum ſucceſſione quæſitum deceſſerint, & ſic amplius non extiterint, ſed generaliter dicitur de filiis non extantibus, vel deficientibus.

Par igitur eſt, ut etiam generaliter de utroque caſu intelligatur, tum quia verba generalia generaliter ſunt intelligenda, *l. 1. §. generaliter. de legat. pr. ſt. l. ſi finita: §. de cæteris: de dam. infect.* tum
†etiam quia ſemper ſtandum eſt regu- 16
læ donec is, qui dicit, caſum aliquem inde exceptum eſſe, iſtud probet, præ alleg. jurib. Ex quo etiam nihil impedit, quod ex præpoſito ſuprâ diximus, quaſi hîc de filia ſemel excluſa nihil diſponatur. Nam cum generalis ſit regula, quod deficientibus maſculis, fœmina ſuccedat, neque hîc diſtinguatur, quo tempore defecerint maſculi: ſanè ex hac ipſa regula probè definitur etiam caſus noſter, ut, etſi maſculus poſt feudum acquiſitum defecerit, fœmina tamen ſuccedendi poteſtatem habeat.

Neq; præterea erit neceſſaria ulla alia diſpoſitio, qua hoc definitum probetur, ſed ſufficit, nos tenere regulam: qui verò eam, ad unum modò caſum reſtringere, & inde excipere voluerit eum caſum, quo poſt feudum ſucceſſione quæſitum maſculus defecerit, huic ſanè probandi onus incumbet, cum is, qui excipit, probare debeat: *ſ. in exceptionibus: & l. cum de indebito: §. ſin autem ſub conditione: de probatio. l. 1. de exceptio.* Hoc autem aliter non probato, prout in propoſito impoſſibile eſſe arbitramur, utique à regula illa ne latum quidem ungvem diſcedendum erit.

Quintò † magis urget regula illa tradita *in d. tit. de eo qui ſibi vel hæred. maſc.* dum ibi, addita dictione (donec) generaliter dicitur. Non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt. Nam quicquid dicat Ferrarius, hoc tamen invitus ut concedat, neceſſe eſt, hanc eſſe proprietatem dictionis (donec) ut actum, cui adjungitur, non penitus removeat, ſed tantùm ſuſpendat; idque apud

omnes in confeſſo eſt, ut videre licet ex iis, quæ tradunt *Dd. in d. l. fin. ad Tertull. & Bald. in d. §. quinctiam.*

Secundùm hanc igitur propriam hujus dictionis ſignificationem interpretatio capienda erit potiùs, quàm in alium ſenſum retorquenda. Verba enim quoad ejus fieri poteſt, propriè ſunt intelligenda, *l. 1. §. ſi is qui navem, de exerc. actio. l. 3. §. hac verba, ubi Bart. de negot. geſt. l. quod conſtitutum de milit. teſtam. l. nepos Proculo, & ibi Alciat. de verbor. ſignific.* cùm præſertim hîc nulla juſta cauſa ſubſit, cur è propria ſignificatione recedere velimus. Nam *text. in d. §. quinctiam*, quo potiſſimùm nititur Ferrarius, nihil minùs probat, ut paulò poſt oſtendemus.

Quinimò in themate noſtro, quando in inveſtitura dictum eſt, fœminas non ſuccedere, donec maſculi superſint, quod tùm fœmina etiam ſemel excluſa nihilominus admittatur, ex natura dictionis (donec) poſt alios, quos allegat, *docuit Curt. jun. in d. loco, num. 32. in 27. quæſt. verſ. ſecundò limitate; Pariſ. in conſil. 22. incip. illuſtriſſimam dominam, num. 21. vol. 1.*

Si igitur hoc obtinet in verbis in inveſtitura uſurpatis, cur quæſo eodem modo non liceat interpretari verba regulæ noſtræ? ut mirùm ſit, interpretes ita variaſſe, ut, quod modò affirmârint, idem mox negârint.

18 Sextò † plurimùm me movet, quoniam certum eſt, quod, licet tàm is, qui acquiſivit, quàm qui conceſſit feudum, pro hæredibus maſculis & fœminis ex natura feudi hoc ſenſiſſe videatur, ut maſculos extantes fœminis præferre voluerit, nihilominus tamen deficientibus maſculis fœminas vocaverit, id quod etiam verba, dum de fœminis dixit, manifeſtè denotant.

Hæc autem ipſius voluntas verbis expreſſa, qua fœminas in defectum maſculorum vocavit, non ſolùm primum, ſed omnes alios ſuccedendi gradus reſpicit, quemadmodum in præcedenti quæſtione pluribus firmavimus, ex quo fit etiam, ut in quocunq; ſucceſſionis gradu contigerit, ut femina & maſculus de ſucceſſione contendant, maſculus etiam in linea tranſverſa & gradu remotiore conſiſtens modò à primo acquirente deſcendat, anteponendus ſit propter hanc tacitam voluntatem acquirentis, non attento, quod alioqui ille maſculus per alium, qui in proximiore gradu extiterat, jam antè à ſucceſſione excluſus fuerat, *d. titul. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſc. & §. ſimiliter, de cap. qui curiam vend. cum aliis ſuprà adduct.* Ex hac itaq; ratione idem dicendum erit in caſu converſo, ut in quocunq; gradu ſucceſſionis evenerit maſculos deficere, fœmina, quæ à primo acquirente deſcendit, ſuccedat, non attento, eam priùs per maſculum remotam fuiſſe, tùm quia hæc eadem ſubeſt ratio, quæ in alio caſu, nimirum † voluntas acquirentis, quæ non ſolùm ad primum ſucceſſionis gradum pertinet, ſed & in omnibus aliis deſcendentibus obſervanda eſt, *ut docent Bald. Alvarot. & Dd. in d. tit. de eo qui ſibi vel hære. maſcul.* tùm etiam, quia hoc, quod maſculi fœminis præferri debeant, ex natura feudi tacitè ſolummodo colligitur, cùm interim iſtud, quod fœminæ ſuccedere debeant, verbis manifeſtè exprimatur. 19

Semper † enim verba ad declarandam voluntatem majorem habent efficaciam, quàm præſumtio aliunde collecta, *l. Labeo, verſ. idem Tubero, de ſuppell. leg. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus ad fin. de verb. oblig. l. ſemper in ſtipulat. ubi Dec. & Cagn. de reg. jur.* quippe cùm nullũ ſit ſignificantius voluntatis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, ut dicere ſolitus fuit Caſſiodor. *quem refert Bald. in rubrica, extra de teſtibus, & in c. ſuper literis, num. 11. de reſcript. & in l. voluntatis, C. de fideicomm.* 20

Si itaq; tacita voluntas ejus eſt potentiæ, ut ad omnes gradus ſucceſſionis extendatur, & propter eã maſculus

 fœmi-

fœminæ præferatur: utiq; multò magis hoc obtinebit in voluntate verbis expreſſa, quibus fœminas in feudo ſuccedere manifeſtè quis voluit, ut videlicet in quocunque gradu contigerit, maſculos deficere, fœmina, quæ ab acquirente deſcendit, ſuccedat: tum denique, quia, ut fœminæ ex voluntate illa à principio acquiſitionis conſiderata admittantur, longè eſt favorabilius, quàm quod propter eam à maſculis removeantur. Favores enim ampliandi, & contrà odia reſtringenda, *l. cum quidam, de liber. & poſthum. & c. odia de reg. jur. in 6. cum ſimilibus.*

21 Pertinet † hùc ſeptimò regula *c. 1. de duobus fratribus à capit. inveſti.* qua traditur, quod unusquiſq; ſuis potiùs hæredibus, quàm extraneo proſpicere videatur.

Nam cùm hæc regula ejus ſit efficaciæ, ut ſi duo feudum pro ſe & hæredibus maſculis, & his demùm deficientibus, pro fœminis acquiſierint, alteruter potiùs feudum filiæ ſuæ, quàm fratri poſt obitum ſuum quærere voluiſſe cenſeatur, ut ibidem probatur, non attento, quod regulariter alioqui quis maſculum fœminis præferre voluiſſe intelligatur, & hoc ipſum in caſu *d. tit.* verbis expreſsè declaratum fuerat, quod item frater arctiſſimo conſangvinitatis vinculo ipſi junctus, & ſimul cum ipſo feudum acquiſierat, eodemque verborum ambitu inveſtitus erat: utique ex regula iſta multò magis dicendum erit in propoſito, quod, etſi quis cenſeatur feudum potiùs maſculis, quàm fœminis acquirere voluiſſe, nunquam tamen propterea dominum propriæ filiæ præponere, ſed quotiescunq; maſculi defecerint, hæredibus potiùs ſuis, quàm domino proſpicere voluerit: tùm quia in propoſito verbis non ita expreſſum eſt, maſculos fœminis præponendos eſſe, quemadmodum in caſu *d. tit.* ſed fœmina (ſiquidem verba attenderis) pariter cum maſculis vocatur; tùm etiam quia domini reſpectu non omnino ſubeſt conjunctionis ratio, quemadmodum in fratre, de quo *in d. tit. de duobus fratribus agitur.*

Cumque † ex his de voluntate acquirentis feudum veriſimiliter appareat: locus erit octavò alii regulæ, quæ docet, eam ſemper tenendam eſſe ſententiam, quæ voluntati diſponentis magis ſit conſentanea, *l. in ambiguis, de reg. jur. l. ſi quis intentione de judic.* & pro expreſſo & diſpoſito id ſemper eſſe habendum, quod quis interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet, *gl. ultim. in l. tale pactum, in fin. de pact. l. Titius, §. Lucius de lib. & poſth.* 22

Quotus enim quisq; eſt, qui interrogatur, utrum feudum, quod pro hæredibus maſculis & fœminis acquiſierat defuncto filio, ad dominum, an verò ad filiam pertinere velit, non mox reſpondeat, ſe non domino, ſed filiæ potius proſpicere, & eam adeò potiſſimùm ob cauſam feudum non ſolùm maſculis, ſed fœminis etiam acquirere voluiſſe, ut, ſi contigerit, ſe vel filium ſuum, ſine maſculis hæredibus decedere, feudum non ad dominum, ſed ad fœminas potius tranſiret.

Quinimò, ſi prætermiſſis juris fundamentis hactenus adductis, rationem tantùm naturalem in conſilium adhibere voluerimus, hoc idem illa cuivis ſana mente, & recto judicio prædito perſuadere poterit.

Potiùs igitur naturam ducem ſequamur, adminiculantibus tot præſertim manifeſtis juris rationibus, quam vanas & incertas Interpretum ſubtilitates. Neq; enim à ſcopo facilè aberrare poteſt, qui in judicando natura duce rectam rationem ſequitur: quippe cùm jus noſtrum potiſſimùm ex igniculis & principiis illis, in ſingulorum mentibus hominum natura inſitis atque impreſſis deſcendat, atq; in natura conſtitutum ſit.

Ex quo etiam veluti per manus traditum eſt, quod † ſufficiat quandoq; 23 alle-

allegare rationem naturalem, *c. ſecundò requiris, de appellat. l. ſcire oportet, §. ſufficit de excuſ. tutor. l. cum ratio. in princ. de bon. damn. l. ſi me & Titium, ſi cert. pet. l. ubi autem non apparet, §. illud, ibi, ipſa natura manifeſtiſſimum eſt de verb. oblig.*

Nam ratio naturalis ad cuncta rectè reſpondet, & vix aliquid reperitur, quod ſit contra rationem naturalem, quod non remordeat conſcientiam, *ut inquit Bald. conſil. 38. incip. dominus Thomas lib. 1. quem refert & ſequitur Cravetta conſil. 37. incip. in contractu matrim. n. 5.*

24 Denique † hæc ſententia magis firmabitur atque ſtabilietur, cùm refutaverimus argumenta primæ opinionis: quippe cùm illa nihil minùs probet. Nam quod attinet ad textum *in d. §. quinetiam*, ex iis, quæ ibi ſcripta reliquerunt commentatores, manifeſtum eſt, eum in tres diverſas trahi ſententias. Primò enim concedunt, textum illum ita intelligi poſſe, quaſi ibi definiatur, quod, etſi feudum fuerit acceptum pro hæredibus maſculis & fœminis, extantibus tamen maſculis fœminæ non admittantur, ſed demùm hiſce deficientibus ſuccedant, ut ita concordet *cum d. §. filiâ*. Deinde poteſt hanc etiam habere ſententiam, etſi feudũ eo, quo diximus, modò acquiſitum fuerit, ſi tamen vaſallus, relicto filio deceſſerit, quod tùm fœminæ ab hoc filio deſcendentes amplius admittendæ non ſint, quaſi nimirum de prima duntaxat fœmina, non autem de illis, quæ in ulteriori gradu, exiſtunt, intellectum ſit, tandem etiam in hunc ſenſum retorquetur, quaſi auctor illius textus velit, ſi maſculus ſemel ſucceſſerit, tùm fœminas, quæ per maſculum fuerunt excluſæ, amplius non eſſe admittendas. Cum itaq; tàm varias accipiat interpretationes textus ille, manifeſtum eſt, quod, etſi in medio relinquatur, cui potius adſtipulãdum ſit, in hac tamen incertitudine nil certi inde deſumi poſſit, atq; propterea communem illam ſentẽtiam minimè probet.

25 Eſt † enim pro regula traditum, quod ex lege, cujus varius eſt intellectus, nullum validum poſſit deduci argumentum, *Bart. in l. in ambig. de reb. dubiis.* Verùm ne Academicorum more in ancipiti dubitatione hæreamus, ſed certi aliquid de intellectu, *d. §. quinetiam*, definiamus, omninò arbitramur, reprobatis reliquis interpretationibus, primo intellectui adſtipulandum eſſe. Hoc enim mihi perſuadent primò verba illa, (eo tenore.) Nam ex his apparet, textum peculiarem illam inveſtituræ formulam potiſſimum conſiderare, & in ea omnem vim ponere voluiſſe.

Huic autem conſiderationi longè magis convenit interpretatio prima, quàm ultima. Nam ſecundam illam probabilem dubitandi rationem recipit textus ex natura dictionis copulativæ (&,) quæ fœminas ſimul cum maſculis admittendas eſſe denotat: & ita meritò ad hunc inveſtituræ tenorem reſpexit auctor.

At juxta ultimam interpretationem non uſque adeò referret, quo tenore feudum eſſet datum, cùm, etiamſi ſine illa copula feudum eſſet conceſſum hæredibus utriusq; ſexus, fœmina tamen ſemel excluſa ampliùs non admitteretur, atque propterea neceſſe non fuiſſet, hunc inveſtituræ tenorem tàm anxiè conſiderare.

Secundò movet me, quoniam juxta ultimum intellectum verba illa (fœminæ non admittuntur) reſtringenda eſſent ad illas fœminas, quæ eo tempore quo primus inveſtitus decederet, extitiſſent, & per maſculum jam eſſent à ſucceſſione remotæ, & ſic omnis decidendi ratio, cur non admitterentur, in eo foret, quod ante excluſæ eſſẽt, cùm tamen de hoc nullum ibi appareat veſtigium, ſed generaliter de fœminis dicatur, atque idcirco magnam hæc interpretatio cõtineat divinationem. Quinimò priùs, quàm de hoc ageretur, utrum fœminæ propterea, quia à ſuc-

à ſucceſſione non remotæ ſunt, ampliùs non admittantur, videndum fuiſſet, an ſint excluſæ. Longè igitur veriſimilius eſt, textum hoc potiùs, quàm illud definire voluiſſe.

Tertiò ſecundùm communem intellectum verba illa (ulterius fœminæ non admittuntur;) non reſpicerent eum caſum, quo maſculus & fœmina, poſt obitum primi inveſtiti ſuccederent, ſed pertinerent ad illam facti ſpeciem, quando maſculo hærede primi inveſtiti defuncto, de ejus ſucceſſione agitur.

Quo dato, hoc neceſſariò inde ſequitur, non ſolùm fœminas, quæ ſemel per maſculum fuerunt excluſæ, maſculo defuncto, ſed etiam fœminas filias maſculo patri ipſorùm ulterius non ſuccedere, ut ſecundus habet intellectus.

Non enim diſtingvit textus inter fœminas, quæ vel eo tempore, quo primus inveſtitus mortuus eſſet, extiterunt, vel poſt obitum ejus natæ fuerunt, ſed generaliter inquit, quod fœminæ ulterius non admittantur: ideóque ſi verba illa futuram ſucceſſionem reſpicerent, generaliter etiam de omnibus fœminis intelligenda eſſent. Sed hoc, quod fœminæ à maſculo deſcendentes, poſtquam ſemel maſculus extitit, ulteriùs non admittantur, manifeſtè falsũ eſt, prout omnes fatentur.

Non igitur hunc ſenſum habere poterunt verba illa, quaſi futuram ſucceſſionem maſculi reſpicerent, ſed ſolùm intelligenda erunt de ſucceſſione illius, qui primò feudum acquiſierat, ita ut fœminæ, extante maſculo, ultra ad ſucceſſionem ejus, qui primò feudum acquiſivit, non admittantur, juxta primum intellectum.

Quartò conſidero, quod, quotiescunq; jura feudalia non de primo ſuccedendi gradu, ſed de ulteriori loquuntur, tùm illud ſemper exprimere ſolent, *ut apparet ex tit. de eo qui ſibi & hæred. maſcul. & in d. §. ſimiliter, & multis aliis in locis.* Sed in hoc textu nullius alius ſucceſſionis gradus exprimitur, ſed ſolummodò dicitur de maſculo relicto, id eſt, ab eo, qui primus feudum acquiſierit: quare id, quod ibi ſubjungitur, de fœminis ulterius non admittendis, de hoc primo ſucceſſionis gradu juxta primum intellectum, non autem de eo caſu, quo maſculo defuncto de ſucceſſione agitur, intelligendum erit, prout in ultimo intellectu præſupponitur.

Quintò, hoc idem magis ſtabilitur ex eo, quod textus non utitur verbo futuri temporis, prout neceſſe foret, ſiquidem non de præſenti, ſed futura ſucceſſione intelligendus eſſet, ſed uſurpat verbum præſentis temporis. Secundùm hoc igitur tempus verbi atq; adeò de præſenti, non autem de futura ſucceſſione intelligendum erit id, quod ibi dicitur, (fœminæ ulterius non admittuntur) hoc videlicet ſenſu, quod, filio extante, ultra filium ad ſucceſſionem patris illæ non admittantur. Nam † regulariter qualitas adjuncta verbo ſecundùm tempus verbi intelligenda eſt, *l. in delictis, §. ſi extraneus, de noxalibus, l. Titius de teſtam. milit.* 26

Vides igitur, quàm multis modis verba *d. §. quinetiam,* directò adverſentur communi intellectui, & contra quàm optimè conveniant primæ interpretationi: quamobrem repudiato illo, huic adſtipulandum, & ſecundùm eam concludendum erit, hanc veram eſſe illius §. ſententiam, quod, extante filio maſculo, filia ultra maſculum ad ſucceſſionem patris non admittatur.

Quo firmato, manifeſtum inde eſt, textum illum communẽ opinionem minimè probare, & quod conſequens eſt, etiam ſententiæ noſtræ neutiquam refragari. Neque huic intellectui quicquam obſtat, quod, ut plerique exiſtimârunt, is extra omnem dubitationem ſit poſitus.

Nam, ut ſuprà dictum fuit, probabilem recipit dubitationem ex natura copu-

copulæ, ſecundùm quam fœminæ, cum maſculis pariter vocatæ videri poſſent, cujus tamen contrarium ibi deciditur. Et licet hoc ipſum etiam alibi diſpoſitum ſit, nuſquam tamen exactè conſideratis verbis inveſtituræ tàm clarè deciſum reperitur, ut proinde operæ precium fuerit, hoc per textum *d.§.quientiam*, clarius definire.

27 Nec † etiam rarum eſt in jure noſtro, ut idem in diverſis locis repetatur, & quod alioqui certum eſt, clarius explicetur, *l.1.§.quamvis, de ventre inſpiciendo.* Et utut res ſeſe habeat; nunquam tamen concedendum eſt, ut majoris dubitationis gratia peregrinum & ineptum intellectum alicui textui affingere liceat, repugnantibus præſertim verbis ejuſdem, ut ſatis jam à nobis eſt oſtenſum. Alterum argumentum admodum leve eſt, cùm omnes illi, qui à primo acquirente deſcendunt, quocunq; gradu ſint conſtituti, & quandocunque ſucceſſionis ordo ipſos tetigerit, non tàm ultimo defuncto, quàm primò acquirenti ſuccedere cenſeantur, *c. 1. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſc.*

Falſum igitur eſt, quod hoc loco conſideratur, quaſi fœmina fratri, non autem primo acquirenti ſuccedat, ut evidenter apparet ex iis, quæ ſupra *quæſt.19.* firmavimus.

28 Tertium † etiam parùm urget, quoniam minimè permittendum eſt, jus filiorum propter maſculum in medio exiſtentem, extinctum eſſe, ſed contrarium ex eo manifeſtum eſt, quod ſuprà oſtendimus, voluntatem primi acquirentis perpetuò durare, & ad omnes ſucceſſionis gradus accommodandam eſſe, ita, ut, quamvis filia tùm quidem propter maſculum ſuccedere non poſſit, defuncto tamen maſculo vocata eſſe cenſeatur: ſuſpenſum igitur potiùs erit jus hoc ſuccedendi, quàm extinctum. Id quod etiam ipſa ſucceſſionis natura ſuprà conſiderata perſpicuè docet.

Ponamus enim, aliquem duos poſt ſe reliquiſſe filios, & alterum horum deceſſiſſe relicto filio nepote primò defuncti. Hîc etſi propter nepotem frater non poſſit ſuccedere fratri: nemo tamen propterea dixerit jus ipſius eſſe extinctum, ut propterea defuncto deinde nepote minùs ipſi ſuccedere queat.

Quartum † argumentum ex hoc ipſo refellitur, quod Interpretes, qui regulam illam tradunt, quod fœmina ſemel excluſa amplius non admittatur, eam ipſimet declarant, ut, licet ſit repulſa à ſucceſſione patris, minimè tamen ſit remota à ſucceſſione fratris, *ut docent Romanus, Alex. Jaſ. & Dd. in l.1. §. veteres, de acquir. poſſ.* 29

Nam hinc etiam in propoſito rectè dicitur, etſi filia propter maſculum non potuerit ſuccedere patri, nihilominus tamen eam, defuncto deinde maſculo, ad ſucceſſionem admittendam eſſe. Neque huic ſolutioni quicquam obſtat, quod in feudis non tàm ultimò defuncto, quàm primò acquirenti quis ſuccedere cenſeatur, ut conſideravit *Pariſ. in d. conſil.22. n.18. vol.1.*

Nam etſi hoc juris quadam interpretatione verum ſit, interim tamen hoc nobis ut detur, neceſſe eſt, quod quandoq; primò acquirenti mediatè, quandoq; immediatè ſuccedatur: quæ cùm inter ſe ſint diverſa, nihil ſanè impedit, quò minùs is, qui excluſus fuit ab immediata ſucceſſione, alia ſibi deinde ſuccedendi via aperta, mediatè ad ſucceſſionem perveniat, ſicut de ſucceſſione patris & fratris ab interpretibus *in d.§.veteres*, traditur.

Deinde hoc, quod quis cenſeatur ſuccedere primò acquirenti, ejus efficaciæ non eſſe, ut propterea is, qui ſemel à ſucceſſione primi acquirentis fuit remotus, deinde amplius admittẽdus non ſit, perſpicuũ eſt ex eo, quod, licet agnatus aliquis in remotiori gradu exiſtens excludatur à ſucceſſione ab altero propinquioris gradus, hoc tamen

tamen nihil impedit, quò minùs deinde ſuccedere poſſit, quando defuncto propinquiore ſuccedendi ordo ipſum tetigerit: quin ſi aliter diceremus, omnis ſucceſſionis ratio penitus everteretur, quod minimè eſt admittendum. Præterea Interpretes hanc ipſorum doctrinam reſtringunt, ut non procedat, quando quis ad tempus ſolummodò eſſet à jure ſuccedendi excluſus.

Oſtendimus autem ſuprà regulam juris feudalis fœminas, extantibus maſculis ſolùm ad tempus removere, donec ſuperſint maſculi. Non igitur doctrina iſta concluſioni noſtræ obſtaculo eſſe poterit. Ad regulam etiam ultimo loco adductam facilis eſt ſolutio.

Nam præterquam quod argumentum inde deſumtum longè infirmius eſt, quàm ut fœminis jus ex inveſtitura ſemel quæſitum, contra omnem æquitatis, & juris rationem auferri queat, hoc etiam planum eſt in decidendis quæſtionibus feudalibus, non ad naturam feudorum, quàm ex juris feudalis diſpoſitione illa habent reſpiciendum ſed potiùs ad eam, quàm ex mente atque voluntate concedentis & acquirentis aſſumunt, quorum pactis omni feudorum naturæ derogari ſolet, *c.1. de duobus fratribus à cap. inveſtit. c.1. de feud. non hab. propr. naturam feud. c.1. §. pen. & fin. quid ſit inveſtit. c. nulla, per quos fiat inveſt. c. ſi cui. in extraord. cap. cum multis in hanc ſententiam congeſtis per Curt. ſen. in conſil. 50. incip. Memoria, num. 58. Tiraquell. in l. ſi unquam, verb. libertis, num. 8. C. de revoc. donat. & Roland. à Vall. in conſil. 76. incip. primo quidem aſpectu, n.1. vol.1.*

Quare cum in propoſita facti ſpecie ex verbis inveſtituræ de animo tàm domini, quàm vaſalli conſtet, eos fœminas ad ſucceſſionem deficientibus maſculis vocare voluiſſe, ſecundùm hæc potiùs quàm ex priſtina natura pacto immutata, de feudi ſucceſſione judicandum, & quod conſequens eſt fœminæ, quibus jus ſuccedendi eſt conceſſum, quicquid aliàs natura hæredi exigat, ad ſucceſſionem perpetuò admittendæ erunt.

Alioqui enim contrahentes non in una eademq́; voluntate permanſiſſe, ſed ea immutata, quas ſemel vocarunt, eas mox repuliſſe viderentur, quod planè veriſimile non eſt, *l. cum tacitum, de probat. l. cùm hic ſtatus, §. tantum. de donat. inter vir. & uxor.*

Ut interim omittam quoidam ex Interpretibus regulam nobis oppoſitam reſtringere, ut locum non habeat, quando priſtina rei natura eſt extincta & ſublata, *Barthol. Socin. in conſil. 20. incip. in cauſa Nanutenſis, col. 4. verſ. Prima ratio eſt, vol. 2.* quemadmodum hoc loco verbis inveſtituræ, fœminis contra naturam feudi ad ſucceſſorem vocatis factum eſſe liquidò conſtat.

Ex quibus deniq; omnibus perſpicuum eſt, communem illam opinionem, præterquam quod maximam in ſe continet iniquitatem, nulla probabili juris ratione eſſe ſuffultam. Non poſſum igitur non facere, quin ea reprobata poſteriori ſententiæ tàm ſolidis & apertis fundamentis ſubnixæ accedam.

Cumq́; hæc ita plana atq; manifeſta ſint, modò ſano perpendantur judicio, dolendum profectò eſt, magnam adeò commentariorum catervam tàm inconſideratè in illam prolapſam fuiſſe opinionem.

Verè enim illis hoc loco contigit quod avibus, quæ unam prævolantem ſequi ſolent, ut ait Decius *in conſil. 451. incip. in caſu quo Peruſii, num. 12. & in conſil. 494. incip. quod ſuprà maturè, num. 11. col. penult.*

Multò verò magis deplorandum eſt, ad eam miſeriam redactam eſſe ſanctam juris noſtri prudentiam, ut piaculi inſtar eſſe ſoleat, ab eo recedere, quod majori parti perverſo judicio placuit, quantumvis injuſtum & iniquum fuerit.

Quantò † autem rectius judicant illi,

illi, quibus perſuaſum eſt, non tàm ſententiæ, quæ multos habet ſuffragatores, quàm ei quæ firmioribus rationibus eſt fulta, adſtipulandum eſſe, *l.1.§. ſed neq; C. de veter.jur.enucl.c.capellanus, & ibi Dd. de feriis,l.ſi quis,C.de condict.indebit. not. Johan. Andr. Abb. & Dd.in c.1. de conſtit. Angel.in conſil.110.incip.ſanctiſſima & illuſtriſſima, col. 6. Jaſ. in auth.noviſſima, num. 22. C. de inoff.teſtam.& in l. illam.nu.9.C.de collat. Decius in conſil.376. n.7.& in conſ.576.inc.pro reſolutione caſus, n.11.& d. conſil.494. in fin.& conſil.560.incip.notiſſima eſt quæſtio, nu. 7. in fin.& in conſil. 630. num. 9. Curt. ſen. in conſil.56.incip.ſuper eo,quod ab ordine noſtro,verſ.non curamus, col. 4. Curt.jun. conſil. 63. incip. præſupponitur in facto, n.3.& in conſil.160. incip.præſupponitur in facto in fin.*

Et de his hactenus, quæ ideò prolixius commemoranda nobis fuerunt, quo ab iniqua Dd. opinione animos legentium magis avocaremus, quod, cùm etiam Sonsb. tentaverit, uter rectius præſtiterit, aliorũ erit judicium.

31 Si † tamen cuipiam auctoritas Interpretum oculos ita perſtrinxerit, ut magis, quid ipſi dixerint, quàm quod verum ſit, ſectari velit, is ſciat, ipſos auctores hujus opinionis eam reſtringere, ut non procedat, ſi maſculus, qui fœminam excludebat, mox poſt mortem patris moreretur: cùm vixiſſe non cenſeatur ille, qui ilico mortuus eſt, *l. poſthumi, in princ.de injuſt.rupt.ita docet gl. in d.§.quinetiam, quem ſequuntur Jacob.de Beluiſ.Bald.Alvarot.& Petr.Ravennat.ibi,Curt.junior in 3.parte princ.in princ. quæſt. 27.qui ait, hoc communiter eſſe approbatum, & ſequitur etiam Zaſius de feud.ſucc. concluſ.2.num.47. Joan.Thom. de Mart. de feud.fœm. lib. 1.tit. 11.num.32. Bertrand. conſil. 276. in princ.vol.1.Mand. ad Roman.conſil.1.ſub.n.3.verſ.perpetuò.* Et licet *Andr. de Iſern.d. §. quinetiam,* aliter exiſtimaverit, quem ſecutus fuit *Matt. de Afflict.ibid.* quorum opinio, dato fœminam ſemel excluſam amplius non admitti, facilè defendi poſſet, per ea quæ congerit *Burſat.conſil.63.incip.deceſſit nobilis dominus, num. 19.* quia tamen hoc ipſum, quod fœmina per maſculum excluſa ampliùs non admittatur, nuſquam probatur, ac propterea minimè verum eſt: ideò haud invitus cum limitatione iſta tranſeo.

Secundò † limitatur illa concluſio, ut locum non habeat, quando in inveſtitura ejuſmodi verba eſſent uſurpata, ex quibus appareret, fœminas non eſſe penitus excluſas à ſucceſſione, ſed tàm diu ſolum, quàm dju maſculi ſunt ſuperſtites, utputa ſi dictum eſſet, fœminas non ſuccedere debere, donec maſculi ſupereſſent. *Hoc ſenſit Bald. in d. §. quinetiam, quem refert & ſequitur Curt.jun. in jam dicto loco, & Duar.in d.c. 10.nn. 12. idem tenuit Bart.& communiter Dd.in d.l.fin.ad SC.Tertull.Petr.de Anch.in conſil.23. inc.in quæſtione prædicta, & conſ. 214.incip.hæc quæſtio jam vulgaris, & conſil. 190. incip. poteſt probabiliter, Alex. in conſil.53. conſideratis his, nu.4 vol.6.Pariſ. conſil.22.incip.illuſtriſſimam dominam,nu. 20. & ſeqq. vol.1.Alciat.in conſil.170.incip. ſecundùm communes opiniones,n.1.Johan. Bapt. Ferret.in conſil. 108.n.39.D.Borch.in d. tract.feud. c.7.n.39.* Et licet *Zaſius in Epitome feud.part.8.n.59.* videatur aliter ſentire, prout eum in hanc ſententiam citat *Cacher. in deciſ.22.n.17.* tamen opinio prior nõ ſolùm videtur receptior, ſed etiam longè verior, ex iis, quæ ſuprà in quinto fundamento diximus. 32

Idem † etiam obtinet, quando fœminæ eſſent vocatæ, deficientibus maſculis. Hæc enim vocabula, cùm ſint ablativi abſoluti, reſolventur in conditionem, *l. à teſtatore, de condit. & demonſtr. Roma.in conſil. 1.in princ.* & perinde eſt, ac ſi dicatur, ſi deceſſerint, *ut dicit Gozad.in conſil.53.incip.prima facie videtur dicendum, num. 13.* & quod conſequens eſt, jus fœmineum in eum eventum, quo maſculi defuncti fuerint, ſuſpendunt, & eveniente conditione illa, fœminas vocant. Par igitur eſt, ut juxta horum verborum proprietatem fœ- 33

minæ, defunctis maſculis, admittantur. Idq; ſatis probari videtur *in d. tit. de eo qui ſibi & ſuis hæred. maſc.* ita in ſpecie tenet *Sigiſm. Löffredus in d. §. quinetiam, & Ruin. in conſil. 9. incip. præſupponitur in themate num. 8. vol. 1. quem refert Cacher. in d. deciſ. 22. num. 54.* & quamvis ibidem addat, hoc poſſe morderi *ex rubr. de eo qui ſibi vel hæredibus ſuis maſcul. & fœminis*, juncto textu, ibi, quod argumentum validum eſt.

Nam cùm in rubrica dicatur de eo, qui ſibi vel hæred. ſuis maſc. & fœm. in textu verò agatur de feudo conceſſo maſculis, videntur ſanè hæ duæ inveſtituræ formæ æquipollere, atq; propterea de utraq; idem jus ſtatuendum, *c. in his de verbor. ſignificat. l. final. §. fin. & ibi gl. ff. mandat.* tamen ad hoc facilè reſponderi poteſt.

34 Animadverto † enim, rubricas in jure feudali non admodum appoſitè & concinnè eſſe conceptas, ut cuivis diligentius conſideranti facilè liquere poterit. Non igitur tutum videtur à rubrica juris feudalis deducere argumentum, præſertim quando rubrum cum nigro non convenit.

Nam tùm ſemper verbis textus adhærendum potius, *ut not. Alex. Jaſ. & Dd in l. 1. ſi cert. pet. & idem Jaſon. in rubr. inſtit. de action. cum aliis adductis per Everh. in loco à rubro.*

In omnibus autem hiſce atque aliis id genus limitationibus eò lubentius acquieſco, cùm communis illa opinio nullo probabili fundamento nitatur, ut paulò antè prolixè demonſtravimus.

Deniq; † hoc omnis controverſiæ expers eſt, quando fœminæ non ſimpliciter vocantur in inveſtitura pro hæredibus maſculis & fœminis accepta, ſed inſuper etiam inveſtiuntur in caſu, quo maſculi vel eorum filii deceſſerint, quod tùm, etiamſi per maſculum ſemel excluſæ fuerint, tamen ſuccedant, in qua facti ſpecie conſuluit *Ruin. in d. conſil. 9. vol. 1. Corn. in conſil. 24. inc. ad evidentiam dicendum, lit. V. vol. 2. Goz. ad. d. conſil 53. nu. 11. Cacher. in d. deciſ. 22. num. 54. qui ait, hoc clarum eſſe.* 35

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

GRaviſſima certè nobis in hac quæſtione parata eſt adverſaria, ſive rei ipſius difficultatem, ſive eorum, cùm quibus contendendum eſt, vires æſtimaverimus. Non enim Fachinæi (*lib. 7. contrav. cap. 45.*) tantùm impetus, ſuſtinendus eſt, verùm etiam Andr. Knichen viri (ut ſcripta teſtantur) undiquaq; doctiſſimi ſolertiſſimique copiæ *in comment. ad privil. Sax. c. 8.* pleno gradu contra parentem ſe inferentes excipiendç, quibus certè an par eſſe poſſim, non mediocriter vererer, niſi *ϖρόμαχον* nactus eſſem validiſſimis lacertis jamdudum in hac palæſtra decertantem D. Petrum Heigium virum neq; doctrina, neque auctoritate, aut ullo laudum genere iis, cum quibus nunc mihi res eſt, inferiorem.

Is enim pro amore quo & parentem meum & veritatem ipſam, dum fata, Deusq; ſinebant, proſequebatur, has ſibi partes ultrò ſumſit, ut ſententiam parentis contra Knichii impugnationes aſſereret, idque *quæſt. 26. part. 1. quæſtionum* poſt obitum ejus editarum, ita præſtitit, ut noſtris ſubſidiis facilè carere poſſe videatur.

Pro amore tamen erga veritatem & parentem facere non poſſum, quin pro viribus etiam huic reſiſtam, atque adeò una opera & conjunctim contra utrumq; me expediam.

Res autem, quæ in controverſiam venit

ponit, eſt hujuſmodi: Utrum fœminæ per maſculos ſemel à ſucceſſione feudi, ad quam in inveſtitura vocatæ ſunt excluſæ, perpetuò excluſæ maneant, ita ut ne maſculis quidem poſtea deficientibus admittantur.

Ac communi quidem Interpretum ſententia fœminas perpetuò excludi facilè concedimus, quia tamen parens contrarium multis rationibus firmare conatus eſt, videamus quid tàm ad ſuæ ſententiæ confirmationem, quàm ad paternæ impugnationem afferant adverſarii.

Præcipuum quidem eorum robur in *text.c.1.§.quinetiam Epiſcop.vel Abbat.* conſiſtit, in quo expreſsè dicitur, quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, ut ejus deſcendentes maſculi & fœminæ illud habere poſſint, relicto filio ulterius fœminæ non admittuntur. Ac ſanè qui vim ac proprietatem dictionis ulterius ſimpliciter conſideraverit, diffiteri vix poterit per eam fœminas perpetuò & in omnem caſum eventumq; excluſas videri. Antequam tamen hoc quaſi præjudicio ſe obſtringi lector patiatur, quæſo mente integra nec in alteram partem nimis inclinata legat *text.in c.1.de eo qui ſibi vel haeredibus*, in illis verbis, quibus dicitur, fœminæ locum non patere in ſucceſſione feudi, donec maſculi ſuperſunt.

Hîc ſi vim ac proprietatem dictionis donec perpenderit, per eam certè fœminas ad tempus tantùm non perpetuò excludi pari confidentia poterit aſſeverare.

Et quamvis ab adverſa parte alia huic dictioni affingatur ſignificatio, ea nimirum, quæ *Matth. 1.* habetur, & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum, nulla tamen nos cogit neceſſitas, ut à vera & genuina vocabuli ſignificatione nos abſtrahi patiamur: cùm præſertim illi ipſi qui aliam interpretationem commenti ſunt, proprio gladio ſe jugulent atq; ultrò in ſententiam noſtram concedant, aſſerentes, quoties in inveſtitura feudali hæc vox reperitur, ut donec maſculus ſuperſit, fœmina non ſuccedat, fœminam non perpetuò ſed temporaliter excluſam videri: quorum catalogum texit *Borcholt.de feud.cap.7.numero trigeſimo nono*, quæ igitur cauſa eſt, quò minùs in textu feudali hæc ſignificatio obtineat.

Nec eſt, quod *d. §. quinetiam*, tantoperè urgeant, etſi enim hoc modo adverſis quaſi frontibus inter ſe hi textus pugnare videantur, ita ut ad alterutrum neceſſaria quædam adhibenda ſit interpretatio: nulla tamen ratione nos adigere poſſunt, ut verba textus noſtri potius in ſenſum improprium detorqueri patiamur, quam alterius.

Nam & hunc diverſas interpretationes admittere parens hîc *n.24.* jamdudum oſtendit. Nec ulla certè vis verbis infertur, ſi hunc ſermonem fœmina ulterius non admittitur, in iis terminis, in quibus præcedentia loquuntur, accipiamus, nimirum quando & quamdiu maſculus adeſt.

Quando autem is adeſſe deſinit, de eo textus ille non loquitur, itaque hic caſus ex noſtro textu erit ſupplendus, ut deficiente maſculo fœmina admittatur.

Et ſi maximè hac interpretatione à latiſſima & indefinita vocabuli ulterius ſignificatione aliquid decedere videatur, quia tamen id auctoritate alterius textus evenit, qui aliâs non minori injuria violandus eſſet, non eſt, quod tàm difficiles nos & rigidos verborum captatores præbeamus.

Cùm præſertim ea ſententia, in quam interpretatio fit, ſi ſepoſitis textibus ſolis rationibus certandum eſſet, alteram facilè vincat atq; evertat, quas quidem rationes à parente diligenter collectas, quia convellere conati ſunt adverſarii, quantum omnia metiendo profecerint, paucis age diſpiciamus, ita tamen, ut non omnia ſectemur, ſed ea tantum, quæ plurimùm ponderis habent perpendamus.

Prima itaq; ratio à generali ſucceſſionum feudalium natura ſumitur, quæ talis eſt, ut etiamſi quis propter alium ſimul inveſtitum in medio exiſtentem excludatur, non tamen propterea in perpetuum excluſus ſit, ſed jus ipſius ex prima inveſtitura competens ſalvum maneat, ita ut illo, per quem excluſus eſt, è medio ſublato effectum ſortiatur.

Etiamſi igitur *in c. 1. de ſucceſſ. fratr.* dicatur filiis exiſtentibus maſculis vel ex filio nepotibus vel deinceps per manipulum deſcendentibus cæteri removentur agnati, nemo tamen inde arguit agnatos perpetuò remotos eſſe, ſed omnes jus ipſorum nihilominus cæteris deficientibus integrum eſſe fatentur.

Quid obſtat igitur, quò minus idem, in caſu quo maſculi & fœminæ ad feudum vocantur, hæ autem per illos excluſæ ſunt, obſervemus, ut nimirum remoto maſculorum obſtaculo fœminis jus ex inveſtitura competens ſalvum maneat.

Etſi enim diverſitatis aliquam rationem ex eo comminiſcantur adverſarii, quod maſculorum favorabilior jure feudali ſucceſſio ſit quàm fœminarum: ea tamen in propoſito ideò conſiderari non poteſt, quod jus fœminis ex inveſtitura competens debilius eſſe non poſſit quàm agnatorum, qui certè non tàm quia maſculi ſunt, quàm quia expreſsè in prima acquirentis inveſtitura vocati ſunt ad feudum perveniunt.

Si igitur & fœmina in inveſtitura nominata & proinde jus ad feudum ſortita eſt, cur non eo adverſus dominum uti queat, etiamſi maſculis ſimul inveſtitis aliquandiu conceſſerit, non minùs atq; agnatus remotior aliquandiu à proximiore excluſus.

Etſi enim, quando inter maſculum & fœminam contentio eſt favorabilior cauſa maſculorum habeatur, id tamen domino prodeſſe non poteſt, qui utiq; fœminam ad feudum vocavit, nec ex eo, quod ipſa maſculo parumper conceſſit, novum jus acquirere potuit. Nec dicat Fachinæus fœminam ſub conditione vocatam videri, quæ per exiſtentiam maſculorum defecerit. Nullibi enim hoc ſcriptum eſt, & quamvis juris interpretatione inveſtitura hunc ſenſum habeat, ut maſculus fœminæ præferatur, non tamen modus ille ſucceſſioni præſcriptus conditionem importat, adeò ut nato maſculo fœminæ vocatio penitus expiret.

Nam & in forma inveſtituræ, quæ *in c. 1. de duob. fratrib. à cap. inveſt.* habetur, ex juris præſumtione inter vocatos tacitus quidam ſuccedendi ordo introducitur, neque tamen propterea pater per hæredes alterius fratris ſemel excluſus perpetuò excluditur, ſed filio deficiente nihilominus ſuccedit, non ideò, quia maſculus, ſed quia in prima inveſtitura ad feudum vocatus eſt.

Etſi enim tacitè & juris interpretatione ibi egiſſe videantur contrahentes, ut liberi uniuscujuſq; patris alteri præferantur, non tamen hoc conditionem inducit, ita ut liberis natis jus alterius planè expiret.

Unde ſatis apparet, non protinus ex eo, quod ordo quidam ſucceſſionis inter vocatas tacitè inducitur, conditionem ſub qua alter penitus excludatur, fingendam eſſe. Ut proinde principium petat Fachinæus cum hac reſponſione argumentum, quod nono loco pro noſtra ſententia attulit, revellere conatur.

Ex quibus omnibus porrò conſequens eſt, fundamentum, quod ex communi ſucceſſionum feudalium natura parens deſumſit ſolidiſſimum, & ſecundùm id noſtrum quoque caſum regulandum eſſe etiamſi jure deficeremur.

Altera ratio à veriſimili contrahentium mente firmiſſimè deducitur, ſiquidem enim ipſius acquirentis animum inſpexerimus nemo certè negare po-

Google

re poterit eum ſibi potiùs & hæredibus ſuis quàm domino proſpectum voluiſſe: & quamvis juris quadam præſumptione in acquiſitione feudi maſculis potiùs quàm fœminis conſuluiſſe videatur, ideoque his illi præferuntur, maſculis tamen è medio ſublatis proxima eſt in filias affectio: quibus utique adeò favit, ut ipſas potiùs quàm dominum feudum habere voluerit. Et hanc ſibi mentem eſſe nemo, ſi caſu ita eveniente interrogaretur, inficias ibit, quæ igitur cauſa eſt, quò minùs ſecundùm eam interpretatio fiat: cùm aliâs receptiſſimum ſit, inveſtituram ita præſumi factam, prout magis expedit inveſtito, *Alex. conſil. 26. n. 3. & 6. vol. 5. Urſill. ad Afflict. deciſ. 140. Burſat. conſil. 150. num. 61.*

Nec objiciant nobis adverſarii, non ſolùm vaſalli voluntatem conſiderandam eſſe, ſed etiam domini concedentis, eandem enim & hujus voluntatem eſſe modis omnibus contendimus.

Is enim fœminas ad feudum expreſsè vocavit, & in voluntatem vaſalli acquirentis ita conſenſit, ut iis extantibus jus quod vaſallo ſine maſculo prole decedente in feudo habuiſſet, remiſerit, & feudum ad fœminas potiùs quàm ad ſe devolvi maluerit.

Etſi igitur à maſculis extantibus feminæ excludantur, interim tamen domini reſpectu ratum permanet, quod ſemel pepigit, filias nimirum vaſalli ad feudum potiùs admittendas, quàm ut id ſibi aperiatur.

Hoc enim memoriæ meritiſq; vaſalli dediſſe videtur, ut beneficium in parentem collatum in filiam potiùs redundet, quàm ut id propter defectum maſculorum intereat.

Quæ certè ratio æquè in eo caſu militat, quo maſculi ſemel exiſtente ſublati ſunt, quam cùm nulli planè fuerunt. Neq; enim ideò, quod ſemel maſculus adfuit, filia filia eſſe deſiit, nec favor quo memoriam vaſalli adeò proſecutus eſt dominus, ut etiam filiabus ipſius proſpexerit, adeò propter maſculos aliquandiu exiſtẽtes, reſtrinxiſſe putandus eſt, ut hîc è medio ſublatis illarum nullam amplius rationem ducat, quæ utique ſolæ ſuperſunt, quibus intuitu defuncti vaſalli gratificari poteſt dominus. Eamq; ſibi mentem fuiſſe ipſa fœminarum vocatione ſatis declaravit.

Atq; hæc quidem ita ſe habere eo in caſu manifeſtiſſimè apparet, quo Titium liberis maſculis & fœminis jam natis feudum acquiſiviſſe ponimus hîc certè de utriſq; tàm acquirentem quàm concedentem cogitare negari non poteſt, ſi itaq; huic Titio feudum ea de qua loquimur, forma concederetur juris quidem interpretatio facit, ut maſculi prælati cenſeantur, ſed ſi iis poſtea extinctis fœminæ non admitterentur, ſuperfluè, eluſoriè imò ſimulatè & tantùm non malitiosè fieret fœminarum vocatio.

Ad quid enim vocantur, ſi nullo caſu admittuntur, quod ſi ad eum caſum quo maſculi vivo patre decederent reſpectum tantummodò habitum eſſe dixeris, caſum rariſſimè pluribus præſertim maſculis extantibus & contra mentem contrahentium evenientem, juris quoq; præſumptioni adverſantem expreſſeris, cui ut verba generalia & ad eam quam nos urgemus interpretationem aptiſſima accommodari patiamur, nemo (ut opinor) auctor nobis erit, qui ſolius naturæ ductu rationem recti ſermonis tenuerit. Atq; hanc quidem voluntatis conſiderationem contrariæ ſententiæ plurimùm adverſari Fachinæus animadvertere viſus eſt, ideoq; in reſponſione ad tertium & quartum argumentum eò delabitur, ut dicat, quæ fuerit acquirentis intentio non eſſe nunc inquirendum, ſed quæ jure feudali ſit hoc caſu adhibenda interpretatio, id eſt, ea, quam ipſe fingit.

Qua reſponſione nihil aliud quàm principium petit, de hoc ipſo enim,

quæ ſit juris feudalis interpretatio, contendimus,& quia textus utrinq; in medium prolati aliquid ambiguitatis aut certè contrarietatis habere videntur, uter alteri cedere debeat,juris rationib. nos exquiſituros profitemur. His igitur Fachinæus reſpondere debuiſſet,non autem ad textum,qui maximè in controverſia eſt, nos revocare,niſi viciſſim textum pro noſtra ſententia militantem ſibi regeri, id eſt, omiſſis rationibus verba captare malit.

His deniq; tertio loco accedit ipſa naturalis æquitatis ratio: nemini enim dubium eſſe poteſt aut obſcurum, quin multò æquius ſit feudum, quod maſculis & fœminis conceſſum eſt ad fœminas potiùs devolvi, quàm ut domino aperiatur, omnibus modis enim dominus liberis vaſalli, cui feudum ita conceſſit, proſpicere voluit,adeò ut ſi beneficium in maſculis conſiſtere non poſſit, id ad fœminas pertineret, quæ igitur cauſa eſt, quæ eum tàm ſubitò quaſi alium fieri coëgit, ut fœminis feudum paternum invideat.

Nam etſi hæ à maſculis ſuperſtitibus excluſæ ſunt, id tamen ſingulari quadam maſculorum prærogativa factum eſt, ex quo domino nihil juris acquiri potuit: cùm res inter alios acta aliis non præjudicet: nec privilegio perſonæ conceſſo alius juvari poſſit, multò verò minùs fœminæ duplici onere gravandi ſint, dum & maſculis & tandem domino ipſi,à quo tamen vocatæ ſunt cedere cogerentur.

Utut ſit deniq; in hac ſententiarum varietate, interpretationem contra dominum fieri ipſa æquitas dictitat, cùm aliâs quoque receptum ſit, quoties verba inveſtituræ dubia ſunt interpretationem contra dominum faciendam, *ut multis firmat Burſat. conſil. 46. num. 19. in fin. Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 92. in fin.*

Atq; hæc quidem apertiſſimæ æquitatis conſideratio à Fachinæo nulla alia ratione tolli potuit, quam ut negârit, rem dubiam eſſe, quod qua fronte ab ipſo dicatur aliorum eſto judicium.

Quia verò tantoperè rationibus, quas pro contraria ſententia attulit, reſponderi, deſiderat, age verò, & eas paulò diligentius excutiamus.

Prima itaque ratio, quam præter textum *in d. c. 1. §. quinetiam* (de quo nunc agimus) pro ſtabilienda ſententia ſua affert, ea eſt, quod fœminæ jure feudali à ſucceſſione excludantur, niſi ex pacto vocatæ ſint: quod tamen pactum *(ait)* interpretatione iſta reſtringitur, ut maſculis extantibus fœminæ excludantur, hactenus rectè Fachinæus, ſed quæ mox infert: Excluduntur, inquam, ſimpliciter non ad tempus.

Ergò perpetuò videntur excluſæ: id verò non ratio eſt, ſed ipſa theſis, de qua contendimus.

Ineptiſſimè igitur principium petit, cùm id, quod maximè in controverſia eſt pro fundamento opinionis ſuæ conſtituit.

De hoc ipſo enim lis eſt, an ideò quia textus nonnulli indefinitè loquuntur, maſculis extantibus fœminas excludi, protinus inferri debeat, eas etiam maſculis è medio remotis non admitti: an verò potiùs hi textus generaliter loquentes ſecundùm eum intelligendi ſint, qui ait, donec maſculi ſuperſunt, fœminis locum non patere: quinimò etiamſi textus ille non adeſſet, an non ipſa juris & naturalis æquitatis ratio nos cogat, ut interpretatio ejuſmodi adhibeatur, qua cauſa excluſionis ceſſante ipſam excluſionem ceſſare dicamus. Rationes, cur id fieri debeat ſuprà adduximus, contra quas quid hòc Fachinæi commentum, & inanis corciſmus valeat, diſpiciant alii.

Alteram rationem à ſimili deducit Fachinæus. Cùm enim fœminæ per ſtatutum municipale à ſucceſſione ſtantibus maſculis ſimpliciter excluſæ,

cluſæ, perpetuò excludantur, nullam cauſam eſſe exiſtimat, quo minus idem in ſucceſſione feudali obſervetur. Sed maximam inter duos hos caſus diverſitatis rationem eſſe cuilibet paulò diligentius conſideranti facilè patebit.

Quando enim fœmina à maſculo vigore ſtatuti excluditur, tunc tota hæreditas ad maſculum pleno jure ſpectat & proprium ipſius patrimonium eſſe incipit. Quid autem eo decedente futurum ſit, ſtatutum non dicit, ideoq; diſpoſitioni juris communis hic caſus relictus cenſetur, & res ad cauſam inteſtati recidit, ita, ut is qui defuncto proximior fuerit ab hæreditatem vocetur, unde fieri poteſt, ut iſla ipſa fœmina quæ à fratre ab hæreditate communis parentis excluſa eſt huic viciſſim ſuccedat, *ut poſt alios not. Gail. à Fachin. citatus obſerv. 148. n. 7. lib. 2. cui adde Alb. Br. in tract. de ſtat. quod extant. maſc. art. 10. n. 63. & ſeqq.*

At in feudali ſucceſſione longè aliter ſe res habet, hic enim fœmina expreſſis inveſtituræ verbis ad feudum vocata eſt. Et quamvis juris interpretatione maſculorum potior cauſa ſit non tamen inde protinus ſequitur fœminarum jus planè extinctum atq; ſublatum eſſe, cum frequentiſſimum ſit in jure feudali ut ex pluribus ad feudum vocatis, unus quidam id obtineat, cæterorum verò jus in caſum mortis ejus nihilominus integrum maneat *c. 1. de ſucc. fratr. c. 1. de duob. fratrib. à cap. inveſt.*

Jus inquam non ex perſona poſſeſſoris competens, aut per mortem ejus de novo emergens, ſed ex perſona primi acquirentis in ipſum tranſlatum, ex cujus etiam perſona, non autem ex perſona defuncti ad feudum vocatur, eique non defuncto ſuccedere dicitur, & quidem ut ex tunc non ut ex nunc *Iſernia in capite primo, numer. ſeptimo de inveſtitut. de re alien. fact. Curtius ſen. conſil. 50. n. 17.*

Quod certè in allodialibus nunquam evenit, ibi enim tempus hæreditatis delatæ præcisè conſideratur & qui tunc ad ſuccedendum inhabilis eſt, etiamſi poſtea in eum ſtatum pervenerit ut ſuccedere poſſit, nihilominus ab eo ſucceſſionis capite manet excluſus *l. eum qui poſt. ff. de condicit. & demonſtrat. Dec. conſil. 40. volum. 1. Mandel. Alban. conſil. 106. numer. 12.* quamvis fieri poſſit, ut ex alio capite illi ipſi per quem excluſus eſt ſuccedat, ut in ſorore fratri per quem excluſa eſt ſuccedente paulò ante diximus.

In feudali autem ſucceſſione jus illius, qui per proximiorem excluſus eſt, ex eodem illo jure ad feudum vocetur, idq; tunc veluti effectum ſuum ſortiatur illo qui id hactenus impediit è medio ſublato.

Quæ cum ita ſe habeant cuivis apparet ab excluſione ſucceſſionis allodialis ad feudalem nequaquam argui poſſe & quod porrò conſequens eſt ex eo, quod maſculus fœminæ in feudi ſucceſſione præfertur non effici, ut fœmina penitus propterea excdatur.

Tertio loco Fachinæus communem feudorum naturam urget, quæ eſt ut fœminæ non ſuccedant: eo igitur totum rem interpretatione reducendam exiſtimat, ut jus commune feudorum quàm minimùm lædatur.

Sed & huic argumento à parente hîc *numer. vigeſimo nono.* reſponſum eſt atque oſtenſum non tàm generalem feudorum naturam quàm pacta mentemque contrahentium & inveſtituræ tenorem ex quo feudum peculiarem naturam ſortitur reſpiciendum eſſe.

Quod ſi Fachinæo nondum ſatisfacit cogitet quæſo ſi ex communi feudorum natura res decidenda eſſet, noſtræ ſententiæ generalem illam regulam plurimum ſuffragari, qua

traditur donec aliquis ex vocatis in inveſtitura ſupereſt feudum domino nequaquam aperiri.

Fœminas autem in inveſtitura vocatas eſſe nemini dubium eſt, etſi de intellectu & quatenus vocatæ ſint controverſia exiſtat: in ea autem dijudicādâ favorabiliores partes ejus ſunt, qui ex ipſis inveſtituræ verbis fundatam intentionem habet, eaq; ita interpretatur, ut & juri communi maſculis exiſtentibus ſatisfiat & iis deficientib. ſpes fœminarum non evaneſcat, nec benignitas Domini erga deſcendentes vaſalli bene meriti claudicet: Cum præſertim ſemel à jure communi feudorum receſſerit & feudo huic peculiarem quaſi naturam ex forma inveſtituræ dederit. Quod ſi reditum ad priſtinam naturam tantopere urgebit Fachinæus etiam hac in parte ipſi ſuperiores erimus, ſi enim ea interpretatio favorabilior eſt, per quam res ad priſtinam naturam reducitur noſtra profectò facilè palmam obtinebimus, cum per eam propior reditus ad jus civile fiat, ſecundum quod utriusque liberorum defuncti poſſeſſoris potior eſt conditio, quam cujusvis alterius. Ideoque traditum eſt conſuetudines feudales per quas fœminæ excluduntur tanquam correctorias juris communis odioſas & propterea interpretatione molliendas eſſe, ut fœminis via ſucceſſionis pateat, præſertim quando verba inveſtituræ non repugnant.

Vel hoc igitur nomine noſtra ſententia cæteris erit anteferenda.

QUÆSTIO XXXVII.

FILIABUS QUATENUS, ET QUANTA DOS EX FEUDIS perſolvi debeat.

SUMMARIA.

1. *Filiabus ex feudis dos debetur, aliis bonis non extantibus.*
2. *Imperfectis, qui ad ſucceſſionem feudi non admittuntur, debentur alimenta.*
3. *Alimenta decernuntur fratribus excluſis à primogenito.*
4. *Dos eſt inſtar alimentorum.*
5. *Dos reputatur pro onere feudi.*
6. *Hypotheca in feudis locum non habet.*
7. *Feudum dotis nomine non eſt tacitè obligatum.*
8. *Actiones perſonales contra ſucceſſorem ſingularem non competunt.*
9. *Filiabus pro dote competit actio in factum contra poſſeſſorem feudi.*
10. *Dotis quantitas, quæ eſſe debeat ex feudo.*
11. *Dos æſtimanda ſecundum facultates dotantis.*

Item ſecundum dignitatem parentis, num. 12.

Item juxta qualitatem mulieris dotandæ, num. 13.

Item juxta qualitatem mariti, n. 14.

Item juxta numerum liberorum, num. 15.

Potiſſimum verò conſuetudo loci attendenda, n. 16.

17. *Dos per conſuetudinem minor legitima conſtitui poteſt.*

Idq; in foro Saxonico ita receptum eſt: & quæ ſit hujus conſuetudinis ratio, n. 18.

19. *Dotis quantitatem dominus feudi æſtimare debet.*
20. *Dos filiæ à ſtatuto excluſæ minor legitima eſſe non debet, declaratur, numer. 23.*

Sed aliud

Sed aliud de conſuetudine obſervatur, num.21.

Legitimam petere non poteſt, qui à ſucceſſione eſt remotus.

24. *Matth.de Afflict.doctrina declaratur.*

25. *Dos, quæ debetur filiæ ex feudo, non tranſmittitur ea defuncta priuſquam maritetur.*

1 FIliæ † etſi in feudo non ſuccedunt, ſi tamen alia bona hæreditaria non ſuperſint, ex feudo dotari ſolent, *(a)* non ſolùm à patre, ſed & à quovis agnato, ad quem feudum devolvitur, quinetiam à do-
(b) mino *(b)* ipſo, feudo ſibi aperto.

Idque licet jure feudali diſertè cautum non reperiatur, æquitatis tamen ratione introductum, & longiſſimo uſu comprobatum eſt, cum etiam illis
2 perſonis, quæ propterea, quia † minus ſunt perfectæ, non ſuccedunt nihilominus tamen alimenta ex feudo debeantur, ut not. *Alvarott. Afflict. & Dd. in cap.1. an mutus, ſurdus, vel alioqui*
(c) *imperfectus. (c)*

3 Sic etiam videmus eo in caſu, ubi feuda ad ſolum primogenitum deferuntur, excluſis cæteris filiis, hiſce, etjamſi conſuetudo vel ſtatutum aliter
(d) non exprimat, alimenta deberi, *(d) ut not. Hoſtienſ. Joh. Andr. & Pan. in c. licet. de voto. argu. l. 1. ff. de tute. & ratio. diſtrah. cum multis aliis ad hoc propoſitum congeſtis de Tiraq. de jure primog. quæſt. 4. n. 33.*

4 Nam † & dos ipſa alimentorum inſtar eſſe ſolet, *arg. l. fin. de alime. & cib. leg. Alex. conſil. 208. lib. 2. & conſil. 48. lib. 3.* Neque refert, quod *in c. 1. §. donare. qualiter poterat olim feud. alien.* dicitur, feudum in dotem pro filia dari non poſſe. Nam hoc ita intelligendum eſt, ut ipſum feudum dotis nomine in alium ſine conſenſu domini transferri non poſſit: Interim tamen non impedit, quò minus ex feudo dos perſolvatur. Et hoc, quod filiæ ex feudo aliis bonis non extantibus, dotandæ ſint, clarè aſſeruit *Abb. in conſil. 12. incip. caſus talis eſt, magnificus dominus. col. 5. verſ. ſeptimum dubium lib. 1. Alex. conſil. 208. incip. viſo ſummario proceſſu, n. 7. lib. 2. & conſil. 48. inc. viſo ſtatuto, lib. 3. Curt. jun. in conſil. 21. & Hieronym. Schurff.* de generali conſuetudine Germaniæ teſtimonium perhibens: *in conſil. 24. volum. 1. & noviſſimè D. Borch. in tractat. feudal. cap. 7. num. 74.*

Secundum † hæc itaque rectè dos 5
pro onere feudi reputabitur, prout in ſimili ex eo, quod ſecundùm conſtitutiones regni Neapolitani frater ſororem dotare tenetur, dos onus feudi appellatur *ab Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. in c. 1. §. quid ergo: de inveſt. de re alien. fact. & in conſt. Neapol. lib. 3. rubr. 23. inc. in aliquib.* Ex quo loco apparet, id, quod interpretes de hoc onere dotandi ex feudo ſcriptum reliquerunt, magis dependere ex peculiari illa regni Neapolitani conſtitutione, quàm ex jure communi feudorum cum de hoc, ut dictum eſt, nihil eo jure diſpoſitum reperiatur.

Non tamen propterea feudum ip- 6
ſum dotis nomine tacitè obligatum erit, cum regulariter in feudis tacita hypotheca locum habere non ſoleat, ut tradunt *Dd. in l. ſi conſtante: ſol. matr. & Soc. in conſ. 19. inc. pro deciſione prædictæ conſultationis: col. 4. in fin.* & de dote filiarum hoc in ſpecie docuit: *Matth. de Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 3. rubr. 23. inc. in aliquibus: n. 35.* quia inquit, nulla lex hoc dicit: *& in c. imperialem: notab. 24. num. 38. de proh. feud. alien. per Freder. ubi etiam refert Andr. de Iſern. idem ſentientem: & in dec. 26. & in dec. 162. & hoc ſecutus eſt etiam Camer. in d. c. imperialem: in princ. mihi pag. 82. & pag. 91.*

Hinc igitur haud præter rationem dubitari poſſet, an † etiam actione ali- 7
qua conſultum ſit filiabus, ſi feudum ad tertium poſſeſſorem pervenerit,
cum, ut dictum eſt, filiæ † nullum jus 8
reale in feudo quæſitum habeant, actiones verò perſonales contra ſucceſſo-

ceſſorem ſingularem regulariter non competant, *l. fin. §. fin. de contrah. emt. l. 1. §. ſi hæres precepto: ad SC. Trebell. l. actionum genera: verſ. in perſonam: junct. gl. in verb. eundem. de actio: & oblig. l. quadam. §. is autem: de edendo: & Matth. de Afflict. in d. conſtit. Neapol. num. 38.* ait,

9 quod † filiabus competat contra tertium poſſeſſorem feudi actio in factum ſubſidiaria, quę tum regulariter datur, quando jura ſuadent actionem dari, neq; tamen aliquam ſpecialem concedunt. *l. quoties: de præſc. verbis.* Moveturque potiſſimum iis, quæ in ſimili ſcripta reliquit *Angel. in L. Papinian. §. ſi conditione: de inoffic. teſtam. Idem ſenſit etjam Camer. in d. c. imperialem: pag. 82. ubi ait*, horum onerum feudalium hanc eſſe naturam, ut tranſeant cum ipſo feudo, non modò contra agnatos, ad quos feudum vadit, ſed etiam contra dominum, cui feudum aperitur, ac etjam contra tertium poſſeſſorem quēcunque, *arg. l. 1. & 2. C. ſine cenſu: & l. hactenus: l. quæro. de uſufruct. per quæ hoc tradit Iſern. in d. conſtit. in aliquibus.* Non tamen ita [*inquit*] pertranſire credas, ſicut de hypotheca dicimus, quæ jus cauſatur in re, ſed potius ut inſtar actionis in rem ſcriptæ, de qua *in l. metum: §. cum autem: quod metus cauſa*, perſonas feudum poſſidentes perſequantur, ita quidem, ut obligetur feudatarius occaſione feudi, non autem ut jus diſtinctum cauſetur in feudo, argumento *text. in l. fundus. §. quanquam. de reb. cor. Bald. in l. ſi pupillorum: §. ſi obligaverit. eod. tit.*

10 Cæterùm † de ipſa quantitate dotis nihil certi definitum habemus: quamobrem tenendæ erunt regulæ illæ generales, quas in æſtimatione dotis conſiderandas eſſe docet *Matth. de Afflict. in d. conſtitut. Neapolitan. lib. 3. rubr. 23. num. 53.*

11 Primò † enim ait, conſiderandas eſſe facultates dotantis, *ut in l. cum poſt: § gener. ibi. dotis etiam quantitas pro modo facultatum: & in l. quæro. ibi ex facultatibus: de jure dotium, l. ſi filia. ibi, non eſt difficile ex dignitate & facultatibus, de leg. 3.*

Secundò † ſpectari debet dignitas parentis, *d. l. ſi filia. ibi: ex dignitate.* 12

Tertiò † qualitas ipſius mulieris, quę dotari debet, *d. l. quæro, ibi, dignitatem mulieris, & l. ſi curatoris, ibi, quod moderatùm eſt, honeſtæ perſonæ præſtare cogatur: C. de adminiſtr. tutor. l. tam dementis. C. de Epiſc. audient.* 13

Quartò qualitas mariti: *d. l. quæro. ibi, ex dignitate mariti: & d. §. Gen. ibi dignitatem mariti:* 14

Quintò † numerus liberorum, *ut in dict. leg. ſi filia*, ſicut etiam in taxanda legitima numerus liberorum attenditur, *ut in authen. noviſſima: de inoffic. teſtam.* 15

Sextò † potiſſimum attendenda conſuetudo patriæ, *ut in l. quod ſi nolit, § qui aſſidua: de Aedilitio edict.* 16

Conſuetudo enim eſt optima legū interpres: *l. minimè. & l. ſi de interpretat.*
de ll. uſque † eò, ut per conſuetudinem 17
patriam dos minor legitima conſtitui poſſit, *ut ait Bald. Nov. in tract. dot. chart. 18. in 3. col. quem refert & ſequitur Afflict. in d. loco.*

Ex † quo ultimò ſequitur, cum apud 18
noſtrates longiſſimo uſu inoleverit, ut filiabus ex feudo exigua dos conſtitui ſoleat, adeò, ut, licet quis feudum poſſideat magni precii, rarò tamen ultra mille florenos, ſæpius verò minus filiæ in dotem dari ſoleat, quod ſecundum hanc inveteratam conſuetudinem apud noſtros ſit inſtituenda dotis æſtimatio, cum ut dictum eſt, in dote conſtituenda mos regionis potiſſimum ſit conſiderandus, id quod tenuit etiam *Ruinus in conſil. 56. inc. viſis & diligenter conſideratis: col 5. & 6. lib. 3. & conſil. 152. incip. proſequendo ordinem: nu. 8. lib. 5. Corn. conſil. 316. incip. quoad primum: col. 4. verſ. legitima autem: lib. 1. conſ. 48 incip. in hac conſultatione: col. pen. conſil. 91. incip. viſa facti narratione: nu. 8. conſil. 170. incip. licet poſſet inſtari: col. penult.*

Google

penult.conſil.111 incip.licet videatur prima facie dicendum : col.fin. conſil. 162. incip. primo aſpectu videbatur dicendum.col.penult.lib.2.Socin.jun.conſil.288.incip. circa primam quæſtionem : col.7.lib. 2.Par. conſ. 26.incip. Pactum illud : n. 88. & conſil. 83. inc.pro reſolutione : n. 13. lib.3. Neq; enim probabili ratione caret conſuetudo illa : cum hoc pacto non ſolùm familiæ conſerventur, ſed & maximè liberis conſulatur, qui alioqui ſi dotes amplæ conſtituerentur, propter dotalitium, quod viciſſim dos exigit, tanto prægravarentur onere, ut defunctis patribus feuda paterna raro conſervare poſſent, id quod etiam proverbio apud noſtros cauſam dedit, ut dici ſoleat, mulieres divites paupertatem liberis afferre, **reiche Weiber / arme Kinder.**

19 Deniq; † notandum eſt, quod, ſi de dotis quantitate inter partes non convenerit, in arbitrio domini (e) feudi ſitum ſit, ut is conſideratis circumſtantiis jam commemoratis, dotem æſtimet. Nam cum domini plurimum interſit, ne feuda dotibus vel alia ratione nimium onerentur, neq; etiam hoc ſine ipſius conſenſu, præterquam quod ipſa natura rei ferat, jure fieri poſſit, meritò ſuas hoc loco interponere debet partes: in quam ſententiam ſæpius reſponſum fuiſſe memini. Reperio quidem reſponſum quoddam Germanicum Scabinorum Lipſenſium additum ad finem ſpeculi Saxonici, in quo dotis quantitas ita fuit æſtimata, ut de tribus millibus duabus filiabus ad minimum dotis nomine quadringenta, atq; adeò cuilibet ducenta perſolvenda ſint.

Sed cum nihil certi hac de re, ut dictum eſt, definitum habeamus, quid in æſtimatione iſta ſecuti fuerint Scabini, conjicere non poſſum, neque arbitror probabilem hujus iniri poſſe rationem : quinimo haud ſcio, an præter dominum feudi alius hanc ſibi poteſtatem jure arrogare poſſit. Longè itaque tutius eſt, ut hoc poteſtati domini reſervantes, ejus relinquamus arbitrio.

Non defuerunt etiam magnæ apud noſtrates auctoritatis viri, qui exiſtimarunt, dotis æſtimationem ſecundum computationem legitimæ inſtituendam atq; minorem † legitima eſſe non debere, adducti, quoniam ab interpretibus uno ore traditum eſt quotieſcunq; filiæ, quæ à ſucceſſione ſtatuto removetur, dos eſt relinquenda, quod tum ea minor legitima eſſe non poſſit, *ut docuit Salicet in l.ſancimus: in fin.Codic.de nupt. & in auth. res quæ : 2. nota.C.communia.de legat. Paul. de Caſtr. in conſil.365.ſi ſtatutum : lib.1. Alex conſ.69. incip ſuper primo dubio : num.2.vol.1.& in conſil.7.viſis : vol. 2. & in conſ.83. viſo ſtatuto : vol.4.& in conſ.121.incip. conſideratis verbis.vol.6. Dec. conſ. 180. viſa renunciatione facta : in prin. ubi hanc opinionem communem appellat, à qua in judicando recedendum non ſit : Curt.ſeni.in con 27. magnificus vir.in 4.dubio : & in conſ.73.incip. ſuper memorata :verſ.octavò principaliter, & in conſil.38.viſo ſtatuto : Socin. in conſil. 182.licet filia : & in conſil.207.incip.in cauſa dominæ Annæ : in prin. Corn.in conſ.197. incip. circa primum conſultationis articulum : in 2. col.verſ.ſed ſi filia : vol. 1. & in conſil.172.in hac conſultatione : vol.2.& in conſ.258. quanquam : vol.3. & in conſ. 40. incip. circa hanc conſultationem : verſ. verum quia : & in conſil.200.incip.ardua plurimum.in princ vol.4. Jaſ.in conſ.19.incip. præſentis conſultationis caſus talis eſt : lib.1. Ex quo etiam in propoſito noſtro hoc docuit Matth.de Afflict.in d.conſt. Neap.nu 36. & 43.* generaliter concludens, quod dos, quæ ex feudo debetur filiabus, ſuccedat in locum legitimæ, & propterea ſecundùm eam æſtimari debeat. Idem † tenuit *in deciſ.76 & in dec. 160.& in dec. 162.* ſed horum errorem facilè arguit paulò antè commemorata conſuetudo lippis & tonſoribus nota, ſecundum quam in æſtimatione dotis nullam haberi legitimæ rationem plus quàm manifeſtum eſt.

Quæ

Quæ quidem conſuetudo in propoſito vel ea de cauſa exactius erit obſervanda, quia ut filiæ ex feudo dotem petere poſſint, æquitatis ratione ita introductum eſt, cum alioqui ſecundum juris feudalis regulas à ſucceſſione feudi penitus removeantur, nulla reſervata ipſis vel dotis vel legitimæ petitione. Quomodo igitur quæſo ex feudo, in quo nullum ſuccedendi jus habent, dotis nomine legitimam petere poterunt?

22 Regulariter † enim illi, qui à ſucceſſione penitus excluditur, nulla competit legitimæ petitio, *ut not. Dd. in c. licet: de voto: & nos in ſequenti quæſtione pluribus firmabimus.* Nec quicquam huic ſententiæ obſtat communis illa doctrina in contrarium adducta.

23 Nam † interpretes, qui illam ſequuntur, eo de caſu loquuntur, quo filia ſtatuto eſſet excluſa à ſucceſſione, reſpectu dotis, quæ ſibi ex bonis paternis perſolvi debet. Cùm enim veriſimile non ſit, ſtatuentium propoſitum fuiſſe, filiam fraudare legitima, ſed ex hoc, quod illam ratione dotis accipiendæ à ſucceſſione removent, credibile ſit, legitimam eos integram ſervare voluiſſe, inde deſcendit, quod dos ſecundum quantitatem legitimæ æſtimet. ut cuivis locos paulò ante citatos intuenti facilè patebit, & doctrinam iſtam ita etiam declaravit *Thomas Grammaticus Deciſ. 57. num. 22.* Hæc verò ratio in præſenti themate omnino ceſſat, non enim filiæ reſpectu dotis, quam ex feudo conſequi deberent, removentur ab ejus ſucceſſione, ſed nullus penitus ipſis in feudi ſucceſſione relinquitur locus.

Nulla igitur legitimæ poterit imputatio.

Sic † etiam *Matth. de Afflict.* in ſpeciali caſu conſtitutionis Neapolitanæ loquitur, ſecundùm quam filiæ, extantibus maſculis, reſpectu dotis ſolummodo excludebantur à ſucceſſione, tum demum, quando dotatæ eſſent, uſq; eò, ut, ſi frater dotem præſtare recuſaret, filia ad ſucceſſionem aſpirare poſſet, ut apparet ex iis, quæ tradit in *d. conſt. Neapolit. lib. 3 rubr. 23. num. 25.* ubi disertè inquit, quod filia in Regno non ſit totaliter excluſa à ſucceſſione, ſed conditionaliter, ſi dotetur: & ſi minus, quod tum ſuccedat. Ita etiam conſtitutionem illam interpretatur *Thoma. Gram. in d. deciſ. 57. num. 39. in fin. & Joh. Ant. Cannetius in d. c. volentes: non eſſet ocioſum quærere.* Quare neque hæc doctrina ad propoſitum noſtrum pertinere poterit. Sed quia hoc dependet à quæſtione illa, an & quatenus filiæ ex feudo legitimam petere poſſint, quæ altiorem requirit indaginem, ideo de hac in ſequenti quæſtione peculiariter videbimus. 24

Illud † hoc loco præmittendum non eſt dotem illam, quam ex feudo filiabus deberi firmavimus, ad hæredes filiæ non tranſmitti, ſi ea prius, quàm maritetur, deceſſerit, *ut docet Bart. in l. Titio centum: §. Titio genero: de condit. & demonſtr. quod ſequitur & declarat Paul. de Caſtr. ibi; & in conſil. 6. quæſt. 16. vol. 2. Alex. conſ. 13. incip. circa primum, n. 10. vol. 3. Socin. conſil. 92. vol. 3. Joh. Ant. Cann. in d. c. volentes: §. non eſſet ocioſum quærere.* 25

ADDI-

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) DOtari ſolent] affirmant hoc *Schrader de feud. part. 8. cap. 1. nu. 38. Vultej. tract. eod. lib. 1. cap. 9. n. 57. Gail. 1. obſervat. 112. n. 7. & lib. 2. de pace publ. cap. 17. nu. 18. Mynſing. cent. 4. obſervat. 36. nu. 5. & ſeq. Modeſtin. Piſtor. conſ. 5. quæſt. 2. num. 22. vol. 1. Jacob. Schultes in addit. ad Modeſt. Piſtor. quæſt. 122. n. 33. lib. 3.* Dubitat de hoc *Joan. Köppen deciſ. 54. n. 85. & ſeq* qui tamen *nu. 87.* ſeipſum ſcire ait, in Germania prædictam concluſionem quotidiè obſervari, adeoque ratione conſuetudinis iſtius vaſallum teneri fœminas ex feudo elocare. Et conſtitui debet dos pro dignitate perſonarum & qualitate bonorum *l. quæro de jure dot. l. ſi filia. ubi Bart. de legat. 3.*

(b) Domino ipſo] Idem ſtatuit *Joan. Borcholdt. cap. 7. num. 74.* Schneidewein. *ad §. fuerunt 29. Inſtit. de act. num. 97. Beuſt. tractat. de connub. part. 3. cap. 4. poſt med. Vultej. de feud. lib. 1. d. cap. 9. nu. 54.* ubi hoc procedere ait etiam in illo, qui neque dominus eſt, neque à vaſallo defuncto cauſam ſuam habet, adeo ut contra tertium poſſeſſorem fœminæ dicatur competere actio in factum ſubſidiaria.

Alioqui imperfectus] Adde *Jacob. Schultes in addit. ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 512. num. 4. Beuſt. ad l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 874.* (c)

Alimenta deberi] De alimentorum præſtatione ex feudis vide omninò *Jacob. Schultes in addit. ad Modeſtin. Piſtor. d. quæſt. 122. nu. 87. & multis ſeqq.* (d)

In arbitrio domini] Vide *Daniel Moller. ad conſtit. Electoral. Saxon. 50. n. 15. verſ. quod ſi de ſumtib. part. 2. Matth. Coler. deciſ. 213. n. 2. part. 1. Rauchbar. quæſt. 38. n. 1. part. 1.* (e)

QUÆSTIO XXXVIII.

FILIABUS UTRUM DEBEATUR LEGITIMA EX FEUDO, SIVE ISTUD ex pacto & providentia, ſive hæreditarium fuerit. Quid item juris ſit in feudo novo à patre emto.

1. *Feudum antiquum ex pacto & providentia filiis in legitimam non imputatur.*
   Hæreditarium verò imputatur, ſive novum ſive antiquum ſit: n. 3.
2. *In legitimam ea duntaxat commemorantur, quæ immediatè à patre proficiſcuntur.*
4. *Feudum novum ex pacto & providentia imputatur in legitimam, juxta communem.*
5. *Militia à patre quæſita filio computatur in legitimam,*
   Sic etiam peculium profectitium imputatur.
6. *Patris occaſione quæſita in legitimam referuntur,*
6. *Feuda ex patrimonio domini adinventa ſunt.*
   Legitimæ in jure feudali nuſquam fit mentio: declaratur n. 10. & 13.
8. *Legitimæ in feudis propter voluntatem domini ratio non habenda videtur, contra n. 14.*
9. *Publica utilitas antecedit debitum legitimæ.*

Digitized by Google

10. *Filiis competit querela inofficioſæ donationis in feudo uni ex liberis conceſſo.*

Niſi alia ſuperſint bona, ex quibus legitimam conſequi poſſint, n. 14.

Caſus omiſſus in jure feudali relinquitur diſpoſitioni juris communis.

11. *Filio primogenito querela competit, ſi pater feudum, quod ad ipſum ſpectabat, ſecundo genito conceſſerit, conſentiente domino.*

12. *Lex quævis interpretanda ſecundum bonum & æquum.*

13. *Feudale jus quatenus cenſeatur rigoroſum.*

14. *In feudo hæreditario quatenus pater filiis obeſſe poſſit.*

15. *Legitima regulariter filiabus ex feudo non debetur, uſq; eò, ut nec etiam in computatione legitimæ feudi ducatur ratio, neque de æſtimatione feudi legitima præſtanda ſit: n. 20. neque refert, utrum feudum fuerit novum, nu. 25.*

Idem etiam obtinet in feudo hæreditario, ut contra Burſat. cujus argumenta recenſentur num. 26. copioſè defenditur nu. 34. refutatis argumentis ejuſdem, nu. 35. auctoritates ab eo citatæ examinantur, n. 42.

Fallit in feudis, in quibus filiæ etiam ſuccedere poſſunt, nu, 44.

Item fallit in feudo novo emto. Nam etſi quidam putarint neq; ex hoc legitimam deberi, quorum argumenta referuntur nu. 46. Contrarium tamen firmatur. nu. 64. & objectis reſpondetur, n. 72. & 73.

Legitimam petere non poſſunt, qui ab inteſtato non ſuccedunt, n. 15. & n. 49.

16. *Legitima dicitur portio ejus, in quo quis ſucceſſurus eſſet ab inteſtato.*

17. *Ejus, quod non eſt, nulla poteſt dari portio.*

18. *Filia ſtatuto excluſa à ſucceſſione, cur legitimam quandoq; magis petere poſſit, quam ex feudo, & nu. 40.*

19. *Legitima peti non poteſt à filiis, quando feudum ad ſolum primogenitum pertinet, uſque eò, ut reliquis neq; feudum conferendum, neq; æſtimatio legitimæ præſtanda ſit: num. 21. & num. 39.*

20. *Legitimam qui petere non poſſunt, illis conferendum non eſt.*

Æs alienum deducendum ante legitimæ computationem.

21. *Legitimæ æſtimatio quando præſtanda ſit, ubi ea de bonis ipſis perſolvi nequit, & nu. 30. & 39.*

22. *Guid. Pap. doctrina declaratur.*

23. *Ægid. Bellam. doctrina declaratur.*

24. *Marzarii doctrina declaratur.*

26. *Legitima debetur de omnibus bonis patris.*

27. *Feuda hæreditaria ſunt de corpore hereditatis, declaratur n. 35.*

28. *Quæ in legitimam imputantur, ſolent etiam conferri: declaratur num. 37.*

29. *Ad feuda, quæ ad extraneos tranſeunt, & de quibus pro libito quis diſponere poteſt, pertinent ſtatuta de lucro dotis.*

Et legitima de his feudis detrahitur: Cur ſecus in ſimplici feudo hæreditario, nu. 38.

30. *Legitima ubi in re, vel corpore præſtari non poteſt, æſtimatio ejus ſolvenda: declaratur nu. 39.*

31. *Legitimam petere poteſt is etiam, qui à ſucceſſione excluditur. declaratur. nu. 40.*

32. *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

33. *Dotis quantitas pro ratione legitimæ conſtitui debet: declaratur. numero. 41.*

36. *Feudum utrum imputetur in legitimam & an inde debeatur legitima, plurimum differunt: & nu. 45.*

42. *Abbatis doctrina declaratur.*

43. *Capitii doctrina declaratur.*

45. *Filiæ neq; in feudo emto ſuccedunt. non igitur legitimam petere poſſe videntur: & nu. 47. & ſeqq. & reſpondetur. nu. 43.*

46. *Filias ex feudo novo emto legitimam petere poſſe, nuſquam cautum reperitur. reſpondetur. n. 72.*

48. *Feudum etiam emtum propriam naturam retinet, præſertim quando non à domino, ſed ab alio poſſeſſore emitur: Vel quando etiam ultra precium ſervitia præſtantur.*

49. *Legitima non habet locum in feudis dignitatum.*

50. *Pecuniam in emtione feudi collatam pater, ut ſuam pro libito erogare poterit: ergo liberis inde legitima non debetur: ſed reſpondetur. numero. 76.*

Quili-

Quilibet rerum ſuarum eſt arbiter: declaratur nu.51.

52. Legitima debetur de bonis extantibus tempore mortis.

Pecunia, unde feudum fuit emtum, non amplius extat: ergo legitima inde non debetur. Sed reſpondetur. n.77.

53 Subrogatum ſapit naturam ſubrogati: fallit quando aliud eſt diſpoſitum in ſubrogato, n 55.

54. Res ſuccedit loco precii: & è converſo: Procedit hoc in univerſalibus, ſecus in particularibus, n.56.

57. Legitima non debetur liberis in vita patris.

58. Liberi quatenus cenſeantur domini vivente patre.

59. Liberi cum vivente patre nihil juris habeant in bonis paternis, impedire enim non poſſunt, ne pecuniam in feudum convertat: reſpondetur. n.79.

Deſtructo antecedenti, deſtruitur etiam conſequens.

Deſtructo ordine, deſtruitur ordinatum.

60. Legitima & ejus ſupplementum tantùm de bonis allodialibus, non de feudalibus peti poteſt.

61. Emphyteuſin acquiſitum pro ſe & filiis pater uni filiorum prælegare poteſt.

62. Legitimam ex feudo peti non poſſe conſuetudine introductum eſt.

Et quæ ſit hujus conſuetudinis ratio, declaratur n.80.

63. Pater emens feudum cenſetur precium iſtud filiis donare & hac donatio in vita patris valet, n.65.

64. Conferri debent ea, quæ pater filio ita donat, ut in vita valeat donatio.

Sive hæc tacita ſive expreſſa fuerit.

Filii tenentur conferre precium collatum in emtionem feudi.

66. In feudis quandoq; habetur ratio precii, licet quis in ipſo feudo ſuccedere non poſſit.

In legitima filiarum æſtimanda in feudo emto cur magis ad precium, quàm ad feudum reſpiciatur.

67. Pater ſi donatione inofficioſa liberos defraudaverit legitima, tum hiſce querela competit, ſive donatio tacita, ſive expreſſa fuerit.

68. Querela inofficioſi contra titulum oneroſum non competit.

69. Filiabus competit querela inofficioſæ donationis contra fratres, quando ob pecuniam in feudi emtionem collatam legitima fuerunt defraudatæ. Item. nu78.

70. Jure feudali permiſſum non eſt patri filias legitima defraudare.

71. Æqualitas inter liberos maximè obſervanda.

Æqualitas ut ſervetur, in legato veniunt, quæ aliàs non comprehenderentur.

Inæqualitas ut videtur, ea conferantur ſæpius, quæ alioqui non eſſent conferenda.

Opinio ea tenenda, per quam liberi ad æqualitatem reducantur.

74. Filiæ cur magis de feudo emto legitimam petere poſſint, quàm de reliquis feudis.

75. Familiæ conſervandæ gratia pater liberos legitima defraudare non poteſt.

81. Bonorum appellatione quando veniant feuda.

82. Æs alienum quando legitimam minuat.

83. Filii quatenus cenſeantur capere feudum tanquam æs alienum.

84. In legitimam non computantur, quæ ut æs alienum quis capit.

85. Res reſtitutioni ſubjectæ quatenus in legitimæ computationem non veniant.

86. Inofficioſi querela uti licet, etſi collatio locum non habeat:

87. Filii in feudo utrum cenſeantur habere titulum oneroſum.

HIs, quæ de filiabus ex feudo dotandis in proximè præcedentibus diximus, affinis eſt illa quæſtio, an & quatenus filiæ ex feudo legitimam petere poſſint, quam ut dilucidè explicemus, ſciendum eſt, hac de re non uno modo quæri ſolere. Quandoque enim de eo agitur, utrum feudum filiis debeat imputari in legitimam, quandoque, utrum ſi pater feudum cum conſenſu domini uni filiorum conceſſerit, quod ipſi permiſſum eſſe *ſuprà quæſtio.4.& 13. abunde probavimus*, atque hoc ipſo reliquos in legitima defraudaverit, filii legitimam ipſorum ex feudo petere poſſint per querelam inofficioſi: quandoque v. quæritur, an filiabus ex feudo le-

Digitized by Google

do legitima debeatur: quæ, quia in ſe plurimum differunt, à multis verò haſce quæſtiones confundi videmus, ideo prius, quam de ultima, quæ propoſiti noſtri eſt, agamus, de primis duabus majoris perſpicuitatis gratia pauca ſaltem præmittemus. Ac primo quidem, quando de legitima filiis imputanda agitur, ſolet ab interpretibus communiter diſtingui inter feudum antiquum & novum. In feudo antiquo iterum refert, utrum id hæreditarium, an verò feudum ex pacto & providentia fuerit.

1 Nam † in feudo antiquo ex pacto & providentia uno ore concludunt interpretes, iſtud in legitimam filii minimè imputandum eſſe: quippe cum feudum iſtud potius ex pacto anteceſſorum quæſitum, quàm à patre pro-
2 fectum eſſe cenſeatur, ea † verò demum imputari ſoleant, quæ immediatè à patre & bonis ejuſdem proficiſcuntur. *l. omnimodo. §. imputari: l. quoniam Novella: auth. noviſſima. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſtam. Alex. & DD. in l. pater filium: 54. nu. 3. verſ. & veritas videtur: ad L. Falcid. & in l. ſi patroni: ad Trebell.*

3 E contrario verò in feudo hæreditario communiter receptum eſt, hoc filiis in legitimam imputandum eſſe, cum illud intelligatur eſſe de rebus hæreditariis, & in eo jure hæreditario ſuccedatur, *quemadmodum ſuprà quæſt. 1. & 2. copiosè firmavimus: ita per text. in d. §. imputari: l. omnimodo: tenent. Alex. & DD. in d. l. ſi patroni: & alii mox citandi.* Ad feudum novum quod attinet, hoc etiam ſine controverſia approbatum eſt iſtud, ſi quidem hæreditarium ſit, filiis eſſe in legitimam imputandum. Si enim hoc, ut jam diximus, in feudo antiquo procedit, utiq; multò magis locum habebit in feudo novo.

4 Sed † quando de feudo novo acquiſito pro ſe & liberis, quod vulgò ex pacto appellant, agitur, non defuerunt, qui putarunt, iſtud perinde, ut feudum antiquum, filio non eſſe imputandum *ut ſenſit Angel. Cuman. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi patroni: Angel. in §. optimè: in Auth. de nupt. Bald. in conſil 110. ſubſtitutio facta lib. 5. Fabian. de Gioch. in auth. noviſſima: quæſt. 9. verſ. Decimoſeptimò quæritur: C. de inoffic. teſtam & ibi etiam Marcus Cuchus ſub tit. quæ ſunt imputanda in legitimam:* Longè tamen maxima interpretum pars contrà exiſtimavit, hoc etiam feudum in legitimam connumerandum eſſe, tum quod feudum novum genus eſt quoddam mili-
tiæ, quam † in legitimam imputari non 5
eſt dubium, *d. §. Imputari:* tum quod ejuſmodi feudum ex contractu patris quæſitum fuit, ſicq; peculii quodammodo profectitii inſtar obtinet, quod ipſum quoq; ad legitimam referri ſolet *l. profectitia: in princ. de jure dotium. l. quoniam in novella: C. de inoffic. teſtam.* Cum præſertim in poteſtate parentis ſitum fuerit ab initio, utrum hoc acquirere voluerit, nec ne, argum. *l. quia autem: §. 1. quæ in fraud. credit. l. quia poterat: ad SC. Trebell. §. ſed neque inſt. de auctorit. tutor.* tum † denique quod o- 6
mnia, quæ occaſione patris conceduntur (quale eſt feudum pro ſe & liberis quæſitum) in legitimam accepta feruntur: *l. filiæ 18. C. famil. herciſc. Hoc tenuit Salicet. & Paul. de Caſtr. in d. §. imputari: Alex. in d. l. ſi patroni: & conſ. 27. incip. videtur prima conſideratione: n. 2. & ſeqq. & conſil. 179. incip. viſo proceſſu: n. 4. vol. 5.* Et hanc diſtinctionem reliqui etiam DD. unanimiter ſequuntur: *Franciſ. Ripa in l. in quartam: nu. 179. & ibi Ruin. nu. 29. qui dicit, eam communem eſſe: ad L. Falcid. Curt. jun. in tract. feud. parte 4. quæſt. 30. in fin. verſ. tertia poteſt decidi dubitatio: nu. 134. Molinæ. in addit. ad conſil. 8. Alex. in verbo legitimam: lib. 3. Capitius deciſ. 2. nu. 7. Fernand. Vaſquius lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 30. part. 2. n. 285. Hannet. lib. 2. cap. 10. Julius Clar. in d. §. feudum: quæſt. 46. ubi dicit hanc opinionem magis communem Franciſc. Burſat. conſil. 132. incip. petita per nobilem: nu. 13. vol. 2.*

Eandem

Eandem tanquam unanimi conſenſu approbatam ſecutus eſt etiam noviſſimè *D. Jacob. Thoming in quæſt. 2.* Et hæc de prima quæſtione tradita reperiuntur: quæ quia non ſunt hujus loci, magis quid ab interpretibus communiter receptum ſit, referre, quàm noſtrum judicium interponere voluimus.

7 In † altera quæſtione dubitationem movet, quod feuda adinventa ſunt ex patrimonio Regis, vel principis propter bonum publicum. *c. 1 de probib. feud. alien. Iſern. in c. 1. §. valvaſores: de his qui feud. dar. poſſ.* Nam publicam utilitatem, non autem filiorum commoditates, vel æquitatem aliquam leges feudales ex conſuetudine, quæ per ſe rigoroſa eſt, proficiſcentes conſideraverunt: quapropter jus feudale nuſquam ipſius legitimæ meminit, ſufficere putans, ſi malitiæ, quam pro ſcopo habebat, ſatisfactum eſſet, *ut in c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud. amitt.* Non igitur ea, quæ de legitima liberorum jure communi tradita ſunt, ad feuda pertinere videntur.

8 Id † quod præterea ex eo manifeſtum eſſe videtur, quoniam in feudorum alienatione non ſolùm patris voluntas attenditur, ſed vel maximè etiam ipſius domini, qui, ſi placuerit ei, feudum ad alium transferre, magno afficeretur damno, quando res ſua contra voluntatem propriam ex legitimæ petitione aliter ad ſucceſſores iret, *l. fin. de uſu & habit.* ut ita feudalia bona plurimum videantur differre à bonis allodialibus, quæ ſola voluntate patris ad alium devolvuntur. Non itaq; legitimæ ratio in feudis ducenda erit, propter voluntatem domini, à cujus nutu omnis contractus feudalis dependet. Accedit tertiò, quia aut eſt feudum ex pacto & providentia, & tum pater etiam conſentiente domino, non potuit præjudicare filio, ſaltem juxta communem interpretum ſententiam, *de qua ſuprà quæſtio. 13.* copioſè egimus, & ſic portionem ſuam integram habebit: aut verò eſt hæreditarium, tum pater in toto feudo ipſi præjudicare poſſet, quia in tali feudo filius non auderet venire contra factum defuncti. *ut tradunt Iſer. & DD. in c. 1. de alienat. feud. patern. per l. cum à matre: C. de rei vendic.* atq; inſuper etiam in ipſa legitima, quæ aliàs propter donationem inofficioſam ei deberetur, propterea quia † publica utilitas, 9
quam, *ut diximus*, feuda potiſſimum reſpiciunt, antecedit debitum legitimæ, *ut not. Bald. in auth. hoc amplius: C. de fideicommiſſ.* dum *text. in c. licet de voto*: qui filium propter inobedientiam privat bonis jure primogenituræ acquiſitis, uſq; eò, ut nec legitimam inde ſervare poſſit, ita interpretatur, quod hoc propter utilitatem publicam ſit introductum.

Hiſce † tamen non obſtantibus, 10
exiſtimandum eſt, ſi pater conſentiente domino feudum uni filiorum conceſſerit, in caſu nimirum, quo hoc ab ipſo fieri poteſt, & hac ratione reliquos filios legitima defraudaverit, quod nihilominus hiſce competat remedium querelæ inofficioſæ donationis, qua legitimam ſuam conſequantur. Nam etſi jure feudali de legitima nihil diſpoſitum reperiatur, nihilominus verum tamen eſt, quod omnia illa, quæ expreſsè non ſunt determinata per leges feudales, relinquantur diſpoſitioni juris communis *c. 1 de feud. cognit.* Quo jure cum ſatis clarè definitum ſit, filius, qui donatione defraudantur legitima, querelam inofficioſæ competere, *l. 1. & 2. C. de inoff. donatio.* neq; aliud jure feudali cautum ſit: conſequens ſanè eſt, ut hoc caſu etiam de feudorum donatione ex jure communi judicemus. Hoc per rationem iſtam poſt Andream de Iſernia firmavit *Camerarius in c. imperialem: §. præterea ducatus: mihi pag. 832. verſ. circa tertium caput, ex hoc ipſo pag. 844.* generaliter tradens quod, ubicunq; lex feudalis dat legitimam filio in re Burgenſatica, eodem modo, ſi pater alienavit feudum cum aſſenſu, filio detur legitima in feudo.

11 Atque † hinc in terminis fortioribus concludit, quod, ſi pater feudum, ad primogenitum tantùm pertinens alteri filio cum conſenſu domini dono dederit, primogenitus inde legitimam, per querelam inofficioſæ donationis petere poſſit, non obſtante, quod feudum iſtud alioqui individuum ſit, cum hoc caſu duntaxat æſtimatio feudi præſtanda ſit, ut legitimæ ſatisfiat. Idem in caſu pene ſimili ſenſit *Molinæus in conſuetudini: Pariſ. §. 8 gl. 4. n. 5. & 8.* dum ibi conſuetudinem, quæ primogenito principalem manſionem cum feudo contiguo defert, ita interpretatur, ut,
12 † ſi nulla alia bona ſuperſint, nihilominus reliquis filiis legitima ex hoc feudo ſit perſolvenda, adductus, quia omnis lex, ſtatutum, vel conſuetudo, intelligi debet ſecundùm bonum & æquum, ne aliquid iniqui contineat, *l. ſcire oportet: §. aliud autem: de excuſ. tut. l. nam abſurdum: de bon libert. l. penult. ad exhibend.* Neq; huic ſententiæ quicquam obſtant ea, que dubitationis movendæ gratia fuerunt in medium allata.

13 Nam † etſi non negamus, conſuetudinem feudalem, ut primo loco dictum fuit, rigoroſam eſſe, & hoc potiſſimum curare, ut milites ſuos paratos habeat ad militandum: hoc tamen, *ut declarat Camera. in d. loco pag. 837.* in eo ſolum procedit, quod expreſsè lex feudalis ſtatuit. Cætera verò, quæ conſuetudo ipſa omiſit, regulis juris communis commiſit, *d. c. 1. de feud. cognit.* Quamobrem cum lex feudalis de legitima filiis debita nullam mentionem fecerit, à regulis juris civilis determinationem capiet, ut paulò ante diximus.

14 Ad † ſecundum argumentum reſpondet *Camerarius pag. 845.* conſenſum domini ideo hoc caſu non poſſe impedire, quò minus legitima de feudo detrahatur, quoniam dominus conſentiendo ſolummodo obſtaculum tollit. vaſallus verò principaliter feudum transfert. Non igitur mirum, cur de hoc facto parentis filius jure conqueri poſſit, quamvis domini conſenſus acceſſerit.

Deinde ait, quod domini conſenſus nullo modo obſit, ex eo apparet, quia ſequeretur, quod in re Emphyteuticaria, quæ non alienatur ſine conſenſu domini, etiamſi hæreditaria ſit, filio non daretur legitima: quod quidem ridiculum eſſet dicere, nec jure cautum reperitur, ut, ubi requiritur aſſenſus domini directi, non detur legitima. Poteſt præterea pro ſolutione hujus argumenti conſiderari, quod dominus ab initio feudum hoc vaſallo & liberis ejus ſive hæredibus conceſſerit. Nam cum ex hac ipſa domini conceſſione filii jus quæſitum habeant; minus ſanè ægre ferre poteſt dominus, ſi hoc ipſorum jure liberi petentes legitimam etiam contra ipſum dominum utantur. Eſt enim, quod ſuæ facilitati impenſum ferat, dum id, quod prius omnibus conceſſit, nunc ad unum transferri patitur. Quod denique ultimo loco de feudo hæreditario dictum eſt, filium parentis factum de eo præſtare debere, minus urget. Nam etſi verum ſit, patrem poſſe nocere filio in feudo hæreditario: iſtud tamen introductum eſt ad exemplum bonorum hæreditariorum. Certum eſt autem filio in rebus hæreditariis, ad legitimam quod attinet, patrem præjudicium gignere non poſſe. Conſequens eſt igitur, neque etiam in feudo hæreditario legitimam filiorum patrem auferre poſſe. ut pluribus hoc declarat *Camer. pag. 843.*

Erit tamen concluſio iſta ita intelligenda, niſi pater, qui uni filiorum feudum conceſſit, alia bona reliquerit, ex quibus reliqui filii legitimam ſibi non ſolùm ex bonis hæreditariis, ſed ex ipſo feudo, debitam conſequerentur. tum enim nullam conquerendi juſtam cauſam habere poſſent, atque propterea ceſſaret remedium querelæ inofficioſæ donationis.

Et de ſecunda etiam quæſtione hæc ſufficiant; ex quibus apparet, ſi feud-

feudis filiorum reſpectu rectè legitimæ haberi rationem.

Proximum nunc eſt, ut ad propoſitum noſtrum tranſeundo, de filiabus etiam videamus. De hiſce igitur
15 iſta tenenda erit concluſio, quod † filiabus ex feudo regulariter nulla debeatur legitima. Eſt enim certa & immota juris regula, illos, qui ab inteſtato non ſuccedunt, legitimam petere nullo modo poſſe. *l. poſthumus*: §. *ſi quis ex his*: *de inoffic. teſtam. l. cum quæritur*: & *l. parentibus. C. eod. tit. de inoffic. teſtam. l. maximum. vitium*: *verſ. cum enim*: *C. de liber. præter. l. cum ex filio*: *de vulgar. & pupill. l. non eſt ambigendum*: §. *1 & ibi not. DD. de bonor. poſſeſſ. not. Bart. in l. fin. col. fin. ad Tertull. not. DD. in l. Gallus*: §. *& quid ſi tantum*: *de liber. & poſthu.* Neque ſanè mirum,

16 Nam † cum legitima portio dicatur ejus, in quo quis eſt ſucceſſurus ab inteſtato, *l. Papinianus*: §. *quoniam quarta*: *l. parentib. C. eodem tit. not. gl. in auth. noviſſima. C. eod. tit. Jaſ. in l. ſi quando*: §. *& generali*: *ad fin. C. de inofficio*: *teſtam.* neceſſe omnino eſt, ut is, qui legitimam petere vult ab inteſtato ſuccedat.

17 Alioqui † enim ejus, quod non eſt, impoſſibile erit dare partem, aut quotam. *l. ejus qui in provincia*: *ſi cert. pet. l. ſi quis cum totum*: §. *ſi ancillam*: *de except. rei judic. c. ſuper hoc*: *de renunciat.* Certo autem certius eſt, filias à ſucceſſione feudi penitus eſſe excluſas. Conſectarium eſt igitur, illas ex feudo legitimam nullo jure petere poſſe.

18 Et † quamvis me non lateat admodum controverſi juris articulum alioqui eſſe, utrum fœmina per ſtatutum excluſa ſucceſſione, legitimam nihilominus petere poſſit, aliis hoc affirmantibus: aliis verò, quorum opinio receptior & verior eſſe videtur, contra nitentibus, quos in utramvis partem copioſè recenſet *Tiraquell. in tract. de jure primogenit. quæſt. 55. & poſt eum Menoch. conſil. 8. incip. quæ adhuc proponuntur*: *nu. 3.* hanc ultimam ſententiam magis communem eſſe multis auctoritatibus oſtendens. Omnis tamen hæc controverſia in eo tantum conſiſtit, quod de voluntate ſtatuentium dubitatur, utrum filias eatenus à ſucceſſione excludere voluerint, ut nec etiam ad legitimam admittendæ ſint. Hoc enim, quia in dubio, niſi ex verbis aliter colligatur, non facilè præſumitur, *arg. l. ſi quando.* §. *generaliter*: *& ibi hoc not. DD. C. de inoffic. teſtam. &* §. *cæterum. in auth. ut cum de apell. cognoſcat*: hinc potiſſimum exiſtimarunt multi, ſtatuta ejuſmodi ad legitimam non eſſe porrigenda, ut, declarat poſt alios *Menoch in d. conſil. 8. n. 13.* Interim tamen unanimi conſenſu omnes in eo conveniunt, quod, quando conſtat fœminas ad nullam penitus ſucceſſionis partem admittendas, atque adeò illas prorſus excluſas eſſe, hoc caſu legitimam peti non poſſe, ut ex locis ibi citatis luculenter apparet. Cum itaq; in feudis manifeſtum ſit, filias ad illorum ſucceſſionem, utpote quæ ab initio maſculis tantum ſunt conceſſa, aſpirare nullo modo poſſe: ſequens ſanè eſt, ad feuda controverſiam illam interpretum minus rectè accommodari, ſed potius in hiſce ſine hæſitatione juxta certiſſimam illam juris regulam concludendum eſſe, quod filiabus ex feudo nulla competat legitima.

Id † quod etiam probatur ex eo, 19
quod in ſimili traditur de feudis, in quibus, excluſis aliis filiis, tandummodo primogeniti ſuccedunt. Nam ex his feudis reliquos filios, qui à ſucceſſione removentur, legitimam petere non poſſe, *poſt gl. in c. licet, de voto, docuit Innoc. Hoſtienſ. Joann. Andr. & Abb. ibi*: *idem Abb. in conſil. 12. incip. caſus talis*: *colum. penult. in 3. dubio. lib. 1. & conſil. 3. nitar. in præſenti*: *in 2 & 3. dubio, lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 179. in cauſa quam magnif. lib. 1. Joan. de Imol. in c. ex parte*: *extr. de feudis. Zabarel. in conſil. 64. nobilis domina*: *Guliel. Benedict. in c. Raynutius*: *in verbo*: *in eodem teſtamento relinquens 1.*

nu. 145. extr. de teſtam. Capitius Deciſ. 2. & hoc tanquam communiter approbatum ſequitur, & pluribus firmat Camerar. in d. c. imperialem: § præterea Ducatus.pag.
(a) *828.(a)* Si itaq; hæc in filiis, qui tamen alioqui regulariter in feudis ſuccedunt, obtinet, certè multò magis procedet in filiabus, quæ penitus à feudi ſucceſſione remotæ ſunt.

20 Eſtque hoc tantopere verum, ut † filiæ non ſolum de ipſo feudi corpore & ſubſtantia legitimam petere non poſſint, id quod omnis dubitationis expers eſt, ſed nec etiam feuda in computatione legitimæ ſint conferenda,
(b) *(b)*reliquisve bonis annumeranda: quin potius ea tanquam æs alienum filiis debitum ante omnia de bonis defuncti ſunt deducenda, & conſequenter nulla in legitimæ æſtimatione, habita conſideratione feudorum, neq; etiam de æſtimatione eorum legitima præſtanda eſt.

Nam regulariter illis, qui legitimam petere non poſſunt, conferendum non eſt, *ut not. Bald. Paul. de Caſtro, Alex. & DD. in l. emancipati. C. de collatio. cum aliis ad hoc propoſitum adductis per Tiraquell. in d. tract. de jure promog. quæſt. 51.* Et prius quàm legitimæ ineatur ratio, æs alienum ante omnia deducendum eſt, *l. Papinianus §. quarta autem: de inoff. teſtam. §. cum autem: Inſt. ad L. Falcid. l. cum emancipati: §. illud: de collat. bonor.* cujus nomine cum etiam feuda filiis debita rectè comprehendantur, meritò etiam iſta ante, quàm legitimæ inſtituatur computatio, deducentur. Ideoq; etiam in caſu, cujus paulò ante mentionem fecimus, quando videlicet feuda primogenitis ſunt conceſſa, primogenitus feudum iſtud minimè conferre reliquis fratribus, neque etiam in æſtimatione legitimam præſtare tenetur, *ut docuit Bald. in auth. ex teſtamento: col. penult. verſ. 18. capitulum. C. de collation. Floria. in l. qua pater: n. 9. col. verſ. ſed quid de his: famil. herciſcund. Abb. in d. conſ. 12. in tertio dub. lib. 1. Gulielm. Benedict in d. Raynutius: Capitius in d. deciſ. 2. & [illegible] Camerar. in d. § præterea ducatus pa[illegible] & Tiraq. in d. quæſt. 51. de jure prim[illegible] alii in locis ante citatis*

Nam † etſi non rarum ſit, ut de bonis illis, de quorum corpore & ſubſtantia legitima præſtari nequit, eadem nihilominus in æſtimatione [illegible]. 21 *ut not. DD. in l ſcimus: §. repletio[illegible] illud. C. de inofficio. teſtam. Bart. in l 1 § 3. ad L. Falcid. Bald. in l. ſi fundi eod. tit. Joann. Lup. in repetit. rubri: de donat. int. vir. & uxor. §. 47. col. 3. in fin.* & de feudo individuo hoc tradit *Andr. de Iſer. in c. 1. verſ. non de paterno: de duob. fratrib. cum aliis in hanc ſententiam adductis per Camer. in d. §. præterea ducatus pag 837.*

Neceſſe tamen omnino eſt, ut, quoties legitima in æſtimatione de aliquibus bonis pendi debet, præſupponatur prius, aliquem in illis bonis jure ſuccedere poſſe, & eorum in computatione legitimæ rationem habendam eſſe, cum alioqui ſi ab ejus ſucceſſione quis excluderetur, nulla inde competeret legitima, atque tandem fruſtra de ea in æſtimatione præſtanda quæreretur, per rationem paulò ante citatam: non exiſtentis enim nullæ ſunt qualitates. *l. 2. de uſufruct. l. adeo. §. quod ſi tot[illegible] de acquir. rer. dom.* Et de feudis poſt alios ſuprà citatos hoc in ſpecie aſſeruit *Zabarell. in conſil. 64. Decius in conſil [illegible] incip. Conſultus ab illuſtri. n. 15.* & tanquam communiter approbatum ſequitur *Pariſ. in conſil. 17. incip. ex lectura teſtam. n. 30. vol. 2. Curt. jun. in conſil. 21. incip. pro habenda clara: n. 12.* ubi ait, nimis ineptum eſſe, quod filia tantò majorem legitimam deberet habere in bonis allodialibus, quantum ſibi detrahatur de bonis feudalibus, propter tritam regulam, quæ docet, idem juris eſſe de parte quo ad partem, quod eſt de toto quo ad totum, *l. quæ de tota: de rei vendicat.* Nam ex hac, inquit, rectè colligitur, quod, quemadmodum filia, quæ ab o

ab omni ſucceſſione eſt excluſa, etiam à legitima penitus excluditur, ita remota à ſucceſſione partis bonorum debet cenſeri excluſa à legitima reſpectu ejus partis. *Hæc Curtius.* Idem tenuit *Fabian. de Giochis in d. authen. noviſſima. in 6. quæſt. principal. verſ. quartò quæritur. & Bertrand. in conſil. 173. nu. 45. & 46. vol. 2. part. 2.* ubi, etſi loquatur in materia conſuetudinis Gallicæ, ſecundùm quã in feudis etiam fœminæ ſuccedunt, tamen concludit, quod, ſi feudum maſculis tantùm conceſſum eſſet, filiæ legitimam petere non poſſint, quia *(inquit)* ſi repelluntur à tota re: ergo à qualibet parte illius: *& ſecutus eſt etiam Alciat. reſponſ. 578. incip. Lelii & Gozadin. nu. 4. & Menoch. in conſil. 104. incip. propoſita facti ſpecies: n. 4.* Atq; hoc quidem in feudo ex pacto & providentia ita planum atq; perſpicuum eſſe arbitror, ut de eo ne dubitandum quidem ſit.

22 Nec † obſtat quod *Guid. Papa in quæſt. 476.* dicit, in caſu, ubi feudum dividi non poteſt, legitimam duntaxat in pecunia deberi. Non enim loquitur ibi in caſu, ubi reliqui filii à ſucceſſione erant penitus excluſi, ſed ſuccedere quidem poterant, licet iſtud propterea, quia individuum erat, neceſſariò ad ſolum primogenitum pertineret. Plurimum enim refert, utrum primogenitus, excluſis cæteris fratribus ſuccedat, an verò ſucceſſione ad omnes pertinente, feudum ideo, quia individuum eſt, apud primogenitum ſolum permaneat: Præterea licet loquatur de regno, ducatu, & comitatu, nõn tamen propterea mox de feudo intelligendum eſt, cum poſſet eſſe comitatus, qui non ſit feudum, ſed habeat inſtar allodialium, ut apparet *ex Decio conſ. 85. incip. divino implorato præſidio: n. 6.* Et eodem modo intelligendum eſt id, quod *in quæſtio. 487.* de legitima filii ex regno ſive ducatu aſſerit. Quæ verò ibidem in principio de legitima filiæ dicit, illa, cum eo loco de feudis nihil proponat, commodè de aliis bonis allodialibus accipi poſſunt. & dato ea de feudo etiam intelligenda eſſe, tamen iſtud eſſet referendum ad peculiarem conſuetudinem Galliæ, ſecundùm quam etiam fœminæ in feudis ſuccedunt, ideoque etiam ad peculiarem conſuetudinem loci hanc ſuam doctrinam ipſe accommodat. Et de hac conſuetudine diſertè loquitur etiam *Alexand. Rubeus in conſil. 34. incip. præſupponitur in facto: num. 8.*

Ex † quo apparet, non ſatis conſideratè locutum fuiſſe *Ægidi. Bellamer. in conſil. 48.* dum is in quæſtione prima dilucidè præſupponit, filias in feudo illo, de quo conſultus fuit, non ſuccedere, & tamen in ſecundo dubio concludit, eas legitimam petere poſſe, niſi fortè id, quod ibi de legitima dicit, ad filios duntaxat referamus. Nam in caſu, de quo ibi conſultus fuit, tàm filii quàm filiæ extabant: idq; hinc veriſimile fit, dum ait, quod ſi §. *præterea ducatus:* diviſionem prohibenti per conſvetudinem derogatum eſſet, tum omne ceſſaret dubium. Nam ſi de filiabus etiam intellexiſſet, utique etiam ceſſante diſpoſitione *d. §. præterea ducatus:* maximum ſubeſſet dubium. Vel poteſt etiam dici, illum quæſtionem hanc eo loco non plenè examinare, ſed tantummodo dubium movere ex eo, quod comitatus ille eſſet individuus, ac propterea oſtendere velle, hoc objectum detractioni legitimæ non obſtare, ſicut etiam revera non obſtat: Interim verò in medio relinquit, neque uſquam definit, utrum filiæ ex feudo iſto legitimam petere poſſint. Et quicquid ipſe ſenſerit, tamen cum nullo probabili nitatur fundamento, auctoritas ipſius contra tam manifeſtam juris rationem parum flectere quem debet. 23

Hinc † etiam adſtipulandum non eſt *Marzario,* dum *in conſ. 22. in fin.* auctoritate Bellameræ motus generaliter concludit, filiabus ex comitatu legitimam in æſtimatione eſſe perſolvendam: ſi modò hoc ſenſit. 24

Nam

Digitized by Google

Nam dum addit, doctrinam Bellameræ eſſe declarandam, per ea quæ tradit *Curtius in d. conſil. 21.* videtur innuere, quod tantùm alimenta filiabus ſint præbenda: Quod ſi voluit, non fuiſſet neceſſe iſta ſecundùm legitimam æſtimare, ut apparet ex Curtio. Fruſtra etiam in reprehenſionem vocaſſet Decium: Pariſ. & reliquos, cum hi filias à petitione alimentorum non excludant: ut ita ſibimet vix ſatis conſtare videatur. Subdubito tamen, an ibi de feudo loquatur, dum innititur auctoritate Decii *d. conſil. 85.* exiſtimantis, in ejuſmodi bonis ex conſuetudine familiæ Urſinæ fœminas ſuccedere: ſi enim bona eſſent feudalia, abſq; omni dubio fœminæ eſſent excluſæ.

25 Quæ† de legitima ex feudis non perſolvenda filiabus hactenus firmavimus, illa non ſolùm in feudo antiquo procedunt, ſed & in feudo novo: quippe cum ab hujus etiam ſucceſſione filiæ penitus arceantur, atq; utroque eadem ſubſit juris ratio. Ideoq; quod ex feudo novo, in quo primogenitus tantùm ſuccedit, abſque pecunia quæſito reliquis filiis non debeatur legitima, *poſt Andr. de Iſern. ſenſit Camerar. in dialogo ſuo in fin. §. præterea ducatus: pag. 871. in fin. Capitius in d. deciſio. 2. num. 7.* Multò itaque magis hoc in filiabus locum obtinebit: de quibus in feudo novo idem conſuluit *Bertrandus in d. conſil. 173. n. 46.* Et hæc ita in feudo ex pacto & providentia ſine dubio procedunt.

26 In feudo verò hæreditario res majorem habet difficultatem: reperio† enim Burſatum *in conſil. 132. petita per nobilem: nu. 30. & 31. vol. 2.* multis argumentis in medium adductis exiſtimaſſe, filiabus ex feudo hæreditario ſaltem in æſtimatione legitimam perſolvendam eſſe. Inter alia autem plurima, quæ congeſſit, movetur primò, quoniam legitima naturæ debetur de omnibus bonis & ſubſtantia patris: *l. ſcimus. §. repletionem: de inoffic. teſtam. auth. noviſſima. ibi, ex ſubſtantia defuncti, l. cum quæritur. parentibus: auth. unde ſi parens: in verbo: ex hæreditate. C. de inoffic. teſtam.*

At† feuda hæreditaria, licet non ſint tranſitoria ad extraneos, cenſentur tamen eſſe de corpore & bonis hæreditatis, uſque eò, ut in petitione hæreditatis & reſtitutione fideicommiſſi veniant. *ut docet Andr. de Iſern. in c. 1. an agnat. vel filius. Campeg. conſil. 11. Pariſ. conſil. 23. incip. prima in hujuſcemodi: nu. 182. vol. 1. Curt. jun. conſil. 115. incip. præſupponitur in facto: n. 3. Socin. jun. conſil. 58. in caſu præmiſſo. n. 16. vol. 2.* 27

Conſequens eſt igitur, ut ejuſmodi hæreditariorum feudorum in computatione legitimæ non ſecus, quam reliquorum bonorum defuncti habeatur ratio.

Secundò idem magis in ſpecie probare videtur, quod ex jam dicta ratione communiter receptum videmus, ejuſmodi feuda hæreditaria in legitimam filiorum imputari, ut ſuprà ex communi aſſeruimus. Nam vel hinc perſpicuum eſſe videtur, feuda ejuſmodi conferenda, & in computatione legitimæ reliquis bonis annumeranda eſſe: cum regulariter ea,† quæ in legiti- 28 mam imputantur conferri etiam ſoleant: *l. illud. C. de collationi:* ideoq; imputationem & detractionem à pari procedere ſenſit *Julius Clar. in d. §. feudum: quæſtio. 46.*

Tertiò † adducit illud, quod de feudis hæreditariis, quæ ad extraneos etiam tranſeunt, vel pro libito alienari poſſunt, à pleriſq; receptum eſt, de iis ad legitimæ quantitatem dotem perſolvendam eſſe, uſq; eò, ut ſtatuta de lucro dotis diſponentia in his locum habeant, *ut docuit Decius in l. 1. n. 13. & ibi Curt. jun. C. unde vir & uxor: Ripa l. 2. nu. 19. ſolut. matrim. cum aliis in hanc ſententiam copioſè adductis à Roland. à Vall. in tract. de lucr. dotis quæſt. 54. & Menoch. in conſil. 8. incip. duæ adhuc proponuntur: n. 19. in fin.* & quod de ejuſmodi feudis legitima detrahatur, perſpicuè docet *Ruin.* 29

in conſ.

in conſ. 117. incip. circa primum de quo quæritur nu.19. vol. 3. iſtud enim omne ex hac tatummodo ratione deſcendit, quia feudum ejuſmodi venit in petitione hæreditatis, nec cenſetur ſeparatum ab hæreditate, ut apparet ex traditis *per Decium. in d. l. 1. & Roland. à Vall. in d. loco.*

Hæc autem ratio locum etiam obtinet in feudo hæreditario: quamobrem etiam de illo idem judicandum erit.

30 Quartò † movetur, quod regulariter, ubi legitima præſtari non poteſt in corpore vel re, debet ſaltem in æſtimatione tradi, *ut docet Bald. Salic. Paul. de Caſt. & DD. in l. ſcimus: §. repletionem, §. illud: C. de inoffic. teſtam. & in ſpecie de feudis hoc aſſeruit Iſern. in c. 1. verſ. de non paterno: tit. de duob. fratrib. & in c. 1. §. fin. de inveſt. de re alien. facta:* concludens inde, quod, etſi uxori non debeatur quarta in feudo, debeat tamen ſaltem præſtari in re & corpore, cum aliis ſuprà adductis. Quantumvis igitur filiæ in ipſo feudo non ſuccedant, neque propterea de feudo ipſo legitimam petere poſſint: nihilominus tamen legitima in pecunia ipſis ſolvi debebit, ut ſenſiſſe videntur interpretes mox citandi.

31 Pertinet † huc quintò opinio eorum, qui arbitrati ſunt, etſi quis à ſucceſſione aliqua excluditur, nihilominus tamen legitimam ipſam deberi, *ut ſenſit Bald. in conſil. 452. ſtatuto civitatis Mantuæ: lib. 1. Salicet. in l. 2. col. penult. C. de noxalib. & l. ſancimus: ad fin. C. de nuptiis: Alex. in conſil. 7. viſis & diligenter conſideratis: col. 2. lib. 2. & conſil 88. viſis & diligenter animadverſis: col. 3. lib. 6. Benedict. Capra conſil. 6. incip. cum viſo & conſiderato: num. 4. Barthol. Socin. in conſ. 124. viſo initio: col. 4. lib. 3. Franciſc. Curt. ſen. conſil. 13. ſtatuto Januæ: col. penult. & conſil. 27. conſiderato themate: & conſil. 39. viſis & diligenter: col. 2. verſ. quin imo fortius: Jaſ. in d. auth. noviſſ. col. penult. C. de inofficio. teſtam. ubi hanc opinionem dicit æquiorem & rationi magis conſentaneam.* Idque potiſſimum procedit eo in caſu, quoties filiabus excluſis dos debetur.

Dos † enim loco legitimæ ſuccedit *Bart. in l. Titio centum: §. Titio genero: de condit. & demonſtr. Socin. ſenior in conſ. 207. incip. in cauſa dominæ Annæ, nu. 1. in fin. lib. 2. Pariſ. conſ. 25. incip. vidi teſtamentum: num. 39. conſ. 54. incip. inſpecto teſtamento: num. 14. & conſ. 60. prima facie videtur: num. 44. lib. 2. & latiſſimè Tiraq. in l. ſi unquam: in verbo: ſuſcepit liberos, numer. 112. C. de revocand. donation.* 32

Ideoque † regulariter quantitas dotis pro ratione legitimæ conſtitui debet: *Salicet. in authen. res quæ: in 2. notab. C. commu. de legat. & ibi Jaſ. nu. 22. Alex. conſil. 64. incip. viſo themate: nu. 2. vol. 1. Decius conſil. 180. nu. 2. Afflict. deciſio. 160. Ruinus conſil. 26. videtur prima facie dicendum n. 6. in fin. conſil. 560. de re quidem ardua, nu. 6. lib. 3. conſil. 82. incip. viſa legitimatione: nu. 11. lib. 3. & conſil. 86. cum iſta mulier: nu. 13. col. penult. lib. 5. Capra conſ. 38. etſi viſo: col. 1. Pariſ. in conſ. 26. incip. pactum iſtud: nu. 90 & conſil 93. incip. finis & conventio facta: nu. 13. lib. 3. Socin. jun. conſil. 79. incip. viſo puncto. n. 44. lib. 3. Gramm. deciſ. 57. nu. 6. & 7. & deciſio. 101. num. 16.* Denique Burſat. nititur auctoritate multorum, quos arbitratur ſenſiſſe, quod filiabus ex feudo hæreditario legitima debeatur, *ut Abb. in d. conſil. 12. nu. 5. in 7. dubio, lib. 1. Capiti. deciſio. 2. num. 4. Alexan. Rube. conſil. 34. præſupponitur in facto: in fin. num. 8. Marinus Freccia de ſubfeudat. lib. 3. different. 19. num. 2. Menoch. conſil. 104 incip. propoſita facti ſpecies: num. 14. Salvaticus conſ. 7. n. 15. & 17. Joann. de Prato conſil. 61. num. 8. inter conſilia Martianeſii Andr. de Bartholom. conſil. 62. inter jam dicta conſilia: Guido Papa deciſio. 476. nu. 1. & deciſio. 487. Boër. deciſ. 204. numer. 14. & numer. 29. Julius Clarus in d. §. feudum: quæſtion. 47. Camerarius in cap. Impe-* 33

Imperialem. §. *præterea ducatus* : *de prohib. feudi alienat. per Frider. Joann. Lupus in c. per veſtras.* §. 47. *nu.* 17. *de donat. inter vir. & uxor. Petrus de Barbobus conſil.* 137. *nu.* 29. *&* 30. *inter conſilia ultimar. volunt. Rimin. d. conſil.* 5. *n.* 68. *Ruin. conſil.* 117. *incip. circa primum* : *nu.* 19 *in* 3. *vol. Bertrandus conſil.* 173. *nu.* 45. *lib.* 3. *part* 2. *Marzarius conſil.* 22. *quibus auctoritatibus motus ipſe opinionem hanc ſine dubio procedere ait.*

34 Veruntamen † utut hæc ſeſe habeant, nos tamen (pace illius viri alioqui doctiſſimi dixerim) contra arbitramur, filias neque etiam ex feudo hæreditario legitimã petere poſſe. Quantumvis enim feudum alicui atq; hæredibus concedatur, atque ex hoc hæreditarium efficiatur: certiſſimum tamen eſt, dictionem (hæredibus) de maſculis duntaxat intelligendam, neque propterea fœminas in hoc feudo ſuccedere poſſe, ſed nihilominus hiſce penitus excluſis, ad ſolos maſculos feudum pertinere, & ad hunc effectum quod attinet, priſtinam ſuam naturam retinere, quemadmodum ſuprà *quæſt.* 1. declaravimus. Ex quo porro perſpicuum fit, rationem illam, quæ in cauſa eſt, quo minus fœminis de feudo ex pacto & providentia legitima debeatur, non minus etiam in feudo hæreditario locum habere. Conſectarium igitur omnino eſt, ex eadem ratione neq; etiam in feudo hæreditario à filiabus legitimam peti poſſe, id quod etjam de feudo hæreditario dilucidè aſſeruit *Abb. in d. conſ.* 12. *in* 7. *dubio lib.* 1. *& Capitius in d. deciſ.* 2. *ut* paulò poſt pluribus oſtendemus. Quæ ſententia magis etiam firmabitur ex reſolutione contrariorum.

35 Nam † etſi, quoad primum, non negamus, feudum hæreditarium reliquis bonis hæreditariis annumerari, ac propterea etiam in petitione hæreditatis venire, & cum fideicommiſſo tranſire: id tamen ſolùm intelligendum eſt, reſpectu eorum hæredum, qui feudi alioqui ſunt capaces, utputa hæredes maſculi. Ad filias verò qualitas illa hæreditaria minimè pertinet, ut illæ propterea in feudo ſuccedere queant, vel ad ipſas feudum per fidei commiſſum tranſeat, quemadmodum ſuprà *quæſtione.* 1. ubi de natura feudi hæreditarii fuit actum, abundè à nobis eſt demonſtratum. Non igitur ratione hujus qualitatis hæreditariæ, quæ maſculos tantùm concernit, filiæ à feudi ſucceſſione alioqui excluſæ quicquam ex feudo petere poterunt.

Quod † verò communiter receptum eſt, feudum hæreditarium filio in legitimam imputandum, ex hoc ſanè minimè inferri poteſt, propterea feudum eſſe conferendum, ut filiarum etiam legitima inde augeatur. Nam quæſtiones illæ, utrum aliquid alicui in legitimam computetur, an verò legitimam quis ex aliqua re deducere poſſit, plurimum inter ſe differunt, prout inter illas diſtinguit *Pariſ. in d. conſil.* 26. *nu.* 29. *volu.* 2. ubi dicit: aliud eſt quærere, an aliquid alicui in ſuam legitimam imputetur, & aliud, an aliis debeat ſolvi inde legitima *idem ſenſit etiam Camerarius in d.* §. *præterea ducatus* : *pag.* 832. ubi examinans quæſtionem illam, an filiis ex feudo debeatur legitima, ait: non loquimur, an feudum computetur in legitimam, ſed an ab ipſo feudo deducatur legitima: cujus diverſitatis rationem poſt alios pulchrè tradit *Berengar. Ferrarius in l. in quartam* : *in* 2. *parte, nu.* 4. *ad L. Falcidiam.* Eſtq; illa in propoſito non obſcura. Nam etſi filio in legitimam feudum imputetur, nihilominus iſtud apud eum permanet, qui alioqui in feudo eſſet ſucceſſurus: At ſi feudum in communem hæreditatem foret conferendum, & inde legitimæ incunda ratio, tum ſanè filiæ feudi ratione majorem portionem conſequerentur, cum tamen à ſucceſſione ejus penitus alioqui ſint excluſæ, neque etiam, ut diximus, legitimã ex feudo petere poſſint 36

Et

Eſt enim pro regula traditum, quod ei, qui ex re quapiam legitimam petere non poteſt, illa conferenda omnino non ſit, *ut not. DD. in d. l. emancipati. C. de collatio.*

37 Ex † quo etiam regula *d. l. illud. eod. tit.* æquiparans collationem & imputationem, de illis rebus intelligenda erit, de quibus cæteri hæredes legitimam petere poſſunt, & à quibus non penitus ſunt excluſi: Secus verò quando de ejuſmodi re agitur, à cujus ſucceſſione quis omnino remotus eſt. Nam ad hanc etiam collationis remedio aſpirare poſſe eum, qui alioqui non ſuccederet, rationi non ſatis eſt conſentaneum. Ideoq; etiam *Jul Clar. in d. § feud. quæſt. 46.* imputationem & collationem æquiparans, de filiis tantùm loquitur, qui omnes in feudo alioqui ſuccedere poſſunt.

Ut interim omittam alios caſus, quibus oſtendi poſſet, argumentum iſtud, quo ab imputatione ad collationem infertur, non eſſe univerſale, quos colligunt interpretes *in d. l. illud: & in authen. ex teſtamento. C. de collation.* Quinimo ſi ex imputatione ad collationem hoc caſu ita arguere liceret, ſequeretur, non ſolum feudum hæreditarium, ſed etiam feudum ex pacto & providentia de novo conceſſum filiabus conferendum eſſe, quod nemo facilè dixerit, ut ex ſuprà adductis apparet. Ideoq; etiam *Capitius in d. dec. 2.* licet moverit argumentum iſtud de imputatione, nihilominus tamen concludit legitimam non deberi.

38 Quæ † tertiò loco dicta fuerunt, illa duntaxat procedunt in feudis, quæ ſimul etiam ad fœminas & quemvis extraneum tranſeunt, prout idem Burſatus animadvertit. Hic verò de illis feudis loquimur, quæ excluſis fœminis, ad ſolos maſculos devolvuntur. Non igitur illa ad propoſitum noſtrum accommodari poterunt. Nam qualitatem illam hæreditariam, quam in æquiparatione horum caſuum potiſſimum conſiderat Burſatus, ejus efficaciæ non eſſe, ut propterea fœminis legitima debeatur, ex iis, quæ paulò ante diximus, manifeſtum eſt, cum nihilominus interim verum ſit, feudum hoc ad fœminas non tranſire, in quo ſolo omnis vis eſt ſita. Et verè argumentum iſtud laborat vitio illo, quod appellari ſolet, à dicto ſecundum quid ad dictũ ſimpliciter. Non enim ſequitur, feudum hæreditarium, quod ad fœminas tranſit, ejus eſt naturæ, ut fœminæ inde legitimam petere poſſint: ergo ex ſimplici feudo hæreditario legitima debetur: Cum feudi hæreditarii diverſæ etiam ſint ſpecies, ut prolixè ſuo loco explicavimus.

Ad † quartum argumentum ſuprà 39
fuit reſponſum, ubi diximus de eo, utrum legitima in ęſtimatione præſtanda ſit, quæri non poſſe prius, quam conſtiterit, legitimam deberi. Cum verò in propoſito contendamus, legitimam omnino non deberi, fruſtra ſanè de eo laboramus, quomodo legitima perſolvenda ſit. Quęſtio enim, an ſit, ſemper primum locum obtinet: alioqui ſuccedit id, quod vulgo traditur: ejus quod in rerum natura non habetur, nullæ ſunt qualitates: ideoq; etjam communis interpretum concluſio eſt, in caſu, quo excluſis reliquis feudum ad ſolum primogenitum pertinet cæteros filios neque in æſtimatione legitimam petere poſſe, *ut pluribus oſtendit Camera. in d. §. præterea ducatus, & ſenſit etiam Marinus Freccia lib. 3. different. 19. nu. 2.* ubi ex eo, quod ſecundus filius excluditur à feudo, infert, eum non ſolùm portionem quotam, aut legitimam ſuper feudo prætendere non poſſe, ſed neque etiam portionem valoris.

Quintum † etiam argumentum facilè dilui poteſt: primò enim ſententia 40
illorum, qui contra ſtatuunt, eum, qui à ſucceſſione excluditur, etiam à legitima excluſum eſſe, longè verior atq; receptior videtur, ut apparet ex iis,

quæ congeſſit *Tiraq in d. tract. de jur primog. quæſt. 55. n. 9.* Deinde dato, ſententiam contra exiſtimantium defendi poſſe, illa tamen hac potiſſimum ratione nititur, quod veriſimile non ſit, ſtatutum eum, quem à ſucceſſione removeret, etiam à petitione legitimæ removere voluiſſe.

In propoſito verò luce meridiana clarius eſt, filias à feudi ſucceſſione omnino remotas eſſe, & quod adeò ad feuda maſculis tantummodo conceſſa aſpirare nullo modo poſſint. In aperto igitur eſt, opinionem iſtam huic quæſtioni non rectè accommodari, ſed locum ſibi vendicare tritam illam juris regulam, quæ docet, eum, qui non ſuccedit, neque etiam legitimam petere poſſe.

41 Sic † etiam, quæ de dote ſecundum rationem legitimæ æſtimanda dicta fuerunt, in illis caſibus rectè locum habent, in quibus ratione dotis percipiendæ filiæ à ſucceſſione arceantur. Tum enim, quia veriſimile eſt, ſtatuentes filias minimè à legimæ petitione removere, ſed in illius locum dotem ipſis aſſignare voluiſſe, haud præter rationem inde colligitur, dotis æſtimationem ex ratione legitimæ inſtituendam, quemadmodum apparet ex iis, quæ in præcedente quæſtione diximus.

At filiæ à feudorum ſucceſſione non ratione dotis repelluntur, ſed potius, quia ea eſt natura feudorum, ut penitus excluſis fœminis, ad ſolos maſculos devolvantur, uſque eò, ut ſecundùm juris feudalis rigorem, aliis extantibus bonis, ex ipſo feudo nulla penitus dos peti poſſit, ſed demum nullis aliis extantibus bonis, in ſubſidium, æquitate quadam dos ex feudis filiabus perſolvatur. Manifeſtum igitur eſt, neque doctrinam illam, qua dotem ſecundùm legitimam æſtimandam eſſe aſſeritur, ad propoſitum noſtrum pertinere: ut interim alia omittam, quibus illa impugnari poſſit.

Ad auctoritates verò interpretum quod attinet, illæ mehercule in unum quaſi Chaos coacervatæ haud paulò minus me movent. Nam *Abb in d. conſ. 12. in 7. dubio: lib. 1.* hoc ſolùm concludit, quando bona hæreditaria ita exigua ſunt, ut filia ex legitima inde percepta congruè dotari nequeat, quod tum frater ex feudo ultra legitimam illam dotare teneatur, aliis nimirum bonis non extantibus: Id quod facilè concedimus. Inde verò nequaquam ſequitur, filiabus ex feudo legitimam deberi. Non enim loquitur de legitima, quam filiæ ex feudo perceperant, quaſi ultra eam frater ex feudo illam dotare teneatur, ſed de legitima, quam ex bonis hæreditariis acceperat: & quia ea admodum exigua erat, ut pro dignitate filia inde dotari non poſſit, concludit, fratrem ex feudo aliquid addere debere. 42

Quinimo ex hoc ipſo, dum legitimam filiarum ſeparatim conſiderat, à dote, quam frater ex feudo addere debet ſatis clarè oſtendit, filiabus ex illo feudo quamvis hæreditario legitimã non deberi, cum alioqui non tam ultra legitimam dos adderetur ex feudo, quam hæc ipſa dos legitimæ nomine veniret: neque eſſet neceſſe conſiderare, utrum alia bona ſuperſint, nec ne, quemadmodum ipſi conſiderat. Ideoq́ue etiam ibidem paulò ante in 3. dubio claris verbis affirmat, filiabus ex illo feudo legitimam non deberi. Ut ita perſpicuum ſit, Abbatem potius nobiſcum facere.

Sic † etiam *Capitius deciſio 2.* licet referat opinionem quorundam, exiſtimantium, de feudo hæreditario legitimam deberi, nihilominus tamen ipſomet ab eadem deinde diſcedit, concludens cum Andrea de Iſern. ſolum ex feudo emto legitimam perſolvendam eſſe, non autem de reliquis. Neq; concedimus, quod, ut quidam opinatur, Capitius peculiari quadam ratione nitatur. 43

Nam

Nam etſi loquatur de feudo, quod ad primogenitum duntaxat tranſit, excluſis cæteris filiis, tamen eadem ratio eſt filiarum, quas in feudo non ſuccedere manifeſtum eſt: & licet inſuper conſideret peculiarem conſtitutionem illius loci, tamen hoc pro majore confirmatione ſententiæ ſuæ addit, ut apparet ex illis verbis (& tantò magis) hoc ipſo innuens, quod etiam ſine conſtitutione illa ex autoritate Andr. de Iſer. ita ſtatuendum ſit. Præterea ibi non loquitur de legitima filiarum, ſed de legitima filii, quam eo defuncto ipſius nomine ſoror ejus petebat. quare hujus etiam auctoritas nihil pro ſententia primo loco relata facit, ſed eandem magis impugnat. *Rubeus Alexandrinus* verò *in dict. conſil. 34.* diſertè ſe refert ad peculiarem conſtitutionem loci, ſecundùm quam fœminæ non minus quàm maſculi ſuccedunt, hoc ipſo ſatis denotans, rem aliter ſeſe habere, ſi abſque illa conſuetudine eſſet.

Marinus Freccia *in d. lib. 3. differ. 19. numer. 2.* hoc tantummodo dicit, quod filius ſecundo genitus ex feudo primogenito delato, nullam legitimam neq; ex feudo, neq; etiam de valore ejus petere poſſit. Tantùm autem abeſt, ut hoc ſententiam nobis contrariam tueri queat, ut hoc ipſum illam maximè refutet.

Menochius autem *in d. conſil. 104.* loquitur tantummodo de legitima filiis debita, quibus ex feudis legitimam deberi ſuprà firmavimus. Sed quid hoc quæſo habet commune cum quæſtione noſtra, in qua de legitima filiarum agimus?

Salvaticus in conſil. 7. inter conſil. Martianeſii loquitur de emphyteuſi Eccleſiaſtica, in qua tàm fœminæ, quàm maſculi alioqui ſuccedere ſolebant, atq; hanc conventionem inter clericos initam, ne fœminæ maſculis extantibus, admittantur, ita interpretatur, ut nihilominus filiabus legitimæ petitio integra ſit. Hunc verò caſum à propoſito noſtro alienum eſſe, nemo eſt, qui non videat.

Joannes à Prato conſil. 61. hoc tantum firmat, emphyteuſin pro ſe & hæredibus acceptam filiis in legitimam imputari: Inde verò minimè colligi poſſe, quod etiam filiabus conferri debeat, ſuprà abunde oſtenſum eſt. Eodem modo loquitur etiam *Andr. de Bartholom. in ſequenti conſilio 62.* & licet ibidem uterque addat, fœminas, de quibus ibi agitur, de emphyteuſi hæreditaria poſſe detrahere, Trebellianicam & legitimam: tamen id non ex propria ipſarum perſona contingit, ſed ex perſona maſculi defuncti, qui, ut apparet ex ſpecie facti ab Andr. propoſita, hæredes illas inſtituerat. Nam cum is capax fuerit ſucceſſionis, non mirum, cur ipſi jus hoc competierit. Guid. Papæ doctrina ut ſeſe habeat, ſuprà viſum eſt.

Boërius verò *in d. deciſio. 204. num. 14. & 29.* hoc ſolùm affirmat, filiis ex feudis, in quibus propterea, quia individua ſunt, non ſuccedunt, legitimam in pecunia perſolvendam eſſe. Quod cum propoſito noſtro nihil habere commune, ſuprà abunde demonſtratum fuit.

Julius Clar. in d. §. feudum: quæſt. 46. ſolùm de filiis alioqui ſuccedentibus in feudo loquitur: de filiabus verò ne verbum quidem facit. Sic etiam *Camerar. in d. §. præterea ducatus:* quæ de legitima concludit, ad filios tantum reſtringit, qui cum in feudo ſuccedant, meritò ſanè eorum reſpectu legitimæ habetur ratio.

Joh. Lupus in rubr. c. per veſtras: §. 47. n. 17. de don. int. vir. & uxorem hoc duntaxat aſſerit, ex feudo individuo reliquis filiis legitimam deberi. Hoc verò ad propoſitum noſtrum non pertinere ſatis jam eſt indicatum. Eodem modo de filio detrahente legitimam ex caſtris loquitur *Petr. de Barbob. conſil 137. inter conſil. ultima volunt. Apud. Riminal.*

Digitized by Google

verò *conſil. 5.* nihil eſt reperire, quod ad propoſitum noſtrum faciat. *Ruinus autem in d. conſil. 117.* præterquam quod de filiis tantùm loquitur, hac ſola nititur ratione, quià feudum iſtud pro libito in extraneum alienari poterat. *Bertrand. in d. conſil. 173.* penitus contrarium aſſerit, videlicet, quod filiæ ex feudo maſculis conceſſo legitimam petere non poſſint, quantumvis alioqui ſecundùm conſvetudinem regionis in feudo ſucceſſionis via ipſis pateat. *Merza.* quantum ſit tribuendũ, ſuprà dictum fuit. Vides itaq; auctoritates interpretum à Burſato adductas nobis non refragari: quas ideo ſigillatim recenſere placuit, ne quibus librorum copia non eſt, hiſce allegationum iſta coacervatio ancipitem dubitandi curam afferat. Quibus denique omnibus cum ſatis jam oſtenſum ſit, nihil in medium afferri, quo contraria fulciri poſſit opinio: contrà verò ſententiam noſtram manifeſta & ſolida juris ratione eſſe ſubnixam, ſecundùm hanc ſanè abſq; hæſitatione concludendum arbitror, filias ex feudo hæreditario legitimam petere non poſſe.

44 Sed † ut hoc tunc rectè obtinet, quando feudum hæreditarium, excluſis fœminis, ad ſolos maſculos pertinet, (c) ſic è diverſo eo in caſu, quo in feudo etiam fœminæ pariter cum maſculis ſuccedunt, haud invitus in opinionem Burſati tranſeo, ut filiabus ex tali feudo legitimam deberi exiſtimé. Nam tum ceſſat omnis ratio ſuprà conſiderata; & omnia illa, quæ de filiis paſſim tradita ſunt ab interpretib., quod legitimam petere poſſint etiam ad filias rectè accommodabuntur. Et hoc in ſpecie docuit *Alex. Rubeus in d. conſil. 34. confirmaturque optimè ex iis, quæ tradunt DD. in d. l. 1. C. unde vir & ux. & Roland. à Vall. in d. tract. de lucro dot. quæſt. 54. & Menoch. in d. conſil. 8.* & in hac facti ſpecie conſuluit etiam *Burſ. in ſæpe dicto conſilio*, intra cujus limites ſi permanſiſſet, palmam facilè potuiſſet obtinere. ſed cum propoſiti caſus fines tranſgreſſus, idem in feudo hæreditario ſimpliciter aſſeruerit, idem viro illi perquam erudito, multæq; lectionis, quod nimis animoſis gladiatoribus accidere ſolet, contigiſſe, ex his, quæ hactenus diximus, manifeſtum eſt.

Reſtat ut videamus, quid juris ſit in feudo novo pecunia paterna acquiſito, an ex eo duntaxat filiæ legitimam petere poſſint. Et reperio quendam doctiſſimum alioqui & exactiſſimi judicii virum, cum hanc quæſtionem diligenter examinare voluiſſet, omnem tamen vim in eo, quod ab interpretibus vulgò receptum eſt, ejuſmodi feudum filiis in legitimam imputandum, quod item ex illis rebus, de quibus legitima ſolvi non poteſt, ſaltem æſtimatio præſtanda ſit, poſuiſſe, atque hinc filiabus legitimam adjudicaſſe.

Sed † nos ſuprà oſtendimus, quæſtiones haſce plurimum inter ſe differre: 45 verendum eſt igitur, ne argumentum iſtud infirmius ſit, quàm ut eo ſententia iſta ſtabiliri queat: cum præſertim non leves adſint rationes, quæ contrà ſuadere videntur, filiabus ne ex hoc quidem feudo legitimam deberi. Nam quamvis feudum pecunia paterna comparatum ſit, non tamen propterea magis filiæ in eo ſuccedere poterunt, ſed nihilominus hiſce excluſis, ad ſolos maſculos pertinebit, *ut ſup. quæſt. 34.* ubi de filiarum ſucceſſione actum fuit, copioſè demonſtravimus.

Idq; ab omni dubitatione eſt remotum, ſiquidem, ut apud nos plerunq; fieri ſolet, feudum ejuſmodi maſculis tantummodo conceſſum fuerit. Apparet itaq; in propoſito eandem ſubeſſe rationem, ob quam filias ex feudo novo ſine pecunia acquiſito legitimam petere non poſſe, paulò ante firmavimus.

Dixi-

Diximus enim, id omne ex eo deſcendere, quod filiæ in ejuſmodi feudo non ſuccedant, cum regulariter legitima ab eo, qui à ſucceſſione penitus eſt excluſus, peti non poſſit. Ideoque memini, collegium quoddam
(d) juriſperitorum (*d*) non contemnendæ auctoritatis hac de re conſultum, tum ex hac, tum ex aliis etiam rationibus reſpondiſſe, filias ex feudo de novo emto legitimam petere non poſſe. Quod reſponſum, ut diligenter conſideratis hujus opinionis rationibus, de veritate rei magis appareat, hic inſerere placuit.

Quod ex feudis (inquiunt) de novo emptis vel ratione pecuniæ, qua ſunt comparata, ſororibus fratrum ab N. legitima, aut ejus ſupplementum non debeatur, probatur per jura & argumenta ſubſequentia: quia hoc à lege non reperitur diſpoſitum, ſine
46 † qua erubeſcimus loqui: §. *conſideremus: in authen. de trient. & ſemiſſ.* Imò prorſus contrarium, quod videlicet fœminæ aut filiæ in feudis regulariter non ſuccedant propter certas & graves quaſdam cauſas, quas recenſere minimè eſt opus, niſi hoc expreſsè in inveſtitura ſit dictum, *c. 1. in princ. & §. fin. de ſucc. feud. & c. 1. §. & quia: qui feud. dar. poſſ.* Quod etiam conſuetudo notoria confirmat.

47 Quamvis † verò videatur, quod in feudis emtis regulariter fœminæ, ſicuti maſculi magis ratione contractus, quàm ex feudi natura ſuccedant, *ſecundum Ludov. Rom. conſil. 367. incip. circa primum: num. 12. col. fin. verſic. fallit quartò: Phil. Dec. conſ. 29. & pro tenui facultate: n. 7. & Odofr. in ſum. tit. qui poſſ. ſucc. in feudo: quod etiam tenet & ſequitur Curtius in ſuo tr. feud. 3 part. in princ. n. 6. cum quo tranſire videtur Bald. in c. 1. §. & quia: qui feud. dar. poſſ. licet in fin. n. 19.* de veritate hujus dicti videatur ſubdubitare, dum inquit, hoc eſſe notabile, ſi eſſet verum: verius tamen eſt, quod fœminæ etiam in feudis emptis non ſuccedant *per c. 1. §. hoc autem: qui feud. dar. poſſ. c. 1. filia verò: de feud. ſucc. c. 1. §. ad filias: de grad. ſucced. in feud. c. 1. an mutus: vel aliàs imperfectus: c. 1. de alien. feud. patern.*

Licet † enim feudum ſit emtum, nihilominus tamen manet feudum, nec 48
fit allodiale, id eſt, proprii patrimonii, *ſecundum Andr. de Iſ. in c. 1 § hoc autem notandum: qui feud. dar. poſſ. per regulam illius text. & ſecundum Mart. Laud. in §. & quia: eod. tit. qui dicit, ſe ita conſuluiſſe: quam ſententiam ſequitur Jac. de S. Georg. in verb. & fœminis, qui ſcribit ſe vidiſſe, pro ea opinione judicari: & Zaſius de feud ſucc. referens, ſe in negocio Epiſcopi Curienſis ita conſuluiſſe.*

Feudi enim emti natura, quoad ſucceſſionem non mutatur, & ita hodie in hiſce provinciis obſervari, atteſtatur conſuetudo generalis & notoria. Prior verò opinio aliorum, tenentium contrarium procederet forſitan in feudo emto ab ipſo domino: & in tali caſu videntur loqui Dd. tunc enim, quando dominus recipit pecuniam, & pro ea vendit atq; concedit feudum, non dicitur propriè feudum. nullum enim beneficium præſtat, qui juſtum precium pro re ſibi exſolvi patitur, *ſecundùm Odofr. in loco ſupra citata*: ſed hic ſumus in terminis diverſis, ſcilicet quia feuda ſunt emta ab alio convaſallo, quo caſu feudum quo ad ementem & vendentem non eſt gratuitum, ſed reſpectu domini conferentis feudum nihilominus dicitur gratuita conceſſio, quia pro illa conceſſione & inveſtitura ei nihil præſtatur, ſed tantum emptor eſt novus vaſallus, & ad vetera ſervitia prioris vaſalli pro illa re feudali emta aſtringitur, *c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud. amitt.*

Poſtremò ipſimet Dd. ſuperius citati fatentur, quando ultra pretium domino pro feudo datum, etiam exiguntur ſervitia perſonalia, prout eſt in caſu noſtro, quod tunc non habeat locum ſucceſſio fœminæ, *ſec. Curt. in ſuo tract. feud. 2. part. in princ. n. 61.*

Præterea ſi fœminæ deberent in comparatis feudis in caſu præſenti ſuccedere, non modò hoc eſſet contra intentionem patris, qui pro ſe & filiis ſuis tantùm emit, & in feudum accepit, & in ultima ſua voluntate declaravit, quod dominium eorum æqualiter, & ad filios tantùm, non autem fœminas etiam deberet pertinere: verum etjam hoc eſſet contrà communem conſuetudinem notoriam, & publicam utilitatem, quæ eſt, ut dignitas ordinum atque familiarum nobilium ſit ſalva, *l. 1. §. denunciare: ff. de ventr. inſpici.* Nam domus & familiæ generaliter non conſervantur per fœminas, ſed per maſculos: & generaliter magis favetur agnationi, quam cognationi, *ſecundum Bald. in l. fratres: Cod. de inoff. teſtam.*

Cum ergo fœminæ & filiæ in feudis etiam emtis nullo modo neque ex teſtamento, cum nulla ordinatio defuncti in feudis valeat, *cap. 1. de ſucceſſ. feud.* neque ab inteſtato ſuccedant: ſequitur etiam, quod eis legitima aut ejus ſupplementum ex talibus bonis feudalibus non debeatur:

49 Cum † legitima tantùm debeatur liberis ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedentibus; pro quo facit *gl. in c. licet: extr. de voto:* quæ dicit quod id, quod lex dicit de legitima relinquenda, non poteſt habere locum in feudis dignitatum, cum per hoc diminuerentur, & cito deſtruerentur: & quamvis ibi loquatur de regno, quod dividi non poteſt, tamen etiam hoc in feudis nobilium conſuetudine generali & notoria eſt introductum.

50 Sic † nec etiam legitima aut ejus ſupplementum debetur filiabus ratione pecuniæ in emtionem illorum feudorum collatæ, quia pater eam non de communi erogavit, ſed de ſuo patrimonio, in quo liberi nondum habuerunt jus aliquod, *ſecundùm Bald. in l. filiæ: numer. 11. Cod. famil. herciſ.* Patri enim liberum fuiſſe illam pecuniæ ſummam pro libito erogare, ambo non poteſt, cum in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter: *l. in re mandata. C. mandati:* Iniquum enim eſſet, ingenuis hominibus, & maximè nobilibus, non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem, *l. hoc usq. adeò: ff. ſi a parente quis manu:* ſed juſtum eſt unicuique ſua committere, *l. nemo extern. C. de jud.* Hinc eſt, quod ſanus poſſit omnia bona ſua quibuſlibet conferre, *c. de tu: ubi gl. extr. de ſepult.* & pater omnia bona ſua committere & pecuniam in mare projicere, *prout refert Bald. in l. 1. C. de inoff. teſt. n. 8.* & hæc facultas jure dominii ei competit, quod eſt jus de re corporali perfectè diſponendi, *l. ſi quis 11. §. differentia: ff. de acq. poſſ.*

Quamvis † autem hoc ſit intelligendum, dummodo quis legitimè diſponat, *ſecundùm Paul. de Caſtr. in d. l. in re mandata:* & niſi lege prohibeatur, *ſecundum Bart. in d. §. differentia:* & ſic quoq; in hoc caſu ita videatur eſſe interpretandum & reſtringendum, quod pater habeat liberam poteſtatem convertendi pecuniam in emtionem bonorum feudalium, dum tamen legitima ſc. dimidia pars ejus tot liberis & maximè filiabus ſua pars ſalva maneret, ſicuti etiam hodie patris poteſtas eſt limitata, quod ad vitam liberorum & bona patris attinet, ut non poſſit eos occidere, aut exhæredare ſine juſta cauſa, *ſecundùm Bart. in l. in ſuis ff. de liberis & poſthum. ſed* teneatur eis legitimam relinquere: *authen. noviſſima. Cod. de inoff. teſtam.* Tamen iſta non obſtant. 51

Legitima † enim, & ſic ejus ſupplementum tantùm debetur de bonis allodialibus, repertis in hæreditate defuncti patris, tempore mortis, *l. cum quæritur. C. de inoff. teſt.* ſed eo tempore iſta pecunia non fuit amplius in hæreditate patris, ſed collata in emtionem feudorũ: ergo ejus ratione non poteſt peti à filiab. legitima, aut aliquod ſupplementum ex bonis feudalibus. 52

Google

Nam ea debetur tantùm de toto aſſe hæreditatis, *ſecundùm Bald. in l. jubemus, in 4. col. C. ad Trebell.* quamvis ſit non quota hæreditatis, ſed bonorum tantùm, *juxta eundem Bald. in l. quoties, C. de hæred. inſtitut.* quod verò ex bonis feudalib. legitima aut ſupplementum ejus debeatur, hoc in jure non reperitur proviſum, ut ſuperius eſt deductũ.

53 Deinde † etſi ſurrogatum ſapiat naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur, *l. ſi eum §. qui injuriarum. ff. ſi quis caution.* & res quoq; ſuccedat in locum pecuniæ, quemadmodum † ècontra precium in locum rei, *l. ſi & rem & precium, ff. de petit. hæred. & habetur, in l. ſi ut proponis maximè, per Bald. ibi, C. de rei vendic. & Bart. in l. Imperator, §. fin. de legat. 2.* & ſic feuda de novo à patre empta ſuccedere videantur in locum pecuniæ, quæ fuit res allodialis, in qua ſi non fuiſſet converſa in prædia feudalia, æqualiter cum maſculis ſucceſſiſſent filiæ, *l. maximum vitium, C. de liber. præt. vel ex hær.* aut ſi pater eam inæqualiter etiam diviſiſſet in ſuo teſtamento, tamen non potuiſſet ipſas filias in iſta quantitate ſua legitima privare, *l. omnimodo, l. parent. C. de inoff. teſta.* ergò etiam juſtum eſſe videatur, ut filiæ in illius feudis de novo emtis ex illa pecunia ſuccedant cum filiis: Tamen † hæc objectio ſic ſol-
55 vitur, quod ſurrogatum non ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur, quando aliud ſpecialiter eſt expreſſum in ſurrogato, quàm fuit diſpoſitum in principali, ita notabiliter limitat iſtam regulam *Bart. in l. 1. §. hæc act. ſi quis teſta. liber eſſe juſſ. fuer.* licet ergò ſi in pecunia permanſiſſet pecuniâ, ſalva fuiſſet filiarum legitima, tamen ſecus eſt in ſurrogato, videlicet feudis emtis, in quibus expreſsè aliud eſt proviſum, nempe quod fœminæ in illis non ſuccedant, ut ſuperius eſt deductum.

56 Sic † etſi res ſuccedat loco pecuniæ, ſicut precium loco rei, tamen hoc procedit in judiciis univerſalibus, *ſecundùm gl. Bart. & communiter Dd. in d. l. ſi rem & preciũ*, & ſic quoq; idem eſt in caſu contrario, videlicet quod nec res ſuccedat loco precii, niſi in univerſalibus. Correlativorum enim eadem eſt natura, *l. fin. C. de indict. viduit. toll.*

Sed hîc eſt quæſtio, an in judicio particulari, videlicet contractu emtionis ſuccedat res emta loco pecuniæ, ita quod habeat eandem naturam & qualitatem, quam habebat prius pecunia, cùm tamen res emta alterius, & iſtius naturæ ſemper fuerit ante mille annos, & adhuc ſit, quod filiæ non ſuccedant. Præterea quod res emta ſuccedit in locum pecuniæ, hoc eſt, in certis quibuſdam caſibus, nempe in re emta ex pecunia militis, minoris, uxoris, & Eccleſiæ, *ſecundùm gloſſ. & Dd. in d. l. ſi ut proponis.*

Quod ſi inſuper inſtaretur, & adhuc objiceretur, quod legitima quaſi debitum bonorum ſubſidium dicatur, & etiam quaſi debita liberis in vita patris ſecundùm Bart. *in l. fin. ff. de liber. agnoſcend.*

Tamen † non eſt uſq; adeò debita liberis à patre, ut per hoc actio pro ea 57
in vita patris liberis competat contra patrem, ſed dicitur quaſi, & ſic impropriè debita, & ita non dicuntur liberi habere aliquod jus in debito bonorũ ſubſidio, vivente patre, *ſecundùm eundem Bart. ibid.* ideoq; liberi non poſſent eam petere vivente patre, neque pater tenetur eam ipſis in vita aſſignare, *ſecundùm gl. not. in c. Raynu. extr. de teſta. & ibi Abb. & Dd. in l. cum filius, ff. de verb. oblig.* Non enim debetur liberis, niſi poſt mortem naturalem patris, *l. 1. §. ſi impub. ff. de coll. bon.* ubi textus inquit, præmatura enim eſt hæc ſpes, cùm adhuc vivat is, de cujus bonis quarta debetur.

Ulterius † ſi opponeretur, quod li- 58
beri, vivo patre, quodammodo domini exiſtimentur, & dominium dicatur continuari in liberos ſuos, & eis non nova hæreditas obvenire, *§. in ſuis Inſtit. de hær. ab inteſt. venient. l. in ſuis, ff. de liber. & poſthu.* tamen non ſunt verè

domini, ſed impropriè, & magis imaginatione, quàm veritate, cùm duo in ſolidum ejuſdem rei non poſſint eſſe domini, & ſic impropriè & quaſi dominium in eos continuatur.

59 Ergò † cùm nihil juris habuerint in pecunia liberi, non potuerunt patrem impedire, quò minùs pro arbitrio ſuo eam erogaret, multò minùs nunc de feudis emtis poſſunt petere legitimam, aut ejus aliquod ſupplementum. Ad deſtructionem enim antecedentis ſequitur deſtructio conſequentis, *ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juris. l. 1. §. hujus rei,* ſicuti deſtructo ordine deſtruitur ordinabile, *ut ff. de ſervit. ruſtic. præd. l. tria prædia, ſecundùm Bald. in d. §. & quia,* & ſucceſſio non poteſt fieri per ſaltum, videlicet de pecunia, quæ fuit allodialis, in qua pater liberam habuit facultatem diſponendi, ad feudalia ex ea comparata.

60 Et † ſicuti legitima non poteſt peti, niſi de ſubſtantia bonorum teſtatoris, *ſecundùm Bald. in l. omnimodo, C. de inoff. teſtam.* ſcil. allodialium & non feudalium: ita quoq; ſuppletio legitimæ debet fieri ex rebus ipſis allodialibus.

Nam eſt onus reale, quod ſequitur res hæreditarias, *ſecundum Bart. in l. in quarta, num. 13. ff. ad L. Falcidiam.*

61 Pro † hoc facit, quod tenet *Johan. de Imol. in c. potuit extr. locat.* quod ſi aliquis acquiſivit emphyteuſin pro ſe, filiis & nepotibus, poteſt illam uni ipſorum prælegare in præjudicium aliorum, quia ex pœnitentia ſua poteſt impedire efficacem acquiſitionem, antequam jus ſit actualiter acquiſitum, & ait, ſe ita conſuluiſſe, *prout refert Jaſon. in l. fin. num. 4. ff. de pactis.*

62 Poſtremò † legitima poteſt diminui per conſuetudinem ſecundum *Abb. in c. Raynutius, num. 13. extra. de teſta.* & ſic quoq; eſt generali conſuetudine ultra memoriam hominum introductum, præſertim in hiſce provinciis, quod de bonis feudalibus nulla debeatur filiabus aut fœminis legitima, neq; etiam dos, quando ex bonis allodialibus poſſunt habere congruam & ſufficientem dotem, quemadmodum in caſu noſtro ſufficienter, ut indicatum eſt, ſunt conſecutæ.

Et cùm hoc æquum viſum ſit nobilibus & dominis feudorum, ne familiæ & feuda eorum ac ſervitia inde debita ad nihilum redigerentur, tales æquitates conſuetudine longæva roboratæ etiam in materia feudorum habent in ſe pondus ſtatuti, *ſecundùm Odofred. in l. 1. C. de ll. prout eum refert & ſequitur Bald. in ſæpe citato, c. 1. §. & quia, de his qui feud. dar. poſſ.* ubi etiam hinc dicit, in Tuſcia & Lombardiæ, nos habemus ſtatuta de ſucceſſionibus, quæ ſunt ſervanda: quod optimè dicit probari per gl. illi.

Et quamvis videri poſſit iniquum eſſe, quod filiæ legitimam aut ejus ſupplementum non debeant conſequi ex bonis feudalibus: tamen illis reſpondetur *per Bald. in d. §. & quia in fin.* qui notat ex textu, quod conſuetudines feudorum introductæ ſunt ſecundùm uſum ab antiquis ſapientibus inſtitutum, & ideò valeant beſtiæ, quæ dicunt uſum feudorum ſapientiam in ſe non habere.

Eodem igitur modo à ſapientibus nobilibus & dominis feudorum, ne diminuantur aut deſtruantur præclaræ familiæ, & feuda atq; ſervitia de illis debita, eſt inductum, ne debeatur filiabus & fœminis ex feudis legitima & ſupplementum, niſi in defectum, quando ſcil. dotem congruam ex bonis allodialibus conſequi non poſſunt.

Per hæc ſententiam iſtam ſufficienter eſſe juribus confirmatam ſentimus nos Decanus, Viceordinarius, & reliqui Doctores Juridicæ facultatis ſtudii N. in cujus fidem ſigillum noſtrum apponendum curavimus, ſalvo tamen melius ſentientium judicio.

Præter rationes in hoc reſponſo conſideratas alii, (e) his etiam argumen-

mentis opinionem iſtam ſtabilire conantur, primò, quia legitima debetur filio & filiabus de bonis paternis, *l. cùm quæritur, de inoffic. teſtam. Bart. in l. ex facto, numero primo de hæred. inſtit. Bald. in l. quoties, C. eod. Jaſon. in authen. noviſſima, num. 2. C. de inoff. teſtam.* ſed appellatione bonorum ſimpliciter prolata nunquàm comprehenduntur bona feudalia, præſertim quando inter feuda & alia bona diverſitatis ratio militat, *c. 1. §. in generali, & ibi Bald. Alvarot. Præpoſ. & Afflict. ſi de feudo defunct.*

Igitur de feudis legitima ſolvi non debet, *arg. l. ita autem, in princ. & ibi Bart. de admin. tut. l. quod conſtitutum, de milit. teſt. l. 4. §. toties, & ibi Bart. de damno infecto.* Deinde legitima debetur filiis & filiabus ex iis bonis, quæ detracto ære alieno ſuperſunt, *l. Papin. §. quarta, de inoff. teſta. l. in imponenda, ad L. Falcid.* ſed feudum etiam à patre pro ſe atq; filiis emtum dicitur æs alienum, à patre poſt mortem ſuam filiis debitum, *arg. ejus, quod de emphyteuſi tradit Bart. in l. ut jusjurandi, §. ſi liber. de oper. libert.* eam cenſeri æs alienum à patre poſt mortem filiis debitum. Nam eadem ratio eſt in feudis, *Everh. in loco ab Emphyt. ad feud.* ergò ſicut æs alienum ante omnia deducitur priùs, quàm legitimæ ratio ineatur, ita & feudum de bonis paternis detrahi debet, *arg. l. 1. de leg. præſtan. & l. de prec. de public. in rem act.* & quod conſequens eſt, de feudo legitima minimè ſolvenda erit. Tertiò, quia de rebus, quas defunctus poſt mortẽ ſuam alteri reſtituere obligatus fuit, legitima, vel alia quarta pars minimè ſolvi debet, ſed eæ ante omnia tanquam æs alienum deducuntur, *l. irritum, C. ad L. Falc. l. in ratione §. quod vulg. eod. tit.* Nam etiam feudum dicitur alicui ea conditione conceſſum, ut illud poſt mortẽ filiis ſuis reſtituat, *Iſer. c. 1. §. hoc quoq., n. 9. de ſucc. feud. Pariſ. conſil. 65. num. 16. lib. 3.*

Quartò, quia licet feudum pater comparaverit, quod demũ poſt mortem ejus ad filios devolvitur, non tamen hi pecuniam in emtionem collatam conferre ſororibus tenentur, ut docet *Bart. in l. 1. §. nec Caſtrenſe, num. 6. de collat. bonor. Bald. in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. teſtam. Paul. de Caſtr. Alex. & Jaſon. in l. illud, C. de collat. Pariſ. conſil. 56. num. 19. lib. 3. arg. l. ea demùm, C. de coll. l. 1. §. ſed ab ipſo, & l. 2. §. diverſum, de col. bono.* Nam hinc rectè etiam colligitur, neq; de precio legitimam peti poſſe.

Quintò, patri permittitur, titulo oneroſo legitimam debitam filiis minuere, *Bart. in l. non uſq., ſi à parent. quis manumiſſ. fuer. Bald. in l. 1. C. de inoff. donat.* ſed feudum eſt titulus oneroſus, etiam quò ad filium feudi ſucceſſorem: quia is propterea domino ad fidelitatem atque ſervitia præſtanda eſt obligatus, *c. 1. §. nulla, per quos fiat inveſtit. c. 1. de form. fidelitatis,* uſque eò, ut quodammodo ſervus domini efficiatur *gloſſ. l. uſusfructus, in princ. de uſufruct.* integrum igitur eſt patri, ut feudum emendo legitimam filiorum minuat.

Sextò hanc ſententiam confirmare videtur id, quòd communiter traditur, ſi feudum ex diſpoſitione ſtatuti vel conſuetudine primogenito tantùm, aliis filiis excluſis, deferatur, tunc primogenitum fratribus ſuis legitimam de hoc feudo ſolvere non cogi, *ut docet Abb. & Dd. c. licet ext. de voto Abb. conſil. 12. num. 3. verſic. venio ad tertium, lib. 1. conſil. 3. num. 12. verſic. ſed his non obſtant. lib. 2. Pariſ. conſil. 17. num. 3. lib. 2.*

Sed † etſi hæc ſpecioſè dicantur quidem, ea tamen tanta non ſunt, ut mihi hanc ſententiam perſuadere poſſint, 63
quin potiùs contra exiſtimo, filias ex feudo pecunia paterna comparato legitimam jure petere poſſe, non quidem ex ipſa ſubſtantia feudi, neque etiam ſecundùm veram ejus æſtimationem, ſed duntaxat habita ratione pecuniæ in emtionem feudi collocatæ tàm rationibus, quàm etiam auctoritate aliorum motus.

Primò. n. nemo inficias ire poterit, patrem, qui feudũ emit pro ſe & filiis, perinde habendum eſſe, ac ſi pecuniam illam filiis ſuis, in quorum gratiam com-

comparavit feudum, dono dediſſet: cùm ipſa natura feudi pro maſculis acquiſiti hoc deſignet, ementem ad maſculos ſolum reſpectum habuiſſe.

64 Eſt † autem juris indubitati, quod ea, quæ pater filio ita donat, ut mox eo vivente donatio valeat, filius reliquis hæredibus conferre teneatur, *ut not. Dd. in auth. ex teſtam. C. de collationibus.* Quare eodem modo etiam id, quod tacitè donatur, conferri debet, *argum. l. 2. §. penult. ad municip. l. 2. C. ſolut. matrim.*

65 Nam † etſi alioqui donatio facta filio in poteſtate exiſtenti morte demùm patris confirmetur, & propterea, quia inſtar relicti eſt, non conferatur, *ut not. in l. illud, C. de coll.* In propoſito tamen ratione adjuncti, id eſt, feudi acquiſiti donatio etiam in vita patris valuiſſe intelligitur, *ut poſt Andr. de Iſern. declarat Camerar. in d. §. præterea ducatus, in dialogo 1. pag. 869.*

66 Et † ne cui mirùm videatur, cur magis hoc loco ad ipſam pecuniam, quàm ad corpus feudi reſpiciamus, ſciendum, id inde fieri, quia pecunia fuit prima cauſa acquirendi feudi, *arg. l. ſi id quod de donat. l. 3. C. ad Macedon. c. 1. de vaſallo decrep.*

Neque enim rarum eſt in feudo, ut, etſi iſtud ad aliquem pervenire non poſſit, nihilominus tamen habeatur ratio precii, quod eo nomine expenſum eſt, ut diſertè probatur *in c. 1. §. ſi duo fratres, de fratr. de novo benefic. inveſtit.* ubi videmus, quod, licet in feudo ab uno ex duobus fratribus communi pecunia quæſito, defuncto acquirente, alter frater non ſuccedat, nihilominus tamen id, quod de communi expenſum eſt, alteri pro parte competente reſtituendum eſt.

Idem ergò in propoſito dicendum eſt, ut, licet fœminæ in feudo emto non ſuccedant, tamen nihilominus precii, quod in maximum filiarum diſpendium eo nomine erogatum eſt, meritò ducatur ratio.

Secundò, quia ratio iſta à collatione potiſſimùm dependet, & in voluntate defuncti regulariter ſitum eſſe ſolet, utrum is collationem prohibere velit, quo facto, ratione collationis ad pecuniam illam feudi nomine expenſam filiæ aſpirare non poſſent: ideò alio etjam remedio conſultum eſſe filiabus arbitramur, videlicet per querelam inofficioſæ donationis.

Eſt † enim juris explorati, etſi integrum ſit parentibus de bonis ſuis pro libito diſponere, hanc tamen ipſorum poteſtatem his cancellis eſſe circundatam, ut liberis ſuis legitimam relinquere omninò neceſſe habeant, *l. cum ratio, de bonis damnato, §. aliud quoq; capitulum, in auth. ut cùm de appellat. cognoſc.* Quod, ſi intermiſerint, liberis indultum eſt, ut hanc inofficioſam parentum diſpoſitionem, ſive donationem intra modum revocare, & debitam portionem inde conſequi poſſint, *l. 1. & 2. C. de inoffic. donat.* 67

Cumq; hoc in expreſſa donatione ita conſtitutum ſit, nulla ſanè probabilis cauſa reddi poterit, cur non filiabus, quoties emtione novi feudi legitima eas defraudatas eſſe liquet, id etiam permiſſum eſſe debeat, quippe cùm hoc ipſo, quod pater feudum filiorum gratia comparavit, & hac emtione hæreditatem ſuam expilavit, iſtam pecuniæ ſummam pro feudo expenſam filiis donare cenſeatur. Non ſolùm enim in expreſſa donatione, ſed & in tacita & ſimulata querela inofficioſi locum habet, *ut not. Bald. & Dd. in d. l. 1. & 2. C. de inoffic. donat.*

Ex quo etiam nihil refert, quod hoc caſu tàm is, qui feudum vendit, quàm pater emens feudum, titulum oneroſum habeant, & † regulariter contra titulum oneroſum querela inofficioſi non competat, *ut docet Bald. in l. 1. col. penult. C. de inoffic. don. & in l. Papin. §. quarta, col. 1. de inoffic. teſtam. Bart. in l. hæreditarium, de bon. auctor. jud. poſſ. Bald. Salic. & Paul. de Caſt. in l. 2. C. ſi quid in fraud. patr.* 68

Non

69 Non † enim hoc contendimus, ut filiæ à venditore, qui titulum oneroſum habet, de pecunia expoſita legitimam conſequantur, ſed hoc agimus, ut filii, in quorum gratiam tantùm pecunia eſt expenſa, & quibus tantundem ex bonis paternis donatum eſſe cenſetur, ſororibus de inofficioſa donatione conquerentibus legitimam, quæ ob emtionem feudi diminuta fuit, ſuppleant. Quod ut fiat, juris ratio jam adducta exigit.

70 Accedit † hiſce tertiò, quoniam, ſi aliter diceremus, licitum eſſe patribus, omnem præſentem pecuniam, vel ſaltem potiſſimam ejus partem in feudalia bona erogare, & hac ratione filiis multa, contra autem filiabus perpauca aut penitus nihil relinquere, ſicque eaſdem debito bonorum ſubſidio defraudare: cùm tamen hoc ipſum, naturali æquitate ſuadente, jura communia ſtudioſè præcavere voluerint, ſæpiùs repetitis ſanctionibus, multisq; introductis remediis, quibus parentibus omnem liberos legitima defraudandi viam præcludant: contra verò liberis conſulant.

Quæ cum jure feudali nuſquam correcta ſint, qui potius hac de re nihil eo jure diſpoſitum reperiatur, ſequens ſanè eſt, hunc caſum ſecundùm regulas juris communis decidendum eſſe. Nam regulariter omnia, quæ jure feudali ſatis clarè definita non ſunt, ex jure civili ſunt dijudicanda, *c. 1. de feudi cognitio. ubi hoc notant omnes Interpretes Bald. in c. 1. §. præterea, & ibi Præpoſ. num. 9. de prohib. feud. alien. per Frider. & in l. cum oportet, in fin. princ. C. de bonis quæ liber. Alex. in conſil. 55. col. 4. lib. 4. & in conſil. 5. col. 2. lib. 5. Jaſon. in prælud. feud. n. 63. Curt. jun. in tract. feudal. part. 1. princip. quæſt. 4. nu. 1. Zaſius in Epito. feud. parte 7. num. 6.* Id quod in propoſito vel ideò magis tenendum, cùm alioqui magna juris communis introduceretur correctio, quæ tamen, quoad ejus fieri poteſt, evitanda eſt.

Quartò, † hanc ſententiam probabiliorem etiam reddit ipſa æqualitatis ratio, quam inter liberos potiſſimùm conſiderandam eſſe juris eſt non incogniti, *l. cùm pater, 77. §. dulciſſimis, de lega. 2. l. ſi major. C. comm. divid. l. fin. C. comm. utriusq. judic. auth. de nuptiis, §. illud quoque, l. jam hoc jure, & l. Lucius, de vulgar. ſubſtit.* Ideoq; ut ſervetur æqualitas ſæpiùs in legato venit, quod aliàs non veniret, *l. quæſitum, §. ſed & ipſe de fund. inſtruct. quem textum notab. dicit Aretin. in l. qui filiabus in princ. col. fin. de legat. 1. & Bart. in l. ſi pater, in princ. de donat.* ſic etjam ea, quæ ſuapte natura non conferenda ſunt, conferuntur tamen cauſa inæqualitatis vitandæ inter liberos, *ut not. glo. & Dd. in l. illud, per illum text. C. de coll. & Bald. in conſil. 37. quoniam re melius intellecta, col. 3. verſ. quæſtio vertitur, lib. 2.* 71

Ex quo eam ſemper eſſe in dubio tenendam opinionem, per quam liberi ad æqualitatem reducantur, *docuit Socin. in repet. l. cùm avus, col. 20. de condit. & demonſt. & in conſil. 108. incip. caſus ſer. Franciſcus lib. 3. Corneus in conſil. 309. Multum latè, & ſerioſum, li. 1. cum aliis in hanc ſententiam congeſtis per Tiraq. de jure primogenit. quæſt. 4. in princ.*

Deniq; hoc diſertè docuit ſummus ille feudiſtarum auriga *in d. §. præterea ducatus, c. Imperialem, & eum ſecutus pluribus firmavit Camer. in dialogo, qui habetur circ. fin. d. §. præterea ducatus, mihi pag. 863. & prolixè Sigiſm. Loffr. ibi in paraph. & tenuit etiam Capit. in d. deciſ. 2. nu. 7. & Guerrin. Piſo in præl. feud. ſub tit. feuda propria & impr. quænam ſint in pr. verſ. & ultimò adhuc impropriũ,* dum concludunt, ſi feudum, in quo tantùm debet ſuccedere primogenitus, ſit emtum ex pecunia patris, quod tùm primogenitus tantùm conferre debeat fratribus, quantum ex patris ſubſtantia deceſſit pro emtione feudi.

Et quamvis hanc concluſionem (ut opere hoc abſoluto reperi) impugnare conetur *Johan. Thoming. Minadous ſuper conſtit. reg. in aliquibus, in princ. num. 30.* ejus

ejus tamen argumenta facilè refutari poterunt rationibus paulò antè conſideratis, & iis, quæ copioſius adduxit Loffredus in dicto loco. Nam Minadoi rationes potiſſimùm collationem reſpiciunt, cùm interim ſententiam noſtram potiùs remedio querelæ inofficioſæ donationis fundaverimus.

Licet etiam auctores jam citati eo de caſu loquantur, quo pater emit feudum primogenituræ, & collationem conſiderent tantùm reſpectu fratrum: eandem tamen rationem habent reliqua feuda.

Nam quemadmodum in hiſce filiæ non ſuccedunt, ita etiam in feudo primogenituræ reliqui filii à ſucceſſione penitus ſunt excluſi: ut ita utrobique eadem ſit ratio & in filiabus. Hanc ſententiam eleganter etiam probat *D. Thoming. deciſ. 2.* quæ & Conſtitutio Elector. nuper eſt confirmata, magna tamen adhibita reſtrictione.

His ita firmatis, non erit difficile ſatisfacere illis, quæ in reſponſo ſupra commemorato fuerunt conſiderata.

72 Nam † ad primum argumentum à lege ceſſante deſumtum quod attinet, ex iis, quæ paulò antè diximus, in aperto eſt, ſententiam hanc manifeſtis juris communis rationibus ſatis probari. Et quamvis id jure feudali diſpoſitum non reperiatur, hoc tamen nihil impedit, quò minus ex juris civilis regulis quæſtionem iſtam definiamus, quin potius ex hoc ipſo, quod caſus iſte jure feudali præter miſſus eſt, ſequitur, eum juxta jus civile determinandum eſſe, *c. 1. de feud. cogn.*

73 Succeſſionis † verò conſideratio ad propoſitum noſtrum non pertinet. Non enim hoc agimus, ut filiæ in feudo ſuccedere debeant, ſed contendimus ſolùm, patri integrum non fuiſſe, maximam bonorum ſuorum partem in feudum expendere, & hac ratione filias legitima jure naturæ debita defraudare, & quod adeò hiſce vel collationis, vel querelæ remedio merito conſultum eſſe debeat. Quantumvis igitur filiabus ſucceſſionis locus non ſit in feudo, hoc tamen obſtaculo eſſe non poterit, quò minùs de pecunia, quàm pater hac veluti donatione in filios contulit, legitimam petant, ut proinde hoc cum ſucceſſione ipſa nihil commune habeat.

Ex † quo etiam apparet, caſum hunc ab illis, in quibus à legitimæ petitione filiam removeri, ſuprà firmavimus, plurimum differre. Nam hîc in conſiderationem venit pecunia, quam pater in fraudem filiarum in feudum collocare non debuit, atque hinc filiæ, etſi in feudo non ſuccedant, tamen ob hoc ipſum, quia non ſuccedunt, juſtam conquerendi cauſam habent, ſe pecunia illa in maximum legitimæ diſpendium defraudatas eſſe. 74

At in illis caſibus nihil eſt, quod præter ſucceſſionem rectè conſiderari poſſit, vel quod filiæ jure prætendere queant, ſed omnis legitimæ petitio à ſolo ſuccedendi jure dependet, à quo cùm penitus excluſæ ſint, meritò etjam à legitimæ petitione remotæ cenſentur.

Eſt enim in hiſce caſibus legitimæ petitio cum jure ſuccedendi in ipſo feudo conjuncta, cùm interim in propoſito illa nihil cum jure ſuccedendi in feudo commune habeat.

Fruſtra etiam hoc loco attenditur mens patris, volentis feudum ad ſolos filios pertinere, cùm probaverimus, patrem, etſi hoc maximè voluerit, non tamen propterea filias legitima naturâ debita defraudare potuiſſe.

Ad quemlibet enim actum ritè expediendum non ſola voluntas ſufficit, ſed inſuper requiritur etiam facultas, *c. cum ſuper. de offic. jud. deleg. l. cum te, ubi not. Bald. C. de donat. ante nupt. Decius in conſil. 198. col. 2. verſ. prædictis, Socin. jun. conſil. 72. num. 12. vol. 1. Roland. à Vall. conſil. 10. vol. 3.*

Sic † etiam ratio conſervandæ familiæ tanta non eſt, ut propterea patri permiſ- 75

permiſſum ſit, liberis portionem jure naturæ debitam auferre. Nam etſi ſtatuto & conſuetudine hoc introduci quandoque poteſt, non tamen propterea patri integrum eſſe debet, hoc propria auctoritate ſibi ſumere contra manifeſtam juris diſpoſitionem, *l. nemo poteſt de legat.* 1.

76 Quæ † deinde de libero patris arbitrio diſponendi de rebus ſuis, in medium adducuntur, his rectè auctor ipſe reſpondet, hanc poteſtatem intra eum modum eſſe reſtrictam, ut nihilominus tamen legitimam liberis relinquere teneatur, *auth. noviſſima, C. de inoffic. teſtam.* quod verò replicando addit legitimam eſſe æſtimandam ſecundùm bona, quæ mortis tempore extant, ac propterea minùs de pecunia in emtionem feudi collocata, legitimam peti poſſe, id ſanè per quam putridum eſt.

77 Nam † etſi verum quidem ſit, legitimam de illis tantùm bonis, quæ mortis tempore extant, detrahendam eſſe. Interim tamen hoc etiam, ut nobis concedatur, neceſſe eſt, quotiescunq; apparet, patrem ante mortem aliquid in fraudem legitimæ ſuſcepiſſe ac propterea minùs de bonis ejus, mortis tempore extare, quod tùm conceſſum ſit liberis, ut etiam illa, quæ ante obitum geſſit, intra modum redigant, & legitimam inde portionem petant, ut perſpicuum eſt *ex tit. de inoffic. don. de inoff. dot. de inoff. teſta. & ſimil.* Fruſtrà enim alioqui hoc inofficioſæ querelæ remedium eſſet introductum. Ideoq; *Jaſ. in auth. unde ſi parens in princ. C. de inoff. teſta.* rectè dixit per auth. illam limitari regulam, *l. cùm quæritur, C. eod. tit.* quæ vult in legitimæ computatione eſſe inſpiciendum tempus mortis, ut locum non habeat, quando pater in vita feciſſet immenſam donationem.

Non negamus etiam, eſſe in libero parentis arbitrio ſitum, ut bona ſua dilapidet, vel etiam in mare projiciat, neq; de his legitimam rectè peti poſſe, ſed ut hoc tùm rectè procedit, quando de illis bonis nullæ amplius ſuperſunt reliquiæ: ejus enim quod ex rerum natura abeſt, nullæ ſunt qualitates: ſic è contrario res aliter ſeſe habet, quando de bonis paternis aliquid ſupereſt, de quo liberi jure conqueri poſſunt, patrem in ipſorum diſpendium id aliis conceſſiſſe, ut liquet in donatione inofficioſa, cui caſus noſter admodum eſt conſentaneus, cùm, ut ſuprà diximus, pater pecuniam hanc in feudum converſam filiis dono dediſſe cenſeatur, atque inde ſit, de quo juſtam conquerendi cauſam habeant filiæ.

De † natura autem ſubrogati nos 78
hîc eſſe ſolicitos, planè neceſſe non eſt, cùm filiæ petentes legitimam non eo nitantur, quod feudum ſit ſubrogatum in locum pecuniæ expenſæ, neq; inde de ipſo corpore feudi aliquid conſequi velint, ſed conſiderata duntaxat pecunia, quæ acquirendi cauſa fuit originaria, de hoc conquerantur, illam pecuniam filiis dono datam, atque hac ratione legitima jure naturæ debita ſe defraudatas eſſe, id quod commodè ab ipſis fieri poteſt, etiamſi pecunia illa non ampliùs extet, neque feudum in locum pecuniæ ſubrogatum cenſeatur.

Nam neque in materia collationis, neq; etiam in querela inofficioſi, ut illis locus ſit, opus eſt, rem ipſam, quæ conferri debet, & de qua liberi conqueruntur, etiamnum extare, ſed ſufficit, eam ad alium perveniſſe, atque hoc ipſo bona paterna ita diminuta eſſe ut liberi legitima defraudentur.

Neq; † quicquam refert, quod filii 79
vivo patre legitimam non petere, neque etiam domini revera eſſe cenſeantur, ſed ſufficit liberam diſponendi facultatem parentum intra illos limites eſſe coarctatam, ne liberos legitima defraudare poſſint, & hinc liberis indultum eſſe, ut, quæ pater vivens in fraudem legitimæ geſſit, retractare queant, ut ſuprà firmavimus.

80 Quæ † denique de generali conſuetudine annectuntur, ea ut facilè concedimus in feudo antiquo, vel novo etjam abſq; pecunia quæſito, ita res longè aliter ſeſe habet in feudo de novo empto. Nam etſi controverſum hoc quidem hactenus fuerit, Dn. JC. Lipſenſes tamen ſemper tàm reſponderunt, quàm judicârunt, nomine feudi de novo emti legitimam filiabus præſtandam eſſe, *ut teſtatur D.Thom. in d. deciſ. 2.* Et licet hæc legitimæ petitio à filiabus ita volentib. prætermiſſa, quandoque ſit; inde tamen nulla potuit introduci conſuetudo juri communi derogans, cùm hoc in libera ipſorum poſitum fuerit facultate: quales actus ſi prætermittantur, nullam præſcribendi cauſam præbent, *l. viam publicam, de via publ. ubi hoc not. Bart & in l. cùm notiſſimi in fin. pr. C. de præſcr. 30. vel 40. an. Bal. in l. licet in 4. quæſt. C. de jure delib.* Sicut nec etiam lex per non uſum tollitur, *ut docet Cyn. in l. fin. C. de jur. domin. impetr. Bart. in proœm. ff. torum, §. & antea. Idem Bart. & Dd. in l. de quibus de LL.*

Reliquæ etiam rationes parùm urgent. Prima enim generalior eſt, quàm ut ſubſiſtere poſſit: cùm ſecundùm eam neq; filii ex feudo legitimam petere queant. Sed nos ſuprà firmavimus, his legitima defraudatis in feudo, querelam inofficioſi competere. Nihil igitur argumentum iſtud concludit.

81 Nam † etſi quandoq; generali bonorum appellatione feuda non comprehendantur: interim tamen admittatur oportet, de bonis in genere dicta etiam ad feuda rectè accommodari, quoties probabiles rationes hoc ſuadent, *ut apparet ex locis congeſtis à Tiraq. in l. ſi unquam, in verb. bona, nu. 14. C. de revocand. donat.* quas in propoſito etjam ſubeſſe abundè à nobis fuit oſtenſum: Præterea hîc non de eo agimus, ut de feudo legitima detrahatur, ſed de pecunia in emtionem feudi collata, quàm bonorum nomine venire, nemo arbitror inficias ibit.

Non autem rarum eſſe, ut, licet quis in feudo non ſuccedat, precium tamen in conſiderationem veniat, ſatis jam eſt probatum. Qua ratione etjam alterum argumentum tollitur, cùm, ut dictum eſt, hîc non de feudo, quod tanquam æs alienum filii præcipiunt, quæratur, ſed potius de precio, quod, niſi in feudum fuiſſet converſum, æqualiter ad filias pertinuiſſet.

82 Et † poteſt inſuper ad regulam, *d. § quarta,* reſponderi, illam de eo ære alieno intelligendam eſſe, quod ex cauſa oneroſa alteri debitum hæreditatem abſorbet: non autem, quod ex cauſa lucrativa à patre eſt contractum, ut apparet ex legatis, quæ legitimam non minuunt.

Quin tantùm abeſt, ut hoc debitum ſit deducendum, atq; adeò legitimam minuat, ut etiamſi res jam tradita, & dominium ad alium translatum ſit, intra legitimum tamen modum revocari queat, *tot. tit. C. de inoff. don.* Ideoq; etiam *Jaſ. in d. auth. unde ſi p[illegible]s, num. 3. C. de inoff. teſtam.* regulam illam duntaxat ad debitum ex titulo oneroſo deſcendens accommodat, inde concludens, quod, etſi pater vendiderit alicui bona ſua, atque propterea hæc tanquam æs alienum debeantur emtori, non tamen iſtud in diminutionem legitimæ cedat prius, quàm appareat de vera & actuali numeratione precii, uſque eò, ut ne patris ſufficiat confeſſio. At feudum, vel ſaltem pecunia ad filium titulo lucrativo tranſit, cùm nihil ipſe eo nomine erogare teneatur. Non igitur illius reſpectu locum habere poterit regula, *d. §. quarta,* ſed ea non obſtante pecuniæ in emtionem feudi collatæ ratio ducenda erit in computatione legitimæ.

83 Sic † neq; indiſtinctè verum eſt, filios feudum tanquã æs alienum capere: ſed procedit tantummodo in feudo antiquo ſecus in feudo novo, quod à patre ad filium proficiſci intelligitur, ut evidens eſt ex eo, quod communiter

niter traditur, hoc feudorum genus filiis in legitimam imputari. Si enim iſtud æris alieni inſtar eſſet, utiq; communis hæc concluſio minimè ſubſiſtere poſſet.

84 Cùm † ea, quæ tanquam æs alienum capiuntur, in legitimam imputari non ſoleant, *Bald. in conſil. 57. quia illud. lib. 1. Ripa in l. in quartam, num. 135. ad L. Falcid. Vaſquius de ſucc. creat. lib. 3. §. 30. n. 232.*

Tertium etiam argumentum magis ipſum feudum reſpicit, quàm pecuniam in feudum collatam, de qua in propoſito id quæritur, utrum pater in maximam legitimæ diminutionem pro feudo eam exponere potuerit, id quod cum eo, quomodo feudo acquiſito iſtud ad filios tranſeat, nihil habet commune, quare ab hoc ad illud tanquam à ſeparatis inferri nihil poterit. Quin neq; expeditum eſt, patrem gravatum videri, ut feudum reſtituat filiis propter ea, quæ ſuprà *quæſt. 13.* copiosè aſſeruimus.

85 Et † utut res ſeſe habeat, tamen regula de rebus reſtitutioni ſubjectis, intelligenda erit de illis, quæ defunctus, nullo proprio facto interveniente, reſtituere obligatus eſt, ſed quando reſtitutionis onus pervenit ex proprio ipſius facto in fraudem legitimæ ſuſcepto, ut in propoſito, ubi feudum reſtituere non teneretur filiis, niſi prius pecuniam in legitimæ diminutionem erogaſſet, tùm ſanè huic regulæ locus eſſe non poterit. Pone enim, aliquem liberalitate quadam promiſiſſe, maximam bonorum ſuorum partem ſe alteri poſt mortem relicturum, hic etſi ad hoc obligatus eſſet, non tamen propterea minùs iſtud tanquam inofficioſum intra legitimum modum à liberis revocari poſſet, *ut not. Dd. in d. tit. de inoffic. donat. & apparet etiam ex doctrina Jaſ. paulò ante adducta.*

86 Ad † quartum præter ea, quæ in primo fundamento noſtræ diximus ſententiæ, reſpondemus, nos non tàm jure conferendi, quàm remedio querelæ inofficioſæ donationis niti, ac propterea etiam dato, filios conferre non debere, inde tamen minimè ſequi, querelam locum non habere, cùm hæc etiam contra illos competat, qui omninò non conferre tenentur. Quis enim dixerit, extraneum, cui in fraudem legitimæ aliquid fuit donatum, conferre debere; neq; tamen minùs liberis in hunc querelæ remedium datur, ut ita argumentum iſtud nihil concludat. Quinto argumento ſatisfactum eſt iis, quæ ſuprà circa ſecundum fundamentum firmavimus, declarantes regulam, quæ habet, querelam non competere contra oneroſum titulum.

Neq; † concedimus filium, ad quem ex ſucceſſione feudum pervenit, titulum oneroſum habere, cùm ſucceſſiones inter cauſas lucrativas referantur: & licet filius ratione feudi ſit devinctus domino, eum tamen propterea minimè titulo oneroſo, ſed potius lucrativo iſtud obtinere ex hoc manifeſtum eſt, quod regulariter feuda beneficia appellantur, *c. 1. §. ſciendum, de feud. cognit. c. 1. quibus modis feud. amitt.* item benevola actio, *c. 1. §. penult. in quibus cauſ. feud. amitt. Præpoſ. in præl. feud. col. 5. verſ.* item dicitur benevola: Item gratia *Bald. in proœm. feud. col. 4. & ibi Alvarott. & Dd. Mart. Laudenſ. c. 1. col. 2. qui feud. dar. poſſ. Franciſc. Aret. in l. ſi mihi & Titio, col. 2. de verb. oblig.* ſic etſi feudum ſervitus dicatur, non tamen propriè eſt ſervitus, ſed impropriè, *ut not. gl. in c. 1. in princ. & ibi Bald. Alvarot. Præpoſ. & Dd. in quib. cauſ. feud. amitt.* 87

Quin etſi filius ratione feudi onere aliquo prægravetur, ſi tamen iſtud cum illo contulerimus, quod inde filiabus decedit, utiq; perſpicuum erit, in maximo eum lucro eſſe, quare ſaltem hoc reſpectu, vel quatenus ex feudo ultra onera feudalia lucri capit, cauſam lucrativam habere reputabitur, cùm etiam venditio rei magnæ pro exiguo precio facta, cauſa lucrativa cenſeatur eatenus, quatenus æſti-

matio rei venditæ precium excedit, *l. ſi vir uxori in princip. ad SC. Vellejan. l. ſi quis donationis, de contrah. emt. not. gl. in l. apud Celſum, §. auctoris, verb. cauſa de except. doli*, ex quo etiam in feudo, cujus æſtimatio longè excedit, atque ſuperat onus ſive ſervitia, perinde ut in alia donatione locum habere, *l. ſi unquam, C. de revoc. don. exiſtimavit Tiraqu. ibi in verb. donatione largitus, num. 276.*

Præterea ejuſmodi onera querelam inofficioſæ donationis non impedire ex eo liquet, quod etiam illa contra inofficioſas dotes locum habet, *tot. tit. C. de inoff. dotib.* quas tamen titulo oneroſo maritos cōſequi communiter exiſtimatum eſt, *ut not. in l. fin. §. ſi à Socero, de his quæ in fraud. credit. cum aliis adductis per Jaſon. in §. item ſi quis, nu. 30. Inſtit. de action.*

Nullo itaque modo regula iſta huc accommodari poterit. Doctrina verò ultimo loco adducta declaratur ab Interpretibus, ut locum duntaxat habeat in feudo ſine precio acquiſito: ſecus verò in feudo emto. Nam cùm reliquis filiis ex feudo ad primogenitum tantùm tranſeunte legitimam nihilominus deberi, plerique tradiderunt, *ut apparet ex locis ſuprà n. 71. adductis.*

Ut proinde argumentum iſtud ſententiam noſtram non tàm impugnet, quàm optimè confirmet.

Cumque nihil in medium afferatur, quod illam jure labefactare poſſit, in ea meritò perſiſtamus, donec de melioribus fuerimus edocti rationibus.

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

AD quæſtionem hanc vide *Joach. à Beuſt. in l. admonendi 31. ff. de jurejuran. n. 814. Knichen de veſtiturar. pact. part. 1. cap. 3. n. 302. Vultej. de feud. lib. 1. cap. 9. num. 58. & n. 116. Schrader. de feud. part. 7. cap. 5. num. 43. & ſeqq. Heig. part. 1. quæſt. 25. num. 1. & ſeqq. per tot. Andr. Rauchbar. quæſt. 38. num. 43. part. 1. Virgil. Pingizer quæſt. Saxon. 51. Jacob. Schultes in addit. ad Modeſt. Piſtor. quæſt. 122. nu. 37. & ſeqq. uſq. ad num. 52. & n. 92. & ſeqq. part. 3. Andr. Fachinæus lib. 7. controv. cap. 47.* qui ut novi aliquid afferre videatur, quæſtionem quatenus filia per querelam inofficioſæ donationis legitimam ex feudis emptis conſequi poſſit, diſtinctione temperandam cenſet, ut ſiquidem filia ſtatuto aut pacto ab hæreditate parentis excluſa ſit congrua (*ut inquit*) dote accepta querela non competat, ſin autem ad hæreditatem vocetur, tunc duobus caſibus ei conſulendam, quando nimirum totum patrimonium in emptiones feudorum conſumtum eſt, aut certè tantùm non reſtat, quod alimentis filiæ & legitimæ ejus portioni ſufficiat.

Hanc diſtinctionem vitioſam eſſe cuivis rectiùs conſideranti facilè apparebit.

Nam ad primum membrum quod attinet, ipſemet fatetur, etiamſi filia ſtatuto aut renunciatione excludatur, ei tamen congruam dotem aſſignandam eſſe. Hujus verò modus alius eſſe non poteſt, quam ipſius legitimæ, cùm hæc demùm congrua dos dicatur, quæ legitimam æquat, ut omnes uno ore aſſerunt. Quo poſito utique in computatione legitimæ ſive dotis, quæ in hujus locum ſuccedit, videndum erit, an per emtiones feudorum patrimonium ita exhauſtū ſit, ut filia propterea multò minùs percipiat, quàm percepiſſet, ſi feuda illa emta nō fuiſſent, quod ſi apparet, quin legitima ex feudis ſuppleri debeat nulla dubitatio eſt, quod etiam rectiſſimè monuit

Weſen-

Weſenbec. in paratit. C. de inoffic. donat. n. 9. verſ. quare non datur ingratis, &c.

In altero membro primus caſus extra controverſiam eſt, quod nimirum toto patrimonio in feudorum emtionem collato filiæ legitima ex his debeatur, quod verò in ſecundo caſu ſubjicit, quando non omnia bona, ſed tamen tanta ut nihil ferè ſuperſit, ex quo filia legitimam nanciſci poſſit, abſumta ſunt, tunc filiæ eorum æſtimatione facta legitimam aſſignandam concedi facilè poteſt, ſed quomodo hoc conveniat iis, quæ in fine prædicti capitis ponit, cùm ait: Nam pater non erogavit totas facultates in feudorum emtionem, ſicut neceſſe eſſet, ut querela locum habeat, ipſe viderit, niſi fortaſſis ſub appellatione totarum facultatum majorem earum partem comprehendi dicamus. In tertio caſu ſecundi membri, quando nec omnia bona nec major eorum pars feudis impenſa eſt, negat Fachinæus filiæ quicquam deberi, ſed hoc tàm generaliter verum non videtur, ſed arbitrio judicis potius committendum eſt, qui pro complexu rerum & perſonarum rem æſtimabit, ut eleganter oſtendit idem *Weſenb. d. tit. C. de inoff. don.* ubi expreſsè monet non requiri, ut præcisè dimidia bonorum pars abſumta ſit, quod ſententiæ Fachinæi non convenit, ſed eò remiſiſſe ſuffecerit.

(*a*) §. Præterea ducatus pag. 828.] His adde *Roſenth. de feud. cap. 7. concl. 13. n. 2. Schrad. de feud. part. 7. cap. 5. nu. 55.* ubi ita in cauſa graviſſima Scabinos Witebergenſes pronunciâſſe, & ſe de jure conſultum reſpondiſſe refert, & communiter concludi aſſerit.

(*b*) Feuda in computatione legitimæ] Utrum feuda in legitimam imputentur, vide *Roſenthal. de feud. cap. 7. concluſ. 13. per tot.*

(*c*) Ad ſolos maſculos pertinet.] Eandem diſtinctionem quam parens hîc & *ſupra nu. 34. 38. & 44.* ſtatuit inter feuda hæreditaria invenies apud *Andr. Fachin. lib. 7. controv. cap. 46.* ubi iterum candorem Fachinæi deſiderare cogimur, dum ea, quæ à parente jamdudũ dicta atq; explicata ſunt ita proponit, quaſi novi aliquid afferat, atq; adeò ex ſua ſententia ſtatuat.

(*d*) Collegium quoddam Juriſperitorum] Fuit Collegium Witebergenſe, ut oſtendit *Petr. Heig. quæſt. 52. lib. 1.*

(*e*) Præter rationes conſideratas alii.] Vide *Ludolph. Schrader. de feud. parte 7. capite quinto, num. 40. ibi quarto quaro & num. ſeqq.*

QUÆSTIO XXXIX.

FILIÆ CONTENDENTI CUM AGNATO DE FEUDO UTRUM PENDENTE LIte, poſſeſsio feudi adjudicanda ſit, præſertim quando rem feudalem eſſe conſtat, quid item juris ſit agnato jam poſſidente, & de intellectu, *c. 1. §. inter filiam, ſi de feud. defunct.*

SUMMARIA.

1. *Filiæ adjudicanda eſt poſſeſſio prædii, de quo utrum feudum, an allodiale ſit, diſceptatur, & quæ ſit ejus ratio.*

Idq; obtinet etiam in ſorore, & aliis fœminis in proximo ſuccedendi gradu conſtitutis, num. 8.

Idem etiam procedit, licet conſtet rem eſſe feudalem, num. 9.

Nam etſi ex rationibus d. §. inter filiam, quæ conſiderantur, num. 11. & ſeqq. & ex natura remediorum adipiſcendæ poſſeſſionis, de quibus num. 24. aliud videtur: communiter tamen hoc receptum eſſe oſtenditur, num. 32. ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato ſuccedat filia, numero trigeſimo quarto.

 Fallit,

Fallit, quando conſtat bona eſſe talia, quæ à feminis poſſideri non poſſent, numero trigeſimo quinto.

Item, quando filiæ nihil penitus prætendunt, cujus nomine ad feudum jure aſpirare poſſint, num. 36.

Item locum non habet, quando agnatus jam in poſſeſſione feudi eſſet, num. 37. & 44. & ſeqq. idq́ue communiter receptum eſſe oſtenditur, num. 51.

2. *Qualibet res allodialis potiùs quàm feudalis eſſe cenſetur.*

Feudum ſervitutis ſpecies.

3. *Qualitas poſſeſſionis paternæ cenſetur continuata in filiam hæredem.*

4. *Res in dubio præſumitur talis, ut ad omnes hæredes tranſeat.*

Fallit hoc, quando conſtat, rem eſſe feudalem, num. 18.

5. *Hæres etiam de jure communi in poſſeſſionem rei hæreditariæ controverſæ immittendus eſt, eoq́ue nomine tria remedia indulta ſunt.*

6. *Officium judicis competit filiæ ad adipiſcendam poſſeſſionem feudi.*

7. *Remedium, l. fin. de edicto divi Adrian. toll. tantummodo ex teſtamento, non autem ab inteſtato competit, & num. 33.*

10. *Ratio potiùs, quàm verba legis conſideranda.*

Expreſſum lege cenſetur id, quod ex ratione colligitur.

11. *Filiabus petentibus poſſeſſionem rei, quàm feudalem eſſe conſtat, reſiſtit juris præſumptio.*

12. *Feuda regulariter ad maſculos pertinent, excluſis filiabus.*

13. *Regulæ ſtandum, donec contrarium probetur.*

Res dicitur certa pro eo, qui regula nititur.

14. *Ex inveſtitura quis dicitur habere fundatam intentionem ad obtinendum poſſeſſionem. Item efficit, ut quis propria auctoritatē poſſeſſionē apprehendere poſſit.*

15. *Hæres ut poſſeſſione defuncti ad conſequendam poſſeſſionem ſe tueri poſſit, neceſſe eſt, eandem eſſe qualitatem poſſeſſionis defuncti, & hæredis.*

16. *Filiæ ad adipiſcendum poſſeſſionem feudi non poſſunt ſe tueri poſſeſſione defuncti, quando certum eſt, rem eſſe feudalem.*

17. *Inveſtitura eandem qualitatem poſſeſſionis transfert in agnatum, quæ fuerat penes defunctum.*

19. *Ratione ceſſante, etiam diſpoſitio ceſſat.*

Ratio reſtringit dictum.

Ubi minor ſubeſt ratio, extenſio locum habere non poteſt.

20. *Ubi eadem eſt ratio, idem jus eſſ[illegible]*

Ratione certa diſpoſitum in uno, c[illegible] eadem in caſu etiam diverſo diſp[illegible]

Neq́ue refert, utrum ratio expreſſa ſit, vel [illegible] colligatur.

21. *Res libellaria differt à feudo, quoad poſſeſſionem filiæ adjudicandam.*

22. *Exempla regulam non reſtringunt, [illegible]atenus hoc locum habeat. Declarant tamen eandem.*

23. *Jure feudali quæ ſatis non ſunt expre[illegible], ſecundùm jus commune determin[illegible]a.*

24. *Adipiſcendæ poſſeſſionis remedia jure [illegible] hæredi indulta, filiabus non competunt, quando conſtat rem eſſe feudalem.*

25. *Hæres poſſeſſorio adipiſcendæ agens exceptione dominii repellitur.*

Dominium abſorbet poſſeſſionis cauſam.

26. *In adipiſcendæ poſſeſſionis remediis locus e[illegible] regulæ: Dolo facit, qui petit, quod re[illegible]turus eſt.*

27. *Diſpoſitio quævis de habilibus inte[illegible]genda.*

28. *Adipiſcendæ poſſeſſionis remedia duntaxat competunt illis, qui capaces ſunt illius rei.*

29. *Poſſeſſio ei adjudicanda non eſt, cui jus commune reſiſtit: Idq́ue etiam quibuſdam in caſibus procedit in poſſeſſorio recuperandæ.*

30. *In poſſeſſorio recuperandæ regulariter de dominio excipere non licet.*

31. *Jus feudale ſecundùm jus commune interpretandum eſt.*

38. *Poſſeſſor in pari cauſa in poſſeſſione ſemper tuendus eſt, donec adverſarius de jure ſuo docuerit.*

39. *Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem.*

Neque etiam interdictum quorum bonorum ibid.

Adipiſcendæ poſſeſſionis remedia non habent locum contra agnatum poſſidentem feudum, ibid. & num. 41.

40. *Petitio hæreditatis non datur contra agnatum poſſidentem.*

41. *Remedium l. fin. C. de edict. divi Adrian. tollend. locum non habet contra titulo poſſidentem.*

42. *Agnatus feudum non tàm à defuncto, quàm à primo acquirente obtinere cenſetur.*

43. *Inveſtitura juſtum poſſeſſionis titulum præbet.*

44. *Poſſeſſionis retinendæ cauſa favorabilior, quam adipiſcendæ.*

45. *Jus commune favorabilius eſt jure ſpeciali.*

46. *Juris diſpoſitio cùm hominis diſpoſitione conjuncta potentior eſſe ſolet.*

47. *Duo*

47. *Duo vincula fortius ligant.*
48. *Plures præſumtiones fortiores una.*
49. *Nullum jure vel feudali vel communi datum eſt remedium filiabus contra agnatum, prius, quam illa de jure ſuo docuerint.*
50. *Specialia plura concurrere non debent.*

1 SI † inter filiam defuncti & agnatos ejus, de quodam prædio quæſtio incidat, agnatis feudum, filia verò allodium ſive libellarium eſſe aſſerentibus, filiæ interim poſſeſſionem adjudicandam clarè definitum eſt, *c.1.§. inter filiam: ſi de feud.*
(a) *defunct. cont. ſit.* (a) cujus triplicem tradunt rationem interpretes ibi. prima eſt, quoniam filia contendens, bona eſſe allodialia juris communis præſumtione nititur.

2 Nam † ſicut quælibet res pro libera habetur, *l. altius: l. ſi in ædibus: C. de ſervit. & aqua.* ita etiam allodialis po-
(b) tius, quàm feudalis præſumitur (*b*) *Bald. in c.1. de contr feud. Joan Andr. Pan. & Dd. in c. nimis: de jurejur. Jaſ. in l. ſi prius: num. 41. de oper. nov. nunc. Alex. in conſil. 129. incip. Ponder. his: vol.1. Curtius ſen. conſil. 75. dominus Ludov. col. 3. Decius conſil. 299. Ruinus conſil. 155. incip. quia de pluribus quæritur: num.1. vol.1.* Eſt enim feudum quædam ſervitutis ſpecies, *gloſſ. & Dd. in leg. ſi cujus: de uſufruct.* Quæ quidem ratio optimè convenit illi, quod de filia contendente prædium eſſe allodium in d. §. inter filiam dicitur.

Quia verò non ſatis eſt conſentanea alteri, quod de libellario ibidem additur, cum etiam contractus iſte ſpeciem quandam habeat ſervitutis, ideo Bald. ſecundam tradit rationem, ſentiens filiam eſſe conſtituendam in poſſeſſionem bonorum paternorum propter qualitatem poſſeſſionis pa-
3 ternæ, cum † hæc qualitas cenſeatur eſſe continuata in hæredem, *in l. ſive poſſidetis: C. de probat.* & talis præſumatur in filia, qualis fuit in patre, *juxta not. in dict §. ſui: Inſtitut. de hæreditat. quæ ab inteſtat. deferunt.* unde apparet Bald. præſupponere, quod in illa ſpecie facti conſtet, patrem filiæ prædium, tanquã libellarium poſſediſſe.

Sed cum hæc ratio in divinatione quadam conſiſtere videatur, ideo *Dn. Baro Schenck.* ibidem tertiam addit,
quia † cum juxta juris communis regulas, ipſa natura dictante, filia perinde ut maſculus ſuccedere ſoleat, non facilè eſt præſumendum, talem aliquam ſervitutem rebus paternis eſſe inditam, quò minus filia hæres ſit in bonis paternis: *l. maximum vitium: C. de lib. præter.* quamobrem ſemper potius res talis eſſe reputabitur libellaria, in qua etiam filia ſuccedat: *Auth. de non alien. §. emphyteuſin,* quam feudalis, quæ paternę ſucceſſionis commodo filiam privat. Et hoc eſt, quod *Jacob. de Belv.* pro ratione affert, quia filia de jure hæres eſt: *Auth. de hær. quæ ab int. deſ. in pr.* 4

Hæc † etiam juris feudalis diſpoſitio cum jure communi optimè convenit. 5
nam eo jure hæredi perinde eſt conceſſum, ut, de bonis hæreditariis controverſia orta, ante omnia poſſeſſioné adipiſci queat, ac propterea ipſi certa adipiſcendæ poſſeſſionis remedia ſunt indulta, quorum alterum hæredi ex teſtamento ſuccedenti competit ex beneficio, *l fin C. de edict divi Adria. toll.* alterum verò hæredib. ab inteſtato ſuccedentibus datur, *ex tit. quor. bon. de quibus latè per Men in tr. de adipiſc. poſſ remed. 1. & 4.* quamobrem etiam remedia iſta ad materiam hujus textus noſtri accõmodant pleriq; interpretum in locis paulò poſt citandis. Eſt † etiam tertium remedium magis generale, ut filia prętermiſſo juris ordine officium judicis imploret, quo in poſſeſſionem feudi vacantis mittatur, *ut ſen. Bal. in c.1. de cõt. int. maſc. & fœm & quamvis hæc doctrina Bald. reprobetur à Curt jun. in d l. fin. n. 56. C. de edict. divi Adria. toll. quem ſeq. Sapia. ibi, num. 11.* Hoc tamen ſolùm eo reſpectu fit, quia Bald. exiſtimavit, ſui- 6

tatem in filio idem operari, quod teſtamentum, & propterea officium judicis competat ad inſtar *d.l.fin.*

7 Hoc † enim communiter improbatum, & contra receptum eſt, beneficium *d. l. fin.* non niſi in ſuccedentibus ex teſtamento locum habere, *ut pluribus firmavit Menoch. in d. loco.remedio 4. quæſt.9.num.64. & quæſt.10.num. 75.* Interim tamen verum nihilominus eſt, hęredi ad adipiſcendam poſſeſſionem vacantem officium judicis competere, *de quo prolixè idem Menoch. in remed. 6.adipiſc. poſſeſſio.*

8 Licet † autem textus *in d. §. inter filiam:* tantummodo loquatur de filia, nihilominus tamen regula illius §. extenditur etiam ad ſororem, & alias fœminas in proximo ſuccedendi gradu lineæ transverſalis conſiſtentes, *ut declarat Decius in conſil. 424. incip. proponitur: n.11. Gozad.conſ.7. incip. in hac cauſa poſſeſſoria: num. 11. Socin. junior. conſil. 75. incip. quanquam ut audio: nu.29. lib 1. Portius in conſil 1.in cauſa reviſionis: n.18. Roland. à Vall. in conſil.1. viſo themate: num.62.lib.1. & conſil. 2. viſo & perlecto: nu.28.lib.3. quos ſequitur etiam Menochius de adipiſc poſſeſſ.remedio.4.n.378.* Neque ſanè mirum, cum etiam juris civilis remedia jam commemorata paſſim omnibus hæredibus competant, *ut not. Dd.in d. l.fin.C.de edict.divi Adrian.toll. & d. tit. quor. bonor. & copiosè Menoch. ibidem.*

9 Sed † cum textus noſter ſolùm diſponat de eo caſu, quo filia negans, prædium controverſum feudum eſſe, illud pro allodio aſſeverabat: majorem res habet dubitationem, an idem locum etiam habeat, quando filia concedit, vel alioqui cognitum eſt rem eſſe feudalem, neque tamen minus ad ipſius ſucceſſionem ex conſuetudine, vel privilegio aliquo vel alia peculiari quadam ratione aſpirat. Memini enim, cum in ducatu Megapolenſi inter agnatum & filias defuncti ſuper conſuetudine loci, ſecundùm quam filiabus uſusfructus feudi paterni concedi ſolet, controverſia moveretur, utrum conſuetudo illa etiam filias alibi degentes comprehenderet, atque propterea hæ uſumfructum jure petere poſſent, acriter de eo fuiſſe disceptatum, an interim, donec hæc controverſia decideretur, filiæ juxta *d. §. inter filiam:* poſſeſſionem obtinere deberent illius prædii, quod feudum eſſe manifeſtè conſtabat. Quia verò quæſtio iſta ex verbis *d. §. inter filiam:* decidi nequit, cum, ut dictum eſt, is de caſu penitus diverſo loquatur, proximum erit, ut pro veritate eruenda primum rationes illius diligenter conſideremus.

Mens † enim & ratio anima legis dicitur, *l. ſcire leges: de I.L. l.cum mulier ubi not. Dd ſolut. matr.* Ideóque ea non minus, imò potius attenditur, quàm verba quæ corporis inſtar habent, *ut per textum in l. emtor, §. fin. de rei [illegible] Bald. in cap. dilectus filius: col. fin. de reſcript. & in l. ſi quis furto. C. de furt.* uſque eò ut non ſolùm illud lege aliqua expreſſum dicatur, quod verbis comprehenditur, ſed & omne id, quod ex ratione & mente colligitur, *l. nominis & rei. §. verbum ex legibus: de verbo. ſign. c. Intelligentia. c. præterea. extr. eod. tit. [illegible] gloſ. in c.1. in verb. Ital. de Tempor. ordin. [illegible] 6. & in c. ſi poſtquam: in verb. mente. de Elect. eod. lib. 6.* Ex quo legem eſſe, quicquid in ratione conſiſtit. *dixit idem Bald. in c. 1. col. 6 de conſtit. Abb. in c. nulla ratio: de præbend. Refert Decius in c. ſecundo requiris: de appellatio.* Tres autem paulò ante commemoravimus rationes, quibus textus *in d. §. inter filias:* nititur, quas dextro judicio ſi perpenderimus & ſecundum illas de quæſtione iſta dijudicare voluerimus facilè inde perſpectum erit, diſpoſitionem *d. §.* ad hunc caſum noſtrum minus rectè accommodari. 10

Nam † ad primam rationem quod attinet, ſecundùm quam quælibet res præſumitur libera, illa non ſolùm 11

in caſu,

caſu, quo apparet, rem eſſe feudalem, penitus ceſſat, ſed & contrarium prorſus ſuadet, cum quæ antea pro filiabus militabat juris præſumptio, & cauſam illis obtinendæ poſſeſſionis præbuerat, eadem nunc illis reſiſtat.

12 Nam † feuda omnia regulariter ad hęredes maſculos duntaxat pertinent, fœminis excluſis, *c. 1. §. filia. de ſucc. feud. c. 1. §. hoc autem notandum: qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. ad filios: de ſucceſſ. fratr.* Et quamvis certi ſint caſus, in quibus etjam fœminæ admittuntur, quorum ſeptem enumerat *Romanus in conſil. 367. incip. circa primum conſultationis articulum: num 12. & ſeq.* & nos aliquot etiam ſuprà *quæſtion. 34* recenſuimus, hi tamen non efficiunt, ut ideo minus filiabus juris præſumtio repugnare, neque agnati juris regula nitentes fundatam intentionem habere dicantur, *argumento eorum, quæ tradunt gl. & Dd. in l. omnis definitio: de reg. jur.*

13 Standum † eſt enim regulæ, donec exceptio in contrarium probetur, *l. ab ea parte: de probat. l. ſuus quoq.: verſ. puto: de hæred. inſt. c. venerabilis: § potes quoq.: de ſent. excomm. lib. 6.* uſque eò ut res dicatur certa pro illo, qui generali juris regula nititur, *ut docet Bart. in l. quoties: ſi quis caut. Abb. in c. ad noſtram: & c. conſuluit: 1. de appellation. Oldr. conſil. 316. col. 2. & pluribus firmat Jaſon in l. 2. ſi quis in jus vocat: non ſer. & in l. dedi. §. 1. num. 4 de condict. cauſa dat. cum aliis congeſtis per Deci. & Cagnol. in l. 1. de reg. jur.* unde à regula non recedendum, ſed ei inhærendum eſſe, ut Bononienſes Caroccio, *dixit Gratus in conſ. 36. inc. viſo proceſſu: n 15. vol. 1.*

Idq; maximè tunc locum habere videtur, quando ultra hanc juris feudalis diſpoſitionem ſolis maſculis feudi ſucceſſionem deferentem, excluſis fœminis, etiam ex inveſtitura in maſculos ſolùm directa, de jure agnatorum manifeſtè apparet, quemadmodum in caſu illo, cujus jam mentionem fecimus, contigerat.

Nam † ex inveſtitura dicitur quis habere fundatam intentionem ad obtinendam poſſeſſionem: *Alvarott. in c. 1. de contro. inveſtit.* quinimo vigore illius poſſeſſio propria auctoritate apprehendi poteſt: *Innoc. in c. ex literis: de conſuetud. Alexandr. in leg. 3. in princip. col. 3. de acquir. poſſeſſ. Jaſon. in l. quoties: in 12. limitat. de rei vendic. not. Dd. in c. 1. quid ſit inveſtit. Matth. de Afflict. in deciſio. 299. & deciſio. 361.* Non igitur in caſu, in quo exploratum eſt, rem eſſe feudalem, ac de ea agnatos inveſtitos rationi, *d. §. inter filiam:* locus eſſe poterit, ut propterea filiæ poſſeſſio feudi adjudicanda ſit, ſed potius ex eadem ratione res feudalis penes agnatos relinquenda erit. 14

Idem † ſuadet altera ratiò. Nam cum illa ſolùm dependeat à qualitate poſſeſſionis, quæ fuit penes defunctum, quaſi ea cenſeatur continuata in hæredem: ſequitur ſanè ex eadem ratione, ſi defunctus rem non eo modo poſſederit, ut filia qualitate illa poſſeſſionis ſeſe tueri poſſit, quod tum veluti ratione ceſſante, hoc juris beneficio careat: hoc ſenſit Dn. Baro Schen. ibi, dum ait, rationem hanc præſupponere, quod conſtet, patrem jure proprio prædium, de quo controvertitur, poſſediſſe. Idem in ſimili clarè tradidit Præpoſit. in princip. illius capituli, quod ex eadem ratione agnato, cum domino contendenti poſſeſſionem feudi tribuit. 15

Licet enim, inquit, agnatus, qui feudum antiquum eſſe dicit, domino contra nitente, ſit in poſſeſſionem mittendus, ex eo, quia poſſeſſione defuncti juvatur: tamen id tantùm procedit in caſu, ſi defunctus feudum illud nō tanquam novum, ſed tanquam antiquum poſſederit.

Ut igitur propter defuncti poſſeſſionem quis in rei feudalis poſſeſſione conſervetur, neceſſe eſt, eo modo defunctum poſſediſſe, ut intentio ſua inde juvari poſſit, & eandem eſſe qualitatem

tem poſſeſſionis defuncti cum poſſeſſione hæredis.

16 Sed † in caſu, ubi liquet, rem eſſe feudalem, & eo nomine à defuncto poſſeſſam, palàm eſt, hanc poſſeſſionis qualitatem nihil habere commune cum jure, quo filiæ ad ſe feudum pertinere prætendunt, nec eam quicquam illis adminiculo eſſe, ſed potius ex ſuprà adducta juris communis diſpoſitione, à feudi ſucceſſione eas excludente reſiſtere. Quare neque hæc ratio caſum noſtrum complecti poterit, ut propter eam filia in poſſeſſionem mittenda ſit, *prout etiam ſenſit Jaſ. in conſil. 152. incip. vera & juridica cenſeri: lib. 4. Albertus Brun. in conſil. 63. incip. quia caſus præſens: num. 3. in fin.* ubi hinc filium in poſſeſſione feudi tuendum conſuluit: ſic quod filia ſe poſſeſſione paterna defendere nón poſſit, ubi conſtat de feudo, *ſenſit Corne. in conſil. 139. in fin. lib. 1.* Et hanc eandem rationem qualitatis poſſeſſionis pro agnatis conſiderat *Bald. in c. 1. de contr. inter maſc. & fœm.* Quæ quidem tantò fortius pro agnatis militaret, ſi ad juris diſpoſitionem agnatos duntaxat vocantem, ſimultanea etiam inveſtitura acceſſiſſet.

17 Hæc † enim eandem poſſeſſionis qualitatem, quæ penes defunctum fuit ad inveſtitum transferre exiſtimatur, *ut ſenſit idem Bald. in l. cum antiquioribus: col. 6. verſ. decimò licet poſſeſſio. C. de jure delib.* cujus doctrina, quatenus non de ipſa poſſeſſione, ſed de poſſeſſionis qualitate accipitur, communiter eſt approbata, quemadmodum eam declarat *Zaſius in conſil. 10. incip. cum quondam: n. 13. lib. 1.*

18 Tertiam † etiam rationem filiam in propoſito nihil penitus juvare, ſed magis agnatis adminiculari, ex iis, quæ circa primam rationem diximus, manifeſtum eſt. Nam etſi regulariter filia in omnibus bonis à defuncto relictis ſuccedere ſoleat, in aperto tamen eſt, rem aliter ſeſe habere, quando non ignotum eſt, bona eſſe feudalia, cum in his tantùm maſculi ſuccedant. Ideoque etiam Dn. Baro huic rationi eatenus modò locum relinquit, donec probetur, rem ejus eſſe qualitatis, ut filiam à ſucceſſione excludat, quod ex eo, dum conſtat rem eſſe feudalem, dilucidè apparet.

Quibus deniq; omnibus ſatis jam oſtenſum eſt, quamcunque rationem quis ſpectet, nullam tamen diſpoſitioni, d. §. inter filiam: in caſu propoſito locum facere, ſed potius contrarium introducere, tum quia omnes illæ rationes, quæ filiæ poſſeſſionem tribuunt, deficiunt: ceſſante enim ratione, etjam ipſa diſpoſitio ceſſat, *c. cum ceſſante: de appell. l. adigere: §. quamvis. de jure patr.* & † cujuſq; diſpoſitionis ratio reſtringit dictum ad limites rationis: *l. cum pater: §. dulciſſimis: & ibi Bart. & Dd. de legat. 2. l. milites agrum: in princ. de re milit. l. quod dictum: de pactis.* Neque ulli extenſioni locus eſſe poteſt, ubi non eadem, ſed minor ſubeſt ratio, etjamſi verſemur in materia latè alioqui interpretanda. *l. lege Julia §. hoc capite: de ritu nuptiar. c. fin. de translatio. Epiſcop. Bald. in c. 1. §. naturales: in fin. ſi de feud. defunct. content. Aret in. conſil 25. viſo themate: Alex conſil. 29. incip. ponderatis verbis: n. 4. lib. 6.* Nam tota materia extenſionis fundatur in rationis identitate, qua ceſſante, ceſſat extenſio, *ut dicit Cravett. in conſ. 17. incip. quæritur an nobilis: n. 2.* 19

Tum etiam, quia hæ ipſæ rationes, quæ, ut filiabus poſſeſſio adjudicaretur, effecerunt, eo in caſu, quo feudum eſſe non negatur, pro agnatis faciunt: cur igitur quæſo non idem in agnatis, quod antea in filiabus inducere deberent? cum tamen regulare ſit, quòd, † ubicunque eadem eſt ratio, 20
vel æquitas, ibi quoque idem jus eſſe debeat. *l. illud: ad. L. Aquiliam: l. à Titio: de verb. oblig.* & quod in uno certa ratione deciditur, illud ex eadem in caſu converſo, vel contrario etiam diſpoſitum cenſeatur: *c. qui ſentit: de reg. jur. lib. 6.*

lib. 6 ubi latè Dyn. & Johann. Andr. not. Bart. in l. inter ſtipulantem: §. ſacram: de verb. oblig. Paul. de Caſtr. in l. qui propter: §. procurator. de procurator. Everhard. in topic. ſub loco à contrariis, n. 8.

Hæc enim omnia non ſolùm in ratione expreſſa locum obtinent, ſed etjam in illa, quæ tacitè colligi, & præſumi poteſt, *ut docet Abbas in c. fin. de reſcr. & in c. ſuggeſtum: n. 2. & ibi Decius col. 2. de appellat.*

21 Ex † his etiam, quæ circa rationes hujus textus conſideravimus, manifeſtum eſt, perperam à quibuſdam ex textu illo, quatenus de libellaria re loquitur, ad rem, quam feudalem eſſe apertum eſt argumẽtum deſumi, quaſi etiam tum, quando res libellaria ſit, filiabus juris præſumtio perinde obſtet, ac ſi res feudalis eſſet, neque tamen minus poſſeſſio ipſis adjudicetur, & propterea etiam idem judicandum ſit de feudo, ſubſiſtente nimirum utrobique eadem juris ratione. Nam quamvis tum, ubi res libellaria dicitur, illa præſumtio, qua res libera cenſetur, ideo ceſſet, quia res libellaria ſpeciem ſervituris habet, *ut dicit Bald. in d. §. inter filiam:* interim tamen filiæ hoc caſu alia juris præſumtione juvantur, quæ non minus, quàm prima deficit, quando certum eſt, rem eſſe feudalem, ut paulò ante demonſtravimus.

Hinc etiam facilè tollitur id, quod à quibuſdam pro extenſione *d. c. inter fil.* in commemorata facti ſpecie conſiderabatur, quod, etſi textus ille de allodiali & re libellaria loquatur, non tamen ideò minus de feudo intelligendus ſit, cum non omnes articuli ſingulatim legibus comprehendi poſſint,
22 *l. non poſſunt: de LL.* ac † propterea etjam exempla regulam non reſtringant: *§. hactenus: Inſtit. de gradibus: l. damni infecti ſtipulatio: §. penult. de damno infect.* Nam hæc conſideratio id quidem præſtat, ut regula aliqua ad caſus alios, qui rationi illius conſentanei, & exemplis enumeratis ſimiles ſunt, referatur: non autem efficit, ut propterea ad caſus & rationi & exemplis expreſſis adverſantes extendatur, propter ea, quæ paulò ante de efficacia orationis dicta fuerunt, ſed potius locus eſt alii regulæ, qua traditur, exempla declarare regulam, qualiter ea ſit accipienda: *leg. fin. §. dulcia: de tritic. vin. & ole. legat. Clement. non poteſt: de procurat. Pariſ. conſil. 158. numer. 15. lib. 4.*

Cum itaque ex hiſce liquidum ſit, neque ex verbis, neque etiam ex rationibus *d. §. inter filiam:* hoc colligi poſſe, filiæ poſſeſſionem feudi eo in caſu adjudicandum eſſe, quo rem feudalem eſſe conſtat, ſed potius contrarium ejus ex utroque veriſimiliter apparere, reſtat, ut diſpiciamus, quid ſecundum juris civilis rationes hac de re judicandum ſit.

Eſt † enim pro regula traditum, quod 23
in iis, quæ non reperiuntur expreſsè deciſa in jure feudali, ſtandum ſit diſpoſitioni juris communis, *ut eſt textus in capit. 1. de feud cognit. ubi notant Dd. & Baldus in leg. cum oportet: in fin. princ. C. de bonor. quæ liber.* per illum textum ait, quod in cauſis feudalibus, deficiente conſtitutione feudali, recurrendum ſit ad id, quod de jure communi deciſum eſt: Idem docuit *Alexand. in conſil. 5 incip. ſi vera ſunt ea: col. 2. lib. 5. & conſil. 55. incip. proſpectis his: numer. 3. lib. 4. Curt. jun. in tract. feud. part. 1. quæſt. 4. num. 1.* In jure autem civili huic propoſito nihil convenientius eſſe poterit, quam quæ de adipiſcendæ poſſeſſionis remediis hæredi eo jure indultis tradita reperiuntur, ſicuti etiam remedia illa ad materiam *d. §. inter filiam:* accommodant pleriq; interpretum in locis mox citandis.

Cumq; † tria ſint remedia jure com- 24
muni introducta, per quæ hæredes tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſuccedentes bonorum hereditariorum poſſeſſionem adipiſcuntur, quorum unum ex beneficio, *l. fin. C. de edict.*

divi

divi Adrian. toll. teſtamento inſtitutis competit, alterum quorum bonorum ab inteſtato ſuccedentibus datur, tertium officio judicis innititur: horum naturam rectius ſi conſideraverimus, nullum ſanè ex eis illi caſui, quando rei feudalis poſſeſſio à filia agnatis contra nitentibus petitur, accommodari poterit. primò ex eo, quia, ut paulò ante diximus, agnati veluti ad quos de jure communi feudi ſucceſſio, fœminis excluſis, pertinet, fundatam intentionem habere, & de jure ac dominio ipſorum manifeſtè apparere cenſetur.

25 Nam † quotieſcunque conſtat, dominium alicujus rei potius ad adverſarium, quàm ad hæredem pertinere, tum hæres poſſeſſorio agens dominii exceptione repellitur; *ut tradunt Bart. & Dd. in l. 1 C. quor. bon. & in l. 1. C. quor. leg. & in d. l. fin.* dominio tanquam potentiore atque fortiore poſſeſſionis cauſam abſorbente, *c. cùm dilectus: de cauſa poſſ. & propr. Abb. in c. in conſultationibus: in fin. de jure patron.*

26 Idque † non ſolùm in his, ſed & in omnibus aliis adipiſcendæ poſſeſſionis remediis generaliter procedit, cum in iis locus ſit regulæ: Dolo facit, qui petit quod mox reſtituturus eſt, *ut ſenſit Accurſius in l. ſi de vi: de judiciis. quem ſequitur Bart. in l. naturaliter: §. nihil commune: de acquir. poſſeſſ. & communiter receptum teſtatur Bellamer. deciſ. 17. & Abb. in c. in literis: de reſtitut. ſpoliat. Bartholom. Socin. in l. rem quæ nobis: de acquir. poſſ.*

Deinde hac etiam de cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis remedia filiabus feudi poſſeſſionem petentibus non poterunt competere, quoniam de inhabilitate earum ex ipſius juris communis diſpoſitione conſtat.

27 Nam † ſicut quælibet legum & ſtatutorum beneficia capacibus duntaxat ſcripta ſunt: *l. Lucius Titius: §. Lucius Titius: de leg. 2.* & omnis diſpoſitio quantumcunque generalis ad terminos habiles reſtringitur, *l. ut gradatim: de muner. & honoribus.*

Ita † hæc etiam juris remedia ſic accipienda ſunt, ut non niſi iis, qui capaces ſunt alicujus rei permittantur, 28
prout tradit Bald. in d. l. fin. col. 11. verſ. ſecundò conſideret mixta fundamenta. Accedit tertiò alia generalior ratio, quod ut ex ſuprà dictis patet, filiabus juris communis diſpoſitio, & inde reſultans præſumtio reſiſtit.

Hæc enim non ſolùm à quovis adipiſcendæ poſſeſſionis remedio quem excludit, ſed & poſſeſſorio recuperandæ agentem quibuſdam in caſibus repellit: cùm regulariter † nulli, cui jus commune reluctatur, poſſeſſio adjudicari debeat, 29
c. ad decimas: de reſtitut. ſpoliat. in 6. c. ſignificaſti: de divortiis per quæ jura dicit Johan. Andr. in add. ad ſpecula: titul. de reſtitut. ſpoliat. quod quando jus commune reſiſtit agentibus, ita ut non poſſint obtinere rem, niſi per diſpenſationem, tum etiam ſpoliatus non ſit reſtituendus: per eadem magis in ſpecie tradit *Matth. de Afflict. in c. illud: n. 45. de proh. feud. alienat. per Frid.* quod ſi is, qui de jure communi eſt inhabilis ad tenendum feudum, ſpoliatus ſit, & poſſeſſorio agat, poſſeſſio illi deneganda ſit, donec prius de titulo ſuæ poſſeſſionis doceat: quod in filiabus ſpoliatis à domino conſulendo ſecutus eſt *Zaſius in conſil. 11. & 12.* & quod is, cui jus commune adverſatur, etiamſi de jure ſuo probare velit, tamen antequam id fiat, in poſſeſſione tuendus non ſit, eſt bonus textus *in c. cum perſona: de privileg. in 6. ex quo not. Anchor. ibi*, quod, lite pendente poſſit poſſeſſor, contra quem facit jus commune, turbari, & violenter expelli, ſicut qui poſſidet vi, clam, precariò: *Sequitur Joan. Lup. in c. per veſtras: char. 132. col. 3. de donat. int. vir. & uxor. & tanquam valde notandum refert Rol. à Vall. in conſ. 89. in fin. vol. 2.*

Modò ſi id in eo, qui jam poſſidet, & in poſſeſſorio recuperandæ aliquo

ſaltem

ſaltem reſpectu (non enim hoc in illo caſu generaliter verum eſt, ſed magnam recipit reſtrictionem propter
30 privilegia poſſeſſionis) procedit, ubi † tamẽ aliàs de dominio, licet id in continenti probari poſſit, regulariter excipere non licet, *l. ſi quis ad ſe fundum*: *ubi Bart. C. ad L. Juliam: de vi public. c. in literis: de reſtit. ſpoliat. Bart. in l ſi quis conductionis: num. 2. C. locati: Dyn. in c. qui ad agendum: de reg. jur. in 6.* multò magis in eo, qui poſſeſſionem nondum eſt nactus, ut in poſſeſſorio adipiſcendæ, locum habebit, cum hoc, ut jam dictum eſt, dominii defectus excludat, & nunquam competat, niſi de legitimo titulo conſtet, *ut ait Abb. in c. poſt electionem: de conceſſ. præbend.*

Vides itaq;, quod nec etiam ſecundum juris civilis rationes aliquod remedium competat filiabus, quo poſſeſſionem feudi adipiſci poſſint, ſed quod potius hoc ipſis jure illo denegatum ſit: Quamobrem etiam textus *in d. §. inter filiam*: ita intelligendus videtur, ut procedat duntaxat eo in caſu, ubi dubium adhuc eſt, an res controverſa feudum ſit, nec ne: ſecus verò, quando de eo manifeſtè conſtat.

31 Nam † ſicut quævis conſuetudo ita eſt interpretanda, ut, quo ad ejus fieri poſſit, à jure communi non recedatur: ſic etiam jus feudale conſuetudine introductum, *c. cum dilectus: de conſuetud. c. cauſam quæ: de reſcript. l. ſi quando: de inoffic. teſtament.* per quæ jura tradidit *Albert. Brun. in conſil. 74. incip. quia mihi relatum extitit: nu. 1.* quod conſuetudo feudalis reguletur ſecundum jus commune. *faciunt not. per Dd. in c. 1. de feud. cognit.* Id quod in propoſito vel hac de cauſa magis locum obtinet, quia hanc interpretationem non ſolùm verba, ſed & rationes ejuſdem juris feudalis exigunt, ut paulò ante demonſtravimus.

Idemque, ne auctoritate penitus deſtituamur, ſenſiſſe videtur *Andr. de Iſern. in d. §. inter filiam*: dum textum reſtringit, ut non procedat, ſi agnati probaverint, rem controverſam eſſe feudum: *& ſecutus eſt Jaſ. in d. conſ. 152. col. 2. lib. 4. Gozadi. in conſ. 12. incip. in hac cauſa. num. 8. Albert. Brun. in conſil. 18. incip. in cauſa vertente: num. 18. Alba. conſil. 78. num. 16.*

Sed † etſi his & ſimilibus probabi- 32
liter doceri poſſit, textui *in d. §. inter filiam*: locum non eſſe, quando conſtat, rem controverſam eſſe feudalem, communis tamen interpretum ſchola contrà exiſtimavit, licet manifeſtum ſit, bona eſſe feudalia, nihilominus tamen ſi de bonis illis controverſia incidat inter agnatos & filiam, hanc in poſſeſſionem eſſe collocandam. Hoc primus docuit *Joh. Andr.* quem omnes auctorem laudant *in add. ad ſpecul. tit. de teſt. §. penult. verſ. perſonam*: ubi ait, poſt miſſionem demum eſſe cognoſcendum, ad quem pertineat: & ſi conſuetudo vel jus aliud defendat, filiam eam tuendam in feudo, aliàs aſſignandum agnatis, quam doctrinam tanquam notabilem ſequitur *Alex. in l. fin. col. fin. & ibi Jaſ. num. 26. Curtius jun. num. 84. C. de edict. divi Adria. toll. Matth. de Afflict. deciſ. 119. Decius in conſ. 467. bene & conſultè: num. 10. & conſil. 588. incip. viſo puncto: n. 10. & conſ. 390. incip. quoniam ex facto: n. 9. Curt. jun. in tract. feud. part. 3. princip. in princ. nu. 23. & in conſil. 108. inc. circa controverſiam vertentem: n. 14. Pariſ. in conſ. 41. incip. optimum jus illuſtriſſimi: in princ. nu. 2. vol. 1. Bellon. in conſil. 10. ubi ait, in hanc ſententiam ſæpe reſpondiſſe Dd. tam antiquos quàm modernos: Berous in conſil. 176. nu. 51. & in conſ. 58. in fin. vol. 3. Roland. à Vall. in conſ. 2. nu. 27. lib. 3. ubi hanc doctrinam communiter receptam affirmat, quod etjam noviſſimè teſtatur Menochius de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 275.* (c) & licet (c) plerique horum eo de caſu loquantur, in quo filia teſtamento hæres fuerat inſtituta, & propterea non tam ex textu *d. cap. inter filiam*: quam *ex d l. fin.*

moveantur, cujus remedium propter teſtatoris voluntatem multum favorabile, latiſſimeque patens etiam ad feudum extendunt, & inde textum *in d. §. inter filiam:* ita interpretantur: ex quo etiam quidam exiſtimarunt, rem aliter ſeſe habere in filiabus ſuccedentibus ab inteſtato, *ut ſenſit Jaſ. in d. conſ. 152. & Albert. Brun. d. conſ. 18. n. 12.*

33 quippe † cum beneficium, *l. fin.* quo potiſſimum nititur Joh. Andr. & ejus aſſeclæ, locum habere non ſoleat in ſuc- (d) cedentibus ab inteſtato, (d) ut ex communi interpretum ſententia docet *Jaſ. in d. l. fin. n. 23. & ibi Decius: n. 39. Curtius jun. nu. 86. hoc reſpectu in ſpecie reprobans Bald. in d. c. 1 de contr. inter maſcul. & fœm. & Sapia n. 11. & hoc communiter receptum eſſe teſtatur Bellonus in conſil. 35. idque pluribus in medium adductis auctoritatibus oſtendit Menochius in 4. remedio adipiſcend. poſſeſſor. quæſtione nona, & 10.*

34 Nihilominus † tamen plerique interpretum doctrinam Joann. Andr. etiam ad ſucceſſionem ab inteſtato extenderunt, inde textum *in d. §. inter filiam:* generaliter intelligentes, atque concludentes, quod filia ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato ſuccedat, in poſſeſſionem rei controverſæ ſit mittenda, etiamſi certum ſit, eam feudalem eſſe, & in his terminis conſuluit *Albertus Brun. in conſil. incip. circa primum: numer. 4. & Campeg. in conſ. ſeq. viſo themate: num. 1. Decius in conſil. 498. incip. viſ. caſu propoſito: & in conſ. 424. proponitur quod magnifica domina: n. 11. Ruin. in conſil. 18. primo & principaliter: nu. 20. lib. 1. Curt. jun. in conſ. 30. habita diligenti conſideratione: n. 10. & in conſ. 41. præſupponitur in facto: num. 11.* ubi opinionem hanc communem, & neminem ab ea diſcrepare dicit. Idem tenet Johann. Plot. *in l. ſi quando: num. 111. C. unde vi: Cephal. in conſil. 31. incip. viſis inveſtituris: nu. 14. lib. 1. & Cacher. in deciſ. Pedem. 23. & 26.* In hanc etiam ſententiam peronatis pedibus tranſiverunt quamplurimi, qui in nobili illa ſtatus Montisferrati controverſia conſuluerunt, *ut Pariſ. in conſil. 22. illuſtriſſimam dominam: n. 65. & conſil. 23. prima in hujuſcemodi: nu. 89. vol. 1. Marian. Socinus conſil. 75. quanquam ut audio: num. 28. & in conſ. 76. cum diebus elapſis: num. 107. lib 1. Gozad. conſil. 7. in hac cauſa: Gratus conſ. 10. quæritur iterum: numer. 2. lib. 1. Roland. à Valle conſil. 1. viſo themate: num. 63. vol. 1.* ut proinde, hanc opinionem communi interpretum calculo eſſe approbatam, dubium non ſit, ac propterea etiam ab ea in judicando non recedendum, modò juxta ea, quæ mox dicemus, dextrè atque ſanè intelligamus, illaque diligenter conſideratis propoſiti facti qualitatibus caute & circumſpecte utamur.

Declaratur † enim primò iſta conclusio, ut non procedat, quando manifeſtè conſtaret, vel agnati probationes in promtu haberent, quod bona non ſolum eſſent feudalia, ſed ejus etjam qualitatis, ut à fœminis poſſideri non poſſint, *ut docet Campeg. inter conſil. Albert. Brun. d. conſil. 2. num. 9. Gozad. conſil. 50. prima facie videtur dicendum: num. 26. Portius conſil. 1. in cauſa reviſionis: nu. 65. Zuchardus in d. l. fin. num. 486. Joh. Plot. in d. l. ſi quando: num. 111. Cacher. deciſio. 26. num. 3. & 14. Rol. à Vall. d. conſ. 2. n. 38. in fin. lib. 3. Men. in d. remedio 4. adipiſc. poſſ. num. 381.* 35

Secundo † ex hac ipſa declaratione concluſio iſta reſtringenda eſt, ut tum demum locum habeat, quando fœmina conſuetudinem vel aliam veriſimilem cauſam allegat, ob quam feudum obtinere poſſe videatur. Niſi enim tale quid ab ea producatur, tum ſanè ex hoc ipſo, quod rem controverſam eſſe feudalem conſtat, de jure agnatorum manifeſtè apparere cenſetur, per ea quæ ſuprà latè ponderavimus. 36

Ut igitur concluſioni huic locus eſſe poſſit, neceſſe omnino eſt, filias aliquid probabiliter prætendere, cujus vigore

vigore ad ſucceſſionem feudi contra naturam ejus admitti queant, *ut docet Albert. Brun. in d. conſil. 1. & d. conſil. 18. Campeg. in d conſil. 2. n. 9. Joann. Plot. in d. l. ſi quando: n. 111. Menochius in d. loco. nu. 376. in fin,* Et ſecundùm iſta tolli aliquo modo poſſunt ea, quę ſuprà fuère conſiderata.

37 Tertiò † communis illa concluſio reſtringenda eſt, ut locum ſibi non vindicet, quando agnatus jam eſſet in poſſeſſione feudi. Nam etſi non deſint, qui exiſtimarint hoc etiam caſu nihilominus filiam in poſſeſſionem feudi mittendam eſſe, *ut ſenſit Decius in d. conſ. 424. & in d. conſ. 467. Curtius jun. in d. conſ. 41. Pariſ in d. conſil. 41. volum. 1. Gozadin. in d. conſil. 7. Roland. à Vall. in d. conſil. 2. num. 31. volum. 3. idque latè defendit Cacheran. in d. conſil. 23. & 26.* ſententia tamen eorum, qui contrà arbitrantur, hoc caſu, quando videlicet notum eſt, rem eſſe feudalem, & agnatus poſſidet, hunc in poſſeſſione tuendum eſſe donec filia de jure ſuo plenius docuerit, & melioribus juris rationibus ſubnixa, & à pluribus atq; ſanioribus approbata videtur.

Nam præter rationes ſuprà conſideratas, quæ omnes hoc quidem caſu magis pro agnato, quàm pro filia urgent, ipſius etiam poſſeſſionis, inter alia ejus commoda, de quibus *in §. commodum Inſtit. de interdict.* hoc non

38 eſt poſtremum, quod † indè juris præſumtio pro poſſeſſore oritur, ex qua, licet nullum jus habeat, potior tamen eſt *l. uti frui: §. 1. ſi uſufruct. pet. l. 2. uti poſſidetis c. ex literis: de probation. cum deciſionibus ad hoc collectis per Barbat. in conſ. 50. n. 1. vol. 1.* Idq; multò magis etiam obtinet, quando poſſeſſio non omni jure eſt deſtituta, ſed ex legitima cauſa quis poſſidet.

Tum enim, quamvis adverſarius pari jure nitatur, & ea in medium afferat, per quæ titulus poſſidentis in dubium vocetur: niſi tamen plenè de jure ſuo docuerit, ſtante hoc dubio, poſſeſſio prævalebit, cum in pari cauſa poſſeſſor ſemper potior haberi debeat, *c. in pari: de reg. jur. lib. 6. l. in pari: ff. eod. tit.* & regulariter duobus de una re æquali lege contendentibus, poſſeſſio cum titulo conjuncta præferatur, *ut tradit Bart. in l. hæredit: C. de petit. hæredi.* hanc dicens eſſe rationem, cur † pe- 39
titio hæreditatis non detur contra titulo poſſidentem, ſicut nec publiciana, *ut eſt textus in l. ſive autem: §. ſi duobus: de public. per quem hoc tradit Jaſon. in §. ſed iſtæ: numer. 19. Inſt. de actionibus.* Ex eadem ratione deſcendit, quod neque interdictum, quorum bonorum quod hæredibus ab inteſtato ſuccedentibus competere diximus, contra titulo poſſidentem intentari poſſit, *ut not. Bart. in l. 1. quorum bonorum: Angel. Aret. in §. quadrupli: num. 35. Inſtit. de actionibus: Alex. in conſil. 4. incip. videretur inſpectis his: lib. 2. Corneus conſil. 239. incip. pro deciſione: in fin. lib. prim. Bellon. in conſil. 35. numer. 4.* Quamobrem nec etiam contra agnatum jure poſſidentem rem, quam feudum eſſe conſtat, competere poterit, ad ſimilitudinem petitionis hæreditatis, quæ, licet feuda etiam contineat, non † tamen 40
datur contra agnatum, vel filium poſſidentem, *ut docet Bart. in l. ſi patroni: ad Trebell. quem ſequitur Alexand. ibi, & Jaſ. in uſib. feudor. in princ. n. 43. & in conſil. 138. lib. 4.* Magna eſt enim inter hæc duo conformitas, *ut per Bart. in l. 1. C. quor. bon. & Alex. in d. conſ 4 vol. 1* quinimò † nec etiam remedio *d l. fin. C. de edict. divi Adr. toll.* quantumvis id pro- 41
pter defuncti voluntatem admodum favorabile ſit, eo in caſu locus eſſe ſolet, quando poſſeſſor vel à defuncto titulum habet, vel ab alio, de cujus dominio conſtat, *ut ſenſit Bart. & Dd. in d l. fin. & Men. in d. remed. 4. adipiſcend. n. 596. cum ſeqq.* Sequens eſt itaque, neque iſtud remedium contra agnatum poſſidentem feudum locum habere poſſe, neque propterea etiam beneficium, *d. § inter filiam:* ad exemplum ho-

Digitized by Google

dè oſtenſum eſt: ſic nec etiam remedia juris civilis huc accommodari poſſe, ex iis quæ paulò ante commemoravimus, manifeſtum eſt. Eſt autem juris non ignoti, ſine actione, vel alio remedio ſibi indulto neminem experiri poſſe: *l. ſi quid poſſeſſor: §. illud. de petit. hæred. l. quoties: §. item ſi tempora-li: de adminiſtr. tutor.*

Accedit præterea, quod, ſi aliter diceremus, tum plurima ſpecialia juris communis regulis repugnantia ex
50 parte filiarum concurrerent, quod † tamen maximopere vitandum eſſe noſtri commonent *per l. 1. C. de dotis promiſſ. faciunt not. per Bald. in l. fin. & ibi Jaſ. n 32. de conſt. princ.* Denique ſententia iſta plurimorum etiam auctoritate eſt ſuffulta.

51 Nam † textum *in d. c. inter filiam:* eo de caſu tantummodo eſſe intelligendum, quando agnatus non poſſidet,
(c) videtur ſenſiſſe *An. de Iſ. ibi,(c)* dum textum de filia tenente feudum accipit, mortuo feudatario (inquit) filia tenebat quoddam prædium. & eſt de mente *Matth. de Afflict.* qui ex ſententia aliorum dicit, rationem illius textus eſſe, quia mulier poſſidebat feudum, & prima ratione habebat pro ſe juris præſumtionem. idem ſenſit *Corneus in conſil. 139. ad evidentiam præmittendum: in fin. lib. 1.* clarius verò hunc intellectum tradidit *Albertus Brun in conſil. 63. quia caſus præſens: in fin.* ubi ait, cum maſculus ſit in poſſeſſione, & habeat titulum inveſtitura, debet conſervari in poſſeſſione, & inveſtiri, reſervato jure, ſi quod habent fœminæ in proprietate, adducens in hunc ſenſum textum *in d. cap. inter filiam:* ejuſdemq; rationem ſuprà conſideratam. Idem ſenſit *in d. conſil. 1. num. 16.* dum ibi potiſſimum conſiderat, poſſeſſionem vacantem fuiſſe apprehenſam à filia. Ita etiam textum hunc interpretatus eſt *Decius in conſil. 517.* in ſententia dicitur, *num. 8.* ſentiens eum modò locum habere, quando à principio poſſeſſio petita fuiſſet, & apud alium non reperiretur.

Et in hanc † ſententiam in eadem cauſa Illuſtriſſ. Landgravium Haſſiæ concernente conſuluit *Gozad. in conſil. 50. prima facie videtur: n. 26.* ubi dicit, omnes feudiſtas intelligere, *d. §. inter filiam:* & ſimilia jura, quando agnatus non eſt in poſſeſſione: *& Philipp. Portius in d. conſil. 1. numer. 64. Alba conſil. 72. numer. 18. Alciat conſil. 257. quos refert & ſequitur Menoch. de Adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. nu 380.* hoc modo reſtringendo textum *in d. c. inter filiam.* Et in judicando hoc ſecutum fuiſſe ſenatum Pedemontanum, teſtatur *Cacheranus in deciſio. 26. in fin.* ac licet ibidem in contrariam ſententiam inclinare videatur, quando à fœmina aliquid veriſimiliter adducitur, ex quo colligi poſſet, eam feudi capacem eſſe: hoc tamen veriſimile, niſi de jure fœminarum plenius conſtet, contra agnatum parum momenti habere, ex jam dictis ſatis apparet. Nec quicquam obſtat *gl. in c. 1 de contr. inter maſc. & fœm.* qua potiſſimum nititur Cachera.

Nam licet *gl.* dicat, ſe nihil curare, an agnatus poſſideat, nec ne: non tamen loquitur in caſu, ubi ſimul etiam manifeſtum eſt, rem eſſe feudalem, ſed quando de hoc, an ſit res feudalis, inter agnatum & filiam controvertitur, inter quos caſus, ut diximus, magna eſt differentia.

Huic etiam ſententiæ noviſſimè adſtipulatus eſt vir doctiſſ. D. VVeſen. *in conſ. 1. n. 62.* multis argumentis eandem eleganter confirmans. Neq; hiſce refragantur auctoritates ſuprà citatæ. Nam omnes alii interpretes, præter paucos, quos in hac limitatione adduximus, non de iſta facti ſpecie verba faciunt, quando agnati jam poſſident feudum, ſed tantum de illis caſibus, in quibus vel filia poſſidebat feudum, vel poſſeſſio vacabat.

Decius verò *in d. conſ. 424. & d. conſ. 467.* non loquitur de ejuſmodi caſu, in

quo agnati poſſidentis intentio tàm ex jure communi, quàm ex inveſtituræ tenore fundata erat, ſed ibi poſſidens nullo alio jure nititur, quam fideicommiſſo in teſtamento, de quo non ſatis conſtabat, relicto.

Atq; inſuper potiſſimum conſiderat, poſſeſſionem à fidei commiſſario propria auctoritate occupatam, vitioſam eſſe, hoc ipſo innuens, quod ſi poſſeſſio, ut in propoſito, ubi agnatus propria auctoritate feudum occupare poteſt, vitio hoc caret, tum poſſeſſor in ea tuendus ſit.

Tantum igitur abeſt, ut hæc Decii auctoritas opinioni noſtrę adverſetur, ut etiam plurimum eandem adjuvet. Sic in caſu, de quo Curtius *jun in d conſil. 41.* conſultus fuit, agnati filias poſſidentes ſpoliaverant, ac poſſeſſionem vi acquiſierant, à quo in propoſito longè abſumus. *Pariſ. etiam in d. conſ. 41. vol. 1.* ediſſerit de poſſeſſione contra decretum ducale viciosè ab agnatis apprehenſa. Neque *Gozadin in d. cap. 7.* circa hoc quicquam certi aſſerit, vel aliquam vim in eo ponit, ſed obiter duntaxat attingit.

Quæ verò *Roland. & Cacheran.* adducunt, ea ex his, quæ paulò ante conſiderata ſunt, facilè ceſſant, neque ipſorum opinio tantum momenti habere poteſt, ut non aliorum ſuprà adductorum auctoritas, firmiſſimis juris rationibus ſubnixa longè prævalere debeat: cum præſertim idem Cachera. fateatur, ſenatum Pedemontanum in aliam juiſſe ſententiam. Quibus denique omnibus ſic firmatis, ſine hæſitatione concludendum, agnatos poſt mortem vaſalli bona, quæ feudalia eſſe liquet, poſſidentes, in retinenda poſſeſſione potiores eſſe filiabus in adipiſcenda, donec ipſæ de jure ſuo plenius docuerint: quod, quando altiorem indaginem requirit, minime ad judicium hoc poſſeſſorium, de quo hîc verba facimus, ſed potius ad petitorium pertinet.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

AD quæſtionem hanc vide *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. n. 375. & ſeqq. & conſ. 187. n. 31. & n. 52. Aym. Cravett. conſ. 704. n. 6. & conſ. 822. n. 6. Franciſ. Burſat. conſ. 89. nu. 30. lib. 1. Phil. Dec. conſil. 424. n. 11. VVeſ. conſ. 1. & conſ. 93.*

(a) C. 1. §. inter filiam defuncti ſi de feud. def. cont. ſit.] Pro intellectu hujus §. vide *Roſenthal. in tractat. feud. capit. 12. concluſ. 14. numer. 93.* ubi defendit fæminam aſſerentem rem eſſe allodialem, negantemque rem feudalem, adſtringi ad probationes quod res non ſit feudalis, ubi præſumtio militat pro agnato.

(b) Quam feudalis præſumitur] Quando in dubio allodialis præſumatur res, licet feudo ſit vicina vide *Jacob. Menoch. in tract. de præſumt. lib. 3 præſumt. 91. n. 1. Gail. lib. 2. obſerv. 69. nu. 4. Valaſ. in quæſtion. jur. Emphyteut. quæſtion. ultim. numero ſecundo. Natt. conſil. 514. nu. 34.*

Ex quibus è contra præſumtionibus ac conjecturis res potius feudalis quam allodialis eſſe videatur notant. *Matth. de Afflict. ad c. 1. num. 68. ex quib. cauſ feud. amitt. Rol. à Valle conſ. 2. n. 37. & n 58. lib. 2. Menoch. allegat. præſumt. 91. numer. 45. & numer. 46.* ubi refert, feudalem rem cenſeri ex principis aſſer-

aſſertione, juramento fidelitatis præſtito, fidelitatis reſervatione, ſervitiorum præſtatione, ex deſcriptione in cataſtrum & ex communi fama, & *num.* 69. ex regionis conſuetudine, & *num.* 72.76.77. ex fidelitatis & homagii reſervatione. Quatenus autem in dubio in favorem filiæ bona potius allodialia quam feudalia eſſe cenſeantur, vide *Weſenbecium, conſil.* 4. *volumine primo.*

(*c*) Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 275.] Adde *Cravet. conſil.* 816. & *conſil.* 822. *num.* 61.

(*d*) In ſuccedentibus ab inteſtato] Vide omninò *Burſat. conſil.* 234.

(*e*) Andr. de Iſern. ibi.] Idem tenet *Malchi Palaez de majoratu part.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 6.

QUÆSTIO XL.

NATURALES FILII, PRÆSERTIM SI FUERINT LEGITIMATI à PRINCIPE, an & quatenus ſuccedant in feudo.

SUMMARIA.

1. *Naturales filii in feudis non ſuccedunt, & quæ ſit ejus ratio.*
Etiamſi feudum maternum fuerit, num. 2.
Etſi nulli extent liberi vel agnati, num. 3.
Idem obtinet, etſi legitimati fuerint, num. 4.
Niſi expreſſe ad feudi ſucceſſionem legitimati fuerint, num. 5.
In quo ſufficit, generaliter quem ad feuda legitimatum eſſe, num. 7. *niſi feuda dignitatum fuerint: horum enim expreſſa mentio eſt facienda, num.* 8. *neq; in legitimatione neceſſaria eſt clauſula derogatoria, num.* 9.
Hoc tamen locum tantùm habet in legitimatione ab ipſo domino feudi, vel eo conſentiente facta: nam alioqui ſibi non præjudicaret, num. 10.
Fallit etiam, quando alii ſuperſunt agnati. Nam etſi quidam putarunt, etiam hoc caſu legitimatum ad feuda ſuccedere: quorum rationes referuntur, num. 13.
Contrarium tamen, & quod agnatis non conſentientibus non præjudicet legitimatio, ſine ipſorum conſenſu facta, firmatur, n. 24. & *auctoritatibus fulcitur, n.* 37. *contrariis verò reſpondetur, n.* 38.
Niſi princeps juſta aliqua cauſa motus legitimaverit naturalem, num. 47.
Vel niſi vaſallus alienando præjudicare poſſet agnatis, num. 48.
Filiis etiam regulariter ejuſmodi legitimatio obeſt, num. 49.
6. *Legitimandi facultatem habens à principe non poteſt legitimare ad feuda, niſi hoc expreſſum fuerit.*
10. *Legitimatio alterius, qui non fuerit dominus feudi, nihil præjudicare poteſt, domino feudi non conſentienti.*
11. *De feudis nihil in præjudicium domini firmiter diſponi poteſt, eo non conſentiente.*
12. *Legitimatio facta inſcio patre, vel poſt mortem ejus, non obeſt agnatis.*
14. *Legitimatus conſentiente patre, ſuccedit etiam extātib. legitimis, declaratur, n.* 38.
15. *Legitimatus excludit ſubſtitutum, contrarium firmatur, nu.* 36. & *in hoc articulo diſtingvitur, num.* 39.
16. *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt alicui jus ſuum jure civili quæſitum auferre, ſecundùm quoſdam: Præſertim verò jus nondum plenè quæſitum, n.* 19. *vel, quando removet obſtaculum, nu.* 20. *vel quando in conſequentiam tantùm aufert, ſeu ſolùm differt jus alterius, n.* 23. *Sed contra quod jure hoc fieri non poſſit pluribus firmatur, n.* 40. & 43. *etiamſi de jure quærendo agatur, num.* 44.
17. *Jus in feudis ex jure civili quæſitum cenſetur, & contraria conſuetudine tolli poteſt.*
18. *Jus quærendum facilius tollitur, quàm quæſitum.*
21. *Principis diſpoſitio etiam in præjudicium alterius ſine cauſa valet, quando non directo aufert jus alteri, ſed tantùm removet obſtaculum, contrà num.* 45.
22. *In conſequentiam multa conceduntur, quæ principaliter non permittuntur.*
23. *Legitimatio non penitus aufert jus legitimorum, ſed tantùm differt, contrà numero quadrageſimo ſexto.*
25. *Princeps legitimando in dubio non cen-*

ſetur voluiſſe præjudicare agnatis, niſi de voluntate ejus aliter expreſſè conſtet.

26. *Princeps in dubio potius cenſetur uti poteſtatē ordinaria, quàm abſoluta.*

27. *In legitimatione de legitimis extantibus, & omnibus aliis, quæ eam difficiliorem reddere poſſent, mentio facienda eſt, alioqui obreptitia cenſebitur.*

28. *Quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro auferri nobis non debet, idque ex natura deſumptum etiam ad principem pertinet, num. 30.*

29. *Agnato in feudo tale jus eſt quæſitum, quod ipſi invito auferri nequit, & num. 44.*

31. *Princeps reſtituendo natalibus patri præjudicare non poteſt.*

32. *Princeps non poteſt inveſtire filiam in præjuditium agnatorum.*

33. *Alienatio, etiam conſentiente principe facta agnatis non nocet.*

34. *Legitimatio eſt inſtar alienationis.*

35. *Legitimatus à principe, conſentiente patre, non poteſt ſuccedere in bonis, de quibus pater diſponere non poterat.*

40. *Princeps utens plenitudine poteſtatis, ſine cauſa peccat.*

41. *Princeps poteſtatem abſolutam non niſi juſta cauſa exercere debet.*

42. *Princeps juſtitiam & veritatem colere debet.*

50. *Quæ bona in præjudicium ſucceſſorum alienari poſſunt, in his ſuccedit legitimatus, etiam legitimis extantibus.*

1 JUris † eſt indubitati, naturales filios ad ſucceſſionem feudi non admitti, (a) ut diſertè probatur *in c. naturales, ſi de feud. defunct. conte. ſit.* Hoc autem non ſolùm in feudo paterno, ſed etiam in feudo materno locum habere tradunt Interpretes ibi.

2 Nam † etſi alioqui matribus ſuis naturales ſuccedere ſoleant, in feudis tamen rem aliter ſeſe habere exiſtimârunt *Andr. de Iſern. Alvarott. Mart. Laudenſ. Præpoſit. & Matth. de Afflict. in d. c. naturales, Curt. jun. in tract. feuda. parte 2. tertiæ part. principal. quæſt. 17. num. 30. Petrus Raven. in c. 1. an maritus ſuccedat uxori in beneficio, Zaſius in Epit feud. part. 8. de ſucc. feud. nu. 72.* propter verba admodum generalia, quibus utitur textus, naturales ſine diſtinctione à feudi ſucceſſione removens, *arg. l. de prec. de public.* Idq; honeſtatis potiſſimùm gratia, quàm ſemper colendam cenſet Juſtinianus, *in l. ſi quā illuſtriſſ. C. ad SC. Orfician.* ita introductum eſſe arbitratus eſt poſt alios *Afflict. ibi in 2. notab. nu. 14.* & ne impudicis amoribus frena laxentur, neve concubinarum amplexus juſto matrimonio nobiles aliiq; vaſalli (militare plerunq; hominum genus) præferant, ſed juſtis nuptiis ſobolem procreent paternæ hæreditatis & conditionis ſucceſſorem, *ut ait Dn. Baro Schenck ibid. m.*

3 Deinde † etiam idem locum obtinet, etſi nulli alii extent liberi, ut dilucidè ait textus *in d. c. naturales, ibi. nec ſoli nec cum aliis.* (b) Nam liberis legitimis (b) non extantibus, ad proximos agnatos feudum devolvi conſtat, *c. 1. de gradibus ſucc. in feud. §. cùm verò Conradus, qui feud. dar. poſſ.* Liberis verò & agnatis deficientibus, ad ipſum dominum feuda revertuntur, §. *etſi clientulus de alien. feud.* quemcunque igitur ſuccedendi eventum ſpectes, rationi non congruit, ut naturales ad feudum admittantur, ſed tàm æquitatis & honeſtatis, quàm etjam juris ratio exigit, ut hiſce excluſis, potiùs ad agnatos vel ad dominum feuda perveniant, *c. fin. 32. q. 4.*

Tertiò, † uſq; eò naturales à feudi ſucceſſione removentur, ut, etſi deinde legitimi facti fuerint, non tamen ideò magis ad ſucceſſionem aditum habeant, ut claris etiam verbis dicitur *in d. c. naturales, ibi, licet poſtea fiant legitimi,* quod vulgò interpretantur de eo, qui à principe vel alio legitimandi poteſtatem habente legitimatus eſt, inde concludentes, ita legitimatum in feudo regulariter non ſuccedere, quod etiam tenuit Oldrad. *in conſil. 24. in. p factum tale eſt in fin.* (c) 4 (c)

Hoc † tamen coarctant Interpretes, ut tùm demùm locum habeat, quando quis generaliter, nulla facta mentione de ſucceſſione feudali, legitimatus eſſet: ſecus verò, ſi expreſſè ad ipſam feudi ſucceſſionem quis legitimaretur. Nam eum, qui expreſſè ad 5

feuda

feuda legitimatus eſt, etiam in feudo ſuccedere docuit, *gloſſ. in d. §. naturales, in verb. legitimè, quem ſequuntur Jacob. de Beluiſ. Andreas de Iſernia, Bald. Alvarot. &, ut ait Matth. de Afflict. in 2. notab. in princip. communiter omnes ibi, Curt. junior, & Zaſ. in d. locis, Hannet. de jure feud. lib. 2. cap. 2. Julius Clar. lib. 4. ſententiar. §. feudum, quæſt. 82. hoc etiam ſecutus eſt Alex. in conſil. 2. incip. viſis codicillis, nu. 16. vol. 1. Calder. in conſil. 5. incip. naturalis filius legitimatus de feudis, Bolog. in conſil. 61. ut in præſenti conſultatione, n. 4. Barth. Socin in conſil. 3. incip. in cauſa dom. Guid. vol. 3. Dec. in conſil. 269. incip. Conſultus ab illuſtriſſ. Marchione, n. 10. Curtius ſenior in conſil. 65. incip. ſuper præmiſſa narratione facti, in pr. Pariſ. in conſil 1. viſa facti narratione, n. 76. & in conſil. 13. incip. attingendo articulum, n. 44. vol. 2. Ruin. in conſil. 36. in cauſa feudali, nu. 1. nu. 6. & 18. vol. 1. Gozad. in conſil. 25. in hac cauſa, n. 12. Curtius jun. in conſil. 1. primam amplector dubitationem, n. 22. in fin. & in conſil. 178. præſupponitur in facto, Albert. Brun. in conſil. 1. circa primum articulum, nu. 57. Boër. deciſ. 123.* qui omnes hanc opinionem com-
(d) muniter receptam eſſe teſtantur. *(d)*

6 Cumq; † ad hoc, ut legitimatus in feudo ſuccedat, requirant, eum expreſſè ad feuda legitimum factum eſſe: ideò hinc porrò inferunt, legitimandi poteſtate generaliter conceſſa, non comprehendi legitimationem ad ſucceſſionem feudalem, & quod propterea Comes Palatinus vel aliàs habens poteſtatem legitimandi ab Imperatore vel principe, non poſſit legitimare ad feuda, niſi hoc ipſi ſpecialiter conceſſum ſit, *ut probat Signor. de Homod. conſil. 218. quidam dictus, num. 4. & ſeqq. Alex. in conſil. 60. incip. viſa legitimatione, num. 1. vol. 2. Jaſon. in conſil. 70. ſuper utraq; legitimatione, vol. 3. Pariſ. in d. conſil. 1. num. 123. lib. 2. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 8. gl. 1. num. 38. Julius Clarus in d. §. feudum, quæſt. 82. n. 3.* De quo tamen videnda ſunt, quæ ſcripta reliquit *Bart. Socin. in d. conſil. 3. n. 10. vol. 3. & Dec. conſil.*
(e) *76. Licet caſu propoſito. (e)*

In † ejuſmodi autem legitimatione ad feudi ſucceſſionem neceſſe non eſt, ut in ſpecie exprimatur feudum, in quo ſuccedere debet legitimatus, ſed ſufficit, eum generaliter legitimum factum eſſe ad ſucceſſionem feudalem, *ut tradidit Martin. Laud. in d. c. naturales, quem refert & ſequitur Curt. jun. in tract. feud. part. 3. quæſt. 17. num. 89. & in conſil. 157. & Julius Clar. d. quæſt. 82.* qui tamen hoc declarant, niſi agatur de ſucceſſione feudorum, quæ magnas connexas habent dignitates. 7

In † his enim regulariter ad feuda legitimatus ſucceſſionem non conſequeretur, ſed inſuper requireretur, harum dignitatum ſpecialem fuiſſe factam mentionem, ut primus tradidit *Bald. in l. eam quam col. 10. C. de fideicommiſſ.* quod etiam poſt alios, quos refert, ſequitur *Molin. in ſuprà dicto loco. (f)* 8 (f)

Sic † etiam neceſſarium non eſt, ut in legitimationis inſtrumento addatur clauſula, qua expreſſè derogetur, *d. c. naturales*, ſed abundè ſufficit, quem à principe ſciente ad feuda expreſſè legitimatum eſſe, *ut ſenſit Bald. in d. c. naturales*, licet quidam in contrariam ſententiam perperam eum citent. Quod etiam voluit *Martin. Laudenſ. Alvarott. & Prapoſ. ibidem, Matth. de Afflict. in deciſ. 195. numero quarto, Curt. jun. in tract. feud. & in d. conſil. 157. & Molin. in d. l.* Cavendum igitur erit à Curtio ſeniore, dum *in d. conſil. 65. col. 13. in princ.* verba Bald. aliter refert, quàm apud ipſum reperiantur, quem in hoc etiam imitatus *Curtius jun.* Et propterea etjam non adſtipulandum *Marian. Socin. jun. in conſ. 95. quia præſentis conſultationis reſolut. vol. 3.* quatenus *ibi, n. 94.* nixus auctoritate Curt. ſen. exiſtimat, clauſulam derogatoriam omninò neceſſariam eſſe. 9

Porrò † quod ex omnium Interpretum ore hactenus aſſeruimus, eum qui ad feuda expreſſè legitimatus eſt, ſuccedere, dextrè intelligendũ eſt, ut tùm demùm procedat, quando quis ab ipſo domino feudi, vel duntaxat eo conſen- 10

divi Adrian. toll. teſtamento inſtitutis competit, alterum quorum bonorum ab inteſtato ſuccedentibus datur, tertium officio judicis innititur: horum naturam rectius ſi conſideraverimus, nullum ſanè ex eis illi caſui, quando rei feudalis poſſeſſio à filia agnatis contra nitentibus petitur, accommodari poterit. primò ex eo, quia, ut paulò ante diximus, agnati veluti ad quos de jure communi feudi ſucceſſio, fœminis excluſis, pertinet, fundatam intentionem habere, & de jure ac dominio ipſorum manifeſtè apparere cenſetur.

25 Nam † quotieſcunque conſtat, dominium alicujus rei potius ad adverſarium, quàm ad hæredem pertinere, tum hæres poſſeſſorio agens dominii exceptione repellitur, *ut tradunt Bart. & Dd. in l. 1 C. quor. bon. & in l. 1. C. quor. leg. & in d. l. fin.* dominio tanquam potentiore atque fortiore poſſeſſionis cauſam abſorbente, *c. cum dilectus: de cauſa poſſ. & propr. Abb. in c. in conſultationibus: in fin. de jure patron.*

26 Idque † non ſolùm in his, ſed & in omnibus aliis adipiſcendæ poſſeſſionis remediis generaliter procedit, cum in iis locus ſit regulæ: Dolo facit, qui petit quod mox reſtituturus eſt, *ut ſenſit Accurſius in l. ſi de vi: de judiciis. quem ſequitur Bart. in l. naturaliter: §. nihil commune: de acquir. poſſeſſ. & communiter receptum teſtatur Bellamer. deciſ. 17. & Abb. in c. in literis: de reſtitut. ſpoliat. Bartholom. Socin. in l. rem qua nobis: de acquir. poſſ.*

Deinde hac etiam de cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis remedia filiabus feudi poſſeſſionem petentibus non poterunt competere, quoniam de inhabilitate earum ex ipſius juris communis diſpoſitione conſtat.

27 Nam † ſicut quælibet legum & ſtatutorum beneficia capacibus duntaxat ſcripta ſunt: *l. Lucius Titius: §. Lucius Titius: de leg. 2.* & omnis diſpoſitio quantumcunque generalis ad terminos habiles reſtringitur, *l. ut gradatim: de muner. & honoribus.*

28 Ita † hæc etiam juris remedia ſic accipienda ſunt, ut non niſi iis, qui capaces ſunt alicujus rei permittantur, *prout tradit Bald. in d. l. fin. col. 11. verſ. ſecundò conſideret mixta fundamenta.* Accedit tertiò alia generalior ratio, quod ut ex ſuprà dictis patet, filiabus juris communis diſpoſitio, & inde reſultans præſumtio reſiſtit.

Hæc enim non ſolùm à quovis adipiſcendæ poſſeſſionis remedio quem excludit, ſed & poſſeſſorio recuperandæ agentem quibuſdam in caſibus repellit: cùm regulariter † nulli, 29
cui jus commune reluctatur, poſſeſſio adjudicari debeat, *c. ad decimas: de reſtitut. ſpoliat. in 6. c. ſignificaſti: de divortiis per quæ jura dicit Johan. Andr. in add. ad ſpecula: titul. de reſtitut. ſpoliat.* quod quando jus commune reſiſtit agentibus, ita ut non poſſint obtinere rem, niſi per diſpenſationem, tum etiam ſpoliatus non ſit reſtituendus: per eadem magis in ſpecie tradit *Matth. de Afflict. in c. illud: n. 45. de proh. feud. alienat. per Frid.* quod ſi is, qui de jure communi eſt inhabilis ad tenendum feudum, ſpoliatus ſit, & poſſeſſorio agat, poſſeſſio illi deneganda ſit, donec prius de titulo ſuæ poſſeſſionis doceat: quod in filiabus ſpoliatis à domino conſulendo ſecutus eſt *Zaſius in conſil. 11. & 12.* & quod is, cui jus commune adverſatur, etiamſi de jure ſuo probare velit, tamen antequam id fiat, in poſſeſſione tuendus non ſit, eſt bonus textus *in c. cum perſona: de privileg. in 6. ex quo not. Anchor. ibi,* quod, lite pendente poſſit poſſeſſor, contra quem facit jus commune, turbari, & violenter expelli, ſicut qui poſſidet vi, clam, precariò: *Sequitur Joan. Lup. in c. per veſtras: char. 132. col. 3. de donat. int. vir. & uxor. & tanquam valde notandum refert Rol. à Vall. in conſ. 89. in fin. vol. 2.*

Modò ſi id in eo, qui jam poſſidet, & in poſſeſſorio recuperandæ aliquo

ſaltem

ſaltem reſpectu (non enim hoc in illo caſu generaliter verum eſt, ſed magnam recipit reſtrictionem propter
30 privilegia poſſeſſionis) procedit, ubi † tamẽ aliâs de dominio, licet id in continenti probari poſſit, regulariter excipere non licet, *l. ſi quis ad ſe fundum: ubi Bart. C. ad L. Juliam: de vi public. c. in literis: de reſtit. ſpoliat. Bart. in l. ſi quis conductionis: num. 2. C. locati: Dyn. in c. qui ad agendum: de reg. jur. in 6.* multò magis in eo, qui poſſeſſionem nondum eſt nactus, ut in poſſeſſorio adipiſcendæ, locum habebit, cum hoc, ut jam dictum eſt, dominii defectus excludat, & nunquam competat, niſi de legitimo titulo conſtet, *ut ait Abb. in c. poſt electionem: de conceſſ. prabend.*

Vides itaq;, quod nec etiam ſecundum juris civilis rationes aliquod remedium competat filiabus, quo poſſeſſionem feudi adipiſci poſſint, ſed quod potius hoc ipſis jure illo denegatum ſit: Quamobrem etiam textus *in d. §. inter filiam:* ita intelligendus videtur, ut procedat duntaxat eo in caſu, ubi dubium adhuc eſt, an res controverſa feudum ſit, nec ne: ſecus verò, quando de eo manifeſtè conſtat.

31 Nam † ſicut quævis conſuetudo ita eſt interpretanda, ut, quo ad ejus fieri poſſit, à jure communi non recedatur: ſic etiam jus feudale conſuetudine introductum, *c. cum dilectus: de conſuetud. c. cauſam quæ: de reſcript. l. ſi quando: de inoffic. teſtament.* per quæ jura tradidit *Albert. Brun. in conſil. 74. incip. quia mihi relatum extitit: nu. 1.* quod conſuetudo feudalis reguletur ſecundum jus commune. *faciunt not. per Dd. in c. 1. de feud. cognit.* Id quod in propoſito vel hac de cauſa magis locum obtinet, quia hanc interpretationem non ſolùm verba, ſed & rationes ejuſdem juris feudalis exigunt, ut pauló ante demonſtravimus.

Idemque, ne auctoritate penitus deſtituamur, ſenſiſſe videtur *Andr. de Iſern. in d. §. inter filiam:* dum textum reſtringit, ut non procedat, ſi agnati probaverint, rem controverſam eſſe feudum: *& ſecutus eſt Jaſ. in d. conſ. 152. col. 2. lib. 4. Gozadi. in conſ. 12. incip. in hac cauſa. num. 8. Albert. Brun. in conſil. 18. incip. in cauſa vertente: num. 18. Alba. conſil. 78. num. 16.*

Sed † etſi his & ſimilibus probabiliter doceri poſſit, textui *in d. §. inter* 32
filiam: locum non eſſe, quando conſtat, rem controverſam eſſe feudalem, communis tamen interpretum ſchola contrà exiſtimavit, licet manifeſtum ſit, bona eſſe feudalia, nihilominus tamen ſi de bonis illis controverſia incidat inter agnatos & filiam, hanc in poſſeſſionem eſſe collocandam. Hoc primus docuit *Joh. Andr.* quem omnes auctorem laudant *in add. ad ſpecul. tit. de teſt. §. penult. verſ. perſonam:* ubi ait, poſt miſſionem demum eſſe cognoſcendum, ad quem pertineat: & ſi conſuetudo vel jus aliud defendat, filiam eam tuendam in feudo, aliàs aſſignandum agnatis, quam doctrinam tanquam notabilem ſequitur *Alex. in l. fin. col. fin. & ibi Jaſ. num. 26. Curtius jun. num. 84. C. de edict. divi Adria. toll. Matth. de Afflict. deciſ. 119. Decius in conſ. 467. bene & conſultè: num. 10. & conſil. 588. incip. viſo puncto: n. 10. & conſ. 390. incip. quoniam ex facto: n. 9. Curt. jun. in tractat. feud. part. 3. princip. in princ. nu. 23. & in conſil. 108. inc. circa controverſiam vertentem: n. 14. Pariſ. in conſ. 41. incip. optimum jus illuſtriſſimi: in princ. nu. 2. vol. 1. Bellon. in conſil. 10. ubi ait, in hanc ſententiam ſæpe reſpondiſſe Dd. tam antiquos quàm modernos: Berous in conſil. 176. nu. 51. & in conſ. 58. in fin. vol. 3. Roland. à Vall. in conſ. 2. nu. 27. lib 3. ubi hanc doctrinam communiter receptam affirmat, quod etjam noviſſimè teſtatur Menochius de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 275. (c)* & licet (c)
plerique horum eo de caſu loquantur, in quo filia teſtamento hæres fuerat inſtituta, & propterea non tam ex textu *d. cap. inter filiam:* quam *ex d l. fin.* movean-

moveantur, cujus remedium propter teſtatoris voluntatem multum favorabile, latiſſimeque patens etiam ad feudum extendunt, & inde textum *in d. §. inter filiam:* ita interpretantur: ex quo etiam quidam exiſtimarunt, rem aliter ſeſe habere in filiabus ſuccedentibus ab inteſtato, *ut ſenſit Jaſ. in d.conſ.152.& Albert. Brun.d.conſ.18.n 12.*
33 quippe † cum beneficium, *l. fin* quo potiſſimum nititur Joh. Andr. & ejus aſſeclæ, locum habere non ſoleat in ſuc-
(*d*) cedentibus ab inteſtato, (*d*) ut ex communi interpretum ſententia docet *Jaſ. in d.l.fin.n.23.& ibi Decius: n.39. Curtius jun. nu. 86. hoc reſpectu in ſpecie reprobans Bald in d.c.1 de contr. inter maſcul.& fœm. & Sapia n. 11. & hoc communiter receptum eſſe teſtatur Bellonus in conſil.35. idque pluribus in medium adductis auctoritatibus oſtendit Menochius in 4. remedio adipiſcend. poſſeſſor. quæſtione nona, & 10.*
34 Nihilominus † tamen plerique interpretum doctrinam Joann. Andr. etiam ad ſucceſſionem ab inteſtato extenderunt, inde textum *in d. §. inter filiam:* generaliter intelligentes, atque concludentes, quod filia ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato ſuccedat, in poſſeſſionem rei controverſæ ſit mittenda, etiamſi certum ſit, eam feudalem eſſe, & in his terminis conſuluit *Albertus Brun. in conſil. incip. circa primum: numer. 4. & Campeg. in conſ. ſeq. viſo themate: num. 1. Decius in conſil. 498. incip. viſ. caſu propoſito: & in conſ. 424. proponitur quod magnifica domina: n. 11. Ruin. in conſil. 18. primo & principaliter: nu. 20. lib. 1. Curt. jun. in conſ. 30. habita diligenti conſideratione: n. 10. & in conſ. 41. præſupponitur in facto: num. 11.* ubi opinionem hanc communem, & neminem ab ea diſcrepare dicit. Idem tenet Johann. Plot. *in l. ſi quando: num. 111. C unde vi: Cephal. in conſil. 31. incip. viſis inveſtituris: nu. 14. lib. 1. & Cacher. in deciſ. Pedem. 23. & 26.* In hanc etiam ſententiam peronatis pedibus tranſiverunt quam plurimi, qui in nobili illa ſtatus Montisferrati controverſia conſuluerunt, *ut Pariſ. in conſil. 22. illuſtriſſimam dominam: n. 65. & conſil. 23. prima in hujuſcemodi: nu. 89. vol. 1. Marian. Socinus conſil. 75. quanquam ut audio: num. 28. & in conſ. 76. cum diebus elapſis: num. 107. lib 1. Gozad. conſil. 7. in hac cauſa: Gratus conſ. 10. quæritur iterum: numer. 2. lib. 1. Roland. à Valle conſil. 1. viſo themate: num. 63. vol. 1.* ut proinde, hanc opinionem communi interpretum calculo eſſe approbatam, dubium non ſit, ac propterea etiam ab ea in judicando non recedendum, modò juxta ea, quæ mox dicemus, dextrè atque ſanè intelligamus, illaque diligenter conſideratis propoſiti facti qualitatibus caute & circumſpecte utamur.

Declaratur † enim primò iſta conclu- 35
ſio, ut non procedat, quando manifeſtè conſtaret, vel agnati probationes in promtu haberent, quod bona non ſolum eſſent feudalia, ſed ejus etjam qualitatis, ut à fœminis poſſideri non poſſint, *ut docet Campeg. inter conſil. Albert. Brun. d. conſil. 2. num. 9. Goz. ad. conſil. 50. prima facie videtur dicendum: num. 26. Portius conſil. 1. in cauſa reviſionis: nu. 65. Zuchardus in d. l. fin. num. 486. Joh. Plot. in d. l. ſi quando: num. 111. Cacher. deciſio. 26. num. 3. & 14. Rol. à Vall. d. conſ. 2. n. 38. in fin. lib. 3. Men. in d. remedio 4. adipiſc. poſſ. num. 381.*

Secundo † ex hac ipſa declaratione 36
concluſio iſta reſtringenda eſt, ut tum demum locum habeat, quando fœmina conſuetudinem vel aliam veriſimilem cauſam allegat, ob quam feudum obtinere poſſe videatur. Niſi enim tale quid ab ea producatur, tum ſanè ex hoc ipſo, quod rem controverſam eſſe feudalem conſtat, de jure agnatorum manifeſtè apparere cenſetur, per ea quæ ſuprà latè ponderavimus.

Ut igitur concluſioni huic locus eſſe poſſit, neceſſe omnino eſt, filias aliquid probabiliter prætendere, cujus vigore

vigore ad ſucceſſionem feudi contra naturam ejus admitti queant, *ut docet Albert. Brun. in d. conſil. 1. & d. conſil. 18. Campeg. in d conſil. 2. n. 9. Joann. Plot. in d. l. ſi quando: n. 111. Menochius in d. loco. nu. 376. in fin.* Et ſecundùm iſta tolli aliquo modo poſſunt ea, quę ſuprà fuére conſiderata.

37 Tertiò † communis illa concluſio reſtringenda eſt, ut locum ſibi non vindicet, quando agnatus jam eſſet in poſſeſſione feudi. Nam etſi non deſint, qui exiſtimarint hoc etiam caſu nihilominus filiam in poſſeſſionem feudi mittendam eſſe, *ut ſenſit Decius in d. conſ. 424. & in d. conſ. 467. Curtius jun. in d. conſ. 41. Pariſ in d. conſil. 41. volum. 1. Gozadin. in d. conſil. 7. Roland. à Vall. in d. conſil. 2. num. 31. volum. 3. idque latè defendit Cacheran. in d. conſil. 23. & 26.* ſententia tamen eorum, qui contrà arbitrantur, hoc caſu, quando videlicet notum eſt, rem eſſe feudalem, & agnatus poſſidet, hunc in poſſeſſione tuendum eſſe donec filia de jure ſuo plenius docuerit, & melioribus juris rationibus ſubnixa, & à pluribus atq; ſanioribus approbata videtur.

Nam præter rationes ſuprà conſideratas, quæ omnes hoc quidem caſu magis pro agnato, quàm pro filia urgent, ipſius etiam poſſeſſionis, inter alia ejus commoda, de quibus *in §. commodum Inſtit. de interdict.* hoc non
38 eſt poſtremum, quod † indè juris præſumtio pro poſſeſſore oritur, ex qua, licet nullum jus habeat, potior tamen eſt *l. uti frui: §. 1. ſi uſufruct. pet. l. 2. uti poſſidetis c. ex literis: de probation. cum deciſionibus ad hoc collectis per Barbat. in conſ. 50. n. 1. vol. 1.* Idq; multò magis etiam obtinet, quando poſſeſſio non omni jure eſt deſtituta, ſed ex legitima cauſa quis poſſidet.

Tum enim, quamvis adverſarius pari jure nitatur, & ea in medium afferat, per quæ titulus poſſidentis in dubium vocetur: niſi tamen plenè de jure ſuo docuerit, ſtante hoc dubio, poſſeſſio prævalebit, cum in pari cauſa poſſeſſor ſemper potior haberi debeat, *c. in pari: de reg. jur. lib. 6. l. in pari: ff. eod. tit.* & regulariter duobus de una re æquali lege contendentibus, poſſeſſio cum titulo conjuncta præferatur, *ut tradit Bart. in l. hæredit: C. de petit. hære-*
di. hanc dicens eſſe rationem, cur † pe- 39
titio hæreditatis non detur contra titulo poſſidentem, ſicut nec publiciana, *ut eſt textus in l. ſive autem: §. ſi duobus: de public. per quem hoc tradit Jaſon. in §. ſed iſtæ: numer. 19. Inſt. de actionibus.* Ex eadem ratione deſcendit, quod neque interdictum, quorum bonorum quod hæredibus ab inteſtato ſuccedentibus competere diximus, contra titulo poſſidentem intentari poſſit, *ut not. Bart. in l. 1. quorum bonorum: Angel. Aret. in §. quadrupli: num. 35. Inſtit. de actionibus: Alex. in conſil. 4. incip. videretur inſpectis his: lib. 2. Corneus conſil. 239. incip. pro deciſione: in fin. lib. prim. Bellon. in conſil. 35. numer. 4.* Quamobrem nec etiam contra agnatum jure poſſidentem rem, quam feudum eſſe conſtat, competere poterit, ad ſimilitudinem petitionis hæreditatis, quæ, licet
feuda etiam contineat, non † tamen 40
datur contra agnatum, vel filium poſſidentem, *ut docet Bart. in l. ſi patroni: ad Trebell. quem ſequitur Alexand. ibi, & Jaſ. in uſib. feudor. in princ. n. 43. & in conſil. 138. lib. 4.* Magna eſt enim inter hæc duo conformitas, *ut per Bart. in l. 1. C. quor. bon. & Alex. in d. conſ 4 vol. 1* quini-
mò † nec etiam remedio *d. l. fin. C. de* 41
edict. divi Adr. toll. quantumvis id propter defuncti voluntatem admodum favorabile ſit, eo in caſu locus eſſe ſolet, quando poſſeſſor vel à defuncto titulum habet, vel ab alio, de cujus dominio conſtat, *ut ſenſit Bart. & Dd. in d l. fin. & Men. in d. remed. 4. adipiſcend. n. 596. cum ſeqq.* Sequens eſt itaque, neque iſtud remedium contra agnatum poſſidentem feudum locum habere poſſe, neque propterea etiam beneficium, *d. §. inter filiam:* ad exemplum ho-

Digitized by Google

dè oſtenſum eſt: ſic nec etiam remedia juris civilis huc accommodari poſſe, ex iis quæ paulò ante commemoravimus, manifeſtum eſt. Eſt autem juris non ignoti, ſine actione, vel alio remedio ſibi indulto neminem experiri poſſe: *l. ſi quid poſſeſſor*: §. *illud. de petit. hæred. l. quoties*: §. *item ſi temporali*: *de adminiſtr. tutor.*

Accedit prætereà, quod, ſi aliter diceremus, tum plurima ſpecialia juris communis regulis repugnantia ex
50 parte filiarum concurrerent, quod † tamen maximoperè vitandum eſſe noſtri commonent *per l. 1. C. de dotis promiſſ. faciunt not. per Bald. in l. fin. & ibi Jaſ. n. 32. de conſt. princ.* Denique ſententia iſta plurimorum etiam auctoritate eſt fulta.

51 Nam † textum *in d. c. inter filiam*: eo de caſu tantummodo eſſe intelligendum, quando agnatus non poſſidet,
(e) videtur ſenſiſſe *An. de Iſ. ibi, (e)* dum textum de filia tenente feudum accipit, mortuo feudatario (inquit) filia tenebat quoddam prædium. & eſt de mente *Matth. de Afflict.* qui ex ſententia aliorum dicit, rationem illius textus eſſe, quia mulier poſſidebat feudum, & prima ratione habebat pro ſe juris præſumtionem. idem ſenſit *Corneus in conſil. 139. ad evidentiam præmittendum: in fin. lib. 1.* clarius verò hunc intellectum tradidit *Albertus Brun in conſil. 63. quia caſus præſens: in fin.* ubi ait, cum maſculus ſit in poſſeſſione, & habeat titulum inveſtituræ, debet conſervari in poſſeſſione, & inveſtiri, reſervato jure, ſi quod habent fœminæ in proprietate, adducens in hunc ſenſum textum *in d. cap. inter filiam*: ejuſdemq; rationem ſuprà conſideratam. Idem ſenſit *in d. conſil. 1. num. 16.* dum ibi potiſſimum conſiderat, poſſeſſionem vacantem fuiſſe apprehenſam à filia. Ità etiam textum hunc interpretatus eſt *Decius in conſil. 517.* in ſententia dicitur, *num. 8.* ſentiens eum modò locum habere, quando à principio poſſeſſio petita fuiſſet, & apud alium non reperiretur.

Et in hanc ſententiam in eadem cauſa Illuſtriſſ. Landgravium Haſſiæ concernente conſuluit *Gozad. in conſil. 50. prima facie videtur: n. 26.* ubi dicit, omnes feudiſtas intelligere, *d. §. inter filiam*: & ſimilia jura, quando agnatus non eſt in poſſeſſione: *& Philipp. Portius in d. conſil. 1, numer. 64. Alba conſil. 72. numer. 28. Alciat conſil. 257. quos refert & ſequitur Menoch. de Adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. nu 380.* hoc modo reſtringendo textum *in d. c. inter filiam*. Et in judicando hoc ſecutum fuiſſe ſenatum Pedemontanum, teſtatur *Cacheranus in deciſio. 26. in fin.* ac licet ibidem in contrariam ſententiam inclinare videatur, quando à fœmina aliquid veriſimiliter adducitur, ex quo colligi poſſet, eam feudi capacem eſſe: hoc tamen veriſimile, niſi de jure fœminarum plenius conſtet, contra agnatum parum momenti habere, ex jam dictis ſatis apparet. Nec quicquam obſtat *gl. in c. 1 de contr. inter maſc. & fœm.* qua potiſſimum nititur Cachera.

Nam licet *gl.* dicat, ſe nihil curare, an agnatus poſſideat, nec ne: non tamen loquitur in caſu, ubi ſimul etiam manifeſtum eſt, rem eſſe feudalem, ſed quando de hoc, an ſit res feudalis, inter agnatum & filiam controvertitur, inter quos caſus, ut diximus, magna eſt differentia.

Huic etiam ſententiæ noviſſimè adſtipulatus eſt vir doctiſſ. D. VVeſen. *in conſ. 1. n. 62.* multis argumentis eandem eleganter confirmans. Neq; hiſce refragantur auctoritates ſuprà citatæ. Nam omnes alii interpretes, præter paucos, quos in hac limitatione adduximus, non de iſta facti ſpecie verba faciunt, quando agnati jam poſſident feudum, ſed tantum de illis caſibus, in quibus vel filia poſſidebat feudum, vel poſſeſſio vacabat.

Decius verò *in d. conſ. 424. & d. conſ. 467.* non loquitur de ejuſmodi caſu, in

quo agnati poſſidentis intentio tàm ex jure communi, quàm ex inveſtituræ tenore fundata erat, ſed ibi poſſidens nullo alio jure nititur, quam fideicommiſſo in teſtamento, de quo non ſatis conſtabat, relicto.

Atq; inſuper potiſſimum conſiderat, poſſeſſionem à fidei commiſſario propria auctoritate occupatam, vitioſam eſſe, hoc ipſo innuens, quod ſi poſſeſſio, ut in propoſito, ubi agnatus propria auctoritate feudum occupare poteſt, vitio hoc caret, tum poſſeſſor in ea tuendus ſit.

Tantum igitur abeſt, ut hæc Decii auctoritas opinioni noſtræ adverſetur, ut etiam plurimum eandem adjuvet. Sic in caſu, de quo Curtius *jun. in d. conſil. 41.* conſultus fuit, agnati filias poſſidentes ſpoliaverant, ac poſſeſſionem vi acquiſierant, à quo in propoſito longè abſumus. *Pariſ. etiam in d. conſ. 41. vol. 1.* ediſſerit de poſſeſſione contra decretum ducale viciosè ab agnatis apprehenſa. Neque *Gozadin. in d. cap. 7.* circa hoc quicquam certi aſſerit, vel aliquam vim in eo ponit, ſed obiter duntaxat attingit.

Quæ verò *Roland. & Cacheran.* adducunt, ea ex his, quæ paulò ante conſiderata ſunt, facilè ceſſant, neque ipſorum opinio tantum momenti habere poteſt, ut non aliorum ſuprà adductorum auctoritas, firmiſſimis juris rationibus ſubnixa longè prævalere debeat: cum præſertim idem Cachera. fateatur, ſenatum Pedemontanum in aliam juiſſe ſententiam. Quibus denique omnibus ſic firmatis, ſine hæſitatione concludendum, agnatos poſt mortem vaſalli bona, quæ feudalia eſſe liquet, poſſidentes, in retinenda poſſeſſione potiores eſſe filiabus in adipiſcenda, donec ipſæ de jure ſuo plenius docuerint: quod, quando altiorem indaginem requirit, minime ad judicium hoc poſſeſſorium, de quo hîc verba facimus, ſed potius ad petitorium pertinet.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

AD quæſtionem hanc vide *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. n. 375. & ſeqq. & conſ. 187. n. 31. & n. 52. Aym. Cravett. conſ. 704. n. 6. & conſ. 822. n. 6. Franciſ. Burſat. conſ. 89. nu. 30. lib. 1. Phil. Dec. conſil. 424. n. 11. VVeſ. conſ. 1. & conſ. 93.*

(a) C. 1. §. inter filiam defuncti ſi de feud. def. cont. ſit.] Pro intellectu hujus §. vide *Roſenthal. in tractat. feud. capit. 12. concluſ. 14. numer. 93.* ubi defendit fæminam aſſerentem rem eſſe allodialem, negantemque rem feudalem, adſtringi ad probationes quod res non ſit feudalis, ubi præſumtio militat pro agnato.

(b) Quam feudalis præſumitur] Quando in dubio allodialis præſumatur res, licet feudo ſit vicina vide *Jacob. Menoch. in tract. de præſumt. lib. 3 præſumt. 91. n. 1. Gail. lib. 2. obſerv. 69. nu. 4. Valaſ. in quæſtion. jur. Emphyteut. quæſtion. ultim. numero ſecundo. Natt. conſil. 514. nu. 34.*

Ex quibus è contra præſumtionibus ac conjecturis res potius feudalis quam allodialis eſſe videatur notant. *Matth. de Afflict. ad c. 1. num. 68. ex quib. cauſ. feud. amitt. Rol. à Valle conſ. 2. n. 37. & n. 58. lib. 2. Menoch. allegat. præſumt. 91. numer. 45. & numer. 46.* ubi refert, feudalem rem cenſeri ex principiis aſſer-

aſſertione, juramento fidelitatis præſtito, fidelitatis reſervatione, ſervitiorum præſtatione, ex deſcriptione in cataſtrum & ex communi fama, & *nu. 65.* ex regionis conſuetudine, & *num. 72.76.77.* ex fidelitatis & homagii reſervatione. Quatenus autem in dubio in favorem filiæ bona potius allodialia quam feudalia eſſe cenſeantur, vide *Weſenbecium, conſil. 4. volumine primo.*

(*c*) Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 275.] Adde *Cravet. conſil. 816. & conſil. 822. num. 61.*

(*d*) In ſuccedentibus ab inteſtato] Vide omninò *Burſat. conſil. 234.*

(*e*) Andr. de Iſern. ibi.] Idem tenet *Malchi Palaez de majoratu part. 3. quæſt. 17. num. 6.*

QUÆSTIO XL.

NATURALES FILII, PRÆSERTIM SI FUERINT LEGITIMATI à PRINCIPE, an & quatenus ſuccedant in feudo.

SUMMARIA.

1. *Naturales filii in feudis non ſuccedunt, & quæ ſit ejus ratio.*
Etiamſi feudum maternum fuerit, num. 2.
Etſi nulli extent liberi vel agnati, num. 3.
Idem obtinet, etſi legitimati fuerint, num. 4.
Niſi expreſſe ad feudi ſucceſſionem legitimati fuerint, num. 5.
In quo ſufficit, generaliter quem ad feuda legitimatum eſſe, num. 7. niſi feuda dignitatum fuerint: horum enim expreſſa mentio eſt facienda, num. 8. neq; in legitimatione neceſſaria eſt clauſula derogatoria, num. 9.
Hoc tamen locum tantùm habet in legitimatione ab ipſo domino feudi, vel eo conſentiente facta: nam alioqui ſibi non præjudicaret, num. 10.
Fallit etiam, quando alii ſuperſunt agnati. Nam etſi quidam putârunt, etiam hoc caſu legitimatum ad feuda ſuccedere: quorum rationes referuntur, num. 13. Contrarium tamen, & quod agnatis non conſentientibus non præjudicet legitimatio, ſine ipſorum cenſenſu facta, firmatur, n. 24. & auctoritatibus fulcitur, n. 37. contrariis verò reſpondetur, n. 38.
Niſi princeps juſta aliqua cauſa motus legitimaverit naturalem, num. 47.
Vel niſi vaſallus alienando præjudicare poſſet agnatis, num. 48.
Filiis etiam regulariter ejuſmodi legitimatio obeſt, num. 49.
6. *Legitimandi facultatem habens à principe non poteſt legitimare ad feuda, niſi hoc expreſſum fuerit.*
10. *Legitimatio alterius, qui non fuerit dominus feudi, nihil præjudicare poteſt, domino feudi non conſentienti.*
11. *De feudis nihil in præjudicium domini firmiter diſponi poteſt, eo non conſentiente.*
12. *Legitimatio facta inſcio patre, vel poſt mortem ejus, non obeſt agnatis.*
14. *Legitimatus conſentiente patre, ſuccedit etiam extãtib. legitimis, declaratur, n. 38.*
15. *Legitimatus excludit ſubſtitutum, contrarium firmatur, nu. 36. & in hoc articulo diſtinguitur, num. 39.*
16. *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt alicui jus ſuum jure civili quæſitum auferre, ſecundùm quoſdam: Præſertim verò jus nondum plenè quæſitum, n. 19. vel quando removet obſtaculum, nu. 20. vel quando in conſequentiam tantùm aufert, ſeu ſolum differt jus alterius, n. 23. Sed contra quod jure hoc fieri non poſſit pluribus firmatur, n. 40. & 43. etiamſi de jure quærendo agatur, num. 44.*
17. *Jus in feudis ex jure civili quæſitum cenſetur, & contraria conſuetudine tolli poteſt.*
18. *Jus quærendum faciliùs tollitur, quàm quæſitum.*
21. *Principis diſpoſitio etiam in præjudicium alterius ſine cauſa valet, quando non directo aufert jus alteri, ſed tantùm removet obſtaculum, contrà num. 45.*
22. *In conſequentiam multa conceduntur, quæ principaliter non permittuntur.*
23. *Legitimatio non penitus aufert jus legitimorum, ſed tantùm differt, contrà numero quadrageſimo ſexto.*
25. *Princeps legitimando in dubio non cenſetur*

feuda legitimatus eſt, etiam in feudo ſuccedere docuit, *gloſſ. in d. §. naturales, in verb. legitimè, quem ſequuntur Jacob. de Beluiſ. Andreas de Iſernia, Bald. Alvarot. &, ut ait Matth. de Afflict. in 2. notab. in princip. communiter omnes ibi, Curt. junior, & Zaſ. in d. locis, Hannet. de jure feud. lib. 2. cap. 2. Julius Clar. lib. 4. ſententiar. §. feudum, quæſt. 82. hoc etiam ſecutus eſt Alex. in conſil. 2. incip. viſis codicillis, nu. 16. vol. 1. Calder. in conſil. 5. incip. naturalis filius legitimatus de feudis, Bolog. in conſil. 61. ut in præſenti conſultatione, n. 4. Barth. Socin in conſil. 3. incip. in cauſa dom. Guid. vol. 3. Dec. in conſil. 269. incip. Conſultus ab illuſtriſſ. Marchione, n. 10. Curtius ſenior in conſil. 65. incip. ſuper præmiſſa narratione facti, in pr. Pariſ. in conſil. 1. viſa facti narratione, n. 76. & in conſil. 13. incip. attingendo articulum, n. 44. vol. 2. Ruin. in conſil. 36. in cauſa feudali, nu. 1. nu. 6. & 18. vol. 1. Gozad. in conſil. 25. in hac cauſa, n. 12. Curtius jun. in conſil. 1. primam amplector dubitationem, n. 22. in fin. & in conſil. 178. præſupponitur in facto, Albert. Brun. in conſil. 1. circa primum articulum, nu. 57. Boër. deciſ. 123.* qui omnes hanc opinionem com-
(d) muniter receptam eſſe teſtantur. *(d)*

6 Cumq; † ad hoc, ut legitimatus in feudo ſuccedat, requirant, eum expreſsè ad feuda legitimum factum eſſe: ideò hinc porrò inferunt, legitimandi poteſtate generaliter conceſſa, non comprehendi legitimationem ad ſucceſſionem feudalem, & quod propterea Comes Palatinus vel aliàs habens poteſtatem legitimandi ab Imperatore vel principe, non poſſit legitimare ad feuda, niſi hoc ipſi ſpecialiter conceſſum ſit, *ut probat Signor. de Homod. conſil. 218. quidam dictus, num. 4. & ſeqq. Alex. in conſil. 60. incip. viſa legitimatione, num. 1. vol. 2. Jaſon. in conſil. 70. ſuper utraq; legitimatione, vol. 3. Pariſ. in d. conſil. 1. num. 123. lib. 2. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 8. gl. 1. num. 38. Julius Clarus in d. §. feudum, quæſt. 82. n. 3.* De quo tamen videnda ſunt, quæ ſcripta reliquit *Bart. Socin. in d. conſil. 3. n. 10. vol. 3. & Dec. conſil.*
(e) *76. Licet caſu propoſito. (e)*

In † ejuſmodi autem legitimatione 7
ad feudi ſucceſſionem neceſſe non eſt, ut in ſpecie exprimatur feudum, in quo ſuccedere debet legitimatus, ſed ſufficit, eum generaliter legitimum factum eſſe ad ſucceſſionem feudalem, *ut tradidit Martin. Laud. in d. c. naturales, quem refert & ſequitur Curt. jun. in tract. feud. part. 3. quæſt. 17. num. 89. & in conſil. 157. & Julius Clar. d. quæſt. 82.* qui tamen hoc declarant, niſi agatur de ſucceſſione feudorum, quæ magnas connexas habent dignitates.

In † his enim regulariter ad feuda 8
legitimatus ſucceſſionem non conſequeretur, ſed inſuper requireretur, harum dignitatum ſpecialem fuiſſe factam mentionem, ut primus tradidit *Bald. in l. eam quam col. 10. C. de fideicommiſſ.* quod etiam poſt alios, quos refert, ſequitur *Molin. in ſuprà dicto loco. (f)* (f)

Sic † etiam neceſſarium non eſt, ut 9
in legitimationis inſtrumento addatur clauſula, qua expreſsè derogetur, *d. c. naturales,* ſed abundè ſufficit, quem à principe ſciente ad feuda expreſsè legitimatum eſſe, *ut ſenſit Bald. in d. c. naturales*, licet quidam in contrariam ſententiam perperam eum citent. Quod etiam voluit *Martin. Laudenſ. Alvarott. & Præpoſ. ibidem, Matth. de Afflict. in deciſ. 195. numero quarto, Curt. jun. in tract. feud. & in d. conſil. 157. & Molin. in d. l.* Cavendum igitur erit à Curtio ſeniore, dum *in d. conſil. 65. col. 13. in princ.* verba Bald. aliter refert, quàm apud ipſum reperiantur, quem in hoc etiam imitatus *Curtius jun.* Et propterea etjam non adſtipulandum *Marian. Socin. jun. in conſ. 95. quia præſentis conſultationis reſolut. vol. 3.* quatenus *ibi, n. 94.* nixus auctoritate Curt. ſen. exiſtimat, clauſulam derogatoriam omninò neceſſariam eſſe.

Porrò † quod ex omnium Interpre- 10
tum ore hactenus aſſeruimus, eum qui ad feuda expreſsè legitimatus eſt, ſuccedere, dextrè intelligendū eſt, ut tùm demùm procedat, quando quis ab ipſo domino feudi, vel duntaxat eo conſen-

Digitized by Google

ceſſa ſunt, ut, ſi vaſallus ſine hæredibus feudalibus deceſſerit, feuda ad ipſum dominum revertantur. Modò ſi legitimatus, qui non fuerit dominus feudi ſuccederet, cùm feudum in maximum domini diſpendium contra voluntatem ejus ad alium transferretur, atque ita dominus feudi jure, quod tàm ex prima conceſſione, quàm ex natura feudorum quæſitum habuit, privaretur: cùm tamen juris ratio exigat, ne quis in jure ſuo indebitè defraudetur, *l. 2. in princ. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. fin. de pactis, l. cùm dos, de pactis dotal. l. id quod noſtrum de reg. jur.* uſq; eò, ut nec etiam Imperatori, ſi, ut par eſt, rectam rationem ſequi, quàm poteſtate divinitus conceſſà abuti maluerit, permiſſum ſit, alteri jus ſuum auferre, *ut not. l. quoties, C. de precib. imp. offer. & in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & paulò poſt pluribus probabimus.*

Ex quo etiam corruit fundamentum, quo primæ opinionis aſſeclæ potiſſimùm nituntur. Hi enim omnem vim ponunt in abſoluta poteſtate principis, quaſi illi integrum ſit, cuivis privato jus ſuum auferre. Nos autem infrà oſtendemus, hoc ipſorum theorema à majore & ſaniore Interpretum parte reprobatum, & contra id, quod jam diximus, communiter receptum eſſe. Sed longè majorem dubitationem res habet, quando de jure agnatorum quæritur, an filius naturalis, quem pater adhuc ſuperſtes legitimari curavit etiam in caſu, quo extant agnati, ſuccedat, hiſce excluſis, atq; inde legitimatio iſta in incommodum agnatorum cedat.

Ideò † autem de filio, quem pater legitimari curavit, dico, quoniam, ſi vel inſcio parente, vel poſt obitum ejus, poſtquam agnatis jus eſt quæſitum, legitimaretur, concors eſt Interpretum ſententia, hanc legitimationem agnatis invitis non præjudicare, ut planum eſt ex iis, quæ ſcripta reliquerunt *in §. & quid ſi tantùm, l. Gallus de lib. & poſth. & in locis paulò poſt allegandis.*

At quando, volente patre, quis legitimatus eſt, hoc caſu in diverſas fuerunt diſtracti ſententias.

Nam † etſi *Andr. de Iſern. in d. c. naturales* exiſtimaverit, legitimationem iſtam agnatis non obeſſe, hanc tamen ejus doctrinam in ſpecie reprobat *Alexan. in l. ex facto, col. 5. verſ.* & licet *Bart. de vulg. & pup.* ſentiens ejuſmodi legitimatum à principe ſuccedere in feudo, excluſis agnatis, quem refert & ſequitur *Jaſ. l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, de liber. & poſthu. Idem tenuit Alex. in conſil. 187. incip. videretur prima conſideratione dicendum, n. 16.* dum allegat *gl. in d. c. naturales, vol. 5.* addens hanc eſſe communem concluſionem *Dd. & Dec. in conſil. 269. incip. conſultus ab illuſtriſ. & in conſil. 390. quoniam ex facto, n. 11. & 12. Curt. jun. d. conſil. 1. & d. conſil. 157. Pariſius conſil. 1. præſens legitimatio, nu. 76. & nu. 123. vol. 2.* ubi ait, hoc ſenſiſſe *glo. in d. c. naturales,* communiter approbatam, *Cravet. conſil. 135. verbi decret. nu. 5. Roland. à Vall. in conſ. 3. Devenio nunc ad quæſtionem, n. 142. vol. 1. Jul. Clar. in d. §. feudum, quæſt. 82.* 13

Moventur † autem primò concluſione illa paſſim recepta, qua traditur, eum, qui à principe, conſentiente patre, legitimatus eſt, etiam extantibus legitimis ſuccedere, & agnatos remotiores excludere, *ut docet Bart. in l. Gallus §. & quid ſi tantùm, de liber. & poſth. quem ſequuntur Alex. Jaſ. uterque Socinus, & omnes Interpretes, & in locis in proximo argumento adducendis.* Secundò † in hanc ſententiam affertur id, quod à pleriſq; traditum eſt, ſi is, cui alter in caſu, quo ſine filiis deceſſerit, ſubſtitutus fuit, curaverit legitimari filium naturalem, quod tùm legitimatus excludat ſubſtitutum, quantumvis alioqui in præjudicium ſubſtituti pater legitimati nihil diſponere potuiſſet, *ut tradunt Dd. in d. §. & quid ſi tantùm, l. Gallus, Paul. de Caſtr. & Dd. in l. generaliter, §. cùm autē, C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. in d. conſ. 2. vol. 1. Bald. in conſ. 406. inc. quidā inſtit. vol. 3. Soc. in conſ. 63. inc. viſo teſtam. nobilis, & conſil. 65. inc. ſuper propoſita quæſtione, vol. 3. Decius con-* 14 15

cius conſil. 269. Conſultus ab illuſtriſ. nu. 10. conſil. 365. viſo conſilio, n. 6. & conſil. ſeq. pro declaratione, n. 4. conſil. 399. concluſionem plenè & ſubtiliter, n. 6. Pariſ. in d. conſil. 1. n. 64. ubi multis in medium adductis auctoritatibus hanc opinionem communem eſſe contendunt.

Unde videri poſſet, idem etiam in feudo concludendum, neque quicquam referre, quod agnatis in feudo vaſallus poſſidens præjudicare non poſſit. Nam etiam is, qui fideicommiſſo gravatus eſt in præjudicium ſubſtituti nihil ſuſcipere poteſt, *l. fin. §. ſin autem ſub conditione, junct. auth. res quæ C. commun. de leg.* Neq; tamen propterea minùs filius, quem ipſe curavit legitimari, ſubſtitutum excludit.

16 Tertiò † plurimum urgent hoc, quod crebris Interpretum ſermonibus eſt uſurpatum, principem de plenitudine poteſtatis poſſe alicui privato jus ſuum ex ratione juris civilis partum pro libito auferre, *c. innotuit de electio. c. propoſuit, de conceſſ. præbend. not. Angel. in l. item verberatum, §. 1. de rei vend. Bald. & Angel. in l. 2. C. de quadrien. præſcript. & in l. venditor. §. ſi conſtat. commu. præd. Bald. in l. fin. C. ſent. reſcind. non poſſ. & in conſil. 214. Caſus eſt talis quidam habet uxorem, in fin. lib. 2. Paulus de Caſtr. in conſil. 178. Donatio prædicta, col. 2. lib. 1. & in conſil. 180. ſuper eo, quod primo loco quæritur, lib. 1. & Abb. in conſil. 134. videtur primo, col. 5. lib. 1. Alex. in conſil. 2. viſis codicillis, nu. 14. vol. 1. Jaſ. in conſil. 227. pro enucleanda, & in conſil. 236. viſo titulo quæſtionis, vol. 2. Decius in conſil. 198. & pro tenui facultate, in fin. in conſil. 252. agitur cauſa magni ponderis, in conſil. 498. viſo caſu propoſito, num. 25. & in conſil. 269. Conſultus ab illuſtriſ. num. 7. & in conſil. 390. quoniam ex facto, num. 13. & in conſil. 624. copioſè & eleganter, num. 6. Curtius junior in conſil. 138. habita diligenti, num. 5. in conſil. 158. præſupponitur in facto, num. 15.* quibus in locis plures in medium afferunt concluſiones, quibus principum poteſtati frena laxent atque oſtendant, eos in his, quæ juris ſunt poſitivi, abſolutam habere poteſtatem, nullis legum cancellis circumſcriptam, atque propterea neminem illi, quod ab ipſis decretum geſtumve fuerit, jure refragari poſſe, uſurpantes etiam iſtud tritum: *nemo* audet dicere, cur ita facis. Quo dato, ſequitur etiam, jus, quod proximis agnatis in feudo quæſitum eſt, principem legitimando filium naturalem pro libito ipſis adimere poſſe.

17 Nam † jus feudorum conſuetudine introductũ eſt, & quod cõſequens eſt, jus in feudo competens ex jure humano civili quæſitum videtur *ut not. Bart. in l. ut jurisjurandi, §. ſi liberi, de oper. libert. & in l. de quibus, col. 5. de LL.* ideoq; etiam cõtraria conſuetudine tolli poteſt, *ut not. Bald. in l. 2. per illum textum, de vulg. & pupillar. cum ſimilibus in hanc ſententiam adductis à Decio in d. conſ. 269. numero octavo, & in d. conſil. 390. numero duodecimo.*

Quæ quidem concluſio quarto in propoſito noſtro hac de cauſa magis locum habere videtur, quia agnatis tempore legitimationis ſuperſtite adhuc vaſallo, jus nondum plenè quæſitum eſt, ſed tantùm ſpem iuris in futurum conſequendi habent, & ſic de jure quærendo agitur.

18 Nam † hoc longè facilius tollitur, quàm jus quæſitum, *l. fin. C. de acq. poſſ. l. qui autem in pr. quæ in fraud. cred. l. ſi ſponſus §. ſi maritus de don. inter vir. & uxor.*

19 Ideoq; † licet de jam dicta concluſione multi dubitent, tamen ſine controverſia admittunt, eam duntaxat in jure conſequendo locum obtinere, & principem jus hoc ſine cauſa auferre poſſe, ut de jure adeundi tradunt *Bal. in d. §. & quid ſi tantum, l. Gallus, de liber. & poſthum. Bald. in authen. ſi qua mulier, in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 33. verſ. primus eſt, quando lex dedit modum, de conſt. Ruin. in conſ. 7. quæritur, & in dubium revocatur, num. 6. & in d. conſil. 36. num. 3. & conſil. 95. præſuppoſita donatione, num. 1. & in conſil. 153.*

de plu-

de pluribus quæritur, num. 6. vol. 1. & hoc tollere omnem dubitationem dixit, *Alber. Brun. in d. conſil. 1. num 54.*

20 Quintò † de hoc in propoſito hac etiam de cauſa minus ambigendum eſt, quoniam princeps hoc caſu non directò aufert agnatis jus ipſorum, ſed tantummodò removet impedimentum, quod obſtabat filio naturali, quò minùs ſuccedere potuerit, & eum, qui primus incapax erat, habilem reddit ad ſucceſſionem. Quod enim hoc caſu, quando videlicet princeps non directò aufert jus alterius, ſed amolitur ſaltem obſtaculum ab eo, cui tale jus poteſt competere, & eum minùs habilem, capacem reddit, diſpoſitio principis in alterius etiam præjudicium ſine cauſa valeat, *per textum in l. quæris, de natalibus reſtitue. & tit. C. pro quibus cauſ. ſerv. pro præm. libert. accip. docuit Curtius junior in d. conſil. 1. num. 22.* addens hoc argumentum tangere radicem hujus dubitationis, & ne dubitationem quidem habere, nec unquam habuiſſe, quin princeps hoc poſſit facere, *ut dicit JCtus in d. l. quæris, & ſequitur Albert. Brun. in d. conſil. 1. num. 56. & Roland. à Valle in d. conſil. 3. num. 120. vol. 1.*

21 Idque † confirmatur etiam ex eo, quod traditur, principem ſine cauſa præjudicare poſſe alicui, quando præjudicium non principaliter, ſed in conſequentiam duntaxat infertur, *Ruin. in conſil. 38. quoniam de pluribus, nu. 22. col. penult. vol. 1. Cagnol. in l. id quod noſtrum, num. 16. de regul. jur.*

22 Multa † enim in conſequentiam permittuntur, quæ principaliter conceſſa non ſunt, *l. 1. de auctor. tutor. l. conditionibus pupillus, de condit. & demonſtr. l. quoties, C. de judiciis, l. cum creditor. §. qui furem, ubi Bart. de furt.*

23 Deniq; † legitimatio, de qua ſermo nobis inſtitutus eſt, non penitus tollit jus agnatorum, ſed efficit tantùm, ut in tempus aliquod differatur, & prorogetur, quod principi permiſſum eſſe ſine hæſitatione tradunt *Dd. in l. fin. C. ſi contra jus & utilit. public. & in l. quoties, C. de precibus Imp. off. Curt. junior in d. conſil. 1. n. 24. & Albert. Brun. in d. conſil. 1. num. 59.* Hæc ferè ſunt, quibus potiſſimum opinionem hanc ejus aſſeclæ ſtabilire conantur.

Veruntamen † utut hæc atque alia hujus generis ſeſe habeant, ego tamen animum inducere non poſſum, ut exiſtimem, rectè judicare judicem, vel ſecundùm jura reſpondere JCtum, qui extantibus agnatis, (*h*) in maximum eorum diſpendium legitimatum ad feudi ſucceſſionem admittit, ſed potiùs contra arbitror, eum, qui à principe legitimatus eſt, extantibus aliis agnatis, in feudo ſuccedere non poſſe, idq; extra omnem poſitum eſt controverſiam, ſiquidem de voluntate principis, quod is agnatis legitimationem ſuam præjudicare voluerit, non ſatis clarè conſtet. 24 (*h*)

Niſi † enim manifeſtè appareat, principem agnatis præjudicium gignere voluiſſe, nunquam hoc exiſtimandum, ſed potius credendum eſt, eum, ſalvo jure agnatorum, legitimare, & demùm aliis agnatis non extantibus ſuccedendi jus voluiſſe concedere, *argum. l. 1. §. ſi quis à principe. Ne quid in loco publico, c. quamvis, c. ſi pro te, de reſcript. in 6. Johan. de Imol. & Gemin. in c. grandi, de ſupplend. neglig. prælat. lib. 6. Alexand. in conſil. 94. incip. conſideratis his, quæ in themat. n. 5. & 7. vol. 1. Bart. Socin. in conſ. 251. circ. primam difficultatem, col. 13. in princ.* 25

Facit † quod dici ſolet, principem in dubio non præſumi, quod voluerit, uti plenitudine poteſtatis, ſed poteſtate ordinaria, niſi quatenus de eo liquida extent indicia, *l. quanquam, l. in teſtamento, C. de teſtam. militar. & not. Innoc. in c. innotuit, de electio. Innoc. & Joan. Andr. in c. dudum, de decimis, Bald. in l. bonorum, C. qui admitti. Jaſ. in d. l. quanquam, Dec. in d. l. in teſtamento, & in l. more, de juriſdict. omn. judic. Alexand. in d. conſil. 60. nu. 20. vol. 2. Curt. ſenior conſil. 65. col. 8. Decius in conſil. 77. viſo puncto, Pariſ. conſil. 51.* 26

Digitized by Google

ſil.51.incip. conſideranda facti narratione, num.15.lib.4.Thobias Nonius conſil.89.conſideratis, num.19.

27 Unde † deſcendit, ut non ſolùm neceſſe ſit in ejuſmodi legitimatione mentionem fieri de aliis legitimis ſucceſſoribus, qui extant, ſed inſuper etjam exactè requiratur, omnem aliam qualitatem exprimi, quæ legitimationem difficiliorem veriſimiliter reddere potuiſſet. Nam ſi tale quid omitteretur, legitimatio tanquam obreptitia nulla redderetur, cùm credibile non ſit, principem in alterius incommodum, de quo non certior factus fuit, quippiam concedere voluiſſe, *ut dicit Jacob. de Beluiſ. in §. & quando, in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui, Joh. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de ſucc. ab inteſt. §.1. in verſ. Item ſcias, Anton. de Butr. & Abb. in c. per venerabilem, qui filii ſint legit. not. Dd. in d. §. & quid ſi tantùm. l. Gallus, & ibi Jaſ. nu. 103. Ludov. Rom. in conſil.194. incip. in propoſita conſultatione primo videndum, Alexan. in conſil.25. circ. primum dubium, n.7. vol.1. & in conſil.195. aſſumo in conſultatione, in fin. vol. 2. Curt. ſen. in conſil.16. Clarus vir Jacobus, col. pen. & conſ.17. viſo puncto, col. ult. conſil.35. ſtatuto col. 7. conſil.73. incip. ſuper memorata.*

Sed etſi maximè voluerit princeps legitimando agnatis in jure ſuo præjudicare, hoc tamen jure fieri non potuiſſe, neq; propterea ullum juris vigorem habere exiſtimo.

28 Primò † propter vulgatam regulam, quæ docet, id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poſſe, *l. id quod noſtrum, de reg. jur. l. quandocunq. §. ſi quæſita, de verbor. obligatio. l. cùm maritus, de jure dotium.*

29 Certum † eſt enim, agnatis ex pacto anteceſſorum tale eſſe jus quæſitum, quod non ſolùm à futuro dependet eventu, ſed quod etiam vivente poſſeſſore, ita competit, ut hoc ipſis nulla ratione diminui poſſit, & quod propterea non minùs in conſiderationem veniat, quàm quævis alia res pleno jure alicui quæſita, *ut not. Bald. Alvarot. & Dd. in c.1. de alienat. feud. patern. Jaſ. conſil.8. præſens conſultatio, col.4. inter conſil. Brun. Alex. conſil.15. viſis narratis, n. 7. col. penult. vol.5. Dec. conſil. 445. in caſu ad me tranſmiſſo, num.22. Ruin. conſil.7. Quæritur, & in dubium revocatur, col. 6. circ. fin. vol.1. Neviz. conſil.12. idcirco pro libertate, n.16 inter conſil. Brun. Celſus Hugo in conſil.26. nu.28.* Ambigendum igitur non erit, etiam ad hoc ipſum jus agnatorum regulam, *d. l. id quod noſtrum*, rectè accommodari.

Cumq; † regula iſta ex jure naturali ſit deſumta, & cum præcepto divino conveniat, illa ſanè non minùs devinctus erit princeps, quàm quivis alius privatus. Juris enim divini hoc eſt præceptum haud poſtremum, ne cui injuriam facias, *c.1. diſtinct.1.* 30

Secundò † hanc ſententiam optimè probat textus *in l. nec filio, de natalib. reſtitut.* ubi JCtus disertè loquitur de Imperatore natalibus reſtituente libertum; & tamen reſpondet, eum hoc facere non poſſe, niſi conſentiente patrono, vel filio ejus, addens rationem, quia jus patris nec non legitima ſibi debita, hoc impetrato, amittitur, & de filio verba faciens, quid enim (*inquit*) intereſt, ipſi patrono an filio ejus fiat injuria. Ecce JCtus disertè ait, principem, qui alteri jus ſuum aufert, reſtituendo aliquem natalibus, injuriam facere, & propterea hoc ipſi permiſſum non eſſe. 31

Idem igitur in propoſito de legitimatione dicendum erit, cùm nulla probabilis poſſit reddi diverſitatis ratio. Et ad propoſitum noſtrum hunc textum adaptavit *Abb. in c. cùm olim, numero decimo ſexto, de re judic. Fortun. Gartia in d. §. & quid ſi tantùm, l. Gallus, numero ducenteſimo nonageſimo, & pulcrè Bart. Socin. in conſil. 246. eleganter & ſubtiliter, col.5. in princ.*

Pertinet † hùc tertiò, quod ab Interpretibus communiter traditum eſt, principem non poſſe inveſtire filium in præ- 32

Digitized by Google

in præjudicium agnatorum, ad quos pertinebit ſucceſſio, *c. 1. de alien. feud. pater,* §. *hoc quoque de ſucceſſ. feud. c. 1.* §. *etſi clientulus, de alien. feud. c. Titius, ſi de feud. fuer. controver. c. 1. de vaſallo decrep. ætat. c. 1. de eo qui finem fecit agn. per quæ jura hoc docuerunt Jacob. de Belviſ. Andr. de Iſern. Bald. Alvar. Præpoſ. Afflict. Paulus Picus, Dn. Baro Schenck, & denique omnes in c. 1. num. 1. quemadmodum feud. ad fili. pertineat.*

33 Quartò † movet me, quoniam agnatis in feudis tam firmum atq; certum jus eſt quæſitum, ut ne per alienationem quidem hoc ipſis eripi poſſit, ſed ſalvum atque integrum nihilominus maneat, *c. 1. de alien. feud. pater. c. Titius: ſi de feud. defunct.* Idque locum etiam habet, etiamſi alienatio auctoritate principis ſuſcepta fuerit, *ut docet Bald. & Dd. in d. c. 1. de al. feud. pater. & in c. 1.* §. *hoc quoq.: ubi etiam Afflict. n. 56. de ſucc. feud. Alex. in conſ. 116. viſo themate in fin. vol. 4. & in conſ. 128. quod legitur lib. 4. conſ. 106. vol. 5. Jaſ. in conſ. 57. do iſte ſecundo teſtamento: col. penul. in 3. vol. Curt. ſenior in conſ. 50. præſens conſultatio. verſ. reſtat nunc deſcendere ad quartam difficultatem: in fin. Ruin. conſ. 17. ſuper primo quæſito: nu. 12. vol. 1. & conſil. 108. Viſa ac bene intellecta: n. 5. & 27. vol. 2. Gozad. conſ. 9. in hac cauſa: n. 50. Pariſ. conſ. 5. in præſenti cauſa feudali: num. 22. & 24. & conſ. 18. non potuit hypothecare: num. 3. & ſeq. vol. 1. cum infinitis aliis.* Conſequens eſt igitur, neque legitimatione jus hoc ipſis auferri poſſe.

34 Nam † legitimatio eſt inſtar alienationis, cum hac ratione feudum ad alium, quam ad quem ex pacto anteceſſorum debuerat pertinere, transferatur, *ut ſenſit Petrus de Anch. in conſ. 427. circa primum. Alex. in conſ. 25. nu. 1. in conſ. 66. n. 5. lib. 1. Ruin. in conſ. 69. n. 23. lib. 3. Maria. Soc. in conſ. 95. n. 39. & ſeq. vol. 3.*

35 Quintò † hanc ſententiam plurimum confirmat communis interpretum concluſio, qua traditur, legitimatum à principe, conſentiente patre, nunquam ſuccedere in illis bonis, de quibus pater liberam diſponendi facultatem non habuerat. Ita enim doctrinam *Bart. & Dd. in d.* §. *& quid ſi tantũ: declarant, & reſtringunt, Joan. de Imol. & Gemi. in c. grandi: de ſupplend. negl. prælat. lib. 6. quod ſeq. Alex. & Jaſ. in d.* §. *& quid ſi tantum: n. 36. Bart. Socin. n. 27. in fin. Maria. Socin. n. 144. Lancel. Galiau nu. 84. Joann. Crott. nu. 128. & deniq. nemine refragante omnes ibi. Idem tenuit Joh. Andr. in c. ſine culpa: de reg. jur. in 6. & conſulendo ſecutus eſt Alex. in conſ. 25. incip. circa primum dubium: n. 6. & in conſ. 67. conſideratis his quæ in primo: num. 4. & in conſil. 94. inc. conſideratis his, quæ in themate: nu. 7. vol. 1. Dec. in conſ. 85. inc. & diligenter pro tenui facultate: n. 8. & 9. & in conſ. 55. & pro tenui facultate: n. 2. Bart. Soc. in conſil. 246. eleganter & ſubtiliter: col. 4. in fin.*

Ex † quo etiam à crebriore & ſaniore interpretum parte receptum eſt, ſi is, cui aliter in caſum mortis ſuæ ſubſtitutus fuerat, curaverit filium ſuum naturalem legitimari à principe, quod tum legitimatus non excludat ſubſtitutum: quippe cum pater legitimati in præjudicium ſubſtituti nihil diſponere potuerit. 36

Hoc docuit Petrus de Anchor. in conſil. 427. inc. circa primum quæſitum fuiſſet ſatis expediens: quem ſequitur Al. in conſ. 25. circa primum dubium: n. 1. & conſ. 67. conſideratis his: n. 4. & in conſ. 94. Titius ſolutus: n. 4. vol. 1. Jaſ. in d. §. *& quid ſi tantum: n. 139. & ibi Bart. Socin. nu. 32. Marian. Socin. n. 145. Carolus Ruinus, n. 190. Idem Ruinus conſil. 106. in quæſtione quæ proponitur: num. 6. vol. 3. Decius in d. conſil. 65. num. 2. & in conſil. 425. in caſu propoſito: num. 10. Curtius ſenior in conſil. 35. ſtatuto ſeu in capitulis: col. 7. verſ. tertio me movet: Alber. Brun. in conſil. 15. viſa legitimatione: num. 10 in 3. dubio: Pariſ. conſ. 9. olim dominus: n. 46. vol. 2. Cephalus conſ. 117. in hac cauſa: n. 20. & ſeq.*

Hinc itaq; idem ſtatuendum erit de jure, quod agnatis in feudis eſt quæſitum. Nam in præjudicium agnato-

Digitized by Google

rum in feudis jure nihil diſponi poſſe certo certius eſt.

37 Quinimò † magis in ſpecie, quod legitimatus à principe ad feuda non ſuccedat, extantibus aliis agnatis, neque idcirco hiſce legitimatio principis obeſſe poſſit, *poſt Andr. de Iſernia diſertè docuit Matth. de Affl. in d. c. §. naturales, num. 35. idem ſenſit Anton. de Roſell. in tract. de legit. tit. legitimationis effectus, n. 24. & Mart. Laud. in eod. tract. num. 80. Zaſius in Epitom. feud. part. 8. de ſucceſſ. feudi, n. 74. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 8. gloſſ. 1. nu. 39. Loriott. in tit. de ſucc. feud.* ſic de jure proximis agnatis in feudo quæſito, quod ipſis legitimatio principis non obſit, clarè aſſeruerunt etiam *Johan. de Imol. & Gemin. in d. cap. grandi, de ſuppleud. neglig. prælat. lib. 6.* inde concludentes, quod rex Aragonum, qui non cognoſcit ſuperiorem, non poſſit per ſummum Pontificem (cui tamen plurimum poteſtatis tribuere ſolent Interpretes) procurare legitimationem filii ſpurii, in præjudicium alterius conſangvinei, cui conſuetudo defert regnum, rege ſine filiis legitimis decedente, quia (inquiunt) hoc non pendet à poteſtate regis, ſed à conſuetudine deferente regnum conſangvineo quæ ratio optima ad propoſitum noſtrum quadrat, cùm neque etiam vaſallo integrum ſit, ut agnatis in feudo poſſit præjudicare.

Et hanc ipſorum doctrinam non ſolùm illi, quos paulò antè citavimus, ſed & alii, qui contrariæ opinioni fuerunt ſuffragati, uno ore omnes ſequuntur, ut proinde ſibimet ipſis in hoc adverſentur, & mirum ſit, eos nihilominus pro prima opinione tanta pertinacia pugnare. *Idem tenuit Signor. de Homod. in conſ. 218. Quidam dictus Joannolus, nu. 21. Ruin. in conſil. 36. in cauſa feudali, n. 3. vol. 1. & clarius in conſil. 99. incip. viſa ampliſſima poteſtate, num. 4. vol. 3. Curt. ſen. in conſ. 16. clarus vir Jacobus col. 3. Bart. Soc. in conſil. 3. in cauſa domini, n. 3. dum ibi præſupponit, agnatos conſenſiſſe, vol. 3. & in conſil. 246. eleganter & ſubtiliter, col. 4. Dec. in d. conſ. 85. n. 8. in fin. Alber. Brun. in d. conſil. 15. pulchrè, Marian. Socin. in conſil. 95. quia præſentis conſultationis, n. 39. vol. 3. Cephal. conſil. 23. Feudum de quo agitur, num. 46.*

Hiſce igitur tàm rationibus, quàm auctoritatib. impulſus non poſſum nō hanc amplecti ſententiam, ut exiſtimem principem, ſiquidem, ut debet, Juſtitiam ante oculos poſitam habere velit, in præjudicium agnatorum ad ſucceſſionem feudalem naturalem filium legitimare non poſſe: cùm præſertim ea, quæ in prima opinione fuerunt adducta, ejus momenti non ſint, ut eum, qui veritatem ſectari ſtudet merito poſſit movere.

Nam † primo argumento abundè 38
ſatisfactum eſt in quarto fundamento hujus ſententiæ noſtræ, ubi oſtendimus, concluſionem illam communiter receptam in illis bonis locum non obtinere, de quibus diſponendi liberam facultatem quis non habet, quod cùm etiam fateantur illi, qui primæ opinioni ſuffragantur, manifeſtum eſt, eos doctrina iſta vel errore, vel partium ſtudio abuſos fuiſſe.

Alterum † argumentum iiſdem ra- 39
tionibus refutari poterit, quibus ſententiam noſtram firmavimus. Ex hiſce enim convincitur, opinionem eorum, qui exiſtimàrunt, legitimatum excludere ſubſtitutum, nulla probabili juris ratione eſſe ſuffultam, ac propterea potius illis, qui contrà ſenſerunt, adſtipulandum eſſe, rationibus & auctoritatibus paulò antè adductis.

Eſtque hoc loco advertendum, pleroſq; eorum, qui exiſtimàrunt, legitimatum excludere ſubſtitutum, potiſſimum hoc fundamento niti, quod verba, quibus teſtator alterum in caſu, quo hæres ſine filiis deceſſerit, ſubſtituit, etiam legitimato conveniunt: In quo caſu rectè procedit ſententia eorum, qui putàrunt, legitimatum excludere ſubſtitutum, ſuffragante ni-

te nimirum voluntate teſtatoris. At quando vul ex qualitate teſtatoris, ut ſi vir nobilis & in dignitate conſtitutus eſſet, vel ex verbis, quibus in ſubſtitutione uſus eſt, apparet, eum de illis tantummodo, qui legitimè nati fuerunt, ſenſiſſe, tùm ab omnibus, qui hunc articulum exactius enucleârunt, exiſtimatum eſt, refragante voluntate teſtatoris, primam opinionem amplius locum non habere, ſed ultimam ſententiam abſque dubio amplectendam eſſe. Ita haſce inter ſe diſſidentes opiniones conciliat *Carol. Ruinus in d. §. & quid ſi tantùm, nu. 190.* Aut, inquit, appellatione filiorum legitimorum, & naturalium poſitorum in conditione non veniunt legitimati, & quæſtio non haberet dubium, quia conditio non propterea deficeret. Aut veniunt legitimati ex vi verborum, ut communiter tenetur, *& not. in l. generaliter, §. cùm autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* & iſto caſu, cùm teſtator de iis ſenſerit, conſenſiſſe dicitur, ut legitimentur ad effectum excludendi ſubſtitutum. *Idem docuit Imol. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ad Trebell. & ibi Ripa n. 44. Anton. de Butr. in c. per venerabilem, qui filii ſunt legitim. Alex. in d. conſ. 25. & in conſ. 67. conſideratis his, vol. 1. Dec. in conſil. 425. in caſu propoſito, n. 12. verſ. tertio in caſu, Alber. Brun. in d. conſil. 15. n. 11. Pariſ. in d. conſil. 9. n. 45. vol. 2. Cephal. in d. conſil. 117.* Quibus in locis uno ore concludunt, quod, etſi communis ſit Interpretum concluſio, legitimatum excludere ſubſtitutum, hoc tamen ab hac ratione dependeat, quia ob æquiparationem, quæ fit inter legitimatum & legitimum, præſumitur fuiſſe de mente teſtatoris, atq; proinde ubicunq; vel ex communi conſuetudine loquẽdi, vel ex verbis uſurpatis, vel ex dignitate perſonæ apparet teſtatorem non de legitimatis, ſed tantùm de natis legitimè ſenſiſſe, in his caſibus omnib. legitimatum minimè excludere ſubſtitutum. Quo ita dato, perſpicuum eſt, opinionem primo loco adductam ad propoſitum noſtrum minimè accommodari poſſe, ſed magis hûc pertinere alteram ſententiam, quam nos firmavimus: quippe cum certo certiùs ſit, feuda ex propria ipſorum natura non naturalibus liberis legitimatis, ſed modò legitimis concedi ſolere, *d. c. naturales,* neq; propterea legitimatum tacita voluntate contrahentium ſeſe tueri poſſe ad excludendum agnatos, ſed voluntatem tàm concedentis, quàm acquirentis feudum, qui ſe cum natura feudi, & jure feudali conformare cenſentur, plurimum ipſis refragari, quo caſu legitimatum non poſſe excludere ſubſtitutum, ſatis jam probavimus.

Ut proinde hoc argumentum à ſubſtituto deſumtum ſententiã noſtram magis confirmet, quàm oppugnet. Præterea quicquid de ſubſtituto alioqui juris ſit, tamen longa alia videtur eſſe ratio feudorum, cùm agnati in feudis firmius atq; potentius jus quæſitum habeant, quàm ſubſtitutus in re ſibi teſtamento relicta, ac propterea mirùm non ſit, jus agnatorum legitimatione non ita facilè auferri poſſe, ſicut ſubſtitutorum, prout declarat Ruinus *in d. conſil. 99. numero quinto, vol. 3.* licet interim malim adhærere declarationi illi, quam paulò antè commemoravimus.

Tertium etiam argumentum non tàm obſtaculo nobis eſt, quàm ut ſuffragetur ſententiæ noſtræ. Cùm enim illi, qui aliter ſentiunt, eò tandem deveniant, ut exiſtiment, principem non niſi de plenitudine poteſtatis legitimare poſſe in præjudicium agnatorum: hoc ipſo concedunt, iſtud ſecundùm rectam juris rationem nequaquam ſibi integrum eſſe. Nam in illis demùm caſibus ad plenitudinem poteſtatis defugere ſolent Interpretes, quando ſecundùm leges & juris communis regulas aliquid fieri non poſſe vident: quippe cum plenitudo poteſtatis, *ſicut eam definit Bald. in l. 2. C. de ſervit. & aq.*

col. 6. verſ. item nota quod; ſit plenitudo nulli neceſſitudini ſubjecta, nulliſque publici juris regulis limitata.

40 Ideoq; † licet concedant, principem
(i) de plenitudine poteſtatis (i) legitimando alteri jus ſuum auferre poſſe, nihilominus tamen iidem fatentur, eum peccare, *ut dixit Hoſtien. in ſum. tit. qui filii ſint legitim. ibi, quamvis autem hoc fecit princeps, quod refert Paul. de Caſtr. in conſil. 34. ſuper primo dubio in 2. vol. in noviſſ. & in conſil. 228. ſuper puncto illo plura ſubtiliter, & in conſil. 223. incip. videndum eſt primò in antiq. Alex. in conſil. 2. viſis codicillis, n. 14. vol. 1.* & Imperatorem, qui indifferenter legitimat ſpurios, licet hoc de plenitudine poteſtatis poſſit, pecus appellat *Bal. in c. filii nati, ſi de feud. defunct.* quod dictum tanquam pulchrum refert *Jaſ. in d. §. & quid ſi tantùm, n. 99.* addens, cave, non negat Bald. quin Imperator hoc poſſit, ſed quod inconſideratè facit, *& Matth. de Afflict. in c. 1. §. & quia, nu. 23. de his qui feud. dar. poſſ.* dicit opinionem Albert. Brun. & Johan. Camp. dum in conſiliis ipſorum exiſtimant, principem poſſe admittere filiam ad ſucceſſionem feudi in præjudicium agnatorum, eſſe fundatam ſuper poteſtate principis, non autem ſuper juſtitia naturali, *quod ſequitur etiam Alciat. in conſil. 201. quia privilegium, n. 11.* inde inferens, quod, quæ princeps de plenitudine poteſtatis geſſit, eo mortuo caſſa & irrita ſint, quoniam, inquit, non per viam juſtitiæ facta ſunt, ſed quia ſic placuit principi: & nemo potuit dicere, cur ita facis, quod nihil aliud eſt, quàm violentia, quæ honeſtiore vocabulo à Dd. appellatur, ſuprema poteſtas. Idemque repetit *in conſil. 208.* utroq; in loco aſſeverans, principem, qui ex plenitudine poteſtatis aliquid facit, teneri de ſuo reſarcire damnum, quod aliis præſtaretur, *per L. venditor, §. ſi conſtat comm. prædior. & in l. ſerv. ubi Bald. C. quibus ex cauſis pro præm. ſerv. lib. & quæ not. Dd. in d. c. quæ in Eccleſiarum.*

Hoc enim ipſo ſatis denotant, principi, ſi quidem juris normam ſequi, & juſtitiam tueri velit, permiſſum non eſſe, ut in præjudicium agnatorum legitimare poſſit, ſed totam eam legitimandi facultatem, quàm ipſi tribuunt à plenitudine poteſtatis dependere.

Omnis igitur inſpectio circa hujus argumenti reſolutionem in eo erit, an abſoluta illa poteſtas, quàm jure habet ſummus princeps, ejus efficaciæ ſit, ut agnatis jus ſuum, quod in feudis quæſitum habent, legitimatione pro libito adimere poſſit, ita ut hoc, ſi factum fuerit, juris vigorem obtineat, atque adeò an id, quod injuſtum atq; iniquum eſſe palàm eſt, propter hanc ipſius poteſtatem, tanquam jure factum defendendum atque probandum ſit.

Hîc etſi mihi non ſumo, ut de poteſtate ſummi principis diſceptare audeam, id quod ſacrilegii inſtar reputatur, *l. diſputare, C. de crim. ſacril.* quia tamen nunc partes JCti ago, ad cujus officium pertinet juſtitiam colere, & omnes actiones ſuas ad juris normam dirigere, jam verò à nobis ſatis oſtenſum ſit, ſecundùm juris rationem legitimationem principis agnatis in jure ipſorum nullum præjudicium afferre debere: non tàm eo reſpiciendum nobis eſt; quid princeps, abſoluta illa poteſtate ſi abuti velit, facere poſſit, quàm quid jure facere debeat.

Neque enim arbitror eſſe boni viri, ne dum JCti id, quod vel à ſummo principe vel à quovis alio contra præcepta juris ſine juſta cauſa committitur, atq; propterea injuſtè fit, tanquam juſtè factum defendere, & prætextu ſummæ poteſtatis velare, ut multos factitâſſe videmus.

Licet enim ſummus princeps abſolutam, & liberam habeat poteſtatem, quæ nullis legibus eſt circumſcripta, & propterea, cùm ratio ſua ſerit, contra leges diſpenſare poſſit, eam tamen poteſtatem circumſpectè, & non, † niſi juſta cauſa exigente, 41
exer-

(k) exercere debet, (k) ita ne injuriam faciendo juſtitiam violet, *l. relegatis: de pœnis, l. nec cauſas. C. de appell. l. penult. de hæred. inſtit. d. l. pen. & fin. de natal. reſtituend.*

42 Et † hoc eſt, quod Imperator noſter omnino jubet violentiam ceſſare, juſtitiam ſervare, & veritatem: ſic enim & Deum placari, *l. quas gratias. C. de offic. præfect. præt.* & actum principis omnis malitiæ & diminutionis expertem eſſe oportere, dicit *in auth. Conſtit. quæ de dign. §. illud.* Nam Deus principes veluti legatos & miniſtros ſuos ea lege cum libero imperio cæteris mortalibus præfecit, ut illud civili & moderata poteſtate definiant, & gubernent. Tantum igitur abeſt, ut principem veluti pro ſuo jure quicquam de jure ſubditorum auferre jubeat, ut ne clientem quidem velit à principe cogi, ut illi fundum aut prædium ſuum vendat, quod Nabothi exemplo perſpicuum eſt. Minimè verò omnium ſummo illi regum & principum principi Deo cordi eſt, ut ſupremo iſthoc imperio, quod ipſi acceptum referre principes debent, ad injuriam abutantur: ſed quemadmodum juſtitiæ vim in puniendis malis, clementiam in bonis tuendis exercet, ita vult hoc ſuũ exemplum principibus pro lege eſſe, & in eo maximè ipſos laborare, ut ad illud quam proximè accedant.

Ex quo piè dixit *Bartol. in l. fin. nu. 2. C. ſi contra jus vel utilitatem publ.* principem habere juriſdictionem à Deo: Deum autem non dediſſe ei juriſdictionem peccandi, vel auferendi alienum indebitè: *quod refert Pariſ conſ. 12. inc. transactio iſta celebrata: n. 200. vol. 2. & Bald. in conſ. 327. inc. pridie enim conſului: in prin. part. 1.* eleganter ſcriptum reliquit, principem, etſi ſupremam habeat poteſtatem, eſſe tamen rationalem natura, & propterea obedire debere rationi: *alleg. auth. de monach. in princ. & in conſil. 19. incip. factum ſic proponitur: col. 3. lib. 4. ait:* ſicuti ſupremam poteſtatem tenet princeps, ita obſervare debet ſummam honeſtatem, & ſummam æquitatem, tanquam regulam, cum à capite ſit reddenda ratio, & *in conſ. 345. incip. ad evidentiam præmittendum eſt: col. 1. part. 1.* inquit plenitudinem poteſtatis non aliter, quàm de bona & laudabili, non de vituperabili & tyrannica poteſtate intelligendam, inde concludens, ea mandata flagitium continere & delictum, per quæ licentia detur, ut jure ſuo aliquis privetur: non enim poſſe dicitur Imperator, niſi quod de jure poteſt.

Unde idem *in l. 2. de commun. rerum alienatio.* monet principem rarò uti debere plenitudine poteſtatis, ſcilicet qui magis circumſpectus cautusq; eſſe debeat, quàm ullus alius *per not. in d. l. penultim. de hæredib. inſtit.* Neque ſanè mirum: ſi enim à Juſtitia juſtus dicitur, & princeps juſtus eſſe debet, ut nemo ſanæ mentis inficias ibit, neceſſe omnino, ut in eo quantumvis ſumma poteſtate prædito juſtitiam reſidere dicamus, per locum à conjugatis, *facit. cap. juſtum: 9. diſtinctio.* At cum juſtitia unicuiq; tribuat, quod ſuum eſt, quomodo princeps alteri jus ſuum auferet? niſi admittamus, principem juſtè injuriam facere poſſe, contra tàm juris quàm naturalis æquitatis rationem, ut pluribus probat *Port. Gartia in d. §. & quid ſi tantum: n. 285. & ſeqq. & Zaſ. in l. 2. in verb. ratum eſſet: de orig. jur. & Johann. Anton. Canetius in repetitio. Conſtitut. Frideric. 2. cap. ſi aliquem: verſ. & quia offert ſe in iſto loco occaſio.*

Quæ cum ita ſint, non ſolum cum Gartia mirandum, ſed deteſtandum eſt etiam, illos, qui juſtitiæ ſacerdotes perhiberi volunt, hanc poteſtatem, laxatis aliquantò modeſtiæ habenis, vel aſſentandi gratia, vel partium ſtudio ſuprà immenſum ita afferre, atque extollere, ut etiam id, quod ipſemet iniquum & injuſtum eſſe fatentur, principem ex abſoluta tamen poteſtate jure face-

re facere poſſe, exiſtiment: idque ſuis ſuffragiis, & quidem plenis buccis approbent.

Longè autem rectius, & Juriſconſultorum muneri convenientius reliqui conſiderantes, quanto poteſtas principis eſt immenſior, tanto eam magis æquitatem exigere, & juſtitiam, uno ore ſtatuerunt, principem
43 † etiam de plenitudine poteſtatis non poſſe jus alteri quæſitum ſine legitima cauſa auferre, *ut not. in l. quoties: C. de precibus Imper. offer. Bart. in proœm. ff torum. col. 2. & 3. & in l. fin. C. ſi contra jus vel utilit. public. & in l. item verberatum: §. 1. de rei vendic. Bald. in l. fin. col fin. verſ. ſed immediatè oppono: C. ſentent. reſcind. non poſſ. & in l. reſcript. & ibi etiam Cyn. & Dd. C. de prec. imp. off. & in d. conſ. 327. part. 1. Paul. de Caſtr. in l. Gallus: §. & quid ſi tantum: & ibi latè Fort. Gartia: n. 285. de liber. & poſthu. Alex. in l. cum hæredes: col. 2. in fin. verſ. puto quod etiam: de acq. poſſeſſ. Aret. in l. 3. col fin. de teſt. Jaſ. in d. l. fin. col. 2. verſ. 7. limita: C. ſi contra jus & util. public. Anton. de Butr. in c. quæ in Eccleſiarum: col. 5. verſ. ſi quæritur an poſſit ſtatuere: de conſt. & ibi Innoc. & Joann. Andr. col. 1. in fin. & Abb. n. 11. & etiam: Fel. col. 18. in fin. verſ. ſecundus caſus eſt: col. 20. verſ. ſed procedit etiam: Alex. in conſ. 1. circa primum: n. 12. col. 6. verſ. & quod not. gl. vol. 2. & in conſ. 87. viſo them. n. 2. col. 2. in fin. vol. 5. & in conſ. 136. viſo & examinato proceſſ. n. 12. col. fin. vol. 1. & in conſ. 3. ex his: num. 12. col. 2. vol. 5. & in conſ. 47. in cauſa: num. 2. col. 1. vol. 7. Jaſ. in conſ. 177. in præſenti conſultatione: num. 2. col. 2. in fin. vol. 2. & in conſil. 86. in cauſa R. n. 5. col. 4. vol 3. & in conſil. 233. circa primum: nu. 2. vol. 2. Decius in conſil. 343. viſo conſilio: n. 2. col. 2. verſic. Et quia ibi poſt aditam hæreditatem: Ruinus conſil. 4. expoſito themate: n. 17. col. pen. & in conſil. 95. quamvis ſatis clarum eſſe videatur: num. 10. col fin. vol 3. & in conſ 94. in hac quæſtione. in princ. vol. 4. Pariſ. in conſ. 11. Caſtrum iſtud: n. 69. vol. 1. & in conſil. 101. Bona de quibus: num. 69. col. 10. eod. vol. ubi dicit iſtam opinionem communem: & in conſ. 87. in hac cauſa: n. 52. vol. 1. Maria. Socin. in conſ. 120. perſpectis his, nu. 32. & 35. vol. 2.* Ex quibus perſpicuum eſt, ſententiam hanc præterquam quod melioribus rationibus eſt ſubnixa, etiam crebriori interpretum calculo eſſe approbatam. facilè igitur corruit auctoritas eorum, qui cauſis ſervientes aliud aſſerere conati ſunt. Neque vero eſt, quod principes vereantur ne ſumma eorum, qua prædìti ſunt, poteſtas, imminuatur, ſi ea legibus & rationi ſubjicienda eſſet. Nam tantum abeſt, ut nimis faſtigium ſuum ſubmittere, & aliquid ſua dignitate inferius agere videantur, ut contra principatus diuturnior auguſtiorque eſſe ſoleat ejus, qui ſummam poteſtatem non licentia, ſed æquitate & jure metitur, quàm qui legibus ſolutus poteſtatem infinitam & effrenem exercet. Sic imperaſſe bonos principes Romanos hiſtoriæ teſtantur, ac de ea ipſa re legem nominatim ſcripſit Theodoſius.

Digna vox eſt, inquit, majeſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri, adeò de auctoritate juris noſtra pendet auctoritas, & revera majus imperio eſt, ſubmittere legibus principatum. Hanc etiam rem elegantiſſimo, imo aureo carmine complexus eſt *Claudianus ad Honorium*:

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat; mentemq́ domet reſpectus honeſti,
Tu civem patremq́ geris, tu conſule cunctis
Nec tibi, nec tua te moveant, ſed publica vota, &c.

quod carmen refert & tanquam aureum commendat *Zaſius in dict. leg. 2. de origin. juris.* Pertinet huc, quod de judice graviter ſcribit *Cicero pro A. Cluentio*, meminiſſe eum debere, non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem habitam eſſe. & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare: non ſe putare eſſe ſolum, neq; ſibi, quodcunq; concupierit, licere, ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidi-

bidinem autem, odium, invidiam, metum, cupiditatesq; omnes amovere: maximique æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam à diis mortalibus accepimus, quæ à nobis divelli non poteſt: quæ ſi optimorum conſiliorum, atq; factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine ullo metu, & ſumma cum honeſtate vivemus. Et de tertio argumento hactenus.

44 Quod † deinde primæ opinionis ſuffragatores animadvertẽtes, ſe plenitudine poteſtatis non ſatis tutos eſſe poſſe, diſtinguunt inter jus quæſitum, & quærendum, ad propoſitum noſtrum minus rectè accommodatur. Nam etſi demus jus nondum quæſitum facilius à principe auferri poſſe, quàm quærendum. hoc tamen in illis demum juribus locum habet, quæ ab incerto & dubio dependent eventu. Jus autem quod agnati in feudis habent, inter hæc incerta jura à futuro eventu dependentia, minime referri poteſt: quippe cum illis ex pacto anteceſſorum longa ſerie repetito, jus adeò certum ac firmum quæſitum ſit, ut nulla poſſit alienatione aliave diſpoſitione infringi, vel mutari, ut ex iis, quæ de hoc jure ſuprà commemoravimus, manifeſtum eſt.

Ita conſiderationem illam de jure quærendo declarat *Marian. Socin. in d. conſil 95. num. 30. vol. 3.* & comprobatur inſuper ex eo, quod ſuprà firmavimus, jus ſuccedendi in regno quæſitum proximo agnato legitimatione tolli non poſſe. Nam cùm oſtenderimus, concluſionem iſtam communiter receptam eſſe, ex hoc ipſo evidens eſt, vel jus hoc agnatorum inter jura quærenda non referendum, vel falſam eſſe diſtinctionem illam, quam inter jus quærendum & quæſitum quidam conſtituunt.

45 Ex † eodem fundamento deſtruitur etiam id, quod quinto loco diſtinguunt, utrum jus alterius directò auferatur, an verò tantummodo impedimentum tollatur. Nam & in jam dicta concluſione interpretes de legitimatione, quæ impedimentum removet, loquuntur, neq; tamen eam jus agnati adimere poſſe concludunt. Et adverſatur præterea huic diſtinctioni etiam textus *in d. l. penul & l. fin. de natal. reſtit.* ut proinde partium ſtudio excogitata potius, quàm aliqua juris ratione ſubnixa videatur, & propterea meritò in ſpecie refutetur à Celſo Hugone *in conſil. 26. n. 28.*

Quod † tandem conſideratur, legitimatione jus agnatorum non penitus tolli, ſed modo differri, id perquam futile eſt: quibus enim rationibus oſtendimus, jus alterius eripi non poſſe, iiſdem convincitur, neq; etiam mutari, vel aliqua ratione diminui poſſe. Cum præſertim non leve agnatorum præjudicium in hac ipſa dilatione verſetur. Non ſolùm enim feudo, quod ad ipſos poſt mortem poſſeſſoris mox pertinere debeat, tantiſper, donec ſuperſtes eſt legitimatus, atque adeò longiſſimi temporis interuſurio carere coguntur, ſed & legitimato ſobolem maſculum procreante, ſuccedendi ſpe penitus defraudari poſſunt: ut proinde juſtam conquerendi cauſam habeant agnati, ſiquidem ipſis inuitus naturalis legitimatus obtruderetur. 46

Auctoritas verò eorum, qui huic opinioni ſubſcripſerunt, parum me movet. præter enim quam quod nulla probabili juris ratione nitütur; ſi quis cum illis auctores & ſuffragatores noſtræ ſententiæ componat, facilè deprehendet, hoſce non numero ſolum, ſed pondere etiam illos longè ſuperare, cum præſertim ex ſcriptis eorum manifeſtum ſit, illos hanc ipſorum defendendo opinionem magis cauſis inſervivſſe, quam veritatis fuiſſe ſtudioſos: Quis enim quæſo recta præditus ratione, illos dixerit ſequendos eſſe auctores, qui quod effuderunt, ipſimet iniquum, injuſtũ, & impiũ eſſe teſtati fuerunt:

runt: præterea in multis ſecum ipſis pugnant.

Nam iidem doctrinam *Johann. de Imol. & Gemin. in d. c. grandi. de ſupplend. negl. præl. lib. 6.* quæ noſtram ſententiam plurimum adjuvat, peronatis pedibus ſequuntur, & nihilominus concludunt, principem legitimando jus agnatorum auferre poſſe, *ut apparet ex Jaſ. in d. §. & quid ſi tantum: & aliis locis ſuprà adductis*, cum tamen hæc ita ſint connexa, ut alterum ſine altero verum vel falſum eſſe non poſſit.

47 Cæterum † quod hactenus firmavimus, principem in diſpendium agnatorum non poſſe legitimare filium naturalem, ita eſt accipiendum, niſi juſta aliqua cauſa motus hoc fecerit.

Quæ enim de poteſtate principis ſuprà commemoravimus, ea huc ſolummodo tendunt, ut oſtendamus, principem non pro libito, & abſque juſta cauſa poteſtatem illam exercere debere. Interim tamen ea non ita arctis cancellis eſt circumſcripta, & legibus ſubjecta, ut non accedente legitima cauſa, etiam contra leges quandoque quid ſtatuere, & juri agnatorum derogare poſſit, modò, ut monuimus, in hoc cautè & circumſpectè agat, & rationem atque juſtitiam in conſilium adhibeat: & in hoc omnes interpretes uno ore conveniunt, ut clarum eſt ex locis ſuprà citatis.

48 Deinde † concluſio noſtra reſtringitur, ut locum non habeat in illis feudis, in quibus vaſallus poſſidens alienando præjudicare poſſet agnatis. Nam hoc caſu ceſſarent omnes rationes ſupra in hanc ſententiam adductæ, & contra locum ſibi vendicaret communis illa interpretum concluſio *in d. §. & quid ſi tantum:* qua traditur, legitimatum regulariter ſuccedere, excluſis iis, qui proximiorem ſuccedendi gradum obtinent, quemadmodum illam ſuprà in reſponſione ad primum argumentum latius declaravimus. Et hoc in ejuſmodi feudorum genere aſſerit *Matth. de Afflict. in deciſio. 195.* dum ibi loquitur de feudo hæreditario: *& ſenſit idem Barth. Socin. in d. conſil 3. vol. 3.* quatenus conſiderat feudum, de quo loquitur, generaliter conceſſum eſſe, quibuſcunq; dederit, & propterea in præjudicium agnatorum alienari poſſe.

Ex † quo porro ſequitur, ſenten- 49
tiam, quam hactenus defendimus, minimè admittendam eſſe in filiis, (l) (l) ſtante nimirum opinione illa, quam ſuprà *quæſt. 13.* copiosè firmavimus, patrem filiis in feudo, domino conſentiente, præjudicare poſſe.

Regulariter † enim is, in cujus poteſtate ſitum eſt, de bonis ſuis in præjudicium ſucceſſorum diſponere, poteſt etiam efficere, ut filius legitimatus ſuccedat in eorum diſpendium, juxta communem interpretum ſententiam *in d. §. & quid ſi tantum.*

ADDI-

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris, Hartm. F.

(a) AD ſucceſsionem feudi nō admitti] Id de natura feudi eſſe dicit *Mozz. de natural feud. num:90. & juris certi Förſter. de ſucceſſionibus, lib. 6. cap. 12.* ideoque qui ſe ad feudum admitti petit, non tantum ſe eſſe deſcendentem probare debet, ſed etiam ſe eſſe legitimum, conſuluit Decius *conſil. 24 numer. 53. verſ. tertiò dico. volum. 1.* Sic etiam à ſucceſſione feudali excluduntur nepotes legitimi ex naturalibus nati *Schrader. de feud. part. 7. capite quinto, num. 20. verſ. quæ limitatio.*

(b) In dicto capite naturales, ibi nec ſoli nec cum aliis] Adde *Schneidevvein de feud. part. 6. capit 3. de ſucceſſion. maſculor. numer. 8. Schrader. d. part. 7. capit. 5. num. 20. verſ. item ſive alii. Herman. Vultei de feud. cap. 9. 91. lib. 1. Valentin. Forſter. de ſucceſſion. ab inteſt. lib. 6 capite trigeſimo nono, num. 2. verſ. ſecundo non ſuccedunt.*

(c) Oldrad. in conſil. 247. in fin.] Adde *Viv. in Syntagmat. commun opinion. titul. de ſucceſſion. feudal. num. 79. col. 1. Roman. conſil 367.* Eosdem nec ad materni feudi ſucceſſionem admitti teſtantur *Ardizo. Iſernia. Alvarot. Laudenſ. ad cap. 1. §. naturales. ſi de feud. def.* Legitimatio enim illis non prodeſt exiſtentibus nullis legitimis *d. §. naturales. verſ. nec ſoli nec cum aliis. Alex. conſ. 60. vol 2.*

(d) Communiter receptam eſſe teſtantur] Adde *Vivium in Syntagmat. commun. opinion. titul. de ſucceſſion feudal. num. 79. verbo. limitat. ipſe. Forſter. de ſucceſſion. lib. 6. capite duodecimo. in fin. Burſat. conſil. 10. numer. 9. & conſ. 17. num 7 vol 1. VVeſemb. de feud. cap. 6. num. 12. idq; non in feudo novo duntaxat. in d. §. naturales. numer. 9. & ſeq.* Verum etiam in feudo antiquo *Benſold. de feud. cap. 7. p. 2. nu. 54.* ubi addit, etſi hoc durum ſit, communiter tamen receptum eſſe.

(e) *Decius conſ. 76.* licet caſu propoſito] His adde *Curt. jun. in tr. feud. part. 3. princ. memb. 1. part. 2. n 39. verſ. nota tamen Ant. Gabr. Rom. in com. concl. tit. de legitimatis. concl. 5. n. 3. & concl. 6. n. 12. Roland. à Valle conſ 22. n. 14. & n 39. vol. 3. Mynſ. cent. 5. obſerv. 42. n. 6. Val. Foſter. in tract. de ſucceſ. lib. 6. 35. per tot. ubi eleganter.*

(f) Molinæ in ſupra dicto loco] Adde *Tiraq. in tract. nobil. c. 23, n. 16. 17. & 18. Val. Forſt. de ſucceſ. lib. 6. c. 39. n. 17. Burſ. tamen conſ. 85. n. 18.* putat, communem eſſe opinionem, quod legitimatus ad feuda, etiam in feudo honorifico ſuccedat. *Forſt. verò, d. loc. n. 17.* exiſtimat, talem etiam ad feuda magna jurisdictionis non admitti poſt *Anch. conſ. 308. n. 7.* vide quoq; *Roſ de feud. c. 7. concl. 19. n. 12.*

(g) Longe tamen major] vide *Jan ab Arced. concl. feud. c. 2. concl. 7. n. 16.*

(h) Extantibus agnatis] vide *Jan. ab Arced. d. concl. 7. nu. 16. & ſeq. Men. conſ. 16. n 22. vol. 1. & conſ 519. n. 3. vol. 6. & Burſ. conſ. 10. & conſ. 76. n. 44. vol. 1.* ubi de citatione agnatorum ad videndum legitimationem fieri, idemq; de ſupplicatione ſive precibus Imperatori pro legitimatione facienda afferendis & forma legitimationis, & noviſsimè *Schrader. de feud. part. 7. c. 5. n. 23.*

(i) De plenitudine, poteſtatis] In quantum ultra & ſupra leges abſoluta poteſtas & quo cum moderamine Imperatori competat: vide *Cravet. in tractat. de antiquitat. temp. part. 1. princ. num. 16. & ſeqq. Vultei ad §. ſed & quod principi Inſtit. de jure nat. gent. & civ. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. quæſt. 48. Gail. lib. 2. obſerv. 56.*

(k) Exer-

Digitized by Google

(*k*) Exercere debet] Multa in hanc ſententiam vide apud *Rimin. jun. conſ.45. Nevizan. conſ.12: num. 141. & ſeq. & Cravett. conſ.241.*

(*l*) Admittendam eſſe in filiis] Contrarium ſtatuit *Joan. ab Arceduta. d. concluſ. 7. num. 18.*

QUÆSTIO XLI.

FILII LEGITIMI FACTI PER SUBSEQUENS MATRIMONIUM utrum ſuccedant in feudo, præſertim quando iſtud legitimè natis conceſſum fuit. Et de ordinatione provinciali excludente ejuſmodi legitimatos à feudi ſucceſſione. An item jure hoc conſtitui poſſit.

SUMMARIA.

1. *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt in feudo: Etiamſi de legitimè natis in inveſtitura dictum fuerit. Nam etſi multi contrà ſenſerint, quorum argumenta referuntur, num. 4. & ſententia affirmativa dubia reddatur, nu. 14. hac eadem tamen latè firmatur, n. 20. & contrariis reſpondetur, n. 39.*

   Niſi aliud appareat de mente diſponentis, n. 26.

2. *Matrimonium efficit, ut filii etiam anteà geniti cenſeantur legitimè nati, n. 15.*
3. *Legitimorum appellatione comprehenduntur legitimati per ſubſequens matrimonium etiam in ſtatuto.*
4. *Qualitas juncta verbo intelligenda ſecundum tempus verbi.*
5. *Qualitas requiſita tempore actus intervenire debet.*
6. *Verba verè & naturaliter, non autem per fictionem intelligenda, declaratur n. 29. & n. 31.*

   Item magis ſecundum naturam, quam ſecundum accidens accipienda: declaratur n. 32.

7. *Verba cum effectu ſunt intelligenda.*
8. *Dignitas familiæ efficit, ne legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedat in feudo: contrà n. 33.*
9. *Subſtitutus excludit legitimatum ex dignitate ſubſtituentis.*
10. *Quando verba ſunt clara, non admittitur mentis interpretatio: declaratur num. 34.*

    Tacitum conſiſtit in interpretatione juris, non autem expreſſum.

11. *Modus, ubi pro forma datus eſt, ſtrictè obſervandus.*
12. *Dictio (ex vel de) denotat cauſam proximam, & immediatam.*
13. *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non excludit ſubſtitutum, quando de legitimè natis dictum fuit contrà, numer. 35.*

    Legitimatus per ſubſequens matrimonium dicitur legitimè natus etiam in ſtatutis: ſecus in diſpoſitione hominis, n. 17. contra n. 24.

16. *Verba ex jure communi interpretationem accipiunt.*
17. *Lex facilius interpretatur propriam diſpoſitionem, quam hominis.*

    Mitius agitur cum diſpoſitione legis, quam hominis.

18. *Legitimatio per ſubſequens matrimonium retrotrahitur ad tempus nativitatis ſecundum fictionem, non autem ſecundum veritatem.*
19. *Argumentum ab æquiparatis valet.*
20. *Mens veriſimilis diſponentis ſubtilitati verborum ſemper præferenda: eademq; ſemper ſectanda.*
21. *Verborũ ſubtili interpretatione voluntates contrahentium ſæpius intervertuntur.*
22. *Legitimati per ſubſequens matrimonium etiam ſub legitimè natis comprehenduntur ex veriſimili mente contrahentium.*
23. *Contrahentes cenſentur ſeſe conformare cum diſpoſitione juris communis.*

    Verba contrahentium ſecundum jus commune interpretanda.

25. In-

25. *Interpretatio eſt capienda, per quam à jure communi non recedatur: præſertim quando alioqui effectum ſortiri poſſunt*, num. 26.
27. *Ex effectu verborum potius judicandum de voluntate diſponentis.*
28. *Verba non ſunt Judaicè intelligenda.*
30. *Fictio operatur eundem effectum in caſu ficto, quem veritas in caſu vero.*
31. *Legitimorum appellatione comprehenditur legitimatus per reſcriptum.*
37. *Ordinatio Electoris de ſucceſſione legitimatorum per ſubſequens matrimonium declaratur.*

QUamvis naturales filii in feudo regulariter non ſuccedant, *c. naturales, ſi de feud. defunct. contentio ſit*: idq; certis etiam reſpectibus locum habeat, etſi per reſcriptum principis legitimi facti fuerint, ut in præcedente quæſtione demonſtratum fuit, tamen per ſubſe-
1 quens † matrimonium legitimatos, & ſolos, & cum aliis ad feudi ſucceſ-
(a) ſionem admittendos eſſe, (a) unanimi conſenſu concludunt *Jac. de Belviſo: Andr. de Iſern. Alvar. Laudenſ. Matth. de Afflict. & communiter alii in d. c. naturales: & tenuit etiam Ant. de Butr. in c. lator, col. 2 Abb. & Dd. in c. tanta: Præpoſitus in c. per venerabilem, §. quod autem. col. 45. verſ. quæro ſexto principaliter, qui filii ſint legitimi, Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, col 9. & ibi Ripa, n. 84. ad Treb. Jaſ. in l. generaliter, §. cum autem, col. fin. C de inſtit. & ſubſtit Ruin. conſ. 211. prima videtur conſideratione, vol. 1. conſ 92. de duobus, n. 4. vol. 3. Boër. deciſio. 123. Pariſ. in conſ. 13. de pluribus in præſenti, n 44. & conſ. 15. circa præſentem, num. 8. vol. 2. & in conſ. 47. circa dubia, n. 5. vol 3. & complures alii in locis paulo poſt allegandis.*

2 Quod † hanc habet rationem, quoniam tanta eſt vis matrimonii, ut etiam, qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium non minus legiti-
(b) mi eſſe reputentur, (b) ac ſi ab initio ex legitimo matrimonio concepti fuerint, *ut not. gl. Abb. & Dd in c. tanta, qui fi-*
3 *lii ſint leg. uſq. eo,* ut † etiã ſtatuta de filiis legitimis diſponentia, quantumvis ſtrictè ſint intelligenda, *l. 3. § hæc verba, de neg. geſt.* tamen nihilominus comprehendant legitimatos ex ſubſequente matrimonio, *ut docet Bald. in l. acutiſſimi, C. de fideic. Paul. de Caſtr. in l. ſi ita quis, §. is, cui, de leg. 2. Ant. de Butr. & Abb. in c. Inno. de elect. Dec. in c. cum in cunctis, n. 11. eod. tit. de electio. Jaſ. in conſ 168. col. 4. vol. 4. Boër. deciſ. 159. n. 5. Pariſ. in d. conſ. 13. n. 40. vol. 2. & in d. conſ. 15. col. 2. vol. eod. Mol. in conſu. Pariſ. tit. 1. § 8. gl. 1. n. 49. Didacus in epitome lib. 4. decr. part. 2 c. 8. §. 2. n. 25.*

Sed hinc difficilis & in utramvis partem ab interpretibus agitata oritur quæſtio, quid juris ſit, ſi in inveſtitura dicatur de filiis legitimè natis, (c) ſive (c)
de filiis ex corpore legitimè deſcendentibus. Nam quod his verbis legitimati per ſubſequens matrimonium non contineantur, neq; ad ſucceſſionem feudi admittendi ſint, hæ potiſſimum ſuadent rationes.

Primò, † quia qualitas, juncta verbo, 4
vel participio debet intelligi ſecundũ tempus verbi, vel participii, cui jungitur, *l. Tit. in princip. & ibi not. Bart. de teſt. milit. l. ex facto, §. ſi quis autem, ad Trebell. l. in delictis, §. extran. de noxal.* ſed qualitas legitimationis, quę per vocabulum (*legitimè*) denotatur, jungitur participiis reſpicientibus ipſum tempus nativitatis: quare neceſſe eſt, ut ipſo nativitatis tẽpore hæc qualitas adſit, & quod conſequens eſt, de iis, qui per ſubſequens matrimonium legitimati jam fuerunt, verba illa intelligi non poterunt, cum in aperto ſit, eos nativitatis tempore, quod verba hæc potiſſimum ſpectant, legitimos non fuiſſe.

Quamvis igitur per ſubſequens matrimonium legitimati fuerint, hoc tamen contra tàm aperta verba nihil i- 5
pſos juvare poterit, cum, ubi † lex aliquam requirit qualitatem tempore actus, non ſufficiat, qualitatem illam poſt actum intervenire, *l. quid ergò, in princ. de his qui not. infam.*

Secundò in hanc ſententiam affertur trita illa, & crebris interpretum ſermonibus uſurpata juris regula, quæ
6 docet, verba † ſemper verè & naturaliter, non autem civiliter, ſive per fictionem eſſe intelligenda, *l. fin. C. de his qui veni. ætat. impet. not. Bartol. & Dd. in l. ſi quis maior, C. de tranſactio.* Idem verba ſemper ſecundum naturam, non autem ſecundum accidens accipienda eſſe, *l. ex ea parte, ubi gl. de verb. oblig. cum alijs adductis per Cald. in conſ. 1 qui filii ſint legit.* Hanc enim regulam ſi ſequi volumus, dicendum omnino eſt, verbis inveſtituræ, de quibus ſermo nobis inſtitutus eſt, legitimatum per ſubſequens matrimonium non comprehendi, cũ certo certius ſit, eum, ſi quidem ipſam rei naturam & veritatem ſpectare volumus, non eſſe legitimè natũ, ſed tantum ex ſubſecuto matrimonio, & ſic ex accidente legitimum factum.

Suffragatur hiſce tertiò, quoniam ſi aliter diceremus, tum fruſtra ſanè nativitatis tempus conſideratum eſſet, & verba iſta omni effectu carerent, cum
7 tamen verba † iſta ſemper ita interpretanda ſint, ut ne minimum quidem vocabulum fruſtra uſurpatum videatur, *ut docet Bald. in rubr. C. de contrah. emt. & in l falſus. C. de furt.*

8 Quartò † confirmatur hæc ſententia, quoniam tàm dominus concedens, quàm etiam vaſallus acquirens feudum videntur maximè reſpexiſſe ad honorem & dignitatem familiæ, neque connivere voluiſſe in aliquod dedecus, *l. non tantùm, §. ſi emancipatus, de bon poſſ. cont. tabul.* Huic tamen voluntati contrahentium longè convenientius eſſet, ſi legitimati per ſubſequens matrimonium excluſi eſſe cenſerentur, quam ſi admitterentur. Quare vel ob hanc veriſimilem mentem diſponentium exiſtimandum erit, eos duntaxat de illis, qui legitimè nati fuerint, ſenſiſſe, cum præſertim idem ipſa verborum proprietas etiam ſuadeat. Pro qua conſideratione facit, quod in ſimili traditur, etſi † legitimatus ſubſti- 9
tutum excludat, tamen ratione honeſtatis & dignitatis perſonæ ſubſtituentis præferendum eſſe ſubſtitutum legitimato, *ut docet Alex. in conſil. 25. circa primum dubium, n. 1. & in conſil. 67. conſideratis his, n. 3. vol. 1. Decius in conſ. 425 in caſu propoſito, n. 12. Albert. Brun. conſ. 15. viſa legitimatione, n. 15. Cephal. conſ. 117. in hac cauſa, n. 21. & ſequenti.*

Accedit quintò, cum verba inveſtituræ ipſam nativitatem reſpicientia ſint admodum clara & aperta, illis omnino ſtandum videtur, neque ulla locum habere poterit interpretatio ex jure communi, quod alioqui legitimatum per ſubſequens matrimonium ad inſtar legitimè natorum habere ſolet.

Nam † in incertis non in certis lo- 10
cus eſt conjecturis. *l. continuus, §. cum ita, de verbor. oblig.* & quando verba ſunt clara minimè ab illis eſt recedendum, *l. non aliter, in princ. de leg. 3.* quippe cum quis cenſeatur id ſenſiſſe, quod loquitur, *l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſuppell. legat.* Ideoque non eſſe allegandam mentem loquentis ad detrahendum verbis, cum ſemper præſumatur mens talis, qualiter verba ſonant, *dixit Bald in l cum virum, C. de fideicommiſſ.* Nam nullum eſt mentis noſtræ majus teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, *ut inquit Caſſiodorus relatus per Bald in l. generaliter, poſt princ. C. de non n. pecun. & in rubr. de teſt ib. & alibi ſæpe.* Ex quo in terminis quæſtionis noſtræ dixit idem *Bald. in auth. niſi rogati, verſ & per hoc ſolvitur quæſtio. C. ad Trebell.* quod tacitum conſiſtat in interpretatione juris, non autem expreſſum, *quod refert & ſequitur Curtius ſenior in conſil. 73. in 3. dubitatione, col. 10. Eodem argumento uſus eſt etiam Jacob. de Belviſ. in §. ſed hoc præſenti, in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. & Cald. in conſ. 1. qui filii ſint legit.*

Idque ſextò in propoſito hac de cauſa magis locum habere videtur,

quo-

quoniam verba in inveſtitura uſurpata modum reſpiciunt, ita ut, cum tres ſint principaliter modi, quibus quis legitimis fieri ſoleat, per nativitatem, per reſcriptum, & per ſubſequens matrimonium, contrahentes modum nativitatis expreſsè elegerint, & ad hunc diſpoſitionem ſuam reſtrinxerint. Quamvis igitur alioqui reſpectu effectus legitimationis eadem ſit ratio legitimè nati, & de modo curari non ſoleat, ubi idem habetur effectus: *l. quoniam indignum: C. de teſtam.* tamen cum hunc legitimationis modum ac certam formam præſcripſerint contrahentes, ab hac non videtur
11 recedendum, cum regulariter, ubi † modus pro forma datus eſt, is exactè & ad amuſſim obſervari debeat, *l. 1. de verbor. obligat. & hoc etiam ſenſit Calder. in d. conſ. 1.*

Septimò ſolent etiam pro hac ſententia in formis inveſtiturarũ, in quibus dictum eſt de filiis ex, ſive de corpore legitimè deſcendentibus con-
12 ſiderari proprietates harum particularum *(ex vel de)* de † quarum natura eſt, ut denotent cauſam proximam, & immediatam, & ſic tempus nativitatis, & matrimonii legitimi, *l. 1. §. fin. de incend. rui. & naufrag. not. Dd. in rubr. ſi cert. petat.*

13 Pertinet† hûc octavò, quod in ſimili in materia ſubſtitutionis à multis traditum eſt, quod, etſi legitimus factus, per ſubſequens matrimonium regulariter excludat ſubſtitutum, res tamen aliter ſeſe habeat, quando in ſubſtitutione de legitimè natis, vel natis ex legitimo matrimonio dictum fuit, *prout ſenſit Anton. de Butr. in d. c. per venerabilem: col. 19. verſ. quid ſi dixerit: & ibi Præpoſit. §. quod autem, num. 104. qui filii ſint legitimi: Alex in conſ. 5. attentis narratis, nu. 7. vol. 7. Ruinus in conſ. 92. de duobus principaliter, nu. 16. vol. 3. ubi hanc opinionem communem eſſe teſtatur Curtius ſenior conſ. 73. ſuper memorata, col. 24. Cephal. in conſ. 82. hæreditas duplex eſt, nu. 16. & in conſ. 111. Cum magnificus domin. n. 12. Natta conſil. 368. vertente controverſia. num. 2. conſ. 602. vera arbitr. nu. 9. conſ. 624. teſtator ſubſtituit, n. 19. Gratus conſ. 29. in præſenti cauſa quæritur. n. 45. vol. 2. Alciat. reſponſ. 666. ſubſtitutus ſub conditione, Socin. Jun. in conſ. 65. in caſu occurrenti, n. 1. vol. 2. conſil. 39. in caſu ad me tranſmiſſo. nu. 43. conſil. 63. Incip. præſuppono ante omnia, nu. 34. conſil. 110. Diu in hac conſultatione, nu. 25. & 27. volum. 3. & latè Roland. à Vall. in conſ 100. revocatur in dubium, num. 19. 41. & 48. vol. 2.* ubi ſententiam iſtam tanquam communem pluribus defendit, eandem copioſè firmavit etiam *Hippol. Rimin conſ. 222. magnifici vol. 2.* licet ibidem eo de caſu potiſſimum loquatur, quo verba ipſam nativitatem reſpicientia geminata erant.

Firmatur denique hæc ſententia auctoritate plurimorum interpretũ. Nam hoc ipſum in themate quæſtionis noſtræ diſertè docuit *Bald. in d. c. naturales: quem ſequitur Alvarott. & Dn. Baro Schenck ibi, & Curt. jun. in tract. feudal part. 3. verſ. ſecunda principalis regula. Barb. in l. cum acutiſſimi, n. 240. C. de fideicomm. Lucas de Penna in l. cos, C. de his qui mun. ſpont ſuſcep. lib. 11. Præpoſ. in c. venerabilem, § quod autem, nu. 60. verſ. ultimo dicas. qui filii ſint legiti. Alex. in d. conſ. 5. vol. 7. Curt ſenior. in conſil 35. ſtatuto ſeu in capitulis, col. 4. verſ. venio modo ad ſecundum. in ſecundo dubio, Ruin. in d. conſil. 92. numer. 13. vol. 3. Gozadinus conſil. 25. in hac cauſa, num. 2. Curtius junior. conſil. 64. præſupponitur in facto, num. 11. Socin junior. d. conſ. 39. n. 43. d. conſ. 63. nu. 34. vol 3. conſ. 12. quantum in præſenti, n. 12. vol. 4. Natta d. conſil. 624. n. 21. Berous conſil. 167. nu. 3. vol. 2. Cephal. conſil. 111. magnificus olim dominus, n. 11. & conſil 117. n. 21. & hanc ſententiam magis communem eſſe dicit Rol. à Vall. in d. conſ. 100. n. 47.*

Contrà verò quod, etiamſi in inveſtitura de legitimè natis, vel de filiis ex corpore legitimè deſcendentibus dicatur, nihilominus tamen ſuccedant etiam illi, qui per ſubſequens matrimonium fuerunt legitimati aſ-

Digitized by Google

ſeruit *Andr. de Iſern. in d. cap. naturales: quem ſequitur Martin. Laudenſ. Præpoſitus, col. 4. verſ. quæro an filii, Matth. de Afflict. ibi, nu. 25. Idem tenuit Anto. de Butrio ſibi contrarius in cap. innotuit, col. 2. de electio. Paul. de Caſtr. in l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetra. Abb. in d. c. tanta, Decius in l. generaliter, §. fin. de Inſtit. & ſubſtit. Ripa in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 47. ad Trebell. Alciat. de verbor. ſignific. lib. 3. n. 11. Nicol. de Ubald. in tract. ſucceſſ. ab inteſtat. n. 65. in fin. Jaſ. in conſil. 168. in cauſa & lite, num. 6. vol. 4. Decius conſil. 155. & diligenter pro tenui facultate, num. 4. & ſeq. Pariſ. conſ. 13. de pluribus in præſenti, num. 40. & conſ. 14. cum in facto, num. 31. vol. 2. Socin. junior. in conſ. 77. pro reſolutione, n. 6. & 7. col. 2. vol. 3. Sylvan. conſ. 3. quoad primum dubium, num. 49. Roland. à Vall. conſil. 96. decreveram tantum, n. 46. vol. 3. Carolus Molinæ. in addit. ad Alex. conſil. 5. vol. 7. didactus in epitom. 4. libr. decretal. parte 2. cap. 8. §. 2. n. 30.* & hanc opinionem tanquam veriorem & magis communem * ſequitur etiam *Joan. Anton. Cannet. in Conſtitutio. Frider. II. c. volentes: verſ. quid ſi dictaret inveſtitura, n. 9. & Burſat. in conſ. 17. dominus Hieronym. & conſil. 18. conſului ab hinc biennio. numer. 9.* ubi multis in medium adductis auctoritatibus oſtendit hanc opinionem magis communem * eſſe, quàm etiam noviſſimè tenuit *D. Borcholt in tract. feudal. cap. 7. num. 51.*

14 In† hanc autem ſententiam moventur primò generali illa ratione, ob quam legitimatum per ſubſequens matrimonium in feudo ſuccedere ſuprà diximus, quia videlicet matrimonium ſubſequens omnem maculam purgat, atque efficit, ut etiam is, qui ante matrimonium nactus fuit, verè legitimus ſit, *ut not. Dd. in c. tanta, qui filii ſint legitim.* uſque eò, ut etiam in materia quantumvis ſtrictè interpretanda appellatione legitimorum contineatur legitimatus per matrimonium, ut ſuprà pluribus probavimus. Sed ad hoc argumentum facilis eſt reſponſio.

Nam procedit illud quidem, ſi generaliter de legitimis dicatur: at quando inſuper adduntur verba, ex quibus apparet, diſponentes voluiſſe conſtituere differentiam inter eum, qui legitimè natus, & per ſubſequens matrimonium legitimatus eſt, tunc aliter dicendum, & potius ſtandum videtur his verbis tam claris & apertis, per rationes pro prima opinione copioſè adductas.

Secundò† hanc ſententiam magis in ſpecie probat textus *in c. cum in cunctis, juncto c. innotuit, & quæ ibi not. gl. de elect.* Nam *in d. c. cum in cunctis*, dicitur, epiſcopum debere eligi natum ex matrimonio legitimo, & tamen *in d. c. innot. juncta gl.* communiter recepta, probatur, etiam naturalem per ſubſequens matrimonium legitimatum poſſe Epiſcopum eligi. Vides igitur, quod etſi dicatur de natis ex matrimonio legitimo, nihilominus tamen verbis hiſce comprehendatur legitimatus per ſubſequens matrimonium: & gloſſ. hanc communiter approbatam dicit *Cannetius in ſup. d. l.* Ex quo etiam communiter receptum eſt, etiamſi in ſtatuto dicatur de legitimè natis, nihilominus tamen includi etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium, *ut ſenſit Anton. de Butrio in d. c. per venerabilem, col. 18. verſ. quid ſi dixerit. Idem Butr. & Joan. de Imol. in d. c. innotuit, de electio. Abbas in d. c. tanta, in 3. notab. qui filii ſint legitim. ubi dicit: quod ita teneant communiter * omnes Dd. quem refert & ſequitur Joh. Crot. in d. §. & quid ſi tantum, l. Gallus, n. 169. de liber. & poſth. Paul. de Caſtro in l. ſi ita quis, § is cui. de leg. 2. Pariſ. in conſil. 13. n. 40. vol. 2.*

Hinc† itaq; idem videtur in propoſito dicendum: quippe cum regulariter verba diſponentium ex jure communi interpretationem recipiant, *ut Paulus de Caſtro docet in l. fin. per illum textum. C. de verb. ſignif.* Verum ad hoc etiam dupliciter reſpondent illi, qui primam opinionem tuentur.

Primò,

17 Primò, † quòd, etſi quandoque appellatione legitimè nati veniat legitimatus per ſubſequens matrimonium, id tamen ſolum procedat in diſpoſitione juris: ſecus autem in diſpoſitione hominis, quia lex facilius interpretatur, & ampliat ſive reſtringit ſuam diſpoſitionem, qum diſpoſitionem hominis, *ut not. gloſ. in l. aſſiduis: C. qui potior. in pign. habeant:* ideoq; mitius dicitur agi cum diſpoſitione hominis quā cum diſpoſitione legis: *l. Celſus in princ. de arbitris not. Bart. in l. ampl. rem ratam haberi: & in l. ſi inſulam: de verb. obligat. Ita poſt Ant. de Butr. in d. c. per venerabilē reſpondet Alex. in d. conſ. 5. num. 8. vol. 7. Ruinus in d conſil 92. n 14. Natta conſ. 602. & d. conſil. 624. col. fin. num. 28. Roland. à Vall. in d. conſil. 100. num. 43.* quam ſolutionem communiter receptam eſſe dicit, eandemque multis argumentis confirmat *Rimin. in d. conſ. 222. nu 96. & ſeq.* Secundò reſpondet *Alex. in d. conſ. 5. n. c.* iſtud, quod traditur, ſub nomine legitimè natorum comprehendi etjam legitimatum, non procedere, quando agitur de præjudicio alterius, ut in propoſito contingit.

18 Tertiò † in hanc ſententiam afferri ſolet, quoniam legitimatio, quæ fit per ſubſequens matrimonium, retrotrahitur ad ipſum tempus nativitatis, ita ut quis ab initio legitimus fuiſſe cenſeatur, *ut not. Angel. in §. & quoniam. in auth. quib. mod natur. effic. ſui. in princip. Decius in d. conſil. 155.* Ad hoc, etiam argumentum reſponderi poteſt, iſtud procedere tantummodo ſecundum fictionem: quod ſi autem veritatem intueri volumus, tum manifeſtum eſt, eum qui per ſubſequens demum matrimonium legitimatus eſt, non eſſe natum ex matrimonio legitimo, *arg. §. fin. Inſtit. de nuptiis.* & multis probat *Barb. in l. cum acutiſſimi. n. 24. C. de fidei comm.* ſuprà autem firmatum fuit, verba de quibus ſermo nobis inſtitutus eſt ad ipſam nativitatem & veritatem eſſe directa. Non igitur argumentum iſtud rectè hùc accommodari poſſe videtur.

Quartò † facit vulgata regula, quæ docet, quod, ubicunque aliqua ſunt æquiparata jure communi, tum quicquid de uno dicitur, etiam in alio locum habeat, *c. cum dilectus. c. ad audientiam: & ibi not. Dd. de clericis non reſiden.* ſed legitimati per ſubſequens matrimonium ita æquiparantur natis ex legitimo matrimonio, ut verè pro legitimis habeantur, *d. c. tanta: qui filii ſint legitimi:* Conſectarium igitur eſt, quicquid de legitimè natis dicitur, etiam locum habere in legitimatis. Sed ad hoc argumentum reſponderi poteſt, iſtud quidem admitti poſſe in caſu dubio, ſecus verò, quando ex verbis manifeſtum eſt, ea ad ipſam nativitatem directa eſſe, cum in incertis non in certis locus ſit conjecturis, ut ſuprà dictum fuit. 19

Denique qui hanc ſententiam tuentur, potiſſimum nituntur veriſimili mente diſponentis, exiſtimantes, veritati conſonum eſſe, quod etſi de legitimè natis dicatur, tamen ſimul etjam de legitimatis per ſubſequens matrimonium intellectum fuerit, tum quia hoc ipſum diſpoſitioni juris communis conſentaneum eſt: tum quia ſententia hæc eſt benignior. Verum hæc mentis conſideratio facilè tollitur ex iis, quæ ſuprà in quinto fundamento diximus. Oſtendimus enim ibi, mentis quidem conjecturam in dubio ſolum locum habere, contrà manifeſta verò verba neutiquam admittendam.

Ex his, quæ hactenus commemoravimus, perſpicuum eſt, quam controverſi juris ſit articulus iſte, & quod omnis illa, quæ inter haſce duas contrarias opiniones conſiſtit diverſitas, ex eo proficiſcatur, quia illi, qui primam tuētur opinionem, potiſſimum urgent verba inveſtituræ: ſecundæ verò ſuffragatores nituntur veriſimili mente contrahentium.

Tota igitur difficultas in eo erit, ut rectè diſcernamus, an verborum potius proprietati ſtandum, an verò de mente proferentis ita appareat, ut illa magis ſit complectenda.

20 Ego † ſanè didici, quotieſcunque talis controverſia incidit, ut in dubium vocetur, utrum rigoroſa & ſubtilis verborum interpretatio ſequenda, an verò verò verba ſecundum veriſimilem mentem contrahentium intelligenda ſint, ſemper mentem diſponentis ſubtilitati verborum præferendam eſſe, exemplo JCti Modeſtini *in l. quisquis, de verbor ſignif.* qui reprobata opinione Labeonis verborum ſubtili interpretatione nitentis, ſententiam Proculi mentem diſponentis conſiderantis amplectitur.

Non enim tam verba, quàm mens diſponentis inſpicienda, *l. in condition. primum locum, de condit. & demonſtr. l. cum proponebatur, de legat. 2. l. 3. §. conditio, de adim. legat.* quippe cum verba intentioni deſerviant, ſecundum Gregorium relatum *in c. ſecundò requiris, de appellat.* Ideoq; ſententiam verbis ita præponendam eſſe, ut anima præfertur corpori, *dicit textus in c. ſedulo. 38. diſtinct.* & optimum eſſe, non propriam verborum ſignificationem ſervare, ſeu, ut alii legunt, ſcrutari, ſed inprimis, quid diſponens demonſtrare voluit, *reſpondit JCtus Pædius, referente Juriſconſulto Paulo in l. cum de Lanionis, § item calculos, de fund. inſtruct. & inſtr. leg.*

21 Neque † ſane mirum, cum ex nimia verborum ſubtili interpretatione voluntates diſponentium non rarò impediantur, *l. 1. C. ut action. ab hæred. vel cont. hæred. l. in conventionib. de verbor. ſignif.* atque adeò ſæpiſſimè perniciosè erretur, *l. ſi ſervum, de verb. obligat. cum aliis in hanc ſententiam congeſtis per Jaſ. in l. 3. C. de lib. præterit.*

22 Hoc † ita poſito, proximum nunc eſt, ut diligentius conſideremus conjecturas illas, ex quibus tàm concedentem, quàm acquirentem feudum, licet de legitimè natis dixerint, de legitimatis tamen per ſubſequens matrimonium ſenſiſſe veriſimiliter colligi poſſit. Inter haſce autem primas tenet, quod videmus, juxta juris communis regulas non ſolùm legitimatum per ſubſequens matrimonium pro eo haberi, ac ſi legitimè natus eſſet, *c. Tanta: qui filii ſint legitimi,* ſed & quicquid eo jure de legitimè natis diſponitur, id omne etiam de iis, qui per ſubſequens matrimonium legitimati ſunt, intelligi, *d. c. innotuit, juncto c. cum in cunctis, & quæ ibi not. gl. & Dd. de electíon.* Uſq; eò, ut etjam ſtatuta de legitimè natis verba facientia, de hiſce accipienda ſint, ut clarum eſt ex locis ſuprà citatis. Idq; in diſpoſitione juris communis etiam illi, qui primam tuentur opinionem, uno ore omnes admittunt.

Nam hinc ſanè probabili conjectura veriſimile fit, contrahentes potius voluntatem ſuam ad hanc juris communis diſpoſitionem accommodaſſe, & ſecundum eam etiam de legitimatis per ſubſequens matrimonium ſenſiſſe, quàm quod propter exactam & ſubtilem verborum interpretationem à jure communi recedere, & hoſce excludere voluerint: cum † regulariter contrahentes cenſeantur ſeſe conformare cum diſpoſitione juris communis, *l. 2. de pactis dotali. l. quæro, §. inter locatorem. locati, l. ſi duo, §. fin. de acquir. hæred. Bart. in l. jusjurandum, §. fin. de oper. libert. Bald. in l. precibus, col. 17. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Ac propterea etjam verba eorum ſecundum jus commune interpretanda ſint, *c. ex literis, de conſtitutio. c. in noſtra, de injur. c. cum dilectus, de electio. c. ex parte 3. de verb. ſignif. not. Bart. & Dd. in l. hæredes mei, §. cum ita, ad Treb. Barb. in conſ. 42. n. 9. vol. 1. Cravet. in conſ. 37. n. 18.* 23

Quo † argumento ſimul deſtruitur differentia, quam inter legis & hominis diſpoſitionem quidam perperam conſtituunt. 24

Nam

Nam cùm etiam illi, qui contrahunt, vel aliud quippiam diſponunt, voluntatem ſuam ad juris communis diſpoſitionem attemperare cenſeantur: qua quæſo ratione inter legis & hominis diſpoſitionem probabilis poterit fieri differentia? & de hominis diſpoſitione in citatis locis disertè loquuntur Interpretes. Neq; etiam dici poteſt, hoc caſu, verba ita clara eſſe, ut hanc juris communis interpretationem commodè non admittant, cum in propoſito de iiſdem verbis diſputatio inſtituta ſit, quæ à lege, vel à ſtatuto uſurpata, hanc habent ſignificationem, ne legitimatum per ſubſequens matrimonium excludant, quemadmodum paulò pòſt in reſolutione quinti objecti pluribus oſtendemus.

Non itaque hûc pertinere poterit conſideratio Riminaldi *in d. conſil. 222.* dum *num. 107.* ait, jam dictæ regulæ, qua præſumit, contrahentes ſeſe conformâſſe cum jure communi, locum duntaxat eſſe in caſu dubio: ſecus autem in caſu certo, *ut ſenſit Berous, quæſt. 18. n. 6. verſ. quartò reſpondetur, Natta in d. conſil. 602.* verba enim hæc ita plana atque certa non eſſe, ex iis quæ in utramvis partem adduximus, plus quàm manifeſtum eſt. Quod verò *Alex. in d. conſil. 5.* animadvertens, hanc ſolutionem fragilem eſſe, tandem eò defugit, ut exiſtimet, ideò hanc interpretationem minùs in propoſito locum habere, quia de præjudicio aliorum, ſucceſſorum videlicet agitur, id etiam perquam putidum eſt.

Nam in locis ſuprà in ſecundo fundamento citatis Interpretes de ſtatuto excludente fœminas, extantibus maſculis legitimè natis, loquuntur, neque tamen minùs hoc nomine legitimatum venire concludunt, quantumvis maximum in eo verſetur fœminarum diſpendium. Et ſanè ſi incommodi, quod ex interpretatione deſcendit, ducenda ratio, atque hinc de mente acquirentis feudum conjiciendum foret, longè ſanè eſſet veriſimilius, eum de propriis filiis ante matrimonium procreatis, & per matrimonium ſubſecutum legitimatis magis ſolicitum fuiſſe, quàm de agnatorum incommodo, ac propterea verbis hiſce proprios filios minimè excludere voluiſſe. Firma igitur, & ſtabilis manet mentis hæc conjectura ex ipſa juris interpretatione deſumta.

Qua ſanè nulla probabilior eſſe poteſt vel debet. Sicut enim, ubi legis adeſt diſpoſitio, omnis ceſſat dubitatio, *l. ancilla, C. de furtis, l. quod labeo, ad Carbonia.* Ita quando lex ipſa verba à contrahentibus uſurpata interpretatur, omnis ſubtilis diſputandi ratio verborum proprietate innitens locum amplius habere non debet.

Ex quo etiam apparet, admodum debile eſſe, quod *Riminaldus in d. conſil. 222. nu. 114.* ait, quod facilè à regula, ſecundùm quàm cenſetur quis conformare ſe voluiſſe cum diſpoſitione juris, recedatur, *ut ſenſit Corneus in conſil. 82. quod dicta cauſa, col. 2. conſil. 91. viſa facti narratione, col. 2. vol. 1. Socin. jun. conſil. 158. abundè & multum ſubtiliter, nu. 50. volum. 2. Cravet. conſil. 180. quando reddidi conſilium, ſub nu. 4. & conſil. 250. jam revocatur in dubium, in princ. col. 2.*

Nam ut hoc admittendum eſt illis in caſibus, ubi urgens aliqua ſubeſt ratio, quæ aliam interpretationem exigat, ita hac ceſſante, potius huic præſumtioni omninò inſiſtendum erit, tùm quia regulæ plerumque adhærendum, donec contrarium doceatur: tùm etiam quia verborum & mentis interpretatio nulla melior exiſtere poteſt, quàm quæ ex ipſius juris diſpoſitione deſumitur.

Hanc † etiam conjecturam ſecundò adjuvat alia vulgata & crebris Interpretum ſermonibus trita juris regula, quæ docet, eam ſemper interpretationem capiendam, ut, quoad ejus fieri poſſit, à juris communis regulis non recedatur, neve eiſdem derogetur, *l.* 25

unic. C. de inoffic. dot. Auth. de exhib. reis, §. fin. l. præcipimus: C. de appellat. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. caſu 199. num. 21.

Si enim verba iſta, de quibus in propoſito eloquimur, ita eſſet intelligenda, ut reputarentur excludere legitimatos per ſubſequens matrimonium, nemo non videt, quantum recedatur à jure communi, quod nullam inter hoſce & legitimatos ponit differentiam, ſed utroſque pari & æquali loco ſemper habet. Longè igitur juri communi convenientius facturi ſumus, ſi etiam verba illa in inveſtitura uſurpata ita fuerimus interpretati, quàm ſi in diverſam, & penitus contrariam illa retorſerimus ſententiam.

Idq; tertio loco in propoſito vel ideò magis admittendum eſt, quoniam hæc ipſa verba, licet nativitatem reſpiciant, etiam hunc poſſunt habere effectum, ut excludant legitimos factos per reſcripta vel gratias principum, precibus vel precio redemtas, ut ita ad hoc, ut aliquid operentur, neceſſe non ſit, ea etiam contra juris communis regulas eò extendere, ut etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium removeant.

26 Nam † etſi alioqui verba videantur denotare correctionem juris communis, ſi tamen alia ratione commodè intelligi poterunt, tùm ſemper ea capienda eſt interpretatio, ne juri communi derogetur, *c. cùm expediat de electio. lib. 6. c. cum dilectus de conſuetud. l. 2. C. de noxalib. actio. Alex. conſil. 19. viſo proceſſu cauſæ, nu. 4. vol. 1. & in conſil. 208. viſo ſummario, num. 17. in fin. vol. 2.*

27 Suffragatur † hiſce quartò, quod veriſimile eſt, contrahentes magis ad ipſum effectum rei, quàm ad ſubtilem verborum rationem reſpexiſſe, & quod propterea de voluntate ipſorum magis ab effectu, quàm ex verbis prolatis judicandum eſt, ut probatur *in c. conſtitutus, & ibi not. Abb. de religioſ. dom. & in l. ſi Inſulam, de præſcript. verb. l. ſi verò, ff. locati, l. ubi ita donatur, de donat. cauſ. mort. Bald. in l. 2. C. commod. per text. l. Lucius, de donat.* & hanc regulam communem eſſe in qualibet materia, *affirmat Decius in c. audientiam, de appellationibus.* Si enim in propoſito effectum reſpicere volumus, manifeſtum eſt, eum, qui per ſubſequens matrimonium legitimatus eſt, quamvis ad ipſam nativitatem quod attinet, aliqua poſſit conſtitui differentia inter eum, & qui legitimè natus eſt, ad effectum tamen quod attinet, nihil prorſus ab hoc differre, ſed eandem eſſe utriusq; rationem; *ut not. Dd. in d. c. tanta, qui filii ſint legit. Angel in §. & quoniam, auth. quibus mod. natur. effic. ſui.* Secundùm hunc igitur effectum potiùs de voluntate contrahentium, quàm ex verborum rigoroſa conſideratione judicandum erit.

Nam † verba non ſunt Judaicè, & ut noſtri loquuntur, ad corticem intelligenda, ſed commodè interpretanda, *l. ſi cui de ſervitutib. l. ſalvius de legat. præſtand. l. pen. ad exhib. gl. in c. ſi poſtquam verbo mente, de election. lib. 6. Abb. in c. ex literis, num. 3. de ſponſal.* 28

Cùm itaque ex hiſce probabilibus conjecturis de mente tam cõcedentis, quàm acquirentis feudum veriſimiliter appareat, quod hiſce verbis legitimatos per ſubſequens matrimonium minimè excludere voluerint, in hanc ſententiam, exemplo clariſſimorum JCtorum, Modeſtini, Pedii & Pauli, longè proclivior ſum, quàm in illam, quæ ſola verborum ſubtilitate nititur: cùm præſertim eadem ultra rationes hactenus ponderatas non ſolùm ſit ſuffulta generali juris regula, quæ docet, legitimatorum per ſubſequens matrimonium eandem eſſe rationem, quæ legitimè natorum.

Tutiſſimum enim ſemper eſt juris regulæ inhærere, *l. 2. ubi not. Dd. ſi quis in jus vocat. non ier. l. ſuus quoq; verſ. puto, de hæred. inſtit. Bald. in l. ſi tutor. in fin. C. de ſervit. pign. dat. manu. Jaſ. in l. dedi, §. 1. n. 4. de condict. cauſ. dat. Decius & Cagnol. in l. 1. de reg. jur.* ſed inſuper etiam favore matrimonii longè ſit benignior, ut proin-

proindè, licet propter argumenta primo loco conſiderata aliqua probabilis moveri poſſit dubitatio, huic tamē ſententiæ ob hanc ipſam rationem potiùs adſtipulandum ſit: cùm in dubio ſemper id, quod benignius eſt, ſequendum ſit, *l. proximè. verſ. ſed in re dubia, de his quæ in teſtamento delent, l. benignius, de LL. l. ſemper in dubiis, de reg. jur.*

Quibus ita firmatis, non erit difficile reſpondere ad argumenta in primam opinionem adducta. Nam cum ea omnia à ſola verborum exacta atq; ſtricta conſideratione dependeant, à nobis verò jam oſtenſum ſit, contrahentes minimè in hanc ſententiam verba iſta uſurpâſſe, ſed aliud potiùs ſenſiſſe, propter hanc veriſimilem mentem contrahentium facilè corruunt omnia illa argumenta: cùm enim manifeſtus eſt ſenſus, nunquam verborum interpretatio tantùm valet, ut melior ſenſu exiſtat, ut dicit Imperator *in d. l. 3. C. de libe. præt. cum aliis ad hoc propoſitum congeſtis ibi per Jaſ.* de ſingulis tamen paucis etiam videbimus. Et quod primo loco dictum fuit, de qualitate, quæ tempore nativitatis adeſſe debet, parùm urget.

Nam cùm ſecundùm jus commune legitimati per ſubſequens matrimonium in omnibus & per omnia habeantur pro legitimè natis, atque idcircò qualitas legitimationis, ad ipſum tempus nativitatis retrotrahatur, *ut not. Dd. in d. c. tanta, & in d. c. innotuit, & d. c. cum in cunctis, de electionib.* & propterea etiam in omni diſpoſitione, quæ de legitimè natis loquitur, comprehendantur, ut ſuprà pluribus oſtendimus: nemo ſanè inficias ire poterit, hanc ipſā qualitatem, quam verba denotant, tempore nativitatis adfuiſſe, *ita reſpondet Matth. de Afflict. in d. c. naturales, in quinto notabili, num. 25. & Alciat. in conſil. 501. hinc præmitto, num. 4. & licet Riminald. in conſil. 222. nu. 70.* hanc reſponſionem labefactare conetur, idem tamen, id quod opponit, tantùm ad ultimas voluntates reſtringit, atque interim concedit, in feudis rectè hanc conſiderationem locum habere, ut legitimatio retrotrahatur ad tempus nativitatis.

Ad † alterum argumentum deſumtum *ex l. fin. C. de his qui veniam ætatis impetrârunt, reſpondet Alex. in conſil. 2. viſis codicillis, num. 16. verſ. non obſtat, l. fin. vol. 1.* ut tùm demùm procedat, quando per fictionem legis aliquid introducitur contra naturam: ſed utrum aliquis dicatur legitimè natus, nec ne, dependet à jure, *ut not. Bart. in l. ſi is, qui pro emtore, coll. 22. de uſucap.* ideò non mirùm, hoc ex diſpoſitione juris magis, quàm ex ipſa natura interpretationem recipere, quam ſolutionem ſecutus eſt etjam *Marian. Socin. in conſil. 39. in caſu ad me tranſmiſſo, numero quinquageſimo ſeptimo. vol. 3.* addens ibidem, regulam, *d. l. fin.* tùm demùm valere, quando inter caſum civilem & naturalem magna eſt diverſitas. At in propoſito nulla eſt diſſimilitudo inter legitimè natum, & eum, qui per ſubſequens matrimonium legitimatus eſt: quippe cùm hîc omni ex parte æquiparetur legitimè nato: non igitur regula iſta hûc accommodari poterit. 29

Alio modo ad hanc regulam reſpondet *Johan. Crotus in d. §. & quid ſi tantùm, n. 158.* ſentiens, cùm legitimatio retrotrahatur ad tempus nativitatis, quod ratione hujus fictionis tranſlativæ de tempore ad tempus filius legitimatus dicatur legitimus naturaliter, non autem civiliter, cùm fictio † operetur eundem effectum in caſu ficto, quem veritas in caſu vero, *l. filio quem pater, de liber. & poſthum.* Deniq; argumentum iſtud fragile admodum eſſe ex eo etjam liquet, quod communiter receptum eſt, ſi teſtator de filiis legitimis dixerit, † hoc etiam de legitimatis per reſcriptum, intelligendum eſſe, *ut ait Joh. Andr. in addit. ad ſpec. rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. Alex. in l. generaliter, §. cùm autem, C. de inſt. & ſubſt. ſub condit. fact. in d. conſil.* 30 31

conſil.2.& d.conſ.67.lib.1.cum aliis in præcedente quæſtione adductis. Cùm tamen verba teſtatoris etiam naturaliter potiùs, quàm civiliter intelligenda ſint, *l.Statius,* §.*Cornelio Felici,de jure fiſci,l.fideicommiſſum, de condit. & demonſtr.* & is, qui per reſcriptum principis legitimatur, longè minùs ad legitimationem quod attinet, à natura habeat, quàm is,qui per ſubſequens matrimonium legitimatur.

Levius igitur eſt iſtud argumentum, quàm ut mentem diſponentium ex tot probabilibus conjecturis collectam impugnare poſſit.

32 Sic † etiam ad id, quod hoc loco dictum eſt, naturam potiùs, quàm accidens eſſe ſpectandum, reſpondet *Alex. in d. conſil. 2.vol.1.n.15.* iſtud locum non habere,quando cauſæ accidentali idem tributus eſt effectus,qui naturali ut in propoſito manifeſtum eſt. Et quicquid ſit ego animadverti ex hiſce regulis Brocardicis, (ut noſtri appellant) quæ in utramvis partem facilè agitantur, nihil ſolidi vel certi inferri poſſe, & propterea nunquam tutum eſſe, illis inſiſtere, ſed longè ſecuriùs aliis argumentis magis firmis & probabilibus inhærere, ut prudenter etiam monuit *Zaſ. conſil. 13. exorto ſuperioribus annis,nu.36.vol.2.* inquiens, ex doctrinis Brocardicis generaliter allegatis nihil legitimè probatur.

Cùm enim argumentum ſit ratio, rei dubiæ faciens fidem, *Bal.in l.voluntatis,C.de fideicommiſſ.* Brocardica generaliter allegata cùm ſint dubia, fidem facere non poſſunt, *arg. l. cùm incertus, l.legato generaliter de leg.1.*

Tertium argumentum tollitur iis, quæ in tertio fundamento ſententiæ noſtræ aſſeruimus. Oſtendimus enim ibi,quod,etſi his verbis non excludantur legitimati per ſubſequens matrimonium, nihilominus tamen ſatis operentur,dum removent omnes alios legitimatos, ut interim omittam alias limitationes, quibus regula illa coarctari ſolet. Quartum etiam facilè deſtruitur.

Nam † cùm ſubſequens matrimonium omnem tollat maculam, *ut not. d. c. tanta, qui filii ſint legit.* & is, qui mediante matrimonio legitimatus eſt, ſecundùm juris rationem pro eo habeatur, ac ſi legitimè natus eſſet, contrahentes verò voluntatem ſuam ad hanc juris diſpoſitionem accommodâſſe cenſeantur: quomodo quæſo illi,quos jus commune ſatis honeſtos & dignos eſſe reputat, honeſtatis ratione excludi poterunt? injuriam enim facit legibus, qui vult melior videri, quàm ſint ipſæ leges, *ut ait Roland. à Vall. in conſil.12. ut ex themate præſentis conſultationis, nu. 97.volu.30.* Ideoque veriſimile non eſt, contrahentes honeſtatem magis conſiderâſſe, quàm graviſſimos illos juris auctores, ſed credibile potiùs eſt, eos in hoc cum jure communi ſeſe conformâſſe, per jura ſuprà adducta, & in hanc præſumtam honeſtatem acriter invehitur, illos, qui eam prætendunt, ſuperbiæ & ambitionis inſimulans *Hieron. Schurff. in conſil.56. ad propoſitam quæſtionem, num.4. cent.2.* 33

Quæ verò de ſubſtituto hiſce addita fuerunt, illa tantùm in legitimato per reſcriptum principis procedunt, non autem in illis, qui per ſubſequens matrimonium legitimantur, ut ex iis, quæ paulò poſt dicemus, apparebit. Nam inter hoſce & legitimos nulla probabilis poteſt reddi diverſitatis ratio, ut ex iis, quæ hactenus firmavimus, manifeſtum eſt.

Ad † verborum interpretationem 34 quod attinet, quæ quinto loco conſiderata fuit, ea tùm quidem locum habet,quando verba ita ſunt dilucida, ut nulla voluntatis aliter ſentientis probabilis ſubſit conjectura, *l. ille aut ille, §. cùm in verbis, de legat. 3. Bald. in Auth. hoc inter in princ. C. de teſtam. Cacheran. deciſ.23.num.42.*

At quando ex veriſimilibus conjecturis elucet, quem aliud ſenſiſſe, tùm

ſanè

ſanè verborum interpretatio tanta eſſe non poteſt, ut melior ſenſu exiſtat, *d.l.3. C.de liber.præter.cum ſimilibus ſuprà adductis*. Idq; in propoſito tantò magis admittendum eſt, quia non ſolùm ex multis argumentis convinci poteſt, contrahentes minimè hoc ſenſiſſe, quod ex verborum ſtricta conſideratione colligunt quidam, ſed etiam ipſa verba non uſque adeò clara & aperta ſunt, ut non juris interpretationem commodè recipere queant: quippe cùm in utramvis partem multæ adducantur rationes, quæ ancipitem dubitandi curam alicui meritò afferunt, utrum verba iſta legitimos factos per ſubſequens matrimonium comprehendant, nec ne, atq; inſuper manifeſta juris ratio exigat, ut ſimul etiam de hiſce legitimatis intelligantur.

Si enim certum dici nequit, quod duplici modo cõmodè intelligi poteſt, *Bart.in l. ambiguo, de reb. dubiis Bald. in l.data opera, in x.col. qui accuſ. non poſſ.* utiq; multò minus hoc nomen meretur illud, quod jus ipſum alio modo interpretatur.

Circa ſextum argumentum facilè concedimus, verba iſta eatenus modum denotare, ut excludant legitimationem per reſcriptum, ut autem eos etiam removeant, qui per ſubſequens matrimonium legitimantur, hoc ſanè admittendum non eſt, cum ſatis jam oſtenſum ſit, etiam hoſce juris interpretatione rectè legitimè natos dici. Nihil igitur ad propoſitum noſtrum pertinet illa modi conſideratio. Sic etjam ſeptimum ex proprietate dictionum [ex vel de] deſumtum, admodum leve eſt, cum ejuſmodi vocabula ſecundum ſubjectam materiam variis modis accipi ſoleant, ut apparet *ex traditis Dd.in d.rubr.ſi cert.pet.*

35 Quæ † de excludendo ſubſtituto in octavo argumento dicta fuerunt, illa iiſdem argumentis refutantur, quibus noſtram ſtabilivimus ſententiam. Nam quibus rationibus demonſtratum fuit, feudum legitimè natis conceſſum, ad legitimatos per ſubſequens matrimonium pertinere, iiſdem etiam convinci poterit, hunc ſubſtitutum excludere, idq; in materia ſubſtitutionis ſecutus eſt *Decius in l. generaliter, §.cum autem, C.de inſt.& ſubſtit.& d.c.cum in cunctis, col.2.& in d.conſ. 155.col.penul. Ripa in rubri, ſi cert.pet.col.2. & in §.ſi quis rogatus, nu. 47. & in l.ſi unquam, q.32.C.de revocand.donat. Pariſ.in d.conſil.13.n.40.vol.2.& in d.conſil.15. col. 2.eod.vol. Curtius jun.in conſil.64.num.12. præſupponitur in facto, Mart.Laudenſ.in tract. legit. nu. 138. Crotus in d.§.& quid ſi tantum, nu.169. Molinæus in additio.ad Alex.d.conſil.5.in 7.vol. Didacus in d.l.n.30. & hanc opinionem magis communem eſſe teſtatur Burſat.in d.conſil. 17. n. 4. & in d. conſ.18.n.3* & multis congeſtis auctoritatibus rem verè ita ſe habere oſtendit, confutans etiam illos, qui aliter ſenſerunt. Auctoritatibus verò primo loco adductis oppono interpretes in ſententiam noſtram citatos, quos ſi quis cum illis conferet, non dubito, quin deprehendet, longè plures atq; graviores nos habere ſuffrâgatores, & dato ambigi etiam num poſſe, utra opinio communior ſit, *ut exiſtimavit Marian. Socin. in d. conſil. 39 num. 63. volum.3.* tamen cum oſtenſum jam à nobis ſit, hanc ultimam ſententiam melioribus atque firmioribus rationibus niti, ab illa ſanè tàm in judicando quàm in reſpondendo recedendum non erit, cum illa ſemper ſit amplectenda ſententia, quæ melioribus ſuffulta eſt rationibus, *l.1.§.ſed neq., C. de veter. jur. enucl. §.item precium, Inſtit. de emtion. & vendit. c. capellanus, de feriis. c. ego ſolis, in fin. 19. diſtinct. Joa. And. & Dd. in c.1.de conſt. Bald. in l.cum prolatis, in fin. de re jud. cum ſimilib.*

Et ſecundum hanc ſententiam apud noſtros ſæpius reſponſum & judicatũ fuiſſe memini, ut proinde ultra ea, quæ hactenus adduximus in foro noſtro et-

ſtro etiam longo uſu auctoritatem receperit, ac propterea illi omnino adhærendum ſit.

In conflictu enim opinionum illa ſemper tenenda eſt, quam uſus comprobavit, *l. minimè, l. ſi de interpretatione, de LL.* ideoque JCſulti in ſuis reſponſis crebrò inculcant: hoc jure utimur, *ut in l. eſt receptum. de juriſdict. omn. jud. l. hoc jure utimur, de aqua quotidia. & æſti. l. hoc jure utimur, de verb. oblig. l. illud uſitatiſſimum eſt, de excuſ. tutor. per quæ hanc regulam tradit Cravet. conſil. 118. in hac cauſa, n. 2. Hippol. Rimin. in conſil. 275. n. 48. vol. 3.*

36 Porrò † quæ hactenus firmavimus, illa tum demùm rectè procedunt, quando de mente tàm concedentis, quàm acquirentis certiùs nihil habetur, quàm quia de legitimè natis dictum eſt, quod ſi verò aliunde probabile fiat, eos hæc atque alia id genus verba ideò uſurpâſſe, quod legitimatum per ſubſequens matrimonium à feudi ſucceſſione removere voluerint, tùm ſanè res aliter ſeſe haberet, isque minimè admittendus eſſet, *hoc docuit Andr. de Iſern. in d. c. naturales, circ. fin. ibi, niſi conſtaret aliud de mente concedentis, quod ſequitur Matth. de Afflict. ibidem num. 25. & alii ad hoc propoſitum congeſti ab Hippol. Riminal. in conſil. 222. n. 60. & ſeq. vol. 2.* qui exiſtimat de hac mente diſponentis ſatis apparere ex verbis geminatis, *quod etiam ſenſit Dec. d. conſil. 155. in fin. Carol. Ruin. in d. conſil. 92. num. 16. vol. 3. Roland. à Vall. in d. conſil. 100. vol. 2. & Joh. Anton. Canet. in d. c. volentes, verſ. ſed quid ſi dictaret inveſtitura in fin.* licet interim hoc etiam, quod de verbis geminatis diximus, in dubium vocet *Burſat. in d. conſil. 17. nu. 7. & conſil. 18.*

37 Eſt † autem limitatio iſta notanda propter ordinationem provincialem Illuſtriſſimi Ducis & Electoris Mauritii inclytæ memoriæ. Nam ſi quis verba ejuſdem ſpectet, illa ſatis videntur plana ad hoc, ut ejuſmodi legitimati à feudi ſucceſſione remoti eſſe videantur. Non ſolùm enim ibi ſtatuitur, *(d)* celſitudinem ejus vaſallos aliter inveſtire nolle, quàm pro ſe & hæredibus feudalib. ex corpore legitimè deſcendentibus, **vor ſich vnd ſeine ehelichgeborne Leibs Lehnserben** / quæ quidem verba ex iis, quæ in utramq; partem adduximus, in dubium vocari poſſent, ſed inſuper etiam ex toto illius conſtitutionis tenore dilucidè patet, hoc ita fuiſſe ſancitum ad differentiam filiorum legitimatorum per ſubſequens matrimonium. Hæc. n. ſunt illius verba: Quamvis nobiles & reliquos noſtros vaſallos non prohibeamus matrimonia cum illis contrahere, quibus cùm antè matrimonium liberos procreârunt: tamen ad requiſitionem & petitionem ſubditorum noſtrorum, neminem vaſallorum ratione liberorum aliter, quàm pro ſe & hæredibus feudalib. ex corpore legitimè natis inveſtire volumus. *(e)* Ecce hîc de liberis ante matrimonium procreatis, & de matrimonio ſubſecuto diſertè dicitur & differentia conſtituitur inter matrimoniũ ipſum, & liberos ante procreatos, atque inde ſancitur, quod hi liberi duntaxat inveſtiri debeant, qui ex legitimo matrimonio procreati fuerunt, excluſis nimirum illis alteris ante ſuſceptis. Niſi enim hæc eſſet mens conſtituentis, quod legitimatos per ſubſequens matrimonium à feudi ſucceſſione removere voluerit, fruſtrà equidem ſolicitus fuiſſet, ne hoc conſtituendo videretur prohibuiſſe matrimonium: fruſtrà item de filiis procreatis ante matrimonium dixiſſet, & eos à matrimonio ipſo diſtinxiſſet. Sed quia legitimatos per ſubſequens matrimonium à feudi ſucceſſione removere voluit: meritò certè timuit, ne hoc conſtituendo libertatem matrimonii impedire exiſtimaretur: ac propterea hac proteſtatione uſus eſt. Ut proindè ex hiſce perſpicuum ſit, hanc fuiſſe mentem conſtituentis, quod legitimatos per ſubſequens matrimonium excludere voluerit.

(d) (e)

Dein-

Deinde hoc colligitur etiam ex eo, quod dicitur, conſtitutionem illam editam fuiſſe ad petitionem ſubditorum. Reperio enim inter collectanea parentis, piæ memoriæ, tum Cancellarium Ducis Mauritii agentis, hoc ipſum petiiſſe nobiles à principe, ne ad feudi ſucceſſionem admitterentur naturales, qui per ſubſequens matrimonium legitimati ſunt. Præterea idem apparet ex titulo ſive rubrica illius conſtitutionis, cujus hæc ſunt verba: de nobilibus, qui extra matrimonium liberos procreant, & feuda ad eos transmittere volunt. Nam his verbis apertè ſignificatur, quod hîc agatur de ſucceſſione liberorum, qui ante matrimonium nati ſunt, & quod ad removendos eos hæc conſtitutio potiſſimum ſit edita.

Cumque hoc ex verbis hujus conſultationis, tam planum & apertum ſit, utique diſputatio illa, utrum appellatione legitimè natorum etiam legitimati per ſubſequens matrimonium comprehendantur, ad interpretationem hujus conſtitutionis minimè applicari poterit, ſed potius huc pertinebit id, quod limitando concluſionem ſuprà firmatam paulò ante diximus, eam locum non habere, quando palàm eſt, quem id, quod de legitimè natis dixit, noluiſſe pertinere ad filios legitimatos per ſubſequens matrimonium. Et ſanè ſi caſus mihi ſecundum hæc ipſa verba conſtitutionis dijudicandus proponeretur, in hanc ſententiam reſpondere non vererer. Neque enim ambigendum eſt, quin Illuſtriſſimus princeps hoc jure ita conſtituere potuerit, ut liquet ex conſilio huic quæſtioni ſubjecto.

Sed utut hæc ſeſe habeant, ego tamen non memini, apud noſtros ſecundum hanc conſtitutionem judicatum fuiſſe, quin potius ſcio, liberos legitimos factos per ſubſequens matrimonium, ſæpius ad feudi ſucceſſionem admiſſos fuiſſe, & eoſdem hoc in contradictorio judicio obtinuiſſe: Verendum eſt igitur, nè contrario uſu aliam interpretationem receperit conſtitutio illa, quàm ut verba ejus deſignent. Recordor etiam, rem quandoque eò fuiſſe redactam, ut ejuſmodi legitimatus ad ſucceſſionem feudi, quidem admiſſus, non tamen de eo inveſtitus, ſed illi injunctum fuerit, feudum vendere, ut hac ratione precium ejus tantummodo conſequeretur. Quamobrem ut certius aliquid hac de re omnibus conſtaret, operæ precium eſſet, vel conſtitutioni illi derogare, ſiquidem legitimati ad ſucceſſionem feudi admitti deberent, vel ſi remotos eſſe volumus, id planius conſtituere, non quidem propter verba prioris conſtitutionis, quæ quidem ſatis ſunt aperta, ſed propter contrarium uſum, qui propemodum inolevit. Quia verò multos dubitare vidi, utrum jure hoc princeps ſancire poſſit, ſententiam negativam latè defendente *Hieronymo Schurff in conſil. 56. cent. 2.* Ideo ſubjungam hoc loco conſilium quoddam Collegii Juridici inclytæ Academiæ Ingolſtadienſis, in quo conſtitutionem hanc valere in magis dubia facti ſpecie luculenter firmatur. Cui reſponſo hac etiam de cauſa major erit habenda fides, cum datum fuerit ad conſultationem illius, qui conſtitutionem ejuſmodi impugnare conatus fuit.

Conſilium collegij Juridici Ingolſtadienſis.

1. Laici aliquid ſtatuere non poſſunt, quo impediretur libertas contrahendi matrimonii, & nu. 2. declaratur nu. 52. & n. 60.

3. Statutum laicorum non poteſt diſponere reſpectu ejus, quod ſpectat ad Eccleſiam.

4. Laici non habent poteſtatem quicquam ſtatuendi de rebus Eccleſiaſticis.

5. In cauſa matrimoniali attenditur jus canonicum.

6. Cauſa matrimonialis coram judice Eccleſiaſtico, tanquam ſpiritualis tractari debet.

7. Reſcriptum impetratum in rebus matrimonialibus ad inferiores Epiſcopis ſubreptitium præſumitur.

8. Matrimonium inſtitutum ab ipſo Deo.

9. Matrimonium dicitur veniſſe de ara domini.

10. Matrimonium humano generi immortalitatem tribuit, & ibi de matrimonio multa.

11. Antiquitus feudorum origo ſucceſſionem nullam tribuit.

12. Feudi ſucceſſio potius fit ex contractu inveſtituræ, ſeu ex pacto, quam ex ſucceſſione.

13. Res facile revertitur ad naturam ſuam.

14. Statutum, quod reducit rem ad terminos juris feudalis, validum eſt.

15. Statutum diſponens, quod exiſtentibus filiis maſculis, fæminæ dotatæ non ſuccedant, validum eſt. & num. 16. 17. & 23.

18. Statutum & conſuetudo vim LL. obtinent & utrunq; juris appellatione continetur.

19. Argumentum à conſuetudine ad ſtatutum rectè ſumi poteſt: & ratio ibid.

20. Regula, quod pactum: de non ſuccedendo non valeat. limitatur per text. in c. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morganat contr.

21. Legitimatio fieri poteſt, quod filius legitimatus non ſuccedat patri, niſi in eo, quod patri placuerit.

22. Conſuetudo irrationalis in feudis valet.

24. Conſuetudo irrationalis & juris communis diſpoſitione aliena re loco ad locum non extenditur.

25. Legitimatus in feudo per ſubſequens matrimonium ſuccedit in feudis: declaratur. n. 26.

27. In feudis ſucceſſionis natura pactis expreſſis, in totum poteſt mutari: & ratio ibidem.

28. Per pactum poteſt dari nova forma contractui feudali: ratio ibidem: nu. 29. & ibi multa de vi & efficacia inveſtituræ.

30. Bonum eſt argumentum à pacto & ſtatutum.

31. Pactum fieri poteſt. quod primogenitus tantum ſuccedat, etiamſi pactum ſit odioſum, ibid.

32. Statuto poteſt induci, ut licita ſit feudi alienatio, irrequiſito domino.

33. Conſuetudo, per quam prohibetur feudi alienatio, optima eſt.

34. Conſuetudo diſponens, quod dominus poſſit feudum alienare, irrequiſito vaſallo tenet.

35. Vaſallus non poteſt irrequiſito domino feudum alienare.

36. Privilegiatus, qui tractat de damno vitando, utitur privilegio contra privilegiatum.

37. Feudi natura pactis & conſuetudine regulariter poteſt mutari.

38. Statuto poteſt induci, ut filii primi matrimonii priventur dote, & maritus ſecundus in totum illam lucretur: & ratio ibidem.

39. Non dicitur quis damnum pati, ſi non ſentit lucrum reſpectu ejus, ubi nullum ſibi jus fuit quæſitum, nec re nec ſpe.

40. In his, quæ ſunt juris poſitivi, non ſolùm Impetrator, verum etiam quilibet ſupremus princeps habet poteſtatem diſponendi & n. 54. & 58.

41. Quod quis ſuccedit in feudo, eſt juris poſitivi: & n. 55.

42. Statutum quantumvis iniquum, tamen eſt validum.

43. Et valet quantumvis dolo fuerit conditum.

44. Statutum invalidam probationem validam reddens valet.

45. Statuto poteſt induci: ut illud, quod non eſt de genere probibitorum probibitum fiat: & e contrario.

46. In-

46. *Inveſtiti à Ducibus Nobiles efficiuntur.*
47. *Communis uſus in qualibet diſpoſitione prævalet.*
48. *Legitimatus ad feuda non intelligitur legitimatus ad feuda dignitatis.*
49. *Statutum dicitur rationabile, licet non appareat ob quam cauſam fuerint moti ſtatuentes.*
50. *Unaquæq; familia poteſt condere ſtatutum, ut quis non ſuccedat in caſu, in quo aliàs ſuccedere debebat.*
51. *Unicuiq; licet imponere legem vel formam inveſtituræ.*
55. *Diverſa ſunt ſtatuere contra matrimonium, & quod filii antea nati non legitimentur per ſubſequens matrimonium: & n. 56. 57. & 59.*

Ex THEMATE præmiſſo hoc potiſſimum diſcutiendum nobis erit, utrum illuſtriſſimus princeps Elector, & reliqui illuſtriſſimi duces S. unà cum ſtatibus dominiorum ſuorum poſſint ſtatutum condere, aut novam inducere conſuetudinem, quibus caveatur, quod filii nati ex imparibus parentibus, etiam per ſubſequens matrimonium legitimati in feudis paternis & antiquis ſuccedere non poſſint.

Prima conſideratione videtur dici poſſe, quod non, cum per tale ſtatutum ſeu conſtitutionem, ſi talis ordinatio valeret, ſequeretur, quod matrimonium illud contractum cum concubina, vel ſoluta, ex qua prius eſſent nati filii, non eſſet verum matrimonium, vel ſaltem invalidaretur, quoad filios prius natos. quia ſi eſſet verum matrimonium, ita ſuccederent in feudis, ſicuti legitimè nati in matrimonio.

1 Clarum † enim admodum eſſe videtur juris communis diſpoſitione attenta, quod laici aliquid ſtatuere, ordinare, vel inducere non poſſunt, quo mediante impediatur libertas contrahendi matrimonii, qualitercunq; illi circa illius ſubſtantiam diſponerent, vel inhibendo, vel impediendo, ubi Eccleſia non impedit, vel improbat: *c. 1. ubi hoc pro regula traditur. de ſponſalib. ut ita illum text. ad hoc not. Innoc. Anton. de Butr. Abb. & Felin. ibidem.*

2 Et † hoc procedit etiamſi per indirectum matrimonium prohiberetur, ut ſi ſtatutum diceret, quod pœna imponeretur contrahentibus matrimonium ſine conſenſu patris ante certam ætatem, *ut per Joann. Andr. in c. ſtatutum: de hæret. lib. 6. ubi per Petr. de Ancho. & domini: de ſancto Geminia & Anton. de Butri. Abbat. & alios in d. c. 1. de ſponſ. ut ibi per Felin. col. 6. verſ. quarta declaratio. Petr. de Anchor. in repet. cap. 1. col. 12. verſ. ex prædictis patet qualiter ſe habeant leges: de Conſtit. Abb. in c. Eccleſia ſancta Mariæ: col. 2. verſ. ſextus caſus: eod. tit. Petr. de Anchor. in conſil. 17. incip. pro reſolutione dubiorum: in 1. & 2. col. Angel. in conſil. 208. incip. Titius exiſtens. Alex. in conſil. 208. incip. ponderatis his: col. 3. verſ. nec etiam injuriam. in 6. vol. Calcan. conſil. 3. incip. pro parte, col. 4. verſ. non enim*: Et etiam ſi per ſtatutum volentes contrahere matrimonium redderentur timidiores, puta, ſi auferretur lucrum, vel pœna apponeretur, *ut per Joann. Andr. in d. c. ſtatutum: Federic. de Senis in conſil. 36. incip. caſus talis eſt. faciunt not. per Corn. in conſil. 21. incip. videtur: col. 3. verſic. nec obſtant: in 1. volum. & propriùs. per Abb. in conſil. 12. incip. ut clarè materia. col. 2. verſ. ſed dubium imminet: in 1. vol.*

Et ratio eſt, quia † ſtatutum diſponeret reſpectu ejus, quod ſpectat ad Eccleſiam, quod nullo pacto licet: *d. c. 1. de ſponſalib. ut ibi not. Anton. de Butr. Abb. & Felin. & eſt text. in c. tuam: de ord. cognit. vult. Bart. in l. edicimus: C. de Murileg. lib. 11. & Bald. in l. nemini liceat: C. de nuptiis: refert Joan. Crot. in repetit. l.* omnes populi: *col. 15. verſ. limita ſecundo. ff. de juſt. & jur. faciunt not. Bald. in l. omnem: C. ad Tertull. in fin.* ubi prædicta ratione determinat, quod non valet ſtatutum, quod filius non poſſit contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, quoad ſubſtantiam matrimonii, 3

& aliis in locis de hoc habetur, *ut per Calcan. in conſil. 3. incip. quod dictus: col. 12. verſ. nec obſtat: & in conſil. 13. incip. pro parte negativa: col. 4. verſ. non enim valent ſtatuta: & per Phil. Dec. in conſil. 231. incip. viſo caſu: col. 2. verſ. & ad hoc facit. in 2. vol.*

4 Et † conveniunt prædictis, cum minimè etiam laici habeant poteſtatem quicquam ſtatuendi ſuper rebus Eccleſiæ. *d. c. qua in Eccleſiarum: ubi hoc not. Philip. Deci. in 3. not.* ubi idem pluribus modis ampliat: *& faciunt not. per Jaſ. in l. non amplius: in §. 1. col. ult. de leg. 1.*

5 Et † hinc eſt, quod in cauſa matrimoniali attenditur tamen jus Canonicum: *c. fin. de ſecund. nuptiis gl. fin. in c. ſi quis ingenuus: 29. q. 2 gl. 1. inſtit. de nupt. in princ.* hinc dicitur *in c. Euphemium. §. hinc colligitur 2. q. 3.* quod in dicta cauſa jura canonica ſemper prævalent legibus, etiam in terris imperii. *& ibi habetur per Archidiac. & Geminia: & per Abb. in c. 1. de reſponſa: impub. per Felin. in cap. 1. col. 2. verſ. ſuper gl. extra. ut lite non conteſt. & per eundem in rubr. de ſponſal. col. penult. verſic. octavo in cauſa matrimoniali: per Jaſ. in l. ſed eſt quæſitum: in 2. col. ff. de liber. & poſthum. per Hippol. Marſil. in repet. l. unicæ: C. de rapt. virg. col. 39. & per Abb. in d. conſil. 12. d. 2. col. per Alexan. in conſil. 152. incip. viſo proceſſu: col. 3. verſ. Sed teſtis. in 5. vol. per Philip. Deci. in conſil. 35. incip. præſtantiſſimus Doctor: col. penult. in 1. vol.*

6 Hinc † etiam eſt, quod dicta cauſa non coram judice laico, verùm coram judice eccleſiaſtico tractari, & ventilari debet, tanquam cauſa ſpiritualis, *c. 1. de conſang. & affin. c. cauſam matrimonii: de off. delegat. c. 2. & 3. de jud. per ſpecul. in tit. de compet. jud. in princip.*

7 Imò † coram ſolis Epiſcopis illa venit ventilanda: & in tantum, quod aliàs reſcriptum impetratum in talibus ad inferiores ſubreptitium præſumitur. *Ita ſing. not. ſpecul. in tit. de reſcript. præſent. in §. ratione autem formæ: in verſ. nunc ad inſtructionem: refert. Felin. in d. rubrica de ſponſalibus. colum. penult. verſ. decimo quinto: & idem concluditur per Abbat. in c. præterea: in 2. notab. de teſtib. cogen. & ibi etiam per Felin. latius & per Abb. in c. fin. de cognat. ſervor. & per Felin. in c. 1. col. 2. verſ. ſolus autem ut lit. non conteſt. & prius per Paul. de Leazar. in clement. 1. de uſur. refert Paul. de Caſtro: in l. omni in novatione: in 1. col. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per Bald. in l. filium definimus: ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. & per Paul. de Caſtro in l. fin ff. de condict. ob cauſam: cum aliis de quibus per Alexand. in l. Titia divortium: col. 3. verſic. contrarium tenent: ff. ſolut. matri. quibus adduntur not. per Socin. in conſil. 12. incip. quoniam in præſentiarum: col. penult. in verſic. præterea: in 1. vol. & per Philipp. Deci. in conſil. 133. incip. viſo proceſſu, col. 2. in 1. vol.*

Nec † immeritò, ſi prædictorum laicis ſit prohibita cognitio, cum matrimonium ſit ſacramentum, *c. gaudemus: de divortiis, cap. fin. de condit. appoſit. c. omne: 27. q. 2. vult. Abb. in c. conſuluit: el. 1. in princ. de appell. & in c. cum locum: de ſponſal. col. ult. & in c. ſignificaſti: ad fin. qui matri. accuſ. poſſ. & in cap. cum locum: de ſponſalib. Angel. in §. quoniam: in auth. de trient. & ſemiſſ. Alex. in l. mulier: in §. cum proponebatur: col. 2. ff. ad Trebell. & Feder. de ſent. in d. conſil. 36. in princ. Abb. in d. conſil. 12. col. 2. verſ. videmus enim: Alex. in conſil. [illegible]. incip. in præſenti conſultatione: col. 1. in 4. vol. & in conſil. 150. incip. in cauſa col. 4. verſ. conſtat autem: in 5. vol. Corn. in conſil. 8. incip. licet in hac: colum. ult. in 4. vol.* 8

Et eſt ſacramentum inſtitutum ab altiſſimo in ſtatu innocentiæ in paradiſo, *ut habetur Geneſ. c. 2. ad fin. ibi dum dicitur, hoc eſt nunc os de oſſibus meis. & caro de carne mea, &c.* de quo habetur *in c. unico: de voto lib. 6.* & latius hoc proſequitur *Joan. Lupus in tract. de matri. col. 4. verſ. Ulterius quæritur. & idem dicit Soci. in conſil. 28. incip. circa primum: col. 3. verſ. nec obſtat ſi diceretur: in 1. vol.*

Et ul-

9 Et ultra additur, quod † ea ratione matrimonium dicitur venire de ara deorum, *juxta dictum philoſophi in 1. œconomic. ut refert Andr. de Iſern. in c. imperialem: in col. 7. in tit. de prohib. feud. alien. per Frider. & per Jaſon. in l. 1. col. 4 ff. ſolut. matrim.* Et quod inſtitutum fuerit in Paradiſo vult *Abb. in c. fin. de frig. & malef. & Andr. Sicul. in Joannina ſua col. 18. & latius per Joann. Lupum in repet. c. per veſtras: fol. 78. col. 3. ext. de donatio. inter vir. & uxor.*

10 Et tale eſt quod † humano generi immortalitatem tribuit, *ut inquit Imper. in auth. de nupt. in princ. de quo per Jaſon. in l. 1. in princ. ff. ſolut. matrim. & in §. & quid ſi tantum: col. 17. verſ. alibi tamen: in l. Gallus: ff. de lib. & poſth. & alibi in §. rurſus: in auth. de teſt.* & ea, quæ parit, dicit, quod nuptiis nihil eſt utilius hominibus, tanquam ſolis facere homines valentibus, *ut per Franciſcum Curt. ſenior: in l. admonendi: col. 3. ff. de jurejurand.* & quod ſit ſeminarium generis humani, & quod ſine eo Reſpublica ſtare non poſſit, *deducit Bald. in c. ex transmiſſa: col. 2. ext. de filiis presby. & faciunt plura. de quibus per Lucam de Pen. in l. mulieres: C. de incol. lib. 10.* & in eo illa tria bona adſunt, fides, proles & ſacramentum, *c. omne itaq; 27. quæſt. 2. & per Franc. Curt. ſen. in conſil. 66. incip. ſapienter: in 3. col.* & uno ex illis deficiente matrimonium non valet, *ut per Cardinal. Alexand. in c. tanta: col. 3. & ſeq. extra, qui fil. ſint legit.* & ejus finis eſt prolis procreandæ, & fornicationis evitandæ, *ut per eundem Cardinal. in rubr. de ſponſ. col. 1. & in c. tua nos: eod. tit. & in ſumma in eo Spiritus ſanctus adeſt: c. connubia: 32. quæſt. 2.*

Ex his igitur jam liquet, quod prædictum ſtatutum ſeu conſtitutio, vel fieri non poſſit, vel ſaltem non debeat, vel ſi fieret, quod non valeret, quaſi per illud contractus matrimonii impedirentur, quod omnino videtur abſurdum. Sed præmiſſis & ſimilibus minimè obſtantibus (quæ rei veritate inſpecta nullo pacto obſtant) contrarium in propoſito caſu videtur de jure verius, videlicet, quod tale ſtatutum ſeu conſtitutio validè & juridicè fieri vel induci poſſit, & ita concludendum videtur. Et pro generali dicendorum omnium tum comprobatione tum reſolutione eſt præſupponendum, quod pari modo eſt veriſſimum, quod † an- 11
tiquitus feudorum origo ſucceſſionē nullam habuit, ita formaliter deducit *Jacb. de Ardizo inter antiquos interpretes feudorum ſummus, in ſumma ſua in princ. tertiæ partis, prima part. princip. & ibi aſſerit, ſe id alibi notaſſe, ut per eum. Idem etiam atteſtatur noviſſimè D. Udalr. Zaſ. in opuſculo ſuo in uſus feud. in princ. 8. part. pluribus id deducendo: & videtur etiam idem ſenſiſſe, & dixiſſe Bald. in conſil. ſuo 137. incip. dominus Jordanus: in 1. & 2. col. in 2. vol.* ubi inquit, quod † feudi 12
ſucceſſio potius fit ex contractu inveſtituræ, ſeu ex pacto, quàm ex ſucceſſione, *allegat. c. 1. in tit. an agnat. vel fil. defunct. in uſib. feudor.* ſtatutum igitur tale ſi fieret, quod legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis antiquis non ſuccedant, negari non poteſt, per prædicta, quin in eo ſaltem reducerentur feudorum conſuetudines ad ius antiquum, & ſic primævum. Sequitur ergo, quod nedum, illud ſit cenſendum & judicandum, quod valeat, & omni ex parte obſervandum ſit, verum etiam quod ſit favorabile, & uti favorabile & extenſionis & ampliationis, & omnis prærogativæ recipiat naturam, *juxta nota. per illum textum in l. ſi quis in gravi: in §. ei qui: ff. ad Syllan. & in l. ſi verò: §. de viro. ff. ſolut. matrim. & per Bart. in l. quemadmodum: C. de agric. & cenſ. lib. 11.*

Hoc autem, quando res, de qua agitur, reducitur ad terminos juris antiqui per ſtatutum, quod illud valeat & teneat, & favorabile ſit nititur illa ratione, quia † res de facili revertitur 13
ad naturam ſuam: *c. ab exordio: 35. diſt. §. pactus ne peteret: l. ſi unus: ff. de pact.* patet

patet ex text. in c. cum apoſtolica : in verſ. in renovatione : extr. de his , quæ fiunt à prælat. ubi ſolennitas conſenſus capituli , quæ neceſſaria eſt in alienatione rerum Eccleſiæ, non requiritur in actu, per quem res Eccleſiæ revertitur ad naturam ſuam *; & hoc. vult. Joann. Andr. in add. ad ſpecul. in addit. parva : in tit. de loca : in §. nunc aliquo : verſicul. decimo quinto.* Patet etiam ex eo , quod ponit *Anton. de Butr. in c. ſtatuimus col. 1. ext. de tranſact.* ubi dicit , quod , licet prælatus inferior non poſſit regulariter tranſire abſque conſenſu Epiſcopi, *c. de cætero. eod. tit.* tamen quod poterit quando ageretur de recuperando jure deperdito Eccleſiæ : & hoc ratione ſuprà dicta , quia res de facili , &c. & ad id probandum inducit text, quem dicit ſingul. *in c. 1. de pactis : lib. 6. & ad id etiam eundem tex alleg. Abb. in c. veniens : col. 7. de præſcript.* Additur etiam, quod dicit Domin. de S.Gemin. *in d. c. ab exordio :* ubi vult, quod licet clericis jam promotis ſuperior non poſſit indicere aſperiorem vitam illis invitis *: ut habetur in c. propoſuiſti. 82. diſtinct. & per gloſ. quæ ordinaria conſuevit reputari in c. quod Deus : de reg. jur. in 6.* tamen quod ſi indicet aſperiorem vitam ad ſtatum , à quo erant collapſi redeundo , non requiratur omnium conſenſus.

Ex aliis etiam & quidem pluribus prædicta poſſent comprobari , & quæ latiſſimè ponuntur *per Felin. in c. cum omnes : col. 4. in verſic. ſed fortè : de Conſtitut. & per eundem in c. cum acceſſiſſent : col. 3. verſic. hanc declarationem : eod. tit. & per Rochu. de Curt. in rep. c fin. in pagella. 28. de conſuetud. in verſic. Tertius eſt caſus ,* ubi inter alia ponit , quod valet ſtatutum inferiorem clericorum contra canones , quando clerici reducerent rem ad terminos juris antiqui per rationem , *de qua ſuprà & per Jaſon. in d. §. pactus ne peteret : in 4. notab.* & propriè reſpectu caſus propoſiti feu-
14 dalis , quod † ſtatutum , quod reduceret rem ad terminos dicti Juris, valeat, deducit Bald. ex pluribus *in d. conſil. 137. col. 2. in princ. in d. 2. vol. Ulterius etjam prædicta comprobantur.*

Nam † ſtatutum diſponens, quod 15
exiſtentibus filiis maſculis filiæ fœminæ dotatæ ſaltem non ſuccedant , validum eſt & favorabile *, ut per DD. in l. venia : C. de in jus vocando. & per gl in verbo numerandum : in c. ſtatutum : de præbent. lib. 6. & per DD. in c. Eccleſia ſancta Maria :* ubi latius per Felin. extendentem illud, ut cōprehendat clericos : *col. 24. verſic. ſeptimò quæro : de Conſtit. vult. Bald. in conſil. 21. incip. ſint contenta : in 3. volu. Raphaël. Com. in conſil. 89. deriſorium videtur : Raph. Fulgoſ. in conſil. 78. incip. ſuppoſito ſtatuto : Joann. de Anan. in conſil. 89. incip. viſis quæ in facto : in princ. Corn. in conſil 82. incip. licet in hac : in 1. & 2. col. in 4. vol.*

Et † hoc ideo, quia tale ſtatutum 16
eſt reductivum ad diſpoſitionem juris antiqui , nempe ad legem Moſaicam, *de qua per Jaſon. in l. qui ſe patris in evidentialibus: C. unde liberi. & per Franciſc. Curt. Jun. in l. 1. col 3. verſic. ſed pro paulò facit : ff. ſi cert. pet.* licet etiam in eo concurrat favor agnationis & familiæ : *l. 1. §. penult. ibi , dum dicitur , familiarumque dignitas ſervetur ff. de ventr. inſpic. & habetur per Cyn. & alios in l. 1. C. ad L. Jul de adulter. & per Joann. Andr. in addit. ad ſpeculat. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. in rubr. & Jacob. de Aret. in quadam ſua diſputatione : incip. ſtatutum vel conſuetudo : per Bald. in l. cunctos populos : col. 16. C. de ſum. trin. & fid. cathol. & in l fin. in princ. C. unde legitim. & in l. fin. C. de libero. prætdr. & in d. l. venia : C. de in jus vocandum. & faciunt notum. per eundem in l. 1. C quæ ſit longa conſuetud. & in l. non dubium C. de LL. & per Præpoſit. in tit. de filiis. natis ex matrimonium. ad Morgan. colum. ultim. ad finem & Jaſon. in l. ſi is qui pro emptore colum. 49. verſic. ſeptimo per filios : ff. de uſucap.*

& Alex.

& Alex. in conſil. 89. incip. circa primum dubium: col. 2. verſic. corroborantur in 6. vol. & per Corn. d. conſil. 82. in 2. col. in verſic. quia dictum ſtatutum: in d. 4. vol.

Et in ſpecie hoc de feudo in caſu contrario per dictam rationem ita determinat *Franciſcus Curt. juni. in conſil. ſuo 1. incip. facti contingentia: col. 2. verſ. præterea non eſt dubium.*

His ſic præſuppoſitis concluſio ſuprà formata ex pluribus particulariter comprobatur.

17 Primò † per textum *in cap. 1. in tit. de filiis nat. ex matrim. ad morgan. contract. in uſibus feudor.* ubi ſimpliciter diſponitur, quod contrahentes matrimonium, exemplo, ut ibi, poſſunt convenire, quod filii non ſuccedant: nec in bonis allodialibus, nec in feudis id permittente conſuetudine loci privati, nempe civitatis Mediolanenſis, & alibi lege Salica. Si igitur id potuit induci vigore conſuetudinis privatæ, & ſpecialis, & legis ſpecialis in omnibus bonis, à fortiori in propoſito dicendum eſt, quod poſſit ſtatuto induci in feudis tantum, cum utrunque, &

18 † ſic ſtatutum & conſuetudo vim legis obtineant, *ut per Bart. in l. 1. ff. de legibus*: ex quo utrunq; continetur juris appellatione: §. *conſtat*: §. *ex non ſcripto. inſtit. de jur. nat. gent. & civil. & not. per DD. in rubri: extra: de conſuetudi.* & ſtatutum dicitur lex municipalis, & jus civile. ut de primo ita dicit *Signoroll. de homode. in conſil. 56. incip. ſtatuto civitatis Modiolani: col. 2. verſ. decimò arguitur: allegat. l. item eorum. in princ. quod quiſque univerſ. & l. ut gradatim: ff. de muneribus & honoribus. & l. ſemper: §. legem. & l. fin. §. ab hujuſmodi. ff. de jure immunitatis. & l. fin. ff. de decret. ab ort. faci.*

De ſecundo idem aſſerit *in conſ. 263. incip. ad confuſionem: col. 3. verſic. & lex.*

19 Et ita † argumentum ſumi poſſe deducit *Jaſ. in l. omnes populi: col. 2. verſic. ſecundo modo legitur ff. de juſt. & jur.*

Nec immeritò, quia ſtatutum & conſuetudo non differunt penes cauſam efficientem, & ejus poteſtatem, ſed penes modum & formam, *ita inquit Bald. in l. conſuetudinis. C. quæ ſit longa conſuet. inducit ad id probandum d. l. omnes populi: & l. de quibus. ff. de LL. & ibi not. Bart. col. 5. verſic. quæro numquid adeſſe conſuetudinis: facit quod not. Bald. in l. 2. ad fin. C. de bonis, quæ liberis:* ubi dicit, quod ſi quis promiſit reſtituere dotem in omnem caſum & eventum dotis reſtituendæ, ſecundum formam ſtatuti, quod etiam videtur promiſiſſe caſum reſtituendæ dotis ſecundum formam conſuetudinis: *refert & ſequitur Alex. in conſil. 335. incip. mature & digeſtis: col. 2 verſ. ergò & pari ratione: in 2. vol. idem facit in conſil. 525. incip. ponderatis: col. 2. verſ. ſed præmiſſis: in 6. volu. & Bartho. Caſſ. in conſil. 19. incip. nobilis dominus: col. 12. verſ. cum ſtatutum:* ubi etiam addit *Abb. in c. 1. in princ. ext. de conſuetudinibus:* dicentem quod non differunt ſtatutum & conſuetudo, niſi ſicut tacitum & expreſſum. Et licet deciſionem, *d. c. 1. de fil. nat. ex matrim* dicat eſſe trupham, deridendo *Bald. ibidem*: & eſſe iniquiſſimam, *dicat ibidem Alvarott.* & maximam contineat iniquitatem, *pari modo & Prapoſ.* & eſſe irrationabilem *dicat Andr. de Iſern.* & eſſe contra jus commune & magnam continere iniquitatem *atteſtatur ibidem Martin. Laud. alibi etiam Alvarott. in c. naturales: in tit. ſi de feud. controv. fuer. col. 3. verſic. quæro quid ſi filius.* dicat dictum textum irrationabilem: *& Jacobin. de ſancto Georgio in ſuo tract. feud. in ult §. col. penult.* talem deciſionem dicit eſſe ſatis iniquam: tamen ejus obſervantiam eſſe in uſu, ubi talis vigeret conſuetudo, omnes in præallegatis locis uno ore atteſtantur, *& alibi per d. textum, cum aliis: gloſ. in verbo improbantur in l. pactum quod dotali: C. de collation. determinat.* & idem faciunt *ibidem Bart. Salicet. Alexander, Jaſon, Riminald.*

 uter-

uterque *Decius & alii poſteriores.* quod licet regula ſit|, *de qua in d. l. pactum.* quod † pactum de non ſuccedendo non valeat, tamen quod *per d. c. 1.* reſtringitur illa & limitatur, præſuppoſita d. conſuetudine, quod pactum illud valeat & teneat, & quod aliàs ſine conſuetudine non valeret, juribus, *ut ibi per Riminald. allegatis col. 3. verſ. in ea ibi:* Et per eundem textum etiam ibidem *in d. l. pactum Paul. de Caſtr.* arguit,
21 quod † legitimatio eo modo fieri poſſit, videlicet quod filius legitimatus non ſuccedat patri, niſi in eo, quod patri placuerit, *& refert. Rayn. de Forliu.* ita conſuluiſſe in civitate Piſarum. *& idem not. per Ant. de Butr. in c. per venerabilem. in col. 20. verſ. ſed eſt dubium: ext. qui filii ſint legiti. & Angel. in l. ſi ab eo: per illum text. C. de legiti. hæred. cum aliis de quibus in d. l. pactum: per Alex. Additur etiam, quod idem retinetur per Alex. in conſil. 25. incip. circa primum dubium: in 4. col. in 1. volum. & per eundem conſil. 30. incipi. juxta ea, quæ aliàs col. 1. in 4. vol. & Barthol. Cepoll. in cautelis ſuis: cautela. 114. incip. Cautela eſt, quam ſæpè dedi & per Jaſ. in d. l. pactum col. 2.* & hæc dicta ſunt ad effectum, ut omnis tollatur hæſitandi occaſio, quaſi ad talis ſtatuti ordinationem propterea non eſſet deveniendum, quia illud iniquitatem in ſe contineret, cum ea omnino abſit per ſuperius adducta: Idq; dilucidè apparet ex eo, quia potuit privati loci conſuetudine, & privata lege induci, etiamſi iniquitatem manifeſtam omnium judicio, ut ſuprà fuit relatum, præ ſe tulerit, omniaq; bona
22 comprehenderit: minimè † igitur quin tale ſtatutum fieri poſſit, ambigendum eſt, præſertim in feudis tantum, ubi conſuetudo quantumcunque irrationabilis, valet (dummodo in ſe peccatum non contineat) *ut per Bald. in. c. 1. col. 2. de prob. feud. alien. per Feder.* & ubi magis conſuetudo inſpicitur, quam rationes inſpiciantur, & argumenta: *ut per Bald. in præludd. feudor. ibi in verſ. ſequitur & vult. gl. in verb. comprehenſus in c. unic. de feud. cog.* & in ſpecie, quod tale poſſit fieri ſtatutum, & quod illud ſit cenſendum validum vult *Riminald. d. text. ad comprobandum inducens in d. l. pactum quod dotali. col. penul. in verſ. ideo ex prædictis quæ & c.* Secundo comprobatur *per text. in c. filii: in tit. ſi de feud. defunct. fuer. contro. inter dom. & agnat.* nam *in d. text.* intelligendo & exemplificando, *ut ibi per gl. & DD.* diſponitur, ſi pactum, de quo ibi apponatur ad excludendos filios ex primo matrimonio, vel ſimpliciter, quod illa conſuetudo ſpecialis quæ admittebat pactum excludens filios natos ex ſecundo matrimonio, de quo ibi in textu, trahatur etiam ad hunc caſum: ita dicit *ibi Præpoſ. in 1. col.* & quidem per illum textum, qui indiſtinctè loquitur, & ibi concluditur ſimpliciter, quod pactum ne filii ex matrimonio tali conditione contracto nati ſuccedant, valet & tenet, & quod ad ſimilem caſum trahitur, ut ibi videtur innuere *Bal.* qui dicit, quod quandoq; talis conſuetudo videtur habere motivum æquitatis, exempli gratia, ſi Marchio tenens feudum ab Imperatore, accipiat filiam Regis in uxorem, cum pacto, quod filii naſcituri ex ea ſuccedant in Marchionatu, non autem filii nati ex alio matrimonio, ex quo filia Regis aliàs ſibi non fuiſſet nuptura, niſi cum prædicto pacto: & Alvar. *ibidem* id variis exemplis comprobat, quæ ſuo tempore evenerunt; ut per eum. Si igitur id potuit induci, permittẽte conſuetudine, quæ pari modo irrationabilis eſt & exorbitans & à Juris communis diſpoſitione aliena, ut ibi dicunt omnes inde concludentes, quod † de loco ad locum mini- 24
mè eſſet extendenda, *per not. in c. fin. ext. de offic. archidia*: ut non injuria, *etiam ibidem Bald.* dixerit, quod diſpoſitio *d. text.* non vendicat ſibi locum in bonis emphitevticis, vel in aliis bonis allodialibus, *quod refert ibi, & ſequitur D. Præpoſit col. 1. & Jacob. de ſancto Georg. in d.*

in d. tract. §. ult. verſ. ſeu §. ſi inquam, id potuit induci in præjudicium filiorum natorum ex legitimis, & juſtis nuptiis, quibus paterna ſucceſſiò & re & ſpe videtur delata, omnis juris diſpoſitione, & fictam divino quam humano, cum ſcriptum ſit, Si filius, ergo hæres, *juxta dictum apoſtoli de quo per Jaſon. in d. §. & quid ſi tantum : col. 16. verſ. imo fortius tenet : l. Gallus : ff. de liber. & Poſthum. & Angel. in conſil. 20. incip. Titius exiſtens col. 3. verſ. non obſtat. ſi dicitur, & Soci. in conſil. 30. incip quamvis in 1. col. in 1. vol.* item jure tàm naturali quàm civili *juxta l. ſcripto : ff. unde : lib. l. nam etſi parentes ff. de inoff. teſtam. l. cum ratio : ff. de bon. damn. l. in ſuis ff. de lib. & poſth. & not. per Bald. in l. cum antiquiorib. in 7. col. in verſ. decimo C. de jure delib.* fortius igitur in propoſito dicendum eſt, quod poſſit ſtatuto induci in feudalibus, vel feudorum reſpectu, ubi nullum gravamen poteſt conſiderari, cum, *ut infra ſuo loco deducetur*, tantum futura veniant conſideranda: & ubi res ad ſuam antiquam naturam reducitur *ut ex iis, quæ ſupra diximus, ſatis ſuperq; liquet.*

25 Tertiò † corroboratur : Nam licet legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedat in feudis, *ut originaliter decidunt Jacob. de Beluis : & Andr. de Iſern. quem ibi communiter ſequuntur DD. in d. c. naturales : in tit. ſi de feud. fuerit content.* mori per text. ubi hoc videtur probari *in c. tanta ext. qui filii ſint legit.* ubi text. non diſtinguit inter bona feudalia & allodialia, nec diverſitatis ratio reddi poteſt, ut per eos, & facit ratio, quia, ſi princeps id poteſt facere ex certa ſcientia, *ut per gl. & DD. comm. in d. c. natural.* fortius poterit matrimonium, quod eſt de jure divino & communi, *ut per DD. in d. c. tanta : & idem etiam prædictis textibus & ratione concludunt Hoſtienſ. Joann. Andr. Cardin. & alii in c. lator. eod. tit. extra. qui filii ſint legitim. & Abb. in d. c. tanta : & in c. innotuit : de electione. & Felin. in cap. in præſentia. col. 10. verſic. quinto in quantum extra de probat. & Alex. qui dicit hanc eſſe communem opinionem in l. ex facto : in §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. col. 12. & Hippoll. Marſil. qui idem dicit in ſingul. ſuo. 542. incip. textus in c. 1. eandem etiam ſententiam firmat. Joann. Cald. in conſil. 5. incip. an naturalis in rubrica, qui ſint legit. ut per Jaſon. qui ejus meminit in conſil. 164. incip. cauſa & lite : col. 48 verſ. iſta ergo : in 4. vol firmat. Bald qui etiam dicit illam eſſe communem in conſil. 129. incip. ad evidentiam in 3. vol. & Soci qui idem dicit in conſil. 3. incip. in cuſa col. 4. in verſ. præterea in 3. volum. & Philipp. Dec. qui pari modo idem dicit in conſil. 155. incip. & diligenter : col. 2. verſ. ad idem facit in 1. vol. & in ſumma illam eſſe regulam dicit Franciſ. Curt. jun. in tract. ſuo feudali in 11. quæſt. partis tert. princip.* & non immeritò, cum taliter legitimatus dicatur verè & propriè legitimus : & illa legitimatio facit cenſeri matrimonium ab initio contractum, *ut per Hoſtienſ. Abbat. & alios in d. c. tanta : & Jacob. de Belviſo & alios in d. c. naturales*, ideoq; comprehenditur taliter legitimatus in ſtatuto faciente mentionem de legitimè natis, *ut per gl. & DD. in d. c. tanta : & per Anton. de Butr. in c. per venerabilem : eod. tit. qui filii ſint legiti. & per Fulgoſ. in conſil. 62. incip. ſtante ſtatuto civitatis Veronæ : & per Franciſ. Curt. ſenior : in conſ. 13. incipient. ſtatuto Januæ col. 3. & col. 7. & in conſil. 74. ſuper memorata col. 16. verſ. tranſeamus modo.* Et ſuccedit in emphiteuſi Eccleſiaſtica, *ut per Joann. de Imol. in l. quod dicitur col. antepenul. in verſ. & per hanc rationem ff. de verb. oblig. & Petr. de Anchoran. in conſil. 242. incip. ex tenore privilegii col. penul. & Philip. Decius in d. conſil. 155. col. 2. verſ. & ad idem facit*, & procedit, etjamſi aliud matrimonium interceſſit : *ut per Alvarott. in d. c. naturales, allegantem Joann. Andre. in c. ſine culpa : de reg. jur. lib. 6.*

Tamen

Digitized by Google

26 Tamen † Bald. illam reſtringit, non vendicare ſibi locum, quando forma inveſtituræ reſpiceret principium, puta ſi inveſtitura feudalis diceret, concedo tibi, & filiis ex te legitimè deſcendentibus feudum, quia tunc ſecundum eum legitimati per ſubſequens matrimonium non ſuccederent, *ita ille dicit in d.c. naturales*: & licet *Andr. de Iſer. ibidem* teneat contra, etiam in fortioribus terminis, puta quando in inveſtitura diceretur: inveſtio te, & deſceudentes tuos ex corpore tuo legitimè deſcendentes, quod adhuc legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccederet in feudum, & communiter retineatur per DD. opinio *Andr. & ibi per Prapoſi. col. 4. verſ. quæro an filii legitimati*, ubi pluribus id comprobat, & idem ex alio velit. *Mart. Laud. ibidem*, videlicet quod legitimatio per ſubſequens matrimonium trahitur retrò ut *d.c. tanta* cum aliis ut per eum, & diſtinctionis fœdere opiniones concordet *ibidem Jacob. Alvaro*: tamen ex omnium dictis manifeſta colligitur concluſio, quod, ſi apertè in initio inveſtituræ exprimeretur, quod non ſuccederent, quod utiq; non poſſent ſuccedere: quod ſi ita eſt, ut certè ita eſt, quod in initio in actu inveſtituræ id poſſit induci, & ſic actu privatam reſpiciente utilitatem, fortius induci poterit ſtatuto ſolenni, & principis conſtitutione publicam utilitatem præ ſe ferente, argumento ſumto ex vulgari regula, de qua *in auth. res quæ C. communia de legat.*

27 Quartò † confirmatur, quia ſucceſſionis natura in feudis, pactis expreſſis in totum poteſt mutari. *c. 1. in tit. de fratribus de nov. feud. inveſt. & in c. 1. de feud. March. in uſib. feud. & habetur per DD. in c. 1. de feud. non hab. natur. feud.* nec mirum, cum illa ſint altera natura feudi. *c. 1. §. cum verò Corradus: in tit. qui feud. dar. poſſ. c. 1. de nat. feud. d. c. 1. de feud. non hab. prop.* quæ jura inducit *Bald. in conſ. 353. incip. præſupponendum eſt col. 2. in 2. vol.* Et pacta illa etiam contra naturam feu-di ſervanda ſunt, *c. 1. §. 1. in tit. quid ſit inveſt. & vult. Jacob. Ardizo in ſua ſumma: ut refert illum, & ſequitur Jacob. Alvar. in c. 1. in tit. de vaſ. decrep. ætа. & in c. 1. de grad. ſucc. & vult. Bald in l. 1. ff. de rer. diviſ. & in c. 1. in §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & in c. 1. de alien. feud. pater. & not. Alvar. in d. c. 1. de fratr. de nov. feud.*

Quod † per pactum poteſt dari nova forma contractui feudali: *& habetur per Franciſ. Curt. ſeni. in conſil. 49. incip. memoriæ recolendæ: col. 10. verſ. ſecundo præmittendum cenſeo: & in conſil. 50. memoriæ recolendæ: col. 47. verſ. & eſt ponderandum.* Nec mirum, cum tenor inveſtituræ deroget omni juri feudorum, *ut eſt text. quem ad hoc ibi not. Bald. & DD. in c. 1. de duob. fratr. à capit. inveſt.* 28

Et † tenor inveſtituræ non eſt reſtringendus, verũ indefinitè obſervandus ſicut verba ſonant, *ut per Bald. in conſil. 19. incip. conſiderandum eſt: in 1. vol. & per Fran. Curt. ſent. in conſil. feud. 1. incip facti contingentia col. 3. verſ. confirmatur.* & quod dictus tenor magis ſit attentendus, quàm feudorum natura, *vult. Bald.* ubi ratione probat *in conſil. 207. incip. quæſtio talis eſt col. 2. verſ. item non habet naturam: in 2. vol. vult. etiam Paul. de Caſtr. in conſil. 146. incip. viſo puncto: col. 1. in princ. in 2. vol.* & ulterius facit, quod per inveſtituram feudum ordinatur, & ſine ea non eſt feudum, *ita inquit Rapha. Com. in conſil. 137. incip. conſultus in 1. col. & dicit de hoc eſſe caſum in c. ſciendum in tit. quib. mod. feud. conſ pot.* Et quod ex convẽtione propriam naturam aſſumant, *vult idem Comenſ. in conſil. 161. incip. A miles col. 3. verſ. ad generale quæſitum*: ubi inter alia ad id allegat *text. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia in tit. quæ fui. prim. cauſ. benefic. amitt.* & quod ſemper in feudis recurrendum ſit ad tenorem inveſtituræ decidit *Bald. in prælud. feud. in 4. diviſione*, 29

& la-

& latius proſequitur *Franciſc. Curt. ſen. in d. conſ. 49. col. 9. verſ. ad demonſtrandum*, & illam etiam eſſe ſervandam, quamvis repugnet feudi naturæ, *vult Roman. in conſil. 33. incip. viſo inveſtituræ in princ. & Joann. de Anan. in conſil. 7. incip. viſis & ponderatis col. 1. verſ. præmitto ſecundum*, & in ſumma: omnis feudi lex ex inveſtitura ſumitur *d. c. 1. ubi Bald. de duob. fratrib. à capit. inveſt. & vult Bald. in d. 4. diviſione in prælud. feudo: in verſ. porrò & in l. 1. verſ. & ſi quis C. de latin. libert. tollend.* quia ſine inveſtitura non eſt feudum. *ita vult ſpecul. in tit. de loca: in §. nunc aliqua verſ. 85. & Bald. in l. 1. C. de rer. permutat: & Alex. in conſil. 136. incip. viſo & examinato: col. 3. verſ. & ideo in 1. vol. & habetur in deciſio: parlament. Neapolit. in deciſio. 129. incip. comes ſancti Angeli: in 1. colum.*

Si ergò pacto omnium mutatio fieri, & quod conſequens eſt, induci poteſt, ne legitimetur per ſubſequens matrimonium, vel alius quiſpiam ſuccedat in feudo, multò magis id ſtatuto,
30 conſtitui poteſt, cum † regulariter loquendo validum ſit id argumentum: hoc poteſt fieri pacto, ergò & ſtatuto: *ut de hoc eſt text. qui ad hoc ſingularis conſueuit reputari, & ubi hoc not. per Bart. Bald. Salicet. & DD. in l. fin. C. de fidejuſſor. & eſt gloſ. in verbo hæredis in l. non ſolum: §. fin. ff. de non. oper. nun. quam gl. ad hoc ordinariam dicit D. Nicol. Everh. in topic. ſuis in loco 89. & ibi addit gl. pleniorem in rubr. C. de decret. decur. lib. 10. & in c. 2. in verb. officiali: ad fin. de conſuetudin. lib. 6. Additur ulterius hoc notari per Joann. Andr. in cap. fin. de conſuetudin. per Bart. in l. omnes populi: in 3. quæſt. princip. ff. de juſt. & jur. Bald. in l. programma C. comminationes ne epiſtolæ & Bald. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo per Bart. in l. non impoſſibile ff. de pactis per Alex. in conſil. 120. incip. quia opportunè ad fin. & in conſil. 129. incip. videtur prima conſideratione col. 3. verſ. Poſtremò: & in conſil. 134. incip. animadverſis diligenter: col. 4. verſic. item quod poteſt: in 6. volum. per Alexan. in conſil. 188. incip. viſo proceſſu col. 2. verſ. poteſt enim in 7. volum.*

Quintò † corroboratur. nam ſi 31
fieret pactum (conſuetudine permittente) quod primogenitus tantum procederet, valeret, & in tantum procederet, quod etiam illo ſine hærede mortuo ſecundo genitus non ſuccederet: *ita determinat Martin. Laudens. argum. illius textus in d. c. 1. de fili. nat. ex matrim.* exemplificando, ut per eum, & reddit rationem: quia illud pactum de primo & non de ſecundo genito loquitur, *& hoc ibi prius dixit Bald. quem refert & ſequitur Rom. in conſ. 89. incip. quo ad id, de quo: col. 2. verſi. quo ad ſecundum.* Et tale pactum valere etiamſi eſſet odioſum *atteſtatur Alex. in conſ. 128. incip. conſideratis verbis col. 4. verſ. & ſimiliter ſtatutum in 1. volum.* ubi dicit id eſſe de mente Bar. *in l. cunctos populos: ad fine: 7. quæſtio:* & quod expreſsè id vult Bald, & eſt veriſſimum *in l. omnes populi col. 8. verſ. Tertiò quæro quæ ſunt: ad finem d. verſ. ff. de juſt. & jur.* & valere etiam talem conſuetudinem deducitur *per Bart. in l. 2. col. 12. C. quæ ſit long. conſuet. & patet ex deciſione Jacob. Butrig. de qua per Jaſ. in l. quoties col. 9. verſ. & iſta faciunt C. de rei vendic. & ex dictis per Alexand. in conſil. 4. incip. ponderatis verbis col. 2. verſ. præterea in 2. volum.*

Et ex his liquet, quod non denegatur, quin fratres ex eodem matrimonio nati inter ſe taliter poſſint paciſci, etiamſi alioqui æqualitas inter eos maximè ſit ſervanda: *l. ut liberũ l. illud C. de collatio. & §. illud in auth. de trien. & ſemiſſ.* Ergò fortius dicendũ eſt licere ipſi principi. & faciunt dicta etiam ſuperius *in 1. & 2. fundamento.*

Sextò corroboratur. Nam † poteſt 32
induci ſtatuto ut licita ſit feudi alienatio domino irrequiſito, *ita determinat Jac. Alv. in c. 1. in tit. qualiter feudũ poter. olim al. & dicit hoc velle Bald. in c. 1. de vaſ.* qui

qui contra Conſtit. Loth. quem refert & ſequitur Jacob. de Sancto Georg. in tract. feuda in verſ. ſeu. §. *& cum pacto: in verſ. dubitatur etiam*, reſtringendo tamen hoc ad feuda laicorum. Item & conſuetudine id poſſet induci, *ut latè deducit Bald. in conſil. 9. incip. factum tale eſt col. ultim. verſ. Surgit hic: in 1. volum. & latius in conſil. 318. incip. quidam nobilis in 2. vol.*

Certè hoc videtur magis iniquum, quam illud, de quo quæritur, utrum
33 ſtatuto induci poſſit, cum † conſuetudo, per quam prohibetur feudi alienatio, optima ſit, *ut d. c. 1. & ibi hoc notat. Alvarott. in 1. not.* addens, quod alibi appellatur iſta conſuetudo beata, per quam omnes cauſæ difficiliores referuntur ad Papam, *ut dicitur in c. 1. multis, 17. diſtinctio:* nam aliàs juris communis diſpoſitione attenta, feudum abſq; domini licentia minimè poteſt alienari: *c. imperialem* §. *callidis nunquam: in tit. de prohib. feud. alien. per Frider. in uſib. feudor. per Abb. in c cum apoſtolica: col. pen. verſ. oppono contra textum: extra de his: quæ fiunt à præl. ſine conſent. capit. & per Signorol. de Homod. in conſil. 251. incip. in quæſtionibus vertentibus, col. 1. & per Bald. conſil 9. incipien. factum tale eſt. col. 1. & ult. in 1. volum & per eundem in conſil. 301. incip. præponitur. col. 2. eod. vol. per Angel. in conſil. 402 incip. Titius ab Eccleſia Ravennate: prope fin. & per Rom. conſil. 1. incip. viſis in puncto: col. 1.*

Si igitur conſuetudo concedens liberam alienandi facultatem toleratur, etiamſi domini contemnatur auctoritas. quod per ſe graviſſimum eſt: Longè videtur tolerabilius, quod principi liceat tale ſtatutum condere reſpectu ſuorum, abſq; alicujus, qui natus fuerit præjudicio.

34 Septimò coadiuvatur, nam † conſuetudo diſponens quod dominus poſſit feudum alienare, irrequiſito vaſallo, valet & tenet: *ita determinat Bald. in d. c. imperialem: in* §. *præterea ducatus:* quia, ut per eum, conſuetudo vincit legem, & facit ultra eum *text. in c. 1. in tit. de feud. cognit.* ubi ſimpliciter & generaliter diſponitur, quod cauſæ feudales regulantur ſecundùm locorum conſuetudines, *& ex aliis pluribus idem etiam firmat. Bald. in conſil. 318. incip. quidam nobilis in 2. vol. & Abbas in conſil. 3. incip. in præſenti: col. 3. verſ. ſecundo principaliter poteſt: in 1. vol.* majoris autem hoc eſſe præjudicii procul dubio videtur, quam ſi id, de quo quæritur, ſtatuto induci poſſet,

Cum † juris diſpoſitione non 3[5]
poſſit dominus, vaſallo irrequiſito, feudum alienare, ut hoc expreſſum eſt *in d.* §. *præterea ducatus.* Et ratio inter alias etiam illa ſit, ne vaſallus cogatur habere alienum dominium, *ut per Abba. in c. dilecti. col. 2. verſ. not. quod ſi ex facto ext. de majorit. & obedien. & ratione aliorum, de quibus per Rom. in conſil. 25. incip. viſo facto: col. ult. ad finem & per Abb. in c. quæ in Eccleſiarum ad fin. col. 2. de conſtit. cum aliis de quibus per Philipp. Dec. in conſil 410. incip. in cauſa mota: col. 3. verſ. tertio principaliter: in 3. vol.*

Ut proinde vaſallus conſuetudine aliud introducente id quod ſibi jure quæſitum fuit, perdat, (de quo jure quæſito quæ alioqui ad libitum deberet poſſe diſponere, juxta vulgarem regulam, de qua *in l in re mandata: C. mandati:* etiam abutendo, *l. Sed etſi lege:* §. *conſuluit: ff. de petit. hæred.*) Cujus quidem juris amiſſio multo gravior eſſe cenſetur, quam ſi adimatur id, quod poſſet quis quærere, de quo in propoſito diſceptatur: cum primo caſu agatur de damno vitando, ſecundo de lucro captando: quorum primum longè magis eſt favorabile: *l. qui autem: in princip juncto.* §. *ſimili modo: ff. de his qui in fraud. credito: l fin.* §. *licentia leg. 1. C. de jur. deliber. l. in re obſcura: ff. de regul. juris.*

Et hinc eſt, quod privilegiatus, qui tractat de damno vitando, utitur privi-

privilegio contra privilegiatum. *c. auditis: extr. d. reſtitu. in integrum l. fin. ff. ex quibus cauſis major. vult Bal. in auth. perpetua: C. de SS. Eccleſiis Petr. de Ancho. in conſil. 30. incip. contra. Rom. in conſil. 179. incip. Ampliſſime doctor: cum aliis, de quibus per Philipp. Dec. in d. conſil. 410. incip. in cauſa mota: col. 1. in 3. vol.* Si igitur conſuetudine valida id, quod dictum eſt, poteſt induci, fortius ergo id de quo quæritur, ſtatuto induci poteſt.

37 Octavò coadiuvatur: nam † extra ſucceſſionis tractatum pactis & conſuetudine natura feudi ſimpliciciter poteſt mutari & alterari, *ut probatur in c. ex parte: in §. fin. extra de feud. quem text. ad hoc allegat, & not. Bald. in c. 1. §. conſuetudo: in tit. qui feud. dar. poſſ. in uſib. feudor. eſt etiam text. in c. 1. in tit. de eo qui ſibi, in uſib. feudor. quem etiam ad hoc inducit. Bald. in conſil. 353. incip. præſupponendum eſt: col. 2. in 2. vol. Idem etiam vult. Bald. in conſil. 182. incip. caſus talis eſt: col. 3. verſ. venio ad ſecundam: in 5. vol.* ubi formaliter dicit de feudo loquens, quod per pactum communis rerum contrahendarum conſuetudo transmutari poteſt: inducit *text. in l. Si prius in §. rectè ff. de aqua pluvia arcen.* inquiens, cum ad hoc eſſe ſingularem, *Idem etiam dicit Paul. de Caſtr. in conſil. 417. incip. ſuper primo poſt princip. in 2. vol.* idem de conſuetudine *dicit Rapha. Comes: in conſil. 163. incip. Gvarnerius deceſſit: col. 2. verſ. ad ſecundum reſpondetur.* Si igitur id poteſt induci pacto & conſuetudine, ergo & id induci poterit ſtatuto, de quo agitur, cum aliud non eſſet, niſi feudi naturam alterare ſeu magis ad jus antiquum reducere.

38 Nonò coadiuvatur, quia † ſtatuto poteſt induci, quod filii primi matrimonii priventur dote, & maritus ſecundus illam in totum lucretur, *ita determinat Paul. de Caſtr. in conſil. 192. incip. verba appoſita: in 1. vol. ex pluribus:* & illa inter alias ratione potiſſima: quia mulier poteſt omnia ſua bona in dotem dare, etiamſi habeat liberos ex primo marito. *l. nulla C. de fund. dota.* & quia non dicitur, eos fraudare, cum in ejus vita filiis nihil debeatur de dote: *§. ſi impuberi l. 1. ff. de coll. bon. cum aliis etiam. ut per eum.* Si igitur mulier vigore dicti ſtatuti poteſt de dote diſponere in filiorum præjudicium *juxta l. hac edictali C. de ſecund. nupt. & juxt. not. per Bald. in l. 1. C. de inoff. dot.* vanum erit dubitare, an in caſu, de quo agitur, tale condi poſſit ſtatutum à dicto Illuſt. principe, reſpectu regalium ſuorum, & ubi dominium habet directum, *ut per Phil. Deci. in d. conſil. 410. in d. 3. col.* & ubi de nullius agitur præjudicio.

Cum † minimè quis dicatur damnum pati, ſi non ſentit lucrum, reſpectu ejus, in quo ſibi nullum jus fuerat quæſitum, nec re, nec ſpe, *l proculus ff. de damno infect. l. ſi is cui §. ejus rei ff. de furt. & not. gl. in verb. in integrum reſtitutionem in l. 1. in §. ſi quis autem: ff. de itiner. act. priva. & gl. in l. 2. in §. 1. ff. ne quid in loco publ. & in l. ſi quis uxori in §. penul. ff. de furt. habetur per Cyn. & Bald. in l. cum te ſponſa C. de dona. antenupt. & per Paul. de Caſtr. & Alex. in l. 2. §. fin cum l. ſeq. ff. qui ſatisd. cog.* & latius hoc proſequitur declarando & locupletando *Jaſ. in l. non amplius §. ſi certum: col. 1 ff. de leg. 1.* 39

Decimò comprobatur. Nam † in his, quæ ſunt juris poſitivi, non ſolum imperator, verum quilibet ſupremus princeps habet poteſtatem diſponendi & immutandi *c. propoſuit: extr. de conceſ. prabend. not. per DD. in c. 1. in d. c. quæ in Eccleſiarum. ext. de conſtit.* Nulla enim eſt lex poſitiva, quam princeps non poſſit tollere, vel contra eam ſtatuere: ita communiter concludunt DD. *ut atteſtatur Abb. in d. c. quæ in Eccleſiarum col. penul. verſ. circa tertium* & quæ non poſſit contraria conſuetudine & ſic ſtatuto tolli, *ut Bald. dicit in d. §. præterea ducatus: in d. c. Imperialem refert, & ſequ. Abb. in d. conſil. 3. in 22.* 40

quæſt. in princ. licet poſtea illud eſſe reſtringendum dicat *per c. fin. de conſuetud. & per eum, in 2. vol.*

41 Sed † quod ſuccedatur in feudis, juris eſt poſitivi ut abunde deductum fuit ſupra in propoſito generali, & etjam aliis in locis: ergo ambigendum non erit, quin ejus reſpectu ſtatui aliquid poſſit, ut pluribus etiam firmabitur in ultimo argumento.

42 Undecimo confirmatur, quia † non videtur, quod quicquam concludens tali poſſit ſtatuto objici. Nam ſi eſſet iniquum, quod tamen prorſus negatur, adhuc tamen dicendum videtur, quod illud ſit validum, & teneat, *l.1. ibi iniqui. ubi hoc notant Alex. & Jaſ. ff quod quiſq. jur. & l.2. & 3. eod. tit. vult. Bald. in tit. de pace Conſtantiæ: in 10. col. in verſ. in criminalib. & Felin. in c. cum omnes col. 2. verſ. & quod ſtatutum: de conſtit.* Et hinc eſt, quod ab eo poteſt appellari, *ut per Phil. Decium in c. conſuluit: el. 2. col. ult. verſ. an ſtatutum iniquitatem: de apell.*

43 & † valet etiam ſi dolo fuerit conditum *& l 2. in verbo dolus: ubi hoc not. per Ang. Paul. & alios eod. tit. quod quiſq. jur.* Et etiamſi contineat odium irrationabile, *ut per Signor. de Homod. in conſ. 101. incip. pactum ſic ſe habet: col. penult. verſ. præterea ſecundum:* & faciunt, quæ ſuperius dicta fuerunt in primo fundamento, ubi latè deducta fuit iniquitas *d. c. 1. in tit. de fil. nat. ex matrim. ad morga:* conveniant prædi-

44 ctis, quod † ſtatutum faciens probationem validam de invalida valet, concurrentib. requiſitis, *ut per Joann. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de inſtr. editio: in §. compendioſe: per Abb. & DD. in c. bonæ: el. 2. de poſtul. prælat. per Abb. & Felin. in c. 2. de probat. poſt Anton. de Butr. ibidem & Bald. in l. 1. col. 4. C. de ſumma trin. & fid. Catho. & Bald. in rubr. C. de fid. inſtr.*

45 Et † ſtatuto poteſt induci, ut id, quod non eſt de genere prohibitorum ſit prohibitum, & è contra, *ut latè per Calca. in conſil. 2. incip. licet iſta: col. 10. verſ. & hanc partem.* Additur etiam, quod talis objectio vel hac de cauſa debet abeſſe in propoſito, quia tale ſtatutum illam ſaltem rationē præ ſe fert, quod alioqui præjudiciū fieret genuinæ nobilitati. Cum inveſtiti à ducibus nobiles efficiantur, *ut inquit Alvar. in §. cæteri: in c. 1. in tit. quis ſit dux in uſib. feud.* Et 46

quæ inter alias videtur eſſe cauſa non poſtrema, qua mediante, plurimi atteſtantur, quod emanavit diſpoſitio *d. c. naturales:* ut in feudis legitimati non ſuccedant, quia non eſt veriſimile, principem concedentem nobile feudum de tali prole ſenſiſſe, *ut per Anton. de Butr. in c. per venerabilem ext. qui filii ſint legiti. & per Angel. in diſputatio. ſua incip. Nobilis quidam genere in 2. dubio & Alex. in conſil. 25. incip. circa primum dubium in 4. col. in 1. vol. ut per Jaſ in l. Si is qui pro emtore col. 50. verſ. Nono ſpurius legitimatus: ff. de uſucapio:* quæ quidem licet minimè comprehendat legitimatos per ſubſequens matrimonium, *per adducta ſupra latius in 3. medio,* cùm illi intelligantur legitimati, quo ad omnes effectus, *ut per Angel. in d. conſ. 20. Titius exiſtens. col. 3. verſ. diſcendo ad tertium, & argumento eorum quæ dicit Paul. de Caſt. in conſ. 150. incip. ſuper eo: col. penul. verſ. nunc videndum: in 1. vol. & Soci. in conſ. 65. incip. ſuper propoſita col. 3. verſ. videmus quod ſtatutum: in 3. vol.* minimè tamen negari poterit, quin communi mortalium mente & cognatione, ut & uſus & experientia rerum magiſtra docet, aliter de illis dicatur, *ut expr. dicunt Paul. de Caſt. l. fin. C de his qui ven. ætat. impetra: & in l. cum acutiſſimi C. de fideicom. & Fulgoſ: in conſ 62. in ci. ſtante ſtatuto civitatis Veronæ: & Alex. in d. conſ. 25. in princ. & in conſ. 207. incip. viſa copia: col. 1. verſ. fortius in 2. vol. & Phil. Dec. in conſ. 258. incip. in caſu dom. Franciſc. col. 2. verſ. 2. hoc idem: in 2. vol. & idem in conſ. 366. incip. pro declar. col. 1. in 3. vol.*

Qui quidem communis uſus in qualibet diſpoſitione prævalet *c. ex literis de ſponſ l. librorum §. quod tum Caſſius ff. de legat. 3.* & interpretandis legibus & ſtatutis attenditur. *ut per Anton. de Butr. in proœm. decretalium: in col. antepen* 47

pen.verſ.Adverte tamen: & in c. quamvis per illum text. de verbor.ſignif. Accedit etiam, quod inquit *Bald.in l. eam quam C. de fidei commiſ.*

48 Dum quærit, utrum † legitimatus ad feuda ſub illo generali vocabulo ad feuda intelligatur legitimatus ad feuda dignitatis, & dicit quod non, quia dignitas vult dignos, *ut per eum col.9.verſ.quæro utrum.quem refert & ſequitur Petrus de Ancho. in conſ.308. incip.prima fac.col.2.verſ.3. movet.*

49 Accedit † etiam quod ſtatutum dicitur jus rationale, licet non appareob quam cauſam fuerunt moti ſtatuentes, *ut per Bald.per illum text.in l.1.§. nuncium: ff. de poſtul. quem etiam refert & ſequitur Calcan. in conſ.3.incip. quod dictus dominus in princ 1. col.*

50 Duodecimò † & poſtremò comprobatur. nam unaquæq; familia poteſt inducere conſuetudinem, & ſic ſtatutum condere, ut una perſona non ſuccedat in caſu, in quo alias ſuccedere debebat, & è contrà: *ita decidit Joann. Andr. poſt Ubertum de Bobio in addit.ad ſpecul.in tit. de inſtrumen.edit. in §. compendioſè: in verſ. Sed nunquid dicemus in addit. parva: quæ incipit: interpoſuit Ubertus hoc verbum progenies: quam deciſionem referunt & ſequuntur Ang. & Imol. in l. 3. ff. de teſtam. dicentes, quod alibi non reperitur. idem tenet ibi Rapha. Comen. in lectura.* dicens, quod ſit ſingulariſſimum verbum: *& Jaſ. aſſerens,* eandem deciſionem ſingularem *in l. omnes populi: col.10. in verſ. an autem una progenies: ff. de juſt. & jur.* ubi refert, quod ita aliâs conſuluit in oppido Carravagii, in familia illorum, de Siccis: & pro hac etiam deciſione plurima adducuntur *per Rochum Curt.in repet. c fin. de conſuetudi. in 8. q. ut per eum: & faciunt etiam not.per Bart.in conſil. 71. incip. ex facto proponitur: & licet Angel. in l. fin. C. de teſtamen. & Alex. in l. ſi non ſpeciali: col. 2. eod. tit. & Jaſ. in l. ſi quis à filio: §. fin.ff.de leg.1. & Mart. Laude. in diſputatione ſua incip. Angerius: col.10. verſ.venio nunc ad deciſionem:* aliter dicere videantur, hoc fundamento, quia familia, non habet jurisdictionem: Ideoque non poteſt inducere conſuetudinem, vel condere ſtatutum, quod tantum pertinet ad eos, qui habent juriſdictionem, juribus & rationibus, de quibus ibi per eos. Quod fundamentum eſſe contra communem ſententiam, dicit in ſimili caſu *Franc. Curt. in tract. ſuo feud. col.5. verſ. octavo fallit:* id quod etiam colligitur ex relatis *per Jaſ.in l.omnes populi: in 2. col.verſ ſecundo modo legitur,* qua de cauſa dubitat etiam *Franciſ.Curt.* & diſtinguit *Rochus in locis præallegatis:* Id tamen reſolvere minimè expedit in propoſito, cum in familia juriſdictionem habente omnes conſentiant, Id tantum dicere ſupereſt, quo ad noſtri caſus reſolutionem, ſi in familia habente, vel non habente juriſdictionem hoc admittitur, quod ſtatuere poſſit, ne perſona aliqua ſuccedat, quæ aliâs eſſet ſucceſſura, quod omnis videatur ſublata hæſitandi occaſio, id, de quo agitur, poſſe ſtatui, & ordinari à tàm illuſtriſſ. & potentiſſ. principe Electore, vero legitimo, & naturali domino, præſertim † 51
cum agatur de imponenda lege vel forma, vel modo inveſtituræ feudorum quod unicuiq; utcunq; privato licere nemo eſt, qui neget *juxta not.per Jaſ.in commentariis ſuis ſuper uſib.feud. col. 23. verſ. ſeptimo alias: in ſeptima quæſtio: principali.* Et ſic ex his prædictis adductis & allegatis patet, concluſionem ſupra formatam veriſſimam eſſe. Et illi, ut decet, adhærendo, ad adducta in oppoſitum dicitur facillimum poſſe accommodari reſponſum.

Nam † dum in illis dictum fuit, 52
quod ſtatuta Laicorum contra matrimonium, vel illud impedientia directè ſive indirectè ſint nulla & invalida, nimirum quia eſſent contra jus divinum, contra quod ſimpliciter loquendo, ulterius additur) nec Papa poſſet ſtatuere *c. literas: ext. de reſtitut. ſpo-*

liatur: c. ſunt quidam. 25. q. 1. ſicut nec abſq; cauſa diſpenſare, *ut per gl. in verb. exemtis extra de decimis & not. Innoc. in c. poſt tranſlationem in fin. de renunciat: per Petr. de Anchor. in c. 1. de conſtitutio: cum aliis, de quibus per Felin. & Philipp. Deci. in d. c. qua in Eccleſiarum:* ſicut nec conſuetudo contra jus divinum quicquam inducere poteſt, *c. fin. ubi per DD. communiter: extr. de conſuetdin. & per Alex. in conſil. 143. incip. circa primum: in 1. col. in 2. vol.*

53 Id quidem per ſe verum eſt, ſed inde velle inferre quod † ſtatutum, ne legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedat in feudis, ſit contra jus divinum, hoc eſt quod expreſſe negatur, cum hæc penitus ſint diverſa & ſeparata, ſtatuere contra matrimonium, vel quod filii antea nati non legitimentur per ſubſequens matrimonium, *ut deducitur per Jaſon. in conſil. 234. incip. ſolennis & egregius: in penul. col. verſ. ad idem bene facit in 2. vol.* & ſtatuere, quod legitimatus per ſubſequens matrimonium non ſuccedat in feudis paternis vel antiquis, cum hoc poſtremum tantum diſponat circa jus poſitivum.

54 Contra † quod ſtatuere poſſe etiam quemlibet principem inferiorem clariſſimum eſt, & in jure abſolutiſſimum: cum in his, quæ juris poſitivi ſunt, voluntas pro ratione habeatur, *ut notant Bald. & Angel. poſt gl. ibi, in verb. ratus in l. 1. §. pueritiam ff. de poſtuland.* qui dicunt, quod ad hoc illum textum allegavit *Franciſ. de Scalis in quadam diſputatione, refert & ſequitur Philip. Deci. in d. c. qua in Eccleſiarum col. 14. verſ. tertium membrum, & ibi addit. idem velle Angel in l. juſtitia eſt: ff. de juſt. & jur.* & per ſtatuta tolli poſſe ea, quæ ſunt poſitivi juris, omnes DD. admittunt, tum *in c. dilectus de conſuetud.* tum *in l. omnes populi: ff. de juſt. & jur.* tum *in §. jus autem civile: Inſtit. de jur. natur. gent. & civili per Corn. in conſil. 32. incip. ſuper puncto: col. 2. verſic. his tamen non obſtantibus: in 3. volum.*

Succedere † autem in feudis juris eſſe poſitivi, ſuprà latius deductum fuit, tum in præſuppoſito, tum alibi.

Ulterius prædicta diverſa eſſe patet. 5 nam † quod quis ſit legitimatus, reſpicit perſonam, non autem jus ſuccedendi, quod ab illa prorſus eſt ſeparatum, ſicut dicitur, quod illud ſeparatum ſit à filiatione *ut inquit Bart. in l. is poteſt: verſ. eſt & aliud: ff. de acq. hæreditate.* & comprobatur etiam ex eo, quod filia, quæ renunciavit hæreditati, *ut in c. 2. de pactis lib. 6.* ob id tamen non videatur minus legitima, *ut per Philipp. Dec. in l. pactum, quod dotali. col. 5. verſ. & ulterius: C. de collatio:* Et quod aliud ſit, quod filius legitimetur, & aliud quod ſuccedat, *deducitur per Socin. ubi pluribus id comprobat in conſil. 246. incip. eleg. col. 3. verſ. primo conſid. in 2. vol.*

Tertio † diverſa hæc eſſe, deducitur, 57 ex his quæ notabiliter ponit *Franciſ. Curt. junior. in l. qui ſe patris col. 22. verſ. quanta principalis C. unde liber. in reſolutione quæſtionis illius, utrum ſtatutum præferens agnatos cognatis includat legitimatos, de qua etiam per Jaſon. ibidem. & latius in l. cum acutiſſimi: C. de fidei commiſſ. poſt alios, de quibus ibi per eum,* concludens, quod ſic, illa potiſſimum ratione, quia legitimatus dicitur verè legitimus: *ait Curti.* quod contra id obſtant plura, *de quibus per Franciſc. Curt. ſeni. in conſil. 2. incip. clariſſime vir.* ubi in effectu diſtinguit, quod quando princeps legitimans ſecularis poteſt tollere omnes defectus, tunc dicatur verè & propriè legitimus: Secus verò quando eſſet aliquod impedimentum juris canonici, quod non poſſet tolli per principem ſecularem, ita concordans opiniones, addens hoc originale dictum fuiſſe *Hoſtien. in c. per venerabilem extr. qui filii ſint legitim.*

Subdit tamen prædictus Doctor (& hoc ad propoſitum) dictæ diſtinctioni eſſe accommodatam ſubtilem ſolutionē, videlicet quod quando ſtante impedimento juris Canonici poſſit prin-

princeps ſecularis facere verè legitimum in materia ſucceſſionis, licet non poſſit facere, ut ſit verè natus ex legitimo matrimonio, quia quoad primum omnes pariter ſuccedunt, ſive eſſent legitimi, ſive non.

Quod verò naturales tantum non ſuccedant, fuit introductum lege poſi-
31 tiva, quam † princeps ſecularis in totum tollere poteſt, uti per eum, dicentem, quod ita ſubtiliter ait *Socin. in l. Gallus: §. ejus: ff. de liber. & poſth.* pro quo ulterius facit, nam quod legitimati per ſubſequens matrimonium poſſint ſuccedere, hoc primum inductum fuit per Juſtinia. *in §. fin. Inſt. de nuptiis*: quin igitur ſtatuto reſpectu ſaltem feudalium potuerit, & poſſit prædictæ ſanctioni derogari, accedentibus præſertim latius ſuprà variis in locis adductis, non videtur eſſe dubitandum. Ulterius difficultatem augendo, dicitur: dato non conceſſo, (concedi enim non poteſt) quod in propoſito tale ſtatutum diſponeret circa ſubſtantiam matrimonii, quia tamen non illud fieret in odium contrahentium matrimonium, verùm favore filiorum, qui ſunt geniti utraque ex parte ex nobilibus parentibus, dicendum foret, quod hac attenta cauſa, tale ſtatutum firmum & validum ſit cenſendum & judicandum.

Licet enim ſtatutum laicorum diſponens circa ſubſtantiam matrimonii ſub pœna, non valeat, & pro regula hoc ponatur *in d.c.1. de ſponſal. cum aliis allegatis in contrarium:* Regula tamen illa reſtringitur, & limitatur, ut non procedat, quando ſtatutum imponeret pœnam non odio contrahentium matrimonium, verùm favore filiorum. *ita determinat Anton. de Butr. in c. 1. de ſponſal. refert & ſequitur ibi Felin. col. 7.* ubi ſubdit, quod Anton. ſimpliciter refert Jacob, ponentem exemplum *de l. hac edictali: C. de ſecund. nupt.* ubi reſervatur certa portio filiis primi matrimonii, ſi pater tranſit ad ſecunda vota, illa ratione, quia pœna illa non eſt odio contractus appoſita, verum favore liberorum: *& comprobat Felin. hoc auctoritate Innoc. in c. fin. de ſecund. nupt. Petr. de Anch. in c. 1. in repet. in 31. col. verſic. quadam verò leges ext. de conſtitutio. & Joan. de Fant. & Dom. de S. Gemin. in §. notandu. 2. q. 3. & ultra per eum adducta additur, quod not. ponit Bald. in rubr. ext. eod. tit. de conſtit. & clarius in c. tenor: in fin. ext. de ſenten. & re judic.* nam *in d. rub.* determinat, quod, licet laici ſtatuendo nihil reſpectu eorum, quæ ſunt de ſubſtantia matrimonii, poſſint agere, tamen circa matrimonii qualitates poſſint ſtatuere. *& in d. c. tenor:* excipiendo ſubſtantiam, ait, quod poſſint in matrimonii cauſa pœnam imponere: & licet Bald. opinio abſolutè non approbetur, quoad pœnam, *ut per Felin. latè in d.c.1. col. 6. verſ. quarta declaratio*: tamen reſpectu qualitatum abſq; pœna non improbatur ab aliquo, cujus qualitatis termini noſtro conveniunt caſui. Et quia hoc luce meridiana clarius videtur, aliis inſiſtere, minimè neceſſarium eſt.

Nos Decanus & DD. facultatis Juridicæ in inclyta Univerſitate Jngolſtadienſi ſuper conſultatione præſenti, ita, ut præmiſſum eſt juris eſſe ſentimus, atq; conſuluimus, ſalvo ſemper cujusq; rectius ſentientis judicio. In cujus fidem ſigillum facultatis noſtræ prædictæ appendi, ac per notarium noſtrum ſubſcribi curavimus: Datum & actum Ingolſtadij in conſilio noſtro XXVI. die menſis Martij, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo.

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) AD feudi ſucceſſionem admittendos eſſe] Negant hoc *Ludovic. Roman. conſil. 637. Vivius in ſyntagmat. com. opinion. tit. de ſucceſſ. feudi. nu. 79. verſ. fallit ſecundum* [illegible] *602. col. 1.* quibus quoad veritatem theoricam non adverſatur *cap. 1. §. naturales ſi de feud. defunct. Vultej de feud. lib. 1. cap. 9. nu. 94.* Ex uſu autem in foro recepto hoſce legitimè natis æquiparari, innuunt *Joach. Mynſinger cent. 5. obſervat. 42. num. 2. ita in Camera per dominos aſſeſſores deciſum & magis cammunem eſſe atteſtans* Schneidewein *in epit. feud. part. 6. cap. 3. de ſucceſſ. deſcendent. maſcul. nu. 11 ita Iſerniam originaliter in d. c. naturales decidiſſe ait, quem ibi communiter DD. ſequuntur & n. 13. in judicio Ducum Saxoniæ ſic pronunciari, ait, & num. 14. ad contraria reſpondet,* plures quoq; in hanc ſententiam citat *Vultei. de feud. lib. 1. cap. 9 nu. 93. verſ.* etſi verò legitimatum, & communem teſtatur Dd. ſententiam, à qua præſertim quod Cameræ præjudiciis confirmata ſit, in judicando & conſulendo non putat eſſe recedendum. licet *n. 94.* addat, ſibi videri veritati theoricæ magis conſentaneum, ut quocunque modo legitimati à feudorum ſucceſſione arceantur. *Gail. lib. 2. obſervat. 141. nu. 2. Mich. Graſſ. in recept. ſentent. §. ſucceſſio ab inteſtato. quæſt. 19. n. 7. Villalob. in com. opin. vocab. legitimatus n. 73. Anton. Gabriel. Roman. in com. concluſ. tit. de legitimat. concl. 1. n. 22. ſyntagma com. opin. tit. de ſucceſſ. feud. fol. 602. n. 80. col. 1. Hieron. de Cevallos. in ſpec. com opin. cap. 2. n. 1. n. 12. & paſſim. Roſenthal. de feud. c. 7. concl. 18. n. 1. Valentin. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib 6 cap.* [illegible] *nu. 11.* ubi idem ſtatuit in Empi[illegible] Eccleſiaſtica *n. 13. Schurff. conſ. 1. nu.* [illegible] *cent. 1.* inquiens ſecundum hanc ſententiam quotidiè conſuli & ſententiari. *Menoch. conſ. 16. n. 4. lib. 1.*

Legitimi eſſe reputentur] Legitimatus enim per ſubſequens matrimonium omnia jura legitimorum adipiſcitur, antiquæ ingenuitati reſtituitur, nihilque differt à legitimis. *Novell. 12. c. fin. Novell. 74. cap. 1. & 2. Novel. 89. cap. 9. cap. tanta vis. extr. qui fil. ſint legit. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. cap. 10. n. 10. & ſeqq.* Et quod tales legitimati per omnia legitimè natis comparentur, judicaſſe Cameram Imperialem teſtatur *Gail. lib. 2. obſerv. 141. per tot.* (b)

De filiis legitimè natis] Ad hanc quæſtionem vide *Hieron. de Cevallos in ſpecul. com. opinion. d. quæſt. 2. nu. 62. & ſeqq. Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 18. nu. 4. Fachin. lib. 7. controv. cap. 51.* Et an per verba in inveſtituris de legitimè natis expreſſa legitimatio omnis excludatur vide *Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 19. nu. 32. & ſeqq.* (c)

Ibi ſtatuitur] Quando ſtatuto reſiſtente legitimatus per ſubſequens matrimonium in feudo non ſuccedat notat *Roſenthal. in tract. feud. cap. 7. concl. 18. num. 14.* (d)

Ex corpore legitimè natis inveſtire volumus] ſimilem conſtitutionem non ita pridem D. Heinricum Julium Ducem Brunſvicenſem promulgaſſe refert *Rittershuſ. in partit. feudal. c. 3. de ſucceſſ. deſcendent. quæſt. 8. in fin.* (e)

QUÆ-

QUÆSTIO XLII.

IMPENSAS MELIORATIONIS QUATENUS HÆREDES VASALLI REPETEre poſſint, feudo ad dominum, vel agnatos devoluto: & de intellectu, § ſi vaſallus: c. 1. Hic finitur lex.

1. *Ultima opinio relata in §. ſi vaſallus: c. 1. Hic finitur lex: communiter eſt approbata.*
2. *Sumtus, & expenſas meliorationis repetere poteſt hæres vaſalli, & quivis poſſeſſor bonæ fidei.*
   Idq; procedit, feudo ad agnatos devoluto. num. 22. Eodem jure utuntur creditores vaſalli. nu, 23.
   Idem etiam obtinet generaliter in omnibus meliorationibus, modò earum utilitas perpetua ſit, nu. 24.
   Etiamſi meliorationes illæ commodè à feudo ſeparari non poſſint contra Curtium, nu. 25.
   Idem procedit in impenſis voluptuariis, nu. 26.
   Item operæ etiam in æſtimationem veniunt. ibid.
   Fallit hoc in expenſis modicis, num. 27.
   Item in expenſis factis cauſa fructuum colligendorum, niſi perpetuam utilitatem habeant, n. 28.
   Item res aliter ſeſe habet jure Saxonico nu. 30.
3. *Nemo cum jactura aliena locupletari debet.*
4. *Domini eſt electio, utrum ſumtus meliorationis ſolvere, an pati velit, ut ædificium tollatur, juxta communem: Declaratur tamen, ut locum non habeat in impenſis, quas dominus poſſidens facturus fuiſſet, item in neceſſariis impenſis, nu. 7. vel niſi dominus brevi feudum venditurus eſſet: nu. 8. vel ſi res meliorata commodè auferri non poſſet, nu. 9. Denique in judicis arbitrio hoc totum poſitum eſſe firmatur. nu. 10.*
5. *In alternativis debitoris ſola eſt electio.*
6. *Dominus inops alioqui magnas meliorationis impenſas refundere non tenetur.*
11. *Precium meliorationis æſtimandum ſecundum valorem ruderum auferendorum, ſecundum quoſdam. Quod locum habet tantum in caſibus, in quibus dominus habet electionem: num. 14.*
   Quidam omnes impenſas æſtimandas putarunt: nu. 12. Alii verò duntaxat meliorationis habendam rationem exiſtimant, n. 13. Sed his reprobatis oſtenditur tàm impenſarum, quàm meliorationis, diverſis tamen reſpectibus, ducendam conſiderationem: num. 16.
15. *In l. in fundo: de rei vendic. cur rudera ſolum æſtimentur contra Corneum: cur item æſtimatio tàm varia ibi inſtituatur, n. 17.*
   Eundem textum non ſolum in bonæ fidei poſſeſſ. ſed & in vaſallo locum habere probatur, nu. 18.
19. *Impenſas meliorationis ſolum, non autem hanc univerſ m æſtimandam, ex §. ſi vaſallus: probatur.*
20. *In melioratione æſtimanda fructuum non habetur ratio.*
21. *Fructus etiam in meliorationem impenſi repeti poſſunt.*
   In æſtimatione meliorationis deriorationis habenda ratio.
25. *A feudo quod ſeparari nequit, licet domino acquiratur, is tamen expenſis refundere tenetur.*
29. *Impenſæ meliorationum non repetuntur feudo propter culpam vaſalli aperto.*
30. *Feudum meliorationis nomine retineri poteſt ab hæredibus.*
   Etiamſi jam condemnati eſſent ad reſtituendum feudum: n. 31.
   Item licet meliorationes non eſſent liquidæ, nu. 32. niſi dominus offerret ſatiſdationem, nu. 33.
34. *De melioratione excipi debet ab hæredibus alioqui ad reſtitutionem feudi condemnandis.*
35. *Meliorationum nomine etiam actio competit hæredibus.*

36. *Impenſæ ædificiorum jure Saxonico non repetuntur.*
Aliorum tamen meliorationum impenſæ etiam hoc jure repeti poſſunt. nu.37.
38. *Verba ſtatuti ſtrictè obſervanda.*
39. *Correctio juris communis evitanda.*
40. *Deſtinatione patrisfamiliâs fundus dilatatur. & limitatur.*
Modo diſtinctio illa declaretur per aliquem actum: nu.41.
42. *Vinita feudo deſtinatione vaſalli, illo aperto, non ad dominum, ſed hæredes tranſeunt.*
Niſi vaſallus ſciens, rem illam unitam effecerit feudalem, n.45.
43. *Juriſdictio aliunde quæſita feudo, hoc aperto, non devolvitur ad dominum.*
44. *Juriſdictio per ſe poteſt ſubſiſtere, nec quicquam habet commune cum proprietate.*
46. *Allodialia bona quibus modis efficiantur feudalia.*
47. *Alluvione & impetu fluminis accedens feudo, huic acquiritur.*
Licet ſecus ſit in uſufructuario: & quæ ſit ratio diverſitatis, n.48.
49. *Incrementum, quod alluvione vel impetu fluminis acceſſit feudo, hoc aperto, ad dominum tranſit.*
50. *Incrementum alluvionis eam aſſumit naturam, quam habet res, cui accedit: ibid.*
Idem obtinet in eo, quod fluminis impetu adjicitur, n.51.
52. *Præſcriptione quæſitum unà cum feudo aperto ad dominum devolvitur: Etiamſi quis præſcribendi cauſam non à domino fuerit nactus: contra Bald. num.53.*
Niſi tanquam extraneus, non autem ut vaſallus quis præſcripſerit: num. 55.
54. *Textus in §. fin. l. debitor; Ad Trebell. declaratur.*

FEudo per mortem vaſalli ad dominum redeunte, quæri ſolet, ad quem pertineat augmentum, quod feudo vel induſtria, & impenſis vaſalli, vel alioqui acceſſit. In quo quidem articulo argumento textus *in c. è contrario: de inveſt. de re alien. facta: & in c. ſi vaſallus: hic finitur lex.* communiter diſtingui ſolet inter augmentum, quod per ſe ſubſiſtens à feudo ſeparari poteſt, & extrinſecum appellatur, & inter augmentum quod feudo ita fuit unitum, ut ſalva ejus ſubſtantia inde divelli non poſſit, & intrinſecum dici ſolet. Ad incrementum intrinſecum quod attinet, ejuſmodi traditur regula *in c.1. §. ſi vaſallus Hic finitur lex.* ſi vaſallus (inquit) in feudo aliquod uſurium fecerit, vel ipſum ſua pecunia melioraverit, & contigerit poſtea, ut vaſallus ſine filio maſculo decedat, dominus aut patiatur ædificium auferri, aut ſolvat precium meliorationis. Idem dico, ſi precio ſevitutem fundo acquirat. Quidam alii dicunt, omnino ad dominum pertinere.

1 Circa † quæ verba advertendum primo loco, etſi duæ ſolum referantur opiniones, neque ſatis exprimatur, utra harum approbetur, priorem tamen ab interpretibus uno ore eſſe receptam, inde generaliter concludentibus, hæredem vaſalli defuncti ſumtus meliorationis à domino repetere poſſe, neque injuria, cum hoc ipſum juris civilis rationi admodum ſit conſentaneum.

Nam † eo etiam jure clarè definitum eſt, eum, qui bona fide in re aliena, vel in re ſua, quæ ad alium deinde eſt tranſitura, ædificavit, vel quid aliud ad perpetuam utilitatem fecit, poſſe ſumtus hujuſmodi utiliam] vel neceſſariarum impenſarum repetere §. *certè illud. Inſtit. de rer. diviſio l. qua ratione in princ. de acq. rer. dom. l. domus l. ſenatus § Marcellus de legat. 1. l. ſi quis ſciens l. ſi quis ſciens l. ſi in area C. de rei vendic. l. fin autem. §. in repetita l. in fundo alien. ff. eod. tit.* 2

Quod † ex naturali ratione eſt deſumtum quæ neminem patitur cum jactura aliena fieri locupletiorem *l. nam hoc natura de condict. indeb. l. planum §. ſed benignius de petit. hæredit.* Idque in hæredibus vaſalli nullam habere difficultatem, *dicit Alciatus. in conſilio. 176. in fin.* 3

Dein-

Deinde cum textus alternativè dicat, dominum aut pati debere, ut ædificium auferatur: aut precium meliorationis ſolvere, diſpiciendum eſt, cujus hac in re ſit electio.

4 Communiter † quidem exiſtimatum eſt, domini eſſe optionem, utrum precium meliorationis ſolvere, an verò pati velit, ut ædificium auferatur.

Hoc enim denotat natura dictio-
5 nis alternativæ, quæ † plerunq; debitori electionem tribuere ſolet: *l. plerunq; §. fin. de jur. dot. c. in alternativ. de reg. jur. in 6.* Idem diſertè probat textus *in d. §. in re petita: ibi, niſi paratus ſit pati tollere ædificium: & in d. l. in fundo, ibi, ſufficiet tibi permittere: per quæ jura hoc docuerunt Andr. de Iſern. Jacob. de Belv. Bald. Alva. Afflict. Petr. Ravenn. & reliqui DD. in d. §. ſi vaſallus.*

Et ſuadetur inſuper ratione optima: quoniam alioqui in poteſtate vaſalli ſitum eſſet, nimis ſumtibus ita onerare dominum, ut invitus feudum deſerere cogeretur, prius, quàm impenſas illas refunderet, prout rationem iſtam conſiderat JCtus *in d. l. in fundo.*

6 Ex † qua communiter etiam traditum eſt, ſi impenſæ tantæ eſſent, ut dominus inops alioqui, quia illas refundere non poſſet, rem ipſam relinquere teneretur, quod hoc caſu æſtimationem earum præſtare non devinctus ſit, ut apparet ex iis, quæ in hanc ſententiam congeſſit *Tiraq. de retract. conventio. §. 7. gl. 1. n. 5.*

7 Non † tamen propterea hoc, quod diximus, domini eſſe electionem, ita indiſtinctè admittendum, ſed hanc declarationem meritò recipit, ut locum ſolummodo habeat in illis ædificiis, quæ domino alioqui non expedirent, & quæ ipſe feudum poſſidens non fuiſſet facturus. Nam ſi eadem ædificia ipſe ſtructurus fuiſſet, tum ſanè non eſſet audiendus, ſi quidem hæredibus vaſalli hanc offerre vellet conditionem, ut ædificia deſtruere, & rudera auferre deberent, ut dilucidè probatur *in d. l. in fundo. & ſenſit gl. in d. §. in re petita: in verb. ædificium. & Paulus de Caſtr. in conſil. 270. nu. 4. lib. 2.* & hanc habet rationem, quoniam alioqui facilè eſſet dominis excludere in totum hæredes vaſalli, qui prius, quàm rudera nihil deinde valitura auferrent, potius vili quadam æſtimatione contenti eſſent, per quam rationem ad propoſitum noſtrum hoc accommodat *Molinæus in conſuetud. Pariſ. §. 1. gl. 5. n. 98.* Sic etiam dominus optionem hanc non habet in impenſis neceſſariis, quibus videlicet non factis res vel penitus, vel pro parte peritura eſſet. *Salicet. in l. domum: C. de rei vendic, Paul. de Caſtr. in d. conſil. 270. num. 4. lib. 2.*

Item † electio non datur domino, 8
quando alioqui feudum, quod ædificio illo precioſius factum eſt, brevi venditurus eſſet. Hoc enim caſu, cum nullam conquerendi juſtam cauſam habeat, ſe ſumtibus onerari, ceſſat ratio ſuprà conſiderata, & locum ſibi vendicat naturalis illa æquitas, quæ docet, neminem cum alterius jactura locupletari debere. Idq; perſpicuè probatur *in d. l. in fundo: in fin. & in l. niſi venalem: eod. tit.*

Præterea † hæc electio videtur ſo- 9
lum in illis rebus competere, quæ auferri poſſunt: neq; enim videtur audiendus dominus, qui hanc conditionem deferret hæredibus, ut adimerent id, quod ablatum nulli uſui ipſis eſſe poſſet, ut probatur *in d. l. in fundo, ibi, quæ poſſis, & ibi, neq; malitiis indulgendum eſt.* Quam enim JCtus conſiderat æquitatis rationem in perſona auferentis, ea etiam meritò locum ſibi vendicat in perſona domini eligentis. Concordat *text. in l. ſenatus: §. Marcellus: ibi, quæ uſui ejus futura ſunt, de leg. 1. & ſenſit etiam Andr. de Iſern. in d. § ſi vaſallus:* dum textum illum interpretatur de ædificio, quod poterat auferri. Et in arboribus fructiferis: *poſt Bart. in d. loco in fundo: idem tradidit Caſtrenſ. in d. conſil. 270. num. 4. lib. 2. & Ruinus in conſil. 14.*

ſenti-

Digitized by Google

ſentiens, dominum non eſſe audiendum,qui offert hæredibus vaſalli,ut arbores abſciſſas auferant, quæ tamen limitatio duntaxat ad impenſas neceſſarias & utiles verè pertinet: in voluptariis verò ſine diſtinctione iſta domino permittenda videtur electio *arg. d. l. in fundo: ibi picturasq́;, & quæ not. gl. & DD.*

10 Cum † itaq; plurimum valeat hoc loco æquitatis ratio, & hæc ſecundùm varias negotiorum qualitates mutetur ſæpius, rectè quis dixerit, hæc omnia in boni innocentisq́; judicis arbitratu & officio conſiſtere,ut negotium ita temperet, ne qua nimia in alterutro verſetur captio, auctore JCto *in d. l. in fundo: & in l. cætera: familiæ herciſ. & in l. in ambig. de reg. jur.* Longè enim facilius hæc per ſingula ex circumſtantiis negociorum æſtimari, quàm in univerſum definiri poſſunt, ut in ſimili ait JCtus *in l. quod dicitur: in fin. de impen. in reb. dot. fact. idem in propoſito ſenſit Molina in d. loco & ante eum hoc docuit Bald. in conſil. 303 lib. 1. quem refert, & ſequitur Tiraq. de retract. conventio. § 7 gl. 1. n. 5.* quod eò magis amplectendum eſt,cum nihil in jure feudali reperiatur, quod huic declarationi adverſetur. Licet enim text. *in d. §. ſi vaſallus:* ſimpliciter dicat, quod dominus aut pati debeat ædificium auferri, aut precium meliorationis ſolvere: hoc tamen nihil impedit, quò minus eo, quo diximus,modo intelligatur, ſicut videre licet ex *d. §. in re petita*, ubi idem generaliter diſponitur, & tamen *in d. l. in fundo:* planius explicatur. Quinimò cum hoc in jure feudali ſatis clarè deciſum non ſit, conſectarium eſt, definitionem ejus ex jure communi petendam eſſe, *arg. c. 1. de feud. cogn.* cum præſertim hoc ipſum ex juris communis ratione deductum eſſe appareat, ut proinde jus feudorum tanquam à barbaris & imperitis compilatum, à Molin. hoc quidem caſu reprehendi non meruerit,

11 Tertiò † cum textus de precio meliorationis dicat, neque ſatis exprimat, quænam debeat illius inſtitui æſtimatio: videndum eſt, quid in æſtimanda melioratione potiſſimum ſequendum ſit. In quo quidem interpretes more ſuo varia effuderunt. Quandoque enim ajunt, rudera duntaxat æſtimanda eſſe, ita ut dominus tantum teneatur ſolvere hæredibus vaſalli, quantum habituri eſſent ex rebus ablatis, cum plus ipſorum non interſit: idq́ue videtur probari *in d. l. in fundo, ibi, quantum habiturus eſſet poſſeſſor his rebus ablatis:* per quem text. hoc docet *Bald. ibi. Paul. de Caſtr. conſil. 326. Jaſ. in l. 2. nu. 29. C. de jur. emphyt. Ruin. conſil. 24. nu. 10. vol. 1. Roland. à Vall. in conſil. 28. num. 30. vol. 1.*

Quandoq; verò ſentiunt, dominum † omnes impenſas factas in melioratione reſtituere debere, conſiderantes generalitatem textus loquentis de precio meliorationis perſolvendo: *idq́; ſentit Bald. in d. § ſi vaſallus: & in auth. excipitur: C. de bon. quæ liber* inquiens, textum hunc præcisè obſervari debere: *quem ſequitur Alvar. ibi, & Jaſ. in d. l. 2. num. 32. Ruin. conſil. 14. num. 4. vol. 1. Roland. à Vall. in d. conſ. 28. vol. 1.*

Quandoque † exiſtimant, non omnem impenſarum quantitatem eſſe perſolvendam, ſed ſolum quantò propter antiquas reparationes & meliorationes fundus plus valet, eo tempore, quo revertitur ad dominum, *(a) per text. in l. domos: ibi, ædificiorum quantitatib. extantibus: de legat. 1. per quem hoc tenet Bart. Bald. Paul. de Caſt. Alex. & Jaſ. ibi:* & hoc æquiſſimum eſſe dixit *Molin. in d. loco,* quia ultra valorem tempore reſtitutionis extantem nihil pervenit ad dominum de illis impenſis, & meliorationibus. Ut proinde hac in re interpretes ſatis ſibi conſtare non videantur.

Quamobrem ſi quæſtio iſta ex fontib. ipſis magis, quàm ex opinionib. dijudicanda eſſet, arbitrarer, quemadmodum illud, cui ſit danda optio, in arbitrio judicis potiſſimum ſitum eſt, ſic & hoc,

& hoc qualis ſit conſtituenda æſtimatio, ab eodem dependere, ita tamen, ut, quoties domini eſt optio, hæredibus hanc offerre conditionem, auferendi ædificium, in hoc caſu, ſi malit æſtimationem præſtare, ſufficiat eum tantundem ſolvere, quantum vaſallus ex rebus ablatis conſequi poſſet, ut, probatur *in d. l. in fundo*: & hoc modò rectè procedit prior opinio. nam ipſa juris & æquitatis ratio exigit, ut. cum dominus, rem auferri concedendo, liberari poſſit, æſtimatio etiam ſecundùm hoc inſtituatur. tum quia amplius hæredum intereſſe non poteſt. quo enim quæſo jure is, qui ruderibus contentus eſſe cogitur, totius meliorationis precium petere poterit? tum quia hoc ipſum poſtulat etiam natura alternativæ electionem concedentis domino, quæ plerunq; inter æqualia & parum diſtantia poni ſolet; *l. 1. de reb. dub. Bald. in l. conventiculam. C. de Epiſcop. & cleric. gl. & DD. in l. ſi fugitivi: C. de ſerv. fugit.* Nam pati, ut auferantur rudera, & æſtimatio eorum, optimè conveniunt, & alterum in alterius locum ita ſuccedit, ut electionis juſta ducatur ratio: cum è contrario ſi totum precium meliorations ſolvendum eſſet, hujus ad ipſa rudera, quorum auferendi patientia liberare ſe poſſet dominus, nulla eſſet proportio, & nemo non foret, qui non potius auferendi facultatem offerret hæredibus, atq; hac ratione ad alias ſibi magis tolerabiles conditiones eum adigeret, quàm ut omne meliorationis precium ſolveret: ut ita earum rerum electio fruſtra dari domino videatur, quæ inter ſe penitus ſunt diverſæ, & quarum alteram nemo facilè eligeret: tum etiam quia malitiæ expers non eſt hæres, qui cum domino hoc eligente contentus eſſe cogeretur, ſi dominus permitteret tollere, recuſaret deinde tantum à domino recipere, quantum habiturus eſſet rebus ablatis, nihil plus laturus, quàm ut officiat. non enim malitiis indulgendum, *l. 2. in princ. ſolut. matrim. l. 1. §. illud. in fin. de aq. pluv. arcend.* quam rationem potiſſimum conſiderat JCtus *in d. l. in fundo.* Non itaque adſtipulor Corneo *in conſil. 86 in fin. 1. dubii, vol. 4.* dum *ibi poſt Bald. & alios*, rationem ejus, cur rudera tantummodo æſtimentur, hanc eſſe ait, quia bonæ fidei poſſeſſor à domino cauſam non habet, inde conſtituens differentiam inter vaſallum & bonæ fidei poſſeſſorem. Quin hoc potius ab eo deſcendit, quod, ut dictum eſt, in caſu *d. l. in fundo*: in domini optione erat, utrum æſtimationem ſolvere, an verò pati vellit, ut res adimatur. Nam hinc ait JCtus eſſe permittendum domino, tantum dare quantum habiturus eſſet alter rebus ablatis: ne videlicet indulgeatur malitiis eorum, qui in æmulationem domini potius ædificia deſtructuri eſſent, nihil laturi, quam, ut officiant. Sed cum in caſibus ſuprà commemoratis etiam domino feudi integrum ſit, ut permittat tollere ædificia, atq; propterea eadem hoc loco militet ratio, planè non videò, cur non etiam diſpoſitio *d. l. in fundo*: ad propoſitum noſtrum pertinere deſieat. Etſi enim alioqui inter vaſallum & bonæ fidei poſſeſſorem poſſet aliqua conſtitui diverſitas, tamen cum hæc efficere non poſſit, ne dominus permittendo tollere ædificia liberetur, ſed ea non obſtante, iſtud in domini arbitrio poſitum ſit, atq; ex hoc ſolo deſcendat, ut æſtimatio etiam ſecundum rudera inſtituatur, utiq; in aperto eſt, omnes alias diverſitatis rationes, quæ fortè in medium afferri poſſent, nullam ſaltem, quo ad hoc, differentiam inter vaſallum & bonæ fidei poſſeſſorem introducere poſſe, ſed utrobiq; ſubſiſtente eadem ratione (quatenus videlicet uterq; contentus eſſe cogitur, auferendi facultate ſibi permiſſa à domino) idem etiam jus, quoad æſtimationem inde deſcendentem, meritò etiam ſtatuendum eſſe. Id quod inſuper confirmatur ex eo, quoniã videmus, etiam in caſu, de quo jam dicturi

ſumus,

ſumus, æſtimationem, quæ juxta *d. l. in fundo*: obſervatur in bonę fidei poſſeſſore, ad vaſallum accommodari: meritò itaq; & hoc, de quo nunc agimus, ad vaſallum eſt adaptatum, modo id eo, quo diximus, modo probè intelligamus.

16 Quomodo † autem dominus optionem hanc non habet, ſed tantum æſtimationem præſtare tenetur, tum, quia iniquum admodum eſſet, ſecundum rudera, quibus tamen dominus liberari non poteſt, æſtimationis rationem inire, ideo hoc caſu putarem ſequendum id, quod *in d. l. in fundo: in pr.* tradit JCtus, impenſas duntaxat illas eſſe perſolvendas, ex quibus fundum precioſiorem eſſe factum apparet, ita ut etſi inde longè ſit precioſior factus, quàm impenſum ſit, nihil tamen præter impenſas ſolvere teneatur: contra verò ſi plus erogatum ſit, quàm inde precioſior ſit redditus fundus, ſaltem id præſtetur, quantum precii fundo acceſſit. Pone enim, vaſallum impendiſſe centum, fundum verò meliorem ob id factum eſſe centum & quinquaginta, dominus tantum centum reddere cogeretur, id eſt, tantum, quantum impenſum fuit: non quanti res melior effecta eſt. At ſi è diverſo impenſæ eſſent centum, melioratio autem fundi quinquaginta, tantum quinquaginta reddit, id eſt, id ſolum, quo res locupletior facta eſt, non quod impenſum eſt, *ut ait text. in d. loco in fundo.*

17 Et † hanc arbitror eſſe rationem ejus, cur in primo caſu illius textus alia inſtituatur æſtimatio, quam in ſecundo: quia nimirum in primo caſu dominus non habebat optionem, utrum pati vellet, ut res auferretur, ſed præcisè æſtimationem ſolvere tenebatur: in ſecundo verò caſu hoc in ipſius electione ſitum erat. Cur autem in propoſito tam diverſa inſtituatur æſtimatio, ut modò ad ipſas impenſas, modò ad precium fundi habeatur reſpectus, ejus etiam ratio non eſt obſcura. Nam etſi fundus precioſior ſit factus, quàm impenſum ſit, quia tamen omne jus poſſeſſoris extinctum, & in dominũ tranſlatum eſt, nullo jure ad precium, quo auctus eſt fundus, aſpirare poterunt hæredes ejus, ſed ſufficere illis meritò debet, ſi id, quod impenſum eſt, conſequantur. Impenſarum enim nomine juſtam ſolummodo conquerendi cauſam habere videntur: quippe cum tantundem ipſis ex hæreditate defuncti diminutum fuerit, quod alioqui, niſi in feudum impenſum fuiſſet, ad ipſos pertineret. Hoc autem cum ipſa æſtimatione, ſive precio fundi nihil habet commune, ut propterea etiam illud, quo precioſior eſt factus, reſtituendum ſit.

Contra verò quando plus expenſum eſt, quàm fundus precioſior ſit factus, tum ſanè ideò magis ad precium fundi, quàm ad id, quod erogatum eſt, habetur reſpectus: quia non ſufficit impenſum eſſe, niſi etiam utilitas ejus ſit manifeſta, *ut declarat Barto. ibidem*, & probatur *in d. l. domos* cum quo ultimo optimè convenit opinio exiſtimantium, non omnem impenſarum quantitatem eſſe perſolvendam, ſed ſolum quantò plus valet eo tempore, quo revertitur ad dominum. Hanc etiam æſtimandi rationem *Conſtantin. Harmenopol. in promtuario juris lib. 2. tit. 1. rubr. de bona fid. poſſeſſ.* pulchrè declaravit: ideo verba ejus hîc aſſcribere libet: Vult (*inquit*) conſtitutio, cum iis, quæ bona fide poſſederunt, rei melioris & precioſioris factæ aliquæ impenſæ refunduntur, ſiquidem modicis factis ſumtibus magni precii res quis in prædio poſſeſſo erexerit, & ſtatuerit, ut vineam, olivetum, & id genus, ſolum, quod impenſum eſt, reſtitui. Cum verò quis multa quidem in rem inſumſerit, ſed non multo eam precioſiorem effecerit, ei ſolam æſtimationem rei præſtari, utpote cum ea, quibus rem ornarit & inſtruxerit, quã pauciſſima ſint. Inſcitiæ etenim ſuæ aſſcribat, qui tantopere laborarit, ut inconſulto in terrã, tenuem,

tenuem forſan ac ſterilem, quæq; ſibi concredita tueri non poſſet, tantam pecuniam ac ſumtum conferret, *ita verba iſta refert Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 3. caſu 258.* licet locus ille â Bernhard. à Rey aliter translatus ſit, eodem tamen ſenſu.

18 Et † hæc quidem æſtimandi ratio ſine dubio procedit, quando melioratio minor eſt impenſis, ut videlicet tantum æſtimatio meliorationis, non autem omne, quod impenſum eſt, repetatur. At quando precium meliorationis impenſas ſuperat, tum ſanè multi exiſtimarunt, eum, qui habuit dominium rei, in quam impenſæ factæ ſunt, non ſolum id, quod erogatum eſt, ſed totum precium meliorationis repetere poſſe, *Imol. & Aretin. in l. Domos. de leg. 1. Ruin. conſil. 119. lib. 3. Stephan. Bertran. conſil. 21. numer. 15. lib. 1.* & in vaſallo idem ſenſit *Bald. in d. §. ſi vaſallus: quem ſequitur Roland. à Vall. in d. conſ. 28. vol. 1.* Veruntamen quod eadem æſtimandi ratio tenenda ſit etiam in eo, qui, cum dominium rei haberet, ſumtus fecit, dilucidè probatur *in l. intra utile: §. vendentibus. de minor. & in c. 1. de reſtit. in integ. ubi hoc not. Abb. num. 4. & Berous num. 38 Felin. in c. cum cauſam. numer. 28. de ſentent. & re judic. Paul. de Caſtr. in d. conſil. 270. num. 3. verſ. ſed in contrarium, vol. 2. Tiraquell. de retract. convent. §. 7 gl. 1. nu. 8.* Inanis eſt igitur differentia illa, quam Bald. & alii, ut reſpondeant ad *d. l. in fundo*, inter bonæ fidei poſſeſſorem & vaſallum conſtituunt exiſtimantes, ideo illa quę de bonæ fidei poſſeſſore ibidem dicuntur, ad vaſallum accommodanda non eſſe, quoniam hic à domino cauſam habet, ille verò minus. Nam etſi bonæ fidei poſſeſſor non à domino cauſam, ut vaſallus, habet, propter bonam fidem tamen, qua nititur, inſtar domini cenſetur, & in rem, quam ſuam eſſe meritò putavit, impendendi cauſam non minus juſtam habuit, quàm vaſallus: quinetiam partes ejus hoc reſpectu juſtiores eſſe videntur, quia erogat in rem, quam legitimo titulo acquiſitam perpetuò fore ſuam probabili errore ductus exiſtimavit, cum interim vaſallus, probè ſciens feudum poſt mortem ſuam ad dominum reverſurum, impenſas fecerit. Quo igitur quæſo jure hinc magis, quàm ille ſumtus erogatos repetere poterit? Præterea utut alioqui hæc diverſitatis conſideratio ſeſe habeat, tamen eandem æſtimationis rationem obtinere etiam in iis, qui à domino cauſam habent, ſatis probatur ex *d. § vendentibus. & in d. c. 1. de reſtit. in integ.* fruſtra igitur, quoad differentia conſtituitur inter vaſallum & bonæ fidei poſſeſſorem.

Quinimò hoc idem, quod *in d. l. in fundo*; diſponitur, videlicet ſolum id, 19
quod impenſum eſt, (nam de converſo nullum eſt dubium, quin is etiam in feudis locum habeat) perſolvendũ eſſe, non autem omnem meliorationis ęſtimationem, diſertè etiam colligi poteſt ex verbis: *d. §. ſi vaſallus*: Non enim dicit textus, æſtimationem meliorationis perſolvendam eſſe, ſed ſolum ait, ſolvat precium meliorationis, videlicet hoc ipſum, quod à vaſallo inſumtum eſt. Idq; ex ſequentibus verbis clarius apparet, dum ibi conſiderat textus precium, quo ſervitus fundo acquiſita eſt. nam hoc ipſo ſatis innuit, non æſtimationem ſervitutis acquiſitæ, atq; ita totius meliorationis pręſtandam, ſed tantum precium, quod vaſallus expendit, ſolvendum. Potius itaq; hæc verba tam manifeſta cum jure communi optimè convenientia ſequamur, quàm ut aliũ intellectum juris rationi repugnantem affingere velimus. Et in materia feudali tenuit *Alciat. in conſ. 186. in fin.* inquiens, ad hoc, ut melioramenta ſolvantur, requiri probationem copulativam, quod tantum fuerit impenſum, quantum melioratum & contra: *per not. Abb. in d. c. 1. ext. de in integr. reſtit. Idemq; ſecutus eſt D. Schrader in ſuo tractat. feud. in 2. part. 9. part. princ. quaſt. 7.*

Bbbbb Hoc

Digitized by Google

20 Hoc † etiam circa hanc impenſarum æſtimationem prætermittendũ non eſt, nullam hoc loco duci rationem fructuum inde perceptorum, neque hoſce cum eo, quod impenſum eſt, compenſandos eſſe: quippe cum fructus ad vaſallum pertineant jure dominii, ſive jure proprio, atq; propterea locum ſibi vendicet doctrina *gl. in l. emtor: in princip. in verb. ſuperfluum: in fin. de rei vendica.* dicentis, quod hoc caſu fructus non debeant in ſumtus imputari: *quam ſequitur Bart. Bald. & DD. ibi, & in l. domos de legat. 1 & in l. in inſulam: §. fructus: ubi gl. in verbo: compenſatis: ſoluto matr. Molinæ, in d. loco, num. 78. verſ. amplio: Pariſ. conſil. 2. nu. 51.* ubi inde con-
21 cludit, id, † quod ex fructibus in meliorationem feudi impenſum eſt, repeti poſſe. *Idem tenuit in conſil. 55. numer. 23. vol. 3.* Denique ſciendum, in meliorationis æſtimatione eſſe etiam ducendam rationem deteriorationis, ita ut ſi vaſallus ædificia in feudo poſita deſtruxerit, atque alia in ipſorum locum ſubſtituerit, vel arbores exciderit, & alias in eorum locum ſubrogaverit, vel unum & idem feudum pro parte melius, pro parte verò deterius reddiderit, dominus id tantum reſtituere teneatur, quod deducto precio ædificiorum deſtructorum, arborum excíſarum, vel alterius deteriorationis ſupereſt, *ut docet Bald. in l. Aedem: C. locat. Corneus in conſil. 105. num. 11. lib. 2. Decius in Auth. qui rem: nu. 14. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Idq; ad propoſitum iſtud accommodavit *D. Schrader in d. tractat*

22 Cæterum † regula hujus §. eo, quo diximus, modo declarata extenditur primò, ut non ſolum locum habeat eo in caſu, quo feudum defuncto vaſallo aperitur domino, ſed etiam quando ad agnatos devolvitur. Idque ſine controverſia ab omnibus ibidem receptum eſt, *& ſequitur etiam Albert. Brun. in conſil. 105. & in conſil. 106. Ruinus in d. conſil. 14.*

23 Deinde † etiam idem obtinet non ſolùm in ſucceſſoribus univerſalibus, ſed & in particuleribus. *Neguſ. de pignor. 4. memb. 5. part princ. num. 23. Boër. deciſ. 44. numer. 14. & 19. Tiraq. in d. §. 7. gl. 1. num. 15.* ideoque etiam creditores vaſalli ſumtus meliorationis à domino, vel ab agnatis feudo ad eos devolute repetere poſſe, *oſtendit Alc. in conſil. 181.*

Tertiò, † textus iſte non ſolùm 24
procedit in ædificiis, de quibus loquitur, ſed regulariter in omnibus aliis meliorationibus, utputa in vineis, & arboribus fructiferis de novo plantatis: item in novelletis in fundo factis, ut loquitur JCtus *in l. veluti: de impenſ. in reb. dotalib. fact.* Nam & illos ſumtus, qui in ejuſmodi res collati fuerunt, rectè repeti ab hæredibus vaſalli, modò eorum utilitas perpetua ſit, *ſenſit Paul. de Caſtr. in d. conſil. 270. Ruin. in d. conſil. 14. Roland. à Vall. in d. conſil. 28.* Et quamvis *Paul. de Caſtr. in d. conſil. 270.* exiſtimaverit rem aliter ſeſe habere, in impenſis factis à vaſallo terram ſterilem & incultam ad culturam redigente, quem ſecutus eſt *Curtius jun. conſil. 144. num. 7. & Neguſant. in tract. de pignor. 4. memb. 5 part. princip. num. 11.* Contrà tamen quod hæ etiam impenſæ ab hæredibus repeti poſſint, *per l. utiles: junct. gl. verb. novale. de petit. hæred. & l. ſi ſervos: de pignor. action. & l. vel ſi viten: de impenſ. in reb. dotal. fact. docuerunt Andr. de Iſern. in d. §. ſi vaſallus: & ibi Alvarott. in verb. meliorationes, & Afflict. nu. 1. & 17. Bald. in conſil. 167. lib. 1. Ruin. in d. conſil. 14. nu. 2. & 3. lib. 1. & conſil. 135. numer. 15. lib. 3. Roland. à Vall. in d. conſil. 28.* & hanc ſententiam tanquam communem * defendit etiam *D. Schrader in d. loco*, eandem tamen reſtringens, ut locum non habeat, quando vaſallus ex lignis extirpatis plus utilitatis perceperit, quàm ipſe impendit in redigendo illud nemus ad culturam. *

Quartò † ex his, quæ diximus, manifeſtum eſt, textum noſtrum non in il- 25
lis ſolum rebus locum invenire, quæ

à feu-

à feudo commodè ſeparari poſſunt, ſed etiam in iis,quæ feudo ita ſunt conjunctæ,ut ſeparari nullo modo poſſint, *ut cenſuit Andr.de Iſern.& reliqui.* Nam etſi ea, quæ à feudo ſeparari non poſſunt, (b) domino feudi acquirantur, *c.1.§.è contrario: de inveſtit.de re alien. fact.* id tamen ita intelligendum eſt,ut nihilominus dominus id,quod impenſum eſt,refundere cogatur,*ut declarant omnes interpretes ibi, & poſt eos etiam Dn. Baro Schenck.* Idque dilucidè probatur ex verbis hujus §.dum ait,idem eſſe, ſi precio ſervitus fundo acquiratur.]Nam ſervitutem inter res à fundo ſeparabiles referendam eſſe, manifeſtum eſt ex *d.§.è contrario: & l.1.comm. prædior.* quod ſatis alioqui planum ideò monendum eſſe duxi, quoniam reperio, *Curt.jun.in conſil.165.numer.11. ſæpe d.§.ſi vaſallus:* ita interpretatum eſſe, ut tantummodo procedat in rebus, quæ à feudo ſeparari poſſunt. Nam eum in hoc naviter erraſſe,ex his, quæ jam commemoravimus, perſpicuum eſt.

26 Quintò † idem obtinet in impenſis voluptuariis, ſaltem quò ad hoc ut dominus vel impenſas ſive meliorationes illas tollere patiatur, vel æſtimationem ſolvat. Idque in iis quæ ſine deterioratione fundi tolli poſſunt abſque dubio procedit,ut probatur *in l.pro voluptuariis: de impenſ.in reb.dotal. fact.gl.in §.per retentionem: ubi DD. & Jaſ.numer.8.& inſtit.de action.gl.in d.l. in fundo: & ibi Bart.num.10.de rei vendic. Boër.deciſ.44.num.10. Socin jun.conſil.62.num.9.lib.1.* ſed quod attinet ad illas,quæ ſine incommodo fundi detrahi non poſſunt, res difficultate non caret, propter text. *d.l.pro voluptuariis,* per quem tradidit *Paul. de Caſtr. in d. conſil.270.num.3.lib.2* illas repeti non poſſe. Contrà tamen quod etiam hæ impenſæ deducantur, diſertè probatur *in d.l.in fundo:§.cenſuimus,* quatenus de pictura loquitur, quam inter voluptuarias impenſas referendam eſſe dubium non eſt, & tamen integrum permittitur domino, ut ſi eam abradi nolit,tantum præſtet,quantum laturus eſſet alter:per quem text. hoc docuit *gl. & Bart.ibi.* Idem magis clarè probatur *in l.3.§.proinde.de in rem verſo, & tenuit Alciat. in l.impenſa: num.9.de verbor. ſignif.Sylvan.conſil.49.num.73.in fin.lib.1. Menoch.in 15.remed.recuper. poſſ. num. 530. Idq́; ſecutus eſt etiam D. Schrader in d. tractat.* Neque obſtat text. *in d.l.pro voluptuariis.in fin.* ad eum enim reſpondet *Menoch.in d.loco.num.535.* ut apud eum videre licet.

Sextò, doctrina iſta procedit non ſolùm in meliorationibus factis ſumtibus & impenſis, ſed & ſi operis labore & induſtria quid in meliorem ſtatum redactum fuerit. Nam etiam operæ & induſtriæ æſtimationem deducere poterunt hæredes vaſalli, *ut not.Abb. & DD.in c.1.ext.de reſtit.in integ. Angel.in l.ſi à patre:in fin.de petit.hæred. Molinæus in conſuet.Pariſ.parte 1.:§.1.gl.5.numer. 86.* quod pluribus explanat *D. Schrader in d.tract.*

Sunt † etiam certi caſus, in quibus 27 regulæ *d.§.ſi vaſallus:* locus non eſt. Primò enim ea locum non obtinet in modicis impenſis: *l.omnino: de impenſis in reb.dotal.fact.*

Deinde † non procedit in impenſis 28 factis gratia colligendorum fructuum.(c) nam iſtæ hæredibus vaſalli refundi non debent,ut probatur *in l. divortio: §.impendia.ſolut.matrim l.3.in fin.de imp.in reb.dotal.fact.not.in l.impenſa:de verb.ſignif.Paul.de Caſt.in d.conſil.270.* Quod tamen intelligendum eſt, ſi fructus quorum gratia ſumtus facti ſunt jam eſſent collecti: nam ſi collecti non eſſent, tum etiam illæ impenſæ repeterentur, *l.prætor:§.Et ipſi itaq́;:de bon. auctor.judic.poſſid.l.quod ſi ſumtus: de petit.hæred.Zaſius in l.divortio:§.impendia, nu.7.ſolut.matr.Menoch.in d.loco: nu.519.* Sic quando ad perpetuam fundi utilitatem quid elocatum fuerit, etſi id fructuum perceptionem potiſſimum re-

Digitized by Google

ſpiciat, nihilominus tamen ſumtus illi repeti poterunt, ut de vineis, & arboribus fructiferis plantatis: item de novelleto ſuprà diximus, *& docuit etiam Paul. de Caſtr. in d. conſil. 270.* Licet interim hãc doctrinam nimium reſtringat, ut apparet ex iis, quę poſt *Ruin. in d. conſ. 14. vol. 1. & Rolan. à Vall. in d. conſil. 28. vol. 1.* ibidem monuimus.

29 Præterea † textui *d. §. ſi nullus*: locus non eſt, quando ob culpam à vaſallo commiſſam feudum domino aperitur. Nam hoc caſu impenſas repeti non poſſe, uno ore tradiderunt interpretes *ibid. per text. in l. 2. ubi hoc not. Jaſ. & DD. C. de jure emphyt.* Et quamvis *Molinæ. in d. loco: numer. 73 & numer. 77.* contrà exiſtimet, vaſallum ad exemplum emphyteutæ propter culpam eas tantum impenſas amittere, quas non tenebatur facere ex natura vel lege contractus, reliquas verò impenſas nihilominus repetere poſſe, conſiderans pro hoc prpprietatem vocabuli (ἐμπονήματα) quo utitur textus *in d. l. 2.*

Nam cum iſtud propriè ſignificet plantationem ſive vinearum, ſive arborum, aut alterius hujuſmodi: colligit inde, emphyteutam propter culpam non indiſtinctè amittere quæcunque in re impendit, ſed ſolum ea, quæ concernunt ſolitam & conſuetam meliorationem prædii, & quæ ex natura conceſſionis expreſsè vel tacitè erat obligatus impendere: ſecus in aliis, quæ debitæ meliorationis formam excedunt, & quæ ex natura & lege contractus non tenebatur facere: tamen ut rectè animadvertit *D. Schrader in d. tractat. feud. text. in d. l. 2.* non utitur ſolum vocabulo illo (ἐμπονήματα) ſed addit etiam de meliorationibus, inquiens, nulla ei in poſterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum quæ ἐμπονήματα dicuntur, opponenda. His enim verbis ſatis clarè deſignatur, pręter ἐμπονήματα etiam reliquas meliorationes eum amittere, *arg. l. ſi is qui ducenta, §. utrum. de reb. dubiis*; cum præſertim textus non ſolùm generaliter de meliorationibus loquatur, & quod conſequens eſt, etiam generaliter ſit intelligendus, *l. 1. §. cum verba: de off. præfect. urb. l. regula: §. fin. de jur & fact. ign.* ita ut omnia comprehendat, *l. in procuratore: C. mandati: c. 2. de obſervat. jejun.* ſed & inſuper utatur dictione univerſali, & quidem negativa (nulla) quæ ad excludendum & abrogandum majoris ſolet eſſe potentiæ & efficaciæ, *gl. in c. paſtoralis ex. de donationib. & Bart. in l. ſi ita: de auro & arg: legato Bald. in l generali: §. uxori: de uſufruct. leg.* Neque ait obſtare regulam, quæ docet, neminem cum alterius jactura locupletari debere. Nam cum damnum, quod quis ſua culpa ſentit damnum non eſſe reputetur: *l. quod quis. ubi not. DD. de reg. jur.* regula illa locum non habet præcedente culpa vel delicto, *gl. auth. qui rem. C. de SS. Eccleſ. gl. in § ſi verò quis: auth. de alie. vel emphy. gl. in l. Nam hoc natura: & ibi Jaſ. de condict. indebit. Cagnol. in d. l. natura: de reg. jur. cum aliis ab eodem D. Schradero in hanc ſententiam adductis.* Pluribus aliis modis regulam iſtam, de qua hactenus verba fecimus, extendit & reſtringit *Molin. Tiraq. Menoch. & D. Schraderus in locis ſæpius adductis*, quorum ſcripta cum paſſim in manibus habeantur, ſingula referre ſupervacaneum eſſe arbitror. Iſtud modò hoc loco prætermittendum non eſt, hæredibus vaſalli duplici potiſſimum remedio conſultum eſſe, ut haſce meliorationes conſequantur.

Primò † enim integrum eſt hæredibus, ut feudum retineant tamdiu, donec ſibi impenſæ & meliorationes factæ reſtituantur, *arg. l. ſi in area: de condic inde. l. ſi neceſſarias: in princ. de pignor. actio. l. ſi quis: & ibi gl. fin. de acqui. poſſ. l. Paulus de except. doli: per qua & alia ſimilia jura hoc docuerunt Bald. Alvar. Præpoſ. & Afflict. in d. §. ſi vaſallus.* 30

Idq; locum † habet, etiamſi vaſallus nulla facta mentione meliorationũ ſimpliciter fuiſſet condemnatus ad reſti- 31

reſtitutionem feudi. nam tum nihilominus in executione exceptionem hanc meliorationum opponere, & feudum revocare poſſet, donec ſibi ſatis fieret: *Specul. in tit. de executi ſent. §. fin. verſ. quod ſi bona fide: & in tit. de except. §. 1. verſ. ſed pone: Bart. in l. in fundo: de rei vendit. & in l. Paulus de except. doli mali. Jaſ. l. ſi in area: in princ. de condict. indebiti, Afflict. in d. §. ſi vaſallus. Tiraq. in d. loco: §. 1. gl. 1. num. 10. & multis probat D. Schrader in ſuo tract.*

32 Idem † obtinet, licet meliorationes nondum liquidæ fuerint. nihilominus enim hoc etiam caſu feudum retineri poteſt, donec liquidentur expenſæ: *Innoc. in c. 1. & ibi Auguſt. Ber. nu. 35. de reſt. in integr. Paul de Caſtr. in d. conſ. 270. nu. 2. lib. 2. Tiraq. in d. loco: num. 13.*

33 Niſi † dominus offerens, ſe ſatis facturum pro melioratione, eo nomine ſatiſdare vellet. Nam etſi *Paul. de Caſtro*, & poſt eum *Tiraq.* exiſtimaverint, ejuſmodi ſatiſdationem non ſufficere, contra tamen, quod vaſallus oblata cautione de reſtituendis meliorationibus cum liquidæ factæ fuerint, teneatur domino feudum reſtituere, rectius docuerunt *Innoc. & Abb. in d. c. 1. & ibi Boër. nu. 33. de reſt. in integr. Bart. in l. ſi finita §. item videamus: de dam. infect. Bar. conſ 36. nu. 32. lib. 2. Neguz. in tract. pign. 4. memb. 5. part. princ. concluſ. 3.* idq; in judicio ſe obtinuiſſe teſtatur *D. Schrader.* Nec obſtat auctoritas *Caſtrenſ.* is enim loquitur de eo caſu, quo vaſallus erat condemnatus feudum tradere, reſtitutis tamen prius expenſis, ſive meliorationibus. Nam cum ſententia lata, hac forma jam præſcripta, eſſet, quod prius reſtitui deberent expenſæ, ideò non ſufficit cautionem præſtare, ſecus aliàs: ita doctrinam illam declarant *Barb. in d. conſil. 36. num. 32. lib. 2. & Negu. in d. loco.*

34 Ut † autem hoc retentionis remedio commodè utantur hæredes, neceſſe erit, ut domino feudum repetente excipiant de melioratione facta. Si enim hoc ab ipſis prætermitteretur, ſimpliciter ad reſtitutionem feudi condemnandi eſſent, *ut docet Pariſ. in conſil. 33. num. 52. lib. 1.* quod uſque adeò verum eſſe, ut, licet ex actis de meliorationibus appareat, judex tamen ſupplere non poſſit, niſi opponatur, multis probat *D. Schrader in d. ſuo tractat. in 1. limitat.*

Alterum † remedium, quo meliorationes hæredes conſequi poſſunt, eſt, ut reſtituto feudo, impenſas ſive meliorationes condicant, atque repetant à domino. Nam hoc etiam nomine actionem ipſis competere, docuit *Matth. de Afflict. in d. § ſi vaſallus: numer. 10. Tiraq. in d. §. 7. gl. 1. num 7. Berous in d. c. 1. num. 35. de reſt. in integ. Molina. in d. loco.* 35

Etſi † autem hæc ſecundùm jus 36 commune feudorum ita procedant, tamen juxta jus noſtrum Saxonicum, ad ædificia quod attinet, res aliter ſeſe habet. Nam eo jure exiſtimatum eſt, dominum propter ædificia nihil præſtare debere hæredibus, ſed feudum cum ædificio ad dominum ſine ulla impenſarum refuſione pertinere, propter textum *in art. 21. lib. 2. Spec. Saxo* (e) (e) Quamvis enim verba illius art. non adeò clara & manifeſta ſint, ut non ex jure communi commodam interpretationem admittere poſſint: Nam ex eo, quod ibi dicitur, ædificia cum fundo ad hæredes feudales tranſire, minimè ſequitur, hoſce ab omni impenſarum refuſione immunes eſſe debere: quippe cum hæc nihil invicem commune habeant, ſed hunc recipere poſſet intellectum, ut nihilominus hæredes impenſas refundere teneantur, ſicut etiam id, quod *in §. è contrario: de inveſt. de re alien. fact.* generaliter diſponitur, meliorationes, quæ, per ſe non poſſunt ſubſiſtere cum feudo ad dominum tranſire, *ex d. § ſi vaſallus:* hanc conſequitur interpretationem, ut nihilominus ſumtus meliorationum reſtitui debeant. quia tamen in

hanc, quam paulò ante diximus, ſententiam communiter ſunt intellecta, ut teſtatur *auctor. differ. jur. civil. & Saxon. differ. 36.* & ſecundùm eam ſæpius tàm reſponſum, quàm judicatum fuiſſe memini, ideò huic receptæ & inveteratæ conſuetudini teſtimonium perhibere volui potius, quàm argumentis in medium adductis contra niti. Non enim in dubium vocanda ſunt ea, quæ longo uſu certam interpretationem jam receperunt: *l. minimè de LL.* Rectè itaque hoc ipſum Conſtitut. Electoralibus fuit confirmatum, *part. 3. conſtit. 31:* Eſtque circa verba *d. art. 21.* diligenter notandum eum non ſolùm in verſ. Wird es aber frey und ledig ſeinem Herrn / eo de caſu loqui, quo feudum domino apertum fuerit, ſed & *in verſic. pen. ibi:* Hat auch ein Mann einen Sohn / idem de filio ſuccedente diſponere, prout etiam utrunque caſum complectitur jam dicta Conſtitutio ibi: Dem Lehnsherren oder dem Lehnsfolger. Nulla igitur hoc caſu (ut quoſdam conatos fuiſſe animadverti) effingenda erit differentia inter caſum, quo feudum domino aperitur, & quo per ſucceſſionem devolvitur: ſed potius utrobique idem jus ſtatuendum.

37 Quia † tamen jus Saxonicum de ædificiis tantum loquitur, de cæteris verò meliorationibus nihil eo jure diſpoſitum reperitur, meritò ſanè quis dixerit, in cæteris jus commune etiam in foro Saxonico obſervandum eſſe.

38 Nam † verba cujuſvis diſpoſitionis à jure communi recedentis ſtrictè accipienda ſunt, & ne latum quidem unguem ab illis eſt diſcedendum: *l. 1. §. is qui: §. in re igitur dubia: de exerc. act. l. quod conſtitutum: de milit. teſta. l. conſtitutionibus: ad municipalem: Bart. & DD. in l. non dubium: C. de LL.* Ideoque verbis ſtatuti ceſſantibus, etiam ipſa diſpoſitio, ut ceſſet neceſſe eſt: *l. 4. §. toties: de damn. infect. l. ſi ſervum: §. non dixit prætor: de. acquir. hæred. Bald. in l. illam: numer. 1. C. de collat.* & quod conſequens eſt, id, quod literis eorum prætermiſſum eſt, in juris communis diſpoſitione relictum cenſetur. *l. ſi cum dotem: ſolut. matrimon. l. ſi extraneus: de condict. cauſ. dat.* Cum aliis in hanc ſententiam adductis *à Tiraquell. in l. ſi unquam: in verb. libertis: C. de revoca. donat.* Cur enim ſtare prohibeatur, quod expreſsè non mutatur: *l. ſancimus: C. de teſtamentis. l. præcipimus: C. de appell.*

39 Cui † ſuffragatur etiam alia crebris interpretum ſermonibus trita juris regula, quæ docet, eam ſemper capiendam eſſe interpretationem, ut juris communis correctio, quoad ejus fieri poſſit, evitetur. *c. cum dilectus: de conſuetud. c. cum expediat: de elect. libr. 6. l. 2. C. ſi ex nox. cauſ. aga.* Cum enim doctrina iſta in illis etiam locum habeat, quæ ad juris communis correctionem tendunt: utique multò magis in propoſito obtinebit, ubi præter ædificia jure Saxonico de meliorationibus cautum nihil extat: cum præſertim etiam hoc ipſum, quod de ædificiis eo jure diſponitur, magis ex conſuetudine hanc interpretationem acceperit, quàm verbis ſatis ſit expreſſum, ut paulò ante monuimus. Neque huic ſententiæ repugnat Conſtitutio Electoralis. nam etſi ea tam in titulo quàm in principio textus jus commune referens, generaliter de melioratione feudi loquatur, tamen in fine, quatenus juris Saxonici diſpoſitionem recenſet, & confirmat; de ædificiis tantum verba facit, hoc ipſo ſatis clarè deſignans, in ædificiis duntaxat jus Saxonicum à jure communi recedere: in reliquis verò meliorationibus jus commune nihilominus locum ſuum obtinere: *arg. l. cum prætor. in princip. de jud. l. nam quod liquida: §. fin. de pen. leg. maritus: C. de procura.* & animadverti tandem, hanc ſententiam etiam amplecti Collegium juridicum Witte-

Wirebergenſe, inde reſpondens, hæredes feudales impenſas meliorationis feudi, exceptis ædificiorum ſumtibus, refundere debere. Et de incremento intrinſeco hactenus.

(f) Ad augmentum extrinſecum (f) quod attinet, iterum diſtinguitur, utrum iſtud facto aliquo vaſalli interveniente, feudo acceſſerit: an ſine illius facto ex ipſa natura rei fuerit unitum feudo: an verò augmentum partim facto hominis, partim diſpoſitione legis factum fuerit. Ad primum membrum ea pertinent, quæ accedunt feudo non ut feudo, nec in eadem qualitate ejuſdem feudi, ſed conjunguntur ex deſtinatione patrisfamiliâs, vel alia ratione, præter conceſſionem vel inveſtituram feudalem: puta ſi habens feudum, conſiſtens in centum jugeribus terræ arabilis, emeret vineam, hortum, & quædam jugera prati ſita juxta fundum ſuum, eademque uniret feudo, fortè ſub eadem clauſura, reditibus & rationibus confuſis ſub denominatione unius, & ejuſdem feudi: ex quo plerunque apparet, unum & eundem ex pluribus partibus fundum eſſe factum, *arg. l. prædiis §. Titio. de leg. 2.*
40 cum † deſtinatione patrisfamiliâs (g)
(g) fundus conſtituatur, dilatetur & limitetur *l. quod in rerum natura: §. ſi quis poſt: l. planè. 1. §. fin. de legat. 1. l. ſi quis duas: §. ſi quis partem: verſ. planè ſi diviſit: Comm. prædi. l. communi dividundo: §. 1. Commun. divid. l. dotale prædium: §. 1. de fund. dota. l. locus: de verbor. ſign. l. ſi quando: de aur. & arg. lega.*

41 Modo † illa deſtinatio declaretur per aliquem actum facti, ex quo colligatur, poſſidentem voluiſſe fundum de novo acquiſitum unire veteri, jure perpetuæ acceſſionis, unumque fundum conſtituere, *ut docet Raphael. Cum. in l. ſervi electione. §. fin. de leg. 1. Alex. in conſil. 169. viſo themate: col. 3. vol. 5. Socin. in l. 1. col. 2. verſ. primus eſt: & in col. 3. verſ. quartus & ultimus caſus: de reb. dub.*

In † hujuſmodi itaque ſpecie facti 42
res, quæ ſic adduntur & uniuntur prædio feudali, licet cum eo fiant unus fundus, non tamen uniuntur feudo, in quantum eſt feudum: quia non uniuntur in qualitate feudali ejuſdem feudi: imò quoad ipſam qualitatem feudalem nihil habent commune cum feudo, ſed ſunt prorſus ſeparatæ & diſtinctæ, nec tenentur nec recognoſcuntur à domino illius feudi, ſed nova indigent inveſtitura, antequam naturam feudi ſortiantur: ideoque feudo aperto non aperiuntur domino, ſed ad hæredes vaſalli tranſeunt: ut dilucidè probatur *in §. è contrario: de inveſtitu. de re alien. fact.* ubi etiam hoc notant Feudiſtæ. Quæ enim facto hominis adjiciuntur fundo, propriam & ſeparatam habent conditionem, & egent ſeparata poſſeſſionis apprehenſione, & ſeparata præſcriptione, *ut inquit text. in l. qui fundum: §. 1. pro emtor. per quem hoc docet Molinæus in conſuetud. Paris: §. 1. gl. 5. nu. 20.*

Ex † quo fit etiam, ut, ſi vaſallus 43
(h) juriſdictionem aliunde (h) acquiſierit prædio feudali, ea tamen feudo aperto non tranſeat ad dominum, *ut tradiderunt Bald. Alvar. Affl. & Dn. Baro Schenck in d. §. è contrario: & Molin. in d. l. nu. 44.*

Nam † juriſdictio poteſt per ſe 44
ſubſiſtere, & ſalva ſui ſubſtantia ſeparari à Caſtro, prædiis & rebus feudalibus, ut feudum ſit unius, jurisdictio alterius, *ut patet ex iis, quæ not. Bart. in l. 1. col. fin. de jurisdict. omn. jud. Bald. in l. data opera: col. 10. ſuper prædicamento ſitus: ad fin. C. qui accuſ. non poſſ. Paul. de Caſtr. in conſil. 56. incip. videtur dicendum: vol. 2. Alex. in conſil. 76. in caſu & lite: col. 2. vol. 2. Decius in conſil. 483. col. 2. conſ. 528. col. fin.* Neque mirum, cum jurisdictio in abſtracto & per ſe conſiderata nihil habeat commune cum proprietate; uſque eò, ut prædiis particularibus alicujus caſtri alienatis, juriſdictio conceſſa non cenſeatur *ſecundum Bart. in d. l. 1. in fin. quem ſequuntur*

tur omnes ibi, & Bald. in l. à procuratore. C. mandati & in c. 1. §. fin. per illum text. & ibi Alvar. col. fin. nu. 4. quib mod. feud. amit. & in conſil. 238. conſiderandum eſt: & in conſil. 293. Thema integrale: & in conſil. 322. in primis: vol 4. Oldrad. in conſil. 179. factum tale eſt: Ludovic. Rom. in conſil. 144. An dictum caſtrum: Jacobi: de S. Georg. in verb. de caſtro rubri montis. col. 1. & 2. Quamobrem licet juriſdictio acquiſita & unita feudo per vaſallum veluti unum corpus cum caſtro efficiatur, & ut acceſſorium cenſeatur caſtro tanquam principali & digniori adhærere: *Bart. in l. inter eos: de acqu. rer. dom. Petr. de Anchora: in c. acceſſorium. col. 32. de reg. jur. in 6. Alex. in conſil. 35. viſo proceſſu: col. 2. vol. 4. & in d. l. 1. col. fin. de juriſdict. om. jud.* ſicut deſtinatione patrisfamiliâs prædium acquiſitum efficitur unus fundus cum feudo, quia tamen juriſdictio, vel prædia addita feudo non efficiuntur feudum, neque uniuntur ei in eadem qualitate feudali ejuſdem feudi, meritò cum feudo ad dominum non tranſeunt, quemadmodum iiſdem verbis declarat *Molinaeus in d. loco. nu. 46.*

45 Hæc † tamen doctrina limitatur, ut locum non habeat, quando vaſallus rem allodialem unitam feudo, ſciens
(*i*) eam liberam eſſe, (*i*) & volens ſubjicere domino, recognoviſſet ab illo acceptante, & ab eo concedente in feudum recepiſſet: quippe cum hoc modo res libera feudalis efficiatur: *Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua: verſ. 52. & ibi Joann. Andr. in addit. verſ. 60. in fin. Paul. de Caſt. in l. cum falſa: verſ. breviter iſtud: de jur. & fact. ignor. & in conſil. 11. ſuper primo quæſito: vol. 2. Jacob. de S. Georg. in inveſtit. feud. in verb. ſubſequenter: col. 7. & 8. quod pluribus explanat Molina. in d. §. 1. gl. 5. nu. 22. & ſeqq.* vel ſi per 30. annorum ſpacium de illis bonis tanquam feudalibus peculiare ſervitium præſtiterit domino, *ut docuerunt Andr. de Iſern. Bald. Alvar. & Aſ-*
46 *flict in d. §. è contrario:* vel † aliud quid interveniſſet, ex quo bona illa, priſtina natura immutata, in feudũ fuiſſe converſa, veriſimiliter apparere poſſet: de quibus, quia non ſunt hujus loci, copioſe agitur ab interpretibus *in d. §. è contrario: Alex. in conſil. 55. nu. 9. vol. 4. Decius in conſil. 517. in fin. Rutn. conſil. 22. vol. 1. Curt. jun. in conſil. 140. & in conſil. 184. Marian. Socin. in conſil. 65. & conſil. 68. vol. 1. Molina. in conſuet pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 20.* Incrementum verò, quod abſque facto hominis feudo accidit (de quo in ſecundo membro diximus) per alluvionem, (*k*) vel (*k*)
etiam ſubitum fluminis impetum contingit: ſiquidem † non id ſolum, quod 47
per alluvionem feudo ſenſim accreſcit, vaſallo acquiritur, ſed & quod fluminis impetu palam accedit, ut probatur *in §. Si quis de manſo, (l) ibi, omne incre-* (*l*)
mentum jure feudi obtineat: de contr. inveſtit. per quem hoc uno ore ibi tradiderunt interpretes, modò incrementum iſtud apparens coaluerit, & unitum fuerit feudo, ut diſcerni & ſeparari non poſſit, cum ante non deſinat eſſe prioris domini: *L. adeo. §. 2. verſ. planè ſi longiore: de acq. rer. dom. l. hæc amplius: §. Alphenus: de dam. infect.*

Neque † refert, quod in uſufructuario diſtinguitur, utrum incrementum ſit latens, an vero apparens, ita ut illud tantummodo ad uſufructuarium pertineat, hoc verò proprietario acquiratur: *l. ita ſi fundum. §. 1. & 2. de uſufruct.* Nam etſi vaſallus in multis æquiparetur uſufructuario: verum tamen nihilominus eſt, cum plus juris obtinere in feudo, quam uſufructuarium, ratione uſus fructus: quippe cum utile dominium habeat, & iſtud ad hæredes etiam ſuos tranſmittat: quod ſecus eſt in uſufructu, cujus jus morte finitur. *§. finitur: Inſtit. de uſufruct.* Non mirum igitur, cur vaſallus ratione hujus utilis dominii incrementum apparens magis acquirat, quam uſufructuarius, *ut declarat Bald. in d. §. Si quis de manſo: & ibi etiam Aſflict. nu. 15.* quod 48

latius

latius etiam explanat *Molina. in d.* §. *1. gl. 5. nu. 104.*

49 Hujuſmodi † igitur incrementum ſive latens ſive apparens, aperto feudo, unà cum ipſo ad dominum tranſit. Nam, ad alluvionem quod attinet, planum eſt, per hanc incrementum nobis obvenire, eo jure, quo fundus augmentatus primum ad nos pertinebat, & omnino ſimile effici ei, cui accedit: *d. l. adeò* §. *l. ubi dicitur acquiri ipſi fundo. l. Si ego:* §. *idem ait: verſ. quod tamen per alluvionem, de publ. in rem acti.*

50 & ſic † eodem jure, eadem cauſa & qualitate acquiritur & poſſidetur ſicut ager, cui adjectum eſt, *ut docet Bart. in tract. de alluvio: in verſ. noſtro. in princ. & in verſ. acquiritur nobis: in princ.* Ex quo fit, ut habenti in prædio augmentato plenam proprietatem iſtud incrementum acquiratur jure plenæ proprietatis. *l. 1. 2. & 3. C. de alluv.* & habenti quaſi dominum accreſcat jure quaſi dominii: *d. l. Si ego.* §. *idem:* habenti vero poſſeſſorium titulum & uſucapiendi conditionem accedat in poſſeſſione titulo, & præſcriptione, uſque eò ut non ſit nova præſcriptione opus, ſed perfectè præſcribatur eadem præſcriptione pro ſolo tempore reſtante in principali fundo: *l. qui fundum* §. *1. & ibi gloſſ. in verb. conditionem: quam Ang. & omnes ibi ſeq. de uſucap. pro emtor.* ſic habenti jus uſusfructus, accreſcit jure uſusfructus: *l. item ſi fundi* §. *huic vicinus. l. Titio: in fin. de uſufruct.* & habenti jus pignoris accreſcit jure pignoris: *l. ſi conveniunt* §. *ſi nuda: de pignor. act. l. ſi fundus: in princ. de pignor.* Quocirca cum vaſallus in feudo utile dominium habeat, ſequitur etiam jure ejuſdem utilis dominii augmentum per alluvionem ipſi accreſcere, & quod porro conſectarium eſt, tam diu ad ipſum ſpectare, quam diu durat feudum: hoc verò reſoluto cum ipſo feudo ad dominum reverti, & directo dominio conſolidari: *d.* §. *ſi quis de manſo: &* §. *rurſus: de controv. inveſt.*

Eadem † ratio locum etiam obtinet in apparente incremento, quod vi fluminis adijcitur prædio. Nam & iſtud ipſi fundo fit: *d. l. adeò:* §. *2. in fin.* & accedit de jure gentium ſine facto hominis in unitatem ejuſdem rei: *d.* §. *hactenus,* & quod conſequens eſt, eodem jure, titulo, cauſa & qualitate cenſetur acquiſitum & poſſeſſum, *ut tradit Bart. in d. tract. de alluv.* ideoq; emphyteutæ & alii cuicunq; habenti dominium utile, & ſic etiam vaſallo accreſcit, jure ejuſdem utilis dominij, *ut tenent Alber. in l. 1. col. fin. C. de jur. emphy. & ibi Bart. & Salic. col. 2. Jaſon. num. 79. idem Jaſ. in l. de quibus num. 26. de LL. Albert. Brun. in tract. de augm. concluſ. 16. ampl. 7.* Par igitur eſt, cum ùtrobiq; eadem ſit ratio, idem etiam jus ſtatuatur, & quemadmodum incrementum latens feudo aperto ad dominum tranſit: Sic etiam incrementum apparens ad ipſum devolvatur, *ut poſt Bald. Afflict. & alios in d.* §. *ſi quis de manſo: docet Molinæus in d.* §. *1. gloſſ. 5. num. 102.* ubi etiam pluribus declarat, quando incrementum apparens cenſeatur feudo accreſcere. Ad miſtum incrementum propriè refertur præſcriptio, in qua tam factum hominis poſſidentis, quàm legis diſpoſitio concurrit. 51

In hoc igitur genere diſtinxit *Bald. in* §. *rurſus: de controverſ. feud.* utrum † præſcribendi titulum quis à domino nactus fuerit, an verò alioqui per errorem juſtum præſcripſerit aliquid in augmentum feudi. Et in priore caſu concludit, id quod eſt præſcriptum, feudo aperto ad dominum redire, ut puta, ſi quis eſſet à domino inveſtitus de re aliena, & ea præſcripta, deinde decederet, tum res iſta ad dominum, à quo titulum præſcribendi nactus eſt, devolveretur. 52

Nam præſcriptio eſt acceſſoria præcedentis tituli: *l. ſi alienam: & l. qui alienam: de donat. cauſ. mort.* ideò quo titulus redit, etiam præſcriptio tranſit: *arg. l. indebiti:* §. *fin. de condict. indebit:*

& qua

Digitized by Google

& quæ ibi not. In poſteriori verò caſu, quando vaſallus ex facti ignorantia præſcribit ultra terminos conceſſionis, quia iſtud non conſequitur ex titulo à domino impetrato, ſed per errorem, ideo feudo aperto, ad dominum non devolvi exiſtimat *arg. l. debitor. §. fin. ad Trebell.* ubi JCtus reſpondet, id, quod per errorem hæredi fidei commiſſo gravato adjudicatum fuerat, ad fidei commiſſarium non tranſire, ejus hanc afferens rationem, quia non occaſione hæreditatis, ſed errore habuit. Hanc tamen ſuam doctrinam reſtringit Bald. ut locum non habeat, quando feudo, duobus diviſis partibus, conceſſo alter ex vaſallis juſto errore de feudo convaſalli aliquid præſcripſiſſet, fineſque ſui feudi protendiſſet. Nam cum hoc caſu rem ipſam feudalem à domino profectam eſſe ex prima ejuſdem conceſſione conſtet, ideo meritò ad eundem revertitur, cum alioqui penitus vacaret. Nam ad hæredes poſſidentis tanquam res feudalis tranſire non poteſt, neque etiam ad eum, qui præſcriptione iſtud amiſerat. *l. ſicut in annos: quib. mod. uſusfruct. amittat: l. ſolita providentia: C. de remiſſ. pignor.* Reſtat igitur, ut unà cum feudo ad dominum redeat: *& Bald. ſequitur Alvarott. ibi, & Curt. jun. in tract. feud. parte 4. verſ. aggredior primam regulam principalem quæſtio. 1. nu. 90.*

53 Sed † quatenus Bald. concludit, in caſu, ubi vaſallus juſto errore ductus ultra terminos feudi conceſſi, præſcribit, iſtud incrementum feudo aperto non tranſire ad dominum, in eo improbatur à Martin. Laud. & Præpoſ. *in d. §. rurſus*, qui verbis univerſalibus illius textus moti, contra exiſtimarunt, etiam ejuſmodi incrementum præſcriptione quæſitum ad dominum cum feudo devolvi: quam ſententiam contra Bald. defendit etiam *Molinæ. in conſuetud. Paris. §. 7. nu. 30.* inde ſupini erroris eum arguens. Quoniam licet, inquit, vaſallus augmentum præſcriptione conſequatur per errorem, tamen tanquam vaſallus & ratione ejuſdem feudi acquirit, referendo ad titulum conceſſionis, vel ampliationis feudi, & ſic neceſſario in eadem cauſa, & ſub iiſdem conditionibus acquirit, ita ut in idem feudum habeat, & eadem præſcriptione etiam dominus conſequatur, ut à ſe incrementum iſtud teneatur. Meritò itaque feudo aperto, una cum ipſo ad dominum tranſit. Eſt enim hæc firma regula in omni augmẽto, ut ſit ejuſdem conditionis & naturæ cum eo, cui additur: *l. inter ſocium: §. cum inter: ibi, nec ſuperabitur portio dotis, quæ data eſt additamenti cauſa: de pact. dotal. l. etiam. C. de jur. dot. l. Si ego: §. penult. de public. in rem act. l. ſi convenerit: §. ſi nuda: de pignor. actio.* Atque hinc ait, non obſtare rationem à Baldo conſideratam, quaſi vaſallus non præſcribat propter titulum auctoris, ſed per errorem, quoniam non ſimplex & nudus error debet inſpici, ſed potius titulus erroris, qui cum innitatur feudo conceſſo à domino, meritò ſecundum qualitatem ejus judicabitur.

Ad † textum *in d. §. fin. l. debitor: ad Trebell.* reſpondet *Præpoſitus*, quod is ſolum locum habeat in fideicommiſſo, in cujus reſtitutione non veniunt, niſi percepta ex ultima voluntate: non autem, quæ quis ex contractu vel per ſententiam quæſivit. Sed hæc ſolutio non ſatis declarat, cur in feudis idem non obtineat: planius itaque textum illum interpretatur Molinæus, exiſtimans, propterea id, quod per errorem hæredi adjudicatum fuerat, non venire in compromiſſo, quoniam adjudicatio illa erronea nõ fuit facta matri tanquam hæredi, nec ex cauſa hæreditaria, ſed tanquam perſonæ extraneæ prætextu pacti invalidi. ex hac igitur cauſa adjudicatum non debet imputari in Trebellianicam, quæ eſt pars hæreditatis. at hic vaſallus, licet acquirat per errorem, tamen non tanquam tertius extraneus, ſed tanquam vaſallus, & ratione

tione ejuſdem feudi acquirit, ut paulo ante dictum fuit. Non itaq; manifeſta ſubſiſtente diverſitate ex textu iſto ad propoſitum noſtrum ullum depromi poterit argumentum.

55 Ex † quibus tandem *Molina*: doctrinam iſtam declarat, eam tum demum recte procedere, quando vaſallus ultra terminos conceſſionis tanquam vaſallus, & ex cauſa ſive titulo feudi præſcripſit aliquid: ſecus verò, ſi tanquam extraneus ex alia cauſa, & titulo quippiam præſcripſiſſet: nam in hoc caſu locum eſſe opinioni Baldi putat: neq; ſanè mirum: quia tum ejus, quod non ex cauſa feudi, ſed titulo aliundè quæſito præſcribitur, à vaſallo tanquam extraneo, ſi non major, ſaltem eadem eſt ratio, atq; ejus, quod facto hominis feudo unitur, de quo in primo membro diſtinctionis dictum fuit. Cumq; ex his manifeſtum ſit, opinionem Laudenſis & Molinæi optima ratione niti: huic ſanè nos quoq; meritò ſubſcribimus, Et de extrinſeco etiam incremento hæc ſufficiant. Quæ etſi iiſdem penè verbis à Molinæo *in d. loco* tradita reperiuntur: quia tamen ibidem alia quædam intermiſcet, quæ à propoſito aliena obſcuritatem quandam pariunt, hæc verò illis, quæ de intrinſeco augmento in principio hujus quæſtionis dicere cœpimus, optimè conveniant, ideo ut plenius complectamur materiam, hoc loco prætermittenda non eſſe duximus, Molinæo interim, ut ſuum cuiq; tribuamus, pleniorem hujus articuli explicationem pro candore noſtro ingenuè acceptum ferentes. Plura qui hac de re cognoſcere deſiderat, is tum alios ſupra citatos tum præcipuè *D. Schraderi* tractatum conſulat, qui præ cæteris hanc materiam luculenter explanavit.

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

EO (*a*) tempore quo revertitur ad dominum,] Pretii melioramentorum ratio ſecundum tempus præſens an præteritum inſtituatur, vide *Roſenthal. in tractat. de feud. cap. 10. concl. 43. n. 90. Maſcard. de probationib. concl. 1040. n. 19. vol. 2. Boër. deciſ. 44. n. 12. & 13.* qui defendunt in prædictis locis, quod æſtimatio fiat ſecundum præſens tempus.

(*b*) Quæ à feudo ſeparari non poſſunt] ut ſunt foſſæ, piſcinæ, ſtagna, vineæ vel arbores plantatæ, ſervitutes reales, libertates vel immunitates, à vaſallo acquiſitæ, prout generaliter in iis, quæ à feudo nullo modo ſeparari poſſunt concludit, *Prapoſit c. 1. §. à contrario. n. 2. in fin. de inveſtit. de re alien. fact.* & in piſcinis foſſis & ſtagnis hoc tradit, *Berous quæſt. 96. Molin. in conſuetud. Pariſienſ. part. 1. §. 1. gloſſ. 5. n. 74. Ruin. conſ. 14. n. 2. & 3. lib. 1.* An autem piſces ex ſtagnis & piſcinis debeantur ultimi vaſalli hæredibus? vide in utramque partem: *Roſenthal. in tract. feud. cap. 10. concluſ. 42. n. 6. & concluſ. 43. n. 55. Tiraquel. de retract. conſanguinit. §. 1. gl. 1. nu. 117. Molinæ. in conſuetud. Pariſienſ. §. 1. gloſſ. 8. num. 17.*

(*c*) Colligendorum fructuum] An ſumptus fructuum percipiẽdorum cauſa facti reputentur & repetantur, negant cum parente hîc *Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. n. 153. Natta conſil. 256. nu. 1. Bald. conſil. 167. nu. 3. vol. 1. Nicol. Boërius deciſ. 44. Schrader. de feud. part. 2. 9 part. princ. ſect. 2. n. 25. & 105.*

(*d*) Item de novelleto] ſic agrum ſaxoſum, aquoſum vel vepribus ſterilem excolendo vaſallus ob perpetuam feudi

feudi utilitatem jus repetendi ſumptus ad hæredes tranſmittit, *Schrader de feud. 2. part. part. 9. princip. ſect. 2. n. 25. & 105.* certum enim eſt illas impenſas per quas rei qualitas mutatur & bonitas augetur perpetuam utilitatem reſpicere, *Bald. conſ. 167. n. 3. lib. 1.* & repeti poſſe *Bart. d. l. impenſæ. ff. de impenſ. in reb. dotal fact. Ruin. conſ. 14. n. 3. lib. 1. & conſ. 135. n. 15. lib. 3.* præſertim ſi illæ impenſæ ſint magnæ *Cuman. conſ. 56. Corn. conſ. 86. lib. 4. Boër. deciſ. 44. n. 25. Arius Pinellus in repet. l. 1. part. 2. num. 70. C. de bon. maternis.* Utrum autem hæres repetat melioramenta pro fundo ſaxoſo dumetis repleto exſtirpato, ſi ſumptuum compenſationem habere potuit per venditionem ſaxorum erutorum vepriumque diſtractionem: *vide Schrader. de feud. 2. part. part. 9. princip. ſect. 2. n. 26. Roſenthal de feud. cap. 10. concluſ. 43. num. 66. & num. 67.*

(*e*) Per textum *in artic. 21. lib. 2. ſpecul. Saxon.*] Vide *Jacob. Schultes ad tract. Rotſchitz de dotalit. art. 25. n. 25. & ſeqq.* ubi hunc textum de ijs ſaltem ædificiis intelligendum exiſtimat, quæ ſolo fixa ſunt, ita quidem ut fundamentum ſolo immiſſum habeant, atq; hinc concludit, molam alatam pnevmaticam eine Windmühle / ſucceſſoribus feudi nequaquam deberi, ſed defuncti vaſalli hæredibus.

(*f*) Ad augmentum extrinſecum] Augmentum feudale num ſortiatur naturam rei auctæ diverſæ, item incompatibilis in feudis, *vide Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. n. 108. Alexand. conſil. 103. n. 17. lib. 1. Burſat. conſil. 44. n. 6. lib. 1.*

(*g*) Cum deſtinatione patris familias,] Deſtinatio patris familias vere unientis augmenta prædio, ea de pertinentibus facit adeo, ut prædio translato augmenta ſimul translata videantur *Roſenthal de feudis cap. 10. concluſ. 43. n. 29. Molina. in conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. nu. 18. & ſeq. item §. 30. num. 101. Schrader. de feud part. 2. part. 9. ſect. 2. n. 10.*

(*h*) Si vaſallus juriſdictionem aliunde,] Juriſdictio caſtro feudali aliunde per vaſallum quæſita ad hæredes ejus pertinet feudo etiam devoluto, *Roſenthal de feud. cap. 10. concluſ. 43. n. 18. Schrader de feud. part. 2. part. 9. ſect. 2. n. 11. Fachinæus lib. 7. controverſ. cap. 89. Clar. & Bajard. in recept. ſentent. §. feudum quæſt. 88. num. 5.*

(*i*) Sciens eam liberam eſſe,] Augmenta feudalia per cognitionem ſcienter à vaſallo factam fiunt feudalia, *Roſenthal. de feud. cap. 10. concluſ. 43. num. 33.*

(*k*) Per alluvionem,] Quoad alluvionum incrementa ad vaſallum ſemper pertinentia, nulla habita diſtinctione reſervationis vel poſſeſſionis, vide *Zaſ. de feud. part. 6. n. 47. Ferrar. Montan. in tract. de feud. lib. 5. cap. 4. verſ. prætera Clar. Giachar. & Bajard. in recept. ſentent. § feudum quæſt. 88. verſ. item quæro*

(*l*) In §. ſi quis de manſo,] Pro intellectu hujus §. vide *Baptiſt. Aymon. Parmenſ. in tract. de alluvionib. lib. 2. cap. 11. inprimis n. 17.*

QUÆSTIO XLIII.

CUM FRATRE UTRINQUE CONJUNCTO UTRUM SUCCEDAT FILIUS fratris, qui ex altero latere tantum conjunctus fuit defuncto.

1. *Frater conſanguineus jure feudorum ſuccedit una cum fratre utrinq; conjuncto.*
Et quæ ſit ejus ratio: nu. 13.

2. *Jus*

2 *Jus repræſentationis in feudis locum habet, etiam jure Saxonico.*
3. *Extenſio, per quam jus commune corrigitur, non facilè admittenda. Declaratur num. 18.*
4. *Jure feudali quæ expreſſè deciſa non ſunt, in his tenendū eſt jus commune.*
5. *Jure communi proximiores in gradu ſuccedunt, excluſis remotioribus.*
6. *Jus repræſentationis utpote juris communis correctorium locum habet ſolum in caſibus expreſſis.*
7. *Plures defectus magis afficiunt, quam unus.*
8. *Teſtes inhabiles in defectum aliorum non admittuntur, pluribus defectibus concurrentibus.*
9. *Accuſatus quandoq; reaccuſare poteſt, niſi aliud impedimentum concurrat.*
10. *Plures defectus ex antiquitate temporis non ſupplentur.*
11. *Duo ſpecialia concurrere non debent: declaratur nu. 20.*
12. *Filium fratris ex altero una cum fratre utroq; latere conjuncto ſuccedere firmatur.*
Ad contraria reſpondetur num. 18.
14. *Ratio reſtringit atq; extendit quamvis diſpoſitionem: Ratio, ſicut lex ipſa diſponit, omniaq; ſub ſe comprehendit.*
15. *Lex nova diſponens de materia juris communis ex hoc ipſo jure interpretationem recipit.*
16. *Succedendi jure alicui de novo tributo, omnia, quæ jure communi de ſucceſſione illa diſpoſita ſunt, ei conveniunt.*
17. *Jus repræſentationis etiam in ſtatutaria ſucceſſione locum habet.*
19. *Pluribus exiſtentibus impedimentis, aliud alio remedio tolli poteſt.*

ETSI de jure civili frater ex utroq; latere conjunctus excludat fratrem ex altero tantum, *authen. ceſſante C. de legit. hæredib.*

1 Secus † tamen eſt de jure feudorum, cujus vigore in ſucceſſionibus collateralium frater utrinque conjunctus non excludit fratrem conſanguineum, ut probatur *in c. 1. de gradib. ſucceden. in feud. per quem hoc tradit Bald. ibi & Matth. de Afflict. n. 20. Curt. jun. in tract. feud. in 3. part. in ſucceſſione transverſalium: quæſt. 6. num. 56.* Hinc itaq; dubitatum fuit, an uſque adeò iſtud procedat, ut etiam filius fratris ex altero ſit repræſentationis jure admittendus una cum fratre utrinq; conjuncto.

2 Licet enim de hoc, an † jure feudorum jus repræſentationis locum habeat, non ſit ambigendum, *ut patet ex d. c. 1. de gradib. ſucced. in feudo*, quinimo illud etiam de jure ſaxonico in feudalibus attendatur, *ut eſt textus in c. 32. Lehnrecht* / quæſtionem tamen in propoſito movet, quod contra juris communis rationem introductum eſt, ut frater ex altero una cum fratre utrinque conjuncto admittatur.

Ex hoc enim non videbatur caſus iſte ad filium fratris, atque adeo ad ulteriorem juris communis correctionem extendendus: *arg. l. præcipimus: C. de appel. l. unica: C. de inoff. dotib. c. cum dilectus: de conſuetud.* cum præſertim hoc ipſum, quod filius fratris ex altero ſimul ſuccedere debeat cum fratre utrinque conjuncto, de jure feudorum non ſatis expreſsè diſpoſitum reperiatur.

Nam vel hac de cauſa circumſpectius in propoſito agendum, neque † quippiam, quod ad juris communis correctionem tendat, facile admittendum, ſed potius hujus regulis inſiſtendum erit: quippe † cum in omnibus, quæ non expreſsè deciſa ſunt, jure feudali inhærendum ſit diſpoſitioni juris communis, *ut eſt textus in c. 1. de feud. cog. ubi not. DD. & per illum pro regula tradidit Bald. in l. cum oportet: in fin. prin. C. de bon. quæ lib.* niſi † expreſſum ſit aliquid in feudis, tum ſervandum eſſe jus commune. 3 4

Quæ † ratio hoc loco ideò magis urgere videtur, quoniam, ſiquidem admittendus eſſet filius fratris ex altero cum fratre utroque latere conjuncto, non ſolum juris communis regulæ; quæ extantibus utrinq; conjunctis fratrem ex altero excludit, derogaretur, ſed & alia ejuſdem juris corrigetur diſpoſitio, quæ ante, quàm jus repræſen- 5

tationis eſſet introductum, gradu proximiores ad ſucceſſionem vocabat, excluſis remotioribus: *§. ſi plures: Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l. conſanguinitatis jure: C. de legit. hared. & l. avunculo: C. comm. de ſucceſſ.*

6 Ex † quo communiter receptum eſt, jus repræſentationis utpote juris communis correctorium, non niſi in caſibus legibus expreſſis locum ſibi vendicare, *ut tradit Bart. in auth. poſt fratres: l. 2. C. de legit. her. & ibi Salic. & Paul. de Caſt. Decius in l. ſi aviæ. n. 4. C. de ſucceſſ. edict.* Quod verò, extantibus fratre utrinque conjuncto, & filio fratris ex altero, jus repræſentationis locum habeat, nuſquam reperitur ſatis clarè jure noſtro cautum. Conſequens igitur eſt, eos pariter non eſſe admittendos. Non enim ſolum filio fratris ex altero obſtat gradus prærogativa, quam habet frater utrinque conjunctus, ſed & duplex conjunctionis vinculum, ut proinde nihil mirum videri debeat, ſi tot concurrentibus impedimentis, juri repræſentationis locum non eſſe aliquis dixerit.

7 Plures † enim defectus magis afficiunt, quam unus: *auth. itaq; C. communia de ſucc. l. excuſaretur. in princ. cum not. ibi. per gl. C. de excuſ. tuto.* Quamobrem licet quandoque contra ſtrictam juris interpretationem admittatur aliquid: tamen quoties alius etiam defectus ſive impedimentum inſuper concurrit, tum actus non ita facilè ſuſtentatur, ut videmus in materia teſti-
8 um, quod, etſi † in caſu, ubi ex natura negotij alij teſtes haberi non potuerunt, inhabiles admittantur, ſi tamen plures defectus concurrant, non perinde recipiantur, *ut docuit Barth. Soci. in conſil. 118. incip. viſa narrati puncti: vol. 1. Barbat. in conſil. 65. col. 4. in 4. vol. Gratus conſil. 59. num. 41. vol. 2.* & in teſte inhabili certis caſibus admittendo, generaliter hoc tradidit *Crave: in conſil. 6. num. 56.*

9 Sic † etſi accuſatus admittatur ad reaccuſandum ſuum accuſatorem, ſi ſuam, vel ſuorum injuriam perſequatur, *ut not. DD. in l. 15. qui reus: de publ. jud.* ſecus tamen eſt, ſi ultra accuſationem contra eum inſtitutam concurrat aliud impedimentum in ipſo accuſato, *ut declarat Maria: Socin. in c. 1. num. 67. de mut. petit.* Facit, quod tradit *Corn. in conſil. 304. & in conſil. 142. lib. 3. & in conſil. 34. lib. 4.* ubi concludit, quod, † licet ex temporis antiquitate ſolennitates interveniſſe præſumantur, ſi tamen plures defectus concurrant, tum ex antiquitate temporis non ſuppleantur: *cum alijs in hanc ſententiam adductis per Riminald. in Inſt. quib. alien. licet vel non: in princ. num. 244.* 10

Hinc itaque, ut eò, unde digreſſa eſt, noſtra revertatur oratio, videtur dicendum, quod, etſi jus repræſentationis tollat gradus prærogativam, quæ eſt inter fratrem & filium fratris, illud tamen ejus efficaciæ eſſe non debeat, quando ultra hanc prærogativam aliud etiam impedimentum concurrat, quemadmodum contingit, quando una cum fratre utrinq; conjuncto, fratris ex altero filius ſuccedit.

Nam † hac ratione plura ſpecialia ſive fictiones circa unum & idem coirent, quod jura non facilè admittunt: *l. 1. in fin. cum gl. C. de dotis promiſ. gl. in l. cum poſt: §. gener. de jur. dotı: & in clem. 1. in verſ. ſane: ſuper verb. aſſertionibus: de foro compet.* 11

Cæterum † quamvis hæc ancipitem cogitandi curam afferre alicui poſſent: contrariam tamen ſententiam amplexi ſunt domini Scabini Lipſenſes, exiſtimantes, filium fratris ex altero repræſentationis jure una cum fratre utrinq; conjuncto in feudis admittendum eſſe. Hoc enim ſuadet primò ratio, ex qua receptum eſt, ut in feudis frater ex altero una cum fratre ex utroque admittatur: quæ † quidem, *ut communiter tradunt DD. in d. c. 1. de grad. ſucce. in feud.* nulla eſt alia, quam quia in feudis ſola agnatio ſine 12 13

ſine cognatione conſideratur. Hæc autem ratio non ſolum fratri ex altero convenit, ſed eſt generalis etiam tam filio ejus, quàm etiam omnibus alijs ulterioris gradus conveniens. Conſectarium igitur eſt, in feudi ſucceſſione in infinitum nullam ejus, utrum materna linea quis ſit conjunctus, haberi rationem, ſed ſufficere quem ex ſtipite deſcendiſſe, qui ejus agnationis parens fuit communis, *ut ait text. in d. c. 1.* quæ-
14 libet † enim diſpoſitio ex ratione interpretationem & extenſionem recipit: *l. regula. §. fin. & ibi Bart. & DD. de jur. & fact. igno. l. nomen debitoris: §. fin. de legat. 3.* & ſicut lex diſponit in his, de quibus expreſſe loquitur: ita ratio ejus pariter diſpoſitionem inducit, *ut affirmat Bald. in c. dilectus filius, col. 1. de reſcript. per text. in l. emtor. § fin. de rei vend.* lex enim eſt, quicquid in ratione conſiſtit, *ut not. Abb. in c. nulla ratio: de præbend. Bald. in c. 1. col. 6. de conſt.* Ideoq; ubi mens & ratio legis concurrunt, non dicitur fieri extenſio, *ut voluit gl. not. in c. 1. de tempor. ordin. in 6. cum alijs adductis per Deci. in c. ſecundo requiris: de appella. & Paris: in conſil. 13. n. 46. vol. 1.* ubi inter cætera ait, quod non per viam extenſionis, ſed per viam comprehenſionis includatur, quicquid ſub eadem ratione continetur. Hoc itaque ſtante, eandem videlicet in filio fratris ex altero eſſe ſuccedendi rationem, quæ eſt in fratre, atq; propterea in feudis prorſus non conſiderari duplex illud vinculum, cujus ratione utrinq; conjunctus excludit fratrem ex uno latere tantum, non amplius erit ambigendum, quin ſublata hac juris communis differentia inter conjunctos utroque vel altero latere tantum, jus repræſentationis inter eoſdem etiam locum habeat.

15 Eſt † enim regulare, ut lex nova diſponens de materia juris communis, omnes declarationes & extenſiones juris communis recipiat. *c. ex parte: & ibi not. Abb. de verb. ſignif. l. 1. §. lex falcid. ad L. Falc. not. Bart. in l. omnes populi. nu. 60. & ibi communiter DD. de juſt. & jur.* ubi hanc extenſionem paſſivam appellat, atq; inde infert, ſi per ſtatutum ſit indictum aliquod munus perſonale, quod tum omnes leges, quæ de muneribus perſonalibus loquuntur, ad illud extendantur, *ut not. in l. 1. §. 1. de munerib. & honori:* item ſi ſtatutum confirmaret teſtamentum, quod tum nihilominus leges de Falcidia & Trebellianica loquentes in eo teſtamento locum obtineant.

Ex † quo etiam fit, ut, quotieſcunque perſonæ alicui jus ſuccedendi per legem novam tribuitur contra juris communis rationem, omnes qualitates, quæ huic juri ſuccedendi de jure communi conveniunt, etiam perſonæ ex lege nova ſuccedenti competant, *ut patet ex ijs, quæ not. Jaſon. in l. ſi infanti: num. 8. circa fin. C. de jur. delib.* dum ibi concludit, cum hodie mater & frater una cum patre ſimul ad ſucceſſionem filij admittantur, quod his etiam beneficium *d. l. ſi infanti:* competat. Faciunt huc quæ tradit *Socin. in conſil. 154. col. 4. & Calder. in conſil. 32. tit. de teſtam.* Cum itaque jus feudorum fratres ex altero una cum utrinque conjuncto ad ſucceſſionem admittat, & eadem ſit in ijs ſuccedendi ratio, quæ eſt de jure communi inter fratres utrinque conjunctos, ſequitur etiam, jus repræſentationis, quod in ſucceſſionibus fratrum] & filiorum fratris jus commune introduxit, inter eoſdem locum habere. 16

Eſt † enim pro regula à pleriſque traditum, quod etiam in ſtatutaria ſucceſſione juri repræſentationi locus ſit. *Alex. in conſil. 88. vol. 1. Jaſon. conſil. 159. col. 4. lib. 3. Deci. conſil. 484. col. 2. & l. 1. in 14. notab. C. de ſecund. nupt. Roland. à vall. in conſil. 68. vol. 1.* Denique hoc ipſum ſatis clarè probatur ex textu in ſæpe dicto *cap. 1. de grad. ſucce. in feud.* Hoc enim conſtat inter omnes, & dilucidè docet *Matth. de Afflict. ibi num. 20.* 17

tationis eſſet introductum, gradu proximiores ad ſucceſſionem vocabat, excluſis remotioribus: §. *ſi plures: Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l. conſanguinitatis jure: C. de legit. hæred. & l. avunculo: C. comm. de ſucceſſ.*

6 Ex † quo communiter receptum eſt, jus repræſentationis utpote juris communis correctorium, non niſi in caſibus legibus expreſſis locum ſibi vendicare, *ut tradit Bart. in auth. poſt fratres: la. 2. C. de legit. hær. & ibi Salic. & Paul. de Caſt. Decius in l. ſi avia: n. 4. C. de ſucceſſ. edict.* Quod verò, extantibus fratre utrinque conjuncto, & filio fratris ex altero, jus repræſentationis locum habeat, nuſquam reperitur ſatis clarè jure noſtro cautum. Conſequens igitur eſt, eos pariter non eſſe admittendos. Non enim ſolum filio fratris ex altero obſtat gradus prærogativa, quam habet frater utrinque conjunctus, ſed & duplex conjunctionis vinculum, ut proinde nihil mirum videri debeat, ſi tot concurrentibus impedimentis, juri repræſentationis locum non eſſe aliquis dixerit.

7 Plures † enim defectus magis afficiunt, quam unus: *auth. itaq;: C. communia de ſucc. l. excuſaretur. in princ. cum not. ibi. per gl. C. de excuſ. tuto.* Quamobrem licet quandoque contra ſtrictam juris interpretationem admittatur aliquid: tamen quoties alius etiam defectus ſive impedimentum inſuper concurrit, tum actus non ita facilè ſuſtentatur, ut videmus in materia teſtium, quod, etſi † in caſu, ubi ex natura negotij alij teſtes haberi non potuerunt, inhabiles admittantur, ſi tamen plures defectus concurrant, non perinde recipiantur, *ut docuit Barth. Soci. in conſil. 118. incip. viſa narrati puncti: vol. 1. Barbat. in conſil. 65. col. 4. in 4. vol. Gratus conſil. 59. num. 41. vol. 2.* & in teſte inhabili certis caſibus admittendo, generaliter hoc tradidit *Crave: in conſil. 6. num. 56.*

8 (margin: 8 beside "um, quod, etſi † in caſu")

9 Sic † etſi accuſatus admittatur ad reaccuſandum ſuum accuſatorem, ſi ſuam, vel ſuorum injuriam perſequatur, *ut not. DD. in l. 15. qui reus: de publ. jud.* ſecus tamen eſt, ſi ultra accuſationem contra eum inſtitutam concurrat aliud impedimentum in ipſo accuſato, *ut declarat Maria: Socin. in c. 1. num. 67. de mut. petit.* Facit, quod tradit *Corn. in conſil. 304. & in conſil. 142. lib. 3. & in conſil. 34. lib. 4.* ubi concludit, quod, † licet ex temporis antiquitate ſolennitates interveniſſe præſumantur, ſi tamen plures defectus concurrant, tum ex antiquitate temporis non ſuppleantur: *cum alijs in hanc ſententiam adductis per Riminald. in Inſt. quib. alien. licet vel non: in princ. num. 244.* 10

Hinc itaque, ut eò, unde digreſſa eſt, noſtra revertatur oratio, videtur dicendum, quod, etſi jus repræſentationis tollat gradus prærogativam, quæ eſt inter fratrem & filium fratris, illud tamen ejus efficaciæ eſſe non debeat, quando ultra hanc prærogativam aliud etiam impedimentum concurrat, quemadmodum contingit, quando una cum fratre utrinq; conjuncto, fratris ex altero filius ſuccedit.

Nam † hac ratione plura ſpecialia ſive fictiones circa unum & idem coirent, quod jura non facilè admittunt: *l. 1. in fin. cum gl. C. de dotis promiſ. gl. in l. cum poſt: §. gener. de jur. doti: & in clem. 1. in verſ. ſane: ſuper verb. aſſertionibus: de foro compet.* 11

Cæterum † quamvis hæc ancipitem cogitandi curam afferre alicui poſſent: 12 contrariam tamen ſententiam amplexi ſunt domini Scabini Lipſenſes, exiſtimantes, filium fratris ex altero repræſentationis jure una cum fratre utrinq; conjuncto in feudis admittendum eſſe. Hoc enim ſuadet primò ratio, ex qua receptum eſt, ut in feudis frater ex altero una cum fratre ex utroque admittatur: quæ † quidem, *ut communiter tradunt DD. in d. c. 1. de grad. ſucce. in feud.* nulla eſt 13 alia, quam quia in feudis ſola agnatio ſine

ſine cognatione conſideratur. Hæc autem ratio non ſolum fratri ex altero convenit, ſed eſt generalis etiam tam filio ejus, quàm etiam omnibus alijs ulterioris gradus conveniens. Conſectarium igitur eſt, in feudi ſucceſſione in infinitum nullam ejus, utrum materna linea quis ſit conjunctus, haberi rationem, ſed ſufficere quem ex ſtipite deſcendiſſe, qui ejus agnationis parens fuit communis, *ut ait text. in d. c. 1.* quæ-
14 libet † enim diſpoſitio ex ratione interpretationem & extenſionem recipit: *l. regula. §. fin. & ibi Bart. & DD. de jur. & fact. igno. l. nomen debitoris: §. fin. de legat. 3.* & ſicut lex diſponit in his, de quibus expreſſe loquitur: ita ratio ejus pariter diſpoſitionem inducit, *ut affirmat Bald. in c. dilectus filius, col. 1. de reſcript per text. in l. emtor. § fin. de rei vend.* lex enim eſt, quicquid in ratione conſiſtit, *ut not. Abb. in c. nulla ratio: de præbend. Bald. in c. 1. col. 6. de conſt.* Ideoq; ubi mens & ratio legis concurrunt, non dicitur fieri extenſio, *ut voluit gl. not. in c. 1. de tempor. ordin. in 6. cum alijs adductis per Deci. in c. ſecundo requiris: de appella. & Paris: in conſil. 13. n. 46. vol. 1.* ubi inter cætera ait, quod non per viam extenſionis, ſed per viam comprehenſionis includatur, quicquid ſub eadem ratione continetur. Hoc itaque ſtante, eandem videlicet in filio fratris ex altero eſſe ſuccedendi rationem, quæ eſt in fratre, atq; propterea in feudis prorſus non conſiderari duplex illud vinculum, cujus ratione utrinq; conjunctus excludit fratrem ex uno latere tantum, non amplius erit ambigendum, quin ſublata hac juris communis differentia inter conjunctos utroque vel altero latere tantum, jus repræſentationis inter eoſdem etiam locum habeat.

15 Eſt † enim regulare, ut lex nova diſponens de materia juris communis, omnes declarationes & extenſiones juris communis recipiat. *c. ex parte: & ibi not. Abb. de verb. ſign. ſ. l. 1. §. lex falcid. ad L. Falc. not. Bart. in l. omnes populi. nu. 60. & ibi communiter DD. de juſt. & jur.* ubi hanc extenſionem paſſivam appellat, atq; inde infert, ſi per ſtatutum ſit indictum aliquod munus perſonale, quod tum omnes leges, quæ de muneribus perſonalibus loquuntur, ad illud extendantur, *ut not. in l. 1. §. 1. de munerib. & honori*: item ſi ſtatutum confirmaret teſtamentum, quod tum nihilominus leges de Falcidia & Trebellianica loquentes in eo teſtamento locum obtineant.

Ex † quo etiam fit, ut, quotieſcunque perſonæ alicui jus ſuccedendi per legem novam tribuitur contra juris communis rationem, omnes qualitates, quæ huic juri ſuccedendi de jure communi conveniunt, etiam perſonæ ex lege nova ſuccedenti competant, *ut patet ex ijs, quæ not. Jaſon. in l. ſi infanti: num. 8. circa fin. C. de jur. delib.* dum ibi concludit, cum hodie mater & frater una cum patre ſimul ad ſucceſſionem filij admittantur, quod his etiam beneficium *d. l. ſi infanti:* competat. Faciunt huc quæ tradit *Socin. in conſil. 154. col. 4. & Calder. in conſil. 32. tit. de teſtam.* Cum itaque jus feudorum fratres ex altero una cum utrinque conjuncto ad ſucceſſionem admittat, & eadem ſit in ijs ſuccedendi ratio, quæ eſt de jure communi inter fratres utrinque conjunctos, ſequitur etiam, jus repræſentationis, quod in ſucceſſionibus fratrum & filiorum fratris jus commune introduxit, inter eoſdem locum habere. 16

Eſt † enim pro regula à pleriſque traditum, quod etiam in ſtatutaria ſucceſſione juri repræſentationi locus ſit, *Alex. in conſil. 88. vol. 1. Jaſon. conſil. 159. col. 4. lib. 3. Deci. conſil. 484. col. 2. & l. 1. in 14. notab. C. de ſecund. nupt. Roland. à vall. in conſil. 68. vol. 1.* Denique hoc ipſum ſatis clarè probatur ex textu in ſæpe dicto *cap. 1. de grad. ſucce. in feud.* Hoc enim conſtat inter omnes, & dilucidè docet *Matth. de Afflict. ibi num. 20.* 17

textum illum, quatenus generaliter loquitur, neque diſtinguit inter fratrem ex altero, vel utroque latere conjunctum, generaliter etiam de utriſque eſſe accipiendum & vigore hujus textus fratrem ex altero ſimul cum utrinque conjuncto admittendum. Sed in aperto eſt, textum illum non ſolum loqui de fratribus, ſed etiam de filiis fratrum.

Conſectarium igitur eſt, cum etiam, quatenus de filijs fratrum una cum fratribus admittendis verba facit, generaliter eſſe intelligendum, & ex diſpoſitione illius textus filium fratris una cum patruo ſuccedere, ſine diſtinctione, utrum ſit filius fratris ex altero, an verò filius fratris ex utroque. Poſita enim ſub una eademque diſpoſitione, pariter etiam ſunt accipienda: *l. jam hoc jure: de vulg. & pupil. cum ſimilib.*

18 His † ita firmatis, non obſtant ea, quæ ſupra dubitationis movendæ gratia adducta fuerunt. Nam cum ex ſupra dictis pateat, eandem eſſe rationem in filijs fratrum ex altero, quæ eſt in fratre ipſo, rectè ex dicta ratione ad extenſionem juris feudalis inferri poterit, per ea, quæ ſupra adducta fuerunt: quibus poſſunt addi tradita *per Jaſon. in §. omnium num. 38. cum ſeq.* ubi concludit, quod in ſtatutis licita ſit extenſio ex identitate rationis, etiam ad caſum improprium. Non enim hæc interpretatio eſt extenſiva, ſed intellectiva, *ut ait Bald. in l. quamvis: C. de fideicommiſſ.*

Cumque hoc ipſum lex diſponere cenſeatur, quod ſub ratione ejus comprehenditur, ſatis hic caſus noſter de jure feudorum deciſus habebitur, ut interim omittam *text. in d. c. 1.* ut ſupra eum induximus, expreſsè etiam de filijs fratrum verba facere. Non refragatur, quod circa jus repræſentationis de pluribus impedimentis dictum eſt.

Procederet enim illud, ſiquidem jus repræſentationis ejus efficaciæ eſſe deberet, ut tam rationem duplicis vinculi, quam etiam gradus prærogativam tolleret. Verum cum duplicis vinculi ratio ex ipſa conſideratione agnationis ſupra citata per ſe ceſſet, nihil amplius impedit, quo minus juri repræſentationis locus eſſe, hoc gradus etiam prærogativam extinguere poſſit.

Non † enim eſt inconveniens, ut pluribus exiſtentibus impedimentis, aliud alio remedio tollatur: *l. de pupillo: §. ſi ex pluribus: de oper. nov. nuncia: not. gl. in c. cum pro cauſa: de ſente. excom. Rom. in conſil. 326. num. 3.* 19

Ex quo ſimul etiam ceſſat regula juris, plurium † ſpecialium concurſum prohibens. Non enim procedit ea, quando ex diverſis fontibus ſpecialia proveniunt, *ut tradit Jaſon. & DD. in l. ſi quis pro emto. de uſucap.* In propoſito autem alia ratione duplicis vinculi conſideratio ceſſat, alià etiam gradus prærogativa tollitur. Nihil igitur repugnat, cur non horum ſpecialium concurſus admittendus ſit, ut interim omittam alia, quibus, ſi neceſſe eſſet, in dubium poſſet vocari regula iſta, de qua pluribus agit *Marian: Socin. in l. ita ſtipulatus: num. 104. de verbor. oblig.* Hiſce igitur moti domini in ſententiam iſtam reſponderunt. Quod etſi non uſque adeò magnam videatur habere difficultatem, & craſſiore Minerva tum, cum primum in collegium Scabinorum cooptarer, à me ſit conſcriptum, ac propterea verendum, ne non ſatis reſpondeat alijs materiis hujus libri magis enucleatis, quia tamen iſtud in ſpecie deciſum hactenus me legiſſe non memini, hoc loco immiſcere viſum fuit, ut, ſi non aliam afferret utilitatem, ſaltem mihi in opere hoc de novo pertexendo deſudanti, labor prius peractus quaſi reſpirandi daret facultatem. 20

ADDI-

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

AD hanc quæſtionem vide *Virgil. Pingizerum in ſuis quæſtionib. Saxonicis quæſt. 22. inc p. quidam mobilis ex prima uxore num. 11. ibi porrò ad alterum membrum. n. 12. & ſeqq. uſq;. ad fin. ubi plures rationes affert, & ita Jenenſes reſpondiſſe refert.*

QUÆSTIO XLIIII.

UTRUM JURE NOVISSIMO FEUDUM SINE CONSENSU DOMINI SUBinfeudare liceat: & quatenus ſubinfeudatio iſta præjudicet domino, vel agnatis, feudo ad ipſos devoluto: & de intellectu *c. 1. §. fin verò: qualiter olim feud. poter. alienari.*

1. *Feudum etiam hodie ſine conſenſu domini alii in feudum concedi poteſt. Et quæ ſit ejus ratio. n. 2.*
Niſi in inveſtitura additum fuerit pactum de non alienando: n. 30.
3. *Subinfeudans dominium quoddam retinet, ratione ſubinfeudatæ.*
4. *Suinfeudatio ut valeat, quæ requirantur.*
Subinfeudatio iiſdem pactis & conditionibus fieri debet.
5. *Subinfeudare non licet precio accepto.*
Neq; etiam, quando nulla amplius ſpes eſt de liberis.
6. *Agnati, feudo ad ipſos devoluto, ſubinfeudationem defuncti ratam habere non tenentur.*
Niſi feudum hæreditarium fuerit: n. 7.
Vel niſi fuerint res ab aliis poſſeſſæ, & alioqui infeudari ſolitæ: nu. 8.
7. *Dominus, feudo ſibi aperto, tenetur approbare infeudationem defuncti, juxta Curtium. Sed interpretes communiter contrà ſentiunt: n. 8. Ita tamen ut exiſtiment, dominum invitum debere admittere ſubinfeudatum, recognoſcentem ipſum: n. 9. Quod ultimum multis rationibus refutatur num. 10.*
10. *Vaſallus domino præjudicare in feudo nulla ratione poteſt.*
11. *Dominus feudum ſibi apertum in uſus ſuos convertere poteſt.*
12. *Domino invito vaſallus obtrudendus non eſt.*
Neque refert, utrum interſit domini nec ne, ſed ſufficit eum ſic velle: nu. 13.
14 *Vaſalli jus in feudo ſolum ad vitam ejus durat.*
15. *Uſufructuario defuncto, jus creditoris, cui uſusfructus delegatus fuerat, extinguitur.*
16. *Agnatis, quod non præjudicat, id nec etiam domino obeſt.*
17. & 18. *Text in c. fin. ſi de inveſt feud. cont. ſit, & in §. fin. apud quem vel quos: declarantur.*
19. *Univerſalis negativa omne juris remedium tollit.*
20. *Text. in § fin verò: qualiter olim feud. pot. alien. declaratur: & n. 26.*
21. *Relativorum uno dato, alterum etiam ut detur neceſſe eſt.*
22. *Ratio reſtringit atq; ampliat quamvis diſpoſitionem.*
23. *Lex, ſtatutum, ſive conſuetudo ſecundùm bonum & æquum interpretanda, & ne abſurdum contineat.*

Etiam contra propriam verborum ſignificationem: num. 24.

25. *Interpretatio ea eſt capienda, per quam jura juribus concordentur.*

27. *Dominus ſuperior tenetur ratam habere ſubinfeudationem factam de bonis ſubjectis vaſallo, & ſubinfeudari ſolitis.*

28. *Dominus, cui feudum aperitur propter culpam in ipſius perſonam commiſſam, non tenetur ratam habere inveſtituram: contra num. 29.*

31. *Prohibitio hominis cum legis prohibitione conjuncta plus operatur.*

1 LICET omnis feudorum alienatio ſine conſenſu domini hodie ſit interdicta, *ut apparet ex tit. de proh. feud. alien. per Loth. & Fride.* ex priſtino tamen jure hoc reſervatum eſt, ut † vaſallus, etiam domino non conſentiente, feudum ſuum alteri, nomine feudi concedere, & de eo ſubinfeudare illum poſſit. de jure quidem antiquo habetur *in c. 1. §. ſed & res: per quos ſi. inveſt. & in c. 1. §. ſimiliter: de leg. Corr. c. 1. §. ſin verò: qual. olim feud. pot. alien. c. beneficium: ſi de feud. def. cont. ſit inter dom. & agnat.* Idem verò etiam jure noviſſimo obſervandum eſſe probatur *in d. §. ſin verò: ibi, quod & ipſum ſincerè hodie & ſine fraude licet ei facere: & in c. imperialem: §. callidis: de proh. feud. alien. per Frider.* ubi Imperator Fridericus reprobans contractum, quo ſub colore inveſtituræ, quæ valere exiſtimatur, feudum alijs venditur, hoc ipſo comprobare videtur inveſtituram; ſive ſubinfeudationem, modò ea fraudis expers ſit: per quem textum hoc tenet *gl. communiter approbata, ibi, & in c. 1. §. præterea: de cap. Corrad. quam ſequuntur Andr. de Iſern. Jacob. de Belviſo, Bald. Alvar. & DD. ibidem: & in d. §. ſed & res: Joann. Raynut. in d. §. callidis: num. 7. & ibi etiam Camer. mihi pag. 33. Jacobi: de S. Georg. in verb. ita etiam quod ipſi vaſalli & eorum hæredes: num. 3. Curt. jun. in tract. feud. part. 4. in ultima cauſa privationis: verſ. aggredior primam regulam, num. 83. qui hoc uno ore approbatum eſſe, teſtatur: Zaſi. in epitom. feud. par. 9. verſ. ſecundò fallit: num. 15. Duare. de feud. cap. 12. num. 13. Albert. Brun. in conſil. 111. Molinæ. in conſuetud. Pariſ. §. 35. num. 16. Julius Clar. in §. feudum: quæſt. 32. Idq; communiter* receptum eſſe aſſerit etiam Gozad. in conſil. 62. Bero. conſil. 75. num. 13. vol. 1. Burſat. conſil. 150. num. 67. Joann. Baptiſt. Ferrar. conſil. 40. num. 3. (a)* (a)

Quæ † verò ſit ejus ratio, quod generaliter omni alienatione prohibita, nihilominus ſubinfeudare liceat, dictu non ita proclivè eſt. Ideoque hoc mirabile appellat *Curtius jun. in d. loco.* Poteſt tamen interim, donec melior occurrat, hæc teneri ratio, quia non ſolùm penes primum vaſallum jus feudi etiamnum reſidet, iſque vaſallus remanet, & domino ſervitia præſtare tenetur, ſed etiam mediante illius perſona, alius ratione ejuſdem feudi, iiſdem pactis & conditionibus obſtringitur, atq; propterea nullam conquerendi juſtam cauſam habere videtur dominus ſuperior, *ut ſenſit gl. in d. §. præterea: & Joann. Rayn. in d. §. callidis: Jacob. de S. Georg. in d. verſ. ita etiam quod ipſi vaſalli: num. 5. Molinæ. in d. loco. & Duar. de feud. cap. 12. num. 13.*

Ex † quo notatu dignum eſt, apud ipſum vaſallum ſub infeudantem remanere quoddam dominium, (b) ratione juris vaſallagij, quod habet in vaſallum, quem ſibi infeudavit, *ut in l. locis tradunt interpretes & Bald. in c. cæterum: in fin. de judicijs: Curt. jun. in verſ. ſecundo pro limitatione: Felin. in c. quæ in Eccleſiarum: num. 69. de Conſtit. [illegible] ſen. in conſil. 256. col. 2. in fin. vol. 2. & in conſil. 66. num. 3. & 4. vol. 3.* Idque præ cæteris pulchrè declarat *Molinæ. in conſuetud. Pariſ. §. 1. gl. 6. num. 3. & 4. & multis auctoritatibus confirmat Burſatus conſil. 50. n. 16. & conſil. 150. n. 63.* Ne autem dominus incommodo aliquo afficiatur ex eo, quod feudum abſque conſenſu ejus alteri concedi poteſt, ita

potiſſi-

(c) potiſſimum requiruntur (c) ad hoc, ut ejuſmodi ſubinfeudatio juris vigorem obtineat.

4 Primò,† ut res infeudetur illi, qui ſit ſimilis conditionis & qualitatis, ad ſerviendum domino, *d. c. beneficium: ſi de feud. defunct. conten. ſit: d. c. 1. §. ſimiliter, de l. Corradi.* Secundò ut iiſdem pactis & conditionibus concedatur, quibus primus vaſallus habet: *d. §. ſimiliter*: Tertiò ut hoc fiat ſincerè & ſine fraude: *d. §. ſed & res: per quos fiat inveſt. & d. § ſin verò. qualiter feud. olim poter. aliena. d. c. beneficium*: Quod ultimum latè patet. Non ſolum enim prima duo requiſita comprehendit, ut, ſi ea obſervata non fuerint, infeudatio in fraudem ſuſcepta eſſe dicatur.

5 Sed † & de fraude ſuſpectam (d) (d) infeudationem reddit, quoties vaſallus accepto precio, alii feudum conceſſerit, *d. §. callidis.* Ideoq; ejuſmodi infeudationem pro precio factam non valere tradunt communiter DD. *ibi, & in d. c. beneficium.* Quin etiam quando vaſallus fortè caſtratus eſſet, vel ad tantam ætatem perveniſſet, ut nulla ſpes amplius eſſet liberos eum procreare poſſe, tum demum alterum ſubinfeudaret, fraudulenter id factum eſſe putarunt interpretes, *ut not. gl. & DD. in d. §. ſed & res: Joann. Reyn. in d §. callidis: numer. 5. verſ. quæro hic prohibetur circa feudum: Jacob. de S. Georg. in verb ita etiam quod dicti vaſalli: nu. 3. Molinæus & Duare. in d. loco*, qui omnes hoc communiter * ita receptum eſſe aſſeverant. Quod tamen poſtremo loco de eo, qui nullam prolis habet ſpem, diximus, inde promanaſſe videtur, quoniam plerique exiſtimarunt, dominum ejuſmodi infeudationem etiam ſine conſenſu ſuo ſuſceptam, ratam habere debere. Hoc enim dato, fraudis expers non fuiſſe videtur, qui eo demum tempore, ubi de liberis procreandis nulla amplius ſubeſt ſpes, infeudat. Sed ſi probatum fuerit ejuſmodi ſubinfeudationem vaſallo ſine liberis defuncto, veluti reſoluto jure datoris in irritum vocari, neq; eo nomine dominum amplius devinctum eſſe, nihil ſanè referre videtur, quo tempore ea inſtituatur, domino jus ſuum ſalvum atque integrum ſemper retinente. Proximum igitur nunc eſt, ut diligentius inveſtigemus, an ejuſmodi ſubinfeudatio, quam ſine conſenſu domini ritè fieri poſſe diximus, perpetuò duret, ita ut defuncto infeudante, tam dominus quàm agnati, ad quos feudum reverſurum eſt, eam ratam habere teneantur, an verò reſoluto jure datoris etiam jus acceptoris reſolvatur.

Ad † agnatos quod attinet, extrà omnem controverſiam poſitum eſt, 6 hoſce feudo ad ipſos devoluto, minimè devinctos eſſe, ut ſubinfeudationem hanc ratam habeant, ſed eam veluti reſoluto jure datoris, penitus in irritum vocari, *arg. c. 1. §. rurſus: quib. mod. feud. amitt.* quippe cum in feudo paterno vel antiquo non valeat quæcunque alienatio vel diſpoſitio, facta per vaſallum in præjudicium agnati, *c. 1. §. hoc quoque: de ſucceſſ. feud. c. 1. §. Titius: ſi de feud. defunct. cont. ſit*: etiamſi domini conſenſus acceſſerit: *d. §. hoc quoque: & c. 1. de alien. feud. pater.* & in caſu noſtro hoc docuit *Andr. de Iſern. in c. 1. §. ſed & res col. 1. per quos fiat inveſt.* ſentiens, quod infeudatio non valeat, niſi in vita infeudantis duntaxat, & quod poſt ejus mortem proximus agnatus revocet, jure proprio, quamvis aliàs ſine fraude facta ſit, quod ſequuntur *Alvar. Præpoſ. Afflict. & DD. ibi, & in d. §. ſin verò: qualiter olim feud. pote. alien. Jacob. de S. Georg. in d. loco: num. 4. Curt. jun. numer. 85. verſ. ſexto declaratur: Jul. Clar. in d. §. feudum: quæſt. 32. num 5. ubi hoc communiter * receptum eſſe ait.* Idem de facto conſultus tenuit *Bald. in conſil. 16. in fin. lib. 1. & conſil. 265. lib. 5 Alex. conſil. 15 num. 9 lib. 5. Ruin conſil 37. nu. 18. & conſil. 213. num. 2. lib. 1.*

Limitatur tamen hoc, ut locum non habet in feudo hæreditario. nam

nam in eo hæres factum defuncti omnino præſtare tenetur, ut in ſpecie docuit *Molina.in d.§.35. num.19.* & confirmatur ex iis, quæ de feudo hæreditario ſuprà *queſt.14.* copiosè tradidimus.

Secundò declaratur hæc concluſio, ut procedat tantum in ſubinfeudatione ipſius feudi, vel partis ejus, quod vaſallus ipſe poſſidebat: ſecus verò in aliis rebus ſubjectis feudo, quæ ab aliis poſſidentur, & alioqui ſubinfeudari conſueverunt: tum enim reſoluto jure datoris, non reſolvitur jus acceptoris, ſed ſubinfeudatio illa perpetua eſſe ſolet, ita ut defuncto ſubinfeudante, agnati illam ratam habere teneantur: ſic inter ipſum feudum vaſallo conceſſum, & res feudo ſubjectas ſubinfeudari alioqui ſolitas diſtinguens, hanc doctrinam declarat *Camera. in d. c. imperialem, mihi pag.59.* motus per textum *in c. 1. qui ſucceſſ. tene. & c. 1. de cleric. qui inveſt. fac. & quæ not. Andr. de Iſern. in conſtit. mulier. quæ dotarium.*

Pro ratione verò diverſitatis conſiderat, quoniam aliud eſt jus proprium, reſidens in perſona infeudantis, quod alienari prohibitum eſt, aliud verò de jure, quod non reſidet in perſona ſua, ſed in perſona vaſalli mortui diſponere, atque adeò ſolita concedi concedere, vel etiam conſentire alienanti: quippe cum hoc poſteriore caſu quis gerat actum ad officium ejus pertinentem, ut ſolita ſubinfeudet in utilitatem feudi, vel tollat ſaltem obſtaculum contractus per ſuum aſſenſum, ſine qua contractus eſſet nullus, in quibus caſibus jus ſemel tranſlatum perpetuo firmum eſt. *Hæc Camerar.* quæ quia probabili ratione non carent, neque ab aliis ſatis explicata ſunt, hic notanda duximus, & confirmantur optimè ex iis, quæ tradit *Alciat.conſ.192.* ubi in eandem ſententiam conſuluit.

7 Sed circa † domini perſonam, an is defuncto ſubinfeudante ratam habere teneatur infeudationem, an verò etiam illius reſpectu reſoluto jure datoris, reſolvatur jus acceptoris, dubitationem movet textus *d. §. ſi verò in fin.* dum ibi dicitur, eum, qui ſecundo loco beneficium accepit, illud non amittere, ſi priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere voluerit. Nam ex hoc textu apparet, uſque eò firmam eſſe ejuſmodi ſubinfeudationem, ut defuncto ſubinfeudante, dominus etiam invitus eam ratam habere teneatur. Ideoque *Curt. jun. in d. loco: num. 85. verſ. ſexto declaratio:* conſtituit differentiam inter agnatos & vaſallum, hoc ipſo reprobans opinionem eorum, qui exiſtimarunt, ſubinfeudationem etiam reſpectu domini morte infeudantis expirare, neq; propterea domino aliquod præjudicium afferre poſſe.

Veruntamen † hoc non obſtante, in perſona domini eadem erit conſtituenda concluſio, quam ſuprà agnatis firmavimus, quod videlicet ſubinfeudatio ſolummodo duret uſque ad vitam infeudantis: eo verò defuncto, atque ita jure datoris reſoluto, jus etiam acceptoris reſolvatur, & feudum domino aperiatur. Hoc enim dilucidè probat *text. in c. 1. §. rurſus: quib mod. feud. amitt. & in c. 1. §. ſi aliquis de capitaneis: Apud quem vel quos:* ubi disertis verbis dicitur, vaſallo defuncto, totum, quod factum eſt, revocari debere, & illum, qui ab eo feudum accepit, nullo jure adverſus dominum ſe tueri poſſe. Idem probatur *in c. 1. § etſi clientulus: de alien. feud & in c. 1. § fin. de contro. inveſt.* per quæ jura hoc ſenſit *ſpeculator. in tit. de feudis: § quoniam: q. 5. Bald. d. § rurſus: col. 1. verſ. ſed pone miles: de contro. inveſt. & in c. 1. de alie. feud. & in d. conſil. 16. in fin. lib. 1. & in conſil. 265. libr. 5. Alvarott. & DD. in c. 1. §. fin. de contr. inveſt. Paul. Picus in d c. 1. § item rurſus: nu. 7. quib. mod feud. amitt. Felinus in c. quæ in Eccleſiarum. col. 26. verſ. tertia declaratio: de Conſtit. Mart. Laud. in d. §. ſed & res: per quos fiat inveſtit. Jacob. de S.*

de S. Georg. in d. verſ. ita etiam quod ipſi vaſalli: & hanc eſſe communem * *opinionem DD. ait Camerar. in d. c. imperialem: pag. 36. verſ. & quinto: ubi pluribus eam firmat*: eandem regulam etiam in perſona domini conſtituit [redacted] *in d. loco: numer. 19.*

Nec quicquam impedit, quod *in in d. §. ſin verò*: dicitur, vaſallum ſecundum feudum non amittere, ſi priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere volebat: quoniam hoc non proficiſcitur ex jure, quod à defuncto ſubinfeudante conſecutus eſt (quippe cum iſtud morte ejus extinctum ſit) ſed potius à domino ſuperiore, à quo feudum recognoſcere cupit, de novo ita impetrat, ut in poſterum non à defuncto, ſed à domino priori obtinere illud cenſeatur, quin ex hoc ipſo, quod feudum retinere volens ab eodem recognoſcere tenetur, manifeſtum ſit, jus prioris vaſalli penitus extinctum, & omne jus ad dominum recidiſſe.

9 Ex † hoc tamen, quod ex *d. §. ſin verò*: jam diximus, declaratur illa concluſio, ſecundùm quam firmatum fuit, defuncto ſubinfeudante, ad dominum redire feudum, ut nihilominus tamen ſecundus vaſallus feudum retineat, ſiquidem is priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere voluerit: ita per illum textum uno ore docuerunt *Jacob. de Belviſ. Andr. de Iſern. Bald. Martinus Laudenſ. Alvarott. Prapoſ. Petrus Ravennat. & Dn. Baro Schenck ibi, & in d. §. ſed & res: Bald. in d. c. cæterum*: ubi ait, hoc procedere ex æquitate ſpeciali, temperante rigorem regulæ: reſoluto jure datoris: *Curtius jun. d part. 4. numer. 85. verſ. ſexta declaratio: Petrus Raven. in § rurſus: ſi de inveſtit. feud. contr. & in §. rurſus: quib. mod. feud. amitt. Camerar. in d. c. imperialem: pag. 38.* [redacted] *in conſuetud. Pariſ. §. 35. num. 20. Sonsbecc. tractat. feud. part. 13. numer. 177. Eguin. Baro de jure beneficio: lib. 3, cap. 1. & lib. 2. in conſuetud. feud. tit. 9. qualiter olim poter. feud. alienat. Cujat. libr. 2. tit. 9. Duaren. cap. 12. numer. 14. & hoc communiter* * *receptum eſſe poſt alios teſtatur Burſat. conſil. 163. numer. 32.* cujus hanc tradunt rationem, quia ad hoc, ut ſubinfeudatio juris vigorem obtineat, neceſſe eſt, ut feudum illi, qui primo vaſallo ſimilis ſit, & eiſdem modis concedatur. Hoc enim ita dato, domini amplius nihil videtur intereſſe, ut poſt alios declarat *Petr. Ravenn. in d. §. ſin verò.* Solus *Matth. de Afflict. in d. §. ſin verò: num. 1. & 9.* exiſtimat. hoc ſolum de jure antiquo ita obſervatum eſſe, hodie verò locum non habere, cum per l. imperialem, dominus non teneatur habere vaſallum eum, quem nolit: *& Juli. Clar. in d. quæſt. 32. numer. 5. ait*, in practica id, quod ex communi opinione mox aſſeruimus, vix obtineri poſſe, nihil tamen interim contra tam aperta verba *d. §. ſin verò*: & tantam interpretum auctoritates in medium afferens.

Ego † ſanè, (*f*) ſi verum fateri licet, de hac communiter approbata ſententia haud parum dubito, cum ea omnibus juris feudalis rationibus ex diametro adverſetur. 10 (*f*)

Pugnat enim primò cum generali illa regula, quæ docet, vaſallum nihil omnino de feudo ſtatuere, vel diſponere contrahendo poſſe, quo, ſe defuncto, ipſum dominum obliget, *c. 1. § etſi alienatus: de alienat. feud. c. 1. §. è contrario: de inveſt. de re alien. fact.* uſque eò, ut neque id, quod longiſſimo temporis curſu feudo onus eſt injunctum, ad dominum pertineat, *c. 1. §. quid ergo: d. tit. de inveſt. de re alie. fact. Andr. de Iſern. in c. 1. § ſin. col. penultim. ex quib. cauſis feud. amitt.* ubi generaliter concludit, quod, quantocunque tempore bona à vaſallo fuerint poſſeſſa, ſi tamen deinde domino aperta fuerint, ſine onere redeant ad dominum, inde concludens, quod, ſi Barones conceſſerint feuda curſoribus pro ſervitio portandarum literarum, aperto

Digitized by Google

aperto feudo, onus iſtud ceſſet. Qua igitur quæſo ratione vaſallus alium ſubinfeudando dominum obligare poterit, ut invitus eum, quem is elegit, vaſallum recipere atq; agnoſcere cogatur, feudo ſibi aperto? cum præſertim hoc in maximum ipſius incommodū atque detrimentum cedat, dum, quod alioqui in ſuam utilitatem convertere poſſet, alii concedere cogeretur. Quod quam ſit iniquum, & abſurdum etiam, nemo eſt qui non videat. Nec quicquam impedit, ſi quis contrà ponderaret, dominum bona infeudari ſolita aliis item concedere, neq; in ſuos uſus convertere debere, & propterea ſua non adeò intereſſe.

11 Minimè † enim invitus ad hoc cogitur dominus, ſed feudum apertum pro libito retinere, & in uſus ſuos convertere poteſt. Ideoque ſæpius hanc ipſam facultatem in uſus ſuos redigendi feudum apertum, conſiderari videmus in jure noſtro feudali, *ut in c. 1. §. ut autem: de allodiis: & in c. imperialem: §. firmiter: de prohib. feud. alie. per Frideric. & ſæpe aliàs.*

Deinde † adverſatur etiam alia
12 vulgata ratio, qua traditur, domino invito alium, quàm is voluerit, vaſallum obtrudendum non eſſe, *c. 1. §. ſi duo fratres: de fratr. de nov. ben. inveſt.* Neque huic rationi ſatisfacit id, quod perpendunt DD. nihil hoc loco intereſſe domini, cum ſimilis eligatur vaſallus, & iiſdem conditionibus. Nam quis æquè alteri ſimilis eſt, ac frater fratri, neque tamen alium pro alio domino obtrudi poſſe dicitur *in d. §. ſi duo fratres*: quantumvis, ut veriſimile eſt, iiſdem pactis & conditionibus feudum obtinere, & dominum recognoſcere voluerit.

13 Neque † etiam dominus nolens aliquem recipere vaſallum, neceſſe habet rationes adducere, quibus motus hoc faciat, aut cur ſua interſit, ſed cum hoc in libero ipſius arbitrio ſitum ſit, pro ratione hoc loco erit voluntas domini, *ut poſt Andr. de Iſern. docet Camerar. in c. imperialem, mihi pag. 430. de prohib. feud. alien. per Feder.* ubi ait, quod in materia aſſenſus non curandum ſit, an realiter interſit domini, ſed conſideretur duntaxat intereſſe voluntatis: *arg. l. fin. de uſu & habit.* quam ſemper ad hoc ponderavit *Iſern.* Ut proinde fruſtra ab interpretibus conſideretur, utrum domini interſit.

Tertiò † hanc opinionem refu- 14
tat & contrariam confirmat etiam ipſa natura ejus juris, quod penes vaſallum eſt. hoc enim omne, quod in feudo habet, ad vitam modò ejus cenſetur eſſe conceſſum, ita ut, eo defuncto, penitus expiret. quamobrem etjam omnia ea, quæ de feudo diſpoſuit, ad vitam ejus tantum durabunt, *l. ſi quis domum: §. 1. locati*; cum regulariter reſoluto jure datoris jus etiam acceptoris ut reſolvatur neceſſe ſit, *l. lex vectigali: de pignor. l. ſi ex duobus: §. ſed & Marcellus: de in diem addict. l. ſi quis domum: §. hic ſubjungi: locati l. Statius Florus: §. Cornelio: de jure fiſci*, & in propoſito noſtro hanc regulam probat textus *in d. §. rurſus: quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. §. etſi clientulus: de alienat. feud.* Ideoque etiam in infeudatione hoc perſpicuè docent ipſimet interpretes, mortuo ſubinfeudante, veluti jure ejus extincto feudum domino aperiri, ut ſuprà vidimus.

Si itaque morte ſubinfeudantis omne jus tam primi, quàm ſecundi vaſalli, quod in feudo habuerunt, extinctum eſt, quo quæſo jure dominum adigere poterit vaſallus ſecundus, ut invitus ipſe feudum concedat? Nam quam æquitatis rationem conſiderat *Bald. in d. c. cæterum*: ea ſanè longè imbecillior eſt, quàm ut illa contra tam manifeſtas juris feudalis rationes tutò quis inniri poſſit.

Facit † quòd in ſimili de uſufru- 15
ctu traditur *in l. ſi uſusfructus debitorem: de novat.* ubi dicitur, ſi debitor delegaverit uſumfructum ſibi conſtitutum in

aliquo

aliquo fundo creditori ſuo, quod mortuo debitore extinguatur uſusfructus, & conſolidetur cum proprietate, licet creditor, cui uſusfructus fuit delegatus, ſupervenerit. Nam & jus, quod vaſallus in feudo habet, uſufructui æquiparari ſolet *Bald. in c. 1. §. hoc quoq́; de ſucceſſ. feud. Maria. Socin. in conſil. 72. num. 18. vol. 1.*

16 Quartò † ſententiam diverſam ſuadet id, quod de agnatis, & jure feudali diſertè cautum & ab interpretibus ſine hæſitatione receptum eſt, illis ſubinfeudationem nullo modo obeſſe poſſe, *ut ſuprà firmavimus.* Nam hinc ſanè idem in domino ſtatuendum eſt: cum omnes illæ rationes, ex quibus in agnatis hoc introductum eſt, etiam in perſona domini locum habeant. & quidem eò magis, quò major in ipſis feudis dominorum poteſtas eſſe ſolet. Neque enim ulla probabilis diverſitatis ratio in medium adduci poterit, cur aliud de domino judicandum ſit.

17 Quintò † hanc ſententiam luculenter probat text. *in c. fin. ſi de inveſt. feud. cont. ſit.* clarè enim ibi dicitur, decedente eo, qui inveſtituram fecerat, feudum reverti ad dominum, uſque eò, ut ad vaſallum, qui feudum poſſederat, id tantummodo pertineat, quod vivo ſubinfeudante, feudo accreverat. Neque refert, ſi quis conſiderare vellet, in illa facti ſpecie, vaſallum noluiſſe recognoſcere feudum à domino. Præter enim quàm quod hoc magnam continet divinationem, non etiam eſt veriſimile, aliquem potius feudum amittere, quàm dominum recognoſcere voluiſſe, cum nemo ita vaſanus præſumatur, ut ſuum jactare velit: l. cum de indebito: de probat.

18 Pertinet † huc ſextò text. *in d. §. fin. apud quem vel quos:* dum ibi dicitur, defuncto vaſallo, totum, quod alteri feudum concedendo fecit, revocari debere. Si enim totum, quod fecit, revocatur, utique factum ipſius ejus potentiæ eſſe non poterit, ut propterea dominus invitus alium vaſallum recognoſcere cogatur: alioqui enim tantum abeſſet, ut totum repeteretur, ut maximum tum etiam ſortiretur effectum. Nec quicquam impedit, quod text. ille de alienatione loquitur. Nam alienationis generali vocabulo etiam ſubinfeudatio comprehenditur, ut apparet *ex d. §. ſin verò: ibi, omnis feudi alienatio in irritum revocabitur.*

Denique pro hac ſententia plurimum urget textus *in d. §. rurſus: quib. mod. feud. amitt.* dum ibi dicitur, eum, qui feudum ab alio accepit, hoc defuncto, nullo jure adverſus dominum ſe tueri poſſe. Si enim nullo jure ſe tueri adverſus dominum poteſt, utiq; nulla ratione cogere eum poterit, ut invitus ſe vaſallum agnoſcat.

Univerſalis † enim negativa omne juris remedium, ſive auxilium excludit: *not. gloſſ. in c. ſtatutum in verb. nullum: de reſcript. in 6. & in l. nemo poteſt: in gl. 2. de reg. jur. Joann. Andr. & Abb. in c. grave: de off. ordin. & in c. paſtoralis: ubi Felin. col. 4. verſic. circa nonam: eod. tit.* 19

Hiſce † itaque adductus admodum vereor, ne verba *d. §. ſin verò:* hanc ſententiam non habeant, in quam communiter adducuntur: Sed cum ſatis non declarent, utrum conſentiente, an verò invito domino volens ſervire recipiendus ſit, videntur potius ita interpretanda, ut, ſi dominum non invitum neque repugnantem recognoſcere, eidemque ſervire voluerit, tum quidem feudum retineat. Hanc enim interpretationem ſuadet ipſa natura rei: quippe cum recognitio vaſalli præſupponat voluntatem domini recipientis aliquem vaſallum. 20

Sunt † enim iſta quodammodo inter ſe correlativa, quorum uno dato, alterum etiam ut concedatur neceſſe eſt. *l. fin. C. de indict. viduit. l. fin.* 21

de

de acceptila. gloſ. in clem. unic. in verb. æternaliter: de ſumma trinit. & fide Cathol. Confirmatur præterea intellectus iſte omnibus illis fundamentis hactenus adductis, quæ cum admodum clara atq; manifeſta ſint, nulla juſta cauſa ſubeſſe poteſt, cur illa verba non ſatis aperta, contra rationes iſtas, in ſenſum tam iniquum detorquere velimus potius, quàm ſecundum eas commodè intelligere.

22 In † quavis enim interpretatione plurimum momenti habent rationes: *l. ſcire leges: de LL. l. cum mulier: & ibi DD. ſolut. matrimon. c. intelligentia: c. præterea de verbor. ſignific.* adeo ut ſecundum illas verba quantumvis clara ſæpius reſtringantur: *l. cum pater: §. dulciſſimis: de legat. 2. l. adigere: §. quamvis. de jure patron. l. milites agrum: in princip. de re milit.* ſæpius etiam extendantur. *l. regula §. fin. & ibi not. DD. de jur. & fact. ignor. l. 2. §. ſi mater: verſic. quid ſi curatores: & verſic. quid ſi deceſſerint: ad Tertull. l. nomen debitoris: §. fin. de legat. 3.*

23 Sic † etiam quævis lex, ſtatutum, vel conſuetudo debet intelligi ſecundùm bonum & æquum, & ita, ne quid contingat iniqui vel abſurdi, etiamſi verba ejus ſint reſtringenda, vel impropria nda: *l. ſcire oportet: §. aliud autem: de excuſ. tuto. l. nam abſurdum: de bonis libert. facit. l. ſi cui: de ſervit. ibi, civili tamen modo*, nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur: & *l. penultim. ad exhib. ibi*, reſpondi non oportere jus civile calumniari, neque verba ejus captari, ſed qua mente quid diceretur, animadvertere, & quod taliter debeant leges & dicta temperari, ne poſſint à ſapiente reprehendi, inquit Juriſconſultus *in l. Salvius: de legat. præſt.* quem ad hoc ſæpius advocabat *Bald. ſecundùm Socin. conſil. 84. viſa prædicta: col. 2. libr. 1.*

24 Ex † quo poſt *Oldrad.* dixit *Alberi. in l. qui duos: §. 1. per illum text. de manum. teſtam.* quod interdum vis ſit inferenda literæ, ut ſanum & juri conſonum capiamus intellectum. Et quod verba legis, vel ſtatuti quantumcunque præciſa recipiant interpretationem legalem, & temperamentum æquitatis, docuerunt *Bart. & Paul. de Caſtr. in l. ſtipulatus ſum Damam: ubi latè Jaſ. de verbor. obligat.* Hinc etiam *Lancell. Deciſ. in l. cætera: §. item hoc prohibetur: in fin. de legat. 1.* ſcriptum reliquit, quod quando cortex verborum legalis diſpoſitionis vel ſtatuti ſonat in aliquam abſurditatem, recedendum ſit à verbis, & mens amplectenda. Multò itaque magis hoc in propoſito admittendum erit, quia verba *d. §. ſin verò*: non adeò præciſa ſunt, ut interpretationem iſtam commodè recipere non poſſint. Præſertim verò, cum, ſi aliter interpretaremur illa, talis rationum & jurium inter ſe pugnantium inde oriretur conflictus, ut nullo pacto commodè ad concordiam reduci poſſent.

25 In † quavis enim interpretatione contrarietas legum maximopere, quoad fieri poteſt, vitanda, & ea ſemper amplectenda eſt, per quam jura juribus concordentur, *l. 1. C. de inoffic. dot. l. 2. & ibi not. DD. C. de noxal. actio. c. cum dilectus: de conſuetud.* Quibus omnibus accedit, quoniam id, quod *in d. §. ſi verò* dicitur vaſallum non amittere feudum, ſi priori domino ſervire, & ab eo beneficium recognoſcere voluerit: non ſolùm de infeudatione ſed etiam de quavis alienatione licita intelligendum videtur, ut apparet ex toto contextu illius titul. *qualit. olim feud. pot. alien. & ex d. §. ſin verò*: ubi poſtquam tam de alienatione, quàm de infeudatione dictum fuerat, hæc verba finalia ad utrunque referenda ſubjiciuntur.

Quamobrem etiam de utroque intellexit *Jacob. de Belvi.* interpretans verba illa (*ſi priori domino*) de domino ejus, qui dedit feudum, vel vendidit: quem ſecutus etiam *Æguina Baro ibidem*,

ogle

dem, hoc modo reſtringens id, quod dicitur *in d.* § *rurſus.* Sed verba illa eo in caſu, quo de alienatione agitur, eum ſenſum non habent, ut dominus invitus teneatur recognoſcere vaſallum, ut apud omnes in confeſſo eſt. quare neque etiam, quatenus de ſubinfeudatione intelliguntur, eo retorqueri poterunt, ſed potius hoc modo, ut paulò ante diximus, intelligenda erunt.

26 Cogitabam † etiam, an non id, quod dicitur *in d.* §. *fin verò* eum, qui ſecundo loco beneficium accepit, iſtud non amittere, ſi priori domino ſervire voluerit, tantum ſit referendum ad eum caſum, quo primus vaſallus culpa feudum amittebat, de quo in proximè præcedentibus verbis dictum fuerat. Idque denotat illud verbum (*amittebat*) quod tum rectè uſurpatur, quando ob culpam feudum amittitur, prout eodem in præcedentibus etiam uſus eſt textus, nec tantam videtur continere iniquitatem, & rationum conflictum.

Quippe pro ratione ejus conſiderari poteſt, cum ſecundus vaſallus jure permittente feudum à primo conſecutus ſit, non ſatis æquum fuiſſe viſum, eum jure ſuo ſemel legitimè quæſito ob culpam ab altero commiſſam privari, & alieno prægravari odio. Ideoque rem æquitatis ratione ſuadente, ita fuiſſe temperatam, ut feudum is propter culpam alterius non amittat, ſed interim retineat, donec ſuperſtes eſt is, à quo illud acquiſivit, hoc verò demum defuncto, ad dominum redeat. Neque enim adeò juſtam conquerendi cauſam hoc caſu habere videtur dominus, cum poſt mortem primi vaſalli denuo feudum recuperet, quo etiam aliàs tam diu caruiſſet, donec primus vaſallus vita fuiſſet defunctus, atque interim alium habeat vaſallum, qui vices primi æquè commode gerat, atque ſuppleat.

Hanc etiam conjecturam adjuvat, quod neque *in d.* §. *rurſus*: *neque in d.* § *fin. Apud quem vel quos*: quicquam eo de caſu, quo culpa feudum quis amittit, diſponitur. Nam vel ex hoc videri poſſet, aliam eſſe rationem hujus caſus, quando culpa feudum amittitur, quam quando refutatione, ſive morte ad dominum redit. Sed cum neque hæc interpretatio omnem penitus tollat difficultatem, ideò tutius videtur priori inhærere.

Hanc † autem concluſionem hactenus à nobis firmatam putarem co- 27
arctandam, ut locum non habeat in feudis, quæ non ipſi vaſallo poſſidenda fuerunt conceſſa, ſed à ſubvaſallis poſſeſſo, ſubinfeudari ſolita ſunt. Nam ſubinfeudationem horum feudorum vaſallo ſubjectorum dominum ſuperiorem, feudo ſibi aperto, ratam habere debere, ſine hæſitatione concludendum arbitrarer per ea, quæ *poſt Camera.* ſuprà *de agnatis* tradidimus. Id quod etiam jure Saxonico diſertè cautum eſt in *cap. 25. in princ.* Cumque in hoc jus Saxonicum cum jure communi optimè conveniat, nullam ſanè juſtam cauſam habuit auctor diff. conſtituendi differentiam inter utrumque jus *differ. 50. par. 2.*

Si † tamen alicui forſitan errore 28
inveterato potius placuerit communis illa interpretum opinio, is ſciat, illam ab iiſdem reſtringi, ut locum non habeat, ſi ob crimen in ipſum dominum perpetratum ſubinfeudans jure feudi cecidiſſet. Nam hoc caſu exiſtimant, in diſpendium ſecundi quoque vaſalli ſubinfeudati tam enormem ſui auctoris ingratitudinem meritò redundare debere, *arg. c. 1. in fin. de illo qui interf. fratr. domini ſui*: & §. *fin. quæ fuer. prim. cau. benefic. amit.* Hoc docuit *Alvaro*: *in d.* §. *fin verò*: quem *ſequitur Joann. Ravenn. & Dn. Baro Schenck ibidem*: & *Molin. in d.* §. *35. numer. 20. & 21.* qui poſt Alvarott. & alios iſtud declarat, tantum procedere in

in culpa in ipſius domini perſonam commiſſa. Ne autem huic doctrinæ refragetur text. *in d. §. ſin verò*: dum etiam ibi eo de caſu dicitur, quo feudum culpa amittitur, & tamen inde hoc, quod poſtea ſubjungitur, excipitur, unde ut exceptio iſta regulæ commode ſubnectatur, eam etiam de illo caſu intelligendam eſſe videri poſſet, ideo ait *Molinæus*, hoc, quod de culpa ibi dicitur, eſſe accipiendum de culpa, quæ non committitur in perſonam domini: quia, inquit, in culpa cadente in delictum commiſſum in dominum ſpecialis eſt proviſio *in c. 1. §. denique: quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* quod feudum debeat ad dominum reverti in ultionem injuriæ. Et ſic generalis ſermo de culpa *in d. §. in fin* non debet extendi ad ſpecialem proviſionem: *d. §. denique*: videlicet ad culpam qualificatam, & cadentem in feloniam, *per not. in l. doli clauſula: de verb. oblig. l. in toto jure. de reg. jur.*

Conſiderat præterea pro confirmatione hujus ſententiæ, quoniam hoc caſu, quando in dominum eſt perpetratum delictum, etiam agnati, qui ex lege feudali vocantur, excluduntur, *d. § denique*: Igitur multò fortius removebuntur, quicunque jus vel cauſam habent à ſolo vaſallo, etiam per infeudationem, cum alioqui regulariter agnati excludere ſoleant ſubinfeudatum, *ut ſupra diximus*. Sed hoc caſu dominus agnatos vincit vincentes ſubvaſallum: ergo multò fortius vincet, & excludet ſubvaſallum per regulam *l. de acceſſionibus: & ibi gl. & Bart. de diverſ. & temp præſcr.* Tandem ſubjungit, hunc intellectum tanquam novum & ſingularem notandum eſſe.

29 Sed † adverte, quia, ſi verba text. *in d. §. ſin verò*: diligentius quis examinaverit, facilè apparebit, eum potiſſimum reſpicere perſonam domini: atque hoc diſertè præſupponere, quod in omnibus illis caſibus feudum ad dominum revertatur. Neceſſario igitur erit intelligendus de culpa in ipſum dominum commiſſa, cum alioqui non ad dominum, ſed ad agnatos devolvatur. Nec obſtat, quod alioqui caſus iſte ſpecialem habeat determinationem.

Nam hoc eo de caſu eſt accipiendum, quo ipſe vaſallus feudum poſſidet: ſecus, ſi iſtud aliis legitime conceſſit. de hoc enim cum alibi nihil ſpecialiter diſpoſitum reperiatur, merito ſane videtur tenendum id, quod *in d. §. ſin verò*: traditur, ſi modo id eam habet ſententiam. Non refert etiam, quod dominus, in quem peccatum eſt, alioqui agnatos excludit, qui tamen regulariter potiores ſunt ſubinfeudato. Quoniam jus agnatorum poſt mortem demum vaſalli incipit, cum interim ſubinfeudatus, vivente eo, jus quæſitum habeat: non mirum itaque, cur potior in propoſito dicatur ratio ſubinfeudati, quam agnatorum ut proinde doctrina iſta probabili dubitandi ratione non careat. Ideoque etiam contrarium docuit *Bald. in d. §. ſin verò: in fin.* inde concludens: ſi Baro aliquis mereatur amittere feudum, quod imperator vel rex, cujus erat Baro, non debeat ſibi appropriare, ſed alteri Baroni concedere. Idem ſenſit *Curt. jun.* dum generaliter tradit regulam, quod, quandocunque extinguitur jus primi vaſalli, non ſit privandus ſecundus vaſallus, ſi paratus ſit ſervire domini priori. Quia tamen communis illa interpretatio *d. §. ſin verò.* quam plurimis juris feudalis rationibus adverſatur, ideo ut ad terminos legitimos negocium reducamus, haud inviti hanc ipſam limitationem in medio relinquimus. Et ſanè ea ſi tenenda erit, haud parum confirmabit ſententiam noſtram, quam contra communem opinionem ſupra firmavimus: quandoquidem nulla probabilis poſſet reddi ratio, cur, cum in delictis hoc admittatur, non idem ſit ſtatuendum de reliquis caſi-

caſibus, quibus jus vaſalli penitus expirat.

Denique † prætermittendum non eſt, hoc, quod in principio diximus, feudum etiam ſine conſenſu domini alteri poſſe in feudum concedi, ita communiter declarari, ut locum non inveniat, ſiquidem quis de feudo inveſti-
(g) tus fuerit, addito expreſſo pacto (*g*) ne ſibi alienare liceat. Hoc enim pactum hanc exiſtimatur habere efficaciam, ut neque etiam infeudari ſine conſenſu domini poſſit, tum ut aliquid operetur *iuxta not. in l. ſi quis:* §. *quæſitum: in fin. gl. magna: ſi quis caut.* tum † etiam, quia prohibitio hominis cum legis prohibitione conjuncta majoris potentiæ eſſe ſolet: *l. 1.* § *nunciatio. de oper. nov. nuncia:* *Ita docet Bald. in d.* §. *præterea: de capit. Corradi;* quem ſequitur *Alvara: ibi, & Zaſi. in epit. feud. part. 5. verſ. ſecundo fallit: nu. 16. Camerar. in d. c. imperialem: mihi pag. 35. verſ. tertiò etiam limita.* Quia tamen hanc limitationem in dubium vocat, & de ea cogitandum relinquit *Felyn. in d. c. quæ in Eccleſiarum:* quem refert *Curt. jun. in d. loco: verſ. quarta declaratio: nu. 84.* & hoc pleniorem tractatum requirit; ideò nos de hoc monere magis voluimus, quàm quippiam certi definire, alibi fortè plenius hoc excuſſuri.

ADDITIO
Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

De ſubfeudationibus licitis ac illicitis, vide *Roſenthal. de feud. cap. 9. à concluſ. 43. uſq. ad concluſ. 49* Inprimis de his qui feudum ſine fraude in totum aut pro parte ſubinfeudant conſule *citat. Roſenthal allegato tractatu de feud. concl. 45 per tot. Vultei. de feudis lib. 1. cap. 10. n. 82. verſ. deinde ſinceritas. Vivium in ſyntagmat. com. opinion ſub tract. de feud. tit. 4. nu. 8. fol. 610. col. 1. Alex. conſil. 1. in ult. col. vol. 5.*

(*a*) Ferret. conſil. 40. n. 3.] Adde *Mynſinger cent. 1. obſerv. 62. n. 4. Weſenbec. conſ. 41. nu. 167. & conſ. 73. num. 53.*

(*b*) Quoddam dominium] Subvaſallus enim vaſalli ſubinfeudantis vaſallus eſt *Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 102. num. 12. 13. 21. Matth. Coler. de proceſſib. executiv. part. 2. cap. 3. n. 283.*

(*c*) Tria potiſſimum requiruntur] De hiſce tribus requiſitis vide *Ludolphum Schrader in tractat. feud. part. 8. cap. 2. numer. 13. verſ. hac tamen concluſio & num. 14.*

(*d*) De fraude ſuſpectam] Subinfeudatio unde fraudulenta præſumatur vide *Vultei de feud. lib. 1. cap. 10. n. 82. verſ. deinde ſinceritas.*

(*e*) In perſona Domini eadem erit conſtituenda concluſio] Idem ſentiunt *Matth. de Afflict. ad c. 1. §. ſi verò qualiter olim feud. pot. Clar. & Bajard in recept. ſentent. §. feudum quæſt. 32. numer. 5 Weſenbec. conſil. 73. numer. 77. part. 2. Joann. Niel. diſput. feud. 7. theſ. ult. Johan. Schöner lib. 1. diſp. 9. theſ. 14. Vigel. in tractat. de feud. cap. 5 & cap. 37.* Diſſentit *Schrader in tract. feud. part. 8. cap. 2. numer. 23.* qui ſtatuit, dominum invitum vaſallum priori æqualem, recognitionem & debita ſolutaque officia offerentem recipere ſubvaſallum *Jaſ. ad l. fin. numer. 3 ff. de pact. Sonsbeck de feud. part. 12. num. 124. Hanneton. de feud. lib. 3 cap. 10.*

(*f*) Ego ſanè] Diſſentit *Fachinæ. libr. 7. controverſiar. cap. 52.* ſed tam putida ſunt, quæ illo capite contra firmiſſimas parentis rationes affert Fachinæus, ut pigeat iis refutandis operam inſumere

mere. Unicum eſt quod & ipſi & communi Doctorum ſcholæ impoſuit, text. nimirum in *c. 1. qualiter olim feud. poter. alienari.* ſed vel ipſa natura oſtendit, omnia, quæ in nigro (ut appellant) continentur, antiquata & per conſtitutiones poſteriores abrogata eſſe. Id quod etiam verba totius capituli, atq; adeo in eo ipſo loco, in quo fundamentum cauſæ ſuæ Fachinæus conſtituit, ſatis indicant, dum recitativè tantum ea, quæ olim in vario uſu fuerunt commemorat, & omnia uno contextu à particula OLIM in principio poſita dependent, ut profectò neminem, cui ratio recti ſermonis conſtat, eſſe exiſtimem, qui de eo amplius dubitare poſſit. Hanc etiam auctoris ſententiam fuiſſe, quod omnia quę in capitulo illo commemorat abrogata ſint, ex eo apparet, quod diſertis verbis eum caſum, qui hodie permiſſus eſt, excipit, infeudationē nimirū, modò & ſincerè ſine fraude fiat, eoq; tanquam in parentheſi dicto, mox ad commemorationem abolitæ illius conſuetudinis redit & verſ. eo excepto, tam longè ab iis verbis (quod & hodie licet facere) ſejungit, ut nulla ratione iis connecti poſſit, ſed ἀπὸ τοῦ κοινοῦ particulæ OLIM neceſſariò conjungi & eadē cum præcedentibus determinatione comprehendi debeat. Quid eſt igitur quod Fachinæus legem aut conſtitutionem ſibi oſtendi poſtulat, qua hic derogatum ſit. Nonne enim eo ipſo, quod olim hæc ita obtinuiſſe dicuntur cum commemoratione novæ conſtitutionis ſatis oſtenditur rem hodie aliter ſe habere. Cum prætertim tot alii textus ſint, ex quibus hoc neceſſaria quadam conſequentia deducitur, ut à parente hîc latiſſimè eſt oſtenſum. Æquitas autem quam hîc Fachinæus comminiſcitur nulla ratione nititur, ſed iniquiſſimū potius eſt domino jus ſuum in feudo ipſi aperto integrum non eſſe adeò ut vaſallum, quem minimè expedit, habere cogatur: Cujus nullū ſimile exemplum in toto jure feudali extare certū eſt. Quod verò ait, quaſi novū vaſallum priore vivente conſtitutum videri, cum bona fide & abſq; fraude quis ſubinfeudatus eſt. Bona fides enim ſubinfeudantis in eo conſiſtere debet, ne quod domino præjudicium fiat, neve ſub colore inveſtiturę pretio accepto feudum vendat, *ut loquitur text. in cap. 1. §. callidis. de probib. feud. alien.* Quod ſi reſoluto jure infeudantis dominus eum quem prior vaſallus conſtituit agnoſcere teneretur, quid aliud quæſo hac ſubinfeudatione ageretur, quam ut jus Domini interverteretur & ſpes caducitatis eluderetur. Quod certè adverſus Dominum conſtitui iniquiſſimū eſt. Quæ omnia tàm manifeſta ſunt, ut ulteriori explanatione opus non habeant, nec Fachin. præter inanes principii petitiones afferre, quo opinio ſua melior fieri videatur, nō eſt igitur ut diutius cū eo digladiemur.

(g) Addito expreſſo pacto] Pactum enim de non alienando in inveſtitura expreſſum impedit ſubinfeudationem *Schrad. de feu. part. 8. c. 2. n. 20. verſ. ſeptimò ſi in inveſtit. Vultei de feu. c. 10. n. 85. lib. 1. Rol. à Vall. con. 81. n. 18. vol. 2. Ceph. con. 133. n. 65.*

QUÆSTIO XLV.

SUBVASALLUS ALIENANS FEUDUM UTRUM TENEATUR REQUIRERE conſenſum immediati domini, an verò ſuperioris.

1. Domini ſuperioris conſenſum requirendum à ſubinfeudante alienante putarunt quidam.

Contra verò alii immediati domini conſen-

conſenſum ſufficere arbitrati ſunt, num.6. Alii diſtinguunt inter feuda ipſis vaſallis poſſidenda conceſſa, & inter ſubinfeudari ſolita, nu.11. Alii utriusq; conſenſum requirunt, nu.12. ſed concluditur tandem nu.13. in feudis ſubinfeudari ſolitis requiri conſenſum duntaxat immediati domini. In aliis autem neceſſarium eſſe conſenſum ſuperioris, ad hoc, ut defuncto ſubinfeudante alienatio valeat, nu.16. Interim verò ſuperſtite ſubinfeudante, ejus ſolius conſenſum ſufficere, num. 17.

2. *Subinfeudans nullum retinet dominium: refutatur hoc num. 22.*
3. *In alienatione feudi requiritur conſenſus domini directi, non autem utilis.*
4. *Subinfeudans, quia ſine conſenſu domini ſui alienare nequit, ideo ſubvaſallo alienanti non poteſt conſentire. reſpondetur nu. 23.*
5. *Textus in §. illud: c. imperialem: declaratur: & nu.10. Sed rectius explicatur num.18.*
7. *Appellationes gradatim interponendæ.*
8. *Vaſallus vaſalli meus vaſallus non eſt.*
9. *Contractus cenſetur eſſe permiſſus ſecundùm naturam ejusdem.*
14. *Dominus ſuperior cum inferiore habet poteſtatem concurrentem.*
In feudis tamen res aliter ſe habet: numer. 15.
19. *Subinfeudans propriè dicitur dominus ſui vaſalli infeudati.*
20. *Domini ſuperioris nihil intereſt, licet ſubvaſallus jus ſuum in alium transferat.*
21. *Subinfeudatus, licet porrò alienet feudum, jus tamen ſuperioris domini integrum nihilominus manet.*
22. *Dominium quale ſit apud ſubinfeudantem.*
23. *Jus penes infeudantem reſidens differt ab eo, quod in ſubvaſallum transfertur.*

CIRCA infeudationem, de qua in præcedenti quæſtione egimus, ſæpius quæri ſolet, ſi ſubinfeudatus feudum alienare voluerit, utrum ſufficiat, dominum immediatum, à quo is feudum accepit, conſenſiſſe, an verò neceſſe ſit, ut domini ſuperioris conſenſus accedat. Quod etſi remotis interpretum commentis, diffinire non adeò difficile eſſet, obſcuritatem tamen quandam parit opinionum illa inter ſe diſſidentium varietas. Nam quatuor in hoc articulo diſcrepantes ſententias *poſt Andr. de Iſer.* recenſet *Matth. de Afflict. in c. imperialem: in 12. notab. nu.28. de proh. feud. alien. per Frid.*

1 Quidam † enim exiſtimarunt alienationem cum conſenſu ſubinfeudantis ſuſceptam non valere, ſed opus eſſe, ut requiratur conſenſus domini ſuperioris. Hoc ſenſiſſe videtur *gl. in d. c. imperialem: §. illud: quam ſequitur Jacob. de Belvi. Bald. & Alvar. ibi: Blancus in ſumma feud. in tit. quib. mod. feud. amitt. Azo in ſumm. tit. de jur. emphy. ſpecul. in tit. de locat. §. nunc videndum: verſ. 26. Idem tenet Bald. & Salic. in l. ſi permittente: C. ad Macedo. Joann. de Imol in c. potuit: in 16. col. locat. Jaſ. in conſil. 176. numer. 1. vol. 1.* ubi dicit, hanc concluſionem claram & indubitatam eſſe: eandem opinionem tanquam magis communem * ſecutus eſt etiam *Jacob. de S. Georg. in verb. & cum pacto de non alienando, numer. 21. & 22.* inquiens, non eſſe tutum ab ea in judicando recedere: id quod teſtatur etiam *Jul. Clar. quæſt. 32.* addens, hoc eſſe notandum, quia, cum quæſtio iſta incidiſſet de facto, multi non ſatis advertentes contrarium reſponderint. Ejuſdem ſententiæ fuiſſe videtur *Camerar. in d. c. Imperialem pag. 535. verſ. quid voluit dicere: Paris de put. de redintegrat. feudo. c.90. numer. 4. & c.261. numer. 9 Hannet. libr. 3. cap. 10.* & hanc communem * interpretum ſententiam eſſe multis auctoritatibus adductis docet *Burſat. conſil. 91. numer. 1. & conſil. 137. numer. 57. quam ſecutus eſt etiam Hartman. Hartman. libr. 2. practic. obſerv. de feud. obſerv. 40. & D. Borchol. in tract. feud. cap. 8. numer. 52.*

Moventur † autem primò, quia 2
poſt factam ſubinfeudationem nullum

(a) remanet dominium, (a) neque directum, neque utile penes ſubinfeudantem: quippe cum unius rei dominium non poſſit apud plures eſſe in ſolidum: *l. 3. §. ex contrario. de acq poſſeſſ. l. ſi ut certò: §. ſi duobus vehiculum: Commodat.* Fruſtra igitur requiri videtur conſenſus ſubinfeudantis. Deinde dato, apud infeudantem etiamnum reſidere aliquod utile dominium, nullum tamen ipſi conceſſum eſt directum dominium, ſed iſtud penes primum dominum remanſit.

3 At † quando alienatio feudi ritè ſuſcipi debet, neceſſe eſt, ut interveniat conſenſus domini, & quidem directi, *arg. l. 1. §. qui in perpetuum: ſi ager vect. vel emphy. petat.* Non igitur ſufficiet conſenſus ſubinfeudantis, ſed neceſſariò recurrendum erit ad primum dominum tanquam directum.

4 Tertiò † certum eſt, quod, ſi ipſe dominus immediatus feudum alienare velit, iſtud ſine conſenſu domini directi facere non poſſit, ſed voluntatem ejus omnino requirere teneatur. Non igitur conſentiendo hanc alienandi facultatem concedere poterit ſuo vaſallo, ſed neceſſarius erit conſenſus ſuperioris. Cum, cujus rei quis ipſe facultatem non habet, eam alteri concedere non poſſit, *l. traditio: de acquir. rer. dom. c. nuper. de donat. int. vir. & uxor: l. nemo plus juris. de reg. jur.* Quin imo ſubinfeudans conſentiens alienationi hoc ipſo alienare videtur. Cumq; hoc ſine conſenſu ſui domini ſuſcipiat, non minus delinquit, quam vaſallus alienans, ac propterea etiam feudum amittit. Omnino itaque opus eſſe videtur conſenſu domini ſuperioris ad hoc, ut alienatio ſubſiſtat.

5 Quia † verò huic opinioni plurimum refragatur text. *in d. §. illud*: ubi videmus, feudum ſub vaſalli culpa amiſſum ad dominum proximum & immediatum devolvi. (Nam hinc etiam ejuſdem conſenſus neceſſarius eſſe videtur, cum, ad quem feudum amiſſum revertitur, ejuſdem etiam conſenſus, requiratur, *ut docet Bald. ibidem.*) Ideo ut hoc objectum removeant, hujus opinionis aſſeclæ reſpondent, quod non loquatur de feudo ob alienationem ſine conſenſu ſuſceptam amiſſo, ſed de delicto, quod non ipſam rem, ſed perſonam domini reſpicit, in quo delictum unius non aggravat alium. *l. ſancimus C. de pœnis*: ſed ubi alienatur, iſtud reſpicit rem, & fit in ipſa re, *ut ſenſit Cyn. in l. 2. in 2. quæſtio: & 9. C. de jur. emphitev.* non mirum itaque, cur hoc caſu ad primum dominum revertatur.

6 Contra † verò alii arbitrati ſunt, dominum immediatum in alienatione feudi requirendum eſſe, & illius conſenſum ſufficere, ut ſenſit *Joann. Fab. in § adeò: Inſt. locati. Bertrand. Caprioli: in d. §. illud: cujus auctoritatem ſecuti reliqui ibidem in hanc ſententiam inclinat etiam Zaſ. in epito. feud. part. 9. de feud. alienat. num. 34.* licet interim concedat priorem, eſſe magis communem. Idem tenuit *Molinæ. in conſuetud. Pariſ. §. 1. gl. 6. num. 11.*

7 Probatur † hæc opinio primò ex eo, quod in ſimili in appellationibus videmus, eas gradatim apud proximum immediatum interponendas eſſe, non autem apud ſuperiorem, omiſſo medio, *l. imperatores: in princ. de appell.* Nam hinc idem in propoſito obſervandum videtur, ut proximus dominus adeundus ſit.

8 Secundò † huc afferri ſolet id, quod dicitur, vaſallum vaſalli mei non eſſe meum vaſallum, *l. nam ſocii: pro ſocio: l. Modeſtinus: de verb. ſignif. l. ſi quis à liberis: § ſi quis à liberti liberto: de liber. agn.* Non itaque lex, quæ punit vaſallum alienantem ſine conſenſu domini, pertinere poterit ad vaſallum vaſalli, ſed tantum ad vaſallum immediatum, & quod conſequens eſt, vaſallus volens alienare non domini ſuperioris conſenſum, ſed proximi requirere debebit.

9 Tertiò † confirmatur hæc ſententia tali ratione, quia, quando aliquis contractus permittitur, credendum eſt, cum permitti ſecundum naturam ejuſdem: *l. plenum §. Equitii. de uſu & hab. l. ſi uno anno: ff. locati.* De natura autem contractus feudalis eſt, ut concedens aliquid in feudum retineat certa jura, quorum reſpectu cenſetur eſſe dominus ſui vaſalli. Cum itaque ſubinfeudatio ſit permiſſa, ſequitur, eam ſecundùm hanc naturam infeudationis conceſſam eſſe, ut ſubinfeudans ſit dominus ſui vaſalli, & quod propterea etiam ſubvaſallus illi juramenta fidelitatis præſtare, & ejus conſenſum in alienatione requirere teneatur. Non enim inconveniens eſt, ut unius rei dominium diverſis reſpectibus ſucceſſivè præſertim, ſit apud multos, *arg. l. ex aſſe. ad Trebell.*

10 Quartò † plurimum hoc probare videtur text. *in d. §. illud*: ubi diſerte dicitur, ſubinfeudantē eſſe dominum ſui vaſalli, uſque eò, ut, ſi ſubvaſallus ob culpam in ſuperiorem dominum commiſſam feudo privandus eſſet, iſtud ad dominum proximum revertatur. Nulla enim probabilis poteſt reddi diverſitatis ratio, cur magis in aliis caſibus hoc obtinere debeat, quam in alienatione.

11 Haſce † inter ſe pugnantes opiniones quidam ita conciliare conati ſunt, ut diſtinxerint inter feuda, quæ à domino ſuperiori alicui vaſallo ſimpliciter conceſſa, is deinceps alteri ſubinfeudavit, & inter feuda à ſubvaſallis poſſideri & ſubinfeudari ſolita. Nam ad priora quod attinet, quæ in regno Siciliæ quaternata appellari ſolent, concludunt, ſecundum opinionem primam ſemper requirendum eſſe conſenſum domini ſuperioris: In feudis verò alioqui ſubinfeudari conſuetis quæ feuda plana, vel de tabula à Siculis dicuntur, admittunt, ſufficere conſenſum domini immediati: Quia tamen hi potiſſimum nituntur peculiari conſtitutione regni Neapolitani, atque interim ſecundum juris communis rationem alii plerunque ſtatuunt, ut apparet ex iis, quæ tradit *Matth. de Afflict. in d. c. imperialem: in 19. notab. numer. 38. & 40.* Ideo de opinione illa non admodum curandum videtur, ac propterea etiam ad propoſitum noſtrum non pertinebunt ea, quæ *Camerarius ibidem* copioſè magis, quàm perſpicuè hac de re ſcripta reliquit.

Alii † igitur quarto loco utramque opinionem ſupra commemoratam conjungentes, inde concludunt, tam ſuperioris, quàm etiam proximi domini conſenſum neceſſarium eſſe. 12
Hoc primus docuit *Jacob. de Ardizo in ſum. feud. c. 103. verſ. nunquid ſufficiat conſenſus majoris*: *idem ſenſiſſe videtur Andr. de Iſern. in d. c. imperialem: col. 4. verſ. verius puta: tem: quem ſequitur Matth. de Afflict. ibid. num. 45 & 46.* moti potiſſimum, quia utriuſque domini plurimum intereſt, ne ſine ipſorum conſenſu alienatio ſuſcipiatur: ſuperioris, ne feudum ab ipſo conceſſum primo vaſallo crebris alienationibus diminuatur: Inferioris, ne illi invito vaſallus obtrudatur. Par igitur eſt, ut uterq; conſentiat, cum, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat, *c. quod omnis: de reg. jur. in 6.*

In † hac opinionum fluctuatione (b) ut certi quippiam ſtatuatur, cum tertiæ claſſis auctoribus diſtinguendum eſſe arbitror inter feuda, quæ ipſi vaſalli poſſidenda conceduntur, poſtea verò ab eodem alii infeudantur: & inter feuda, quæ feudo conceſſo ſubjecta a ſubvaſallis poſſidentur, & aliis ſubinfeudari ſolent. Nam ad hæc poſteriora feuda quod attinet, ſine hæſitatione concludendum exiſtimo, in alienatione eorum requirendū conſenſum domini immediati, neq; neceſſe eſſe, ut inſuper accedat conſenſus domini ſuperioris. Certum eſt enim, dominum ſuperiorem qui alicui 13 (b)

concedit feudum, cui alii vaſalli ſubjecti ſunt, non ſolum ipſi concedere utile dominium, reſpectu proprii feudi, ſed etiam quoddam quaſi directum dominium in reliquos vaſallos illi feudo ſubjectos, & quod adeò vigore hujus conceſſionis vaſallus in vaſallos ex conceſſione domini ſibi ſubjectos omne illud jus habeat, quod alioqui dominus directus in ſuum vaſallum habere poteſt. Sequens eſt itaque, eum tanquam directum dominum alienationi jure conſentire poſſe, ac propterea conſenſum ejus requirendum eſſe. Quinimo tantam in vaſallos ſibi ſubjectos cenſetur habere poteſtatem dominus immediatus, ut, eo invito, negotiis ad vaſallos ejus pertinentibus ſuperior immiſcere ſe non valeat.

14 Etſi † enim aliàs ſuperior cum inferiore reputetur habere poteſtatem concurrentem *l. fin. C. de jurisd. omn. judic. l. ſi aliquam:§. fin. cum duob. ſeq. de off. pro conſul;* per quæ jura hoc tradunt *Abb. & Felin. in c. paſtoralis: de offic. ordinar.* tamen in feudis communiter receptum eſt, inferiori † conceſſam eſſe

15 poteſtatem in ſuos ſubditos privativè, quoad dominum ſuperiorem *Bald. in l. 1. in quæſtione 43. de rer. diviſ. Ab. & Felin. in c. cæterum: de judic. Præpoſ. in c. 1. ad fin. de contr. inter Episc. & vaſallum: Alber. Brun. in conſil. 47. numer. 7. Thom. Gram. deciſ. 30. Roland. à Vall. in conſil. 48. volum. 2.*

Quamobrem ratione hujus poteſtatis, quam in ſuos ſubditos exercet dominus immediatus, potius conſenſus ejus, quam ſuperioris requirendus erit in alienatione feudi. Confirmatur præterea hæc concluſio ex eo, quod in præcedente quæſtione *poſt Camerari.* diximus, hoc caſu ſubinfeudantem feudum ſibi ſubjectum gerere actum ad officium ſuum propriè pertinentē, ac propterea etiam ſubinfeudationem ejus perpetuò durare, uſque eò, ut feudo ad ſuperiorem devoluto, hic nihilominus eam ratam habere teneatur. Si enim ſine conſenſu ſuperioris ejuſmodi bona ſibi ſubjecta pro libito ſubinfeudare poteſt, etiam in præjudicium ſuperioris, utique multo magis alienationi conſentire poterit: quippe cum hæc ipſa ſubinfeudatio non ſolum conſenſum præſupponat, ſed majorem etiam habeat efficaciam, quàm ſimplex conſenſus. Ideoque de conſenſu alienationi adhibito disertè loquitur *ibidem Camerarius*, ſentiens hunc pertinere ad officium domini immediati. Denique ut rem ipſam auctorem demus, hæc ſententia ſtabilitur quotidiana conſuetudine.

Quotidiè enim videmus, non dominum ſuperiorem, ſed tantummodo immediatum hoc caſu in alienationibus requiri, prout de conſuetudine Galliæ teſtatur *Chaſſaneus in tit: de feud. §. 8. in fin.* Neq; arbitror, quempiam ita veſanum fore, ut exiſtimet, vaſallum Electoris, volentem alienare feudum, quod ab Electore tenet, non debere requirere conſenſum Electoris, ſed potius adire Imperatorem, à quo Elector ſuas provincias tenet. Ut proinde res ipſa doceat, opinionem primo loco relatam, quam communiter approbatam eſſe diximus, ad hoc propoſitum non pertinere, ſed, ea non obſtante, concludendum eſſe, quod ſufficiat, dominum immediatum conſentire. ut interim alias rationes huc facientes prætermittam, quas paulò poſt afferemus. Quando verò agitur de alienatione feudorum, quæ vaſallo poſſidenda conceſſa fuerunt, & is dein alteri infeudavit, plurimum refert, utrum quæratur de alienatione, quæ etiam defuncto ſubinfeudante, vim ſuam obtinere debet; an verò de ea, quæ ſolum ad vitam ejus robur habere debet.

In † priore enim caſu facilè admittimus, alienationem hanc morte ſubinfeudantis, veluti reſoluto jure datoris, penitus reſolvi, & in irritum ſvocari 16

ac pro-

ac propterea juxta primam opinionem conſenſum domini exigendum eſſe, ad hunc effectum, ut alienatio etiam feudo ſibi aperto, ſubſiſtat per ea, quæ in præcedenti quæſtione copioſè adduximus.

17 In † altero verò etſi communiter exiſtimatum eſt, conſenſum ſuperioris neceſſarium eſſe, tamen ſi, ut par eſt ex ſolidis juris rationibus potius, quàm ex incertis opinionibus hoc definiendum eſſet, non dubitarem cum *Zaſio & Molinæo* aſſeverare, hoc caſu ſufficere conſenſum domini immediati, propter rationes ſupra ſecundo loco commemoratas. quibus addo, quod Imperator Fridericus *in princ. tit. de proh. feud. alien. per Freder.* ait, non ſolum à principibus Italiæ, ſed ab aliis etiam fidelibus querelas fuiſſe propoſitas, quod beneficia eorum, & feuda, quæ vaſalli ab eis retinebant, ſine dominorum licentia alienarent. Ecce non loquitur hic tantum de principibus, qui tamen ipſi principatus ſuos ab imperatore tenebant, ſed etiam de aliis fidelibus ſubjectis illis principibus: & ait, hoſce conqueſtos eſſe, quod feuda ſine eorum conſenſu alienarentur: & poſtea conſtituit, feudum alienari non debere, ſine conſenſu illius domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur. Non dicit feudum ſine ſuo conſenſu tanquam ſuperioris, vel ſine conſenſu principum, à quibus reliqui fideles ſubinfeudantes tenebant, feudum alienari non debere, ſed cum antea tam de principib. quàm aliis inferioribus vaſallis dixiſſet, generaliter ſubjungit, ſine permiſſione illius domini, ad quem feudum dignoſcere ſpectatur. Hoc enim ipſo utiq; diſertè teſtatum facit, non domini ſuperioris, ſed inferioris, à quo reliqui feuda ceperunt, conſenſum requirendum eſſe. Alioqui enim dixiſſet, ſuum tanquā ſuperioris conſenſum requiri debere.

18 Deinde † pro fortiori inductione *d. §. illud quoque*: conſidero, quod textus ille loquitur de culpa in perſonam domini ſuperioris commiſſa: & tamen concludit, feudum non ad ſuperiorem, ſed ad eum, à quo ipſe tenebat, reverti. Ex hoc enim perſpicuum eſt, majorem ducendam eſſe rationem domini immediati, & hunc plus juris habere, quam ſuperiorem. Nam alioqui, ſi potior eſſet dominus ſuperior, utique feudum ob culpam in perſonam ejus commiſſam magis ad ipſum, quàm ad inferiorem rediret, ut hanc haberet injuriæ ultionem. Cum itaque hoc in delictis in perſonam domini perpetratis locum habeat, ut propterea dominus ſuperior feudum ſibi vendicare non poſſit, utique multo magis procedet in alienatione ſine conſenſu ſuperioris ſuſcepta, ut videlicet is propterea ad feudum aſpirare non poſſit: & quod conſequens eſt, neque etiam conſenſus ejus neceſſerius ſit, ut rectà arguit *Bald.* Apud omnes enim in confeſſo eſt, delicta in perſonam longè graviora eſſe, quàm aliam quamvis culpam: & quod propter alienationem feudum ad dominum revertitur, ut ſupra probavimus, hoc introductum eſt ſolum ad ſimilitudinem delictorum in perſonam commiſſorum. Non igitur alienatio ſine conſenſu ſuſcepta gravius delictum æſtimari poteſt, quàm alia culpa in perſonam patrata, ut propterea magis ad ſuperiorem dominum habendus ſit reſpectus. Ex quo etiam facile tollitur differentia, quam interpretes reſpondendo huic objecto conſtituunt inter delicta in perſonam commiſſa, & circa rem ipſam perpetrata: cum longè majus cenſeatur delictum in perſonam, quàm in rem commiſſum, & alienatio ſine conſenſu ſuſcepta æquiparetur delictis in perſonam perpetratis. Ut proinde id, quod *in d. §. illud*: dicitur non minus ad alienationem, quàm ad reliqua delicta pertineat.

Eſtq; † præter jam dicta ex illo textu potiſſimum notandum, quod, ut animadvertit *Molin.* ſol. prior vaſallus, 19

non

non ſuperior dominus vocatur dominus ſubvaſalli. (c) Idem probatur *in c. 1. §. ut autem, ibi, ſub rege dominum ſuum: de allo.* Nam cum textus ibi dicat, vaſallos dominorum, qui ſub rege ſunt, non ipſum regem, ſed dominum ſuum adjuvare debere, atq; ideò non regem, ſed ipſos, qui ſub rege ſunt, dominos ſuorum vaſallorum appellet, hoc ipſo ſatis teſtatum facit, dominum immediatum nullum poſſe exercere jus dominii in ſubvaſallos, ſed hoc duntaxat competere dominis immediatis.

20 Præterea † movet me plurimum, quoniam inter reliquas rationes, cur ſine conſenſu domini feudum alienari non poſſit, hæc non eſt poſtrema, ne dominus invitus alium vaſallum recipere cogatur, ſed *quæſt. præced.* firmavimus, ſine conſenſu domini quem de feudo ſuo alium infeudare poſſe, atque inde hunc ſubvaſallum, inſcio domino, jus ſuum in feudo conſequi. Nihil igitur amplius intereſt domini ſuperioris, ad quem jus hoc, quod ſemel ſine conſenſu ſuo in alium translatum eſt, porrò tranſeat, & quod conſequens eſt, ratio illa prohibitionis ad dominum ſuperiorem amplius non pertinet, ſed reſpicit potius dominum immediatum, ne jus feudi, quod uni conceſſit, ſe invito ad alium transferatur. Hujus igitur conſenſus ſolummodo requirendus erit. Confirmatur inſuper hæc conſideratio ex ratione, ob quam ſubinfeudationem permiſſam eſſe ſupra diximus.

21 Hæc † enim in eo potiſſimum conſiſtit, quoniam dominus ſuperior nihilominus priſtinum jus ſuum in vaſallo, quem prius elegerat, retinet, neque propterea perſona immutatur. Sed hęc ratio ſibi locum etiam vendicat, quamvis feudum alii conceſſum ad alium porro translatum fuit. Quare ſicut ob eam in principio conſenſus domini ſuperioris non requiritur, ita ob eandem admittendum erit, minimè conſenſum ejus neceſſarium eſſe, quando feudum iterum alienatur. Nullam enim juſtam conquerendi cauſam habere poterit, cum primum vaſallum ſalvum atq; integrum retineat, & hunc pro ſervitio ſemper requirere poſſit, *ut poſt alios docet Curt. jun. in d. loco: nu. 89.* Accedit hiſce, quia, ſi aliter diceretur, maxima injuria afficeretur dominus inferior, dum invitus alium cogeretur recipere vaſallum pro arbitrio ſuperioris, contra omnem tam juris feudalis quàm æquitatis etiam rationem. Non itaque hoc facilè erit admittendum, ſed illi potius ſententiæ adſtipulandum, quæ & rationi ſit conſentanea, & neminem indebitè damno afficiat: *l. in bello: § codicilli: de captiv. & poſtlim. reverſ. l. proximè. de his quæ in teſta. delentur: not. gl. & DD. in l. fin. §. in computatione: C. de jur. deliber. Decius in conſil. 374. num 7. Paris. in conſ. 72. nu. 41. vol 1. & in conſil. 32. num. 4. vol. 2. Cravett. conſ. 14. num. 8. conſ. 33. numer. 24. Roland. à Vall. in conſ. 64. num. 16. vol. 3.* Hanc etiam ſententiam probat cauſa illa, quæ efficit, ut quis propter alienationem inſcio domino ſuſceptã feudo privetur. Id enim inde potiſſimum fit, quoniam dominum feudi contemnere cenſetur vaſallus alienans ſine ejus conſenſu. Hæc autem cauſa potius reſpicit dominum immediatum quam ſuperiorem. Nam cum ſubvaſallus feudum ſine conſenſu ſuperioris, & ſæpè etiam inſcio eo conſequatur, quomodo alienans eum contemnere intelligi poterit, cui ne devinctus quidem ullo modo eſt, niſi mediante fidelitate ſuo domino præſtita, uſque eò, ut potius ſui domini quàm ſuperioris vaſallus cenſeatur. Quare vel ex hac ratione potius conſenſus domini immediati, quàm ſuperioris requirendus erit. Pertinent huc denique etiam ea, quæ de vaſallis feudo alterius ſubiectis in primo membro diſtinctionis noſtræ diximus.

Quod enim operatur tacita voluntas domini concedentis feudum alios ſubvaſallos habenti: idem in propoſito

poſito præſtat ſubinfeudandi facultas à lege conceſſa, ut ſupra in tertio fundamento hujus opinionis conſideravimus. Ut proinde utrobique eadem ſubſit juris ratio, ac propterea par ſit, ut utrobique idem jus conſtituatur, ſaltem quò ad hoc, ut in vita ſubinfeudantis duret ejuſmodi alienatio. Hiſce itaque motus planè exiſtimo, alienationibus hiſce intervenire debere conſenſum domini immediati, neque ad hoc, ut in vita ſubinfeudantis valeant, neceſſarium eſſe conſenſum ſuperioris: cum præſertim animadvertam, opinionem aliter ſentientium non ſolum nullo probabili fundamento eſſe ſubnixam, ſed etiam cum ipſa æquitatis ratione pugnare.

22 Nam † quod primò narrant, nullum penes infeudantem reſidere dominium, id falſum eſſe apparet ex eo, quod in præcedente quæſtione circa rationem ejus, cur ſine conſenſu domini ſubinfeudare liceat, iiſdem auctoribus diximus, & refutatur etiam tertio fundamento hujus ſententiæ noſtræ ſupra adductæ. Præterea ſubinfeudantem non omne jus transferre, ſed nihilominus dominium quoddam, quo & ipſe ſuo domino devinctus eſt, & ſuum vaſallum obligatum habet, retinere, pluribus optimè probat *Molina in d. § 1 gl. 6.* (d) *num. 4.* (d) pulcrè declarans, quale ſit illud dominium. Nam reſpondendo ad id, quod dicitur, dominum non poſſe eſſe apud duos in ſolidum, ait, plures poſſunt eſſe directi domini, vel utiles, vel unus directus tantum, & idem utilis tantum ſimul ejuſdem rei, diverſis reſpectibus. Unde primus auctor feudi dicitur eſſe dominus directus, reſpectu primi vaſalli, immediatè, & reſpectu ſubvaſallorum mediatè. Pariter primus vaſallus dicitur dominus utilis reſpectu domini ſuperioris, & dominus directus reſpectu inferioris vaſalli, & ſic deinceps de reliquis ſubvaſallis. Nec eſt inconveniens propter diverſas relationes: quia dicta regula loquitur nedum de dominio ejuſdem ſpeciei, ſed etiam ejuſdem relationis & reſpectus, & ita in terminis noſtris tenet *Joann. Fab. Inſtit. de locat. §. adeò: col. 2.* Et ſic reperitur directum dominium ſuperioris domini, & directum inferioris, & utile dominium primi vaſalli tanquam ſuperioris, quod tradit etiam *Curt. in 4. parte princip. nu. 83. Hæc Molina*: plura etiam pro hujus comprobatione addens, ut apud eum videre licet.

23 Quæ † verò de alienatione ſubinfeudanti interdicta in medium afferuntur, ea ſanè ad propoſitum noſtrum penitus nihil pertinent, cum inter alienationem ſubinfeudantis & alienationem juris, quod in ſubvaſallum translatum eſt, plurimum interſit. Nam ſubinfeudans alienans, omne jus ſuum, quod in feudo habet, transfert: quod cum ſine conſenſu ſuperioris facere non poſſit, non mirum, cur ſine conſenſu alienando feudum amittat. At quando ſubvaſallus feudum ſibi conceſſum alienat, transfert tantummodo jus iſtud, quod ex ſubinfeudatione conſecutus eſt, interim priſtino feudi jure penes ſubinfeudantem remanente, atq; propterea ſubinfeudans conſentiens alienationi non omne jus feudi, quod penes ipſum remanſit, à ſe abdicat, ſed tantum conſentit, ut jus iſtud, quod per ſubinfeudationem alii conceſſerat, in aliū transferatur. Cumq; hoc ipſum ſine conſenſu domini alteri jure concedere queat, ut in præcedenti quæſtione firmavimus, nulla ſanè juſta cauſa ſubeſſe poterit, cur non etiam alienanti hoc jus conſentire valeat, cum præſertim hoc ipſo alterum inveſtire, & nihil ultra, quàm ab initio conceſſerat, in alium conferre cenſeatur. ut proinde in aperto ſit, ab alienatione ſubinfeudātis ad alienationem illius juris, quod per ſubinfeudationem ſubvaſallo conceſſum eſt, recte argui non poſſe, ſed potius manifeſta ſubſiſtente diverſitatis ratione, diverſum etiam ſtatuendum ſit, ita ut, quamvis ſubinfeudans jus ſuū penitus aliena-

aliena-

Digitized by Google

alienare non poſſit, tamen nihilominus ſubvaſallo jus per infeudationem ipſi conceſſum alienanti conſentire queat. Jus enim ipſius infeudantis, quod penes ipſum reſidens ſine conſenſu ſuperioris alienare non poteſt, & jus per ſubinfeudationem ſubvaſallo conceſſum, quod ſicut ſine conſenſu ſuperioris conceditur, ita ſine eodem rectè in alium transfertur, inter ſe penitus ſunt diverſa atque ſeparata. Ad quam diverſitatem, cum non ſatis animadverterint interpretes, ideò in hanc abſonam prolapſi ſunt ſententiam. Cumque hæc ita plana, atque manifeſta ſint, non dubito, quin omnes illi, qui veritatem magis, quàm vanas ſectantur opiniones (de reliquis enim non laboramus) reprobata priore opinione, noſtræ ſint adſtipulaturi ſententiæ. Præter enim quàm quod prima opinio nullo probabili argumento eſt ſubnixa, & pluribus juris feudalis rationibus, quin & ipſi naturali æquitati obluctatur, etiam pugnat cum multis receptis interpretum doctrinis: Primò dum uno ore tradunt, penes ſubinfeudantem reſidere jus quoddam dominii, quod in vaſallum ſuum habet: Deinde quod iidem aſſerunt dominum immediatum habere in ſuum vaſallum poteſtatem privativam, reſpectu domini ſuperioris: Tertiò quod communiter concludunt, vaſallum vaſalli mei non eſſe vaſallum meum: Quartò, quod ab eiſdem receptum eſt, dominum ſuperiorem in medio exiſtente ſubinfeudante, non poſſe requirere ſervitia ſubvaſalli. Nam hiſce omnibus ex diametro adverſatur prima opinio, ut ex paulò ante commemoratis evidens eſt. Vix itaque ejus aſſeclæ ſibi conſtare, ſed impudentia quadam in eam prolapſi eſſe videntur.

ADDITIO

Simonis Ulrici Piſtoris Hartm. F.

(a) NUllum remanet dominium] An vaſallus ſubinfeudans in ſubinfeudatum utile dominium & poſſeſſionem transferat? affirmativam vide apud *Speculat. in tit. de locat.* §. *nunc verſ. 44. Iſern. ad c. 1.* §. *prætcrea n. 8. de cap. Corradi.* Negant hanc quæſtionem [redacted]. *in conſuetud. Pariſ.* § *1 gl. 6. n. 3. & 4. Burſat. conſil. 50. n. 16. Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumpt. 103. nu. 11. Roſenth. de feud. c. 9. membr. 1. concluſ. 47. n. 3.*

(b) In hac opinionum fluctuatione] Vide *Menoch. conſ. 226. nu. 59.*

(c) Vocatur dominus ſubvaſalli] ita ſentit etiam *Roſenthal de feud. cap. 9. concl. 47. n. 1. & 2. Schrader de feud. part. 6. cap. 6. n. 58. verſ. decimo quinto Curt. Junior part. 4. n. 49. tit. 55.* §. *2. verſ. illud. & in fin. princ. verſ. ſi quis infeudatus lib. 2. feud.* Vaſallus enim vaſalli mei, meus vaſallus non dicitur. Hinc ſubvaſallus nec juramentum fidelitatis nec ſervitia domino mediato præſtare tenetur, ſed inveſtituræ & recognitiones petendæ ſunt à domino immediato *Andr. Knichen de Saxo. non pravocand. jur. verb. ducum c. 6. n. 38. & ſeqq. & de veſtitur. pact. part. 2. c. 5. n. 246. & 257.* Neq; arguere licet penes duos dominium ſimul conſiſtere non poſſe, id enim de eodem fine & reſpectu prædicatur, ubi verò diverſus reſpectus & finis attenditur, abſurdum quoq; nõ eſt, penes duos dominiũ poſſe reſidere. Eſt namq; dominium duplex aliud directum aliud utile utrumq; aut ſuperius aut inferius Primarius igitur vaſallus utile habet omnium reſpectu domini immediati; reſpectu verò ſubvaſalli directũ quod etiam utile ſuperius dici poteſt *Knich. de Sax. non provoc. jur. dict. cap. 6. n. 46. Roſenth. d. concl. 47. n. 4. & ſeq.*

(d) Mo-

Molina: in d. §. 1. gl. 6. n. 4.] Adde *Menoch conſil. 220. nu. 179. Raudenſ. de analog. cap. 10. nu. 13. & ſeq. Roſenthal. d. concluſ. 47. n. 6.* Ex quibus hoc principium fluit, medios dominos retinere adhuc reliquias & veſtigia vaſallagii ſui, neq; ſe omnino jure ſuo exuiſſe.

QUÆSTIO XLVI.

VASALLUS AN ET QUATENUS TENEATUR DOMINO INDICARE titulum, præſertim ſi feudum longiſsimo tempore poſſederit, & quomodo poſſeſſione iſta contra dominum requirentem titulum tueri ſe poſsit.

1. *Titulum ſuæ poſſeſſionis nemo invitus indicare tenetur.*
   Niſi nitatur jure in re, quam alienam eſſe conſtat, nu. 6.
   Vel niſi poſſidenti reſiſtat juris præſumtio: num. 7.
   Vel niſi quis poſsideat rem, quam ſine conſenſu alterius obtinere non poteſt: nu. 8.
2. *Vaſallus titulum ſuæ poſſeſsionis domino indicare tenetur; & quæ ſit ejus ratio; nu. 4.*
   Requiritur tamen, ut prius conſtet, rem eſſe feudalem: nu. 10. Ideoq; vaſallus primum de eo interrogari debet: num. 12.
   Sic etiam locum habet tantum in recenti poſſeſsione, ſecus in antiqua: nu. 14.
3. *Clericus poſſidens beneficium tenetur oſtendere titulum. Idem obtinet in emphyteuta, nu. 4.*
   Fallit in utroque, quando longiſsimo tempore poſſederunt: nu. 10. & 17.
5. *Feuda omnia proveniunt ex providentia principis.*
6. *Probare tenetur, qui nititur jure aliquo in re aliena.*
9. *Dominus expellere poteſt vaſallum recuſantem oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
11. *Feudalia non præſumuntur bona, ſita in territorio domini feudi.*
13. *Vaſallus, qui ſciens negat, rem eſſe feudalem, amittit feudum.*
14. *Vaſallus, qui longiſſimo tempore poſſedit feudum, non tenetur ſignificare titulum ſuæ poſſeſſionis.*
   Multo magis, ſi centum annorum ſpacium feudum poſſeſſum fuerit; num. 22.
15. *Vaſallus utile dominium feudi, ſpacio 30. annorum præſcribere poteſt.*
18. *Inveſtitura probatur ſpacio 30. annorum.*
19. *Inveſtitus legitimè præſumitur, qui poſſedit 30. annos.*
20. *Vaſallus licet teneatur oſtendere res feudales domino, fallit tamen, quando longiſsimo tempore poſſedit.*
21. *Vaſallus poſſidens feudum antiquum non tenetur indicare dominum, à quo prima inveſtitura facta fuit.*
22. *Poſſeſſio temporis, cujus initii memoria non extat, habetur loco tituli legitimè conſtituti, multosq; alios producit effectus, ut ibidem.*
23. *Poſsidens ultra tempus, cujus principium ignoratur, ne allegare quidem titulum tenetur.*
24. *Poſſeſsione contra dominum requirentem titulum quomodo vaſallus ſe tueri poſsit.*
25. *Poſſeſsione ſine tituli allegatione niti quando tutius ſit.*
26. *Tituli allegatio unà cum poſſeſsione tunc neceſſaria eſt, quando ſine titulo quis præſcribere non potuiſſet.*
27. *Præſcriptio, licet prohibita ſit, locum tamen habet, quando quis titulum allegat, & ad probationem ejus præſcriptione nititur.*
28. *Vaſallus, qui nititur poſſeſsione, domino negante, eam probare tenetur.*
   Præſcriptionem alleganti incumbit probatio.
29. *Ad præſcriptionis feudalis probationem quæ requirantur.*

1 Quamvis † regulariter nemo teneatur indicare titulum ſuæ poſſeſſionis, *l.cogi: C. de petit. hæred.* quippe cum nimis grave ſit, reum urgeri ad exhibitionem eorum, per quæ ſibi negocium fiat, *l.nimis grave: C. de teſtibus:* & propterea actor proprias afferre probationes non autem aliorum inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas ei fieri debeat: *l.qui accuſare: C.de edend.* in † vaſallo
2 tamen communiter receptum eſt, ut is teneatur oſtendere domino inſtrumentum inveſtituræ, & docere de titulo ſuæ poſſeſſionis, *ut per not. gl. in l. 2. C. quando & quib. quarta pars: monet Bart. in l. inſtrumenta: col.2.verſ.quæro an feudatarius: C. de fideicommiſſ. Bald. in c.1. col.5. de vaſall. qui contra conſt. Loth feud. alien. Andr. de Iſern. in c.1. §. illud: & ibi latè Matth. de Afflict. nu.28. de proh feud. alien. per Frider. Roman. in conſil 163. Jaſ. in l. ſi legatum: de edend. & in uſibus feudorum: nu.51. Jacob. de S. Georg. in tract. feud. in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt recognoſcere: Dec. conſil. 61. Afflict. in deciſ. 265. nu. 87. & in c.1. nu.86. de controv. inveſt. ubi copioſè tractat materiam l. cogi: Molinæ. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §.5. nu. 6. & tit. 2. gl. 3. Cum aliis adductis per Roland. à Vall in conſil. 89. vol.2.*

Quæ quidem concluſio optimè
3 probatur eo, quod † in ſimili de clerico beneficium poſſidente traditum reperitur, cum titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere debere, *ut habetur in c. ordinarii. de offic. ordin. in 6.* ubi Philippus Francus ex illo textu infert ad vaſallum idem probatur *in c. contra morem, ibi, conceſſa à vobis oportet oſtendi: diſtinctio. 100. not. Abb. & DD. in c. licet Heli. de Simon.*

4 Ex † quo etiam communiter exiſtimatum eſt, emphyteutam à domino
(b) cogi poſſe (b) ad producendum titulum ſuæ poſſeſſionis, *ut docuit Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua: verſic. 141. Bald. in l. 2. C. quomodo & quando judex Angel. in l. prætor. ait. §.1. de edendo Philippus Franccus in d. c. ordinarii: Jaſ. in d. l. ſi legatum: & in l. 2. nu.175. C. de jure emphyteu.* Idem præterea firmatur, hac ratione, quoniam, qui dicit, ſe poſſidere rem tanquam feudum, ſimul fatetur illam pertinere ad dominum, & quod, niſi ex conceſſione domini, obtinere non potuerit.

Nam † feuda omnia procedunt à 5
providentia principis: *§. & quia vidimus: de his qui feud. dar. poſſ. & in §. optimum: in auth. de exhib. reis:* atq; propterea ex hac conceſſione vaſalli cenſetur eſſe fundata intentio domini, dicentis, rem eſſe ſuam, ita, ut ſi vaſallus de conceſſione ejuſdem excipiat, illam probare neceſſe habet, tanquam † nitens jure in re aliena. *arg. l. altius: & l. ſi tibi: ſi hoc minimè probatur. C. de ſervitu. & aqua: §. penult. Inſtit. de ſervit. Andr. de Iſern. in d. §. illud. nu. 65.*

Nam † regulariter, quoties pro actore militat juris aliqua præſumtio, (c) (c)
poſſidenti vero reſiſtit, tum poſſeſſor tenetur edere titulum ſuæ poſſeſſionis, nec eſt locus ſuprà dictæ regulæ: *l. cogi,* ut tradunt DD. *in l. ſive poßidetis: C. de probat. Bald. in l. malè agitur: C. de præſcript.* & probatur per text. *in c. cum contingat: ibi, niſi rationabilis cauſa oſtendatur: de decimis. cum multis aliis adductis à Matth. de Afflict. in d. §. illud; num. 300. idq; ſenſit Bald: in d. l.2. C. quomodo & quand. judex, & poſt eum alii in locis citatis,* dum aiunt, quod vaſallus ideo devinctus ſit ad tituli editionem, quoniam prætendit titulum in re aliena.

Hinc † etiam *Afflict. in d. c. 1. de contr. inveſt. num. 85.* generaliter limitat regulam: *d. l. cogi,* ut non procedat, quoties is, qui poſſidet, non poteſt rem habere ſine aſſenſu alterius, ut eſt feudum: quia tum tenetur demonſtrare aſſenſum illius, cujus conſenſu habet, *per text. d. c. contra morem: diſtinct. 100. & quod not. gl. & DD. in c. ex inſinuatione de procuratori.*

Id † quod uſq; eò procedit, ut, ſi vaſallus recuſet titulum ſuæ poſſeſſionis o-

recuſet titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere, dominus ipſum feudo privare, atq; de poſſeſſione expellere poſſit, *ut poſt Bald. quem refert, tenet Ang. in d. l. ait prætor: §. 1. & Jaſ. in d. l. ſi legatum: Matt. de Afflict. in d. §. illud: n. 30. & latè firmat Roland. à Vall. in d. conſil. 89. vol. 2.*

10 Eſt † autem pro declaratione hujus doctrinæ notandum, illi tum demum rectè locum eſſe, quando poſſidens fatetur, id eſſe feudum domini, requirentis titulum. Nam ſi poſſidens hoc negaret, & contenderet potius, ſe rem tanquam propriam poſſidere, tum titulum ſuæ poſſeſsionis proferre non teneretur, ſed dominus ante omnia probare deberet, rem eſſe feudalem. Hoc docuit *Bart. in l. C. 1. de conduct. & procurat. lib. XI. quem hoc modo declarat Bald. in l. 2. C. quomodo & quando judex: & ſequitur Jaſ. in uſib. feud. nu. 51. Deci. in d. conſil. 61. Matth. de Afflict. in c. 1. §. illud: nu. 32. de probib. feud. alien. per Frider.* ubi diſertis verbis ait, quod, antequam dominus compellat vaſallum ad oſtendendum jura ſua, oporteat eum in ſpecie probare, vaſallum tenere illud

11 feudum à domino, nec † ſufficiat, ſi ſolum dominus diceret: iſta bona, quæ poſsidet vaſallus, ſunt ſita in Baronia mea: ergo præſumuntur feudalia: quia iſta præſumtio non vendicat ſibi locum in feudalibus. Non enim ſequitur: rex regni vel Baro eſt dominus Baroniæ: ergo omnia ſunt regis & Baronis: aliàs eſſet labi in errorem Martini, qui dixit, omnia eſſe principis, *ut refert gl. in l. benè à Zenone, C. de quatr*

(d) *præſcript. Hæc Afflict.* (d) Ideoq; *Bald.*

12 *in d. l. 2. C. quomodo & quando judex*, hanc præbet cautelam, quod vaſallus, qui à domino ob editionem tituli requiritur, ante omnia debeat interrogari, an ſit vaſallus, & ſi hoc affirmaverit, dum demum illi mandetur, ut titulum oſtendat: ſin autem negaverit, prius de eo convincatur.

13 In † quo tamen monitos velim poſſeſſores, ne, ne ſi ſciant, rem poſſeſſam eſſe feudalem, temere id negent, cum, ſi poſtea de mendacio convicti fuerint, amiſsionis periculum ſint ſubituri. *c. vaſallus: ſi de feud. controverſ. fuer. int. dom. & agnat. defunct.* id quod etiam monet *Bald. in d. l. 2. & Jaſon. in uſib feud. nu. 51.*

Secundo † communis illa doctrina 14 reſtringitur, ut locum tantum habeat in poſſeſsione recenti: ſecus verò, ſi quis feudum longiſsimo tempore, vel ab antiquo poſſederit. Nam tum præter hanc longiſsimi temporis poſſeſsionem inveſtituram proferre, vel de alio titulo docere non tenebitur. Hoc clarè tradidit *Andr. de Iſern. in d. §. illud: nu. 65. quem ſequitur Matth. de Afflict. ibi, nu. 33* ubi, quæro, inquit, ecce quod vaſallus compulſus à domino, ut oſtendat de jure ſuo, prætendit, quod ipſe non habeat ſcripturas, quia feudum fuit antiquum ſuorum anteceſſorum: ipſe & anteceſſores ſui tenuerunt feudum illud ſpacio 30. annorum, cum præſtatione ſervitii quid faciet tunc dominus. Et reſpondet poſt *Andr. de Iſern.* quia per poſſeſsionem 30. annorum & per præſtationem ſervitii de jure oritur quædam præſumta inveſtitura: (c) ideo per iſta videtur vaſallus demonſtraſſe jura ſua ſufficientia ad retinendum feudum. *Hæc ille* Movetur autem potiſsimum per textum *in c. ſi quis per 30. ſi de feud. fuer. content. inter dom. & agn. defunct.* ubi definitur, quod ſi quis per 30. annos rem aliquam ut feudum poſſederit, & ſervitium domino exhibuerit, præſcriptione 30. annorum ſe tueri poſsit, quamvis de ea re non ſit inveſtitus. ex quo communiter not. DD. vaſallum † utile dominium feudi contra dominum 30. annorum ſpatio acquirere: de quo latè *per Abb. in c. ad audienti. & ibi Felin. de præſcript. Alex. in conſ. 136. lib. 1. & conſ. 15. lib. 5. Pariſ. conſ. 101. n. 18. lib. 1. Balb. in tr. præſcript. 4. part. quartæ part. princ. quæſt. 12. Cravett. in tractat. de antiq. tempor. part. 4. §. abſolutis: num. 28.* hæc enim 15

(b) (c)

diſpoſitio *d.* §. *ſi quis per 30.* prorſus redderetur fruſtratoria, ſi ultra tanti temporis poſſeſſionem titulum docere, atq; inveſtituram edere vaſallus teneretur? cum tamen textus diſertè dicat, quod, etſi inveſtitus non ſit, præſcriptione ſeſe tueri poſſit. Ideoq; rectè *poſt Hoſtien. quem refert*, dixit *Joann. de Imol. in c. dilectus filius: de offic. ord. jud.* quod ibi notatur, ſufficere, ſi quis rem ad ſe ab antiquo pertinere aſſerat, id facere contra illos, qui occupant caſtra & jurisdictiones, quæ ab aliis antiquitus fuerunt poſſeſſa, niſi eis oſtendatur titulus. Nam ſatis eſſe debet, quod ſic ab antiquo fuerit obſervatum.

16 Comprobatur hæc limitatio ex eo, quod † in ſimili de clerico poſſidente beneficium dicitur. Nam licet is teneatur titulum ſuæ poſſeſſionis edere, *ut ſuprà dictum eſt*, tamen ſi per 30. annorum ſpacium poſſeſſionem obtinuerit, ne de titulo amplius docere cogatur, immunis eſt. *ita docet Bald. in l. ſive poſſidetis: in 1. col. in fin. C. de probat.* ubi generaliter concludit, quod titulus ſolummodo exigatur in recenti poſſeſſore: ſecus verò quando quis antiquitus poſſedit: idem tradiderunt etiam *Joan. Andr. & Canoniſt. in c. illud: de præſumtio. ubi Felin. pluribus hoc firmat: & Philipp. Francus in c. ordinarii. de offic. ordin. Jaſ. poſt alios in l. qui in aliena. nu. 38. de acquir. hæred. & in l. ſciendum: nu. 17. de verbor. oblig.*

Cum autem exemplo clericorum receptum ſit in vaſallis, ut hi teneantur edere titulum ſuæ poſſeſſionis, ut firmant *DD in locis ſuprà allegatis:* æquum ſanè eſt, ut in caſu, quo illi hoc onere relevantur, etiam hi immunitatem habeant.

17 Firmatur † hoc etiam alia communi DD. doctrina, exiſtimantium, eum, qui emphyteuſin per 30. annorum ſpacium poſſedit, ad tituli editionem cogi non poſſe, ad quam alioqui non minus quàm vaſallus teneretur. Hoc ſenſit *Angel. in l. prætor ait §. 1. de edendo: Spec. i. tit. de emphyt. §. nunc aliqua: verſ. 142. Al. in conſ. 74. in princ. lib. 1. Jaſ. in d. l. ſi leg tum: & in l. 2. nu. 147. C. de jure emph.* Idem ſuadetur inſuper ratione ſuprà contrarium adducta. Dictum enim fuit, vaſallum ideo teneri ad docendu titulum, quoniam pro domino vid retur militare aliqua juris præſumtio & eadem reſiſtere vaſallo, qui jus in r aliena ex conceſſione domini præte dit. Hæc autem ratio non ſolùm ceſſ quando vaſallus per 30. annos feudu poſſedit, ſed etiam prorſus contrariu inducit, ut videlicet vaſallus, qui ant deſtituebatur juris præſumtione, nu cenſeatur ex conceſſione domini & ſ lenni inveſtitura poſſidere, ut trad *Matth. de Afflict. in d. § illud: & in c. 1. n. 102. de controv. inveſt.* ubi ait, quod † p poſſeſſionem 30. annorum probet inveſtitura. id quod etiam docuit *Ale. in conſ. 29. volum. 1. & Gozadin. conſil. num. 48.*

Item † vaſallum 30. annorum ſp cio poſſidentem legitimè inveſtitu præſumi, *ſenſit Specul. in d. § nunc aliqu verſ. 162. Alex. in conſil. 113. col. 4. lib. Jaſ. in d. l. ſciendum: nu. 17: de verb. oblig & in d. l. qui in aliena Felin. in c. illud: nu 6. de præſumt. Deci. in conſil. 185. Cravett in tract. de antiq. tempor. part. 3. §. vid mus in genere. nu 36.* Non igitur ad titul editionem cogi vaſallus poterit, cum e tanti temporis poſſeſſione titulus ipſ & conceſſio domini præſumatur. Pa enim eſt, ut ceſſante ratione, etiam ipſ diſpoſitio ceſſet. *l. quod dictum: de pact. l. adigere: §. quamvis: de jur. patron.* & ubi eadem eſt ratio, vel æquitas, ib eadem ſit juris diſpoſitio: *l. illud: ad L. Aquil. l. actio: l. à Titio: de verb. oblig.* idque in propoſito vel eò magis procedere deberet, ne reus, qui eodem cum actore jure utitur, iniquiori ſit loco, quàm actor, & quæ actorem juvat juris præſumtio, reum nihil relevet, contra *l. non debet: & l. favorabiliores: de reg. jur. & c. non licet: tit. eod. in 6.*

Acce-

20 Accedit his, quod † licet vaſallus domino oſtendere debeat res feudales, pro quib. præſtat ſervitia, *gl. in c. 1. §. illud. de prohib. feud. alien. per Frider.* tamen ſi longiſſimo tempore poſſederit, non eſt ad hoc adſtrictus, *ut poſt Jacob. de Belu. in c. vaſallus: ſi de feud. defunct. contr. ſuor. inter domi. tradit Afflict. in c. 1. num. 38. de contro. inter maſcul. & fœminam*, quia, *inquit*, habet juſtam cauſam ignorantiæ.

21 Sic † quando feudum eſt antiquum, vaſallus non tenetur nominare dominum, à quo prima inveſtitura facta fuit, ſi propter antiquitatem ignoretur, *ut ait poſt Bald. idem in c. cum autem: nu. 24. de contro inveſt.*

Ex quibus omnibus ſatis conſtat, vaſallum, qui per 30. annos feudum poſſidet, non obligatum eſſe ad docendum titulum ſuæ poſſeſſionis.

22 Multò † verò magis illi, qui centum annorum ſpacio & tempore memoriam hominum excedente poſſederunt, non cogentur edere titulum ſuæ poſſeſſionis. Nam talis poſſeſſio habetur loco tituli legitimè conſtituti *l. hoc jure: §. ductus aquæ: ff. de aqua quotid. & æſtiv.* & habet vim privilegii conceſſi à principe ex certa ſcientia, *c. ſuper quibuſdam: §. præterea: & ibi Panor. not. de verbo. ſign. Bald. in c. 1. col. 2. in tit. quæ ſint regal. Deci. in conſil. 406. nec non vim legis: l. 1. §. fin. l. in ſumma in princ, de aqua plu. arcend. Pariſ. in d. conſil. 101. & conſil. 114. lib. 1.* quin ſpacium tanti temporis, cujus initii memoria non extat, in contrarium tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, *ut tradit Andr. de Iſern. in c. 1. in verb. in flumine publico: col. 3. quæ ſint regalia: quem refert cum aliis ad hoc propoſitum accumulatiſ Jaſ. in l. quo minus: col. 11. de flum. Gozadin. in conſil. 8. nu. 37.* Ideoq; *dicit Angel. in d. §. ductus aquæ*: quod ſi nobilis tanto tempore uſus fuerit imperio in aliquo loco, cujus initii memoria non exiſtat, habeat fundatam intentionem, dato, quod aliud privilegium non oſtendat: *quod refert & ſequitur Deci. in conſil. 85. & in conſ. 468. & Curtius in conſ. 158.* Et quod tanti temporis poſſeſſio firmiſſimam ſecuritatem præſtet, ac omnem actionem tollat, pluribus firmat, *Pariſ. in conſil. 3. nu 19. & ſeq. vol. 4.* cum cæteris, quæ de effectu hujus temporis tradunt DD. *in c. 1. præſcript lib. 6. & aliis in locis congeſtis per Franciſc. Curt in conſil. 24. & conſ. 50. Pariſ. in conſil. 101. nu. 70. lib. 1. & Cravett. in tract. de antiq. tempor. parte: 4. §. abſoluta: n. 3.*

Quinimo † tantum abeſt, ut is, 23 qui ultra memoriam hominum rem aliquam poſſedit, ad docendum titulum cogi poſsit, ut ne allegare quidem eum teneatur, ſed ſufficiat de tanti temporis poſſeſsione ipſum docere, *prout ſenſit gl. in d. c. ſuper quibuſdam, §. præterea: in verb. non extat: DD. in d. c. 1. de præſcript. lib 6. Alex. conſil 24. lib. 5. Jaſ. in l. ſi certis annis: C. de pactis: Socin. in conſ. 127. col. penult. Pariſ. in d. conſil. 101. nu. 11 Gozad. in d. conſ. 8. nu. 37. quam opinionem communem dicit Cravet. in ſuprà d. loco. §. abſolutis: nu. 50. & in Camera Imper. obſervari teſtatur Mynſing. cent. 1. obſerv 30.*

Ex quibus omnibus ſimul liquet, qua conſcientia conſuluerit Roland. à Vall. *in d. conſil. 89. lib. 2.* quod dominus vaſallum etiam, qui ab antiquo feudum poſſederat: propria auctoritate expellere poſſit, niſi titulum ſuum proponat, Nam ſi quis DD. jam adductos, & alios etiam, quorum auctoritate ipſe nititur, rectius introſpexerit, facilè inveniet, omnium eſſe aliam mentem, ſicuti non ſolùm juris, ſed & naturalis æquitatis ratio cuivis aliud perſuadere poteſt: ut propterea lõgiori refutatione non egeat. Nam ipſa naturalis ratio, *ut pulchrè inquit Seneca in Epiſtola. 63. ad Lucilium*, etiam inter principes eſt judex bonorum & malorum.

Præterea † circa iſta obſervandum, vaſallum, qui propter longiſsimam poſſeſsionem tutus eſt, ut titulum edere non teneatur, poſſeſsione 24

 iſta

iſta duplici modo niti poſſe. Quandoq; enim nullum titulum allegat, ſed ſimpliciter aſſerit, ſe rem tanquam feudalem ſpacio 30. annorum poſſediſſe: &
25 hoc tum quidem utilis eſt, quando † timor ſubeſt, ne probetur, titulum allegatum vitioſum eſſe, ut elucet ex iis, quæ tradit *Pariſ. in conſil. 27. nu. 119. & in conſ. 114. nu. 10. & in conſil. 101. nu. 14. lib. 1.* ubi *poſt Anton. de Butr. in c. pervenit: de cenſib.* ait, quod is, qui ſe fundat ſuper præſcriptione longiſſima, & tanti temporis, cujus non extat memoria, debeat cavere, ne allegat titulum. Nam ſi illum allegaret, & demum appareret illum titulum ab initio fuiſſe injuſtum, talis præſcriptio non prodeſſet. Idem ſenſit *Molin. in conſuetu. Pariſ.* §. *5. in fin.* inquiens, deterius eſſe, quandoq; malum titulum habere, quàm prorſus carere titulo, *per not. Innoc. in c. dudum: ſuper verb. confirmatio in fin. de decim.*

26 Quandoq; † vero quis ſimul titulum allegat, & ad probationem ejus utitur poſſeſſione longiſſimi temporis. Idq; tum omnino neceſſarium eſt, quando poſſidens alioqui non eſt capax illius rei, quam præſcribere intēdit atq; ita præſcriptioni reſiſtit juris communis diſpoſitio. Nam quod hoc caſu teneatur allegare titulum, & ad probationem illius ſufficiat lapſus temporis *not gl. magna in fin. & ibi DD. in l. 2. C. de jur. emphyt. Felin. in c. accedentes: col. 5. verſ. ſed revera potius: de reſcript. quem refert Curt. in conſ. 158. Balb. in repet. l. Celſus: 3. parte princ. nu. 30. de uſucapionib. Cravett. in dicto loco: de antiquit. tempor. part. 4. §. abſolutus: nu. 50. Didacus in c. poſſeſſor: parte 2. §. tertio: nu. 7.*

27 Ex † quo dixit Andr. de Iſern. *in Conſt. Neapolit. incip. quadragenalem: in fin.* quod conſtitutio removens præſcriptionem contra fiſcum intelligatur, quando poſſeſſor innititur tantum præſcriptione, & confitetur defectum tituli, vel de defectu conſtat, non autem quando nititur donatione ſeu inveſtitura, vel alio juſto titulo, quem probat per præſcriptionem 30 annorum: tunc enim ſufficit, & præſumitur, contractum præceſſiſſe, nec removetur per illam conſtitutionem quod ſequitur etiam Matth. de Aflict. *in d. conſtit. quadragenalem: col 3. ſub §. de præſcript.* ubi in terminis noſtris pulchrè decidit, quod, ſi fiſcus agat contra tenentem feudum, dicens ad ſe pertinere; quia poſſidens nullum habet titulum, conventus poteſt ſe tueri dicendo, patrem ſuum, vel ejus prædeceſſorem fuiſſe inveſtitum per regem, & probando ſuum auctorem poſſediſſe dictum feudum annis 30. continuatis temporibus, & præſtitiſſe ſervitium, quando fuit indictum: quia iſta defenſio non conſiſtit in præſcriptione, ſed in præſumta inveſtitura, quæ præſumitur præceſſiſſe ex continuata poſſeſſione 30. annorum cum præſtatione ſervitiorum. Ideoq; ſecundum eum vis eſt in opponendo, ut ſcilicet conventus opponat, ſe vel ſuos prædeceſſores eſſe inveſtitos, & probet continuatam poſſeſſionem tot annorum, iſta enim non eſt oppoſitio præſcriptionis, ſed præſumtæ inveſtituræ, quæ contra fiſcum locum habet: ſecus ſi objiciat ſimplicem exceptionem præſcriptionis, & probet de poſſeſſione trigintà annorum cum præſtatione ſervitii: iſta probatio nihil nocet fiſco, cui nulla obeſt præſcriptio, niſi centenaria. Et ſubdit tandem, quod iſta doctrina fuit per ſapientes regni Siciliæ approbata & laudata. Idem tenuit *in d. §. illud, n. 33.* utrunque opponendi modum pulchrè explicās. Refert & ſequitur iſta *Mol. in conſu. Pariſ. §. 7. n. 16.* (*f*) (*f*)

Deniq; † ſciendum, eum, qui contra dominum requirentem titulum à vaſallo, poſſeſsione alterutro ex jam dictis modo tutus eſſe vult, domino hoc negante, probare ante omnia debere, quod feudum ita poſſederit, ut præſcriptione jus (*g*) aliquod inde quærere potuerit. Nam allegenti præſcriptionem 28 (*g*)

ptionem incumbit probatio, *ſecundum Bart. in l. Celſus: de uſucap. Alex. in conſil. 24. col. 2. vol. 5. Pariſ. in conſil. 104. nu. 121. & in conſil. 112 nu. 22. lib. 1.*
29 *Cravet. in conſil. 29. in fin.*

Ad † quam quidem probationem
(a) hæc potiſſimum requiruntur, primò, ut probetur continuata poſſeſſio per ſpacium 30. annorum: (*b*) ſecundò, ut doceatur, rem tanquam feudalem poſſeſſam eſſe. Tertiò quod inde vel ſemel ſaltem præſtiterit ſervitia. De quibus requiſitis latè tradunt interpretes *in d. §. ſi quis per triginta: Alex. in conſil. 113. lib. 4. Deci. in conſil. 144. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. quartæ part. princ. quæſt. 1. quæſt. princip. 12. Molinæ in conſuet. Pariſ. § 7. Zaſ. in epit feud. qualiter feud. conſt.* Ex hiſce tamen ulti... um non adeò exactè requiritur, ut non etiam ſimiles actus, quibus doceri poteſt, rem tanquam feudalem poſſeſſam eſſe, ſufficiant, licet non fuerint ſervitia præſtita: *quemadmodum videtur ſenſiſſe Alex. in conſil. 169. col. 3. vol. 2. & Molinæ. in d l. n. 9.* Quæ omnia cum plana alioqui videri poſſent, ideò annotanda duxi, quoniam memini in ardua quadã cauſa, in qua meum etiam fuit requiſitum conſilium, hac de re admodum fuiſſe controverſum inter dominum & vaſallum, ut, ſi idem caſus contingeret, eò magis in promtu cuivis eſſe poſſint.

ADDITIO

SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) NEmo teneatur indicare] quia non eſt diſputandum de non jure rei, ſed de jure actoris *l. cogi. C. de petit. hæred. & l. in ſpeciali. ff. de rei vindicat.* ubi dicitur, quod neque in rei vindicatione neque in publiciana poteſt cogi poſſeſſor dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, cum hoc petitoris & non poſſeſſoris munus tit. *Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. n. 82. ibi quoniam hoc.*

(b) Emphytevtam à domino cogi poſſe] Hoc intelligitur eſſe verum, quãdo quis ſe fatetur emphytevtam; ſed ſi negaret emphytevſin & prætenderet proprietatem fundi, tunc ad nihilum teneretur & onus probandi domino incumberet, per regulam vulgatam quod affirmanti incumbit onus probandi *l. qui accuſare C. de edendo. & ſequitur Jaſ. in l. 2. col. 61. verſ. quinto decimo quæro. n. 211. C. de jure emphytevt. Angel. in l. prætor ait § hujus edict. in pr. ff. de edend. Grammat. conſ. 9. n. 3. verſ. item reſpondetur.*

(c) Juris aliqua præſumtio] Quando enim actor fundat intentionem ſuam in juris diſpoſitione, vel in præſumtione juris, tunc non ſibi, ſed eo incumbit onus probandi *Anton. de But. in c. 1. col. 5. verſ. tu conclude extr. ut Eccl. benef. & eum ſequitur ibi Joan. de Imola n. 18. col. 4. in fin. & Joan. de Anani. n. 21. verſ. fallit ſecundò col 3. pulcherrimè Alexand. conſ. 39. n. 2. verſ. & idem tenuit vol. 1.*

Hæc Afflict.] ſequitur *Fulv. Pac. de prob. lib. 1. c. 7. n. 85.* nam fundus ex eo, quod eſt intra fines regni vel provinciæ non præſumitur feudalis niſi probetur, quoniam in dubio quælibet res libera eſſe præſumitur & non feudalis, & ideo licet quo ad jurisdictionem omnis terra præſumitur eſſe principis illius intra cujus territorium ſita eſt, ſecus tamen eſt quoad proprietatem *Joan. Andr in c. nimis col. 2. ex. de jurejur. & hanc opin. confirmavit ibi Panor. Abb in pr plura vide apud Fulv. Pac. de prob. lib 1. c. 7. n. 95. & ſeq.* (d)

Quædam præſumta inveſtitura] Paria namq; ſunt probare inveſtituram veram, & inveſtituram præſumtam ex lapſu triginta annor. *Schrad. inter Kirch. conſ 34. n. 46. ibi 17. hanc ſent. prob. & c. lib. 1.* (e)

Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 7. n 16.] Adde *Fulv. Pac. de prob. lib. 1. c. 61. n. 31.* (f)

(g) Quod feudum ita poſſederit, ut præſcriptione jus] In præſcriptione feudi poſſeſſionem animo habendi in feudum teneri oportet *Vultej. de feud. lib. 1. cap. 9. n. 12. ibi poſſeſſionem autem.* nam ſi res alio habetur ſive poſſidetur animo, poſſeſſio ad effectum præſcribendi feudi nihil facit. *Vultej. de feud. lib. 3 c. 9. n. 12. verſ. ſi enim res alio habetur.*

(h) Poſſeſſio per ſpacium triginta annorum] An ad 30. annorum præſcriptionem titulum feudi conciliantem bona fides requiratur? affirmant *Belviſ. ac Bald. ad §. ſi quis per triginta. ſi de feud. defunct. Balb. de præſcript. 4. part. part. 4. princip. quæſt. 2. n. 3. Vasquius illuſtr. controverſ. cap. 18. n. 17. Villalob. in commun. opin. vocab. præſcriptio. Laurent. Kirchov. in commun. opinionib. part. 2. in lit. F. verb. feudi præſcriptio. concl. 69. Vultej. de feud lib. 1. cap. 9. n. 12. & 14. Mynſing. cent. 4. obſervat. 6. Gail lib. 6. obſerv. 18. n. 7.* Hinc *Tuſcus pract. concl. 550. n 32. verſ. imò Abbas &c. lib. 6. lit. P.* ait Reginam Franciæ non præſcripſiſſe Comitatum Bigoræ, licet poſſederit per centum & 30. annos, propterea quod fuerit in mala fide accipiendo comitatum ab Eccleſia Avicennenſi, dum penderat lis ſuper dominio inter Eccleſiam & vaſallum, hinc etiam ſucceſſores in mala fide eſſe, propter vitium reale, tum quia præſumuntur habuiſſe notitiam de re notabili, tum quia etiam mala fides autoris tranſit in ſucceſſorem univerſalem

Hæc ille,

QUÆSTIO XLVII.

JURAMENTUM FIDELITATIS, UTRUM AB OMNIBUS HÆREDIBUS VAſalli, an item omnibus hæredibus domini defuncti præſtandum ſit. Et pluribus concurrentibus dominis, ſervitia requirentibus à vaſallo, uter alteri præferendus, atque unde dignoſcatur, quis eorum antiquior cenſenſus ſit.

1. Vaſallus domino juramentum fidelitatis præſtare tenetur.
Idq; renovandum, quoties perſona domini vel poſſeſſoris mutatur.
2. Hæredes vaſalli ſinguli jurare tenentur, etſi pro indiviſo poſſideant, n. 9, & quæ ſit ejus ratio, n. 8.
Idem obtinet jure Saxonico: n. 7.
3. Juramentum quo reſpectu dicatur individuum:
4. In individuis licet omnes teneantur, ſufficit tamen unum ſolvere.
5. Plures quando collectivè quando diſtributivè conſiderati cenſeantur.
6. Hæreditas pertinet ad plures, non ut univerſos, ſed ut ſingulos.
8. Textus in §. cum plures in capitul. extraordin. declaratur poſt Cujas. & Hotoman. & n. 11. & n. 17.
10. Dictio implicativa explicat caſum minus dubium, & implicat magis dubium.
11. Hæredes plures licet jurent, una tamen eſt fidelitas.
12. Hæredes non poſſunt eligere unum eorum, qui juret ſine ſpeciali mandato.
13. Hæres pro parte ab altero hæredum acquiſita denuo jurare tenetur.
14. Dominus quemlibet hæredum juramentum offerentem admittere tenetur,
15. Singuli hæredes ad ſervitia in ſolidum tenentur, niſi ea dividua ſint. n. 18.
Sufficit tamen unum hæredum præſtare ſervitia: n. 16.
19. Omnibus hæredibus domini vaſallum jurare debere quidam putarunt.
Alii contrà ſufficere ſi uni eorum juratum fuerit, n. 22.

Quæ

Quæ opiniones conciliantur.nu.24.
20. *Jus, quod plures hæredes domini in vaſallum habent, cenſetur eſſe dividuum.*
21. *Individua cuilibet hæredum in ſolidum debentur.*
23. *Vaſallus pro uno feudo non tenetur plures cognoſcere dominos: declaratur nu.25.*
26. *Hæredes domini eligere poſſunt unum ex eis, cui nomine omnium juramentum præſtetur.*
Quod ſi non convenerint, eligere poteſt vaſallus.nu.27.
Vel poteſt adire dominum ſuperiorem, ut is unum eligat, nu.28.
29. *Ex pluribus hæredibus illi fidelitas facienda, ad quem ſpectat jus dominij.*
Feudo dominante diviſio, quilibet vaſallorum ſuo domino jurare tenetur.
30. *Hæredibus domini bella invicem gerentibus, vaſallus, qui omnib. devinctus eſt, quieſcere debet.*
Sin contra alios bella ſeparatim ſuſceperint, gratificationi locus eſt.
31. *In quovis juramento cenſetur excepta auctoritas ſuperioris.*
Idem obtinet in juramento fidelitatis.
32. *Vaſallus dominum contra Imperatorem juvare non tenetur.*
Alioqui feudum amittit, nu.33.
34. *In juramento cenſentur excepta ea, quæ quis prius jurato promiſit.*
35. *In juramento fidelitatis cenſetur exceptus dominus antiquior.*
Dominum antiquiorem vaſallus ſemper anteponere debet.
36. *Vaſallus juvans dominum ſecundum contra antiquiorem, feudum, quod ab hoc tenebat, amittit.*
37. *Vaſallus qui alium habens dominum, curat ſe de alio feudo inveſtiri à domino ignorante, tenetur huic ad id, quod intereſt.*
38. *Vaſallus antiquiori domino perſonale ſervitium præſtare debet: poſteriori verò per ſubſtitutum: quod tamen revocatur in dubium, n.39.*
Idem ſine dubio procedit, quando domini non invicem, ſed contra diverſos bella gerunt: nu.40.
Idem obtinet etiam, quando feudum novum conceſſum eſt illi, qui ſuccedendi ſpem habet in feudo antiquo, num.36.
41. *Antiquiorem dominum magis ex perſona vaſalli, quàm ex naturâ feudi æſtimandum quidam putarunt: & num.43.*
Contrarium, quod potius conſideranda ſit natura originalis feudi, defenditur num.44. & ſeqq.
Idq; non ſolum in feudo ligio, ſed etiam ſimplici procedit nu. 46.
Neq; refert; utrum re adhuc integra, an verò poſt juramentum utriq; ſimpliciter præſtitum de eo, quæratur: n. 52.
42. *Textus in c. ſatis bene. De prohibit. feud. alienat. per Lothar. declaratur.*
45. *Textus in §. ſi quis inveſtitur: in c. extraordinar. declaratur.*
Feudum ligium quid dicatur.
47. *Renunciatio nunquam præſumitur, niſi exprimatur.*
Præſertim verò juri futuro quis non cenſetur renunciaſſe, nu.48.
49. *Juramentum non extenditur ad ea, de quibus non cogitatum fuit.*
Neq; ultra conſenſum obligat: nu.50.
51. *Juramentum hanc recipit interpretationem, ſi res in eodem ſtatu permanſerit.*
53. *Juramentum eo, quo debuit, modo præſtitum eſſe cenſetur.*
Item omnes qualitates actus ſuper, quo interponitur, aſſumit nu. 54.
55. *Dominus cenſetur concedere feudum ita, ut dari ſolitum fuit.*
57. *Quando non conſtat uter dominus ſit antiquior, is, qui primo requiſivit præponendus, & ſi ſimul requiſierint locus eſt gratificationi, ita tamen, ut alteri perſonale ſervitium præſtetur, alteri per ſubſtitutum.*
58. *Juramentum fidelitatis per procuratorem præſtari poteſt: Niſi dominus præſentiam vaſalli requireret, num.59.*

Juris

1 JURIS † eſt non incogniti, vaſallum fidem ſuam domino peculiari juramento, quod inde fidelitatis vulgo dicitur (a) obſtringere debe-
(a) re, *cap. 1. §. fin. per quos fiat inveſtitur. c. 1. Qualiter jurare debeat vaſallus domino fidelitatem: & c. 1. de form. fidelit. & de nov. form. fidelit.* Idq; non ſolùm tum, quando domini perſona immutatur, ſed & quando vaſallus decedit, à ſucceſſoribus hujus ſub pœna amiſſionis feudi renovandum eſt. *c. 1. in princ. quæ fuer. prima cauſ. benefic. amitt.* Juramenti enim virtus perſonam jurantis regulariter non transgreditur, neq; ad hæredes tranſit: *c. veniens: de jurejur.* meritò itaq; in perſona ſucceſſoris ejus exigitur renovatio, *ut poſt alios declarat Molinæus in conſuetud. Pariſ. §. 2. gl. 4. n. 49 & Julius Clarus in §. feudum: quæſt. 49. in princ.* Hinc igitur quæri ſolet, an, ſi vaſallus decedens plures relinqueret filios, ſinguli fidelitatem facere teneantur: de quo more ſuo ſatis hæſitanter locutus eſt *Joan. Blanc. in epitom. feud. cap. 7. de ſacrament. fidelitatis: n. 21. verſ. Item dubitari conſuevit.*

2 Eos † verò omnes jurare debere, (b) (b) non ſolùm tum, quando feudum diviſis inter ſe partibus poſſident, ſed & vel maximè quando pro indiviſo in commune habent. diſertè probatur *in cap. omnes filii: ſi de feud. defunct. & in c. Imperialem: §. præterea ducatus: de prohibit. feud. alien. per Federic.* quod pleriq; ita interpretantur, ut quilibet ſucceſſorum ſingulariter jurare teneatur: *quemadmodum ſenſit etiam Hotomanus ibi.*

3 Soletq; † hujus vulgo iſta tradi ratio, quoniam juramentum fidelitatis
(c) eſt quid individuum, (c) *ut ſenſit Andr. de Iſern. Bald. & alii in d. c omnes: Angel. in l. loci corpus: §. ſi fundus: ſi ſervitus vendic. & in l. 2. §. ex his: de verbor. oblig. Jacob. de S. Georg. in inveſtitur. feudal. in verbo. qui quidem inveſtiti præſtit. juram. fidelitat. col. 5. verſ. nunc quæro:* Hanc autem rationem duplici fundamento improbat *Molina. in d. l. §. 2. gl. 4. n. 32.*

Primò quia, licet juramentum ſit individuum in ſe, ſeu formaliter, videlicet quo ad ipſam formam, & actum fidelitatis: tamen quantum ad rem ſeu ſubjectum, pro quo præſtatur, cenſetur eſſe dividuum, uſq; eò ut præſtans juramentum cenſeatur iſtud facere pro parte, quam in feudo habet, ſive iſtud pro diviſo ſive pro indiviſo poſſideat. Fidelitas enim iſta magis concernit rem, quam perſonam, & dominus dicitur magis habere reſpectum ad rem ſeu ad feudum, quam ad vaſallum: *Bald. in c. Admonet, de renunciat.* non igitur eſt uſq; quaq; individuum, ut hoc reſpectu omnes ad id ſint devincti. Deinde (*ait*) hæc ratio ſolum concluderet, quemlibet vaſallum ad hoc eſſe obligatum in ſolidum: inde autem non ſequeretur, ab unoquoq; in ſolidum præſtandum eſſe.

Nam † ejus, quod omni reſpectu 4
individuum eſt, hæc eſt natura, ut, etſi omnes in ſolidum teneantur, ſufficiat tamen unum ſolidum ſolvere, *l. 2. §. Ex his. verſ. ſed quo caſu: de verbor. oblig. l. Hæredes: §. an ea: in fin. famil. herciſcund.* cum interim in propoſito unius juramento reliqui non liberentur, ſed quivis in ſolidum contemplatione tamen partis ſuæ jurare teneatur, ſive pro diviſo, ſive pro indiviſo poſſideat, ut ita in aperto ſit, iſtud ex individui natura minimè provenire. Unde apparet, etiam pro ratione huc accommodati non poſſe id, quod quidam conſiderant, ideo omnes jurare debere, quia unius, id eſt, defuncti repræſentant perſonam, *ut ſenſit Alvarottus in d. §. omnes: & ibi etiam dominus Baro Schenck.* Nam ex hac ratione ſequeretur, ab omnibus, & omnium nomine unum tantum juramentum præſtandum eſſe, non autem ſingulos jurare debere, ſicut ex hac ipſa ratione concludit *Iſernia ibidem*, omnes unum tantum ſervitium debere præſtare: cum tamen hoc loco ſinguli jurare teneantur, Aliam igitur, & quidem longè commodiorem ejus tradit ratio.

rationem Molinæus inquiens, unumquemq; hæredum eo ipſo, quod tenet partem ſuam feudi, ſive diviſam, ſive indiviſam, ſive majorem, ſive minorem, cenſeri vaſallum domini pro ea parte, quæ ad ipſum ſpectat, & propterea meritò quemlibet tanquam vaſallum ad ipſum obſequium fidelitatis æqualiter obſtrictum eſſe, quod ſenſiſſe videtur *Andr. de Iſern. in d. §. omnes: in verſ. ſed certè*, dum ait: ſed certè, cum omnes teneant, quilibet partem ſuam, unuſquiſq; eſt vaſallus pro eo quod tenet: quilibet ergo jurabit. Ex hac ratione infert Molinæus, ne ambigendum quidem eſſe, quin id, quod *in d. §. omnes* dicitur, omnes filios fidelitatem facere debere, minimè collectivè, quaſi omnes ſimul ſeu collectivè teneantur, ſed potius ſingulariter & diſtributivè accipiendum eſſe, ita ut quilibet ſingulariter in ſolidum juramentum præſtare debeat, contemplatione tamen partis, quæ ad ipſum ſpectat.

5 Nam † tum demum (*inquit*) plures, unum corpus repræſentantes collectivè conſiderari ſolent, quando commodum ad eos ſpectat, ut univerſos non ut ad ſingulos: *l. quod major: ad municipal. l. aliud: §. refertur: de reg. jur. c. cum omnes: de conſtit.* At quando plures non faciunt collegium, & res, commodum & incommodum ad eos ſpectat, ut ſingulos, non ut ad univerſos, tum nunquam conſiderantur collectivè, ſed diſtributivè, & ſingulariter, quilibet per ſe: *l. per fundum, & ibi per Bart. de ſervit. ruſtic. prædior.*

6 Hæreditas † autem non pertinet ad plures hæredes ut ad univerſos, ſeu tanquam ad repræſentantes unum corpus, ſed ut ad ſingulos, & quilibet ſingulariter per ſe pro parte ſua hæreditaria conſideratur, & pro ea tantum parte dicitur repræſentare defunctum, in reliquis cenſetur extraneus, *ut eſt textus & ibi not. DD. in l. cum à matre. C. de rei vendicat. gloſ. fin. in l. 2. de prætor. ſtipulat. Bart. in l. 2. §. Item ſi in facto: de verb. obligat.* Conſequens eſt igitur, eos non collectivè unum juramentum præſtare, ſed ſingulos viritim jurare debere? id quod pluribus etiam ex verbis *d. §. omnes:* probat, ut apud eum videre licet.

Idem † communiter ſenſerunt interpretes *ibi*, & in noſtris regionibus conſuetudine ita obſervatur. Nam etſi jure Saxonico res aliter ſeſe habere videatur, ut apparet *ex c. 29. & c. 32. in fin.* hæc tamen juris Saxonici diſpoſitio uſu non eſt recepta, & quod conſequens eſt, nullum juris vigorem obtinet. 7

Sed † hiſce refragatur, quod *in cap. extraord. § cum plures*, dicitur: cum plures fratres vaſalli paternum habent beneficium, donec illud indiviſum poſſident, una fidelitas & unum ſervitium domino fieri debet: ſi verò partitum fuerit, quot partes tot eſſe fidelitates. His enim verbis probari videtur, tum demum ſingulos jurare debere, quando feudum eſt diviſum: ſecus quando hæredes pro indiviſo adhuc poſſident, prout ex textu iſto (*quem recenſet lib. 4. tit. 77.*) colligit *Cujatius lib. 3. tit. 9.* inde id, quod *in d. §. omnes: ſi de feud. defunct.* reſpondetur, omnes filios fidelitatem facere debere, maximè ſi indiviſum feudum habent, ad eum caſum, ubi feudum diviſum erat, reſtringens, & propterea loco verborum (ſi indiviſum habent) ſubſtituens, (ſi diviſum habēt) motus etiam per textum *in §. Præterea ducatus: de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* ubi dicitur, omnes, qui partem feudi habent jam diviſi vel dividendi, fidelitatem facere debere. Hoc enim ita interpretatus eſt, quaſi tum demum, quando feudum dividitur, omnes jurare debeant: ſecus verò quando pro indiviſo poſſident. 8

Hotoman. † verò contra *in d. §. omnes:* rectius cum reliquis ex his ipſis verbis *d. §. præterea ducatus*: colligit, non ſolum tum, quando feudum diviſum eſt, ſed & quando dividendum adhuc, atque adeò pro indiviſo poſſi- 9

poſſidetur, omnes hæredes jurare debere,& propterea etiam *in d. §. omnes:* verba illa(maxime ſi indiviſum habent) juxta vulgatam lecturam retinenda exiſtimat: hoc ſenſu, quia in diviſione (*ut mox ibi ſubjungitur*) non rarò uni ex fratribus feudum attribuitur. minorem igitur dubitationem habet omnes jurare debere, quando feudum adhuc indiviſum poſſident,quàm quando eſt diviſum, conſiderat præterea, quod, etſi juxta ſententiam *Cujat.* legeremus (maxime ſi diviſum eſſet) non tamen inde ſequeretur,feudo indiviſo, non omnes hæredes jurare debere, ſed potius inde rectius colligeretur, etiam tum, quando feudum indiviſum eſt, omnes jurare debere,propter naturam
10 dictionis implicativæ (maxime) quæ † eſt, ut explicando caſum minus dubium implicet,atq; includat caſum magis dubium: *l. qui ſe patris: C. unde liberi: l. actio: de negoc. geſt. l. 1. C. de reſcindend. vendit. l. ſi quis pro uxore: in princ. de donat. inter vir. & uxor. l. Etſi maximè: de ſervitut. legat. gl. & Abb. in c. per tuas: in verbo: præſertim de Simon.* ut proinde etiam ſtante iſta lectura, textus minimè hoc probet, quaſi tum demum omnes hæredes jurare debeant, quando feudū eſt diviſum. Idem tamen *Hotomanus* concedit,hoc ipſum ex verbis *d. §. cum plures:* rectè colligi, dum apertiſſimè ſtatuitur,ut ex feudo indiviſo una tantum fidelitas debeatur, & propterea ait,diſcrepantiam illam vix diſſimulari poſſe.

11 Erit † igitur cogitandum, qua ratione textus *in d. §. cum plures: cum d. §. omnes:* conciliari queat. Et verba horum capitulorum diligentius perpendenti mihi venit in mentem,quod, etſi omnes filii fidelitatem faciant, ut dicitur *in d. §. omnes:* quia tamen unuſquiſque pro parte ſua tantum jurat, & pro illa ſolum parte repræſentat defunctum: *d. l. cum à matre. C. de rei vendic.* atq; hac ratione omnes jurantes unam defuncti perſonam ſupplent; *l. cum fundus: de condit. & demonſtrat.* ex hoc ipſo juramentum etiam ab omnibus præſtitum rectè una fidelitas appelletur, *prout etiam declarat Molinæus in d. loco, n. 53.* quo dato §. *cum plures:* nihil obſtabit *d. §. omnes:* cum, ut dictum eſt, ſimul conſiſtant, omnes hæredes jurare debere, & tamen unam & eandem eſſe fidelitatem repræſentantem perſonam defuncti. Et quicquid deniq; ex illo §. *cum plures:* colligi poſſit, ſtandum tamen potius eſſet verbis manifeſtis *d. §. cum omnes: & d. §. præterea ducatus.*

Deinde † ex iis, quæ circa rationem hujus concluſionis noſtræ paulò ante diximus colligit *Molinæus in d. loco nu. 37.* minime verum eſſe illud, quod pleriq; interpretum exiſtimarunt, hæredes unum ex eis eligere poſſe qui juret ſuo & aliorum nomine, *ut Alvarot. Præpoſit. & Afflict. in d. §. omnes: Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem inveſtiti præſtiterunt: verſ. Nunc quæro: Chaſſan. in conſuetud. Burgund. §. 7. nu. 5. & noviſſimè Zaſius in tractat. feud. part. 7. verſ. Poſſunt tamen.* Nam cum ſinguli hæredes pro ea parte,quæ ad ipſos ſpectat,vaſalli eſſe cenſeantur,atque hinc non ſufficiat, ſi ab omnibus collective unum juramentum præſtetur, ſed ſinguli jurare teneantur, ut paulò ante dictum fuit,evidens ſanè eſt, in poteſtate hæredum ſitum non eſſe,ut unum duntaxat eorum eligant, qui communi nomine unicum juramentum præſtet,ſed ſingulos ad hoc æqualiter devinctos eſſe. Idq; ſine dubio procedere videtur,quando ille,qui ab hæredibus eligitur, nullum ſpeciale haberet mandatum, ad reliquos etiam hæredes peculiari fide obſtringendos: at quando à ſingulis ſpeciale accepit mandatum, ut proprio ipſorum nomine etiam juret tum ſanè res majorem habet dubitationem. Inſpectio enim in eo eſt, utrum juramentum fidelitatis per procuratorem præſtari poſſit, *de quo infra dicturi ſumus.*

Præterea † ex his,quæ de natura jura-

juramenti à quolibet hæredum præſtandi aſſeruimus,ſequitur etiam,quod etſi hæres in communione exiſtens fidelitatem fecerit,tamen ſi deinde, diviſione facta, portionem alterius hæredis acquiſierit,pro illa parte de novo acquiſita jurare tenuo teneatur: cum, ut dictum eſt, juramentum primum duntaxat cenſeatur præſtitum contemplatione partis ſuæ, quæ ſibi in feudo competebat, atq; hac de cauſa minimè reſpiciat portionem deinde acquiſitam, ut cum diſtinctone quadam docuerunt *gl. Andr. de Iſern. Alvarott. in c. 1. §. ſed & res: per quos fiat inveſtitur: Curt. jun. in tractat. feudal. part. quarta in ultimo caſu amiſſ. feud. tertia regula principali: verſ. circa hanc tertiam regulam: n. 149. Molinæus in d. §. 2 gl. 4. nu. 32. & ſecutus eſt Julius Clarus in d. § feudum: quæſtio. 49. nu. 12.* Quod tamen in aula Electorali hanc recepit interpretationem ut is, qui ſemel juravit fidelitatem, novo iuramento non onerari ſoleat, ſed ſufficiat eum ſtipulata manu fidem prius juratam interponere, & promittere ſe id, quod antea juraverat, etiam reſpectu ejus feudi, quod de novo acquiſivit, præſtiturum.

14 Permittendum † etiam hoc loco non eſt,quod, etſi ſinguli hæredes jurare teneantur, ſi tamen unus eorum juramentum offerret pro ſua parte, fortè indiviſa,petens ſe admitti, & inveſtiri dominos non poſſet hoc recuſare,& eò uſq; differre, donec reliqui etiam cohæredes ſimul venirent, & jurarent, ſed ſingulos accedentes ad juramentum admittere teneretur, *ut eleganter probat Molinæus in d. loco nu. 28.*

15 Deniq; ſciendum,licet omnes hæredes viritim fidelitatem facere teneantur, atq; ſinguli etiam inde ad ſervitia præſtanda ſint obſtricti, quatenus ea ſunt individua: cum individua à quolibet hæredum in ſolidum debeantur, *l. ſtipulationes non dividuntur: & ibi Bart. in 6. oppoſit. de verbor. obligat. l. in executione §. ſecunda: eodem tit.*

Non † tamen propterea à ſingulis ſervitium ſimul exigi poterit: ſed quia ex uno feudo non niſi unum ſervitium debetur, ſufficit unum ex eis tantum præſtare, quantum eorum pater vel anteceſſor fuiſſet præſtiturus: 16
l. communi: communi dividendo. l. ſi pluribus. 44. de leg. 2. (d) ideoq; etiam is, qui (d)
pro cæteris cohæredibus ſervitium præſtiterit, compenſationem à cæteris pro earum parte conſequetur: *d. l. 2. §. ex his: de verbor. obligat. l. hæredes §. an ea: in fin. famil. herciſc.* Hoc uno ore docuerunt etiam *Andr. de Iſern. Bald. Alvarott. & reliqui interpretes in d. §. omnes: & pulchrè declarat Molinæus in d. §. 2. gl. 4. nu. 39. & Hotoman. in d. §. præterea ducatus:* ſicq; intelligendum eſt id, quod *in d. §. cum plures*: dicitur unum ſervitium domino fieri debere.

Sed † quod mox ſubjungitur (ſi 17
feudum partitum fuerit, ſervitia non pro partibus, ut unum primum, videlicet graviora, ſed pro quantitate beneficii moderanda) id aliquanto obſcurius eſt. *Cujatius* quidem ibi loco horum verborum (ut unum primum) legendum putat, ut cui plurimum videlicet graviora, hoc ſenſu: ut ſervitia non imponantur pro amplitudine partium, veluti graviora ei, cui in diviſione agri plurimum obvenit, ſed pro earum æſtimatione, & precio verum præterquam quod ſine librorum auctoritate nihil facile immutare ſoleo, haud ſcio, utrum ICtus hoc loco magnitudinem feudi cum æſtimatione componere voluerit: quippe cum dictio (*quantitas*) magis conveniat magnitudini, quàm æſtimationi, vel potius utrunq; comprehendat. Putarem itaq; retenta communi lectura, hunc eſſe illorum verborum ſenſum, feudo diviſio, ſervitia non pro partibus ita facienda eſſe, quemadmodum (primum) id eſt, antequam feudum divideretur, (unnm erat ſervitium, videlicet ut ſinguli hæredes iſtud ſervitium præſtare tenerentur, atque hac ratione ſervitia graviora

Digitized by Google

redderentur, & multiplicarentur, ſed pro quãtitate vel parte beneficii, quam quiſq; conſecutus eſt, moderanda. Quam interpretationem adiuvat, quod in fine dicitur, in caſu converſo pluribus hæredibus domini ſervitia non gravitate facienda: nam & ibi his verbis idem deſignatur, non eſſe ſingulis dominis integra ſervitia facienda, & hoc modo aggravanda & multiplicanda, ſed potius moderanda: quare & hoc loco vocabulum (graviora) hoc denotabit non ita ſingulos hæredes pro partibus præſtare debere ſervitia, ut ea aggraventur.

18 Eſt tamen hoc, quod modò diximus à ſingulis hæredibus ſervitia in ſolitum exigi poſſe, ita intelligendum, ut tantummodò procedat in ſervitiis individuis. nam quæ diviſionem recipiunt, quivis hæredum pro ſua parte præſtare tenetur, *ut tradunt DD. in d. §. omnes: & Molinæus in d. loco:* (*f*) qui latius id explanat: & hæc in juramento præſtando à pluribus hæredibus ita ſeſe habent.

Sed quid è converſo, ſi dominus feudi deceſſerit, (*g*) relictis pluribus filiis, vel aliis hæredibus, an vaſallus tenetur ſingulis eorum præſtare juramentum fidelitatis. Hæc quæſtio ab interpretibus multum fuit agitata.

19 Quidam † enim exiſtimarunt, juramentum omnibus eſſe præſtandum, *ut not. gl. in l. uſuſfructus legatus: in princ. in verbo oportet: de uſufructu: Bart. in l. cum unus: in princ. de aliment. & cibari. legat. Bald. in l. 1. quæſtio. 22. de rer. diviſio. Angel. in l. loci corpus: §. ſi fundus: ſi ſervit. vendic. & in l. 2. §. ex his: & ibi Ludov. Roman. col. 3. de verbor. obligatio. Joann. de Imol. in l. 4. in princ. eod. tit. Jaſon. in l. de pupillo: §. ſi plurium: col. 3. & 4. de oper. nov. nunciat. idem poſt Pyleum tenuit Alvarottus in d. §. omnes: ſi de feud. defunct.*

20 Moventur autem potiſſimum hac ratione, quia † jus ipſum, quod tanquam domini in feudo habent, veluti individuum cuilibet in ſolidum competit: ſed hanc rationem refutat Molinæus contra exiſtimans, quod ſicut feudum ipſum dominans eſt diviſibile & dividitur, ita etiam jus, quod ratione illius feudi dominantis competit dominis. Ideoq; pro opinione iſta aliam affert rationem, quia videlicet ſinguli ſunt domini, & ſingulis jus pro rata ipſorum parte competit. nam hinc ſingulis etiam jurandum videtur, quemadmodum ſupra de pluribus hæredibus vaſalli dicitur, hoſce ideò, quod quilibet eorum vaſallus eſt, ſingulos jurare debere: cum præſertim juramentum fidelitatis in ſe quidem individuum ſit, *ut ſupra declaravimus.*

Nam † in individuis univerſale eſſe ſolet, ut cuilibet hæredum in ſolidum debeantur. *l. hæredes: §. An ea: famil. herciſcund. l. 2. §. ex his: de verbor. obligat. l. ſtipulatio. §. quæſitum: de oper. nov. nunciat.*

Alii verò contra arbitrati ſunt, uni tantum hæredum faciendam eſſe fidelitatem, *ut gloſ. in d. §. omnes: in fin. quam ſequuntur Andr. de Iſern. Jacob. de Belvis, & Bald. ibi Hoſtienſ. in ſumm. tit. de feud. §. fin: ſpecul. in tit. de feud. §. 1. quæſtio. 29. & ibi Joann. Andreas. Albericus. in l. cum unus, in fin. princ, de aliment. & cibar. leg. & in l. de pupillo, § ſi plurimum & in l. ſtipulatio, §. quæſitum de oper. nov. nunciat, idq; communiter approbatum eſſe teſtatur Aretin. in l. 2. §. ex his, in 2. notab. de verbor. obligatio, Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem inveſtiti, nu. 28. & Apoſtilla ad Decium in l. ea quæ in partes, de reg. jur. Joann. Raynald. & Camerar. in §. præterea ducatus, c. imperialem, de prohibit. feud. alien. per Frederic. mihi pag. 856. in fin.* Quæ quidem opinio probatur optimè per tritam illam ejus regulam; qua docetur, ex perſonis hæredum non immutari conditionem obligationis, neq; duriorem alicujus conditionem effici. *l. 2 §. Ex his, de verb. oblig. l. 2. §. incertam, de prætor. ſtipul. l. damni. 1. § ſi is qui vicinas, de damn. infect. l. cui fundus, in fin. de conditio: demonſtrat.*

Nam

Nam hinc ſanè rectè arguitur, vaſallum, qui ex lege feudi non tenetur, niſi ad unam fidelitatem & homagium non debere aſtringi ad plura, ex eo, quod dominus deceſsit, relictis pluribus hæredibus, *arg. l. ne in plures : de exercit. action. l. quod ſi nolit : §. ſi plures : de ædil. edict. l. Jam tamen : ad fin. judic. ſolvi.*

23 Idem † magis clarè firmatur per textum *in l. Imperialem*, §. *præterea ducatus, de prohibit. feud. alien. per Frideric.* ubi disertè dicitur, vaſallum non eſſe compellendum, ut pro uno feudo plures dominos habeat. per quem text. *hoc not gl. & DD. ibi. Quibus accedit textus in d. §. cum plures : in extraordinar. capit.* ubi dicitur, plures dominos, etſi feudum dividant, unum tantum fidelitatem ex feudo habere poſſe. multo itaq; magis hoc obtinebit feudo nondum diviſo. Congruit cum hac opinione etiam jus Saxonicum feudale, nam *in cap. 29.* dilucidè cautum reperitur, vaſallum non niſi ab uno ex filiis domini feudi inveſtituram petere debere. Der Mann (inquit textus) darff auch nicht / wann von einem ſeines Herrn Sohn ſein Gut empfahen / ut proinde inter differentias juris civilis & Saxonici referri hoc non meruerit, ut fecit auctor earum, *differentia 51.*

24 Haſce † diſcrepantes opiniones alii in concordiam ita reducunt ut exiſtiment, vaſallum quidem non teneri ſingulis dominis ſeparatim fidelitatem facere, & ſic pluries jurare, ſed tantum uni eorum, communi tamen omnium nomine & vice recipienti. Nam hac ratione & primæ opinioni ſatisfit, quæ omnibus jurandum eſſe ſtatuit, cum juramentum uni omnium nomine præſtitum eundem effectum habeat, ac ſi omnibus juratum eſſet, *ut ait Iſern. in d. §. omnes* : & locus etiam relinquitur ſecundæ ſententiæ, quæ uni tantum jurandum eſſe ſtatuit, cujus ſuffragatores hoc idem ſenſiſſe videntur, ut ex ſcriptis eorum cernere licet. *Ita in effectu poſt Andr. de Iſern. diſtinxit. Martin. Laudens. Alvarott. Præpoſit. in d. §. omnes : & Zaſius in epitom. feud. in 7. parte.* qui ait ita apud Germanos obſervari: idq; præ ceteris optimè declarat *Molinæus in d. §. 2 gl. 4. nu. 51.* ubi inſuper addit, ſi domini omnes ſimul conveniant, ut uno & eodem actu omnibus poſsit fidelitas fieri, tum juxta priorem opinionem omnibus jurandum eſſe. Exigit enim natura individui, ut omnibus debeatur & ſic omnibus ſimul præſtetur. *l. ſtipulatio §. quæſitum. de oper. novi nunciat.*

Neq; † hoc caſu juſtam conquerendi cauſam habet vaſallus, cum nihilominus ad unam tantum fidem, & unum homagium, ut prius, teneatur & licet perſonas dinumerando plures nanciſcatur dominos, quia tamen illis uno tantum juramento eſt obſtrictus, habentur inſtar unius domini, *d. l. cum fundus, de condit. & demonſtrat.* atque adeo unam tantum fidelitatem vaſallus facere exiſtimatur, *ut ait textus in d. §. cum plures.* Ut proinde huic ultimæ ſententiæ meritò quis ſubſcribat, tum quia utriq; opinioni convenit, eaſdemq; optime conciliat. Illi enim ſententiæ plærunq; adſtipulandum, quæ mediam viam tenens alias invicem pugnantes conciliat, *arg. l. adeo. §. cum quis verſ. Et tamen media ſententia, de acquirend. rer. domin. gl in c. quærente, de offic. deleg. Salicet. in l. Filia cujus pater, C. famil. herciſcund. Gratus in reſponſ. 63. n. 26. lib. 1.* tum etiam, quia hac ratione tam dominis quàm etiam vaſallis conſulitur. Non enim præter ea, quibus obſtrictus fuit defuncto, oneratur vaſallus, cum ad unam tantum fidem & homagium teneatur. Neq; etiam dominis quicquam decedet, cum uni omnium nomine jurans vaſallus omnibus juraſſe, & eodem juramento fidelitatis devinctus eſſe cenſeatur. Locus itaq; erit regulæ, quæ docet, in ambiguis juris quæſtionibus eam eſſe amplectendam ſententiam, quæ æquitati magis eſt conſentanea, & jus partium, quoad

ejus fieri poſſit, ſalvum atq; illæſum conſervat, *l. Ex his: in fin. quæ in fraudem creditor. l fin.* §. *In computatione: ubi hoc not. glóſ. & DD. C. de jur. de liber. Paul. de Caſtro in l.1. ſi quis cautíon. Bald. in conſil. 192. incip. Proponitur quod in quadam civitate: col. fin. lib. 2. Dec. in conſil. 162. incip. in cauſa quæ agitatur: nu.1. Cravett. in conſil. 14. nu. 8. & conſil. 23. n. 9.* Ex quo etiam vereor, ne non ſit adſtipulandum Cujacio, dum is *tit. 9. lib. 4.* exiſtimat, ante diviſionem fidelitatem fieri non debere, ne quis plures fidelitates pro eodem feudo facere teneatur, contra §. *cum plures: in capit. extraordinar.* Nam etiam dominis in communione exiſtentibus commoda inveniri poteſt via, quemadmodum non niſi una fidelitas fiat.

Sed hoc loco inſpectio omnis in eo erit, penes quem ſit electio. Et quamvis gloſ. *in* d. §. *Præterea ducatus*: generaliter tradiderit, vaſallum poſſe eligere, cui ex hæredibus domini fidelitatem facere velit: hoc tamen rectè declarat. *Jacob. de Beluis*: *ibi*, niſi † hæredes de uno ex ipſis convenerint: quod etiam ſequitur *Joannus Andreas in addition. ſpecul. ad ſpecul. in tit. de feudis*: §. *1. quæſtio. 29. & Aretin. in d.* §. *Ex his: de verbor. obligat.* Erit igitur primò electio dominorum: *arg. l. ſtipulatio*: §. *quæſitum: ibi, ſi inter eos conveniat: de oper. nov. nunciat*: id quod etiam concordat cum jure Saxonico, *in d. capit. 29. ibi:*

Ob ſich dieſe / die von jhme (dem Oberherrn) mit dem Gut belehnet ſeynd / darumb nicht vereinigten / Ideoq; hæredes domini prius requirendos eſſe, ut unum ex ipſis eligant, cui juramentum præſtetur, rectè monet *Julius Clarus in d. quæſtione. 49. num. 11.*

27 Quod † ſi verò hæredes requiſiti de uno eorum, cui juramentum præſtandum ſit, non conſentiant, tum vaſallum eligere aliquem poſſe, cui fidelitatem faciat, uno ore univerſi tradiderunt *in d.* §. *omnes: quos ſequitur etiam Molin. & Clarus in dictis locis*: niſi tamen aliqua urgens adſit cauſa, quæ ſuade-at, uni magis quàm alteri juramentum eſſe præſtandum, ut puta ſi alter altero dignior eſſet, *argumento ejus quod docet Bald. in l 1.23. quæſtio. de rer. diviſio. & in d.* §. *omnes: circa fin. verſ. Quæro qualiter in proxima: Felin. in c. 1. de major. & obed. Nicol. Boër. in conſuetud. Burgund. de conſuetud. feudor.* §. *10.*

Longè † tamen expeditiorem modum tradit jus Saxonicum; ſtatuens nimirum eo in caſu, ubi hæredes non conveniunt, dominum ſuperiorem eſſe requirendum, ut is definiat, cui e[x] hæredibus domini fidelitas facienda ſit, *ut apparet ex d. cap. 29.* Das muß abe[r] (*inquit textus*) der oberſte Herr entſche[i]den / an welchen jhr einen er ſie weiſ[en] wolte.

Cumq; hæc via ſit tutiſſima, eg[o] conſultus ſuaderem vaſallis, ut han[c] potius eligerent. Quæ quidem omni[a] tum rectè procedunt, quando plure[s] hæredes domini in communi & pro in[]diviſo poſſident feudum: at † quand[o] ad unum tantum ex hæredibus ſpecta[t] ſupremum jus domini, tum dubium non eſt, huic ſoli juramentum præſtan[]dum eſſe: ſic etiam, quando feudum dominans dividitur inter hæredes va[]ſalli qui cuivis in diviſione obveniunt ſingulis ipſorum dominis fidelitatem facere cogentur, *ut communiter docu[e]runt interpretes in d.* §. *omnes: & Julius Clarus in d. quæſtione. 49. nu. 11.* adden[s] ſe ſemper vidiſſe ita obſervari. qu[od] tamen de feudo dominante diviſ[o] di[]ximus, ita eſt intelligendum, ſiqui[d]em ita inſtitueretur diviſio ut cuivis domi[]norum ſinguli vaſalli aſſignarentur: nam ſi etiam poſt diviſionem omni[]bus unus eſſet vaſallus, tum ſane ni[]hilominus una tantum eſſet fidelitas *ut ait textus in d.* §. *cum plures: in cap[it]. extraordinar.*

Cæterum

Cæterum cum juramenti fidelitatis ea potiſſimum ſit efficacia, ut vaſallus domino bellum gerenti ſervitia præſtare teneatur, in caſu verò, quo vaſallus vel omnibus hæredibus, vel uni ex illis nomine omnium fidelitatem facit, ſingulis juramento is obſtrictus ſit, hinc ſubit mentem dubitatio, ſi hæredes iſti inimicitias & bella invicem gerant, quemadmodum rationes ſuas ita inſtituat vaſallus, ne, ſi uni adhæreat, alterum offendiſſe, & juſtam privationis cauſam huic præbuiſſe videatur.
30 & † tutiſſimum eſſe, ut vaſallus hoc caſu penitus quieſcat *argumento. l. Invicem. de hæred. inſtit. & l. ſi quis in gravi: §. ſi cum omnes: ad Syllan. docet Bald. in l. 1. quæſtio. 23. de rer. diviſio: quem ſequitur Alvarottus & Præpoſitus in*
(h) *d. §. omnes.* (h)

Si vero contra alios ſinguli bella gerant, tum gratificationi locum eſſe tradit *in d. loco Baldi.* cui adſtipulatur etiam *Alvarott: & Præpoſit. & Igneus in d. §. ſi cum omnes: num 93.* niſi ab uno eorum prius requiſitus fuerit, nam tum huic potius ſervitia præſtanda eſſe docuit *Matth. de Afflict. in c. 1. in princ. num. 57. Quibus mod. feud. amitt.*

Quid autem ſtatuendum de vaſallo, qui diverſa à diverſis dominis invicem bella ſuſcipientibus feuda tenet, & utriq; fidelitatem fecit, an alterutri horum, & cui ex illis ſervitia militaria præſtare tenebitur: cumq; iſtud etiam à virtute juramenti, de quo in propoſito ſermo nobis inſtitutus eſt, dependeat, ideò ut veritas magis eluceſcat, de natura hujus juramenti diligentior erit ſuſcipienda cogitatio.

31 Ac † primò quidem expeditum eſt, in omni juramento auctoritatem ſuperioris exceptam videri. *c. venientes: c. Petitio: de jurejurand. c. venerabilem: in fin. de electio. l. Imperatores: ad municipal.* & de juramento fidelitatis eſt textus expreſſus *in §. fin. de prohibit. feud. alien. per Frider.* ubi dilucidè diſponitur, in omni fidelitatis juramento Imperatorem excipiendū eſſe. Id quod etiam apparet ex forma juramenti præſcripta *in c. 1. de nov. form. fidelitat.*

Quamobrem † quod vaſallus domino contra Imperatorem ſervitia militaria præſtare non teneatur, tradunt uno ore omnes interpretes *ibi, & Igneus in d. §. ſi cum omnes: l. ſi quis in gravi: num. 111. ad Syllanian* dicens hoc ab omni dubitatione remotum eſſe, *arg. l. Labeo: de carbon. edict.* (i) 32

Idq; † adeò verum eſt, ut, ſi quis domino ſuo adverſus Imperatorem auxilium præſtiterit, hoc ipſo feudum ſuum amittat, idq; ad Imperatorem devolvatur. Nam cum hoc caſu ipſo jure ſit liberatus à juramento domino feudi præſtito, *ut not. DD. in d. tit. de nov. form. fidelitat. & ibi Matth. de Afflict. num. 33.* & ſic nullam juſtam cauſam amplius habeat, cur contra Imperatorem arma ſumat crimen læſæ majeſtatis incurrit, quod omnium bonorum privationem ſecum affert: *l. Quiſquis in princ. C. Ad l. Jul majeſt. & l. 1. C de petit. bon. ſublat.* nam hoc ad feuda etiam pertinere, non ſolum verba generalia harum ſanctionum deſignant, *arg. l. precio: de public. in rem. action. & l. patri: ſi à parente quis fuer: manumiſſ.* ſed & diſerte diſponitur *in c Imperialem: §. illud: de prohibit. feud. alien. per Frideric.* ubi Imperator Fridericus ſtatuit, cum etiam, qui dominum ſuperiorem ſui domini offendit, feudo privandum eſſe. Et reperio fratrem D. Modeſtinum Piſtoris his rationibus motum nomine inclyti collegii Juridici Lipſenſis cujus tum ordinarium agebat, in hanc ſententiam conſuluiſſe in cauſa ſatis gravi & ardua. (i) 33

Deinde † hoc etiam omnis controverſiæ expers eſt, quod in juramento cenſeantur excepta ea, quæ prius quis jurato promiſit. *c. Intellecto, de jurejurand, c. licet mulieres: eod. tit. in ſexto.* (k) 34

Quodq; † propterea etiam vaſallus, qui ſecundo domino fidelitatem fe- (k) 35

eit priorem dominum, etiamſi non exprimat, excipere intelligatur, *ut not. in c. fin. Hic finitur lex: & in c. Imperialem §. fin. de prohib. feud. alienat.* Antiquiorem igitur dominum ſemper ſecundo anteponere, & præferre debebet, *ut diſertè probatur verbis d. c. fin. & d. §. illud.* Idq; ſummam etiam habet rationem. nam cum juramentum hanc regulariter habeat annexam conditionem, ut ea tantum, quæ licita ſunt, comprehendat, excluſis aliis, quæ iniquitatem præ ſe ferunt: *c. Quinta vallis: de jurejur.* Iniquum verò eſſet, ſi vaſallus ſecundo domino fidem ita obſtringeret, ut hujus juſſu atq; ductu priorem dominum contra juramentum ipſi præſtitum inceſſere, atq; offendere cogeretur, meritò ſanè exiſtimatum fuit, juramentum eò vires ſuas non extendere. Pertinet huc etiam, quod de operis locatis habetur *in l. operis: Locati: & vulgata illa regula in l. Qui prior: de reg. jur.*

36 Quod † adeò verum eſſe tradiderunt interpreres, ut duobus dominis bellum ſuſcipientibus, vaſallus antiquiorem (*l*) ſine ommiſſionis feudi periculo adverſus ſecundum juvare poſſit: contra verò, ſi relicto primo, ſecundo aſſiſtat, feudum, quod ab illo tenebat, amittat, *ut omnes ſcriptum reliquerunt in d. §. fin. & d. §. illud: & Afflict. in c. ſatis bene: num. 3. de prohib feud. alien. per Frederic.*

37 Hanc † tamen ipſorum doctrinam declarant, ut tùm demum locum habeat, quando ſecundus dominus feudum ſcienter contulerit vaſallo, habenti priorem dominum, & hac ratione ſe atq; feudum ſuum prioritati & prælationi domini primi ſubjecerit, ſecus verò ſi ignoraverit, vaſallum alium habere dominum antiquiorem. Nam hoc caſu exiſtimant interpretes, vaſallum domino ſecundo id, quod ejus intererat, præſtare debere, *ut ſenſit Baldus in d. §. fin. quem ſequitur Alvarottus ibi, colum. fin. & Afflict. num. 10.* quinimo ſi feudum à domino ignorante ea lege conceſſum eſſet, ut vaſallus ipſi, nemine excepto, fidelitatem faceret, quod feudum Ligium appellant, tum dominum, poſtquam reperit, vaſallum antiquiorem habere dominum, revocare poſſe feudum ab eo alium contra legem conceſſionis feudi anteponente, *exiſtimavit Molinæus in d. §. 2. gl. 4. nu. 7.* Quæ cum ita ſint, omnes vaſallos diverſa habentes feuda monitos velim, ut, quando ſecundo domino fidelitatem præſtant, priorem ſemper excipiant. Nam etſi hoc etiam prætermiſſum ex juris interpretatione ſubintelligatur: ne tamen domini ignorantia deinde ſemet tueri poſſint, longe ſecurius eſſet, iſtud exprimere. quippe cum hac ratione non ſolum jam dictum evitent periculum, ſed & conſcientiæ ſuæ rectius conſulant.

Monet † præterea *Speculat. in tit. de feud. §. quoniam ſuper homagiis: quæſtio 12.* æquius & tutius ſibi videri, ſi eo in caſu, quo vaſallus antiquiorem dominum præferre tenetur recentiori, illi perſonale ſervitium præſtet, hunc verò per ſubſtitutum adiuvet. Non enim obſtat (*inquit*) juramentum priori præſtitum, cum ſecundum non adiuvet animo nocendi priori, ſed duntaxat ſibi conſulat, ne feudum à ſecundo domino ſibi datum amittat, atque ideo circo non videatur præſtare auxilium contra priorem dominum, *arg. l. 1. § denique: de negoc. geſt.* quod ſimpliciter refert *Afflict. in d. § fin. nu. 45 & Roman. in d. §. ſi cum omnes: l. ſi quis in gravi, ad Syllan. idem ſenſit Bald. in l. 1. §. ne autem circa fin. C. de caduc. tollend.* ubi, poſtquam dixerat, antiquiori hoc caſu ſerviendum eſſe, addit tamen, quod in caſu utrique ſervire debeat, mittendo cuilibet gentes ſui caſtri, *arg. l. in concedendo: de aqua pluv. arcend.* & tandem ſubjungit, antiquiori in propria perſona eum ſervire debere. *& Baldum ſequitur Jacob. de S: Georg. in verſ. & promiſsi n. 11. verſ. octavò quæro: in fin.*

Sec

39 Sed † cum, ut paulò ante diximus, in juramento ſecundo domino præſtito ſemper cenſeatur exceptus prior dominus, uſq; eò, ut vaſallus hunc illi impunè præferre poſſit, quinimo teneatur, & quod conſequens eſt, neque fidelitate ſecundo domino facta, neque etiam alia ratione adigatur ad ſervitia præſtanda ſecundo contra antiquiorem, haud ſcio an nulla ſubſiſtente causâ abſq; periculo ſecundum etiam per ſubſtitutum adjuvare poſſit: meritò itaq; circa hanc doctrinam Specul. ſubſiſto. Et reperi deinde idem circa illam notaſſe etiam *Doct. Schraderum in luculento ſuo tractat. feud. part. 6.* ubi poſtquam generaliter tradiderat antiquiori ſervitia præſtanda, licet, *(inquit)* quoad hanc concluſionem hæſitare videatur *Specul. in d.* §. *quoniam: n. 26. & ibi Bald. in addit. de feud.* hæc tamen ſententia eſt, & communiter*approbata & veriſſima. Nam cum in omni juramento fidelitatis tacitè excipiatur perſona prioris domini feudi, *d.* §. *contra omnes:* ipſi verò domino primo obligetur vaſallus ratione juramenti fidelitatis contra omnes ſuos poſteriores dominos, dubium non eſt, quin ipſe, ſi duo pluresve domini inter ſe bella gerunt, antiquiori domino tantum ſervitia exhibere cogatur, & quod ipſe domino priori inſerviendo poſteriorem dominum offendens, nulla pœna plecti poſſit. *c. 1.* §. *illud: de prohib. feud. alien. per Frideric.* Hæc ille.

40 Tum † demum autem doctrina Spec. abſq; dubio locum habet, quando domini non quidem inter ſemetipſos, ſed ſinguli contra extraneos bella ſuſcipiunt. Nam cum vaſallus requiſitus à ſingulis, quia cuilibet ratione feudi, quod ab ipſo tenet, ad ſervitia devinctus eſt, ita ſe gerere debet, ut antiquiori domino ſervitia perſonalia exhibeat, alteri verò per ſubſtitutum ſerviat, (m) prout poſt alios declarat *Igneus in d.* §. *ſi cum omnes.*

Ex his modò, quæ de antiquiore domino præponendo aſſeruimus, alia ſuboritur quæſtio, utrum antiquitas illa ex perſona vaſalli, an verò ex feudi forma & qualitate originali ſit æſtimanda. Pone enim, feudum quoddam paternum ſitum in ditione Ducis Aurelianenſis ad Titium & Sejum ſucceſſione devolutum eſſe, & diviſione ſuſcepta, totum ad Titium perveniſſe. Sejum verò interim aliud feudum ſub duce Bituricenſi comparaſſe, eique juramentum fidelitatis præſtitiſſe: deinde verò mortuo Titio, Sejum in feudo paterno illi ſucceſſiſſe, facta fidelitate Aurelianenſi. Hic ſi inter duces illos orta contentione, cui tanquam antiquiori auxilium ferendum eſſet, quæreretur, & dominorum antiquitas ex perſona Seii æſtimanda eſſet, ſequeretur, Bituricenſem, cui prius fidelitatem fecerat eſſe antiquiorem: quod ſi verò ad ipſam originalem qualitatem feudi reſpiceretur, tum ſanè Aurelianenſis, à quo majores Seii feudum acquiſiverunt, & ad ipſum ſucceſſionis ordine devolverunt, pro antiquiore reputandus eſſet: ut proinde in hac inveſtigatione plurimum ſitum ſit, dependet autem ea potiſſimum à quæſtione illa, utrum Sejus in juramento Aurelianenſi præſtando potuerit excipere Bituricenſem, quam examinant *DD. in c. ſatis bene: de prohib. feud. alien. per Lothar.*

Jacob. † quidem *de Belviſ. in d. c. ſatis bene:* in ſpecie facti, de qua in textu illo agitur, & ſic in fortioribus terminis exiſtimavit, eum, cui vaſallus prius juramentum præſtitit, tanquam antiquiorem præponendum, & quod conſequens eſt, ex perſona vaſalli antiquitatem æſtimandam: utq; tam mentem ejus, quàm totam etiam hanc materiam planius percipiamus, ſpeciem facti *d. c. ſatis bene:* paucis explicabimus, quæ quidem talis eſt: 41

Quidam † duo beneficia acquiſivit à duobus dominis, diverſis temporibus, puta primò unum à Sempronio, deinde alterum à Cajo: hisq; fidelitatis 42

juramentum præſtiterat, ut ſolitum eſt, id eſt, Sempronio priori domino ſimpliciter juraverat, abſq; exceptione alterius. Nam cum alium tum non haberet dominum, opus non fuit aliquem ab hoc juramento excipi. In juramento verò Cajo ſecundo domino præſtito Sempronium, cui tanquam antiquiori domino jam obſtrictus erat, exceperat, juxta textum *in c. fin. Hic finitur lex.* Moritur deinde vaſallus, duobus relictis filiis, Titio & Sejo, qui feuda inter ſe ita diviſerunt, ut ad Titium feudum, quod à Sempronio priori domino tenuerat pater, pervenerit, ad Sejum verò alterum. Ideoq; Titius habens prius feudum, ſicut pater juravit domino ſuo Sempronio, alio nullo antepoſito: Seius autem, licet poſterius feudum conſecutus eſſet, quia tamen tum temporis nullum alium dominum, quem exciperet, habere videbatur, (*ut inquit textus*) Cajo ſuo domino ſimiliter, nullo antepoſito, juravit. Contingit poſtea, Sejum poſteriorem fratrem habentem poſterius feudum, (non enim, ut perperam exiſtimavit *Andr. de Iſern.* is, qui prius feudum habuit, ſed potius ſecundum obtinens in hac ſpecie facti mortuus fuit, quemadmodum verba textus manifeſtè deſignant, & reliqui interpretes omnes admittunt) mori ſine filiis, & ſuccedente ſibi in hoc poſteriore feudo (utpote paterno) fratre ſuo Titio, utrunq; feudum (ſic enim, non autem, ut vulgo (utiq;) legendum ex textu *in* §. *quoddam ſatis: in capit. extraordin* rectè monet Cujatius & Hotoman.) ad unum Titium devenire, quamobrem Cajus dominus feudi poſterioris à Seio defuncto relicti, poſtulat à Titio ſucceſſore Seii, ut talem fidelitatem ſibi juret, qualem ejus frater Seius fecerat, atq; propterea neminem in juramento excipiat: quod recuſat Titius, volens præponere, ſeu prius excipere antiquiorem ſuum, & patris ſui dominum, ſicut pater ſuus fecerat. Quæſitum fuit, quid juris? Reſpondetur, Nihil Titio obeſſe, quod defunctus frater feceerat taliter ſimpliciter jurando poſteriori domino, licet in ſecundam & tertiam & ulteriorem generationem Seii feudum poſterius perveniſſet, ſed ſemper attendendam eſſe primordialem formam, & originem horum feudorum, quæ fuit in eorum conſtitutione in primo acquirente, quod eſt æquiſſimum & omni juri & rationi conſonum. Ita poſt alios textum hunc (ut ſuum cuique tribuamus) declaravit *Molinæus in* ... *2. gloſ. 4. n. 4.* addens, hunc eſſe verum caſum, & clarum intellectum illius text. non alium, rectè perpendenti verba, & contextum illius c. Circa quem textum hoc etiam obiter eſt tenendum, verba illius penitus convenire cum verbis § *quoddam ſatis bene.* ... *capit. extraordinar.* ac propterea rectè monere *Cujatium lib. 4. tit. 93. & Hotomanum hic,* textum hunc minimè eſſe conſtitutionem Imperatoris Lotharii, ſed ex verbis *d.* §. *quoddam ſatis bene:* imperitia vel imprudentia quadam huc translatum. Id quod ex illis verbis (in ſcriptis inſerere curavimus) quæ JCtorum magis quàm Imperatorum ſunt propria, colligit etiam Cujatius, cui adminiculatur, quod *gl. in c. ſeq. verb. ſi juſta cauſa:* diſertè ait, textum hunc in quibuſdam libris non haberi, ac propterea etiam commentario gl. deſtitui. Unde porrò ſequitur, verbum (*ſancimus*) quod Imperatori convenit, malè fuiſſe ſubſtitutum, pro verbo (*dicimus*) & adulterina eſſe illa verba (*ſcilicet* ... *dando ſimpliciter*) item illa (*ſi hoc a*... *erit*) quod propter ea etiam, quæ ſupra *quæſtione XIX.* diximus, notatu dignum eſt.

His † ita pro pleniore hujus materiæ cognitione præmiſſis, ut eo, quo tendimus, perveniamus, ſumta hinc occaſione Jacob. de Belviſo quærit, quid è contrario, ſi Titius frater prius habens feudum deceſſerit, & frater poſterior ei ſucceſſerit, an hic etiam debeat

Sempronium dominum fratris defuncti in juramento fidelitatis præferre Cajo ſuo domino, ſicut tam pater, quàm etiam frater defunctus fecerat. Et quamvis initiò argumenta quædam afferat, quibus videbatur affirmativa ſententia ſuaderi, quia videlicet conditio obligationis ex perſona hæredum immutari non debet: *l. 2. de verbor. obligat.* Item, quia regulariter prior tempore potior eſt jure, *l. potior: qui potior: in pignor. hab.* §. *fin. Hic finitur lex. l. in operis: locati*: Item quia res facilè revertitur ad ſuam propriam naturam. *l. ſi unus* §. *pactus ne peteret: de pact.* tandem tamen concludens, credo (*inquit*) quod non debeat poſtponere ſuum dominum, quia ſuo domino primò juravit fidelitatem contra omnem: ſi ergo juraret fidelitatem, & præſtaret ſecundo contra primum, eſſet perjurium, cum tamen via perjuriis aperiri non debeat, *l. 2. C. de indict. vid. toll.* Et ait pro hac ſententia deſumi poſſe argumentum ex hoc ipſo textu in fin. dum ibi dicitur, factum fratris non obeſſe ſuperſtiti. Nam hinc putavit ille, quod, quemadmodum in caſu hujus capituli factum fratris defuncti nullum potuit afferre præjudicium ſuperſtiti, quoad juramentum ab ipſo præſtitum, ſic nec etiam in caſu converſo; de quo ipſe verba facit. Ut proinde *Jacob. de Belviſ.* clarè ſenſerit, ad dignoſcendum, quis dominus ſit antiquior, ſemper eſſe conſiderandam perſonam vaſalli, cui is prius juramentum præſtiterit, cum hoc ita docuerit etiam illo in caſu, ubi tamen poſterius, quod Sejus poſſedit, ſiquidem prima forma ipſius conſideretur, hanc habuit annexam conditionem, ut dominus prioris feudi anteponeretur: quippe cum pater Titii & Seii hac lege iſtud acquiſierit: utiq; idem multò magis procedet in caſu à nobis propoſito, ubi Sejus feudum à Bituricenſe ſine aliqua conditione ſimpliciter acquiſierat, & opinionem hanc in iſta facti ſpecie ſequitur *Jacob. de S. Georgio: in verbo: & promiſerunt eidem domino: verſ. ultra quæro de pulchra quæſtione: nu. 34.* generaliter concludens, prioritatem & poſterioritatem dominorum judicari ex perſona ejus, qui jurat, & proptetea Bituricenſem, cui Sejus prius juraverat, prò antiquiore judicandum, & in juramento Aurelianenſi præſtando excipiendum eſſe, motus ex hoc ipſo textu *c. ſatis bene*: quatenus nimirum ibi conſideratur magis perſona vaſalli ſuccedentis, & juramentum ab ipſò antiquiori domino præſtitum, quàm quid fecerit defunctus, atq; inde deciditur, quod ſucceſſor non ita jurare debeat, ſicut defunctus, ſed dominus ejus tanquam antiquior præferendus ſit, quem ſemper anteponendum eſſe probat textus *in d.* §. *fin. Hic finitur lex.* Neq; ait obſtare regul. *l. 2.* §. *ex his: de verbor. obligat.* quoniam id, quod dicitur, ex perſona hæredis obligationem non mutari, eſſe intelligendum, quò ad hoc, ut hæres ad idem obligetur, ad quod tenebatur defunctus: non autem quò ad modum, & quantitatem, in quibus variatio & mutatio in perſona hæredis admittitur, ut videmus in obligationibus, quæ ex perſona hæredum dividuntur, *l. 1. C. ſi cert. petat. l. pro hæreditate: C de hæreditar. actio. l. hæredes:* §. *an ea: famil. herciſcund.* Sic etiam reſpondet ad regulam, quæ docet, rem tranſire cum ſuo onere & cauſa: *l. traditio:* §. *quoties: de acquir. rer. dom.* inquiens, eam non eſſe perpetuam, quia quandoq; ex perſona hæredis fit mutatio. *l. Paulus reſpondet:* §. *1. de acquir. hæred. l. fin. in fin. famil herciſc. l. fin. C. de inoffic. teſtam.* Addit præterea obligationem qua duci Aurelianenſi tenebatur defunctus, non afficere rem, ſed perſonam, ideoq; ſucceſſorem non debere jurare, ſicut defunctus, cum præſertim feudum non ſucceſſione hæreditaria, ſed magis ex pacto & providentia anteceſſorum quæratur, *c. Titius: ſi de feud. def. c. 1. an agnat. vel fil. c. 1.* §. *& quia vidimus: qui feud. dar. poſſ.* Hæc ille.

Contrà

44 Contra† verò, quod imò in dijudicanda prioritate, vel antiquitate domini non tam ad perſonam vaſalli, qui jurare debet, quàm ad ipſam originalem feudi naturam reſpiciendum ſit, diſertè docuit *Jacob. de Ardizo in tit. de ſucceſſio feud. poſt medium: verſ. conſvevit etiam quari*, ubi proponens quæſtionem, an filius, qui vivente patre feudum peculiare quæſierat ab alio domino, & huic fidelitatem fecerat, poſtmodum, defuncto patre, ſuccedens poſſit in juramento præſtando domino feudi paterni ſuum dominum excipiendo anteponere, an verò teneatur, eo non excepto, ſimpliciter jurare, ſicut pater: concludit eum debere jurare, quemadmodum pater fecerat: arg. §. quicunq; paratus: in cap. extraordinar. Nam conditio feudi (*inquit*) non debet mutari ex perſonis hæredum: *l. 2. §. ex his: de verbor. obligat.* Neq; iſtud ſacramentum adverſatur primo, quia in primo tacitè hoc ineſt, ut major dominus intelligatur exceptus, §. *fin. Hic finitur lex. c. imperialem*: §. *fin. de prohibit. feud. alien. per Frederic. c. veniens: de jurejuran.* & majorem (*inquit*) reputo, quem habet jure paterno. Nam dominus patris quodammodo dominus filii eſt. Idem in caſu converſo *d. c. ſatis bene: à Jacob. de Belviſ.* propoſito tenuit *Andr. de Iſern. ibi.* licet eum perperam ad ſpeciem facti illius textus accommodet, addens rationem, quia feudum pervenit ad fratrem ſuperſtitem per omnia, ſicut defunctus habuit, ideo eodem modo debet jurare, quo ille. Neq; ait obſtare juramentum prius præſtitum. Nam hoc ideo fecit, quia alium dominum non habuit, nunc verò, poſtquam feudum paternum ad eum pervenit, res de novo emergens novo indigebit auxilio: *l. de ætate: §. ex cauſa: de interrog. action.* & *Iſern. contra Jacob. de Belviſ. ſecuti fuerunt Alvarott. Præpoſitus ibi, & Matth. de Afflict. n. 2.* qui hanc conſiderat rationem, quoniam in feudis ſemper reſpicimus originem, & iſtud tranſit cum ſua cauſa, neque mutatur facto ſuc-ceſſoris, ut ex hoc ipſo textu *not. Bal[...] ibi*, & addit nullum hoc caſu fieri p[...] judicium domino, cui ſuccedens [...] feudo paterno prius juraverat, c[...] ſcire deberet, hunc potuiſſe ev[...] caſum, ut vaſallus iſte ex ſucceſſione conſequeretur feudum paternum, [...]x iſtens ſub alio domino: neque a[...], vaſallum propter juramentum priu[...] ſtitum perjurum eſſe, cum hoc, quo[...] deinde alii fidem ſuam jurato obſtrin[...]git, juris neceſſitate faciat: atq; inde tandem infert, quod vaſallus iſte bel[...] incidente potius dominum feudi pa[...]terni adjuvare debeat, quàm illum al[...]terum, cui prius fidelitatem fecer[...] Idem in caſu eleganti tenuit *in d § fin. Hic finit lex in fin.* Pone, inquit, me habere feudum novum a Titio, de n[...] ſucceſſione mihi obvenire feudu[...] quod erat majorum meorum, cu[...] dominus directus eſt Sempronius, qu[...] iſtorum erit antiquior dominus? vide[...]tur quod Titius, quia primò fui ab e[...] inveſtitus in feudo, & ei primo jurav[...] fidelitatem: Contrà verò videtur, quo[...] Sempronius ſit primus dominus, qui[...] illud feudum eſt antiquum, & meo[...]rum anteceſſorum, & antequam eg[...] novum acquiſivi, habebam jus in feu[...]do antiquo, neque in mea perſona mutatur natura feudi, ſed perinde u[...] in perſona majorum meorum dicetu[...] antiquum, quia non mutatur qualita[...] obligationis: *l. 2. § ex his: de verber. obl[...]gat.* additq; ita concludere Jacob. de Ardizo, & hanc eſſe veritatem. Ea[...]dem ſententiam contra Jacob. d[...] Georg. latè defendit *Molinæus in d. §.* [...] *gloſ. 4. nu. 4.* nitens potiſſimum ration[...] *d. c. ſatis bene*: quatenus ibi originali[...] natura feudi conſideratur, & ſecun[...]dum eam juramentum fidelitatis for[...]matur, non attento, quod illa facto ſuc[...]ceſſoris immutata fuerat. Si enim (*in*[*quit*]) forma & qualitas, quæ feudo à ſ[...] origine adhæſit, non mutatur ex con[...]trario, continuato facto unius, aut e[...]

jam plurium ſucceſſivè hæredum, *ut patet ex d.c ſatis bene:* quomodo poterit alterari ex ſola ſupervenientia unius novi hæredis, priſtina forma feudi adhuc exiſtente integra? Idq; evidenti declarat exemplo: pone vaſallum feudo donari à domino, ut ei fidelitatem nullo antepoſito faciat: hic vaſallus non poteſt aliud beneficium acquirere, in quo dominum primi feudi poſtponat, ſed ſemper neceſſe habet illum excipere in deinceps conſtituendis & quærendis feudis, *ut eſt clarum ex d. §. fin. Hic finitur lex.:* quomodo igitur hæres militis hoc poterit facere in præjudicium dicti domini & dicti feudi? Eſſet enim abſurdiſſimum, & iniquiſſimum, ex qualitate vel fortuna vaſalli conditionem feudi deteriorem fieri, & honorem domini diminui. Ex quo patet (*ſubjungit porrò Molinæus*) nimium deſipuiſſe Georgium, quia ita ſenſit. non enim hæc forma, quod videlicet dominus nemini poſtponatur, perſonalis eſt, tantum vaſalli perſonam reſpiciens, ſed potius realis afficiens feudum ipſum, & reſpiciens jus & honorem domini concedentis, & ſic liquet, quod prioritas & poſteritas dominorum non ex perſona vaſalli, qui jurat æſtimanda ſit, ut in his omnibus merè delirat ille, ſed ex perſona domini, qui prius feudum concedit, & ex ipſa forma & qualitate originali illius feudi. Ita quod, ſi in caſu *d. c. ſatis bene:* Titius, qui habebat prius feudum, deceſſiſſet, relicto & ſuccedente ſibi Sejo, (qui caſus propriè ad materiam propoſitam pertinet, & eſt ille idem, de quo agit Jacob. de Belviſ. & reliqui ſuprà relati) iſte Sejus debuiſſet Sempronio priori domino jurare ſimpliciter, & etiam deinceps jurando fidelitatem Cajo poſteriori domino, vel ſuis ſucceſſoribus, præferre & excipere illum antiquiorem dominum, non obſtante juramento prius ſimpliciter præſtito poſteriori domino, eo tempore, quo ſolum poſterius feudum tenebat. Vanus eſt enim metus perjurii, in quo tantummodo ſe fundat Jacob. de Belviſ. quia juramentum aut fuit ſimpliciter præſtitum, & intelligitur, & reſtringitur ſecundum conditionem & naturam rei ſubjectæ: *l. fin. C. de non num. pec.* aut fuit præſtitum in tali forma, quæ nullius domini exceptionem admittit, & tum, quia juramentum non ſolùm eſt perſonale, ſed etiam rebus ſic ſtantib. intelligitur, debet reſtringi & intelligi, quamdiu iſtud feudũ ſeparatim tenebitur ab uno ſolo, ſed non poſtquam utrunq; ad eundem reverſum fuerit, prout erat tempore primæ inveſtituræ: & ſic ipſo jure ceſſat obſtaculum juramenti, & periculum perjurii, nec opus eſt aliqua diſpenſatione: *c. ne quis: & ibi gl. 22. q. 2. c. quemadmodum: & ibi gl. in verb. conditio. de jurejur. Joan. Andr. in c in malis: de reg. jur. in 6.* Hæc Molinæus: quæ quia hanc quæſtionem pulchrè explanant, ideo ea verbotenus recenſere placuit: vix enim elegantius à nobis tradi potuiſſent. Confirmatur inſuper opinio iſta per textum manifeſtum *in § ſi quis inveſtitus: in cap. extraordin. ſub tit. de feud. & benefic. conſtit imperiales: quem refert Cujatius tet. 99. lib. 4.*

Si † quis inveſtitus de feudo ligio, 43 (*inquit textus*) pro quo contra omnes fidelitatem domino debet, (hoc enim feudum ligium dicitur, cujus reſpectu contra omnes ne rege quidem, vel antiqniori domino excepto, fidem & operam omnem ſuam domino promiſit vaſallus, *ut definit ibi Cujacius*) Lucio & Titio ex ſe deſcendentibus filiis ſibi hæredibus inſtitutis, vita deceſſerit, diviſione facta, ſi ad ſolum Titium feudum pervenerit, rationabiliter placuit, cum ſolum fidelitatis ſacramento eſſe obnoxium, ad quem ſolita feudi jura tranſierunt: quod ſi ab alio domino Lucius poſtea feudum per inveſtituram acquiſierit, pro quo ſimiliter ei contra omnes fidelitatem fecerit, decedente Titio ſine liberis,

ad quem

ad quem devolvatur feudum, quod ex diviſione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum, quæri poteſt. & cum placeat, quem ligium hominem duorum eſſe non poſſe, videri poteſt, feudum ad dominum pertinere: ſed rectius viſum eſt, feudum, quod per inveſtituram acquiſierit, impedimento ei non eſſe, liceréq; ei per ſubſtitutum acceptabilem domino priori ſervire. Ecce in hac facti ſpecie tantum valet originalis natura feudi paterni ſucceſſione ad Lucium delati, ut non attento, quod prius alii domino penitus fidem ſuam devinxerat, nihilominus tamen dominum feudi paterni præferre, illiq; fidem ſuam contra omnes obligare, & ſervitium perſonale præſtare teneatur: alter verò dominus, cui prius juraverat, contentus eſſe cogatur, ſi per ſubſtitutum ſibi ſerviat, multò igitur magis id tum obtinebit, quando ſucceſſor ratione feudi de novo acquiſiti alii domino ſimpliciter juramentum præſtitit. Hoc enim facilius admittit, alium ipſi præferri, quàm ſi feudum eſſet ligium, ut ita ex hoc textu plus quàm manifeſtum ſit, ad dignoſcendum, uter dominorum ſit antiquior, magis qualitatem feudi, quàm ad perſonam vaſalli reſpiciendum eſſe. Si enim ipſa perſona vaſalli ſuccedentis conſideraretur, dubium non eſſet. quin dominus ille, à quo Lucius feudum novum eſt conſecutus, tanquam antiquior, propter juramentum ipſi præſtitum poſſit prohibere eum, ne domino feudi paterni fidelitatem faciat, aliter, quam ſe excepto: atq; hinc etiam vaſallus ſibi magis, quàm domino feudi paterni perſonalia ſervitia præſtare debeat: ſed cum textus diſertè diſponat, feudum iſtud novum non impedimento eſſe, quò minus Lucius in feudo paterno ſuccedere, atq; adeò domino illius poſt habito priori domino, ſacramento obnoxium ſe facere, & huic magis, quàm illi ſervitia perſonalia præſtare poſſit, in aperto ſanè eſt, non tam ad perſonam vaſalli reſpici, quàm ad ipſam qualitatem feudi, eandemq; ex perſona ſucceſſoris minimè mutari, ſed ſalvam atq; integram manere. Præterea ex hoc ipſo textu colligitur, id, quod in caſu converſo *d. c. ſatis bene: interpretes contra Jacob. de Belviſ.* concludunt, Sejum ſuccedentem Titio in feudo, hujus dominum proprio domino anteponere debere, magis provenire ex natura originali feudi, quod Titius habuit, quàm ex illa qualitate, quod feudum Seii ab initio ita quæſitum fuerat, ut dominu[s] ejus poſt poneretur feudo Titii, *prou[t] conſideravit Alvarott. ibi.* Nam *in d.* § *ſi quis inveſtitus.*: feudum, quod Lucius quæſierat, minimè ab initio hanc habuerat conditionem, quinimo, quia ligium erat, natura ejus penitus repugnabat huic conditioni: neq; tamen minus natura feudi, quod ex ſucceſſione ad Lucium pervenit, præponderat: quod ideo monendum duximus, ne quis fortè putet, ea, quæ in converſo caſu *d. c. ſatis bene*: docuerunt interpretes, ad propoſitam quæſtionem non pertinere.

Quamvis † etiam tam textus *in d.* §. *ſi quis inveſtitus*: quàm etiam *d. c. ſatis bene*: de feudo ligio loquatur, hoc tamen nullam parit diverſitatem. Nam etſi verum quidem eſt, quò ad hoc, utrum quis poſſit eſſe vaſallus duorum, plurimum differre, utrum feudum ſit ligium, vel ſimplex: quippe cum illo caſu contra omnes juretur, ita ut juramentum nullam exceptionem admittat: in hoc verò juris interpretatione tàm ſuperior, quàm antiquior dominus excipiatur: tamen quando poſito quem eſſe duorum dominorum vaſallum, quæritur, uter tanquam antiquior alteri ſit præponendus, tum ſanè ratio hujus deciſionis non à proproprietate feudi ligii dependet, ſed magis à conſideratione originalis naturæ feudi, quàm primæ conceſſionis tempore accepit, ita ut, ſi hanc habuit qualitatem, ut à juramento fidelitatis nemo expreſſè fue

ſè fuerit exceptus, eandem etiam deinceps in perſona ſucceſſorum retineat. Hanc autem naturam regulariter omnia feuda habent, ut præter dominum ſuperiorem & antiquiorem nemo à juramento etiam ſimpliciter præſtito exceptus videatur: §. *fin. Hic finitur lex. ubi not. DD.* quamobrem jam dicta ratio, & quæ inde dependet, deciſio generaliter ad omnia feuda pertinebit, prout etiam textum *in d. c. ſatis bene, de feudis*, in quibus juramentum ſimpliciter præſtitum eſt, *interpretatur Andr. de Iſern. & Afflict. ibi*: & de ejuſmodi facti ſpecie diſertè loquitur idem *Afflict. in d. §. fin. in fin Hic finit. lex.* Quib. etiam concinit alia ratio, quoniam certum eſt, dominum feudi paterni, quem in propoſito Aurelianenſem fuiſſe ponimus, feudum patri Titii atq; Seii ea lege concedere, ut ipſe tanquam dominus feudi anteponeretur, tum reliquis, tum etiam Bituricenſi: (qui conceſſionis tempore ne cauſam quidem ullam habuit, cur à juramento iſto excipi deberet) & quod conſequens eſt, ſi aliquis ſucceſſorum deinde Bituricenſem à juramento fidelitatis excipere, eumq; Aurelianenſi præponere vellet, dominum propterea, quia vaſallus committit in legem primæ conceſſionis, neque ita, ut conceſſum fuerat, jurat, eum à ſucceſſione feudi repellere poſſe, ut probatur in d. §. ſi quis inveſtitus. Non enim debet in poteſtate vaſalli ſitum eſſe honorem domini diminuere. Modò ſi Sejus, qui interim novum feudum acquiſivit, jurans ejus domino, huic fidem ſuam ita obſtrinxiſſe cenſeretur, ut deinceps, feudo paterno ad ſe devoluto, hunc dominum anteponere teneretur domino feudi paterni, juri ſuo, quod in feudo paterno habet, hoc ipſo renunciaſſe intelligeretur.

47 Hoc autem planè veriſimile non eſt, cum † juris renunciatio nunquam præſumatur, niſi quatenus exprimitur, *l. emtor: §. Lucius: l. ſi unus: §. ante omnia: de pactis. l. ſi dominus: de ſervitut. urban. prædior. l. ſi ex pluribus: de ſolut.*

Præſertim † verò illius juris, quod 48
ex cauſa etiam tum exiſtente poſtea ſupervenit: *c. cum inter: de renunciat. l. quaro: §. inter locatorem: locati: l. fin. qui ſatisdar. cog. not. Bart. & DD. in l. qui Roma. §. duo fratres: n. 24. & ibi Jaſ. n. 75. de verb. oblig. & in l. 1. ubi etiam Cagnol. n. 80. cum ſeqq. C. de pactis. Decius in conſ. 27. & in conſ. 260. n. 4. Pariſ. in conſ. 95. nu. 16. vol. 3.* Non itaq; juramentum domino feudi novi datum eò vires ſuas extendere poterit.

Nam † juramentum ad ea, de qui- 49
bus veriſimiliter cogitatum non fuit, minimè extenditur. *c. quinta vallis: de jurejur. not. in l. ſed etſi quis: §. quæſitum: ſi quis caution. Panor. in c. ad hac 2. n. 5. de appellat. Jaſ. in l. naturaliter: §. nihil commune: n. 34. de acquir. poſſeſſio. Guid. Papa deciſ. 199. n. 3. & deciſ. 427.*

Neq; † ultra conſenſum obligat. 50
l. fin. C. de non num. pecun. Panor. in c. 1. nu. 19. Commod. Augel. conſ. 315. ſtatuto cavetur: Oldrad. conſ. 238. Dec. conſ. 240. Ruin. in conſ. 134. n. 9. vol. 1. & in conſ. 6. n. 9. in conſ. 137. n. 16. vol. 2. Pariſ. conſ. 20. n. 113. vol. 1. Gozadin. conſ. 57. n. 19. Gratus conſ. 15. n. 11. lib. 1. ubi generaliter tradit, juramentum nunquam ſupplere, ubi non præſumitur conſenſus. Quinimo ſecundum iſta juramentum domino feudi novi præſtitum hanc recipit potius interpretationem, ut vaſallus tamdiu ſoli domino feudi novi fidem ſuam obſtringere voluiſſe cenſeatur, donec res in eodem ſtatu permanſerit, ſecus verò ſi eo immutato feudum antiquum ad ipſum devolutum fuerit.

Nam † omne juramentum cenſe- 51
tur ea lege datum, donec res in eodem ſtatu permanſerit, *ut not. gl. & Innoc. in c. quoniam: n. 1. de jurejur. Abb. in c. veritatis, n. 39. de dolo & contumac. Rota deciſ. 1. n. 2. de jurejur. Oldrad. in d. conſ. 238. & in conſ. 278. licet in quantum: Roman. in conſ. 269. Dec. conſil. 240. Curt. ſen. conſ. 1. & in conſil. 3. Ruin. conſ. 16. n. 14. vol. 2. Pariſ.*

conſil. 72.& in conſil. 73. vol. 1. & in conſ. 95. vo' 3. Cum ſimilibus in hanc ſententiam copioſè adductis per Tiraq. in l. ſi unquam: n. 161. C. de revocan. donat. ubi generaliter concludit, nihil eſſe tam præciſum, firmum, & immobile, quin ſemper intelligatur, rebus ſic ſtantibus. Quæ quidem interpretatio in propoſito vel ideò magis toleranda, quoniam concurrit æqualis culpa domini feudi inveſtientis eum, quem ſcivit in feudo paterno ſuccedendi ſpem atq; adeo antiquiorem dominum habere. Potius igitur ſuæ facilitati acceptum ferat, cur ipſi feudum novum ſciens conceſſerit, quàm ut inde juri antiquioris domini quicquam derogare velit: quemadmodum conſiderat *Afflict. in d. c. ſatis bene:* Loquimur enim tantummodo de eo domino, qui ſciens, quem ſuccedendi ſpem in feudo antiquo alterius domini habere: feudum novum conceſſit. nam ſi ignoraverit, tum locum habebit id, quod de domino ignoranter feudum concedente alii habenti antiquiorem dominum ſuprà diximus. Ut proinde ex hiſce omnibus evidens ſit, hanc poſteriorem ſententiam tam frequentiori interpretum calculo approbatam, quam ſolidis etiam juris rationibus ſubnixam eſſe, neq; eam ſolum in feudo ligio, ſed in feudo, in quo ſimpliciter juramentum præſtitum eſt, locum obtinere. Cumq; rationibus, quibus utuntus Jacob. de Belviſ. & Georgius, verbil Molinæi & aliorum ſuprà commemoratis abunde ſatisfiat, atq; inde planum etiam ſit, Belviſ. & Georg. magis verba *d. c. ſatis bene:* quàm rationes ejus conſiderantes in opinionem ſuam textum illum perperam adduxiſſe, quin contrarium potius eum probare. ideo longius hæc omnia refutare libenter ſuperſedemus. Sed omnia illa (dicet fortè aliquis) quæ hactenus commemoravimus, ad iſtum tantùm caſum, quando re adhuc integra quæritur, utrum Sejus præſtans juramentum duci Aurelianenſi (majoris enim perſpicuitatis gratia qualitates facti ſupra [illegible] ſiti retinemus) poſſit excipere [illegible] Bituricenſem, pertinent: atq; ex h[illegible] ctè definitur. Aurelianenſem invit[illegible] non cogi exceptionem admittere qui[illegible] autem in facti ſpecie ſuprà tradita, quãdo videlicet Aurelianenſi juramentum ſimpliciter eſt præſtitum, & is ſciens vaſallum alium habere dominum, eum recepit, ſtatuendum ſit, inde non ſatis liquet: quin hujus caſus diverſa videtur eſſe ratio ab illo. Nam in illo meritò [illegible] nè ſtatuitur, domini honorem atq; au[illegible] ctoritatem eo invito diminui nõ poſſe. At hoc caſu, quando dominus ſciens quem alium habere dominum, ad feu[illegible] di ſucceſſionem admiſit, eſt, quod ipſ[illegible] imputetur, cur ſimplici juramento con[illegible] tentus fuerit, & legem apertius non di[illegible] xerit. quinimo hoc ipſo ſe atq; feudum ſuum prioritati & prælationi alterius ſubjicere cenſetur, quemadmodum ſuprà de eo, qui alterius vaſallo ſciens concedit feudum diximus.

Proximum † igitur nunc eſt, ut dili[illegible] gentius perpendamus, quemadmodum hæc etiam ad propoſitum noſtrum ac[illegible] commodemus. Cumq; à nobis abunde jam firmatum ſit, Sejum in juramento Aurelianenſi ratione feudi paterni ad ſe devoluti præſtando, ducem Bituricenſem cui prius juraverat minimè excipere poſſe, ſed illi fidem ſuam perinde u[illegible] majores ſui fecerant jurato obſtringere debere: ex hoc ipſo ſequitur quod, et[illegible] duci Aurelianenſi ſimpliciter juraverit minimè tamen Bituricenſem excipere ſed potius huic illum præferre, atq; ho[illegible] ipſo eodem modo, ſicut à majorib[illegible] ſuis factum fuit, juramentum præſt[illegible] voluiſſe intelligatur. Nam quemadmodum regulariter quivis actus ex juris diſpoſitione interpretationem recipit & ita geſtus eſſe cenſetur, ut juris ratio exigit. *l. quæro: §. inter locatorem locati. l. hæredes mei. §. cum ita: ubi DD. ad Trebell. l[illegible] exigere dot. de jud. l. ſi duo. §. fin. de acq. p[illegible]*

Sic † vel maximè juramentum e[illegible] quo debuit, modo & eadem lege atq[illegible]

condi-

conditione præſtitum eſſe exiſtimatur. *c.veniens: c.ea te.de jurejur.c.conſtitutus: de reſcript.l. Imperatores: ad Municipal. l.*
54 *ſi libertus: de oper.libert.* & † omnes qualitates actus, ſuper quo interponitur, aſſumit, juxtaq; naturam ejus interpretatur, *l.fin. C. de non num.pecun.l.fin. qui ſatisdar. cog.l. eum qui: §. ſi juravero: ubi Jaſ. de jurejur. Abb.in c. quemadmodum: §. 1.n.5.de jurejur.& in c.proat: nu. 11. de dol. & contumac. Bart. in l. Titia: §. Imperator.de leg. 2. Angel. in conſil 315. incip. ſtatuto cavetur: Alex. in l. fin. ſi cert. petat. Jaſ. in l. decem. de verbor. oblig. Dec. in conſil. 420. n. 20. & in conſil. 395. Pariſ. conſ. 86. n.48. & in conſil. 95. vol 3. Gratus conſil. 30. vol.1. Sylvan. conſil. 40.n.20. vol. 1.* Ideoque in hoc ipſo juramento fidelitatis generaliter præſtito ſemper cenſetur exceptus ſuperior, *ut not. DD. in d. c. Veniens: & in c. Imperialem. §. illud de prohib.feud. alien. per Frideric.* ſic etiam intelligitur antepoſitus dominus antiquior, licet non exprimatur, *ut probatur in 6. §. fin. Hic finitur lex. & in d.§. illud: ubi hoc not. omnes DD.* Idem ergo in propoſito dicendum erit, quod videlicet Sejus, qui ſimpliciter juravit Aurelianenſi, cenſeatur juraſſe ita, prout debuerat, atque idcirco eum tanquam antiquiorem dominum præferre voluiſſe Bituricenſi. Id quod præterea ex ipſa conceſſione feudi colligitur.

55 Dominus † enim concedendo feudum, quando aliud non exprimitur, cenſetur iſtud concedere eo modo quo prius dari ſolitum fuit: *c. 1. § fin. ubi hoc not. DD. quid ſit inveſtitur: l. quod ſi nolit: § quia aſſiduè. de Ædil.edict. l fin. C. de fidejuſſor. Jacob. de S. Georg. in verb. qui quidem inveſtiti præſtiterunt: nu. 66.* At feudum iſtud, in quo ſuccedit Sejus, ea conditione majoribus ſuis conceſſum fuit, ut Aurelianenſis tanquam dominus Bituricenſi & reliquis anteponeretur.

Eadem igitur lege etiam Sejo conceſſum eſſe intelligitur. Nam in feudis ad originem potiſſimum reſpiciendum eſt, *c. 1. de eo qui ſibi & hæredib. maſcul. d. c. ſatis bene, ubi hoc not. Bald. & DD. de prohibit. feud. alien. per Frederic.* Ex quo etiam nulla hoc caſu imputari culpa poterit Aurelianenſi, cur is ſciens, Sejum habere feudum ab alio domino, eum ad ſucceſſionem feudi admiſerit, & ſimplici juramento fidelitatis contentus fuerit. Cum, ut dictum eſt, juramentum iſtud ſecundum naturam feudi præſtitum eſſe, & dominus feudum eo modo, quo ſolitum fuit conceſſiſſe intelligatur, atque adeo jus ſuum integrum atq; ſalvum ſibi eſſe meritò putaverit. Quinimo ſi cauſa iſta ex ſcientia alterutrius dominorum æſtimanda eſſet, in majore culpa verſaretur Bituricenſis, quàm Aurelianenſis, cum ille ſcienter dans feudum Sejo habenti jus ſuccedendi in feudo paterno alterius domini, jure exiſtimare debuerit, poſſe evenire caſum, quo feudo ad Sejum devoluto, Aurelianenſis tanquam antiquior ipſi præferendus eſſet, quemadmodum paulò ante monuimus. Hîc verò voluntatem cum juris communis diſpoſitione & natura feudi conformando jure ſuo uti, idque integrum & ſalvum ſibi conſervare cenſeatur. Non itaque ob ſcientiam tantum imputari poterit Aurelianenſi, quantum Bituricenſi. Unde porrò evidens eſt, magnam eſſe differentiam inter hunc caſum noſtrum, & illum, ubi quis ſciens alteri habenti antiquiorem dominum conceſſit feudum novum, & quod conſequens eſt hunc poſtremum caſum ad propoſitum noſtrum minimè accommodari poſſe. Vides modò, quemadmodum ex eo, quod firmavimus, Sejum in juramento Aurelianenſi præſtando Bituricenſem excipere neque debere neque poſſe, rectè colligatur, etiam juramento ſimpliciter præſtito Aurelianenſi, hunc tanquam antiquiorem præponendum Bituricenſi, prout in caſu ſimili hoc in ſpecie etiam aſſeruit *Afflict. in d. §. fin. hic finitur lex: cujus verba ſupra recen-*

nunc quaro. nu. 10. ubi ait hanc eſſe magis communem opinionem: id quod etiam teſtatur Julius Clarus d. quaſt. 49. in fin.

59 Huic tamen concluſioni demum locus eſt, domino hoc ferente, atque permittente: quod ſi verò is deſideraret præſentiam vaſalli, cum ſanè invito domino procurator haud admittendus eſt, *ut poſt Andr. de Iſern. tradit Matth. de Afflict. in c. 1. nu. 57. quo temp. miles & doctrinam iſtam poſt Bald. ita declarat Jacob. de S. Georg. in d. loco nu. 12. Guielm. à Perno in conſil. 24. n. 10. & Molinaus in d. §. 2. gloſ. 4. n. 37.* Niſi fortè juſta ex cauſa impeditus eſſet vaſallus, *ut docet Bald. in d. c. 1. in fin. in princ. & ibi etiam Afflict. nu. 56. quo tempore miles: & idem Molinaus §. 49.*

Præterea id omne ex varia diverſorum locorum conſuetudine metiendum erit, cum videamus, quibuſdam in locis admitti procuratorem, in aliis verò ſemper requiri præſentiam vaſalli, ut in aula Electoris noſtri, ſecundum conſuetudines igitur iſtas negocium hoc definiendum erit.

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Quod inde fidelitatis vulgò dicitur] Lehenspflicht / quod domino feudi ob beneficium præſtatur *Vultei. de feud. cap. 6. nu. 3.* Schneidewein *de feud. part. 5. nu. 66. Roſenthal. de feud. cap. 6. concl. 85. Knich. de Saxon. non provocand. jur. verb. Ducum c. 1. n. 507. & ſeqq. Idem de jure territorii cap. 3. n. 24. & ſeqq.* Getrew / hold / gewertig vnd gehorſam zuſeyn / auch ſonſten alles anders thun / halten vnd laſſen / was einen getrewen Lehnmann gegen ſeinem Lehenherren / gewonheit vnnd rechtswegen zu thun vnd zulaſſen gebühret / Schneidewein *d. part. 5. n. 79. Andr. Gail. de arreſt. d. c. 7. n. 11.*

(b) Omnes jurare debere] Omnes ac ſingulos pro ſua parte ſive diviſum ſit feudum ſive indiviſum jurare debere docent *Roſenthal. de feud. cap. 6. concl. 36. Vultej. de feud. cap. 7. n. 91.* non enim ex perſona hæredum conditio obligationis immutatur *l. 2. §. 2. ff. de verbor. obligation.*

Quilibet namque hæres pro ea parte feudi quam poſſidet cenſetur vaſallus, & conſequenter ad fidelitatem eſt adſtrictus, *ut feudiſtæ in d. §. omnes. notant.* niſi unus aliquis ex illorum numero communi omnium nomine delegatur ut juret, qui vulgò der Träger oder Lehenträger indigitatur, hocque in Germania receptum eſſe tradit: *Zaſ. de feud. part. 7. nu. 11. Borchold. cap. 7. nu. 32.* Schneidewein *part. 5. nu. 17. & ſeq. Roſenthal. de feud. d. concl. 36. n. 4. Rittershuſ. de feud. cap. 9. quaſt. 25. Vultei. de feud. cap. 7. n. 93. Mynſ. cent. 5. obſerv. 9. n. 11.*

(c) Eſt quid individuum] Fidelitatis juramentum num ſit individuum vide *Roſenthal. de feud. cap. 6. d. concl. 30. num. 2. Vultei de feud. d. cap. 7. n. 91.*

(d) L. ſi plurib. 44. de legat. 2.] Adde *Roſenthal. de feud. cap. 8. concl. 6. n. 6* Multiplicatur quidem obligatio, non verò exactio, aut præſtatio, cum una ſaltem res, unum ſervitium debeatur. §. *in utroq; tamen inſtit. de duob. reis l. 3. circa fin. ff. eod. l. bona fides ubi Dec. Petr. Fab. & alii ff. de reg. jur. facit l. ſi pluribus. 44. in princ. ibi ut una quinq; dent. ff. de legat. 2.*

An autem dominus ſolidum ab uno exigere poſſit, ſi ille beneficium diviſionis prætexat. *vide Roſenthal. d. cap. 8. concl. 7. n. 3. & Ronchegallum in explicatione l. reos 11. §. cum tabulis, n. 93 ff. de duobus reis.*

bus re. Et penes quem] ſit electio dominum vel vaſallum, ſi unum nomine omnium hæredes ſeligere & conſtituere cupiant. *vide quoq; Roſenthal. d. cap. 8. concl. 7. n. 9. & ſeqq.*

(e) Hotoman in d. §. præterea ducatus] ſequitur *Roſenthal. d. cap. 8. concl. 6. n. 6. & ſeq.*

(f) Molinæus in d. loco] Adde *Schrader. de feud. part. 6. cap. 6. n. 23. Roſenthal. d. cap. 8. concl. 6. n. 5.* Schneidewein *de feud. part. 5. n. 14.*

(g) Si dominus feudi deceſſerit] de hac quæſtione vide *Matth. Coler. deciſ. 76. nu. 1. & ſeq. part. 1. Domin. Cardinal. Tuſch. lib. 3. practic. concluſ. concl. 124. lit. F. Schrader. de feud. part. 6. cap. 1. nu. 14. ibi, ſecundum verò quod jus Saxonicum ſanxit. Hartman. Hartm. lib. 2. obſervat. tit. de feud. 54. obſervat. 19. nu. 14. & ſeq. Cævallos. in ſpecul. commun. opinion. contra commun. quæſt. 784. incip. valde controverſum eſt per tot.*

(h) Præpoſitus in d. §. omnes] Adde *Roſenthal. de feud. d. c. 8. concl. 12. n. 9. Schrader d. part. 6. c. 6. n. 22. verſ. ſin autem unus.*

(i) Arg. l. labeo. d. Carbonian. edict.] adde *Roſenth. de feud. d. c. 8. concl. 15. n. 4. Schrader de feud. part. 6. cap. 5. nu. 6. verſ. Tertiò Imperator. Gail. lib. 2. obſervat. 56. Mynſinger. cent. 6. obſervat. 2. n. 7.* Juramento enim quod ſolent præſtare principes, feudum & regalia petentes cautum eſt, daß die Fürſten nimmermehr wiſſentlich/in dem Rath ſeyn ſollen/noch wollen/ da ichts wider Keyſ. May. Perſon/Ehr/Würde vnd Standt/ gehandelt oder fürgenommen wird/noch darein willigen/oder gehelen. uti quoque tradit *Waremund. de Erenberg. in meditament. pro fœderib. n. 236.* Imperator igitur excipitur non imperii majeſtas, ſicut ſiniſtrè opinatus eſt *Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 7. num. 78.*

C. licet mulieres· cod. [illegible] *Roſenthal d. cap. 8. concl. 15. n. [illegible] [illegible] ceditura cap. 3 d. inveſtitur. [illegible]* Schneidewein *part. 5. n. [illegible]*

Vaſallus antiquiorem [illegible] *Roſenthal d. c. 8. concl. 16. n. 2. Schrader d. part. 6. cap. 6. n. 21. Roman. conſil. 47. arg. [illegible] R. 1. in 6. Andr. Knich. de veſtiturar. pact. lib. 2. cap. 5. n. 42. & ſeq.* adeò ut ne poſteriori domino vicariam operam per ſubſtitutum, aut pecuniæ contributionem præſtare cogatur *Schrader d. cap. 6. n. 21. verſ.* quinimo nec hoc caſu *Roſenthal. d. concl 16. n. 4.*

Per ſubſtitutum ſerviat] Idem tradit *Knichen de veſtiturar. pact. lib. 2. [illegible] 5. n. 43. Schrader d. cap. 6. n. 20. verſ. ſecundo verò caſu.*

Habentem ſpeciale mandatum] Idem notat *Roſenthal in tract. feud. cap. [illegible] concl 9. & 10. & c. 6. concl. 37. n. 2. 3. 5 Covar. ad c. quamvis. part. 1. §. 5. n. 7. de pact. in 6. Schrader de feud. part. 6. c. 4. nu. 30. & ſeq.* Schneidewein *part. 3. n. 107. Vultei. cap. [illegible] num. 32.*

Secundum conſuetudines igitur] Nulla enim eſt circa juramenta homagii & fidelitatis inducenda novitas, ſed ſemper more ſolito, & diu obſervato jurandum eſt, quod ſi ſecus fiat, & de certa ſcientia non conſtet, errore aut etiam impreſſione id factum eſſe præſumeretur, niſi de certa ſcientia domini & vaſalli conſtaret *Roſenthal. de feud. c. 6. concl. 86. n. 3. ibi, nulla autem circa juramenta.* Et juramenta homagii & fidelitatis contra antiquam conſuetudinem non obligant ſubditos, quia præſumuntur extorta per impreſſionem. *Ripa reſponſ. 99. n. 4. ibi circa quart. & ultimum dubium &c.* ubi hanc communem dicit & veriſſimam.

QU.E

QUÆSTIO XLVIII.

DOMINUS CONSENTIENS OPPIGNORATIONI FEUDI UTRUM, EO deinde ad ipſum devoluto, obligetur.

1. Verba cujuſvis diſpoſitionis intelliguntur rebus ſic ſtantibus, declaratur numer. 23.

2. Cogitaſſe quis non cenſetur de triſti caſu alterius. Reſpondetur nu. 25.

3. Conſentiens auctoritatis gratia non cenſetur ſibi in proprio jure præjudicare voluiſſe. declaratur nu. 26.

4. Confirmatio nihil novi juris tribuit. reſpondetur nu. 27.

5. Renunciatio juris non præſumitur, niſi de ea expreſſè agatur.

Procedit hoc in dubio: ſecus in claris. num. 28.

6. Interpretatio ea capienda, per quam jus alterius minus lædatur.

7. Renuncians uni ex pluribus juribus, non intelligitur renunciaſſe cæteris.

8. Conſentire & obligari differunt. declaratur nu. 29.

9. In generali ſermone non comprehenditur perſona loquentis. declaratur. numer. 30.

10. Conſentiens alienationi rei, quæ in futurum eventum ad ipſum ſpectat, hoc eveniente, conſenſu amplius non obligatur. refutatur nu. 31.

11. Princeps in dubio non cenſetur fiſco præjudicare voluiſſe.

12 Conſentiens ſalvo jure ſuo, non cenſetur ſibi præjudicare voluiſſe. declaratur num. 32.

13. Conſentire alienationi, & oppignorationi differunt, ſecundum afflict. refutatur num. 18.

14. Dominus conſentiens obligationi feudi, eo ſibi aperto, tenetur.

15. Conſentiens cenſetur renunciare juri, quod in re habuit: & nu. 28.

16. Conſentiens amplius pœnitere non poteſt.

17. Conſenſus domini etiam feudo ipſi aperto, robur ſuum obtinet.

19. Oppignoratione jus reale conſtituitur.

20. Conſenſus ſecundum ſubjectam materiam & naturam rei accipiendus.

21. Conſenſus domini aſſumit naturam rei, ſuper qua interponitur.

22. Dominus conſentiendo cenſetur voluiſſe id, quod jus diſponit.

23. Sufficit in genere de aliquo cogitatum fuiſſe.

24. Dominus conſentiens cenſetur cogitaſſe de caſu, quo feudum ad ipſum reverſurum erat.

29. Dominus conſentiendo quomodo obligetur

33. Verba non dicuntur ſuperflua, quæ majoris declarationis gratia opponuntur.

Item quando exprimitur id quod alioqui tacitè ineſt. nu. 34.

Vel ſecundum naturam rei operentur. nu. 35.

36. Exceptionem regulæ ſecundum quid convenire ſufficit licet non ſit omnino de regula.

Item ſatis eſt rem eſſe utilem ad majorem ipſius regulæ declarationem n. 37.

(a) FUit quæſitum (*a*) an, ſi dominus conſenſerit obligationi feudi, vaſallo deinde ſine liberis decedẽte, feudoq; ſibi aperto, debitum perſolvere teneatur. Dubitationem movebat, quoniam † regulariter cu-
1 juſvis contractus vel alterius diſpoſitionis verba intelliguntur, rebus in eodem ſtatu permanentibus: ideoq; ad præſentem rei ſtatum duntaxat accommodantur: ea verò, quæ priſtino ſtatu immutato, de novo emergunt, non comprehendere ſolent. *l. quæro: §. inter locatorem: locati l. ſi fuerit: in princ. pro ſocio: l. quod ſervus: ubi latè Jaſ. de condict. cauſ. dat. l. ex facto in princ. de vulg. & pupill. cum aliis in hanc ſententiam latè congeſtis per Tiraq. in l. ſi unquam: nu. 162.*

in princ. C. de revocand. donatio : ubi per multa concludit, nihil eſſe adeò præciſum, firmum, & immobile, quin ſemper intelligatur, rebus ſic ſtantibus. Quantumvis igitur dominus conſenſerit obligationi, id tamen ex jam dicta regula ita accipiendum, ut tàm diu feudum obligatum eſſe debeat, quo ad vaſallus, vel hæredes ejus ſuperſtites fuerint, atq; proinde res priſtinum ſuum ſtatum conſervaverit : ad eum verò caſum, quo vaſallo ſine hæredibus defuncto, feudum domino apertum fuerit, conſenſus iſte extēdendus non ſit.

2 Id † quòd ſecundo propterea magis urget, quia dominus de tam triſti caſu ne cogitaſſe quidem cenſetur *l. inter ſtipulantem §. ſacram : de verbor. oblig.* Non igitur de eo caſu, de quo non cogitatū fuit, conſenſus accipi poterit *l. cum Aquiliana. l. qui cum tutoribus : & ibi not. DD. de tranſact.*

Tertiò comprobatur hæc opinio, quoniam dominus eam ob cauſam potiſſimum conſentit, ut obligationi, quæ ſine ejus conſenſu non valeret, robur addat. Nam hinc ſane conſenſum hunc proprio ipſius juri obeſſe non debere

3 videtur : cum, † quotieſcunq; quis ideo conſentit, ut auctoritatem & licentiam negotii gerendi præſtet, nunquam conſenſus iſte in jure ſuo ipſi præjudicare ſoleat *: l. Cajus ubi hoc not. Paul. de Caſtr. de pigno. action. l. cum quadam C. de adminiſtr. tuto cum aliis adductis per Tiraq. de retractat. tit. 1. §. 1. gl. 9. nu. 139.*

4 Facit † quartò, quoniam confirmatio nihil novi juris tribuit. *c. quia diverſitatem : de conceſſ. prabend. Bald. in c. 1. in princ. per quos fiat inveſt.* Non itaq; conſenſus, qui ideo adhibetur, ut obligationem vaſalli confirmet, novum jus contra conſentientem introducere poterit, ut eundem etiam, feudo ſibi aperto, obliget.

5 Accedit † quintò vulgata juris regula, quæ docet, renunciationem juris nunquam præſumendam eſſe, niſi de ea expreſsè actum fuerit *l. ſi unus : §. ante omnia : de pactis : l. ſi dominus* [illegible] *vitut. urba. pradio : l. ſi ex plur* [illegible]

Sic † in quovis actu ea ſemper capienda eſt interpretatio, [illegible] quoad ejus fieri poſſit, minus lædatur *c. cum dilectus : c. cum ad audientiam* [illegible] *cleri : non reſiden. l. 3. de ſu* [illegible] *tuter.* [illegible] *quem text. hoc dicit Abb. in conſil.* [illegible] *lib. 1. quem refert Cravett. conſil* [illegible] *not. gl. & DD. in c. cauſam quæ, de r*[illegible] *& in l. fin. §. in computat. C. de jur. deliber.*

Ex † quo fit, ut, quotieſcunq; ali cui plura competunt jura, ſi uni renunciaverit, non propterea cenſeatur renunciatum alteri. *l. ſi domus : de ſervit. urba. præd. l. ſi mihi : de ſervit. ruſt. prædior. l. nec is qui : §. 1. de acquir. hæred l. quoties duplici : & ibi Decius, & Cagnol. de reg. jur.* quamvis igitur dominus conſentiendo obligationi intelligatur renunciare juri, quod vivente vaſallo ipſi in feudo competierat, non tamen propterea videtur voluiſſe jure, quod demum poſt mortem vaſalli ſibi competere incipiebat, ſe abdicare, & in eventum ſemetipſum obligare.

Quod † quidem ſextò vel ea de cauſa magis locum habet, quoniam plurimum inter ſe differunt conſentire, & obligari, *ut not. gl. in l. 1. §. ſi ratum ff. quod juſſu : Bart. in l. Lucius Titius Cajus : de adminiſtr. tut. & in l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur : ſolut. matr. Alex. in conſil. 13. in 2. col. vol. 2.* Nam hinc cò minus dominus conſentiendo ſemetipſum obligare voluiſſe cenſebitur.

Quibus † adminiculatur ſeptimò, quoniam in generali locutione non comprehenditur perſona loquentis *l. inquiſitio C. de ſolution. l. qui inſulam §. fin. locati. quem textum ad hoc propoſitum adducit Andr. de Iſern. in c. 1. §. fin.* [illegible] *nitur lex.* Non igitur dominus obligationi vaſalli conſenſum ſuum adhibens de propria ipſius obligatione hoc intellexiſſe putabitur.

Pertinet † huc octavò doctrina *Bartoli in l. ſi fundum per fideicommiſſum de legat. 1.* ubi concludit, quod, ſi quis

conſ[illegible]

conſenſerit alienationi rei ſibi debitæ in aliquem eventum, conſenſus ille non præjudicet, eveniente deinde caſu, quo res ad conſentientem pertinere incipit, *per not. in l. à ſubſtituto: eod. tit. quod ſequitur Alex. in conſil. 40. incip. ſuper primo dubio: nu. 10. vol. 4. 4.* Idque confirmatur etiam ex eo, quod docet *Bart. in l qui Romæ: §. duo fratres: de verbor. obliga. in 12. quæſt.* ubi concludit, ſi conſentiero alienationi rei, quæ mihi per fideicommiſſum conditionale debebatur, quod talis conſenſus mihi non præjudicet, adveniente conditione.

11 Stabiliuntur † iſta octavò generali illa regula, quæ docet, in dubio ſemper intelligendum eſſe, quod princeps voluerit juri fiſci ſui derogare, niſi quatenus expreſſam de eo fecerit mentionem, *arg. c. ſuper eo: de offic. deleg. not. Anton. de Butr. in c. ut debitus: de appellatio. Alex. in conſil. 56. incip. in cauſa dationum: in fin. vol. 1.*

12 Deniq; † de hoc minus ambigendum, quando dominus feudi, ut apud noſtrates plerunque fieri ſolet, conſentit, ſalvo jure ſuo: His enim verbis diſertè teſtatum facere videtur, quod in proprio ipſius jure nullo modo ſibi præjudicium parere voluerit, *ut probatur in l. ſi debitor: §. 1. & in l. ſicut: §. non videtur: quib. mod. pign. vel hypo. ſolva. Bart. in l. non ſolum: §. morte: de oper nov. nunc. Jaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum: n. 17. de legat. 1.* Et per rationes iſtas hoc clarè ſenſit *Mattha. de Afflict. in c. 1. n. 31. qui ſucceſſ. tenean.*

13 Quia † autem, huic opinioni plurimum obſtat id, quod de alienatione cum conſenſu domini facta communiter receptum eſt, eam etiam alienatore ſine hæredibus defuncto, robur ſuum obtinere. *c. 1. §. etſi clientulus, verſ. ſi verò. de feud. alienat.* ideò ut hoc objectum removeat, ait, magnam ſubeſſe differentiam inter alienationem & oppignorationem. Nam in alienatione venditor transfert dominium in emptorem, ut mirum non ſit, cur, licet alienans ſine hærede decedat, feudum tamen non aperiatur domino: ſed in oppignoratione non transfertur dominium tempore hypothecæ: *l. ſciendum §. creditor. qui ſatiſd. cog.* nec dicitur interim alienatum, donec manet in domino debitoris, *l. alienatam: de verborum ſignif.* Quamobrem ſi interim moritur vaſallus, feudum domino aperitur, ac propterea conſenſus, qui fuit præſtitus inter debitorem & creditorem, non debet vires ſuas porrigere contra ipſum dominum, ut is etiam inde devinctus ſit creditori, cum veriſimile non ſit, cum juri ſuo præjudicare voluiſſe. *arg. l. cum de indebito: de probat.* Confirmatur inſuper ſententia iſthæc auctoritate *Mart. Laud. in c. 1. §. quid ergo: nu. 2. verſ. ſint cauti domini, & ibi Præpoſ. de inveſt. de re aliena facta. Paris de Puteo de feud. redintegr. cap. 259. nu. 3. & cap. 44. nu. 10. Zaſius de feud. parte 6. nu. 27. & parte 9. nu. 8. & 39.* qui omnes idem ſenſiſſe videntur. Ac reperi tandem, hac quæſtione abſoluta, opinionem iſtam ex natura clauſulæ reſervativæ, ſalvo jure noſtro, pluribus defendere Burſatum *in conſ. 171. parte 2.* ubi inter alia quæ partim jam ante recenſuimus partim etiam non admodum urgent, potiſſimum conſiderat: quoniam niſi dominus intelligeretur per clauſulam iſtam (ſalvo jure noſtro) ſibi reſervaſſe jus utilis dominii in caſum, quod feudum apertum foret, illa omni penitus effectu careret. *(b)* Siquidem de jure directi dominii accipi non poteſt, cum alioqui dominus ſimpliciter conſentiens, etiamſi clauſula iſta addita non fuerit, videatur conſenſiſſe tantummodo reſpectu utilis dominii, minimè verò reſpectu dominii directi, nec in hoc ſibi quicquam præjudicare voluiſſe *Bald. & Laudenſ. in c. 1. quo temp. mil. Alvar. in c. 2. apud quem vel quos.* (b)

Neceſſariò igitur clauſula illa reſervativa aut reſtrictiva interpretanda erit reſpectu utilis dominii in futurum, ut do-

ut dominus intelligatur jus ſuum reſervaſſe pro eo tempore, quo ad ipſum feudum devolveretur, cum ut effectum aliquem ſortiatur, tum etiam ut limitatio illa conveniat regulæ ſive materiæ, de qua in conſenſu actum fuit, videlicet de dominio utili, *l. nam quod liquidæ, de pen. legat. Bart. in l. 1. & ibi Decius. de reg. jur. & in l. in his: de LL.* vel ut reſtringat aſſenſum juxta materiam ſubjectam, *l. ſi debitor. quibus mod. pig. vel hypotheca ſolvatur. gl. in l. item Labeo, §. 1. famil. herciſcund.*

14 Sed † hiſce atq; aliis id genus non obſtantibus exiſtimandum eſt, dominum, qui oppignorationi feudi ſemel conſenſit, etiam feudo ſibi aperto propter conſenſum prius adhibitum obligatum eſſe, ut vel debitum luat, vel creditorem jure ſuo uti patiatur.

15 Eſt † enim juris indubitati, quod is, qui conſentit contractui ſuper re aliqua inito, hoc ipſo cenſeatur renunciare juri, quod in re iſta habuit, *l. ſi ſervus communis: de donat. int. vir. & uxor. l. apud. celſum: § quæſitum: de except. doli: l. ſi fidejuſſor. §. pater: de fidejuſſ. l. Codicillis §. inſulam: de legat. 2. l. 2. C. de remiſſ. pign.*

16 Deindè † hoc etiam certum eſt, eum, qui ſemel conſenſit, huic conſenſui jure contravenire non poſſe, ſed eo nomine perpetuo devinctum eſſe, *l. per fundum: de ſervit. ruſtic. præd. l. in diem: de aqua plu. arc. l. de acceſſionibus: §. fin. de diverſ. & tempor. præſcript l. 1. §. prod. verſ. unde ſi quis: quorum leg. l. fin. C. comm. præd. c. quod ſemel. de reg. jur. in 6.*

17 Tertiò † magis in ſpecie de domino feudi traditum eſt, quod ea, quæ ejus conſenſu geſta ſunt in feudo, rata habere teneatur, non ſolum tùm, quando feudum adhuc à vaſallo poſſidetur, ſed vel maximè etiam, quando vaſallo defuncto, feudum ſibi apertum fuerit, *ut diſerte probatur in c. 1. §. etſi clientulus: verſ. ſi verò de alien. feud.* per quem hoc tradit *Andr. de Iſern. ibi, & in d. c. 1. col. 4. verſ. Et hoc eſt verius: qui ſucceſſor. ten. Camer. in c. imperialem: pag 395. de proh. feud. alien. & pag. 37. in princip.* inquit, conſenſum domini duo operari, alterum, ut actus valeat in vita illius qui contraxit, alterum ut valeat in infinitum, ita quidem, ut reſoluto jure datoris, non reſolvatur jus acceptoris addens, hanc eſſe communem opinionem. Neque ſane mirum: dominus enim conſentiens pro eo habetur, ac ſi feudum ab ipſo alienaretur, & in emtorem transferretur, *Iſern. in c. 1. & ib Afflict. nu. 22. qui ſucceſſ. tene. Iſern in c 1. §. ſed nec eſt alia: nu. 38. & ibi Afflict nu. 36. quæ fuer. prima cauſ. benef. amitt & in c. 1. §. quid ergo: nu. 5 de inveſt. de re alien. fact. argu. l. obvenire, de verbor. ſignif. l. ſi liqueat, C. de inoff. donat. §. jus jurandum, in auth. de defenſ. civit.* Non igitur amplius, quoad hoc, ut domino feudum, mortuo vaſallo, aperiatur attendenda erit perſona alienantis, ſed ejus in quem feudum cum conſenſu domini translatum fuit, *Bald. in auth ſi quas ruinas, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Jaſ in l. fin. nu. 33. C. eod. tit.* Idemque in conſenſu circa alienationem adhibito admittit etiam *Matth. de Afflict. in d. tit. qu. ſucc. tenea. & in deciſ. 112.*

Et † licet idem diſtinguat inter alienationem & oppignorationem, nulla tamen probabilis poterit reddi diverſitatis ratio, cur dominus conſentiens alienationi magis cenſeatur voluiſſe juri ſuo renunciare, quam oppignorationi conſenſum ſuum adhibens Nam etſi alienans omni jure, quod in feudo habet, ſe penitus abdicat, non tamen hæc ipſa juris abdicatio in cauſa eſt, ut alienatio domino præjudicare poſſit, ſed id omne ſolus conſenſus efficit: Idem ergo præſtabit in oppignoratione, quæ onus reale injungit feudo propter conſenſum domini perpetuò durans, donec debitum perſolvatur. Quod enim juris eſt in toto, quò ad totum idem juris eſt in parte reſpectu partis *l. quæ de tota. in princ. & ibi gl. & Bart. not ff. de rei vend.*

Quarto

19 Quartò † idem ſuadet etiam ipſa natura negocii. Nam oppignoratione jus reale conſtituitur, quod cum re ipſa tranſit, ad quemcunque ea pervenerit: *§.omnium autem: junct. §. item Serviana ubi hoc not. DD. inſtit. de actio. l. ſi fundus §. in vendicatione: de pignor.* Dominus itaq; conſentiendo oppignorationi videtur ſe ad naturam illius rei confirmare, & tale jus in feudo conſtituere voluiſſe, quod feudum ſemper comitetur licet iſtud ad ſemetipſum reverſum fuerit.

20 Nam † ſicut pleraq; alia, ita etiam conſenſus domini ſecundum ſubjectam materiam eſt accipiendus: *l. ſi verò: locati. l. inſulam. de præſcript. verb.* & ſecundum naturam rei, ſuper qua interponitur, intelligendus, *l. ſi ſtipulatus: §. verum: de uſuris, l. damnum: verſ. & quod in ſtipulatione: de damno infect.*

21 ideoque † aſſenſum domini aſſumere naturam actus, ſuper quo adhibetur, *ait Camera. in d. l. imperialem: mihi pag. 410. arg. ejus quod de ſtipul tradit Jaſ. in rubr. de verbor. oblig. quæſt. 5.* Sic quod aſſenſus domini reguletur ab actu, ſuper quo intervenit, *docuit Marin. Frecc. lib. 2. §. decimo quarto: nu. 6.*

22 Suffragatur † hiſce quintò vulgata regula, quæ docet, quod dominus cenſeatur voluntatem ſuam accõmodaſſe ad id, quod jus diſponit, *l. ſi cui: de ſervit. l. quanquam: de ritu nuptia.* Nam juris ratio exigit, ut pignoris jure ſemel legitimè conſtituto in fundo aliquo, iſtud cum re ipſa tranſeat, itemque conſenſus domini perpetuus eſſe debeat. Secundum hanc itaque juris diſpoſitionem veriſimile eſt, etiam dominum conſenſiſſe, prout argumento iſto in his terminis utitur *Andr. de Iſern. in d. c. 1. col. 3. verſ. alii dicunt non irrationabiliter: qui ſucc. ten. & Camerar. in d. c. imperialem: pag 395. Mari. Frecc. in d. §. decimo quar.* Denique ut auctoritate etiam ſententiam noſtram muniamus, hoc

(c) diſertè docuit *Mari. Freccia lib. 2. (c) de auctoritate & poteſt regis erga ſubfeudatar. Auctorit. 29. nu. 8. verſ. fallit etiam hæc regula*: ubi generaliter concludit, quod, quando in obligatione bonorum feudalium acceſſiſſet aſſenſus, teneretur rex vel Baro, aperto feudo, ſatisfacere creditoribus pro valore ipſius feudi: & allegat *Andr. de Iſern. in d. Conſt. Neapol. ſi quis poſt litem: & conſtitutione divæ memoriæ: & in c. 1. §. ſi clientulus: de alien. feud.* Aſſenſus enim hominis in omnem caſum operatur, ſive feudatarius ſine liberis moriatur, vel per culpam committat, & durat perpetuo pro accipiente & hæredibus ſuis, *ſecundum eundem Andr. de Iſern. in c. 1. qui ſucceſſ teneant. & in c. 1. apud quem vel quos & in c. 1. §. hoc quoque: col. 3. de ſucc. feud. & in c. 1. §. præterea. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* Ideo tenetur Baro ſatisfacere de feudo, quando aſſenſum præſtitit, quia cenſetur conſentiendo jus ſuum remiſiſſe, & potuit cogitare, à principio feudum poſſe ad ſe devolvi. Nec prodeſt *(inquit)* clauſula, quæ apponitur tempore aſſenſus, juribus curiæ & alterius ſemper ſalvis. Nam iſta clauſula non operatur ſuper eo, ſuper quo eſt principaliter diſpoſitum, per præſtationem aſſenſus, ſed intelligitur de alio, *ſecundum Andr. in d c, 1. col. 4. quem ſequitur D. Joann. Blaſcus Lancea in repet. c. volentes regni Siciliæ: col. 84.* Hæc Marin. Quibus ita firmatis, non erit difficile reſpondere ad argumenta Afflict.

Nam † primum quidem in illis demum caſibus rectè locum habet, qui priſtinum ſtatum ita immutant, ut veriſimile non ſit, diſponentem de eo, quod deinde ſupervenit, cogitaſſe. At quando de eo veriſimiliter non minus cogitare potuit, vel debuit, tum ſanè, ſi ad eum caſum res devenerit, is ſub generali diſpoſitione æquè comprehenſus eſſe cenſetur, uſque eò, ut ſufficiat in genere de aliquo cogitatum fuiſſe, *ut docet Bart. in l. ſub prætextu: num. 1.* 23

nu.1. & ibi Jaſ.num.3. C. de tranſact. & in l. ſi de certa: C. eod.tit. cum aliis adductis per Tiraq. in l. ſi unquam: in princ. n. 116. C. de revocand.don.

24 Dominus † autem conſentiendo contractui à vaſallo celebrato, utique de hoc ipſo caſu, quo feudum ad ſe reverſurum eſſet, cogitaſſe juris præſumtione intelligitur, *ut per text. in d. §. ſi clientulus: ſuprà probavimus, & fatetur ipſemet Afflict. in d. loco: nu.39.* Non igitur huc pertinere poterit regula primo loco adducta.

25 Ex † quo etiam ceſſat ſecunda ratio. Nam cum hoc evenire potuerit ſecundum legem communem: rectè ſanè in conſiderationem veniſſe cenſebitur, *ut docet idem Afflict. per not. Bart. in l. inter ſtipulantem § ſacram: de verbor. oblig. & Petr. de Anch. int. Abbatte: in §. nota. de re jud. lib.6.*

26 Tertium † argumentum hanc neceſſariam recipit interpretationem, ut procedat ſolummodo, quando jus ejus qui auctoritatem præſtat, ſeparatum atque ſejunctum eſt à negocio, cui conſenſit, ita ut præterquam quòd juri proprio renunciaſſe reputetur, auctoritatem ſuam commodè interponere poſſit, *ut apparet ex LL. in hanc ſententiam adductis.* Atqui dominus conſenſu ſuo robur addens contractui initio à vaſallo non poteſt hoc facere, quin conſentiendo etiam jus ſuum, quod ad ipſum poſt mortem vaſalli reverſurum eſt, remiſiſſe videatur: quippe cum tam jus iſtud, quo confirmat contractũ, quam etiam jus, quod feudo ſibi aperto, ad eum rediturum eſt, ex uno eodemque fonte, ex jure videlicet directi dominii dependeat. Non poterit igitur hoc caſu inter auctoritatem, quæ robur addit contractui, & conſenſum, quo juri ſuo quis renunciaſſe exiſtimatur commodè diſtingui, ſed locus potius erit vulgatæ regulæ, quæ docet quod is, qui conſenſit, juri ſuo renunciaſſe cenſeatur, ut in propoſito diſertè probatur *in d. §. Et ſi clientulus*: per quem text. facilè tollitur hoc objectum

Neq; † etiam propterea, quod [...] ſeruimus, dominum, feudo aperto [...] debitum perſolvere debere, ex conf[...] matione præter naturam ejus novi a[...] quid ſequitur, *ut quarto loco arguit A[...] flict.* Nam cum ſemel jus reale, conſe[...] tiente domino, in feudo conſtitutu[...] fuerit, neceſſario inde ſequitur, jus ho[...] feudo inhærere, ad quemcunque fe[...] dum pervenerit. Non mirum igitu[...] cur conſenſus eò vires ſuas extenda[...] cum is, qui vult unum, putetur etia[...] omne id voluiſſe, quod ex eo neceſ[...] riò ſequitur: *l. cum principalis: de re[...] jur. l. cui juriſdictio: de juriſdict. omn. j[...] dic.* Neque enim dominus ideo ultr[...] obligatur, quam requirat ipſa conſe[...] ſus natura, quæ eſt, ut quis id, quod [...] mel placuit, ratam habere teneatur.

Quintum † argumentum ſolu[...] de caſu dubio loquitur, cum interi[...] in propoſito de renunciatione ex ip[...] conſenſu dilucidè appareat. Nam co[...] ſentiens, eo ipſo cenſetur reſignare [...] ſuum: *l. ſi ſervus communis: de donat. i[...] vir. & uxor. l. apud Celſum: §. quæſitur[...] de dol. except. l. fidejuſſor. §. pater: de pig[...]* potius igitur verſamur in claris, in q[...] bus locus non eſt conjecturis: *l. con[...] nuus, §. cum ita: de verbor. obligat. c[...] qui fidem: de ſponſal. l. ille aut ille. §. cu[...] in verbis, de legat.3* ſic etiam ea, quæ [...] renunciatione unius juris ad alteru[...] non extendenda dicta fuerunt, pro[...] dunt duntaxat in juribus ſeparatis, [...] diverſis, cum in propoſito de uno [...] eodem jure directi dominii agamus, [...] paulò ante oſtendimus.

Quæ † ſextò poſita fuit differen[...] inter obligationem & conſenſum, [...] ſanè ad propoſitum noſtrum non pe[...] tinet. Nam cum ea ſit natura conſe[...] ſus adhibiti, ut dominus id, quod ip[...] us conſenſu geſtum eſt, perpetuò [...] tum habere teneatur: nullam præter [...] aliam in perſona domini requirim[...] obligationem, ad hoc, ut feudo ſi[...] aperto, pignus à vaſallo ſuo conſen[...]

cont[...]

contractum luere teneatur, ſed ex ipſa conſenſus natura ad hoc aſtringitur, *ut affirmat Camer. in l. imperialem, pag. 353.* inquiens, quod dominus conſentiens nullo modo obligetur præterquam ut ratam habeat, quod fecit. Conſentiendo enim dat omne illud, quod poteſt tunc, vel poſſe ſperat in futurum: quia tollendo obſtaculum inter contrahentes perfecit actum, ut nunc, & confirmat etiam actum perpetuo in caſu, quo reſolveretur jus auctoris, ut tunc ex vi iſtius aſſenſus non reſolveretur jus acceptoris, qui pro ſe & hæredibus in perpetuum habebit feudum, etiam contra dominum, *ut poſt Iſern. idem Camer. declarat in d. c. imperialem: mihi pag. 339.* hoc ipſo docens, qua ratione aliud ſit dare, aliud conſentire. Nam dominus quidem ipſe conſentiendo tollit tantum impedimentum: ut autem obligetur, hoc dependet à contractu feudatarii, *ut ait idem pag. 410.*

30 Septimum † objectum admodum leve eſt. Nam cum dominus conſentiendo obſtringatur, & ratam teneatur habere contractum vaſalli, atque hoc reſpectu ex ipſo etiam contractu vaſalli obligetur: qui quæſo perſonam ejus à conſenſu ab ipſo præſtito ſejungere poterimus? Procedit enim illa regula tantum in his, ubi ſeparatim poteſt conſiderari perſona loquentis, & ſermo ab eodem prolatus.

31 Doctrina † verò Bartoli octavo loco adducta manifeſtè confunditur *per text. in l. nihil. §. 1. de legat. 1. & l. quoties: C. de fideicommiſſ.* itaque ea ab interpretibus communiter improbatur, *& text. in d. l. ſi fundum per fideicommiſſ.* aliter declaratur, *ut per Bald. & DD. ibi:* & monet *Molin. in additio. ad d. conſ. Alex.* & hoc crebriori calculo receptum eſſe, multis auctoritatibus oſtendit Cravett. *in conſil. 24. nu. 80. Bart. in d. §. duo fratres quæſt. 12.* eo de caſu loquitur, quo quis emit rem, quæ ſub conditione ipſi legata fuerat: quod quidem à propoſito noſtro plurimum differre, nemo eſt, qui non videat.

• Quæ † denique de clauſula illa, 32 qua dominus jus ſuum generaliter reſervare ſolet, dicta fuerunt, ea etiam nihil obſtant huic ſententiæ noſtræ. Nam clauſulæ illæ intelliguntur reſervare omnia alia jura, præter ea, quæ dominus conſentiendo, & confirmando contractum vaſalli concedere voluit, *ut declarat Andr. de Iſern. in d. c. 1. col. 4. in princ. qui ſucc. tene. & Thom Mar. in d. loco.* Neque ſanè mirum, cum alioqui contrarietatem quandam in ſe continerent: *arg. l. ſi debitor: §. 1. in l. ſicut §. non videtur, quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Sunt enim verba contractuum, ſicut cujuſvis alterius diſpoſitionis ita interpretanda, ne ſibi contradicant. *c. cum eum & ibi Abb. & Dec. de teſtib. c. inter dilectos, juxta fin. de fid. inſtru. l. unic. §. quibus, C. de novo Codice facie, l. non ad ea, de condit. & demonſt. Bart. Jaſ. & DD. in l. 2 §. fin. ſi cert. pet. Deci. in l. ubi repugnantia, in princ. de reg. jur.* Et de clauſula, ſalvo jure noſtro, quod illa non referatur ad ea, de quibus eſt ſpecialiter diſpoſitum, *docuit etiam Molinæus in conſuetud. feud. §. 3. nu. 119. & plenius §. 44. nu. 27. Gramm. deciſ. 66. num. 54. Urſil. ad Afflict. deciſ. 112. nu. 9. & deciſio. 355. num. 7. Natta conſil. 403. num. 7. vol. 2.*

Neque huic ſolutioni obſtat, quod Burſatus replicat, dominum duntaxat conſenſiſſe reſpectu illius temporis, quo penes vaſallum remanſurum eſt feudum, non autem in præjudicium juris ſui de futuro: ac propterea clauſulam illam reſervativam licet cum, quẽ ipſe præſupponit, habeat effectum, minimè refragari conſenſui adhibito. Satis enim à nobis jam firmatum fuit, eum, qui in feudo ſibi pignoris nomine cautum eſſe voluit, non tam ad utile dominium ſolummodo reſpexiſſe, quam eò, ut tale jus in feudo naniſcatur, quod cum reipſa ad quemvis poſſeſſorem tranſeat, ſive feudum ad alium ſive ad dominum pervenerit. Manifeſtum eſt itaque, ſi clauſula illa reſer-

vatoria hoc efficeret, ut dominus, ſi feudum ipſi apertum fuerit, obligatione pignoris non teneretur, tum illam voluntati contrahentium plurimum adverſari, & quod conſequens eſt, locum in propoſito invenire jam dictam interpretationem illius clauſulæ.

33 Minus † urget, quod porrò Burſatus conſiderat, clauſulam iſtam ſecundum hanc interpretationem effectu carere. Nam licet alioqui dominus cenſeatur tantummodo conſentire reſpectu utilis dominii, atque adeo jus directum fine clauſula illa integrum conſervet: non tamen propterea clauſula hæc, qua jus iſtud expreſsè reſervatur, omni effectu deſtituetur, cum ſuperflua eſſe non cenſeantur, quæ majoris declarationis gratia adduntur, licet ulterius nihil operentur, *l. qui mutuum:* §. *1. mandati: gloſ. l. pupillus:* §. *fin. de verb. ſign. l. quæ dubitationis: & ibi Decius de reg. jur. Ruinus conſil. 59. incip. caſus iſte de quo quæritur. num. 18. vol. 3. Socin. in conſil. 102. num. 11. lib. 2. Cephalus conſil. 104. incip. pactum dubitationis ſic ſe habet. num. 14. Cum aliis in hanc ſententiam adductis à Tiraquell. de retractu,* §. *21. n. 5.*

34 Sic † etiam regulæ illi locus non eſt, quoties exprimitur id, quod alioqui tacitè ineſt: ſed potius ſuccedit alia, quod ea, quæ inſunt ex natura alicujus rei expreſſa, eo modo, quo inſunt, nihil operarentur, *l. 3. de legat. 1. l. non rectè: C. de fidejuſſ.* Ita iſtam regulam *poſt Joann. Andr. in cap. ſolitæ. ſuper gloſ. in verb. tanquam de major. & obed.* declarat & limitat. *Alex. in conſil. 33. viſo themate vol. 1.*

35 Præterea † ſatis dicuntur operari verba, ſi ſecundum naturam rei, de qua agitur, effectum ſortiantur, *ut notat Bald. in rubr. C. de contrah. emt. in 4. quæſt. quem refert Alex. in conſil. 21. incip. viſo compromiſſo, num. 9. vol. 5. Jaſ. in rubr. de verb. oblig. n. 15. verſ. ſexto. Barthol. Socin. in conſ. 47. incip. in prima præſentis conſultationis, col. 3. verſ. præterea magis ad propoſitum, vol. 1. Pariſ. conſil. 110. incip. promiſſio & obligatio facti alieni. n. 19 part. 1. Zaſius conſil. 8. num. 38. vol. 2.* Argumentum verò à natura exceptionis deſumtum, debile admodum eſt & fragile.

Sufficit † enim exceptionem convenire regulæ ſecundum quid, licet 36 non ſit omninò de regula, *l. nummis: ubi hoc not. Jaſ. de in litem jurando. Didacus lib. 2 variar. reſolut. cap. 5. n. 5.*

Deindè ſatis eſt exceptionem utilem eſſe ad majorem ipſius regulæ declarationem, licet regula exceptum caſum minimè comprehendat *d. l. quæ dubitationis: de reg. jur. Didacus in d. loco, n. 9.* Præſertim verò, quando alioqui, ſi eam ad regulam referremus, iſtud negotio ipſi, de quo agitur, repugnaret, atque id penitus everteret: quippe cum ſemper ea ſit capienda interpretatio ne quis ſibimetipſi cõtradicat, per jura paulò ante adducta. Ex quibus deniq; omnibus palam eſt, rationes *Matth. de Afflict. & reliquorum* ejus momenti non eſſe, ut propterea à ſententia, quam nos firmavimus, recedendum ſit: ſecundum quam etiam ſæpius reſponſum & judicatum fuiſſe memini. Quia verò auctoritate Afflicti & aſſeclarum ejus facilè quis ſeduci poſſet, ideo iſta non prætermittenda duximus.

ADDI-

ADDITIO

SIMONIS ULRICI PISTORIS.

(a) Fuit quæſitum] Ad hanc quæſtionem vidè *Roſenthal. de feud. cap. 9. concl. 18. n. 1. & ſeq. Schrader de feud. part. 8. cap. 4. nu. 34. Vultei. de feud. cap. 10. nu. 78. verſ. an idem etiam ſit. Petr. Heig. quæſt. 20. nu. 1. & ſeq. part. 2. Cæſar. Manent. conſil. 86. num. 2. & ſeqq. per tot. cent. 1. Johan. Zanger. de exceptionib. cap. 20. part. 3. n. 288. & ſeqq.*

(b) Penitus effectu careret] Adde eundem *Burſat. conſil. 137. n. 16. part. 2.*

(c) Marian. Freccia lib. 2.] Adde *Petr. Heig. d. quæſt. 20. per tot. part. 2.* ubi elegantes rationes adducit & ita à Witebergenſibus pronunciatum teſtatur. Diſſentit *Roſenthal. de feud. cap. 9. membr. 1. concluſ. 18. num. 4. 5. & ſeqq.*

QUÆSTIO XLIX.

DOMINUS CONSENTIENS RATIONE SORTIS PRINCIPALIS AN cenſeatur conſenſiſſe ratione ejus, quod intereſt.

1. *Conſenſus ſuper ſorte præſtitus non extenditur ad id, quod intereſt, ſecundum Afflict. & Marin. ſed n. 18. hoc declaratur tantum procedere in eo, quod pacto ſpecialiter promiſſum eſt: item in contractibus ſtricti juris: ſecus vero in contractibus bonæ fidei, ex quorum natura id, quod intereſt, debetur. n. 19. & contrariis reſpondetur. n. 28.*
2. *Mora cenſetur eſſe delictum.*
3. *Mora debitoris tanquam delictum nocere non debet domino conſentienti: & nu. 11. declaratur, n. 28. & 35.*
4. *Dominus in conſenſu exprimendo ſortem videtur ad id, quod intereſt, obſtrictus eſſe nolle.*
   Reſpondetur nu. 29.
5. *Fidejuſſor non in omnem caſum intercedens ad id, quod intereſt, non tenetur.*
   Niſi in contractibus bonæ fidei: num. 23. & num. 30.
6. *Conſenſus eſt ſtricti juris, nec facilè extenditur: declaratur n. 31.*
7. *Conſenſus cenſetur eſſe gratia: declaratur nu. 22.*
8. *Gratia conceſſa ſuper ſorte non extenditur ad id, quod intereſt: declaratur numer. 32.*
9. *Permiſſo uno ex duobus prohibitis, alterum permiſſum non cenſetur, licet alioqui alterum ſub altero comprehendatur: Reſpondetur nu 33.*
10. *Conſenſus æſtimatur ſecundum tempus contractus: non autem ſecundum tempus futurum: declaratur n. 34.*
12. *Conſenſus domini cur ratione ejus, quod intereſt, non reguletur ſecundum naturam contractus.*
   Refutatur n. 21.
13. *Diſpenſationem in minimo effectum habere ſufficit.*
14. *Principali conceſſo quando concedatur acceſſorium: aliter declaratur n. 25.*
15. *Textus in §. ſi nummos: l. ſi quis pro eo: de fidejuſſ. declaratur.*
16. *Obligatio pro ſorte extenditur ad id, quod intereſt, favore cauſæ vel perſonæ.*
17. *Diſpoſita de ſorte quando extendantur ad id, quod intereſt.*

19. *In contractibus bonæ fidei acceſſoria veniunt, ſecundum naturam actionis.*

20. *Conſenſus aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur.*

24. *Conſenſus extenditur ad omnia, quæ ſunt annexa expreſſis.*

26. *Feudum oppigneratum cum conſenſu domini poteſt ſine novo conſenſu ſubhaſtari.*

27. *Dominus conſentiens cenſetur voluiſſe, quod jus vult.*

29. *De conſenſu domini non tam [illegible] ſummam expreſſam, quam ex [illegible] obligationis judicandum.*

36. *Conſentiens ſimpliciter inſtrumento obligationis cenſetur approbare omnia contenta in eo.*

Etiamſi quibuſdam duntaxat expreſſis, generalis addatur clauſula, referens ſe ad inſtrumentum, n. 37.

FEudo cum conſenſu domini pro certa pecuniæ ſumma pignori obligato, ſolet non rarò dubi-
1 tari, utrum † etiam pro eo, quod ratione ejus, quod intereſt, vel alioqui propter moram debitoris ſorti accedit, jure obligatum eſſe cenſeatur. Matth. quidem de Afflict. *in c. imperialem: in 12. notab. quæſt. 8. nu. 23.* generaliter concludit, conſenſum, qui ratione ſortis à domino interpoſitus fuit, ad pœnam, vel id quod intereſt, minimè extendendum eſſe: quippe cum is regulariter ſtrictè intelligi debeat, addens ita fuiſſe judicatum in ſacro conſilio. Eandem ſententiam defendendam ſuſcipit *Marin. Frecc. lib. 2. de auctor. & poteſt. Baro. erga ſubfeudatar. quæſt 20.*

2 Movetur † autem primo, quoniam mora delictum eſſe reputatur, etſi conſiſtat in omittendo: *l. fin. de fidejuſſ. not. gl. in l. mora: ſolut. matr.* Ex delicto verò alieno nemo coërcetur, ſed ſuum debet illud tenere auctorem: *l. ſancimus: C. de pœnis.*

3 Non † igitur mora debitoris obeſſe debet domino, qui in ſorte conſenſit: cum alioqui in re ſua ex delicto alieno pœnas lueret, uſque eò, ut ex perfidia debitoris non ſolventis, totum etjam feudū ad creditorem devolvi poſſit in perniciem domini: quod ſanè ferendum non eſt, propter vulgatam illam juris regulam ex ipſa naturali æquitate deſumtam, quæ docet alteri per alterum iniquam conditionem inferri non debere.

4 Deinde † conſiderat, quia dominus ob hoc ipſum ſummam principalem expreſſiſſe videtur, quia ad majorem ſummam aſtrictus eſſe nolit: non igitur contra hanc conſentientis intentionem verbis ſatis expreſſam actus ejus extendi poſſe videtur. *l. non omnis ſi cert. pet. cum ſimul.*

Tertiò † adducit id, quod in ſimi- 5
li de fidejuſſore ſcriptum reperitur, eum, ſiquidem non in omnem caſum interceſſerit, ad id, quod interſt, non teneri: *l. quæro: & ibi gl. locati: l. fidejuſſores magiſtratuum: §. pro Aurelio: de fidejuſſ. l. Græcè: §. & poſt litem: eod. tit. not. in l. centum Capuæ: de eo quod certo loco: cum aliis in hanc ſententiam congeſtis à Bald. Novell, in tractat. dot. in 6. part. in 7. ſpeciali.* Nam hinc idem de domino conſentiente exiſtimandum erit, cum & is loco approbatoris vel fidejuſſoris habeatur.

Quartò † huc affert, quod generaliter tradi ſolet, conſenſum eſſe ſtrictiſſimi juris, neque ultra caſum, qui verbis expreſsè denotatur, producendū *ut docet Andr. de Iſern. in c. imperialem: in princ. & ibi Afflict. & DD. de prohib. feud. alien. per Fred.*

Quintò † confirmat iſta hac ratione, quia conſenſus eſt gratia, quam facit dominus in relaxando diſpoſitionem juris communis, & diſpenſando, *ut ſenſit idem Iſern. in d. c. imperialem: facit text. in l. licet canon: ibi, gratiam diſpenſationis: de elect. in 6. & in c. apoſtolicæ: ibi, diſpenſationis gratia: de cleric. excomm.*

Gratia † autem conceſſa ſuper ſorte non extenditur ad id, quod intereſt: *ut eſt text. notabil. in leg. fina.*

fin. §. *Lucius Titius*: *de condict. indebit.* ubi reſtitutio conceſſa ſuper principali non operatur quoad uſuras tanquam acceſſorium: quem textum dixit ſingularem *Bald. in l. fin. C. quando provoc. non eſt, neceſſ. Abb. conſil. 35. arbitror. vol. 2. Aretin. in l. ſi filius qui patris: col. 4. de vulg. & pupillar. Roman. in ſingul. 611.* Quare etiam conſenſus ſuper ſorte adhibitus non extenditur ad uſuras.

9 Sextò ſic arguit, de jure communi feudorum utrunque eſt prohibitum, & obligari feudum pro ſorte, & pro eo quod intereſt. Cum autem dominus in uno diſpenſet, & faciat poſſibile, quod erat impoſſibile, *l. Julianum*: §. *ſi conſtat. de legat. 1.* in alio tanquam omiſſo meritò remanet prohibitio juris: *arg. l. quod verò: de LL.* Ideo enim expreſſit ſortem, ut excluderet id, quod intereſt: de quo quia nihil dixit. ideo neglexiſſe videtur *l. 1. §. 2. C. de caduc. tollen.* quod argumentum ſtabilitur ex ex eo, quod dici ſolet, Licet regulariter is, qui poteſt teſtari, poſſit codicillos facere, *l. 2. de legat. 1.* iſtud tamen intelligendum eſſe, quando utrunq; poterat facere de jure communi: non autem, ſi ex gratia alterutrum horum facere poteſt: tum enim nihilominus in altero prohibitio obſtat, *ut docent Angel. & Imol. in l. ſi ſervus communis: de ſtipul. ſervo. Socin. in conſil. 13. præſens conſultatio: col. 5. & 6. vol. 1. cum aliis adductis per Camer. in c. imperialem: pag. 497.*

10 Septimò † hoc utitur argumento quoties dubium eſt, quatenus dominus conſenſum ſuum adhibere voluiſſe exiſtimandus ſit: tum ſemper ad tempus præſens, quo conſenſum præſtitit, reſpiciendum eſt *l. ſi à colono: & l. cum ſtipulamur: de verbor. obligat.* quam legem Andr. de Iſern. ſæpe in ore habet: futurum verò tempus non comprehenditur, *d. l. ſi à colono: l. Rutilia Polla: de contrah. emtio.* quem textum allegat. *Iſern. in c. 1. de feud. dato in vicem: l. commiſſo*: Sed eo tempore, quo debitum contrahitur nulla eſt mora, neque in alio eſt debitor: quam in ſorte. Non igitur ratione ejus, quod propter futuram moram ſupervenit, ſed tantum in eo, quod tempore obligationis contractæ ſuberat conſenſiſſe videbitur. *arg. l. per retentionem*: *& l. pignioribus C. de uſuris.*

Addit † denique, hanc ſententiam eſſe æquiorem, ne ex facto debitoris creſcat obligatio in re domini *l. libertus*: §. *fin. ad munic.* Nam etſi æquo jure debeatur creditori id, quod propter moram debitoris ejus intereſt: *l. ſi ſervum.* §. *ſequitur: de verb. oblig.* non tamen æquo neque bono jure debetur à tertio, qui ad id ſe non aſtrinxit, neque omnem caſum obligationis in ſe ſuſcepit. Non enim domino, qui loco approbatoris & fidejuſſoris eſt, imputari debet, quod reus propter moram ſuam non præſtitit. *d. l. fin. de fidejuſſ. Rom. conſil. 507.* 11

Quia † verò huic opinioni plurimum obſtat generalis illa juris regula, quæ docet, conſenſum ſecundum naturam contractus, ſuper quo adhibetur, intelligendum eſſe, *l. ſi poſtea, rem ratam haberi*, ideo ad hanc regulam reſpondet, eam in propoſito hac de cauſa minus locum habere, quia licentia obligationis feudi eſt quædam diſpenſatio, quæ non regulatur à qualitate obligationis ipſius debitoris, ſed à formalitate (ut ipſe loquitur) gratiæ, quam dominis facit in relaxando prohibitionem juris ſui, & quia alias in infinitum extenderetur, ſatis eſt, quod in ſorte operetur. *arg. l. tutori. C. de negot. geſt.*: ſufficit † enim diſpenſationem in minimo effectum hebere. *ſecundum Archidiaco. in c 2. de filiis presb. in 6. & Anton. de Butr. in c. at ſi clerici, §. de adulteriis col. 3. de judiciis*, debetque ei imputari, qui non expreſſit etiam uſuras, vel id, quod intereſt, *arg. l. veteribus. §. fin. de pactis.* 12 13

Alterum † objectum, quo traditur, quod conceſſo uno videantur conceſſa omnia alia, quæ ſequuntur ex illo, item quod diſpoſita de princi- 14

pali pertineant etiam ad acceſſoria, *l. 2. de pecul. leg. l. ſi quis pro eo: §. ſi nummus: de fidejuſſ.* ita diſſolvit, ut exiſtimet, haſce regulas duntaxat procedere in connexis, & inſeparabilibus, & in his, quæ neceſſariò ſequuntur ex principali. *l. ad ad rem mobilem: de procurat. not. in l. 2. de juriſdict. omni: jud. gloſ. not. in c. qui in tantum: ibi.per conſequens in omnibus acceſſoriis: de præbend. quam Abb. ibi ſummè commendat, & dat ſimilem gl. c. ſi quis in clero. 6. quæſt. 1. Archid. in cap. non poteſt: de præbend. in 6. ſic in l. 2. de pecul. legat.* erat contingens neceſſarium, ut uno poſito, aliud ſequeretur: ideo lex fingit, utrunque permiſſum eſſe, quia unum ab alio eſt inſeparabile, & per ſe ſtare non poteſt.

15 Textum † verò *in d. § ſi nummos*: interpretatur, quod ibi non ſit extenſio vel incluſio alterius ſummæ, pro qua fidejuſſor teneatur, ſed reconciliatio primævæ obligationis ex natura ſui reconciliat primævam & acceſſoriam etiam obligationem, *ſecundum Corraſium in ſuis Miſcell. lib. 2. cap. 12.* Neque ibi ex mora vel debitoris culpa nova naſcitur obligatio contra fidejuſſorem, ſed quæ erat invalida in reo, qui alienam pecuniam mutuò ſumſerat, & pro quo fidejuſſorem dederat, ſecuta conſumtione per debitorem, roboratur obligatio quoad principalem & fidejuſſorem.

16 Et † licet quandoque lex fingat, obligationem pro ſorte etiam extendi ad id, quod intereſt: hoc tamen facit favor cauſæ, ut in dote, de qua *in l. ſi cum dotem: §. in noviſſimo . ſolut. matr.* vel favor perſonæ, ut de pupillo habetur *in l. ſi poſtea: rem ratam haberi: & in l. etiam: & in l. ſi cum fidejuſſoribus de fidejuſſor. tutor.* in quibus caſibus non verſatur præjudicium, niſi debitoris in re propria: ſecus ubi vertitur publicum commodum. Ex cauſis enim & perſonis diverſum quandoque ſtatuitur in re ancipiti, *cap. 1. de feud. cognit.*

Addit † præterea, regulam [illegible] ſecundum quam diſpoſita de [illegible] pertinent etiam ad uſuras, & [illegible] quod intereſt, procedere tantum eo [illegible] quando utrunque de jure com[illegible] debetur: ſecus quando de [illegible] li. Ideoque videmus, quod c[illegible] principali de jure communi, [illegible] acceſſorium de jure ſpeciali, cum a[illegible] naturam habeat. Hæc ferè ſunt, quibus opinionem iſtam fulcire con[illegible] Marinus, licet illa obſcurius aliquanto referat.

Sed † etſi hæc ſpecioſe [illegible] dicantur, non tamen [illegible] ita generaliter adſtipulandum videtur, ſed [illegible] *Camer. in d. c. imperialem: pag. 4 [illegible] prohib. feud. alien.* diſtinguendum [illegible] ea, quæ ex ipſa natura obligationis [illegible] deſcendunt, & inter ea, quæ expreſſo pacto promiſſa ſeparatim conſiderari poſſunt. Nam quando expreſſo pacto nomine pœnæ, vel ejus, quod intereſt, aliquid promiſſum eſſet, tum, quia hæc ſunt tanquam ſeparata à ſorte, & propter pactum principaliter ſubſiſtunt, aſſenſus domini, in quo de ſorte tantum dictum fuit, ad uſuras promiſſas non extendetur, *l. 2. §. item ſi in facto: de verbor. obligat. l. apud Celſum. §. Labeo: de dol. except.* Sic etiam, quando conſenſus acceſſit contractui ſtricti juris, tum certè facilè concedimus, eum ad id, quod intereſt, non porrigendum. nam in contractibus ſtricti juris ſtrictè agitur, neque ſecundum naturam ipſorum quicquam ultra ſortem accedit, ſed quicquid omiſſum eſt verbis, pro omiſſo habetur, & quicquid præterea accedit, hoc præter naturam venit, *l. quicquid aſtringendæ. l. minor. de verbor. oblig.* Ideoque etiam fidejuſſor, qui pro ejuſmodi contractu fidem ſuam interpoſuit, ratione ejus, quod intereſt, non tenetur, *ut not. DD. in l. centum Capuæ: de eo quod certo loco.* Et in ejuſmodi facti ſpecie rectè procedunt argumenta ſuprà adducta.

19 At † quando dominus conſentit contractui bonæ fidei, tum ſanè res aliter ſeſe habere videtur. Eſt enim juris indubitati, in contractibus bonæ fidei ejuſmodi acceſſoria venire ſecundum naturam actionis, *l. Lucius Titius Sempronio: depoſiti, l. quia tantundem: de negoc. geſt. l. quæro: in princ. locat. §. in bonæ fidei: inſtit. de action.*

20 Conſenſus † autem regulariter aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur, atque ita omnia, quæ ex natura contractus veniunt, comprehendit, *ut docet Camer. in c. imperialem: mihi pag. 342.* ubi ait, quod ſicut ſtipulatio quæ eſt ſtricti juris, aſſumit naturam bonæ fidei, ſi interponatur ſuper contractu bonæ fidei, *quemadmodum declarat Jaſ. in rubri. de verb. oblig. Bart. in l. videamus: §. ſi actione. de uſuris:* ita aſſenſus, poſtquam eſt perfectus actus, regulabitur à contractu. *Idem ſenſit pag. 410. & ſæpè aliàs Marin. Frecc. lib. 2. §. ſecundo quæro: nu. 14. & §. decimò quæro: n. 6.* Conſequens igitur eſt, ut dominus ſecundum naturam hujus contractus etiam ratione ejus, quod intereſt, conſenſiſſe cenſeatur.

21 Neque † huic argumento quicquam obſtat, quod Marian. ait iſtud ideò minus in aſſenſu locum habere, quia ſit inſtar gratiæ. Nam præterquam quod communiter contra exiſtimatum eſt, ipſemet Marin. in eo parum ſibi conſtat, cum nihilominus regulam iſtam ad materiam conſenſus accõmodaverit, ut ex locis adductis in conſpectu eſt.

22 Quam † verò rationem habeat iſtud, quod conſenſus gratia, ſive diſpenſatio dicatur, *pulchrè declarat Camer. in d. c. imperialem: in tertia concluſione extenſionis: pag. 348.* ubi oſtendit, conſenſum, non obſtante quod dicatur gratia in expreſſis latiſſime interpretandum eſſe. Expreſſa autem intelliguntur non ſolum ea, quæ verbis exprimuntur, ſed quæ vel ex mente, vel natura negocii, ſine cauſa deprehenduntur, *ut multis probat idem concluſione 8. pag. 411. & concluſ. 14. pag. 494.*

Secundò † hanc ſententiam probat id, quod communiter de fidejuſſoribus traditur, ut, licet obligatio fidejuſſorum ſtrictè ſit accipienda, ſi tamen quis fidem ſuam interponat ſuper contractu bonæ fidei, tum etiam nomine ejus, quod intereſt, interceſſiſſe videatur, *ut not. DD. in l. ſi cum dotem: ſin autem: ſolut. matr. & in l. centum Capuæ: de eo quod certò loco: & in d. l. quæro: locati.* Cumque hoc ita communi calculo ſit receptum, non curandum de iis, quæ ſubtili quadam ratione contrà in medium afferri poſſint. Non enim articulum iſtum hoc loco examinare animus nobis eſt. 23

Tertiò † huc pertinet alia vulgata regula, quæ docet, quod conſenſus extendatur ad omnia ea, quæ ſunt annexa expreſſis, & ex hiſce ſequuntur *l. cum principalis: de reg. jur. l. cui juriſdictio: de juriſdictio. omn. jud. l. quicunque: §. penult. de inſtit. & multis concluſionibus confirmat Camer. in d. loco, concluſ. 12. pag. 462. & ſeqq. & tenuit etiam Marin. in d. quæſt. 2.* 24

Nec † quicquam impedit, quod idem hoc loco regulam iſtam coarctet ad ea tantum, quæ neceſſario ſequuntur, & ſunt inſeparabilia, quaſi id, quod intereſt, non ſequatur neceſſariò ſortem principalem, cum debitor ſolvendo iſtud evitare potuiſſet. Nam neceſſarium conſideratur reſpectu obligationis præteritæ, debitore non ſolvente, *ut per text. l. ſi pupillorum: de reb. cor. & l. Lucius Titius: qui potior. in pignor. hab. declarat Cam. in d. c. imperial. pag. 396.* 25

Quartò † hanc ſententiam plurimum etiam confirmat id, quod nos *lib. 1. quæſt. 19. poſt Matth. de Afflict.* firmavimus: ſi dominus conſenſerit oppignorationi feudi, quod tum ille conſenſus eo uſque vires ſuas extendat, ut ſine novo conſenſu feudum hoc propter debitum ſubhaſtari poſſit. Nam omnibus illis rationibus, quibus hoc comprobavimus, convinci etiam poterit, multò magis conſenſum ad id, 26

quod intereſt, extendendum: cum longè minus præjudicium vertetur in hoc, quam in illo. Et licet etiam in hac concluſione aliter ſenſerit *Marin. d. lib. 2. quæſt. 15.* tamen ſententiam noſtram refutatis omnibus argumentis, quæ in contrarium adduci poſſent, *latè confirmat Camer. in d. c. imperialem: pag. 396.* quem ſi tum, cum priora ſcripſimus, vidiſſemus, longè ſanè luculentius explicata à nobis fuiſſent. Nunc verò quia utriuſq; ſcripta in manibus ſunt, ad illa pro pleniore quæſtionis illius 19. explicatione ſtudioſum lectorem remittimus.

27 Adminiculatur † etiam hiſce id, quod crebris interpretum ſermonibus uſurpatur, ſemper exiſtimandum eſſe, dominum id ſenſiſſe, quod jus vult, *l. ſi cui: de ſervitut. l. quanquam: de ritu. nuptia.* Nam cum is, qui in mora eſt, ex juris diſpoſitione id, quod intereſt, præſtare teneatur, hinc ſanè veriſimile eſt, dominum de hoc ipſo tàm ex natura contractus, quàm etiam juxta juris diſpoſitionem cogitaſſe: quam rationem ad extenſionem conſenſus ſæpius accommodant interpretes *ibi,* ut abundè videre licet ex ſcriptis Camer.

28 His † ita firmatis non obſtant argumenta, quibus Marin. nititur. Nam primum quidem tum rectè locum haberet, ſi nullum hoc caſu factum domini interveniſſet: ſed cum is conſenſerit obligationi, & natura contractus hoc ſecum afferat, ut non ſolùm ſortis nomine, ſed & ratione ejus, quod intereſt, conſenſiſſe cenſeatur: manifeſtum ſanè eſt, regulam iſtam ad propoſitum noſtrum non pertinere. Suæ enim potius facilitati acceptum ferre debet, cur conſenſerit, quam ut ex facto alterius iniquam ſibi inferri conditionem jure conqueri poſſit.

29 Ad † alterum reſpondeo, non tam ad ſummam expreſſam, quàm ad cauſam debiti, obligationem videlicet, ejuſdemq; naturam, reſpiciendum, & hinc de mente conſentientis eſſe dijudicandum, *ut multis exemplis oſtendit Camer. in 8. concluſ. pag. 411.* ubi generaliter concludit, conſenſum extendi ad omnia illa, quæ ſub cauſa, ob quam datus eſt, comprehendi poſſunt: atque inde infert, etſi regulariter conſenſus reſtringatur ad perſonam in eo expreſſam, iſtam tamen reſtrictionem non fieri, ſi aſſenſus non reſpicit perſonam, ſed obligationem.

Tertium † ab interpretibus communiter ita intelligitur, ut locum ſolummodo habeat in contractibus ſtricti juris: ſecus verò in contractibus bonæ fidei, *ut paulò ante diximus.*

Quartum † pulchrè declarat *Camer. in d. c. imperialem: pag. 342.* inquiens, advertendum eſſe, quod, etſi aſſenſus dicatur eſſe rigoroſus, & ſtrictiſſimi juris, tamen non ſemper permaneat in finibus ſtrictiſſimi juris.

Nam ſicut ſtipulatio, quæ eſt ſtricti juris, aſſumit naturam bonæ fidei, ſi interponitur ſuper contractu bonæ fidei, ita iſte conſenſus regulatur à contractu. Ut interim alios modos, quibus conſenſum iſtum extendi videmus, prætermittam, quos latè proſequitur *Camer. ibidem.* Etſi enim negamus extenſionem, non tamen propterea negamus comprehenſionem ex mente vel cauſa, *ut dicit idem pag. 380.* Quomodo autem iſtud, quod aſſenſus gratia dicitur, ſit accipiendum, in primo fundamento hujus noſtræ ſententiæ dictum fuit. Ex quo hoc objectum facilè diſſolvi poterit.

Sic † nec etiam text. *in d. §. Lucius Titius*: quicquam facit. Nam præterquam quod de mutuo, & ſic de contractu ſtricti juris loquitur, reſtitutio ibi duntaxat in eum finem conceſſa fuerat, ne debitum exſolvere cogeretur: quod quia penitus diverſum ac ſeparatum eſt à jure repetendi id, quod iam exſolutum fuit: non mirum, cur hoc ſub reſtitutione conceſſa non comprehendatur.

Sextum † argumentum tum rectè pre-

procedit, quando duo ita ſunt ſeparata, ut quodlibet eorum per ſe conſiſtat. At quando alterum ex eo, quod expreſſum eſt, ipſa natura rei ſic exigente, conſequitur, tum res longè aliter ſeſe habet, ut multis argumentis demonſtrat *Camer. in d. concluſ. 8.*

34 Sic † etiam ſeptimum locum ſibi non in his vendicare, quæ ſequuntur ex illis, quæ tempore contractus extiterunt, apparet ex quarto fundamento ſententiæ noſtræ, & adductis *per Camer. in jam d. concluſ. 8.*

35 Æquitatis † verò conſideratio facilè tollitur ex his, quæ in primo fundamento diximus. Nam cum dominus conſentiens in omnem caſum, qui ex natura obligationis deſcendit, conſenſiſſe videatur, ut ſatis jam probavimus, longè ſanè æquius eſt, ut iſtud, quod ſemel ipſi placuit, ratum habeat, atque ſervet, quàm ut creditor, qui ejus conſenſu niſus pecuniam credidit, eo nomine defraudari debeat. Ad ſolutiones, quas argumentis ſuis annectit Marin. replicari poſſunt ea, quæ circa rationes noſtræ ſententiæ conſideravimus. Quibus enim fundamentis noſtram firmavimus concluſionem, iiſdem omnes illæ ſolutiones facilè refutari poſſunt. Ut proinde hiſce omnibus motus, non dubitarem, reprobata opinione Marini, adſtipulari Cametario auctori ſanè non contemnendo: quippe cum is 24. annos jura feudalia publicè interpretatus fuerit, ut de ſe ipſo teſtatur *pag. 705.*

Omnis † tamen iſta dubitatio ceſſat, quando dominus conſentit ſimpliciter inſtrumento: nam tum cenſetur conſenſum dediſſe ad omnia contenta in inſtrumento, & ſic etiam ratione pœnæ promiſſæ, *ut poſt Andr. de Iſern. c. 1 qui ſucc. tene. docet Camer. in d. c. imperialem: pag 343. & in 12. concluſ pag. 463.* 36

Id † quod adeò verum eſt, ut, etſi ex pluribus, quæ in inſtrumento continentur, quædam ſolum ſpecialiter expreſſerit in conſenſu, ſi tamen in fine addatur clauſula, per quam ſe referat ad omnia contenta in inſtrumento vel ſi in præfatione generalis petitio ſupplicìter petentis narretur, & quibuſdam modis conceſſis ſubjiciatur deinde clauſula, quæ generaliter confirmaret omnia & ſingula enarrata: tum propter hanc clauſulam dominus præter ſpecialiter expreſſa omnibus conſenſiſſe intelligeretur, *ut multis probat A. ex. in conſil. 17. in 3. vol. quem ſequitur Camerar. in d. c. imperialem: pag. 355. & in fin. concl. 13 pag. 474.* 37

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

AD hanc quæſtionem vide *Surdum de aliment. quæſt. 31. tit. 9. per tot. Ludolph. Schrader. ad §. ult. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio num. 42. ibi. & hac una cum re principali num. 43. & ſeqq. & tract. de feud. part. 8. cap. 4. n. 20. in princ. verſ. hanc tamen ſententiam ego judico, Jacob. Schult. in addit. ad Roſchitz tract de dotalitio. tit.* vom Erbe. *art 26. n 59 ibi, an nimirum quo caſu feudum. & nu. 60. Roſenthal. de feudis c. 9. membr. 1. concluſ. 19. per tot.*

QUÆ-

QUÆSTIO L.

VASALLUS OB CONTUMACIAM AN ET QUATENUS FEUDUM amittat: & de intellectu §. illud tamen: c. 1. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amitt.

1. *Contumaciæ pœna jure feudali præfinita.*
2. *Diverſas eſſe contumaciæ pœnas, de quibus in tit. de milit. vaſall. qui contumax eſt & in §. illud. quæ fuer. prima cauſa benef. amitt. plerique exiſtimarunt: ſed contra de eadem pœna utrobique agi firmatur nu. 29. & contrariis reſpondetur nu. 34.*
3. *Tres contumaciæ ſpecies; Ficta, vera, & manifeſta.*
4. *Manifeſte contumax feudum ſine ſpe recuperandi ſtatim amittit ſecundum quoſdam: & quæ ſint eorum rationes. & n. 5. Horum opinio refutatur nu. 19.*
6. *Manifeſtè contumax utile dominium feudi amittit: ergo poſſeſſionem recuperare non poteſt: reſpondetur nu. 34.*
7. *Pœna debet commenſurari delicto.*
8. *Manifeſta contumacia major eſt vera: & nu. 14. declaratur n. 36. & n. 43.*
9. *Judex pœnam lege impoſitam immutare non poteſt: nu. 35.*
10. *Fictus contumax poſt annum non recuperat poſſeſſionem: ergo nec manifeſtus ante annum. Reſpondetur nu. 38.*
11. *Manifeſto contumaci repetenti poſſeſſionem obſtat exceptio dominii. Refutatur nu. 40.*
12. *Verbum (perdere) in §. illud: uſurpatum, quomodo intelligendum: rectius declaratur nu. 25.*
13. *Textus in §. illud: cur non ſit referendus ad tit de milit. vaſall: qui contum. eſt. Contra verò, quod ille ſecundum hunc intelligendus ſit, firmatur n. 19. & objectis reſpondetur n. 42.*
15. *Verbum (perdat & amittat) quomodo differant: contrà n. 41.*
16. *Contumacia quando tranſit in nomen ſpecificum delicti, tum pœna ſemel impoſita non ceſſat: reſpondetur numero. 44.*
Manifeſtè contumax meretur nomen ſpeci... cum delicti: ergo poſſeſſionem non re... perat: contrà nu. 44.
17. *Dominus propter contumaciam propri... tatem feudi citra ullam recuperatio... amittit: declaratur nu. 45.*
18. *Poſſeſſio quibus in caſibus abſque recupera... di ſpe amittatur. declaratur. nu... 46.*
20. *Lex una regulariter declarat aliam.*
21. *Intellectus legis ambiguæ is tenendus, q... per aliam comprobatur.*
22. *Lex generalis declaratur per aliam ma... ſpecialem.*
23. *Lex incidenter de aliqua re mentione... faciens delcaranda eſt ſecundum aliam... quæ principaliter de hoc agit.*
24. *Text. in d. §. illud: & tit. de milit. va... ſall. qui contumax eſt: Oberti eſſe ... ſtenditur.*
Tit. quæ fuer. prima cauſ. benef. amitt. pertinet ad tit. in quib, cauſis feud. amit... tat.
26. *Juſtitiam facere nolle quis dicatur.*
27. *Contumaciæ ſpecies ab interpretibus lon... ge poſt jus feudorum inventæ fuerunt.*
28. *Ob manifeſtam contumaciam jure ſuo qu... non mox privatur.*
Perſeverentia efficit, ut quis ob contumaciam... feudo privatur.
30 *Manifeſtè contumax pœnitere poteſt: & ... nu. 39.*
31. *In opinionum diverſitate favorabilior am... plectenda.*
32. *Privationis pœna locum non habet... ea expreſſa fuerit.*
33. *Quod multiplicem habet interpretationem, ejus veritas ignoratur.*
Lex plures habens intellectus ad deciſionem... cauſarum adduci nequit.
37. *Paria ſunt aliquid eſſe per ſe, vel per relationem ad aliud.*

30. In-

39. *Annus indultus contumaci ficto cur meritò locum etiam habeat in manifeſto contumaci.*

47. *Opinio illa tenenda, quæ melioribus nititur rationibus.*

48. *Opinio illa amplectenda, quæ pœnarum rigorem mitigat.*

Qua pœna vaſallus contumax afficiendus ſit, jure feudali ſatis clarè definitum eſt *in tit. de milit. vaſall. qui contumax eſt:* ubi *Obert.* auctor illius tit. diſertis ver-
1 bis reſpondet, vaſallum, † qui poſt tertiam citationem non comparuerit, hoc ipſo feudum amittere, & propterea dominū in poſſeſſionem feudi mittendum eſſe, ita tamen, ut, ſi intra annum venerit vaſallus, poſſeſſio ei reſtituatur, alioquin & beneficium & poſſeſſionem amittat. Sed cum alio in loco ejuſdem juris videlicet *in c. 1. §. illud tamen quæ fuerit prima cauſ. benef. amitt.* generaliter ſcriptum reperiatur, vaſallum, qui domino juſtitiam facere noluerit, feudum, quod tenebat perdere, neq; inſuper addatur, cum intra anni ſpacium feudum recuperare poſſe, magna ex hoc orta fuit difficultas, quo pacto hæc duo juris feudalis capitula diverſas quodammodo pœnas in vaſallum contumacem ſtatuentia intelligenda ſint. Nam etſi non deſint, qui arbitrati fuerint, *d. §. illud:* eſſe interpretandum ſecundum *d. tit. de milit. vaſall.* qui contumax eſt: quodque propterea non de diverſis contumaciæ pœnis, ſed de una atq; eadem in hiſce textibus agatur, quorum opinionem refert *Andr. de Iſern. Alvar. & Matth. de Afflict. ibi:*

2 Pleriq; † tamen in eam videntur inclinare ſententiam, ut reprobata opinione iſta, exiſtiment, textum *in d. §. illud:* ita accipiendum, ut vaſallus ob contumaciam feudum ſtatim amittat, neque ulla intra annum recuperandi ſpes ei ſit reſidua, & quod adeò diverſa eo in loco ſtatuatur pœna contumaciæ ab illa, de qua agitur in d. *tit. de milit. vaſall.* qui contumax eſt. Quamobrem ut hujus diverſitatis commodam inveniant rationem, ad diſtinctionem illam confugiunt, quā à juris communis interpretibus tres contumaciæ ſpecies conſtitui ſolent.

Diſtinguunt † enim illi communiter inter contumaciam fictam, ſive, *ut Zaſ. vult.* præſumtam, veram & manifeſtam: ut præſumta ſit illa, quoties citatio eſt ad dominum facta, nec conſtat citatum poſtea percepiſſe, ſe eſſe citatum: veram committat is, qui vel perſonaliter, vel ad domum citatus eſt, & de citatione certior factus neque per ſe neque per procuratorem comparet: In manifeſta autem contumacia is eſſe dicatur, qui citatus legitimè reſpondet in judicio, vel extra judicium, ſe nolle venire, nolle juſtitiam facere, nolle juri ſtare. De quibus inter ſe d[i]ſtantibus contumaciæ ſpeciebus latè *Specula. in tit. de contumac. §. 1. nu. 3. gl. Imol. & Zabarell. in Clem. 1. de dolo & contum. Bart. in l. fin. de reſt. in integr. Bald. in l. ea qua. C. quomodo & quando judex: Salicet. & Alber. in l. properandum: §. ſin autem reus: C. de judic. Angel. & Imol. in l. ex conſenſu: § fin. de apell. Zaſ. in l. contumacia: de re jud.* 3

Hinc † igitur putarunt juris feudalis commentatores, hoc, quod *in d. tit. de milit. vaſall. qui contu. eſt*, dicitur vaſallum contumacem intra anni ſpacium feudum recuperare poſſe, eſſe intelligendum de contumacia præſumta, ſive vera: id quod inde probabile fit, dum de trina citatione loquitur, quæ in manifeſto contumace locum non habet: textum † autem *in d. § illud:* locum habere tantum in manifeſto contumace, ac propterea huic minimè annuū ſpacium indulgendum eſſe, ſed eum propter contumaciam iſtam manifeſtò commiſſam feudum ſine ſpe recuperandi ſtatim amittere. *Hoc ſenſit Andr. de Iſern. Alvarot. Prapoſit & Matth. de Afflict. in d. tit. de milit. vaſall. qui cont. eſt.* 4 5

Et

Et memini cum in cauſa admodum ardua de hoc quæſtio incideret, non ſolùm advocatos viros doctiſſimos ſententiam hanc, quia cauſæ ipſorum ſerviebat, acriter defendendam ſuſcepiſſe, ſed ſecundum eam etiam reſponſum fuiſſe.

6 Pro † confirmatione autem hujus opinionis afferebatur primo, quia vaſallus manifeſtè contumax ipſum utile dominium feudi penitus amittit, & quidem ita, ut iſtud amplius recuperare nequeat, *ut probatur in d. §. illud: ibi, feudum quod tenebat, perdit.* Ergo idem de poſſeſſione feudi judicandum erit, ut eam intra annum amplius recuperare non poſſit: Cum amiſſo utili dominio feudi, omnis etiam recuperandæ poſſeſſionis ſpes amittatur.

7 Secundò, † quia pœna debet commenſurari delictis, & pro gravitate eorundem conſtitui, ita, ut qui magis delinquit, gravius etiam puniatur: *l. capitalium: §. ſolent: de pœnis. l. 3. in fin. C. de Epiſcop. audi.*

8 Ambigendum † autem non eſt, quin atrocius crimen committat is, qui manifeſtè contumax eſt, & juſtitiam facere recuſat, quam præſumtus vel verus contumax, *l. Fulcinius: §. penul. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Manifeſta enim contumacia contemtum magiſtratus, & rebellionem quandam præ ſe fert: ideoque eam ſemper dolo conjunctam eſſe *dixit Bart. in l. minor: la. 1. de minorib.* cum interim ficta vel vera contumacia plerunq; ex negligentia vel culpa aliqua levi committatur. Quamobrem vel æquitatis, vel juſtitiæ ratio hoc exigere videtur, ut ſeverius animadvertatur in manifeſtum contumacem, atque propterea illi non perinde, ut vero contumaci concedendum ſit, quo intra annum poſſeſſionem feudi recuperare queat.

Tertiò conſiderabatur, quod *in d. §. illud.* nulla prorſus fit mentio recuperandæ poſſeſſionis, ſicut *in d. tit. de milit. vaſall. qui contumax eſt:* quem tamen de ficto vel vero contumace loqui manifeſtum eſt.

Nam † non videtur integrum nobis eſſe, hoc supplere, cum, etſi latè pateat officium judicis circa pœnas irrogandas, non tamen vires ſuas eò extendat, ut poſſit contra jus partis immutare pœnam impoſitam à lege, maximè in feudalibus, ubi pœna à lege eſt expreſſa, *ut in d. §. illud.* Etenim non debet quis mereri benignitatem legum adverſus quas tam protervè delinquit *c. quia fruſtra: de uſuris: l. ſi quidem: quod metus cauſa.*

Quartò † certum eſt, quod etiam fictus ſive præſumtus contumax non poſſit recuperare poſſeſſionem poſt lapſum anni. Idq; propterea, quia lex fingit eum eſſe verum contumacem propter lapſum anni, etiamſi fortaſſe verè contumax non ſit. Si ergo fictio legis hoc poteſt operari, ut poſt annum recuperari nequeat poſſeſſio, utique multò magis ipſa veritas, & rei evidentia idem præſtare debet, cum omnem fictionem veritas ſemper vincere, & illa potentior eſſe ſoleat. *l fin. in princ. quod metus cauſa: l. nuptura: in fin. de probat.*

Quintò † ideò minus vaſallus manifeſtè contumax ad recuperandam poſſeſſionem admittendus eſt, quoniam cum propter commiſſam contumaciam ipſum utile dominium feudi jam amiſerit, petenti poſſeſſionem ſemper obſtabit exceptio doli, dum petit id, quod mox reſtituturus eſt. *arg. dolo facit: de reg. jur.*

Dubitandum enim non eſt, cum domino ad vindicandum feudum detur hæc actio, multò magis eidem exceptionem competere, qua vaſallum poſſeſſionem repetentem repellere poſſit.

Sextò, † ſi §. *illud*: ita interpretemur, ut nihilominus vaſallus intra annum poſſeſſionem recuperare poſſit, plurimum certè violaretur litera illius textus, dum generaliter dicitur: vaſallus feu-

lus feudum perdat idque poſt gl. *ibi* communiter intelligitur tàm quoad dominium, quàm quoad poſſeſſionem.

Septimò ponderabant verba utriuſque textus. nam *in d. c. 1. de milit. vaſall.* uſurpantur illa verba (feudum amittat) perinde ac *in d. §. illud dicitur* (feudum perdet.) Quod autem *in d. c. 1.* vaſallus nihilominus admittitur ad recuperationem poſſeſſionis, hoc ex eo ſolo deſcendit, quia textus hoc ibi vult expreſſis verbis diſponens ſuper recuperatione, & hoc modo declarans verbum (amittat) *ut inquit gl.* ſatis denotans, aliter ex proprietate verborum rem ſeſe habere, niſi ſie recuperatione expreſsè additum fuiſſet. Sed *in d. §. illud:* nihil prorſus dicitur de recuperatione poſſeſſionis. Potius itaque ſecundum propriam verborum ſignificationem ita textus iſte intelligendus erit, ut recuperatio poſſeſſionis non admittatur: quippe cum, ut dictum eſt, hoc ipſa verba deſignent, & nihil ibi addatur de recuperatione poſſeſſionis quẽadmodum *in d. c 1.* neque etiam in hac facti ſpecie iſtud alibi diſpoſitum in jure feudorum reperiatur.

13 Neq; † quicquam obſtare videtur, quod *in fin. illius* §. Obertus ſe refert ad ea, quæ in alio libello ſcripta reliquit: ex quo quidam putarunt, illum hoc d. tit. *de mili. vaſall. qui contumax eſt*, intellexiſſe, ac propterea ſecundum hunc etiam verba illius §. illud: exponenda eſſe. Nam hoc (ut replicabant reliqui) merã divinationem continet, & refragatur communi interpretum opinioni, quorum nullus hoc conſtanter aſſeruit: quinimo ipſis verbis textus adverſatur. Obertus enim *in tit. in quib. cauſ. feud. amitt.* ſic præfatur: cogis me fili, ut de feudi amiſſione aliquid tibi ſignificem: præſupponit ergo quod de feudi amiſſione antea nihil ſcripſerit: ſed titulus *de mili. vaſall. qui contumax eſt*, in uſib. feudor, tribus titulis hunc antecedit.

Non itaq; veriſimile eſt, Obertum verba iſta, (ſicut in alio) ad illum titulum referre voluiſſe, cum credibile non ſit, eum tàm labili fuiſſe memoria, ut, quod paulò ante ſcripſerat in præfatione hujus tituli, negaverit. Neque etiam ſatis conſtat, utrum Obertus fuerit auctor illius *tit. de milit. vaſall.* Nam fuerunt alii multi, qui deciſiones, decreta, & conſuetudines feudales congeſſerunt, nec aſſcripſerunt ſingulis auctoribus ſuas leges, ſeu deciſiones. Præterea relationem iſtam neque ipſa ſubjecta materia admittere videtur. Nam in tit. *de milit. vaſall. qui contumax eſt:* tantum agitur de forma proceſſus hinc inde obſervanda, ſi vel dominus militem, vel miles dominum in jus vocare velit, & quid faciendum, ſi alteruter tribus vicibus citatus non venerit. Sed *in §. illud*, agit & diſponit auctor de pœna denegantis juſtitiam domino ſuo ſuper re feudali. Quamobrem verba illa finalia potius referenda erunt ad illas deciſiones, in quibus de eadem materia, utpote de denegatione juſtitiæ agitur, *ut in tit. quid ſit inveſtit. §. ſi enim: & quæ ibi not. DD.* Dato inſuper Obertum per illa verba finalia ſe referre voluiſſe ad ſæpe dictum titulum: non tamen inde mox ſequeretur, eum reſpexiſſe ad verſ. *ſed intra annũ* ſed potius relatio iſta pertineret ad verſ. *alioqui*: ubi de eadem materia, puta de denegatione juſtitiæ, & vera contumacia agitur, quæ per lapſum anni præſumitur.

Octavò † conſiderabant hujus opinionis aſſeclæ diverſitatem inter verum & manifeſtum contumacem. Sunt 14 enim hæ penitus diſtinctæ contumaciæ ſpecies, Non itaque hoc, quod *in d. tit. de milit. vaſall.* diſponitur de vero contumace, ad *d. §. illud:* ubi de manifeſto contumace tractatur, pertinere poterit, ſed potius id, quod non eſt expreſſum *in d. §. illud*: nec alib. in jure feudorum in caſu denegatæ ſcilicet juſtitiæ reperitur, pro omiſſo habendum. Non

 enim

enim ſequitur: ex præſumtione contumax recuperat poſſeſſionem intra annum: quippe cum hoc ipſa natura contrariorum non admittat, ſicut nec etiam à ſeparatis quippiam inferri poteſt. Contrà verò rectè ſic argui poſſe videtur: præſumtivè contumax recuperat intra annum ex proviſione & benignitate legis ſpecialis: ergo verus contumax non recuperat: tum quia lex hoc non ſtatuit, neque ullibi hoc reperitur in jure feudorum ſcriptum: tum quia in manifeſto contemtu judicis ordinarii, imo in dolo conſtitutus facit ſe illa aliena benignitate indignum.

15 Nonò † adducebant, quod DD. præſertim verò Præpoſitus ex dictis capitulis manifeſtam faciunt differentiam inter verbum (amittat & perdat) ut ſcilicet, alterum, ut puta amittat, intelligatur cum recuperandi facultate intra annum: alterum, ut puta perdat, intelligatur abſq; illa facultate. Nam hoc ipſo docent, hanc eſſe veram illius §. ſententiam, ut vaſallus manifeſtè contumax ſine recuperationis ſpe feudum amittat,

Decimò ejus, cur manifeſtus cōtumax ad recuperationem poſſeſſionis non ſit admittendus, hanc etiam adferebant rationem. Nam manifeſta contumacia non manet in ſimplici contumacia, ſed tranſit in proprium & ſpecificum nomen delicti, ſcilicet denegationis juſtitiæ & contemtus domini, & judicis: quo quidem caſu, quando videlicet contumacia tranſit in ſpecificum delictum, pœna ei ſemel

16 impoſita amplius non ceſſat, etiamſi † ille contumax obedientiam offerat, *ut docent Imol. Panor. Felin. & reliqui JCti in c. ex literis: de conſt.* ubi ejus exemplum tradunt in clerico, qui, ſi eſt contumax in non reſidendo, amittit beneficium perpetuò, quia illa contumacia tranſit in delictum non reſidentiæ: *c. ex jure de cler. non reſid.*

17 Undecimò † hanc ipſam rationem confirmant ex eo, quod in caſu magis dubio tradunt interpretes, [illegible] dominus conventus à vaſallo [illegible] curiæ judicio ſubmittere, quod [illegible] contumacia domini tranſeat in proprium delictum, atque adeo dominus proprietate privari poſſit, omni revocatione ei negata, *juxta Specul.* [illegible] *de feudis: verſ. 17. quæritur.* Ergo multò magis vaſallus feudi poſſeſſionem abſque omni revocandi ſpe amittere debet.

Duodecimò † ne cui mirum videretur, poſſeſſionem citra revocandi facultatem amitti, colligebant caſus quoſdam, ubi poſſeſſio itidem irrevocabilis eſſet, ut puta ſi in actione reali, lite conteſtata, vel quaſi, reus ſit contumax, poteſt actor petere, ut judex ad definitivam procedat contra reū, vel ut actorem mittat in poſſeſſionem: tunc transfertur poſſeſſio civilis & naturalis, vera, & perpetua in actorem, uſque eò, ut reus neque intra annum, neque poſt annum eā recuperare poſſit ſed de proprietate tantum audiatur. 18

Sic quando petita, & facta eſt executio ſententiæ, quæ tranſivit in rem judicatam, tunc ſi reus fiat contumax in non comparendo, & proceſſum fuit contra contumacem ad miſſionem ex primo decreto, non recuperat eo caſu poſſeſſionem offerendo ſatisdationem, *ut per text. l. properandum: §. ſin autem reus: C. de jud. docet Alex. in l. ſi finita: §. Julianus num. 71. de damn. infect.*

Decimotertiò ſi manifeſtus contumax intra annum recuperationem poſſeſſionis haberet, tum omnes diſtinctiones atque doctrinæ interpretum circa materiam iſtam fruſtratoriæ & inutiles eſſent, & manifeſtus contumax in judicio poſſeſſorio non gravius venitet puniendus, quam præſumtus. Quorum utrunque cum abſurdum videatur, neutrum eſt admittendum.

Demque ad auctoritatem communis opinionis tanquam ad ſacram ancheram confugientes, eo [illegible]

nitebantur [illegible]

nitebantur, quod interpretatio iſta communiter eſſet recepta. Minimè enim, quæ longo uſu certam interpretationem receperunt, mutanda ſunt: *l. minimè: de LL.* Id quod vel maximè in feudis locum ſibi vendicat: cum ea à conſuetudine introducta eſſe, & inde potiſſimum dijudicari, plus quàm manifeſtum ſit. Hæc ferè ſunt, quibus ſententiam iſtam in prædicta cauſa quidam defendere conabantur, quæ magno ſtudio, eruditè ab illis collecta ideo hîc recenſere placuit, ut collatis, & diligenter conſideratis argumentis utriuſque opinionis, quid in hac quæſtione ſtatuendum ſit, certius cuivis conſtare poſſit.

19 Verùm † etſi hæc quidem ingeniosè atque ſubtiliter in opinionem iſtã proferantur, ſunt tamen contra haud paulò firmiores rationes, quæ mihi potius perſuadent, *d. §. illud*, minimè hanc habere ſententiam, ut is, qui citatus dixit, ſe nolle venire, atque hac de cauſa in manifeſta contumacia conſtitutus eſt, mox feudum ita amittat, ne intra annnm iſtud recuperare poſſit. Ac primò quidem movet me, quoniam textus *in d. §. illud:* verbis admodum generalibus utitur, inquiens, quod, ſi quis ſuo domino juſtitiam facere noluerit feudum, quod tenebat, perdat. Non enim ſatis declarat, quid ſit domino juſtitiam facere nolle: ideoque hæc ipſa verba variè interpretantur commentatores ibi: neque etiam explicat, utrum confeſtim amittat, an verò demum poſt annum: ut proinde dubium non ſit textum illum declaratione indigere.

Nulla autem commodior adhiberi poterit interpretatio, quàm ea, quæ ex aliis textibus deſumitur: cum

20 † regulariter lex una per aliam, ac poſterior per priorem explicari ſoleat: *l. non eſt novum: cum ſeqq. de LL.* etiamſi lex poſterior ſit nova, & correctoria: *l. ſciendum: ubi latè Jaſon. qui ſatiſd. cogant. auth. offeratur: C. de litis conteſt.*

Ex † quo tradidit Bart. *in l. ambigua: de reb. dubiis:* quando lex plures habet intellectus, quod iſte ſit tenendus, qui per aliam legem comprobatur. Idq; in diſcernenda diverſitate opinionum ſequitur *Steph. de Pheder. in ſuo tract. de interpret. LL parte ultima.* 21

In toto verò jure feudali nullus reperiri poterit textus, qui clarius de hac materia contumaciæ loquatur, quàm *in d. tit. de milit. vaſall. qui contumax eſt.* Sequens eſt igitur, *ut d. §. illud:* ſiquidem cum, ut plerique faciunt, de contumacia intelligere voluerimus, explicemus ſecundum eundem tit. per jam dictam regulam, quæ docet, legem aliam per aliam eſſe declarandam.

Secundò † iſtud argumentum in propoſito magis locum habet, quoniam perſpicuum eſt, textum *in d. tit. de milit. vaſall.* latius declarare, qualiter propter contumaciam quis feudo privetur, ac propterea magis ſpecialem eſſe, quam *d. §. illud.* qui generaliter loquitur. Quare vel ob hanc cauſam hic ex illo interpretationem recipere debet *per ea, quæ docet Bart. in l. non dubium: C. de LL. & quæ not. Dec. & Cagnol. in l. in toto jure: de reg. jur.* Nam quotieſcunque de una & eadem materia plura jura loquuntur, & una lex ſola loquitur cum aliqua qualitate, tum illa trahit ad ſe, & ad qualitatem ſibi annexam omnia alia jura ſimpliciter loquentia, *ut dicit Alber. de Roſat. in l. ſi quis in princip. teſt. de legat 3. quem refert. Marian. Socin. in l. ita ſtipulatus: nu. 34. de verb. oblig. & l. cum filiusfamilias, nu. 57. de. legat. 1.* 22

Tertiò † confirmatur hæc ratio alia regula, qua traditur, in interpretandis legibus ſemper magis conſiderandam eſſe legem, quæ principaliter, de aliqua re diſponit, & ſecundum illam alias leges, quæ illius rei non principaliter, ſed in aliam finem mentionem faciunt, intelligendas eſſe: *l. ſi quis nec cauſam: ſi cert. pet. l. 1. & l. 2. §. quod dicimus: de auct. tutor. l. qui exceptionem: de condictio. indebit. not. Bart. in l. ambitioſa* 23

Jiiii 2

tioſa: de decret. ab ord. fac. cum aliis adductis per Stephā de Phederic. in tract. de interpre. LL. parte 2. in 3. regula: quando ratione modi lex una deroget alteri. Satis enim conſtat *in d. §. illud.* non tractari principaliter de pœna contumaciæ, ſed, ut ex rubro & nigro patet, ſolum enumerari cauſas, ex quibus feudum amittatur, inter quas & hæc recenſetur: ſi quis domino juſtitiam facere denegaverit. Quando verò dicatur denegare juſtitiam domino, & quomodo propter contumaciam quis puniatur, & feudo privetur, de hoc principaliter agitur *in d. c. 1.* Igitur ſecundum iſtud eſt declarandus textus *in d. §. illud.*

Idq; quartò ea de cauſa magis urget, cum ex verbis finalibus ibi (ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo) manifeſtum ſit, auctorem illius textus nihil novi tradere, neque etiam hoc in loco tractatum abſolvere, ſed primis tantummodo labris attingere, & ad prius ſcripta remittere ſe voluiſſe. Nam hinc utiq; magis perſpicuum eſt, ex his verbis nihil ſolidi neque perfecti colligi poſſe, ſed eorum pleniorem interpretationem, ex aliis juris feudalis capitulis, & quidem cum aliud non extet, *ex d. tit. de milite vaſall. & c.* deſumendam eſſe.

24 Quibus† accedit quintò, quod in aperto eſt, utrunque textum eſſe unius & ejuſdem auctoris. Nam de tit. *de milit. vaſall.* dubium non eſt, eum eſſe Oberti, cum contineatur *in lib. 2.* quem ab illo ad filium Anshelmum perſcriptum eſſe, liquidò conſtat. Sic etiam hunc ipſum titulum: *quæ fuer. prim. cauſ. bene. amitt.* eſſe Oberti, ex eo evidens eſt, quod in principio præcedentis tituli, *in quibus caſ. feud. amitt.* auctor nomen ſuum expreſsè profitetur. Verè enim hic titulus pertinet ad præcedentem titulum, & cum eo continuandus videtur, tum quia rubrica, *quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* non ita bene convenit cum nigro, in quo non ſolùm prima cauſa, ſed generaliter pleræq; cauſæ, quibus feudum amittatur, recenſentur, ut ita ab imperito quodam titulus ille inſcriptus videatur: tum quia non facilè credendum, Obertum, qui præmiſſa ſolenni præfatione, longam narrationem inſtituerat: illam tàm paucis verbis, quæ in titulo primo habentur, abſolvere voluiſſe. Ideoque etiam *Cujat.* hoſce duos titulos conjunxit. Ut proinde dubium planè non ſit, tam *d. § illud*: quam *d. tit. de milite vaſallo*: eſſe Oberti. Conſectarium igitur omnino eſt, cum Obertus *in d. §. illud*: ſe referat ad prius ſcripta, neque aliud reperiatur, quod huic propoſito conveniat, quàm tit. *de milit. vaſall.* cum de hoc ipſo titulo, qui in præcedenti libro ejuſdem Oberti habetur, ſenſiſſe, atq; idcirco ſecundum hunc illum interpretari voluiſſe. Ut ita ex his ipſis verbis de expreſſa mente diſponentis appareat. Haud paulò magis igitur hæc propria ipſius interpretatio movere quem debet, quàm quævis argumentandi ratio. Hocq; pacto verba finalia rectè explicavit etiam *Cujat. ibid.*

Sextò† adminiculatur hiſce, quoniam interpretatio iſta etiam verbis *d. §. illud*: ſatis eſt conſentanea: Cum, etſi ibi dicatur, vaſallum feudum, quod habet, perdere, inde tamen minimè ſequatur, cum ita perdere, ut intra annum recuperare illud non poſſit. Nam etiam *in d. tit. de milit. vaſall.* Obertus utitur verbis illis (hoc ipſo amittat) quæ quidem propter dictiones illas (hoc ipſo) longè magis prægnantia eſſe nemo facilè negabit, neque tamen propterea minus commodè eam interpretationem recipiunt, ut vaſallus intra annum veniens feudum recuperet. Multò itaq; facilius ita intelligentur illa verba: (feudum, quod habuit, perdat) quæ nō adeò ſunt prægnantia. Ea n. eſt optima legum interpretatio, quæ fit per legem interpretantem: vel dato etiam verbum illud

illud (perdat) ita accipiendum eſſe, quaſi penitus amittatur feudum, tamen cum textus non ſatis declaret, quid ſit juſtitiam facere nolle: quid quæſo impedit, quò minus hoc ipſum intelligamus de eo, qui, poſtquàm ter citatus non comparuit, & per annum in contumacia perſeveravit (ut ita textus *in d.* §. *illud:* duplici modo ex tit. *de milit. vaſall.* intelligi poſſit.

Primò ratione dictionis (perdat) ut intelligatur cum recuperandi facultate.

Secundò ratione verborum (qui 20 juſtitiam facere non vult) ut † videlicet *ex d. tit. de milit. vaſall.* tum demum quis dicatur juſtitiam facere nolle, quando in contumacia per annum perſeverat, non ante. Quovis igitur modo intelligas textum, tamen utramque interpretationem *ex d. tit. de milit. vaſall.* commodè recipiet, cum interim intellectus communis longè ſit petitus, & verbis non adeò conveniat, ut ex iis, quæ paulò poſt dicemus, clarum erit.

Septimò cum textus *in d. tit. de milite vaſall.* alleget jus Longobardorum *in c. ſi cujuſquam: de his qui ad Palatium venire contemſerint*: haud præter rem facturi ſumus, ſi ejus verba pro hujus materiæ declaratione conſideraverimus, quæ quidem hæc ſunt: Si cujuſcunq; hominis proprietas ob crimen aliquod ab eo commiſſum in bannum fuerit miſſa, & ille, re cognita, venire & juſtitiam facere diſtulerit, annoque & die in eo banno illam eſſe permiſerit, ulterius eam non acquirat, ſed ipſa fiſco ſocietur. Ecce cum textus iſte ijſdem penè verbis utatur, quibus textus *in d.* §. *illud:* nam quod in uno dicitur, juſtitiam facere nolle, hoc in alio juſtitiam facere differre: utiq; inde ſatis apparet, juſtitiam facere nolle, nihil aliud eſſe, quàm illud ipſum, de quo *in d. tit. de milit. vaſall.* agitur: & quod adeò id, quod *in d.* §. *illud*: dicitur de eo, qui juſtitiam facere nolit, non de peculiari contumaciæ ſpecie, ſed de illa, de qua *in d. tit.* agitur, intelligendum, & propterea etiam ſecundum illum textum interpretandum ſit: cum præſertim manifeſtum ſit, jura iſta feudalia ex jure Longobardorum deſumta eſſe. Nam vel hinc magis ex jure Longobardorum interpretatio juris feudalis petenda erit, quàm ex quovis alio jure.

Præter rationes hactenus conſideratas ſententiam noſtram octavo loco plurimum etiam confirmabit, ſi diligentius interpretationem aliorum attenderimus. Hæc enim penitus dependet ab iis, quæ ab interpretibus juris civilis de diverſis contumaciæ ſpeciebus tradita reperiuntur.

Sed hæ † diverſæ contumaciæ ſpecies à commentatoribus longè poſt conditum jus feudale fuerunt adinventæ. 27 Prorſus igitur veriſimile non eſt, auctorem juris feudalis ad has diverſæ contumaciæ ſpecies *in d.* §. *illud*: reſpexiſſe, cum hæ illi tum temporis ne notæ quidem fuerint. Potius itaq; textus iſte ſecundum alia juris feudalis capitula, ex quibus eum deſumtum eſſe apparet, intelligendus erit, quam ut ad alia, quæ penitus incognita fuerunt auctori, accommodetur: Cum præſertim de his ipſis contumaciæ ſpeciebus inter ipſos interpretes non ſatis conveniat, ac vix ipſi ſibimet conſtent, ut alio loco docebimus.

Nonò † hæc ipſa interpretatio adverſatur etiam menti eorum, qui diverſas illas contumaciæ ſpecies tradiderunt. 28 Nam etſi commentatores juris civilis manifeſtum contumacem diſtingvant à vero, non tamen propterea eum ex ſola contumacia bonis ſuis omnino privandum eſſe exiſtimant, ſed aliis remediis contumaciam iſtam coercendam concludunt. Non itaque iſta contumaciæ ſpecies ad propoſitum noſtrum pertinere poterit, ut inde inferre velimus, aliquem propterea juri ſuo penitus privandum eſſe, refragante nimirum mente atq; ſententia eorum, qui hanc contumaciæ ſpeciem conſtituerunt.

Quinimo decimò hoc ipſum juris civilis rationi plurimum adverſaretur, ſecundum quam ob ſolam contumaciam, qualiſcunque illa fuerit, jure ſuo nemo penitus privatur. Non igitur ex ſpeciebus contumaciæ jure civili conſtitutis commodè colligi poterit quem feudo exuendum eſſe. Ea enim ſemper capienda eſt interpretatio, per quam jus commune, quoad ejus fieri poteſt, minus corrigatur: *c. cum dilectus: de conſuetud. c. cum expediat: de elect. lib. 6. l. unica: C. de inoff. dot. not. DD. in l. 2. C. ſi ex nox. cauſ. agat.*

29 Undecimò † ſuffragatur huic ſententiæ etiam ratio, quæ *in d. tit. de milit. vaſall.* efficit, ut vaſallus penitus feudo privetur. Hoc enim non ex ſola contumacia deſcendit. Nam alioqui ſtatim, poſtquam ter citatus ſciens non venit, feudum amitteret, cum ex hoc ipſo de contumacia liquidò conſtet, ſed potius privandi cauſam præbet perſeverantia, quod videlicet per integrum annum ad pœnitendum indultum in contumacia perſeverat, ut apparet *ex d. l ſi cujuscunq;*: videturq; jus feudale in eo convenire cum jure Canonico, cujus vigore is, qui propter contumaciam fuerat excommunicatus, & annum perſeveraverit in excommunicatione *XI. quæſt. 3. c. rurſus: & c. quicunq;* nam etiam textus *in d l. ſi cujuſcunq;*: conſiderat, quod per annum in banno permanſerit, ut ita non tam propter contumaciam privetur beneficio, quam quia in illa contumacia per annum perſeveravit, ex qua perſeverantia reſultat confeſſio, *ut declarat Abb. in c. 1. n. 27. de judic.*

30 Licet † autem quis manifeſtè contumax ſit, non tamen propterea verum eſt, in contumacia eum perſiſtere, cum intra anni ſpacium pœnitere poſſit, *ut ait Bart. in l. fin. nu. 10. verſ. quidam eſt verus contumax apparenter, non exiſtenter. de reſt. in integr.*

Non itaque manifeſtè contumax mox feudo privandus erit, cum, *ut diximus*, pœnitentia duci poſſit, atque proinde ceſſet ratio perſeverantiæ, quæ privationi cauſam dedit. Denique ne auctoritate penitus careamus, ante *Cujatium* etiam *Andr. de Iſern.* hanc interpretationem communem appellat: neque ab ea alienus eſſe videtur *Alvarott. ibi*: & hanc videri veritatem dicit *Matth. de Afflict. ibi, n. 50.* licet hi parum ſibi conſtantes deinde variaverint.

Dato inſuper, ultra ſolidas haſce juris rationes aliquam ancipitem dubitandi curam ſubeſſe poſſe, cuinam adſtipulandum ſit: in hoc tamen dubio potius noſtræ ſententiæ foret ſubſcribendum, tum quia hoc modo rigor ſtricti juris feudalis coarctatur: odia enim reſtringere, & favores ampliare convenit: *c. odia: de reg. jur. in 6.* tum etiam: quia hac ratione pœnarum odium evitatur.

In † diverſitate enim opinionum ſemper ea eſt eligenda, quæ eſt benignior: *l. inter pares: de re judic. l. Seio § ſi Titius: de vulg. & pupill. l. proximè de his quæ in teſt. delent. l. factum: § in pœnalibus: de reg. jur.*

Quibus corollarii loco accedit vulgata illa juris regula, qua traditur, pœnam † privationis nunquam eſſe imponendam, niſi ubi lex hoc expreſſe dicit: *Auth. de non elig. ſecund. nub. § cum igitur: verſ. ſicut enim: ibi, nec quælibet lex hoc dicit*: quem textum tanquam ſingularem ad hoc not. *Bald. in auth. ex teſtamento: in penul. colum. C. de ſecund. nupt.* & eſt textus *in l. at ſi quis: § Divus. ibi. cum in eam pœna ſtatuta non ſit: de relig. & ſumtib. funer. quem ad hoc allegat Barbat in conſil. 9. n. 13. vol. 2.*

Expreſſum autem quid dici non poteſt in lege aliqua, quæ diverſo modo intelligitur. quod † enim multiplicem habet interpretationem, ejus veritas ignoratur, *ut poſt Ariſtot. dixit Bald. in l. data opera: in 10. col. C. qui accu. non poſſ. & in l. ne quicquam: § ubi decretum in princ ff. de off. proconſ.* Ideoque legem, quæ plures habet intellectus, non poſſe

eſſe a-

efficaciter & præciſè allegari ad deciſionem cauſarum, *docuit Bart. l. in ambiguo: de reb. dubiis: quod ſequitur Alex. in l. 1. col. 2. ſolut. matrim. & Felin. in c. 1. circa finem: de conſtit.* Quæ cum ita ſe habeant, utique multò minus pro certo haberi poterit id, quod primæ opinionis aſſeclæ *ex d. §. illud.* extruere conantur, tot repugnantibus manifeſtis juris rationibus, quæ omnes nobiſcum faciunt.

34 His † ita firmatis, non erit difficile reſpondere ad ea, quæ primo loco fuere adducta. Nam in primo argumento hoc ipſum, de quo maximè contendimus, præſupponitur. Minimè enim concedimus, ipſum dominium feudi propter contumaciam ſtatim amitti, & rem aliter ſeſe habere, ſatis jam docuimus, Secunda ratio levior eſt, quàm ut contra tàm manifeſtam juris feudalis diſpoſitionem aliquid certi ex illa colligi poſſit. Etenim cum jus feudale contumacem aliter non puniat, quàm ut tum demum beneficio eum privet, ſi anno perſeveraverit in contumacia, ut abunde oſtenſum fuit: huic omnino ſtandum erit, quicquid alioqui diverſæ contumaciæ ratio exigat.

35 Pœnæ † enim perſecutio non noſtræ voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſervatur, *ut ait ICtus in l. 1. ad SC. Turpil. & in l. ordine: ad municip.* Quod verò in legum poſitum eſt poteſtate, non egebit aliqua extrinſecus diſpoſitione, *ſecundum imperatorem in auth. in medio litis non fier. ſacr. form.*

36 Præterea † differentiæ illi, quæ inter manifeſtum & verum contumacem conſtituitur, abunde in eo ſatisfieri poteſt, ut contra manifeſtum contumacem ſtatim poſt primam citationem poſſit procedi ad miſſionem in poſſeſſionem, quod potiſſimum reſpiciunt interpretes effingentes has diverſas contumaciæ ſpecies. Item propter nimiam contumaciam judex poſſet decernere lucrũ fructuum immiſſo, *juxt. l. fulcinius: §. fine: ex quib. cauſ. in poſſ. eatur.*

Quod verò differentia iſta eò etiam porrigenda ſit, ut quis jure ſuo penitus privetur, hoc, quia nuſquam cautum reperitur, temerè aſſeverandum non eſt. Pœna enim privationis nunquam irrogatur, niſi lex expreſsè hoc ſtatuat, per jura ſupra adducta: cum præſertim hoc ipſum juris civilis rationibus adverſetur: quin etiam ipſi auctores hujus differentiæ inter manifeſtam & veram contumaciam, illam minimè eam ob cauſam conſtituerint, ut propterea manifeſtus contumax jure ſuo penitus privandus ſit.

Tertium argumentum refutatur omnibus illis rationibus, quibus oſtendimus, textum *d. §. illud:* eſſe intelligendum ſecundum *d. tit. de milite vaſ. ll.* maximè verò, qua probavimus, auctorem illius § expreſsè ſemetipſum referre *ad d. tit.* Nam hoc ipſo id, quod de recuperatione poſſeſſionis ibi dicitur, etiam *in d. §.* expreſſum cenſetur:

Cum † paria ſint aliquid eſſe per ſe, vel per relationem ad aliud: *c. Bertoldus: & ibi Abb. de re judic. l. ait prætor: §. 1. ubi latè Jaſ. de re jud.* Dato inſuper in caſu *d. §. illud.* vaſallum intra annum non poſſe recuperare feudum, non tamen inde mox ſequeretur, verba illa (juſtitiam facere non vult) de manifeſto contumace ita eſſe intelligenda, ut ante annum dicatur nolle juſtitiam domino facere, & propterea feudum amittere debeat. Nã de hac interpretatione perinde, ut nec de recuperatione poſſeſſionis quicquam ibi dicitur: quãobrem iſtud vel ex hac ipſa ratione adverſariorum multò minus supplendũ eſt, cum præſertim tendat ad juris privationem: ſed potius verba illa capienda juxta *d. tit. de milit. vaſall.* ut videlicet tùm demum nolle juſtitiam facere & propterea abſque revocandi facultate feudum amittere dicatur, quando per annum in hac contumacia perſeveraverit, rationibus ſupra adductis. 37

Digitized by Google

38 Quartum † infirmius etiam eſt, quàm ut eo ſine manifeſta juris diſpoſitione nova contumaciæ pœna introduci queat: cum præſertim id, quod præſupponitur, ideo annuum ſpacium indultū eſſe contumaci, ut poſt lapſum anni manifeſtus contumax fiat, nuſquam jure feudali diſpoſitum reperiatur. Ut proinde eadem facilitate, qua aſſeritur, negari etiam poſſit, & quod conſequens eſt, argumentum ſuper eo extructum penitus corruat. Quin potius cum auctoribus juris feudalis ne nota quidem fuerit illa contumaciarum differentia ab interpretibus juris civilis adinventa, credibile ſanè non eſt, eos ad hanc differentiam reſpexiſſe, ac propterea annuum ſpacium in uno caſu magis, quàm alio concedere voluiſſe: ſed longe veriſimilius eſt, eos jus Longobardorum, unde conſuetudines feudales promanarunt, imitatos fuiſſe, quod ſine diſtinctione contumaciæ generaliter omnibus, qui domino juſtitiam facere diſtulerint, annum concedit. Poteſtque hæc ejus fuiſſe ratio, ut prius, quàm jus feudi penitus amittat vaſallus, videatur num intra anni ſpacium pœnitere velit.

39 Hæc † autem pœnitentia non minus cadit in manifeſtum contumacem, quàm in verum, *ut patet ex traditis per Bart. in l. fin. nu. 11. verſ. quidam eſt verus contumax apparenter, non exiſtenter: de reſtitu. in integr.* Ideòque etiam non levis inter DD. eſt contentio, an trina dilatio ſit denegenda ejuſmodi contumaci. In quo etſi contraria opinio obtinuerit, inde tamen ſine expreſſa juris diſpoſitione convinci non poterit, vaſallum contumacem intra annum, à jure feudali ſibi præſcriptum & indultum, feudo privandum eſſe: cum præſertim idem DD. qui manifeſtum contumacem amplius non citandum concludunt, nihilominus eidem pœnitentiam indulgeant.

Conſectarium eſt igitur, rationem illam, ob quam annuum ſpacium conceſſum eſt vaſallo contumaci, non minus locū habere in manifeſto, quàm in vero contumace.

In † quinto argumento præſupponitur, vaſallum propter contumaciam utile dominium amittere: quod quia nullo jure probatur, & contrarium ejus jam à nobis oſtenſum eſt, vel ſaltem de eo maximè inter nos diſceptatur, minus ſanè commodè hoc pro certo ponitur, neque quicquam inde inferri poteſt. Laborat enim hoc argumentum vitio, quod repetitionē principii appellarunt Dialectici.

Sextum † & ſeptimum ponderans verba *d.* §. *illud.* facilè tollitur ex illis, quæ ſupra in ſexto fundamento ſententiæ noſtræ diximus. Non enim quiſquam facilè perſuaderi ſibi patietur, verbum (perdere) magis donotare irrecuperabilem poſſeſſionem, quàm illa verba (hoc ipſo amittat.) Si itaque hæc per interpretationem textus non cenſetur violari: ergò multò magis verbum (perdere) hanc interpretationem recipiet. Neque refert, quod hoc *in d. tit. de milit. vaſall.* expreſſum ſit, *in d.* §. *illud vero*: non item. Ad hoc enim reſponderi poteſt ex rationibus illis, quibus oſtendimus, textum unum ſecundum alium interpretandum eſſe, cum præſertim diſpoſitio *d.* §. *illud.* non ſit ita ſimplex & pura, ſed potius ſeſe remittat ad alibi tradita, quo ſatis innuit, verba illa non ita ſimpliciter intelligenda eſſe, ſed latiore interpretatione egere: quæ ut ex jam dictis patet, aliunde, quam *ex d. tit. de milit. vaſall.* deſumi non poterit. Dato præterea, verbum (perdat) ita accipiendum, ut penitus excludat recuperandi facultatem, quia tamen textus non declarat, quid ſit juſtitiam facere nolle, rectè iſtud intelligetur de eo, qui per annum in contumacia perſtiterit, ut ſupra declaravimus: quam interpretationem ſi quis tenuerit, facilè concedere poterit, recuperationem *in d* §. *illud*: locum non habere, non tamen propterea inde ſeque-

ſequetur, feudum propter contumaciam mox intra annum amitti. Quæ huic argumento annexæ ſunt rationes, quibus oſtendatur, textum *in d.* §. *illud:* non eſſe referendum ad *d. tit. de milit. vaſall.* illæ parum admodum urgent.

42 Nam † hoc abſque divinatione non ſolùm commodè fieri poſſe, ſed etiam neceſſe eſſe, ut ita fiat, ſatis jam demonſtravimus, cum è contrario alius intellectus magno dubio, & incertæ divinationis vitio laboret. De opinionibus interpretum paulò poſt videbimus. Quod deinde conſideratur, Obert. *in tit. in quib. feud. amitt.* præſupponere, quaſi antea minimè de feudi amiſſione, & quod conſequens eſt, neq; etiam de caſu denegationis juſtitiæ ſcripſerit, id leve admodum eſt: quia, licet antea mentionem fecerit de eo, qui propter contumaciam ſive denegationem juſtitiæ feudum amittit, id tamen in eum finem fecit, ut doceat, quomodo procedendum ſit contra contumacem, non autem, ut cauſas, ex quibus feudum amittatur enumeret. Quod cum nunc (juxta quorundam partitionem) in tertio libro *ſub tit. In quibus cauſis feud. amitt.* facere inſtituat, non mirum, cur nunc id, de quo antea mentionem fecerat, iterum, & ad aliud propoſitum attingat, remittendo tamen ſe ad ea, quæ antea plenius ſcripſerat.

Non enim eſt rarum in jure noſtro, ut de una & eadem re in diverſis locis ad diverſum finem tractetur. Nec ſimpliciter dicit Obertus, ſe cogi, ut aliquid ſignificet, ſed ut cauſas enumeratas ſignificet. Nihil igitur obſtat, quo minus cauſarum, quas antea filio hinc inde in alio propoſito ſignificaverat, nunc per ocium in ordinem redigens, & enumerans, de integro mentionem faciat. Eſtque de iſto vel ideò minus laborandum, cum hoc loco diſertè teſtetur, ſe prius de hoc ipſo ſcripſiſſe.

Nec memoriæ imbecillitas Oberto ex eo imputari poterit, quod ſe credere ait, quaſi dubitet, an de hoc ſcripſerit, cum tamen titulus *de milit. vaſall.* non longè antecedat. Nam dato, quod verbum hoc dubitationem deſignet, non tamen conſtat, quod hi duo libri Oberti ſimul & ſemel fuerint editi, ut nunc habentur, ſed potius ex præfatione veriſimile ſit, alterum longo intervallo poſt editum fuiſſe. Nihil itaque mirum, cur ſe credere dicat. Utrunque verò Oberti eſſe, abundè à nobis demonſtratum eſt, ut merito de eo amplius ambigendum non ſit. Conſiderationi verò ex diverſitate materiæ ſubjectæ deſumtæ opponimus ea, quæ ſupra in ſexto fundamento de illis verbis (*juſtitiam facere nolle*) diximus. Ex iis enim apparet, juſtitiam facere nolle, nihil aliud eſſe, quàm illud ipſum, quod *in d. tit. de milit. vaſall. qui contumax eſt:* deſcribitur, videlicet quando poſt trinam citationem quis fit contumax, & in contumacia per annum perdurat. Non igitur ſunt diverſa, ſed potius ſtant ſimul, quod juſtitiam facere nolens feudum amittat, & juſtitiam facere nolle dicatur is, qui ter citatus non venit, & per annum in ea contumacia perſeveravit.

Vulgare etiam in jure noſtro eſt, quando de una & eadem re in diverſis locis ad diverſum finem tractatur, ut ex uno loco clarius diſponente, alterius ſuccinctius & ſaltem, quatenus illi propoſito deſeruit, attingentis interpretatio petenda ſit. Unde licet *in d. titul. de milit. vaſall.* potiſſimum agatur, quomodo contra vaſallum contumacem procedendum ſit, tamen quia ibi diſponitur, quod pœna contumaciæ eatenus extendatur, ut feudum propterea amittatur, & poſtmodum *in d.* §. *illud:* generaliter enumerantur cauſæ, ex quibus quis feudum amittat, & inter alias etiam attingitur hæc, ſi quis domino juſtitiam facere noluerit.

Quali-

Qualiter autem juſtitiam facere nolle dicatur, cuam non ſit illius propoſiti, non ulterius declaratur : illud ex aliis, ubi de hoc principaliter tractatur, deſumendum eſt, & quoniam nullus locus in toto jure feudorum reperitur huic propoſito accommodatior, quàm textus *in d. tit.* meritò ſanè ſecundum illum interpretandus erit textus *in d.* §. *illud:* quibus etiam adminiculatur textus juris Longobardici, ex quo manifeſtum eſt, juſtitiam non facere vel differre propriè dici de contumace, de quo *in d. tit. de milit. vaſall.* agitur.

Ad ultimam conſiderationem reſponderi poſſet, non, niſi tota lege perſpecta, judicandum eſſe: *l. in civile: de LL.* ſed dato, verbum (perdet) ad verſ. finalem referendum eſſe; ſi tamen verba (juſtitiam facere nolle) eo, quo paulò ante diximus, modo exponemus, tum ſanè iſtud ſententiæ noſtræ obſtaculo eſſe nullo modo poterit.

43 Octavum † argumentum etſi ſpeciem quandam veritatis præ ſe ferat, fragile tamen admodum eſt. Minimè enim hîc de diverſis contumaciæ ſpeciebus agimus, ſed duntaxat nitimur verbis juris feudalis, quæ neq; de ficta, neq; vera, neq; etiam de manifeſta contumacia ullam mentionem faciunt. perperam igitur præſupponitur, quaſi hæc duo capitula de diverſis contumaciæ ſpeciebus loquantur. Nam cum de eo potiſſimum contendamus, utrū de diverſis ſpeciebus, an verò de eodem contumaciæ genere intelligenda ſint, iſtud, quod tanquam κρινόμενον in controverſiam vocatur, pro certo præſupponi non poteſt. Quinimo hoc aſſumtum penitus deſtruitur rationibus illis, quibus oſtendimus, textum alterum ex altero explicandum eſſe. Neque verò ad ſuſtentandum & defendendum hunc intellectum noſtrum neceſſe eſt, ut, quemadmodum illi arbitrantur, ſic arguamus: fictus contumax poteſt recuperare poſſeſſionem infra annum: ergo & manifeſtus: Sed ſufficit in jure feudali, nuſquam expreſ cautum repcriri, quod vaſallus propt contumaciam feudo mox privand ſit. Pœna enim privationis nunqua imponenda eſt, niſi expreſsè in lege a qua diſponatur : §. *cum igitur : verſ. n eſt lex : auth. de non elig. ſecund. nub. Ba in auth. ex teſtamento : n. 5. verſ. modò j xta prædicta : C. de ſecund. nupt.* Non nim perinde, ut ad irrevocabilem miſſionem, ita ad hoc, ut recuperar liceat, aliqua requiritur ſpecialis ju feudalis diſpoſitio: Cum hoc etiam re communi ſatis cautum ſit, ut prob tur *in l. ſi quis emtionis : §. ſed etſi quis : de præſcript. 30. vel 40. anno. not. gloſ. Bald in l. 2. C. ubi in rem actio.* Quod cu correctum non ſit, cur ſtare prohib tur? *l. præcipimus : C. de appellat.* Nequ enim differentia inter verum & ma feſtum contumacem tanta eſt, ut pr pterea quis feudo privandus ſit, ut prà diximus. Ut interim manifeſt juris feudalis diſpoſitionem præte am, quæ habetur *in d. tit. de milit. vaſ* De proprietate verbi (perdit & amit quæ nonò conſideratur, ſuprà ſatis ctum fuit: ideo ad ea me remitto.

Decimum † argumentum ſi urg re deberet, probandum prius eſſet, m nifeſtam contumaciam in ſpecificu nomen delicti, videlicet denegatio juſtitiæ, cadere. Hoc enim mini concedimus, quin potius ex iis, quæ ctenus firmavimus, manifeſtum e quod tum demum vaſallus dicatur n le facere juſtitiam domino, atq; h ipſo denegare juſtitiam, quando annum in contumacia perſeverat, n autem quando ſimpliciter contum eſt. Sic nec etiam ſatis firmatum e ipſum ſpecificum nomen delicti, vi licet denegationem juſtitiæ, præbe juſtam cauſam privationis, niſi perſe rantia acceſſerit: ſed potius contrariu ejus apparet *ex d. tit. de milit. vaſall. c contumax eſt.* Ut proinde ex minus mis præſuppoſitis hoc etiam argume tum ſit extructum.

Qu

Quin etſi omnia illa per ſe vera ſint, haud tamen ſcio, an ad feudi privationem ſufficiant ſine manifeſta illius juris diſpoſitione: cum, ut ſæpius dictum eſt, privationis pœna ſine expreſſa lege nunquam ſit infligenda.

45 Quæ † undecimò de perſona domini in medium allata ſunt, illa potius ſententiam noſtram confirmant, quam ut eam oppugnent. Non enim dominus propterea, quod ter admonitus non vult ſe ſubmittere curiæ, dicitur denegare juſtitiam, ut feudo privari poſſit, ſed tum demum, quando poſt illam primam contumaciam coram paribus commiſſam etiam coram ſuperiori & ordinario juſtitiam denegat, ut ex d §. *fin. d. tit. de milit. vaſall. qui contumax eſt*, manifeſtum eſt: Quare vel ex hoc perſpicuum fit, ſolam contumaciam ſine perſeverantia juſtam privandi cauſam non præbere.

46 Quod † attinet ad caſus, qui duodecimò colliguntur, ad docendum non eſſe novum in jure noſtro, ut poſſeſſio infra annum alicui citra omnem recuperandi facultatem propter contumaciam auferatur, illi profectò ad propoſitum parum faciunt. Nam utut res alioquin illis caſibus ſeſe habeat, tamen quæſtio iſta ſecundum regulam juris feudalis, quæ docet, quod propter contumaciam nemo infra annum jure ſuo privandus ſit, & juxta illam, quæ vult privationem non niſi lege eam expreſſim ſtatuente, locum habere, erit dijudicanda potius, quàm ex his caſibus aliunde collectis. Non enim hoc probat eſſe, quod abeſſe poteſt. Præterea caſus illi longè diverſam habent rationem à quæſtione noſtra. Nam illis quis non jure ſuo penitus privatur propter ſolam contumaciam, ſed propter præcedentem ſummariam cognitionem, *ut declarat Abb. in c. quoniam frequenter: §. in aliis: per text. ibi ut lite non conteſtata*. & probatur ex iis, quæ tradunt *DD. in l. properandum. §. ſin autem reus: C. de jud.* cum interim in inſtituto noſtro de eo agamus, quod quis propter ſolam contumaciam jure ſuo penitus privandus ſit.

Decimæ tertiæ rationi hoc ipſo ſatisfactum eſt, quod ſupra oſtendimus, differentiam illam, quæ inter veram & manifeſtam contumaciam conſtituitur ab interpretibus, in eo potiſſimum conſiſtere, quod manifeſtè contumax non ſit ulterius citandus, ſed pœnam in eum, qui ter citatus non venit, ſtatutam mox ſubeat, non autem propterea jus ſuum omnino amittat, cum hæc pœna in ſolam contumaciam nuſquam ſtatuta reperiatur. Licet igitur denuo, contumacem non mox jure ſuo privandum eſſe, non tamen propterea diſtinctio illa fruſtratoria & inutilis redditur: neque etiam, ubi quid falſum eſſe manifeſtis rationibus convinci poteſt, de utilitate ejus admodum curandum. Quæ denique de communi opinione cæteris argumentis aſſuuntur, ea non omnino certa ſunt. Nam ipſe *Andr. de Iſern.* fatetur, primam opinionem communem eſſe: & quamvis deinde ab eadem recedat, tamen ita titubat, ut vix audeat firmare pedem, *ait enim*: Poſſet dici, & fortè non malè. Ecce ipſe auctor hujus opinionis non audet quicquam aſſeverare. *Alvar.* verò, *Præpoſ. & Matth. de Afflict.* varii ſunt, modò hanc, modò illam amplectentes opinionem, ut in hac varietate vix ſibi conſtare videantur.

Judicatu igitur facilè eſt, quid auctoritati ipſorum tribuendum ſit. Ex quo porrò perſpicuum eſt, reliquos, qui eos ſecuti fuerunt, auctoritate eorum potius deceptos, quàm recto judicio eos ſecutos fuiſſe.

Dato etiam, hanc opinionem crebriori interpretum ſuffragio eſſe comprobatam, illa † tamen ſemper tenenda eſt ſententia, quæ melioribus nititur rationibus, *ut not. Joan. Andr. in c. 1. in fin. de conſt. quem ſequitur Abb. ibi per text. in l. 1. §. ſed neq. ex multitudine* 47

auctio-

auctorum: C. de veter. jur. enucl. & probatur *in c. capellanus: de feriis. ubi etiam Abb. not.* & juſtius ac æquius eſſe inhærere illi opinioni, quæ melioribus rationibus fulcitur, licet Imperator in contraria opinione fuerit, *ait Angel. in conſil. 110. incip. ſanctiſſima & illuſtriſſima: col. 6. quod pluribus firmat Curti. ſenior. in conſil. 56. incip. ſuper eo quod ab ordine noſtro: Decius in conſil. 376. & in conſil. 576. & in conſil. 404. & in conſil. 560. Curt. jun. in conſil. 63. n. 3. & in conſil. 160. in fin.*

Præſertim † quando illa opinio tendit ad mitigandum pœnarum rigorem: *arg. l. interpretatione: & l. ſanctio legum: de pœnis*, per quæ jura dicit *Jaſ. in l. furioſum: nu. 8. C. qui teſtam. facere poſſ.* quando ſunt diverſæ opiniones in pœnis, ſemper amplectendam eſſe mitiorem: quod ſequitur, & pluribus aliis interpretum doctrinis confirmat *Tiraquell. in tract. de pœnis. cauſa 3.*

ADDITIO
SIMONIS ULRICI PISTORIS.

De hac quæſtione vide *Weſenbec. de feud. cap. 15. nu. 7. Joan. Borchold. de feud. cap. 8. nu. 109.* ubi hunc intellectum textui §. illud tamen magis convenire ait, *Vultei. de feud. cap. 11. n. 24. verſ. contumacia enim. Motz. de feud. tit. fin. n. 105.*

Omnium latiſſimè & pleniſſimè *Ludolph. Schrader in tractat. feud. part. 9. c. 7. à n. 28. uſq; ad n. 47. & n. 67. Petr. Jacob. in practic. aur. libell. rubr. 59. de cauſ. ex quib feud. amitt. n. 15. Oldendorp. in claſſ. 5. poſt act. 17. ubi de act. benef. in pract. 3. Laurent. Kirch. in com. opin. cent. 5. concluſ. 45 ſub lit. f. n. 3. Roſenthal. de feud. cap. 10. concl. 19. n. 2.*

FINIS LIBRI SECUNDI QUÆSTIONUM JURIS

ROMA

INDEX

JNDEX COPIOSISSIMUS
OMNIUM RERUM QUÆ IN HOC LIBRO SECUNDO QUÆSTIONUM JURIS CONTINENTUR, IN QUO PRIOR NUMERUS quæſtionem, alter notabile oſtendit.

A.

Abbatis doctrina declarata. 38. 42.
Ablativi abſoluti reſolvuntur in conditionem. 36. 32.
Abſentis negotium gerens quo caſu abſentem obliget. 20. conſ Fachſu num. 5. & 7.
Abſurdi vitandi gratia verba reſtringuntur. 32. 38.
Actio filiis in feudo competens ita cenſetur quæſita ut revocari poſſit. 4. 72.
Actio Rei vendicationis utilis, competit ſucceſſoribus feudi. 1. 29.
Actiones hæredis, etiam confecto inventario, eatenus conſunduntur quatenus ex hæreditate lucrum percepit. 9. 27. & ſeq.
Actiones regulariter ſpacio triginta annorum tolluntur. 8. 2.
Actum nemo facilè æſtimatur gerere, cujus expediendi poteſtas ipſi non ſit. 7. 48.
Acceſſorium quando tollatur ſublato principali. 27. 32.
Accuſatus, quando reaccuſare poſſit. 43. 9.
Actio ex pacto inter tertios inito quæſita, quando alicui rectè adimatur. 20. 21.
Actus ita geſtus cenſetur ut juris ratio exigit. 47. 52.
Actus momentanei de jure an conſiderentur. 27. 46.
Actus prætermiſſi nullam præſcribendi cauſam præbent. 38. 80.
Actiones perſonales contra ſingularem ſucceſſorem non competunt. 37. 8.
ſine Actione nemo experitur. 28. 5.
Adoptionis verbum comprehendit adoptionem ſimplicem & arrogationem. 1. 13.
Adverſativa dictio adverſatur præcedentibus in eodem genere. 6. 13.
Et repetit qualitates præcedentis clauſulæ. 6. 14.
Adverſativa debet adverſari his, de quibus principaliter dicitur. 6. 22.
Adipiſcendæ poſſeſſionis remedia tantum capacibus competunt. 39. 28.
Aeſtimatio animoſi licitatoris non eſt attendenda. 12. 8.
Aeſtimatione precij doloſè aucta, ad juſtam æſtimationem res reducenda eſt. 12. 13.
Aegidij Bellamere doctrina declarata. 38. 23.
Aequalitas inter liberos maximè obſervanda. 38. 71.
Aequitas inter dominum & vaſallum maximè conſideranda. 32. 28.
Aequitas ſpectanda ubi jure deſtituimur 32. 29.
Aes alienum ante legitimæ computationem deducendum. 38. 20.
Aes alienum quando legitimam minuat 38. 82.
Afflictio non eſt addenda afflictio. 32. 22.
Agnatus conſentiens alienationi, feudum non revocat. 6. 71.
Agnatus cur in feudo hæreditario hæres eſſe cogatur. 2. 20.
Agnatus cur magis poſſit revocare feudum vivo alienatore, feudo in extraneū alienato, quàm ſi agnato remotiori eſſet venditum. 11. 7. 11. 17.
Agnatus cur precio reddito, vivo alienatore, revocare poſſit feudum. 5. 19.
Agnatus cur uno caſu magis, quàm alio, mortem alienatoris expectare debeat. 5. 21.
Agnatus defuncto alienatore ſine precio feudum revocat. 6. 10.
Agnatus etiam vivo alienatore feudum precio reddito redimere poteſt. 5. 24.
Agnatus facto defuncti non magis tenetur, quàm ſucceſſor in dignitate Eccleſiaſtica facto anteceſſoris. 15. 43.
Agnatus feudum alienatum duplici jure revocare poteſt. 5. 16.
Agnatus feudum precio refuſo recuperans tenetur id precium refundere, quod emtor dedit, licet juſtam æſtimationem excedat. 12. 9.
Agnatus hæres alienantis feudum revocare non poteſt, juxta communem 9. 11. *Contra-*

tra verò, quod etiam haers revocare poſſit feudum defenditur 9.40.
Agnatus hæres alienantis, non poteſt impugnare alienationem defuncti 6.75.
Agnatus hæres, confecto Inventario, feudum alienatum revocare poteſt 9.24. & ſeq. Et hoc contra Pinell. & Vaſquium defenditur 9.28.
Agnatus hæres, confecto Inventario, ratione feudi alienati tantùm præſtare tenetur, quãtùm ex hæreditate commodi percepit 9.17. & ſeq.
Agnatus in feudo hæreditario ſaltem hæres primi acquirentis eſſe cogitur 2.5. & unde hoc deſcenderit 2.4. 2.18. Imò quod juxta communem teneatur eſſe hæres ultimi probatur 2.16. & 17. 2.37.
Agnatus, licet ipſe feudum non revocet, tamen quatenus gradu eſt proximior, obſtat ſequentibus 6.64.
Agnatus neceſſe non habet, voluntatis declaratione integrum ſibi reſervare jus. quod poſt mortem alienatoris competere incipit 8.29.
Agnatus non niſi intra annum revocare poteſt feudum alienatum in remotiorem agnatum, 5.28. Secus ſi in extraneum fuerit alienatum 5.30. juxta communem: quod refutatur 5.32.
Agnatus ſecundùm quoſdam non poteſt revocare feudum vivo alienatore, etiam reſtituto precio 11.1. Secundùm alios hoc ipſi integrum eſt 11.5. Alii diſtinxerunt inter feudum venditum agnato remotiori vel extraneo, 11.6. Sed reprobat prima & ultima opinione ſecunda defenditur 11.11.
Agnatus non propterea hæreditatem defuncti juxta tit. An Agnatus repudiare poteſt, quia hæres fuerit primi acquirentis 2.15.
Agnatus præſcriptione excluſus feudum non revocat 6.74.
Agnatus qui fuit præſens alienationi, & tacuit, non cenſetur conſenſiſſe 7.1.
Agnatus, qui requiſitus emere noluit, nihilominus feudum recuperare poteſt 7.6.
Agnatus, qui vivo alienatore temporis lapſu, excluſus eſt à jure redimendi, eo defuncto, feudum recuperare poteſt 12.46.
Agnatus remotior, ſi redimeret feudum, defuncto alienatore, proximior ſine precio iſtud recuperare poſſet 12.70.
Agnatus repudiata hæreditate feudum obtinere poteſt, filius non item 2.1.
Agnatus revocare volens feudum ſine precio, cur teneatur expectare mortem alienatoris, & quare ſecus in Jure προτιμήσεως 11.15.
Agnatus ſi conſenſerit, ut feudum vendatur remotiori: Si deinde extraneo venditum fuerit, revocare poteſt 7.40.
Agnatus ſicut vivente alienatore refuſo precio poteſt revocare feudum alienatum, ita etiam vivo conſentiente 7.22. 7.3[illegible]
Agnatus ſicut vivo alienatore feudum revocare non poteſt, ita nec etiam partem alterius agnati conſentientis 7.18.
Agnatus tanquam teſtis ſubſcribens, vel nomine tutorio conſentiens, in jure revocandi ſibi non præjudicat 7.11.
Agnatus tùm demùm ſine precio feudum recuperare poteſt, quando alienator mortuus eſt, & quidem ſine liberis 5.17.
Agnatus volens recuperare feudum vivo alienatore, ante omnia preciũ offerre debet 12.1.
Agnatus vivo alienatore, cur feudum precio redimere poſſit, & cur non item vivo conſentiente, ſine precio 7.31.
Agnatus vivo alienatore, ex jure retractus, poteſt revocare feudum, etiam in remotiorem agnatum alienatum 11.11.
Agnatus, vivo alienatore, non poteſt revocare feudum alienatum titulo lucrativo 12.14.
Agnatus unus ex pluribus, ſi jure ſuo uti nolit, cæteri quando totũ feudum recuperent 7.35.
Agnati unius delictum cur reliquis obeſſe non debeat 15.25. Et latius 15.33.
Agnato proximiori magis cenſetur jus quaſitum in feudo quàm remotiori 15.14.
Agnato remotiori, ſi vendatur feudum, quibuſdam conſentientibus, reliqui pro parte tantùm revocare poſſunt feudum. Secus ſi extraneo ſit venditum juxt. Neviz. 7.23. Contra 7.24.
Agnatum non propterea hæreditatem defuncti, juxta tit. An agnatus vel filius, repudiare poſſe. quia hæres fuerit primi acquirẽtũ 2.15.
Agnatus proximior ſecundùm quoſdam non poteſt revocare feudum venditum remotiori agnato 6.11. Sed hæc ſententia reprobata, contrarium firmatur 6.20.
Agnato proximiore conſentiente, ſequens in gradu non mox revocare poteſt, ſed tenetur expectare mortem conſentientis 7.13. 7.25.
Agnato proximiore conſentiente alienationi, remotior, quamdiu vivit conſentiens, revocare feudum non poteſt 6.62.
Agnati, cùm hæredes alienantis eſſe non cogantur, feudum hæreditarium revocare poſſunt, non obſtante reg. l. cùm à matre, C. Rei vendicat. 14.26. Contra 14.45.
Agnati cur non perinde ut filii hæredes eſſe teneantur 4.98. Reprobatur hoc 2.15.
Agnati cur ob delictum vaſalli in Dominum commiſſum feudo priventur 15.22.
Allata ibi ratio refutatur 15.23. 15.25. & 15.49.
Agnati cur vivo eo, qui ſine conſenſu alienavit, ad feudum aſpirare non poſſint 17.15.
Agnati feudum alienatum revocare poſſunt, defuncto alienatore 6.1.

Quæ ſit hujus rei ratio 6.2.

Agnati feudum ex prima inveſtitura capiunt, Filii verò beneficio patris ad feudum perveniunt 13.59.

Agnati feudum non à proximè defuncto, ſed ex pacto anteceſſorum obtinere cenſentur 6.8.

Agnati feudum revocare non poſſunt, quamdiu aliquis ſupereſt, qui ipſos ſucceſſionis gradu antecedit 6.61.

Agnati hæredes, cur magis feudum revocare poſſint, quàm filii hæredes 13.52.

Agnati in feudo hæreditario perinde, ut in feudo ex pacto, jus quæſitum habere cenſentur 14.12. *Reſtringitur* 14.41.

Agnati intra quartum gradum conſtituti ad feudum, ob delictum, amiſſum non admittuntur 15.9. *Hoc refutatur, & contrarium defenditur* 15.12.

Agnati vivente alienatore alienationem impedire non poſſunt 7.3.

Agnati nullum ſuccedendi jus in feudo novo habent 5.4.

Agnati poſſunt revocare feudum alienatum ob æs alienum 6.55.

Agnati qui tempore alienationis proximiores non fuerunt, feudum revocare poſſunt, quando ſuccedendi ordo ipſos tangit 6.35.

Agnati, qui tempore alienationis non concepti fuerunt, feudum revocare poſſunt 6.37.

Agnati remotiores proximioribus tempus revocandi deſtinare non poſſunt, nec propterea eis, hoc elabi patientibus quicquam imputandum 8.71.

Agnati revocare poſſunt feudum, licet illud uni ex multis in pari gradu exiſtentibus, venditum fuerit 6.30.

Agnati ſine precio recuperare non poſſunt feudum, ob onus feudale, alienatum 6.66.

Agnati tenentur agnoſcere debitum in utilitatem feudi converſum 6.70

Agnati tenentur luere pignus in feudo conſtitutum pro elocandis filiabus, vel ſororibus 6.67. *Idem obtinet in dotalitio* 6.68.

Agnatorum alius ab alio non cenſetur habere cauſam: ſed tot ſunt donationes, quot perſonæ 6.9.

Agnatorum jus, quando vel vivo vel mortuo vaſallo incipiat 15.3. *Matth. de Afflictis opinio reprobatur* 15.4.

Agnatorum nomine filii non comprehenduntur jure feudali 13.46. 13.60.

Agnatis cur ob delictum ſtatim feudum aperiatur 15.5.

Agnatis cur in feudis noceat vaſalli delictum 17.5.

Agnatis cur præjudicet vaſallus non petens inveſtituram 18.6.

Agnatis, defuncto demum alienatore, jus revocandi quæſitum eſt 6.59.

Agnatis factum vaſalli non obeſt. Ergò idem in filiis dicendum 4.10. *Imò quod inter hoſce magna ſit diverſitatis ratio oſtenditur* 4.66.

Agnatis in feudo novo ſimul inveſtitis, in foro Saxonico præjudicari nequit 4.92. & *ſeq.*

Agnatis non ex ipſa alienatione, ſed ex prima conceſſione jus eſt quæſitum 7.10.

Agnatis etiam neceſſitate urgente, vaſallus non præjudicat 6.49.

Agnatis pluribus in eodem gradu exiſtentibus ſingulis pro rata ipſorum portione, jus in feudo quæſitum intelligitur 6.31. & *ſeq.*

Agnatis non obeſt ſimplex conſenſus à defuncto alienationi adhibitus 7.49.

Agnatis tantummodo jure feudali, revocandi facultas eſt conceſſa, nulla habita ratione liberorum 13.44.

Agnati an hodie ſolummodo uſque ad ſeptimum gradum, an verò in infinitum in feudis ſuccedant 19.26. 19.24. 19.39.

Agnati an facta relatione ad primum acquirentem rectè dicantur deſcendentes 19.27.

Agnati an magis proximè defuncto quàm primo acquirenti ſuccedant. & exinde an proximitas gradus ad defunctum referenda ſit 19.36. *cum duob. ſeqq.*

Agnati an & quando feudo ad ipſos devoluto, ſubinfeudationem defuncti ratam habere teneantur 44.6.7. & 8.

Agnatio efficit graduum ordinem, qua demta etjam gradus tolluntur 21.21

Agnationis vocabula ex jure civili deſumta in feudis rectè uſurpantur 19.22.

Agnati primo acquirenti potiſſimum ſuccedunt 19.17.

Agnati deſcendentes à duobus fratribus feudum acquirentibus, an ab iis qui ex communi ſtipite deſcendunt, differant 19.29 & 30.

Agnati jure Saxonico in feudo non ſuccedunt, ſed ſolummodò filii 19.41. 19.52. 19.89.

Agnati potius ſangvinis jure ſuccedunt, quàm tranſmiſſione 19.44.

Agnati quare de ſucceſſione feudi jure Saxonico ſibi denegata conqueri non debeant 19.86.

Agnati feudum paternum alienatum, an, quando & qualiter revocare poſſint 20. *conſil. Fachſii, num.* 9.

Agnati de jure Saxonico abſq; ſimultanea inveſtitura in feudis non ſuccedunt 20. *conſil. Fachſii, num.* 13. & 18.

Agnati illi duntaxat ſibi invicem in feudo ſuccedunt, qui à communi ſtipite deſcendunt 20. *conſil. Modeſtini num.* 1.

Agnati jure Saxonico vigore ſimultaneæ inveſtituræ ſuccedunt in feudis ſine gradus prærogativa 20. *conſil. Modeſtini, numero tertio.*

Agnati ratam habere inveſtituram factam de feudo ex pacto non tenentur 26.21.
Agnati feudum alienatum revocare poſſunt 28.1.28.8.
Agnati ſuccedendi jure per ſimultaneam inveſtituram quæſito, tertii facto defraudari non debent 29.40.
Agnatis quod non præjudicat, id nec domino obeſt 44.16.
Agnato jus in feudo quæſitum invito auferri nequit 40.29.
Agnatus feudum à quo obtinere cenſeatur 39.42.
Agnatus etiam vivo alienatore feudum redimere poteſt, refuſo precio 20. *conſil. Fachſii num.*16.
Agnatus quando annuo ſpacio, & quando tricennali præſcriptione à jure revocandi excludatur 20. *conſil. Fachſii num.* 20.
Alienam rem ſcienter emens, precium repetere non poteſt 10.22.
Et quæ ſit hujus rei ratio 10.29.
Alienare feudum ex pacto alter in præjudicium alterius nequit 1.30.
Alienare prohibitus extra familiam poteſt extraneo rem illam vendere, ſi familia poſt denunciationem emere noluerit 12.60. *Declaratur* 12.63.
Alienare prohibitus extra familiam, hac poſt denunciationem emere recuſante, aliis vendere poteſt 7.8.
Alienando qui præjudicat alicui, idem conſentiendo præſtare poteſt 7.58.
Alienans feudum ſine conſenſu Domini, non cenſetur in Dominum delinquere, neque eum contemnere 17.3.
Sed hoc refutatur 17.4.
Alienans ſine conſenſu Domini, peccare cenſetur in Dominum 17.12.
Alienatio à Judice ſuſcepta, intelligitur à poſſidente facta, & judex ſupplet partes poſſidentis 6.57.
Alienatio feudi, de qua in c. Titius, utrum legitima fuerit, & relatis tribus opinionibus, affirmativa probatur 5.7.& *ſeq.*
Alienatio ob æs alienum ſuſcepta, cenſetur potius voluntaria, quam neceſſaria 6.56.
Alienatio aliàs prohibita, cenſetur permiſſa inter eos, ad quos res alioqui eſt reverſura, etiam in præjudicium reliquorum 6.18. *Declaratur* 6.27.
Alienatio rerum ſuarum liberis hominibus eſt permiſſa 4.24. 4.45. 13.38. *Declaratur* 13.41.
Alienatio ſine conſenſu agnatorum facta, vivente alienatore, valet: neq; eo vivo ſine precio ab agnatis revocari poteſt 6.58. 6.60.
Alienatio ſine conſenſu domini facta non differt à reliquis delictis [illegible]
Alienationis nomine etiam præſcriptio comprehenditur 8.[illegible]
Alienatione prohibita, non cenſetur interdicta alienatio neceſſaria 6.[illegible]
Niſi propter jus, quod alius in re habuit, prohibita fuerit 6.12.
Alienator, quando nullos filios habet, cur in c. Titius, non fuerit actum de jure revocandi, eo vivo 5.23.
Alienator utrum filios habeat, nec ne, precio reddito nihil intereſt, ad hoc, ut vivo alienatore feudum revocari poſſit 5.20. 5.22.
Alienatio rerum Eccleſiaſticarum inconſulto ſummo Pontifice facta, an valeat 27. *conſil. Thomingii, num.*1.
Alienatio etiam conſentiente principe facta agnatis non nocet 4[illegible].
in Alienatione requiritur conſenſus domini directi non utilis 4[illegible].3.
Alienatione non ſolvatur ſimultanea inveſtitura perinde ac diviſione 24.7. 24.14.
Alienandi facultas privilegio conceſſa quam interpretationem recipiat 20. *conſil. Modeſtini, num.*15.
Alienans ſuum feudum, de quo alius ſimul inveſtitus fuit, cur jus ſimultaneæ inveſtituræ, quod cum illo habuit, amittat ibid. numero decimo octavo.
Alienaturus feudum, quorum conſenſum requirere debeat 28.9.
Alimenta decernuntur fratribus excluſis à primogenito 37.3.
Alter ex duobus inveſtitis non poteſt retinere ſimultaneam inveſtituram excluſo altero 2[illegible]. *conſil. Modeſtini, num.*23.
Alter ex duobus inveſtitis, ſi alterum à ſimultanea inveſtitura excluſerit, meritò etiam ab illo altero removetur ibid. numero vigeſimo quinto.
in Alternativis debitoris eſt electio 42.5.
Altero ex duobus agnatis alienationi conſentiente, alter non conſentiens portionem tantum ſibi delatam rectè revocat 20. *conſil. Fachſii num.* 15.
Allodialia liberis debentur & quare 4[illegible].
Allodialis potius, quàm feudalis res qu[illegible]bet præſumitur [illegible]9.2.
Allodialia bona quomodo efficiantur feudalia 42.46.
Alluvione & impetu fluminis accedens feudo huic acquiritur 42.4[illegible].
Altare unum non debet tegi, & alterum aperiri 6.53.
in Ambiguis æquior ſententia amplectenda 47.25.

Andreas de Iſernia agens annum ætatis 67. veritatem & animæ ſalutem pro objecto habuit non pecunias 1.57.
Andreæ de Iſernia maxima eſt authoritas 1.82.
Eſt Auriga & rex feudiſtarum. Feudiſtarum princeps, Evangeliſta. ibid.
Ipſi Andreæ veraci, tàm credendum quàm Mariæ veraci ibid.
Andreæ de Iſernia auctoritas quæ fuerit ibid.
Andreæ de Iſernia doctrina declaratur 2.8.
Andreæ de Iſernia locus declaratur contra Afflictum 27.42.
Andreæ de Iſernia & Jacobi de Belviſo autoritas 32.16.
Annus ad redimendum dictus non currit agnato, qui non plenam habuit notitiam venditionis 12.31.
Annus ad revocandum indultus à quo tempore incipiat currere 5.29.
Annus juri προτιμήσεως & retractus deſtinatus, non currit, niſi quis veram rei notitiam habuerit 12.30.
Præſertim verò precii quantitatem ſcire debet ibid.
Annus juri προτιμήσεως deſtinatus non currit pupillo 12.32.
Sed benè minori ſcienti currit 12.33.
Annus ne currat, voluntatis declaratione effici poteſt 8.16. Contra. 8.29.
Annus præfinitus ad revocandum feudum ſine precio, poſt mortem currere incipit, neq; per tempus vivo alienatore elapſum excluditur 8.17.
Annus præfinitus agnato ad revocandum feudum, ex jure προτιμήσεως incipit currere à tempore contractus 12.23.
Annus præſtitutus agnato, ignoranti currere non ſolet 12.25.
Annus revocationi præfinitus, à quo tempore currere incipiat, & an agnatus unius anni lapſu ab utroque jure excludatur 5.13. Negativa firmatur 8.17.
Annuum tempus in jure προτιμήσεως conſideratur 5.33.
Annuum tempus juri προτιμήσεως præfinitum, non interrumpitur querela extrajudiciali 12.44. Neque etiam citatione, ſed neceſſaria eſt litis conteſtatio 12.45.
Annuum hoc tempus filiis etiam vivente patre currit, juxta communem, contra Marinum 13.30.
Annus intra quem debet renovari inveſtitura præſupponit poſſeſſorem mortuum 26.16.
Annus indultus contumaci ficto locum habet in contumaci manifeſto 50.39.
Antiquorum ſententia prævalet recentiorum opinioni 1.85.
Antiquitas dominorum reſpectu vaſalli unde æſtimanda 47. numero quadrageſimo, quadrageſimo primo, & quadrageſimo tertio, quadrageſimo quarto, & quadrageſimo ſexto.
Appellationes gradatim interponendæ 47.25.
Arguere à conſenſu domini ad conſenſum agnatorum non ſemper licet 6.29.
Arguere non licet ab hærede ad filium tenentem feudum ſine titulo hæredis 4.36.
Argumentum à contrario ſenſu locum non habet, contra ea, quæ aliter diſpoſita ſunt 13.75.
Argumentum à feudis ad Emphyteuſin non ſemper rectè ducitur 2.28.
Argumentum à re ad tempus valet 7.18.
Argumentum ab æquiparatis quando non procedat 8.28.
Argumentum ab ultima voluntate ad contractum valet, &ècontra 13.3. 4.7.
Argumentum valet à delictis ad contractum 4.40.
Argumentum valet à toto ad partem 7.26.
Argumentum à perſonis ad res valet 20. conſil. Modeſtini, numero vigeſimo nono, & quæſt. 24. num 9.
Argumentum ab abſurdo in jure validiſſimum 29.41.
Argumentum à rubro deſumtum jure feudali non ſatis tutum 26.34.
Argumentum ab æquiparatis valet 38.19.
Argumentum à ſtatuto & conſuetudine rectè deſumitur 41 conſil. Colleg. Ingolſtad. numero decimo nono.
Argumento à pacto ad ſtatutum valet, ibid. numero trigeſimo.
Aſcendentis unius factum, præjudicat non ſibi ſolum, ſed etiam poſteris ſuis 1.57.
Aſcendentes in feudis quare non ſuccedant 19.5.
Auctoris acceſſione, qui utitur, cum omni ſua cauſa illa uti debet 8.77.
Auctoritates & rationes confirmant ſententias 1.82.
Auctores juris feudalis qui fuerint 32.23.
Auctoritas Interpretum quando attendenda 25.20.

B.

Baldi auctoritas in materia feudi hæreditarii improbata 1.83.
Baldi locus declaratus 8.11.
Baldi opinio, qua à diſtinctione feudi ex pacto & providentia receſſit, communi calculo reprobata 2.20.
Baldi doctrina declarata 32.43.
Bartoli doctrinæ invicem pugnantes conciliatæ 4.62.

Bartoli doctrina in l.eum qui de interdict. & relegat. declarata 16.6.

Bartholomæi Camerarii quanta ſit in materia feudorum auctoritas 1.58.

Beneficia ſine damno alterius intelligenda 12. 10.

Beneficia Principum latiſſimè interpretanda 26. 12.

in Beneficiis conferendis obſervandi ſunt gradus ſocietatis hominum 27. conſil. Thomingii, num.21.

in Beneficiis Eccleſiaſticis, ſi duo ea impetraverint, quis præferatur 29.13.

Beneficio contra eum, à quo illud habemus, an uti indiſtinctè prohibeamur 20.16.

Benigniora ſemper præferenda 4.10.

Benigniora in dubio ſequenda 19.40.

Bona allodialia ad liberos pertinent, & quare 4.53.

Bona ſubjecta reſtitutioni alienari nequeunt 4. 19.

Declaratur 4.73.

Bonorum appellatione quid veniat 38.62.

Bonorum appellatione, quando veniant feuda 38.81.

C.

CAmerarii quanta ſit in materia feudali auctoritas 1.58.

C.1. de alienat. feud patern. inducitur 6.12.

Eaque inductione impugnata declaratur 6. 21.

C.1.§. Sed & res, per quos fiat, inveſtitur. inducitur 6.15.

Et rectius declaratur 6.24.

C.1.§. Si verò cùm Domin. de alienat. feud. declaratur 6.16. 6.26.

C. Titius, cur potius juxta communem lecturam de pluribus filiis, quàm juxta Cujacium de uno loquatur 5.12.

Capitula extraordinaria juris feudorum quantum habeant auctoritatis 13.59.

Capitii doctrina declaratur 38.43.

Capitulum, in quem finem Epiſcopi vel Prælati actibus conſentiat 27.15.

Capitulum & Eccleſia nunquam moritur 27. 17. 27. conſil. Thomingii, num.16. 27. conſil. Colleg. Francofurtenſ. num.16.

Capitulum ex proprio conſenſu obligatur etiam defuncto Epiſcopo ibid.

Capitulum repræſentat vicem perſonæ 27. conſil. Thoming. num.17.

Capitula extraordinaria an ſint authentica 34. 32. & 33.

Caſus omiſſus diſpoſitioni juris communis relinquendus 30. 10.

Caſus jure feudali omiſſus relinquitur diſpoſitioni juris communis 38.10.

Cauſa ſublata etiam effectus tollitur 21.2

Cauſa finali deficiente, contractus etiam nomi- natus reſolvitur 24. 6

ob Cauſam datum ceſſante cauſa licet repeter 32.5.

Cauſatum judicatur ſecundùm ſuam cauſam 34. 27.

Cauſa una ex pluribus ceſſante non ceſſat diſpo- ſitio 34. 3

Cannetii opinio refutata 6. 44

Certa quæ ſunt, conjecturas nō admittunt 3.56

Certa etiam clarius quandoq; in jure explicantur 36. 27

Certum non eſt, quod duplici modo intelligitu 41.34.

Ceſſante forma vel cauſa finali diſpoſitionis ipſ diſpoſitio ceſſat 27. conſil. Colleg. Francofurt num.5.

Clauſula nunquam refertur ad omnia, ſi poſſit aſſignari ratio, cur magis ad unum, quàm a alterum ſit referenda 5.38.

Clauſulæ contractui inſertæ, quando ejus naturam alterent 1.104. 3.1

Clauſula finalis, quando ad præcedentia æqualiter referatur 32.39.

Clericus, cur magis feudum amittat, quàm cu ex accidenti vitium aliquod obvenit 32. 36. 33.11.

Clericus in feudo non ſuccedit, neq; iſtud jam ante quæſitum retinet 33.1.

Clericus an per ſubſtitutum ſervire volens feudum retineat 33.2.

Clericus depoſito religionis habitu, an & quando ad feudum admittatur 33.13.14. & 15.

Clericus qui re adhuc integra clericatu ſe abdicavit, an ad feudum admittendus 33.18.

Clericus ad aſſumendum ordinem fraude inductus an ad feudum admittatur 33.19.

Clericus à domino ſciente inveſtitus, an in feudo ſuccedat 33.27.

Clericus poſſidens beneficium tenetur oſtendere titulum 46.3.

Clerico an ætas proſit, ſi ad feudum aſpirare velit 33.21.

Clerici æquiparantur reliquis imperfectis 33. 9. 33.3.

Clerici in ordinibus minoribus conſtituti, an ad feudum admittantur 33.17.

Clerici in feudis, de quibus ſervitia militaria præſtanda non ſunt, ſuccedunt 3[illegible].23.

Clerici an ſuccedant in feudis, de quibus ſervitia militaria per ſubſtitutum præſtantur 30.26.

Cogitâſſe quis non cenſetur de triſti caſu alterius 48.2. 48.25.

Collaterales ad quem usq; gradum in feudo ſuccedant 19.6. 19.23. 19.26. 19.31. 19.40.

Collectivè vocati unam tantùm perſonam repræſentant 22.1[illegible]

Comm-

Communis interpretum ſententia tenenda & quare, 27.conſ.Thoming.n.22.
Communis uſus loquendi in qualibet diſpoſitione prævalet, 41.colleg.Ingolſt.n.47.
Conceptionis tempus in feudis, cur non perinde, ut in aliis ſpectetur 6.41.
Conceſſio in mortis tempus dilata eſt inſtar donationis cauſa mortis 4.29.
Conceſſiones tot conſentur eſſe in feudis, quot ſunt perſonæ 1.27. 4.20.
Conceſſum alicujus contemplatione tertio non acceptanti pro libito revocari poteſt 20.20.
Conciliatio textus in §. mutus. Epiſcopum vel Abbatem.cum c.an mutus vel aliâs imperfectus 32.23.
Conditio, quam contractus primò accepit, ad hæredes transmittitur 13.57. ubi refutatur Camerarius n.58.
Conditio neceſſaria tranſmiſſionem non impedit 25.31.
Conditio addit diſpoſitioni formam ſubſtantialem 26.4.
Conditio denotat cauſam finalem 26.5.
Conditio præcisè obſervanda 26.6.
Conditio habetur pro impleta quoties ſtat per eum cujus intereſt eam non adimpleri 27.conſ.Thomingii n.27.
Conditio diſpoſitioni cui adjungitur formam ſubſtantialem addit 27.conſ.colleg.Francof. num.3.
Conditio vim & naturam cauſæ finalis habet 27.conſ.colleg.Francof. n.4.
Conditio ante eventum conditionis nihil diſponit 28.11.
Conditio habetur pro impleta, quando ſtat per promiſſorem quò minus impleatur 28.13.
Conditione deficiente deficit diſpoſitio 20. conſ. Modeſtini n.46.& quæſt.25.n.16.
Conditione deficiente ipſa etiam obligatio deficit 26.7.
Conditione exiſtente an naſcatur, eadem deficiente an extinguatur obligatio 27.conſ.Thomingii n.6.& n.28.
Conditione mixta deficiente non ob caſum, ſed per alium non evaneſcit obligatio ibid. num. 26.
Conditione ceſſante perinde eſt ac ſi promiſſio conditionalis vel diſpoſitio nunquam facta eſſet 27. conſil. Colleg. Francofurtenſ. numer. 1.
ſub Conditione quæ ſunt, non dicuntur eſſe ſub diſpoſitione ibid.n. 2.
Conditiones in forma ſpecifica adimpleri debent 27.conſ Thoming.n.7.
Conditiones aut poteſtativæ, aut caſuales aut mixtæ ibid.n. 25.
Conferri debent quæ filio in vita patris validè donantur 38.64.
Confirmatio plurium plus operatur quam unius 20.conſ.Modeſt. n.11.
Confirmatio nihil novi juris tribuit ibid. nu. 36. & 48. & quæſt. 48.n.27.
Conjunctio an ſufficiat ut omnes pariter vocati cenſeantur 21.10. 21.24.
Conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei 20.conſ.Modeſt. n.34.
Conſentire & obligare differunt 48.8.
Conſentiens alienationi rei quatenus obligetur 48.10. 48.31.
Conſentiens: ſalvo jure ſuo: non cenſetur ſibi præjudicare voluiſſe 48.12. 48.32.
Conſentire alienationi & oppignorationi an ſint diverſa 48.13. 48.18.
Conſentiens cenſetur renunciare juri quod in re habuit 20.15.
Conſentiens amplius pœnitere non poteſt 48.16.
Conſenſus domini etiam feudo ſibi aperto robur obtinet 48.17.
Conſenſus ſecundum ſubjectam materiam & naturam rei accipiendus 48.20. 49.12.
Conſenſus domini aſſumit naturam rei ſuper qua interponitur 48.21. 49.20.
Conſenſus ſuper ſorte præſtitus an extendatur ad id quod intereſt 49.1. 49.18.
Conſenſus eſt ſtrictiſſimi juris 49.6. 49.31.
Conſenſus an cenſeatur eſſe gratia 49.7. 49.22.
Conſenſus ſecundum quod tempus æſtimetur 49.10.
Conſenſus extenditur ad omnia annexa expreſſis 49.24.
de Conſenſu domini ex cauſa obligationis judicandum 49.29.
Conſentiens ſimpliciter juramento obligationis cenſetur omnia approbare in eo contenta 49.36.& 37.
Conſentiens alienationi jus revocandi non habet 20.conſ.Fachſ.n.4.
Conſentiens alienationi alterius an eum ut viciſſim ſibi alienanti conſentiat cogere poſſit ibid.n. 14.
Conſenſus unius ex agnatis alteri non obeſt 20.conſ.Modeſt.n.17.
Conſenſu duorum contractum unius diſſenſu non diſſolvitur 24.11.
Conſenſus capituli an & quatenus requiratur, ut bona in feudum concedi poſſint 27.8.
Conſenſus adhibitus ad actum eo annullato nihil operatur. 27.12.
Conſenſus ad unum effectum præſtitus alium operari non debet 27.14.
Conſenſus Capituli contractum Epiſcopi an & quare realem faciat & ſucceſſorem obliget 27.10.

Conſenſus Capituli non cenſetur acceſſorius 27. 30.
Cenſentiens efficaciter obligatur 27.31.
Conſentiens quando autoritatis & quando obligationis gratia conſenſiſſe cenſeatur 27.35.
Conſentiens auctoritatis gratia an in jure ſuo ſibi præjudicet 48.3. 48.20.
Conſenſus quando ad autoritatem requiritur, an & quando in ipſo actu intervenire debeat 27.36. 27.38.
Conſenſus Capituli etiam ex intervallo accedere poteſt ad hoc ut inveſtitura ſucceſſorem obliget 27.37.
Conſenſus Capituli in rebus infeudari ſolitis non requiritur pro ſolennitate ibid.
Conſenſus Capituli ex intervallo accedere poteſt alienationi rei Eccleſiaſticæ 27.39.
Conſenſus poſſeſſoris an ad hoc ſufficiat ut ſucceſſor prælati inveſtituram factam de feudo defuncti ratam habere teneatur 27.44.
Conſentiens alienationi rei ſuæ cenſetur juri ſuo renunciaſſe 27.47.
Conſentiens alienationi rei ſuæ ſibi præjudicat 27.conſ.colleg.Francof.n.12.
Conſenſus tacitus interdum inſtar expreſſi ibid. n. 13.
Conſenſus poſſeſſoris non ſufficit ubi traditio neceſſaria eſt 29.34.
Conſenſus ad unum effectum adhibitus ad alium non porrigitur 12.54.
Conſenſus de perſona in perſonam non extenditur 7.38.
Conſenſus Domini, poſt obitum patris, interveniens, non confirmat diſpoſitionem paternam in præjudicium filiorum. 4.87.
Conſenſus & alienationis eadem eſt ratio 7.59.
Conſenſus etiam in jure [illegible] conſiderari ſolet 5.48.
Conſenſus unde interpretationem recipiat 12.57.
Conſenſus ex præſentia & taciturnitate colligi ſolet 7. 2. Fallit in his, quæ quis contradicendo impedire non poteſt 7.4.
Conſenſus generalis ad omnes caſus porrigitur 7.36.
Conſenſus patris filiis an obſit 7.61.
Conſenſus patris ut obſit filiis, nulla requiritur obligatio 7.62.
Conſenſus quando præſumatur ex ſola præſentia 7.5.
Conſenſus ratione certæ perſonæ præſtitus, illa perſona ceſſante, non obſtat conſentienti 7.29.
Conſenſus ſimplex non abſorbet jus futurum 7.44.
Conſenſus unius, non obeſt agnatis in ſequenti gradu conſtitutis 7.14. & ſeq. Et quid, ſi multis in pari gradu exiſtentibus, unus conſenſerit 7.15.
Conſenſus agnati, an & quatenus hæredi ejus obſtet, quò minus feudum revocare poſſit 42. 7.47. 7.48. 7.50.
Conſentiens alienationi dominus, juri redimen[di] renunciaſſe cenſetur 51.12. 5[…]
Cenſentiens alienationi, feudum ex jure [illegible] redimere non poteſt 12.49
Conſentiens alienationi rei ſuæ, contractum im[…]pugnare non poteſt 6.73
Conſentiens in dubio duntaxat juri ſuo, non au[…]tem alieno renunciaſſe cenſetur. 7.47
Conſentiens juri ſuo renunciaſſe exiſtimatur [6.]72.
Conſentiens juri ſuo cenſetur renunciaſſe, & i[n] alium tranſtuliſſe. 7.51
Conſentiens eo ipſo, quod conſentit, alienare cenſetur 7.53. 12.50
Conſentiens non ſibi ſolum, ſed & hæredi præju[…]dicat 7.50
Conſentiens non tenetur de evictione. 7.40
Conſentiens obligatur naturaliter tantum 7.43
Declaratur 7.62
Conſentiens officij gratia, juri ſuo non renuncia[t] 12.55.
Conſentiens ut certæ perſonæ vendatur, non obligatur, ſi alij feudum venditum fuerit 7.37
Conſentientis portionem cæteri agnati ejuſdem gradus, eo vivo, ex jure [illegible] redimere poſſunt 7.34.
Conſentienti & hæredi ejus non datur regreſſus ad jus, cui renunciavit. 7.52
Conſentiente defuncto, cæteri agnati ejuſdem gradus portionem ejus recuperare poſſunt 7. 33.
Conſentiente uno ex pluribus agnatis an reliqu[i] feudum totum, an verò pro parte revocare poſſint 7.16. & ſeq. 7.20. 7.24.
Conſuetudo optima legum interpres 19.9[…]
Conſuetudo inſtrumentis doceri poteſt 30.12.
Conſuetudo irrationalis in feudis valet 41. conſ. colleg. Ingolſt. n.22.
Conſuetudo irrationalis & à jure communi aliena de loco ad locum non extenditur ibidem, n.24.
Conſuetudo per quam prohibetur feudi alienatio optima ibid. n.33.
Conſuetudo diſponens quod dominus poſſit feudum alienare irrequiſito domino tenet. i[bid.] n.34.
Conſuetudines & ſtatuta à jure communi [in]terpretationem recipiunt [..].29.
Conſuetudini ſpeciali vel locali magis ſta[n]dum quam juri communi feudorum 21.33.
Conſuetudine Germaniæ inveſtituræ ſ[in]e parium teſtimonio valent 3[0].11
Conſuetudine introduci poteſt ut inveſtituræ ſi[…]ne præſentia parium valeant 30.13.
Conſulentes vocat Alciatus Reſponſarios, qui dicunt abſurda, quam benè, ipſe viderit 1.5[…].

Contra-

Contractus regulariter mutuo diſſenſu contrahentium diſſolvi poſſunt. 4.55.
Contractu deficiente deficit obligatio 4.74.
Contractus eodem modo diſſolvuntur, quo contrahuntur 20.conſ.Modeſtin.n.27.
Contractus infirmatur non ſervatis pactis quæ cauſam contractui dederunt ibid.n.28.
Contractus claudicare non debet 24.3.
Contractus adimpletionem fruſtra petit qui ipſe non implevit 24.5.
Contractus cenſetur eſſe permiſſus ſecundum ejus naturam 45.9.
in Contractibus bonæ fidei acceſſoria veniunt ſecundum naturam actionis 49.19.
Contrahentes cenſentur ſe conformaſſe diſpoſitioni juris 1.78.
Contrahentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione juris 41.23.
Contrarium non poſſunt operari ad unum effectum adinventa 2.42.
Contrarius ſibi nemo præſumitur 1.105.
Contumacia manifeſta traſit in ſpecificum nomen delicti 50.16 50.44.
Contumacia manifeſta major eſt vera 50. 43. 50.8. & 9. 50.30.
Contumaciæ pœna jure feudali definita 50.1.
Contumaciæ pœnæ jure feudali au diverſæ 50.2.
Contumaciæ ſpecies tres, ficta, vera & manifeſta 50.3.
Contumaciæ manifeſtæ pœna quæ 50. 4. & 5. 50.28.
Contumaciæ ſpecies longè poſt jus feudorum inventæ 50.27.
Contumax manifeſtè utile dominium feudi amittit 50.6. 50.34.
Contumax fictus poſt annum non recuperat poſſeſſionem 50.10. 50.38.
Contumax manifeſtus an rectè repetat poſſeſſionem 50.11 50.40.
Contumax manifeſtè an pœnitere poſſit 50.30.
inter Contumacem verum & manifeſtum diverſitas eſt 50.14.
Conventiones de bonis viventis jure improbatæ 25.3.
Correctio juris communis quatenus admittenda 2 52.
Correctio juris communis vitanda 42.39.
Cujatii lectio in §. mutus. Epiſcopum vel Abbatem rejecta 32.12.
Culpa ei imputatur ex cujus perſona quis lucrum capit. 27.19. (& 2.24.
Curtius contra Joann.Baptiſt defenditur 2.19.
Curtii locus declaratus 30.3.

D

Damnum pati quando non dicatur qui non ſentit lucrum 41.conſ.colleg.Ingolſt.n.39. (1.83.
Decii auctoritas in materia feudi hæreditarii
Defunctorum intereſt, ne ſucceſſoribus careant 2.38.
Delictum extra perſonam domini commiſſum, nocet filiis etiã in feudo ex pacto 16.11. 16.9.
Delictum patris nocet filio in feudis 13.53.
Delictum patris in feudis cur noceat filiis 16.16. 16.21.
Delictum patris non nocet filio, in feudo avi viventis. 16.33.
Delictum patris an in feudo hæreditario præjudicet filiis. 16.4.&5.
Delictum patris, quando noceat filiis. 16.5.
Delictum patris in quo feudo filiis obſit 16.2.
Delictum patris regulariter filiis obeſſe non debet 16.14.
ob Delictum patris à feudo filios penitus removeri, jure feudali generaliter definitum eſt 16.1. & 3.
Delictũ vaſalli cur in feudis noceat agnatis 17.5.
Delictum vaſalli in feudo hæreditario præjudicat agnatis 15.52.
Delictum unius ex agnatis cur reliquis obeſſe non debeat 15.25.Et latius 15.33.
Delicti & alienationis eadem eſt ratio, ad hoc, ne agnatis præjudicetur 15.2.
Delicto alterius nemo prægravari debet 15.13.
Delicto inDominum commiſſo, quomodo præjudicetur agnatis, & an locum habeat diſtinctio inter feudum ſimpliciter conc.ſſum & liberis quæſitum 15.31.
Delicta in Dominum commiſſa nocent filiis: & quid juris ſi aliàs peccatum fuerit 16.8. cum aliquot ſeqq.
ad Delicta in dominum patrata, diſtinctio inter feudũ ex pacto & hæredit. non pertinet 16.10.
Delicta quæ feudo privant, & propter quæ iſtud alioqui publicatur, inter ſe differunt quando quæritur an delictum patris noceat filiis 16.7.
Delicta debent tenere ſuos auctores 15.25. 15.33.
Deſcendentes ex corpore qui dicantur, quidre operentur hæc vocabula 3.63.
Deſcendentes hodiè in feudis in infinitum ſuccedunt 19.4.
Deſtinatione patrisfamilias an fundus limitetur & dilatetur 42.40.& 41. (6.22.
Dictio (adverſativa) quid operetur. 6. 13. & 14.
Dictio (filiis) non de filiis ſimpliciter ſed ut hæredibus accipitur 3.22.
Dictio (hæres) æquè propriè de hærede ſanguinis, ac de hærede hæreditatis accipitur 1.104.
Dictio (hæres) conjuncta cum dictione (filiis) ad conſtituendũ feudum hæreditariũ majorem efficaciam habet, q̃ ſi ſit ſimpliciter prolata 3.36
Dictio (hæres) cur in aliis magis quàm in feudis, qualitatem hæreditariam denotet. 1.112.
Dictio (hæres) de filiis ſimul & hæredibus intelligenda 3.31.
Dictionis (hæres) duplex intellectus 3.5.
Dictio (hæres) generaliter in materia quæ non tranſit ad extraneos, capitur pro hærede ſanguinis ſive filio quamvis non ſit hæres 3.4.

Dictio (hæres) in feudis de filiis intelligitur, & denotat ſucceſſionem ſanguinis ibid.
Dictio (hæres) in inveſtitura uſurpata an qualitatem & jus hæreditarium denotet 1.45. 1.95. 1.101.
Dictio (hæres) in materia feudali an & quando intelligatur de filiis, ſine qualitate hæreditaria 1.43. 1.46. 1.101
Dictio (hæres) licet ad filios reſtringatur, tamen propriam ſuam naturam retinet, ut feudum hæreditarium efficiat 3.30.
Dictio (hæres) utrum à lege, an ab homine exprimatur, plurimum intereſt. 2.35. 1.79.
Dictio (hæredibus) intelligitur de filiis, etiamſi non expreſſum ſit 3.31.
Dictio (hæres) ſemper cenſetur ineſſe natura feudi 3.4.
Dictioni (inter) cuilibet tribuit actum in ſolidum 6.23. Et quando exigat omnium concurſum 6.23.
Dictio (legitimis) in inveſtitura uſurpata, quid operetur 3.62.
Dictio (maſculis) cenſetur tantummodo adjecta ad excluſionem fœminarum 3.39.
Dictio (maſculis vel filiis) addita dictioni (hæredibus) ejus ſignificationem mutat 3.8.
Dictio (omnino) præciſæ eſt ſignificationis 5.46. Et denotat quoad omnia 8.14.
Dictio (ſaltem) imminuit. 15.38.
Dictio (usq;) denotat terminum ad quem, non à quo 15.18.
Dictio taxativa omnem extenſionem excludit 19.72.
Dictio taxativa (tantum) an excludit perſonam hæredis & caſus ſimiles 26.11.
Dictio (mihi vel vobis) an hæredes excludat 26.9.
Dictio (volge) in jure Saxonico quid ſignificet 26.14.
Dictio (alsbenn) dictioni tunc æquipollet, & extremitatem temporis denotat 27. conſ. Thomingii, n.39.
Dictio implicativa (etiamſi) quid operetur 30.11.
Dictio: demonſtrativa Hoc: quid operetur 35.19.
Dictio Cum: quam vim habeat 35.30.
Dictio, donec, quid importet 36.6. & 7. 36.17. 36.32.
Dictio, Ex vel De, denotat cauſam proximam & immediatam 41.12.
Dictio univerſalis negativa quid operetur 42.29.
Dictio etiam, implicat caſum minus dubium 32.33.
Dictionis, usq; proprietas 19.39.
D[illegible] vis & poteſtas 21.7.
Dictionis (ſimul vel una) vis & effectus qui ſit 21.26.
Dictionis implicativæ: maximè natura qu[...] ſit 47.1[...]
Dictum Guil. à Perno, aut beſtialiter conſtitutum eſt, aut ſolvat Apollo 2.2[...]
Dictum rationi congruum judicem non minu[s] movere debet, quam tex. 32.3[...]
Dies quando in mora conſtituat & efficiat u[t] pœna committatur & an mora illa purga[ri] poſſit. 20. conſil. Fachſii n.1. & 2.
Differentia inter feudum ex pacto & hæreditarium, in quo potiſſimum conſiſtat. 3.25
Differentia inter feudum ex pacto & hæreditarium à ſola proprietate dictionis (hæres) dependet 3.24
Differunt aliquid concedere liberis vel hæredibus 1.6. & [...]
Differunt quærere: ad quem feudum amiſſum pertineat & quàm diu apud eum permaner[e] debeat 15.45
Dignitas familiæ an ſuadeat ne legitimatu[s] per matrimonium ſuccedat in feudo 41.8 41.33.
Dilationes duæ ex diverſis fontibus procedentes, unius temporis lapſu non abſorbentu[r] 8.19.
Disjunctiva actum cuilibet in ſolidum tribui[t] 6.17. 6.25.
Diſpenſionem in minimo effectum habere ſufficit 49.13.
Diſponere de re aliena liberius quis poteſt, quam de feudo 9.44.
Diſponi poteſt ab imperatore in his quæ ſunt juris poſitivi 41. conſil. colleg. Ingolſtad. n.40. & n.54. & n.58.
Diſpoſitio quælibet de habilibus intelligenda 39.27.
in Diſpoſitione non eſt quod ſub conditione poſitum eſt 31.13.
Diſpoſitum cenſetur id quod quis interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet 36.22.
Diſpoſita de ſorte quando extendantur ad id quod intereſt 40.17.
Diſtinctio inter feudum ex pacto & providentia, & hæreditarium nullo jure feudali probatur: ſed ab interpretibus eſt inventa 1.2.
Diſtinctio inter feudum ex pacto & providentia & hæreditarium, ad feudum novum non rectè accommodatur 4.56.
Diſtinctio iſta quibus nitatur rationibus 1.3.
Diſtinctio inter feudum ex pacto & hæreditarium ad delicta in Dominum patrata non pertinet 15.10.
Diverſa origine etiam effectu diverſa ſunt 8.20.
Diverſa ſunt ſtatuere contra matrimonium & quod filii antea nati non legitimentur per ſubſequens matrimonium 41. conſ. collegii Ingolſtad. n.53. 56. & 57.

Dividentes, mutuum periculum invicem ſuſcepiſſe cenſentur 10.32.
Diviſione ſolvitur ſimultanea inveſtitura ſive unum feudum pro indiviſo, ſive plura ſeparatim à diverſis poſſideantur.20.conſ. Modeſtini n.29.
Docentis non eſt omnia ſimul dicere, ſed ſingula ſuis locis deſignare 1.90.
Doctori nihil allegantí fides non eſt habenda 5.13.
Doctoris officium eſt jura interpretari non de iis quæ facti ſunt conſulere 27.conſil. Thoming. n.35.
Doctori excellenti conſuetudinem ita vel aliter ſe habere aſſerenti, num rectè credatur. ibid. n.14.& n.34.
Dolus requiritur ad hoc, ut quis ob non petitam inveſtituram feudum amittat 31.2.
Dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt 30.26.
Dominus cenſetur omnibus agnatis, non tamen ſimul, ſed ordine ſucceſſivo feudum conceſſiſſe 6.36.
Dominus cenſentiens venditioni feudi quatenus juri ſuo renunciaſſe videatur 12.56.
Dominus in caſu, quo feudum ob delictum ad agnatos devolvitur, filiis delinquentis gratiam facere non poteſt 16.26.
Dominus invitus, patre mortuo, filium inveſtire cogitur. 4.13.
Dominus quod ſemel conceſſit filijs, ſine cauſa retractare non debet 4.21. 4.74.
Domini conſenſus in feudi hæreditarij alienatione neceſſarius eſt 1.98.
Domino atq; vaſallo integrum eſt à contractu feudali reſilire, in præjudicium filiorum 4.56.
Dominis quibusdam, ex pluribus conſentientibus alienationi, pro rata parte eorum conſiſtit alienatio. Idem in agnatis 7.19.
Dominus feudi ſimultaneè inveſtitis jus ipſorum rectè non aufert 20.23.
Dominus feudi ſucceſſoribus feudi invitis, non præjudicat 20.24.
Dominus feudi an fratribus poſt diviſionem inveſtituræ renovationem rectè deneget 20.34.
Dominus inveſtiens quem de re, quam præſtare non poteſt, an de evictione teneatur 20. conſ. Fachſii n.24.
Dominus qui non eſt hæres anteceſſoris non tenetur ratam habere inveſtituram ab eo de feudo nondum ſibi aperto factam 20. conſil. Modeſtini n. 44.
Dominus de feudo viventis quem inveſtiens pendente conditione an pœnitere poſſit, & an præſtando intereſſe liberetur 25.21. 25.22. & 23.
Dominus feudi alio in poſſeſſione exiſtente, liberatur cedendo actiones 25.25.
Dominis promiſſionem infeudationis anteqnam beneficium ſibi aperiatur revocare num poſſit 27.conſ.Thoming.n.31.& 32.
Dominus qui alicui feudum ſi vacaverit, promiſit non facta traditione tenetur ad intereſſe 27.conſ.colleg.Francoſ.n.17.& 18.
Dominus qui rei tradendæ facultatem non habet, regulariter tenetur præſtare id quod intereſt 29.18. 29.2.
Dominus de feudo viventis duos inveſtiens an ſecundo de evictione teneatur 29.3.4.5.& 6.
Dominus natura imperfecto in præjudicium agnatorum an rectè gratiam faciat 32.10.
Dominus in præjudicium agnatorum non poteſt inveſtire filios 34.39.
Dominus feudo ſibi aperto infeudationem defuncti an approbare teneatur 44.7.8.& 9.
Dominus feudum ſibi apertum in uſus ſuos poteſt convertere 44.11.
Dominus ſuperior an & quatenus teneatur ratam habere ſubinfeudationem 44.27.28. & 29.
Dominus inferior quando cum ſuperiore habeat poteſtatem concurrentem 45.14.& 15.
Dominus poteſt expellere vaſallum ob recuſatam editionem tituli 46.9.
Dominus quemlibet hæredum ad juramentum ſe offerentem admittere debet 47.14.
Dominus tenetur concedere feudum ita ut fuit dari ſolitum 47.55.
Dominus cenſentiens obligationi feudi eo ſibi aperto tenetur 48.14.
Dominus conſentiens cenſetur voluiſſe quod jus diſponit 48.22. 49.27.
Dominus cenſentiens cenſetur cogitaſſe de caſu feudi ad ſe reverſuri 48.24.
Dom. conſentiendo quomodo obligetur 48.29.
Dominus contumax proprietatem feudi citra ullam recuperationẽ an amittat 50.17.50.45.
Domini ſuperioris nihil intereſt licet ſubvaſallus jus ſuum in alium transferat 45.20.
Domino invito vaſallus obtrudendus non eſt 44.12.13.(14.& 15.
Dominium ſine traditione non transfertur 29.
Dominium abſorbet poſſeſſionis cauſam 39.25.
Dominium ſemel quæſitum eſt perpetuum 35.9.
Dominium quale ſit apud ſubinfeudantẽ 45.22.
Dominium præſcriptione quæſitum auferri alicui invito non debet. 8.50.
Dominium ſæpe revocabiliter quæritur 8.69.
Donatio profectitia à patre revocari poteſt 4.34.
Donatio in tertium ſub futuro eventu collata quando revocari poſſit 20.19.
in Donatario fraudis ſcientia non requiritur 29.30.
Dos eſt proprium patrimonium filiæ 4.17.
Dos eſt inſtar alimentorum 37.4.
Dos reputatur pro onere feudi. 37.5.

Dos minor legitima de conſuetudine an & quare conſtitui poſſit 37.17.& 18.
Dos filiæ ſtatuto excluſæ an ſit minor legitima 37.20.21.& 23.
Dos quæ debetur filiæ ex feudo ea nondum maritata defuncta, ad hæredes non transmittitur 37.25.
Dos ſuccedit loco legitimæ 38.32.& 33.
Dotis quantitas ex feudo quæ eſſe debeat 37.10.
Dotis æſtimatio qualiter inſtituenda 37.11.12. cum ſeqq.
Dotis quantitatem dominus feudi æſtimat 37.19.
Dotis quantitas pro ratione legitimæ an conſtituenda 38.41.
Duobus de eodem feudo ſimul inveſtitis is præferendus qui poßidet 20. conſ. Fachſii, n.26. 20.conſ. Modeſtini n.43.
Duo vincula fortius ligant 39.47.
Duo ſpecialia concurrere non debent 43.11.

E.

Ecclesia tutrix & auctrix juſtitiæ abhorret fraudes in contractibus 27.23.
Eccleſia ſi duobus rem vendiderit, prior ſemper præfertur 27.24.
Eccleſiaſticæ perſonæ convenit dictorum factorumq́ conſtantia 29.27.
in Eccleſiaſticis perſonis an locum habeat diſpoſitio, l. quoties C. de rei vend. 29.27.
Ejus quod non eſt nulla poteſt dari portio 38.17.
Electio penes quem ſit ut vel ſumtus meliorationis ſolvat vel ædificium deſtrui ſinat 42.4. 42.7.& 8.
Emens rem alienam ſcienter precium non repetit 10.22. 10.29.
Emphyteuſis, quam quis pro ſe & hæredibus accepit, quatenus cenſeatur hæreditaria 1.49.
Emphyteuſin acquiſitam pro ſe & filiis pater uni filiorum recte prælegat 38.61.
Emphyteuta an teneatur oſtendere titulum 46.4. 46.17.
Emtor ſecundus poſſeſſionem adeptus cur primo anteponatur 29.14.
Epiſcopus vel Prælatus cur ratum teneat id, quod capitulum cum anteceſſore geſſit 27.18.
Epiſcopi vel Prælati an præſentium tantum rerum, non etiam poſt mortem ſuam contingentium adminiſtrationem habeant 27.2. 27.22.
Eventus poſterior formatur ad primordium tituli 34.19.
Evictio locum non habet, quando evincitur feudum, ex propria ipſius natura 10.7.
Evictio ſimiliter locum nō habet in emphyteuſi, quæ uni hæredum in diviſione obvenerat, a[d] dominum devoluta 10.8
Evictio non competit quando res evincitur ex ju[re] re retractus 10.9
Evictionis actio competit illi, qui emit feudu[m] ignorans, eo nimirum revocato 10.1. Lice[t] evictionis mentio facta non ſit 10.[…]
Evictionis ad cauſam quod attinet, jus retra[c]ctus, differt à jure revocandi feudum aliena[]tum 10.3[…]
Evictionem, nominis venditor promittens, qua[]tenus teneatur. 10.10
Evictionem fruſtra petit is, qui ſciens emit re[m] alienam 10.[…]
Evictio quando verbis univerſalibus promiſ[ſa] fuit, ad eam præſtandam feudo revocato a[…] poteſt 10.1[…]
de victione E venditor non tenetur. ſi ex ipſo co[n]tractu deſcendat, & poſt eum celebratu[m] competere incipiat 10.1[…]
in Evictione generaliter promiſſa qui caſus com[]prehendatur 10.1[…]
de Evictione, licet quis non teneatur, precium ta[]men quandoq́ refundere cogitur. 10.2[…]
de Evictione qui non tenetur ex legis diſpoſitio[]ne, neq́ etiam precium reſtituere cogitur 1[0.] 24.
de Evictione quis agere non poteſt feudo revo[]cato, ſi ſciens, feudum eſſe, illud emerit 10.[…] 10.10. niſi de Evictione expreßè actum ſit 1[0.] 17.
de Evictione tenentur feudo revocato hæred[es] venditoris, qui ſe non habere agnatum aſſe[]ruit 10.20
Evictione univerſalibus verbis promiſſa, com[]prehenditur etiam caſus, qui alioqui ex na[]tura rei non veniret 10.19
de Evictione ut agere poſſit emtor, qui ſcien[s] feudum emit, non efficit venditoris ſcienti[a] 10.12.
de Evictione ut expreßè conventum dicatur, ſuf[]ficit hoc ex conjecturis colligi poſſe 10.18
Evicto feudo poſt mortem alienatoris, emtor a[b] hæredibus venditoris precium repetit 10.27
Evicti feudi, quod in diviſione hæredi obveni[t] precium hæres nequit recuperare 10.2[…]
Evicta re, ex jure retractus, non poteſt repe[ti] reſiduum precii, quo carius res compa[rata] fuit 10.26
Evicta re, ex propria ipſius natura precium re[]ſtitui non debet 10.25
Exceptio firmat regulam in caſibus non exce[]ptis 19.70
Exceptio plerumq́ eſt de regula eandemq́ decla[]rat 26.16
Exceptio quatenus regulam extendat ad omne[s] caſus non exceptos. 27.7. 27.28

Exceptio

Exceptionem regulæ ſecundum quid convenire ſufficit 48.36.
Excipiens probare debet 36.16.
Excluſio unius eſt incluſio alterius 32.33.
Excluſus à ſucceſſione patris, admittitur ad bona fratris 36.9.
Exempla regulam quatenus non reſtringant, ſed declarent 39.22.
Ex eo, quod quis hæres eſſe cogitur non ſequitur, quem jure hæreditario ſuccedere 2.33.
Exceptio quando confirmet atq; extendat regulam 13.76.
Exceptio, licet alicui competat, tamen replicatione elidi poteſt. 9.37.
Exceptionem allegans probare tenetur. 8.33.
Excluſio unius non includit aliud, quod aliâ ratione excludebatur 13.76.
Exhæredatus feudum hæreditarium obtinere non poteſt 1.68.
Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur 3.32.
Expreſſum cenſetur tàm quod verbis exprimitur, quàm quod agitur 35.14. 35.22.
Expreſſum lege cenſetur, quod ex ratione colligitur 39.10.
Extenſio admittitur etiam in materia correctoria, quando res reducitur ad jus commune 27.6.
Extenſio per quam jus commune corrigitur non facilè admittenda 43.3. 43.18.
Extrinſecus quæ accedunt, ſi præſertim neceſſaria non ſint ad actum, non facilè præſumuntur 4.64.

F.

FActum alterius alteri non præjudicat 20. conſ. Modeſt. n. 17.
Factum comprehendit etiam non factum ibid. n. 34.
Familiæ conſervandæ gratia pater liberos legitima defraudare non poteſt 38.75.
Favores ampliandi odia reſtringenda 36.20.
Fœmina à domino inveſtita licet deinde monialis facta eſt, in feudo ſuccedit 33.28.
Fœmina acquirens feudum cenſetur ſe conformaſſe cum jure feudali 34.15. 34.25.
Fœmina quatenus ex feudi natura cenſeatur eſſe excluſa à feudo 34. n. 35. 36. 37. & 38.
Fœmina excluſa ſtatuto extantibus maſculis, perpetuò eſt excluſa 36.4.
Fœmina ſemel excluſa propter maſculum, an perpetuò ſit excluſa 36.1. & 2. 36.5. 36.29. 36.35.
Fœminam propter maſculum ſemel excluſam amplius non admitti nuſquam jure cautum 36.12.
Fœminæ regulariter in feudo non ſuccedunt, & quare 34.1.
Fœminæ bello aſſvetæ an in feudis ſuccedant 34.3.
Fœminæ an ſuccedant in feudo emto 34.8.
Fœminæ in feudo fœmineo quandò ſuccedunt 34.12. 34.28.
Fœminæ pluribus de cauſis à feudis excluduntur 34.31. 34.34.
Fœminæ in feudis ex pacto ſuccedentes deficientibus demum maſculis admittuntur 35.1. & 2. 35.12. 35.15. 35.27.
Fœminæ quando ſimul cum maſculis in feudo ſuccedant 35.28. & 29.
Fœmineum feudum dupliciter conſideratur 34.12.
Feudum agnati ſaltem ex inveſtitura anteceſſorum conſequuntur 2.27.
Feudum agnato remotiori venditum non niſi intra annum recuperari poteſt 8.12. Sed hoc reprobato contrarium firmatur 8.31.
Feudum alienatum in proximiorem, hoc ante venditorem mortuo, is qui mortis tempore proximior eſt, revocare poteſt 6.43.
Feudum bonis publicatis ad fiſcum non tranſit 15.7. Et quibus in delictu hoc procedat 15.8.
Feudum cenſetur vaſallo ad vitam ſolum conceſſum 4.18. Declaratur 4.73.
Feudum qua lege cenſeatur conceſſum 15.22. & 23. 15.35. 15.49.
Feudum conceſſum hæredibus feudalibus ex corpore legitimè deſcendentibus, an ſit feudum ex pacto & providentia, an verò hæreditarium 3.60. 3.65.
Feudum conceſſum hæredibus, hæreditarium dicitur 1.41.
Feudum conceſſum hæredibus quibuscunq; an tranſeat ad fœminas & extraneos hæredes 1.38. & 39.
Feudum conceſſum hæredibus quibuscunq; merè hæreditarium appellatur. 1.49.
Feudum conceſſum hæredibus, quidam mixtum appellarunt. 15.20.
Feudum conditionatum. 1.57.
Feudum cur ob delictum in dominum commiſſum ad ipſum pertineat, & quatenus ratio iſta locum habeat. 15.36.
Feudum ita conceſſum, ut de uno in alium tranſeat, commiſſo in dominum delicto, pertinet ad agnatos, defuncto delinquente 15.44.
Feudum datum patri cenſetur eſſe datum filiis 4.12.
Feudum datum alicui & filiis, cenſetur conceſſum filiis poſt mortem patris 4.28. Idq; pluribus probatur 4.54.
Feudum dicitur hæreditarium, ubicunq; in aliqua conceſſione exprimitur illa dictio (hæredibus.) 3.23.
Feudum ea conditione cenſetur quæſitum deſcendentibus, ſi non fuerit alienatum. 13.56.

Digitized by Google

Feudum etiam hæredibus acquiſitum cenſetur eſſe ex pacto, quando contrahentes de filiis intellexerunt 3.12. Declaratur 3.51.
Feudum eſſe hæreditarium, ex eo non ſequitur, quod quis hæres eſſe cogitur 2.36.
Feudum etſi tranſit ad filium, ut hæredem, ſufficit tamen titulus nominis, cum feudum non ſit propriè de corpore hæreditatis 1.49.
Feudum ex pacto agnatis excluſis, ad Dominum pertinet, ob delictum in perſonam ejus commiſſum 15.31.
Feudum ex pacto cur ſic dictum 1.10.
Feudum ex pacto cur definiatur illud eſſe, quod filiis eſt conceſſum 3.27.
Feudum ex pacto dicitur, licet de filii, in inveſtitura nihil dictum ſit 3.22.
Feudum ex pacto & providentia an conſtituatur ex eo, quod in conceſſione de filiis dictum eſt, an verò ſecundum propriam ipſius naturam ita judicetur 3.22. 1.23.
Feudum ex pacto & providentia, quare variis modis appellatur 1.9.
Feudum ex pacto & providentia quid ſit quid item hæreditarium, & à quibus auctoribus hæc diſtinctio ſit approbata 1.1.
Feudum ex pacto filius obtinere non poteſt, niſi hæres patris 2.35.
Feudum ex pacto non rectè diſtinguitur à feudo ſimpliciter conceſſo 1.16. 2.30.
Feudum ex pacto an ex verbis inveſtituræ ſeparatam naturam recipiat 1.15.
Feudum ex pacto quis non ab ultimo moriente, ſed ex pacto primi acquirentis, obtinere cenſetur 1.25.
Feudum ex pacto rectum & proprium appellatur. Et qua ratione 1.15.
Feudum ex pacto ut conſtituatur, neceſſe non eſt ut, filii propriis nominibus appellentur 1.24.
Feudum ex pacto ut conſtituatur, an ſufficiat de filiis dictum eſſe 3.26. 3.44.
Feudum hæreditarium efficit qualitas hæreditaria, licet de filiis dictum fuerit, .33. 3.43.
Feudum hæredibus maſculis conceſſum habetur pro eo, ac ſi filiis conceſſum eſſet 3.2. Declaratur 3.46.
Feudum hæredibus maſculis conceſſum an ſit hæreditarium 3.39. Et quid ſi eſt conceſſum legitimis hæredibus maſculis 3.40. vel hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus 3.41. vel filiis, & hæredibus maſculis 3.42. 3.22.
Feudum hæredibus maſculis, & ſimili modo conceſſum, eſſe feudum ex pacto & providentia, multi exiſtimarunt 3.1. Hujus opinionis fundamenta 3.2. Refutantur 3.45.
Feudum hæredibus maſculis vel ſimili modo conceſſum non eſt mixtum 3.58.
Feudum hæredibus conceſſum, ad differentiam meri hæreditarii mixtum dicitur, & quomodo hoc intelligendum 1.47.
Feudum hæreditarium an ab eo, qui mediante inventario hæres eſt, revocari poſſit 14.24. 14.43. & 44.
Feudum hæreditarium ad hæredes extraneos non tranſit 14.5.
Feudum hæreditarium ad excluſum à ſucceſſione hæreditatis non devolvitur 14.51.
Feudum hæreditarium admittit, ut quis ſit hæres primi acquirentis, licet non ſit hæres ultimo loco defuncti 1.51.
Feudum hæreditarium an ab hærede revocari poſſit quando alienans poſt mortem nihil in bonis reliquit 14.28. 14.32. 14.47. 14.49. 14.52. *Et quid ſi hæreditas alicui non eſt delata* 14.29. 14.50.
Feudum hæreditarium an ab hærede generaliter revocetur 14.32. 14.52.53. & 54.
Feudum hæreditarium alienans, non cenſetur hæredem defraudare legis beneficio 14.52.
Feudum hæreditarium aſſumit naturam rei hæreditariæ, & illius jure cenſetur 14.35.
Feudum hæreditarium an & quando revocari poſſit 14.2.
Feudum hæreditarium cenſetur quis capere ex pacto anteceſſorum 14.10. *declaratur* 14.41.
Feudum hæreditarium cur longius recedat à propria natura feudi 1.90.
Feudum hæreditarium an rectè appelletur ex pacto & providentia 1.12. & 1[illegible]
Feudum hæreditarium exhæredatus obtinere poteſt 1.58.
Feudum hæreditarium extra id quod hæres quis eſſe cogitur propriam naturam retinet 14.4. *Declaratur* 14.37. 14.4[illegible]
Feudum hæreditarium generaliter revocari non poſſe, cur plerique exiſtimaverint 14.35.
Feudum hæreditarium imputatur in legitimam 1.64.
Feudum hæreditarium juri feudorum non fuit cognitum 1.12.
Feudum hæreditarium, licet quis ex pacto anteceſſorum obtineat, nihilominus tamen factum defuncti præſtare tenetur 14.10. 14.41
Feudum hæreditarium non dicitur, eo reſpectu quod quis cenſetur hæredibus proſpexiſſe 1.93.
Feudum hæreditarium non ex eo dicitur, quod quis hæres eſſe cogitur 1.92. *nec ex eo, quia de filiis dictum non ſit* 1.[illegible]
Feudum hæreditarium non venit ſimpliciter

in petitione hæreditatis, neq; in reſtitutione fideicommiſſi.14.7. Contra 14.39.
Feudum hæreditarium obtinere is non poteſt, qui eſt excluſus à ſucceſſione hæreditatis. 14.51.
Feudum hæreditarium præterquam, quod hæres quis eſſe cogitur, in cæteris propriam naturam retinet. 14.4. Declaratur hoc 14.37. 14.40. Item 1.49. 1.82.
Feudum hæreditarium propriè dicitur, quod ex verbis inveſtituræ qualitatum hæreditariam accipit 1.37.
Feudum hæreditarium quandoq; dicitur ad differentiam ejus, quod de novo fuit acquiſitum 1.35.
Feudum hæreditarium quatenus cenſeatur conjunctum hæreditati 1.69.
Feudum hæreditarium quatenus naturam ſuam immutet, & quatenus eam conſervet 1.97.
Feudum hæreditarium an quis obtinere poſſit, quando in bonis hæreditariis nihil eſt reſidui 1.55. 1.74.
Feudum hæreditarium quo reſpectu mixtum appellari poſſit 1.96.
Feudum hæreditarium ut rectè alienetur requirit conſenſum domini contra Cephalum 1.98.
Feudum hæreditarium revocari poſſe, quibus argumentis oſtendatur 14.3. Idem iſtud generaliter revocari non poſſe multos exiſtimaſſe docetur, 14.34. Et hoc ultimum refutata prima opinione defenditur 14.36.
Feudum hæreditarium revocari poteſt, regula l. cum à matre. non obſtante quando hæreditas alicui non eſt delata. 14. 29. Contra 14.50.
Feudum hæreditarium ſeparatur à reliquis rebus hæreditariis ſecundum Ruinum, quod reprobatur 14.25.
Feudum hæreditarium an quis non delata ſibi hæreditate obtinere poſſit 1.54. 1.67.
Feudum hæreditarium ſolum conſtituit proprietas dictionis (hæres) 3.23.
Feudum hæreditarium an tranſeat ad inſtitutum in re certa 14.8. 14.39.
Feudum hæreditarium vairis non modis dicitur 1.31.
Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis 1.62.
Feudum hæreditarium unà cum fidei commiſſo univerſali tranſit 1.63.
Feudum hæreditarium ut obtineatur, ſufficit quem in re certa ſaltem eſſe, inſtitutum, non univerſalem hæredem 1.52. Contra 1.46.
Feudum hæreditarium, utrum jure Saxonico alienari poſſit, in præjudicium agnatorum vel filiorum 14.55.
Feudum hoc modo conceſſum quidam putarunt eſſe mixtum, & quibus rationibus 3.18. Sed hæc opinio refutatur. 3.58.
Feudum judicandum eſt pro feudo ex pacto, quando ratione adjuncti apparet, contrahentes hoc ſenſiſſe. 3. 10. Declaratur. 3.50.
Feudum licet ſolum ad maſculos transeat, hoc tamen qualitati hæreditariæ non obſtat 1.48. 1.94.
Feudum merè hæreditarium, in præjudicium ſucceſſorum alienari poteſt 14.1.
Feudum non ex eo dicitur hæreditarium, quod quis ex diſpoſitione c.1. An agnatus vel filius, hæres eſſe cogatur 1.80.
Feudum non pleno jure pertinet ad vaſallum 13.42.
Feudum non propterea dicitur hæreditarium, quia de filiis non ſit dictum 1.95.
Feudum novum quid ſit, & quemadmodum differat à paterno 4.2.
Feudum novum æquiparatur feudo hæreditario 4.42.
Feudum ullum an ſecundum juris feudalis rationem hæreditarium rectè dicatur 1.99.
Feudum ob delictum in dominum commiſſum an excluſis agnatis Domino aperitur 15.20. 15.24. 15.27.
Feudum ob delictum domino apertum, apud dominum tàmdiu manet, quàmdiu filii delinquentis ſunt ſuperſtites 15.51. 16.24.
Feudum ob culpam amiſſum ſuperſtite delinquente ad dominum, illo defuncto ad agnatos devolvitur 15.32.
Feudum ob non petitam inveſtituram amiſſum, an ad agnatos, an vero ad Dominum devolvatur 18.2.3.& 7.
Feudum ob non petitam inveſtituram cur defuncto vaſallo ad agnatos devolvatur 18.8.
Feudum olim uſq; ad medietatem ſine conſenſu alienari poterat, hodie ſecus 17.2.
Feudum pacto aliqua ex parte immutatum, in reliquis naturam feudi retinet 1.97.
Feudum paternum quid ſit 4.3.
Feudum paternum differt ab antiquo 5.1.
Feudum propter dictionem (hæredibus) an efficiatur hæreditarium 1.42. 1.44.
Feudum propter ſervitia inde præſtanda novo onere prægravari non debet 6.69.
Feudum pro ſe & hæredibus acceptum non eſſe ſimpliciter hæreditarium, ſed quiddam mixtum, ut extra qualitatem quod filius cogatur eſſe hæres, retineat omnes qualitates feudi ex pacto 1.57. cum ſeqq. 3.20.

Feudum qua ratione dicatur hæreditarium ex eo, quod quis cenſetur id hæredibus ſuis acquiſiviſſe 1.34. 1.79.

Feudum ſine conſenſu domini agnatis etiam remotioribus vendi poteſt 6. 19. *Declaratur* 6.28.

Feudum ſimpliciter acceptum, etiam pro hæredibus acquiſitum cenſetur 1.78.

Feudum tàm filiis quàm hæredibus conceſſum, cur potius pro hæreditario quam ex pacto, reputandum ſit 3.28. 3.57.

Feudum tanquam jus cohærens perſonæ æquiparatur uſufructui 14.17.

Feudum volens obtinere filius, eum honorem viciſſim debet parenti, ut ſimul etiam paternam hæreditatem adeat 2. 27.

Feudum uni ex multis agnatis conceſſum reliqui pro parte ipſorum revocare poſſunt 7.27.

Feudum utrum agnato remotiori, an vero extraneo venditum fuerit in c. Titius. nihil intereſt. 5. 25.

Feudum hæreditarium unde dictum, ratio concluſiva 1.90.

Feudi hæreditarii cauſa pater teſtari poteſt 1.61.

Feudi antiqui emtio periculoſa 6.40.

Feudi hæreditarii cur hæres eſſe cogatur agnatus 2.20.

Feudi hæreditarii ea eſt natura, ut quis in ipſo feudo hæres eſſe cogatur 1.70.

Feudi hæreditarii & ex pacto & providentia diſtinctio non jure feudali, ſed ab interpretibus eſt adinventa 2.23.

Feudi hæreditarii diſpoſitionem pro libito vaſallus non habet 14. 6.

Feudi hereditarii materiam cur interpretes tam variè tractuerint 1. 65.

Feudi hæreditarii natura quæ ſit 2.32.

Feudi hæreditarii natura adverſatur diſpoſitioni tit. An agnatus vel filius 2.22.

de Feudi hæreditarii revocatione, quid ſit ſecundum ipſum jus feudale ſtatuendum, remotis interpretum opinionibus 14.54.

Feudi hæreditarii ſucceſſio fit jure hæreditario 2.34.

Feudi hæreditarii ſucceſſio potius conſideratur ex qualitate hæreditaria quàm ex propria feudi natura 14.37.

Feudi hæreditarii natura quatenus immutata cenſeatur 14.40.

Feudi hæreditarii ſucceſſor factum defuncti præſtat, etiam confecto inventario 14. 43.

Feudi hæreditarii ſucceſſorem an ſufficiat eſſe hæredem primi acquirentis licet non ultimi 14. 26. 14. 45. 14. 46.

Feudi hæreditarii tàm agnatos quàm filius hæres eſſe cogitur 1. 65. *etiam univerſ[...]* 1.66.

Feudi ex pacto ea eſt natura, ut alter alteri præjudicare non poſſit 1.30.

Feudi ex pacto & providentia effectus qui ſint 1.25.

Feudi natura pactis inveſtituræ inſertis immutatur 1. 90.

Feudi ſucceſſoribus competit utilis rei vendicatio 1.29.

Feudo ex pacto conveniunt omnia, quæ de proprio feudo, jure feudali diſpoſita reperiuntur 2. 23.

Feudo hæreditario nullam qualitatem hæreditariam tribuentes refragantur communi diſtinctioni 1.89.

Feudo addita qualitas ipſius mutat naturam 1.57.

de Feudo hæreditario contrariæ opiniones 1. 57.

in Feudo hæreditario quatenus cenſeatur immutata natura feudi, & hæreditariæ qualitati inhæret, facto defuncti contraveniri non poſſe 14.40.

in Feudo hæreditario, quis ſuccedit, tanquam hæres primi acquirentis 14.11. *Declaratur* 14. 42. 14.25. 14.45. & 46.

in Feudo hæreditario inventarium hæredi an proſit 1.73.

in Feudo hæreditario, ſucceditur jure hæreditario 2.34.

in Feudo ob culpam amittendo, non curatur, utrum in poteſtate vaſalli ſitum ſit, agnatos jure ſuo defraudare 17.6.

Feuda agnatis conſentientibus, ſine periculo firmiter alienari poſſunt 7.63.

Feuda ad omnes filios æqualiter pertinere debent 4. 8. *Declaratur* 4 6[illegible].

Feuda ad conſervandum honorem familiæ quæſita cenſentur 13. 17. *Declaratur* 13.[illegible]3.

Feuda commercio hominum eximi non debent 13.60.

Feuda cenſentur data filiis contemplatione patris 4.41.

Feuda conceſſa de uno ad alium an differant à feudo ex pacto 16 30.

Feuda ex pacto cenſentur ſubjacere reſtitutioni de uno in alium 1.28.

Feuda ex pacto non ſolum dicuntur ea quæ [illegible]eris ſive filiis conceduntur: Sed regulariter omnia, in quibus de hæredibus non eſt dictum. 1. 17. *Utputa conceſſum alicui & deſcendentibus* 1.18. *Item generi ſive poſteris* 1. 19. *Item ſibi atq; proli* 1.20. *Item in cunctam generationem* 1.21. *Item pro ſe & ſuis* 1.22.

Feuda

Feuda ex pacto quilibet ſucceſſor proprio jure obtinere cenſetur 1.26.
Feuda filii cenſentur conſequi beneficio patris 2.27.
Feuda Germaniæ plerunque ſunt hæreditaria 3.59.
Feuda hæreditaria quandoque dicuntur ad differentiam conceſſionis perſonalis 1.33.
Feuda in dubio an judicentur hæreditaria, an verò ex pacto 1.56. 1.75.
Feuda in infinitum tranſeunt in deſcendente 56.39.
Feuda in honorem familiæ & ejus conſervationem regulariter acquiruntur 1.106. 14.18.
Feuda, in foro Saxonico cur potius pro hæreditariis, quàm pro feudis ex pacto aſſerenda ſint. 3.71.
Feuda in quorum conceſſione nomina propria filiorum fuerunt expreſſa, an ad filios principaliter pertineant, ut his delictum patris non obſit 16.31. *Et quid juris ſit in feudo conceſſo generi.* 16.32.
Feuda in dubio pro feudis ex pacto ſunt æſtimanda, 3.10. *declaratur.* 3.56.
Feuda intelliguntur ſubjacere reſtitutioni 6.4.
Feuda omnia ſucceſſionis jure devoluta, hæreditaria dici poſſunt 1.36.
Feuda omnia in quibus de hæredibus dictum non eſt, ex pacto & providentia ſunt 1.22.
Feuda omnia regulariter ex pacto dicuntur 1.11.
Feuda olim perſonalia fuerunt 1.32.
Feuda minori tempore non præſcribuntur, quàm ſpacio 30. annorum 8.10.
Feuda ob filiorum merita conceſſa, vel quando de iis principaliter dictum fuit, cenſentur ad eos principaliter pertinere 16.28. & 29.
Feuda omnia cujuscunque formæ, generaliter conſiderata, ex pacto & providentia ſunt 1.13.
Feuda regulariter in præjudicium agnatorum alienari non poſſint 4.1.
Feuda regulariter ad filios & agnatos ratione ſanguinis tranſeunt 3.14.
Feuda ſecundario filiorum eſſe dicuntur 4.24. *Contra* 4.46. & *ſeqq.*
Feuda tot cenſetnur habere perſonas, quot conceſſiones 1.27.
Feuda vaſallis tantum ad vitam cenſentur eſſe conceſſa ad inſtar uſusfructus. 6.3.
Feuda vaſallo ad vitam tantum & qua lege conceſſa 4.18.
Feudorum diverſæ ſpecies conſtituuntur ex diverſis verbis inveſtiturarum 1.5.
Feudorum diſtinctio inter hæreditarium, & ex pacto ac providentia, nullo jure feudali probatur, ſed ab interpretibus inventa eſt à Pileo nimirum & Bulgaro 1.2.
Feudorum diſtinctionem interpretes ex inveſtitura deſumunt 1. *in pr.*
Feudorum natura, potiſſimum ex verbis inveſtituræ conſideratur 1.3.
Feudorum proprium eſt, ne in præjudicium agnatorum vel filiorum alienari queant 14.9.
Feudum paternum quod dicatur 1.15.
Feudum novum jure Saxonico ab antiquo quò ad præjudicium ſucceſſorum non differt 20.16.
Feudum novum an & quare ſine conſenſu agnatorum rectè alienetur 20. *conſil. Fachſii n.* 10. & 11.
in Feudo novo non ſuccedunt agnati 20. *conſil. Fachſii n.* 12.
Feudum paternum & novum an jure Saxonico differant ibid. n. 13.
Feudum acquirens pro ſe & hæredibus an videatur ſpectaſſe tempus mortis 22.19. 22.21.
Feudum novum contemplatione filiorum quæſitum ipſis ſine facto eorum auferri non poteſt 20.15.
Feudum propius accedit ad naturam contractus quam privilegii 29.24.
Feudum paternum quandoque dicitur reſpectu tantum filiorum 32.39.
Feudum regulariter requirit militaria ſervitia 33.25.
Feudum emtum nihilominus eſt & manet feudum 34.8.
Feudum emtum quatenus cenſeatur amittere vel retinere naturam ſuam 34.9. 38.48.
Feudum maſculum ſi ſemel ad fœminas pervenerit, an propterea naturam ſuam immutet 34.11.
Feudum fœmineum quod nam rectè dicatur 34.13.
Feudum licet nullum inde ſervitium præſtetur ſuam naturam retinet 34.30.
Feudum pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis acquirens quid ſenſiſſe cenſeatur 36.18.
Feudum antiquum an & quatenus filiis imputetur in legitimam 38.1. & 3.
Feudum novum ex pacto & providentia an imputetur in legitimam 38.4.
Feudum dotis nomine non eſt tacitè obligatum 37.7.
Feudum hæreditarium reliquis bonis hæreditariis quatenus annumerandum 38.35.
Feudum imputari in legitimam & inde deberi legitimam diverſa ſunt 38.36.
Feudum meliorationis nomine retineri poteſt ab hæredibus 42.30. *cum ſeqq.*

Feudum an & quare ſine conſenſu domini alii in feudum concedi poſſit 44. 1. & 2. 44.30.

Feudum ligium quod dicatur 47.45.

Feudum oppignoratum cum conſenſu domini poteſt ſine novo conſenſu ſubhaſtari 49. 26.

Feudi ſucceſſio non ſemper à primo acquirente ſed plerumque à ſtirpis proximitate pendet 19.25.

Feudi ſucceſſio ſine culpa nemini extorquenda 19.54.

Feudi paterni alienatio durat ad vitam alienantis 20.conſ.Fachſ.n.9.

Feudi jure cenſetur id quod in recompenſationem feudi datur 27. conſil. Thomingii num 8.

Feudi dominus tenetur ad id quod intereſt quando feudum promiſſum tradere non poteſt ibid.n. 18.

Feudi ſucceſſio fit ex contractu inveſtituræ 41. conſ.Colleg.Ingolſt.n.12.

Feudi natura pactis & conſuetudine regulariter mutatur ibid.n.37.

Feudo ſine culpa nemo privandus 20. conſ. Modeſt.n.8.

Feudo alicui & hæredibus utriusque ſexus conceſſo, quomodo fœminæ admittantur 21.12.

Feudo acquirendo cur potius obſtet vitium accidentale quam feudo jam quæſito 32. 22.

Feudo pro ſe & hæredibus utriusque ſexus acquiſito an fœmina ſimul cum maſculo ſuccedat 35.16.

Feudo pro ſe & hæredibus maſculis & fœminis impetrato fœmina non niſi maſculis deficientibus ſuccedunt 35.20.

in Feudo hæreditario pater filio quando obſit 38.14.

in Feudo quod quis ſuccedit eſt juris poſitivi 41. conſ.Colleg.Ingolſt.n.41.

Feuda à conſuetudine maximè dependent 19. 82.

Feuda dependent à beneficio primo concedentis 19.84.

Feuda ob ſervitia vaſallis conceduntur 32.4.

Feuda in quem finem vaſallis conceſſa 32. 23.

Feuda ex patrimonio domini adinventa ſunt 38.7.

Feuda hæreditaria ſunt de corpore hæreditatis 38.28.

Feuda regulariter ad maſculos pertinent excluſis filiabus 39.12.

Feuda omnia proveniunt ex providentia principis 46.5.

Feudale jus quatenus cenſeatur rigoroſũ 38.

Feudorum initia, progreſſus & incrementa n.1.2.3.4.

Feudorum naturæ pactis contrahentium de[...] gatur 39.

Feudorum origo olim ſucceſſionem nullam [...] buit 41. conſil.Colleg. Ingolſtad.n.11.

in Feudis pro arbitrio domini primum conced[...] tis ſucceditur 19.[...]

in Feudis an precium loco rei ſuccedat 27.con[...] Thoming.n.9.

in Feudis principium & prima radix conſi[...] randa 34.11. 3[...]

in Feudis quomodo ex pacto primi acquire[...] ſuccedatur 30[...]

de Feudis in præjudicium domini non conſenti[...] tis nihil recte diſponitur 36.

Feudale jus inter agnatum & filium differ[...] tiam conſtituit 1.[...]

Feudali jure filius, nullo hæreditario jure ſuc[...] dens hæres nominatur 1.[...]

Feudalia non requirunt exactam rationem, [...] uſum & conſuetudinem 2.[...]

Feudalium partitionum nulla eſt difficilio[...] quam illa, qua hæreditarium feudum ab [...] quod ex pacto & providentia appellatur, [...] ſtinguitur 1.in pr.

Feudalis juris utpote conſuetudine introd[...] ratio non anxiè inveſtiganda 19.[...]

in Feudali materia à ſimili arguere licet 20.[...]

Feudalia non præſumuntur bona ſita in terri[...] rio domini feudi 40.[...]

Feudiſtas inſipientes & impudentes vocat [...] merarius 1.78.&[...]

Fictio operatur idem in caſu ficto, quod veri[...] in caſu vero 41.

Fieri aliquid non poſſe dicitur, quod nihilomi[...] ſolutione ejus quod intereſt, permittitur 36.

Fidem fragenti fides ſervanda non eſt 24[...]

Fidejuſſor non in omnem caſum intercedens id quod intereſt an teneatur 49.5. 49.[...] 49.30.

Filius cenſetur eadem perſona cum patre 5[...]

Filius confecto inventario, an de feudo præſt[...] aliquid teneatur 2.43. 2.[...]

Filius cur feudum revocare poſſit, cum tam[...] hæres patris eſſe cogatur 13.[...]

Filius cur ſuccedens in hæreditario feudo, ma[...] teneatur præſtare factum defuncti, qu[...] quando hæres eſt ex titul. An agnatus, & 13.28.

Filius defuncto patre feudum non acquirit, [...] jam ante quæſitum capit. 13.[...]

Filius exhæredatus, vel in certa re inſtitutu[...] vel vivo patre hæreditati renuntians, fe[...] dum hæreditarium revocat 14.[...]

Fili[...]

Filius etiam vivo patre, refuſo tamen precio, feudum alienatum an revocare poſſit 14. 18. 13.33. 13.19.
Filius etſi inventarium confecerit, non tamen poteſt impugnare diſpoſitionem paternam de feudo novo 4.79.
Filius feudum contemplatione patris & ejus beneficio conſequi cenſetur, non autem beneficio majorum 16.21.& 22.
Filius feudum ex pacto obtinere non poteſt, niſi ſit hæres patris 2.38.
Filius feudum non tàm à patre quàm à Domino accipere cenſetur 4.20. 4.73.
Filius hæres etiam ſine inventario revocare poteſt feudum 13. 26. præſertim quando nihil ultra legitimam illi eſt relictum 13.27.
Filius hæres eſſe non cogitur hæreditate ſibi non delata 2.40. Idq; multis modis contingere poteſt 2. 41. Et quid ſi nihil de bonis hæreditariis fuerit reſiduum 2. 42.
Filius hæres patris tenetur etiam ſatis facere creditoribus de fructibus feudi ex pacto 2. 39.
Filius ideo cogitur adire hæreditatem, ne pater injuria afficiatur, cujus honorem obnixius debet defendere, quàm extraneus 2.46.
Filius licet ſuccedat juxta c.1. An agnatus vel filius: tamen hæres eſt ſolum in bonis allodialibus, non in feudo, tanquam ſeparata qualitate à feudo 2.9.
Filius neceſſe habet, ut ſit hæres patris ſui, ultimo loco defuncti 2. 17.
Filius præteritus feudum hæreditarium an revocare poſſit 14.30. 14 51.
Filius propter dictionem (hæres) in inveſtitura uſurpatam, an cogatur eſſe hæres in feudo hæreditario 2.3.
Filius proximus eſt agnatus, & primam cauſam habet in ſucceſſione 13.6. 13.63.
Filius una perſona eſt cum patre 2.46.
Filius vivente patre cenſetur Dominus feudi, & inveſtitus cum patre 13. 11. 13.68.
Filius utrum jure Saxonico poſſit revocare feudum alienatum 13.78.
Filio conſenſus patris obeſt in feudo, etſi hæres non fuerit 7.56.
Filio non obeſt, quod ſperans hæreditatem ab inteſtato, noluit hæres inſtitui 7.7.
Filium feudum à patre alienatum revocare poſſe, an jure feudali cautum reperiatur 4. 50.
Filii ab agnatis plerunq; diſtingvuntur in feudis 4.49.
Filii ad feudum, ſine conſenſu Domini alienatum pervenire nullo modo poſſunt 17.16.
Filii annuo ſpacio à jure revocandi non excluduntur, licet ſecus ſit in agnatis, ſecundùm Schurffium 5.31.
Filii bona à parentibus vendita jure proprio vindicare poſſunt 13.4. Declaratur 13.70.
Filii an ſecundùm Jaſo. cenſeantur feudum mortis cauſa capere à Domino 4.31. 4.60.
Filii cenſentur feuda conſequi bneficio patris 2.27.
Filii cur magis, quàm agnati teneantur eſſe hæredes in feudo ex pacto 2.25.
Filii vel agnati in feudo mixto factum defuncti præſtare debent 3.58.
Filii jure feudorum non veniunt nomine agnatorum 13.46. 13.60.
Filii jure feudali diſertè diſtingvuntur ab agnatis, & deteriore loco conſtituuntur 13.51.
Filii an magis poſſint revocare feudum vivo patre quàm agnati 11.4. 11.10. 11.20.
Filii cum feudum revocare non poſſint, cur tamen domino obſtent, quò minùs feudum ad iſum perveniat 4.68.
Filii in feudo novo ſuccedunt excluſis agnatis 4.4.
Filii in jure feudali plerunq; hæredes appellantur 4. 47.
Filii in revocando feudo alienato potiores ſunt Domino 4. 14.
Filii in revocandi jure, cur potiores ſint agnatis 13. 7. Contra 13.63.
Filii in materia feudali hæredes patris dicuntur 13.50.
Filii intra quartum temporis ſpacium feuda revocare poſſint 13.29.
Filii an debeant eſſe deterioris conditionis in feudo quàm agnati 4.11. 4.67.
Filii licet nominatim expreſſi fuerint in inveſtitura, non tamen propterea feudum ipſorum contemplatione conceſſum eſſe videtur 4. 89.
Filii an perinde, ut agnati feudum à patre alienatum revocare poſſint 13.1. 13.33.
Filii majorem habent affectionem erga bona paterna quàm agnati 11. 10.
Filiorum contemplatione feuda conceſſa eſſe, quibus conjecturis deprehendatur 4.90.
Filiorum jus in feudis, dependet à jure patris ipſorum 7.54.
Filiorum nuſquam jure feudali fit mentio, ubi de revocandi jure agitur, ſed agnatorum tantùm 4. 48.
Filiorum ſemper ab agnatis ſeparata ſolet haberi ratio, de jure feudorum 13.45.
Filiis annuum tempus etiam patre vivente an currat 13.38.
Filiis cenſetur jus quæſitum revocabiliter 4.16.
Filiis ex ſtipulatione patris acquirentis feudum, jus quæritur ibid. Declaratur 4.54. 4.70.
Filiis extantibus, agnatus duntaxat ex jure προτιμήσεως feudum precio reddito, recuperare poteſt, & quæ ſit hujus rei ratio 5.18.
Filiis feuda redimentibus, patres ipſorum cur ægrè ferre non debeant 13. 22.

Filiis delictum patris non obeſt in feudis ipſis principaliter quæſitis 16.27.
Filiis neq; ſecundum juris civilis rationes revocandi facultas competit 13.37.
Filiis in feudis quale jus competat 4.51.
Filiis in feudo, anteceſſorum pacto, jus an quæſitum ſit 16.15. 16.22.
Filiis non extantibus, cur feudum citius recuperari poſſit, quàm illis extantibus 5.15.
Filiis propter jus ex contractu Domini & vaſalli quæſitum, jus revocandi non competit 4.54.
Filiis tùm demùm cenſetur jus quæſitum in feudo, quando iſtud in eodem ſtatu manet 4.57.
Filiis vaſalli culpam obeſſe, non autem agnatis 4.48.
Filios feudum à patre alienatum revocare poſſe, nullo jure cavetur 13.34.
Filios revocare feudum non poſſe, conſtitutione ſanciendum eſt 13.77.
Filia ſtatuto excluſa à ſucceſſione an legitimum rectè petat 38.31. 38.40.
Filiæ in feudo fœmineo non ſuccedunt 34.14.
Filiæ in feudo an ſuccedant, & an ex ea legitimam rectè petant 38.45. 38.47.
Filiæ vel fœminæ in feudo non ſuccedunt, & quare 38.46. 38.48.
Filiæ cur magis de feudo emto legitimam petere poſſint quàm de reliquis feudis 38.74.
Filiæ adjudicanda eſt poſſeſſio prædii, de cujus qualitate diſceptatur. Et quid de aliis fœminis 32.8.
Filiæ petenti poſſeſſionem rei feudalis reſiſtit juris præſumtio 39.11.
Filiæ ad adipiſcendam poſſeſſionem feudi poſſeſſione defuncti quando ſe tueri poſſint 39.16.
Filiabus ex feudo dos quando debeatur 37.1.
Filiabus pro dote contra feudi poſſeſſorem quæ actio competat 37.9.
Filiabus querela inofficioſæ donationis contra fratres quando competat 38.69.
Filiabus de jure ſuo non docentibus, an de jure indultum remedium contra agnatum feuda poſſidentem 39.49.
Filius an ratam habere inveſtituram patris factam de feudo ex pacto & providentia teneatur 20.19. & 20.
Filius clerici an ſuccedat in feudo 33.16.
Filii ex inveſtitura à patre impetrata, quale jus conſequantur 22.8.
Filii quatenus cenſeantur capere feudum, tanquam æs alienum 38.83.
Filii in feudo utrum cenſeantur habere titulum oneroſum 38.87.
Filiorum duntaxat & ſimultaneè inveſtitorum, non etiam agnatorum, quò ad ſucceſſionem in jure Saxonico habetur ratio 19.58.
Filiorum appellatione quando nepotes & reliqui deſcendentes comprehendantur 19.94.
Fiſcus non obligatur ex inveſtitura facta de feudo ex pacto 36.22.
Frater conſenſu vel alio facto fratri ſine mandato non præjudicat 20. *conſil. Fachſii, num.* 6.
Frater conſangvineus jure feudorum an & quare unà cum fratre utrinq; conjuncto ſuccedat 43.1. & 2. 43.12. & 13.
Fratres patrueles jure feudali qui dicantur 19.21.
Fratres poſt factam diviſionem jure Saxonico ſine nova inveſtitura ſibi invicem in feudis non ſuccedunt 19.53. 19.57.
poſt Fratres & fratrum filios omnes in capita ad ſucceſſionem admittuntur 22.3.
Fraus non præſumitur niſi probetur 33.2.
Frequentioris uſus ratione appoſita diſpoſitionem non reſtringunt 25.2.
Fruſtra precibus impetratur, quod jure communi conceditur 19.51.
Fundamento deſtructo cætera facilè corruunt 20. *conſil. Modeſtini, num.* 34.
Fundamento deſtructo ea, quæ ſuper eo extructa ſunt, corruunt 2.21. 3.45.

G.

Gedinge juris Saxonici appellatur feudum ſine poſſeſſione 25.34.
Geminatio præciſam mentem diſponentis declarat 3.61. 12.68.
Geminatio verborum quid operetur 19.67.
Geminata verba extenſionem non recipiunt 12.69.
Geminata verba propriè intelligenda 19.68.
Generale vocabulum non comprehendit id, quod diſponens ſeparatim conſideravit 13.47.
Generalis diſpoſitionis effectus, qui ſit 20. *conſil. Modeſtini, num.* 10.
Generalitas verborum quid operetur 19.62.
in Generali ſermone perſona loquentis non comprehenditur 48.9. 48.30.
in Genere tributa filiis, incolumia ejus eſſe debent 13.13. 13.69.
Generi quæ debentur, tolli non poſſunt 14.19.
in Genere de aliquo cogitatum fuiſſe ſufficit 45.23.
Geniculi verbo generatio, non etiam ordo graduus denotatur 19.13. & 14.
Gerens negotium abſentis, an & quatenus eum etiam ignorantem obliget 20. *conſil. Fachſii, num.* 5. & 7.
Gloſſæ autoritas claris verbis textus non præferenda 19.76.
Gloſſa c. 25. *col.* 3. Lehnrecht *explicatur* 31.1.
Gratia conceſſa ſuper ſorte non extenditur ad id, quod intereſt 49.8. 49.32.
Gradus ſeptimus in ſucceſſione feudali an excluſivus,

ſivè, vel incluſivè accipiendus ſit 19.39.
Gradus ſucceſſionis jure feudali non fuerunt coarctati 19.23.
Graduum in jure feudali, quomodo inſtituenda computatio 19.7. 19.8. 19.10. 19.19.
Graduum prærogativa in ſucceſſionibus quo jure obſervetur 21.9.
Gravatus reſtituere poſt mortem, alienare non poteſt 14.15.
Guidonis Papæ doctrina declaratur 38.22.

H.

HÆres adiens cum inventario, quatenus teneatur ſuſcipere obligationes defuncti 9.35.
Hæres adiens cum inventario, an teneatur præſtare factum defuncti 9.38.
Hæres adeundo hæreditatem, voluntatem defuncti comprobat 9.5.
Hæres, vocabulum duplicem habet intellectum, unum vulgi, alterum juris civilis 1.109.
Hæres, vocabulum cur in aliis magis, quàm in feudis, qualitatē hæreditariam denotet 1.112.
Hæres dictio, cujus ſit efficaciæ 1.59. 1.94.
Hæres, dictio, in inveſtitura uſurpata, an qualitatem & jus hæreditarium denotet 1.45. 1.59. 1.101.
Hæres, dictio, in materia feudali intelligitur de filiis ſine qualitate hæreditaria 1.43.
Hæres, dictio, quomodo accipienda 1.101.
Hæres, dictio, utrum in jure feudali, an ab homine exprimatur, ingens diſcrimen eſt 2.35.
Hæres dictionis proprietas cauſam præbuit diſtinctioni inter feudum ex pacto & hæreditarium 2.13.
Hæres domini tenetur habere ratum factum anteceſſoris 13.54.
Hæres æquè propriè de hærede ſangvinis, ac de hærede hæreditatis accipitur 1.104.
Hæres & defunctus eadem perſona eſſe cenſentur 9.2.
Hæres etiam ſine inventario non tenetur præſtare factum defuncti, quando tendit ad defraudandum eum beneficio legis 9.41.
Hæres etſi de evictione non teneatur, facto tamen defuncti contravenire nequit 9.7.
Hæres ex qua perſona lucrum capit, ejus factum præſtare debet 9.4.
Hæres eſſe cogitur tàm agnatus, quàm filius in feudo hæreditario 1.65.
Hæres ex teſtamento magis tenetur ſtare voluntati defuncti, quàm ea præſtare, quæ extra teſtamentum geſſit 9.45.
Hæres an impugnare poſſit factū defuncti, quod contra prohibitionem legis ſuſcepit 9.43.
Hæres an rectè impugnet factum defuncti, quod tendit ad eum beneficio legis defraudandum, & quid in feudo hæreditario 14.33. 14.52.
Hæres factum defuncti impugnare non poteſt 9.1.
Hæres factum defuncti, quod per ſe nullum eſt, præſtare non tenetur 4.85.
Hæres in feudo hæreditario factum defuncti præſtare tenetur, etiam confecto inventario 14.43.
Hæres in foro Saxonico etiam ſine inventario, ultra vires hæreditarias non tenetur 2.44.
Hæres licet inventarium confecerit, non tamen debet ſentire lucrum, cum jactura alterius 9.26.
Hæres non cogitur eſſe filius, hæreditate ſibi non delata. Idq; multis modis contingere poteſt 2.40. & 41.
Hæres non debet eſſe melioris conditionis, quàm defunctus 9.3.
Hæres non poteſt revocare alienata à defuncto, licet ea familia relicta, & alienari prohibita fuerint 9.9.
Hæres non poteſt contravenire illis, quæ defunctus in rebus ad ipſum hæredem pertinentibus geſſit 9.8.
Hæres neq; ex propria perſona rem ſuam alienatam à defuncto revocare poteſt 9.10. 9.46.
Hæres patris ſi eſt filius, tenetur etiam creditoribus ſatisfacere de fructibus feudi ex pacto 2.39.
Hæres, quatenus ex hæreditate lucrum capit, eatenus exceptionem patitur, & quomodo hoc intelligendum 9.37.
Hæres quod quis eſſe cogitur, ex eo non ſequitur, feudum eſſe hæreditarium 2.36.
Hæres revocans feudum tenetur de evictione in caſu, quo illa locum habet 9.47.
Hæres ſolum pro portione hæreditaria repræſentat perſonam defuncti 9.13.
Hæres, tantummodo pro portione hæreditaria, tenetur præſtare factum defuncti 9.12.
Hæres tenetur præſtare factum defuncti etiam in rebus ipſius hæredis, ita ut nec ex propria perſona contravenire poſſit 14.21.
Hæres utrum quis ſit ex proprietate dictionis (hæres) an verò ex tit. an agnatus vel filius plurimùm differt 2.33.
Et unde hoc deſcendat 2.35.
Hæredis plurimùm intereſt recuperare rem ſuam à defuncto alienatam, licet tantundem ex hæreditate perceperit 9.30.
Hæredis quoties intereſt rem ſuam à defuncto alienatam recuperare, tùm confecto inventario hoc ei integrum eſt, licet de evictione teneatur 9.34. 9.38.
Hæredem eſſe in ipſo feudo, & eſſe hæredem in bonis allodialibus differunt 2.14.
Hæredem quem eſſe in re certa, ad obtinendum feudum hæreditarium an ſufficiat 1.52. 1.66.
Hæredem quem eſſe primi acquirentis in feudo hæredi-

hæreditario an ſufficiat 1.51. 1.72.
Hæredes dicuntur ſuccedere jure hæreditario, in omni re hæreditaria 1.57.
Hæredes feudales qui dicantur, & quis ſit effectus horum vocabulorum in inveſtitura poſitorum 3.64. 3.66.
Hæredes morientis in multis ſumus, quæ tamen jure hæreditario non capimus 2.9. 2.33.
Hæredes ſecundùm communem uſum loquendi dicuntur deſcendentes, licet non ſint hæredes hæreditatis 3.5. 3.48.
Hæredum ubi facta eſt mentio, cur dictio (filiis) non efficiat feudum ex pacto 3.29.
Hæredibus an verò liberis vel filiis aliquid concedatur, plurimùm differt 1.1. 1.8.
Hæredibus ſuis quis dicitur in dubio proſpexiſſe 1.56.
Hæreditate filio delata, ſi pater nihil in bonis reliquerit, an ex feudo aliquid præſtare cogatur 2.42.
Hæreditaria portio, ſecundùm quam hæres tenetur præſtare factum defuncti, æſtimatur potius ex quota quàm ex valore 9.14.& 15.
Hæreditaria qualitate & ſangvine concurrente, non inconveniens eſt, ut ſangvis reguletur à qualitate hæreditaria 1.48.
Hæres domini in ſimultaneam inveſtituram concedentis eam ratam habere cogitur 20.9.
Hæres domini inveſtientis quem de feudo adhuc viventis, an quare & quo jure teneatur ratam habere inveſtituram 26.1. 26.13.
Hæres eadem perſona cum defuncto 26.12.
Hæres in poſſeſſionem rei hæreditariæ controverſæ immittendus 39.5.
Hæres ut poſſeſſione defuncti ad conſequendam poſſeſſionem ſe tueri poſſit, quæ requirantur 39.15.
Hæres poſſeſſorio adipiſcendæ agens exceptione dominii repellitur 39.25.
Hæres pro parte ab altero hæredum acquiſita denuò jurat 47.13.
Hæredis vocabulum jure feudali non qualitatem hæreditariam, ſed ſucceſſionem feudalem denotat 26.1.
Hæredis appellatione jure feudali qui veniant 34.2.
Hæredi ſuo quilibet cenſetur proſpexiſſe communi & feudali jure 20.8. 36.21.
Hæredes vaſalli an ſinguli jurare teneantur 47.2. 47.9.
Hæredes plures licet jurent, una tamen eſt fidelitas 47.11.
Hæredes non eligunt unum qui ſine mandato juret 47.12.
Hæredes an ſinguli ad ſervitia in ſolidum teneantur 47.15.& 16. 47.18.
Hæredes domini, an eligant unum, cui præſtetur juramentum 47.26.27.& 28.
ex Hæredibus pluribus illi jurandum ad ſpectat jus dominii 4
Hæredibus domini invicem bella gerentibu ſallo quid agendum 4
Hæreditas pertinet ad plures non ut ad un ſos, ſed ut ſingulos
Hypotheca tacita in feudis locum non 37.6.

I.

Jacobi de Ardizone locus declaratur
Jacobi de Belviſo auctoritas quæ fuerit
Jacobi de Belviſo locus declaratur 2.7. 14.49.
Idem de una perſona, in qua plura jura co runt, quod de pluribus judicandum
Idem juris de parte quo ad partem, quod toto quo ad totum 3
Ignorare non debuit is, qui feudum ſciens illud defuncto alienatore, ad agnatos de 10.5.
Ignoranti non currit annus juri [illegible] *retractus deſtinatus*
Ignorantia affectata non excuſat 1
Ignorantia craſſa & ſupina non excuſat 1
Ignorantia regulariter non excuſat, quan lucro conſequendo agitur 12.38. 1
Ignorantia in facto proprio non probabili conſil. Modeſtini, num. 32.
Impedimentum quod obeſt defuncto, etiam ceſſoribus ejus obeſt
Impenſæ voluptuariæ, an ab hærede vaſall peti poſſint 4
Impenſæ factæ gratia colligendorum fruct quatenus repetantur 4
Impenſæ meliorationum non repetuntur propter culpam vaſalli aperto 4
Impenſæ meliorationum in foro Saxonico ſunt repeti 4
Impenſæ ædificiorum jure Saxonico non repe tur 4
Imperfectis à feudo excluſis debentur alim 37.2.
Improbum eſt de bonis viventis eſſe ſolici 27. *conſil. Thomingii, num. 3.*
Improbari non poteſt, quod legis auctoritat ritur, ibid. num. 30.
Incluſio unius non excludit alterum, quod ratione includi poterat 4
Incluſio unius eſt excluſio alterius 19
In conſequentiam multa permittuntur, principaliter non permitterentur 40
Incrementum quod alluvione acceſſit feudo aperto ad dominum tranſit 42
Incrementum alluvionis quam naturam hab 42.50.& 51.
Individua cuilibet hæredum in ſolidum debe 47.21.

Inducta in unum finem non debent operari contrarium 23.11. 26.12. 27. conſil. Thomingii, num. 29.

In dubio quis ſibi & hæredibus ſuis proſpicere voluiſſe cenſetur 1.56.

Inducta ad unum finem non debent operari contrarium 2.42.

Infeudatus cum aliis cenſetur ſuam ſolummodo portionem ad filios voluiſſe tranſmittere 22.10.

Infeudare & infeudationem promittere differunt 27. conſil. Colleg. Francofurt. num. 25.

In individuis omnes tenentur, & unus ſolvit 47.4.

Initio quando reſiſtit lex, magis impeditur effectus 8.53.

In conſequentiam multa fiunt, quæ principaliter fieri non poſſunt 8.54.

Injuriam non facit, qui ſuo jure utitur 4.78.

In juramento quovis ſuperioris excepta eſt autoritas 47.31.

In juramento cenſentur excepta prius jurato promiſſa 47.34.

In juramento fidelitatis cenſetur exceptus dominus antiquior 47.35.

In judicando id tenendum, quod ab aliis prius fuit obſervatum 19.92.

Inofficioſi querela uti licet, etiamſi collatio locum non habeat 28.86.

Inſtrumentum ſigillo domini ſubſignatum regulariter probat 30.9.

Intellectus c. 1. de ſucceſſ. feud. 4.64.

Intellectus c. 1. §. præterea verſ. Item ſi fuerint, quibus mod. feud. amitt. 4.69.

Intellectus omnis, qui non conſonat auribus vulgi, eſt extraneus 3.6. 1.110.

Intellectus c. Titius, ſi de feud. defunct. 20. conſil. Fachſii, num. 17.

Inter dominum & ſimultaneè inveſtitos nulla cadit affectio 21.25.

Intereſſe affectionis in jure conſiderabile 9.32.

Interpretes quæſtionem, utrum pater in feudo novo poſſit præjudicare filiis, admodum confuſè tractârunt 4.5.

Interpretes ſæpè alii alios ſine judicio turmatim ſequuntur, ut aves regales unam prævolantem omnes comitari ſolent 1.86. 5.14.

Interpretes ſæpè feudo ex pacto attribuunt, quæ de feudo hæreditario dicta ſunt 2.47.

Interpretum ſocordia & contrarietas in interpretando c. Titius 11.14.

Interpretum varietas in reſpondendo regulæ, l. cùm a matre, C. de rei vendicat. 14.22.

Interpretum varietas circa materiam feudi hæreditarii unde promanârit 1.81.

Interpretum varietas, circa revocationem feudi hæreditarii in duas claſſes reducitur 14.2.

Interpretatio ea ſemper capienda, per quam jura juribus concordantur 4.84.

Interpretatio ea capienda, per quam juris correctio evitetur 5.40.

Interpretatio ea in odioſis fit, ne diſpoſitio reddatur eluſoria 2.46.

Interpretatio ea ſemper capienda, ne quis indebitè damnum ſentiat 15.39.

Interpretatio non capienda, per quam recta loquendi ratio læditur 5.11.

Interpretatio plenior eſt in ultimis voluntatibus, quàm in contractibus 4.7.

Interpretatio textus c. 1. ſi vaſall. feud priv. 19.9. 19.11. 19.18. 19.34.

Interpretatio textus in c. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. 19.15.

Interpretatio textus in cap. 1. de natura ſucceſſ. feud. 19.16. 19.32.

Interpretatio textus in §. hoc quoq; ſciendum de his qui feudum dar. poſſ. 19.20. 19.24. 19.29. & 30.

Interpretatio articuli 21. juris Saxonici feudalis 19.42. 19.60. 19.75.

Interpretatio cap. 32. juris Saxonici feudalis 19.56.

Interpretatio text. in c. 1. juris Saxonici feudalis 19.88.

Interpretatio optima quæ ex praxi & experientia ſumitur 19.91.

Interpretatio ea capienda, per quam res ad terminos juris antiqui reducatur 21.16. 21.34.

Interpretatio ea capienda, ut abſurdum evitetur, & ne à jure communi recedatur 21.17. 41.20. 41.26.

Interpretatio ita facienda, ut jura juribus concordentur 32.38. 44.25.

Interpretatio ea capienda, quæ voluntati diſponentis ſit conſentanea 36.22.

Interpretatio ea capienda, qua alterius jus minùs læditur 48.6.

Interpretationem habens multiplicem non perfectè cognoſcitur 50.33.

Inventa ad unum effectum contrarium non operantur 2.42.

Inventarium cur inventum 2.45.

Inventarium an efficiat, ne quis in feudo hæreditario factum defuncti præſtare teneatur 1.53. 1.73.

Inventarium efficit, ne actiones hæredis confundantur 9.33.

Item reducit cauſam ad eum ſtatum, ac ſi hæreditas adita non eſſet 9.33.

Inventarium efficit, ut filius hæres feudum revocare poſſit 13.25.

Inventarii effectus qui ſint 9.16. 9.19. 9.21. 14.43.

Inventarium efficit, ne hæres ultra vires hæreditarias hæreditariis oneribus gravetur 1.73.

Digitized by Google

Inventarium hæredem ab omni damno liberat 9.18. 9.29.
Inventarium in favorem hæredum introductum eſt 9.22.
Inventarium, omnia jura integra hæredi conſervat 14.23. *Declaratur* 14.43.
Inventarium quid operetur, ſi bona hæreditaria ſufficiunt 9.25. *Declaratur hoc* 9.34. 9.38.
Inventario confecto, hæres nihilominus onera hæreditaria agnoſcit, quatenus vires hæreditatis ſe extendunt 14.43.
Inventario confecto, conſideratur utilitas & effectus, non merum nomen hæredis 9.20.
Inventario confecto, an filius de feudo aliquid præſtare teneatur 2.43.& 45.
Inventario etiam non confecto, hæres in foro Saxonico ultra vires hæreditarias non tenetur 2.44.
Inveſtitura conſtituit diverſas feudorum ſpecies 1. 5.
Inveſtitura, quando hæredum mentionem facit, potius conſideratur proprietas illius dictionis, quàm propria feudi natura 1.60.
Inveſtituræ tenor vim contractus habet 1.4.
Inveſtituræ tenor, & verborum qualitas antè omnia inſpici debet 1.6e.
Inveſtituræ tenor eſt obſervandus, nec ab eo recedendum 3.35.
Inveſtituræ verba ad lancem ſunt appendenda, & iiſdem natura feudorum immutari poteſt 1.112.
Inveſtituræ verba cum effectu accipienda ſunt 1.7.
Inveſtituræ verba ita accipienda ſunt, ut quoad fieri poteſt, juris communis regulis & naturæ feudorum non derogent 11. 11. 1.112.
Inveſtituræ verba tàm juri, quàm naturæ feudorum derogant 1.4.
ob Inveſtituram non petitam, feudum amiſſum ad filios non transfertur 18.1.
Inveſtituram non petens in dominum delinquere cenſetur 18.4.
in Inveſtitura quando dicitur de hæredibus, potius conſideratur proprietas illius dictionis, quàm propria feudi natura 1.60. 1.91.
Inveſtiturarum formæ, cur in medium allatæ 1.22.
Inveſtiti ſimul re & verbis conjuncti eſſe cenſentur 20. *conſil. Modeſtini, num.*24.
*Inveſtitus de feudo ab alio poſſeſſo, ſine ejus conſenſu ſpem ſuccedendi feudo alienato amittit, ibid. num.*40.
Inveſtitus de feudo ab alio poſſeſſo non habet jus revocandi illud ſi alienatum fuerit, ibid. num. 41.& 45.
Inveſtiti ſecundùm gradus prærogativam, juxta ordinem graduum ſuccedunt 21.3.
Inveſtiti ſub nomine collectivo diverſos gradus comprehendente, an gradatim vocati cenſeantur 21.5.& 6.
Inveſtiti ſimultaneè, an ſecundùm gradus prærogativam ſuccedant 21. 8. 21.27.
Inveſtiti conjunctim, an ordine ſucceſſivo vocati cenſeantur 21.11. 21.28.& 29.
Inveſtiti ſecundùm gradus prærogativam in capita ſuccedunt: Et quid ſi nomine collectivo ſint vocati 22.2.& 4.
Inveſtiti nominibus propriis in partes viriles an & quando vocati cenſeantur 22.6.& 7. 22.12.& 13.
Inveſtiti nomine collectivo, an & quando in ſtirpem ſuccedant & quibus caſibus 22.14. 22.17.& 18. 22.20.
Inveſtitus in caſum mortis alterius evenient[e] conditione feudum vacans rectè occupat 2[…] 26.
Inveſtitus in caſum mortis alterius ſi prius m[o]riatur, an jus ſuum ad hæredes tranſmitta[t] 25.28. 25.32.& 33.
Inveſtitus nihil de jure Saxonico tranſmittit ad hæredes, iis in caſibus quibus ſucceſſor domini non tenetur 25.35.
Inveſtitus ſimultaneè feudum alienatum revocat [2]8.[…]
Inveſtitus de feudo viventis feudum ab ipſo alienatum rectè non revocat [2]8.3.
Inveſtitus de feudo viventis alienato feud[o ...]ur jure domin. ſe tueri nequeat 28.11.
Inveſtitus de feudo viventis eo alienato dominum conſentientem ratione ejus quod intereſt rectè convenit 28.12.& 15.
Inveſtitis duobus de feudo viventis quis præferendus 29.1. 29.7. [2]9.9.
Inveſtitus ſecundò, ſi poſſeſſionem nactus fuerit, an, quando & quare primo præferatur 29.11. 29.20.& 21. 29.26. 29.28.& 29. 29.31.
Inveſtitus ſimultaneè præfertur illi, qui ſecund[ò] de feudo viventis inveſtitus eo defuncto poſſeſſionem nactus eſt 29.35.
Inveſtiti à ducibus nobiles efficiuntur 41. *conſil. Colleg. Ingolſtad. num.*46.
Inveſtitus legitimè præſumitur, qui poſſedit per 30. annos 46.1[…]
Inveſtire & promittere de inveſtiendo differ[unt] 27. *conſil. Thomingii, num.* 36. 3[…]
Inveſtiri quis etiam generaliter poteſt de f[eudo,] quod morte poſſeſſoris primo apertum fuerit 25.36.
Inveſtitura de feudo viventis in caſum mortis ejus facta, poſſeſſoris conſenſum non requirit 20.1.
Inveſtitura facta de feudo vaſalli adhuc viventis in caſum mortis ejus, eſt quiddam a ſimultanea inveſtitura planè ſeparatum 2[…].15.
Inveſtitura etiam inſcio poſſeſſore feudi in caſum mortis

mortis ejus, an tertio rectè concedatur 20. conſil. Fachſii, num. 21.

Inveſtitura inſcio poſſeſſore in caſum mortis ejus impetrata, quid operetur, ibid. num. 22.

Inveſtitura facta in caſum mortis poſſeſſoris alienato feudo expirat, ibid. num. 23.

Inveſtitura de feudo vaſalli adhuc viventis facta, an votum captandæ mortis contineat 25. 2. 25. 4. & 5.

Inveſtitura de feudo viventis cur valeat 25. 5.

Inveſtitura de feudo viventis in quo à pacto votum captandæ mortis continente differat 25. 9.

Inveſtitura de feudo viventis, an eo non conſentiente fieri poſſit 25. 11.

Inveſtitura de feudo viventis purè, an concedi poſſit, & an purè conceſſa ex poſt facto robur accipiat 25. 12. & 13.

Inveſtitura in caſum mortis alterius facta, an magis renovanda, quàm ſimultanea 31. 5. 31. 13.

Inveſtitura ſimultanea fit cum conſenſu poſſeſſoris 20. 2.

Inveſtitura ſimultanea uſu & conſuetudine probata 20. 4.

Inveſtitura ſimultanea, an juri vel communi vel Saxonico incognita 20. 5. 29. 42.

Inveſtitura ſimultanea ſine expreſſo pacto ſuccedendi jus tribuit 20. 6.

Inveſtitura ſimultanea ad hæredes utrinque tranſmittitur 20. 7.

Inveſtitura ſimultanea ſine conſenſu poſſeſſoris impetrata eum de feudo diſponere non prohibet 20. 22.

ex Inveſtitura ſimultanea feudo alienato revocatoria actio competit 20. 25.

Inveſtituræ ſimultaneæ renovatio ſecundùm Conſtitutiones Electorales neceſſaria 20. 32.

Inveſtitura ſimultanea quonam reſpectu diviſione diſſolvatur 20. 35.

Inveſtitura ſimultanea quam vim habeat 20. conſil. Fachſii, num. 19.

Inveſtitura ſimultanea differt ab ea, quæ inſcio poſſeſſore in caſum mortis ejus impetrata eſt, ibid. num 25.

Inveſtitura ſimultanea, quotieſcunq; caſus contigerit, renovanda 20. conſil. Modeſtini, num. 20. & num. 32.

Inveſtitura ſimultanea ſejunctione inveſtiturarum extingvitur, ibid. num. 21. & 26.

Inveſtitura ſimultanea, an reciprocam obligationem inducat, ibid. num. 22.

Inveſtitura ſimultanea ſemel amiſſa recuperari poteſt, ibid. num. 35.

Inveſtitura ſimultanea requirit conſenſum poſſeſſoris, ibid. num. 38. & 45.

Inveſtitura ſimultanea, an novum ſuccedendi ordinem inducat, an verò priſtinum jus conſervet 21. 13.

Inveſtitura ſimultanea, an jus agnationis conſervet 21. 14. 21. 30.

Inveſtitura ſimultanea plura feuda complectens unus & idem contractus reputatur 24. 10.

Inveſtitura ſimultanea non unius facto, ſed utriusq; conſenſu diſſolvitur 24. 12.

Inveſtitura ſimultanea renovari non poteſt, ubi non eſt 27. conſil. Colleg. Francof. num. 24.

Inveſtituræ ſimultaneæ major efficacia quàm ejus quæ inſcio poſſeſſore impetratur 28. 10.

Inveſtitura ſimultanea ſine poſſeſſione conceditur, & abuſiva dicitur 29. 32.

Inveſtituræ ſimultaneæ effectus 29. 35. 36. 37. & 39.

Inveſtituræ ſimultaneæ, & ejus quæ in caſum mortis alterius conceditur, an eadem ſit quò ad renovationem ratio 31. 4.

Inveſtitura abuſiva quale jus tribuat 20. 26. 27. conſil. Colleg. Francofurt. num. 19.

Inveſtitura abuſiva quem effectum habeat 20. conſil. Modeſtini, num. 42.

Inveſtitura abuſiva, an tribuat facultatem apprehendendi poſſeſſionem vacantem 25. 26. & 27.

Inveſtitura abuſiva, an eadem ſit cùm illa, quæ fit de feudo viventis 30. 4.

Inveſtituræ renovationem de jure communi quis petere teneatur 20. 31. 20. conſil. Modeſtini, num. 12.

Inveſtituræ renovatio poſt factam diviſionem neceſſario petenda 20. 33.

Inveſtituræ renovationem dominus, an vaſallo petenti rectè deneget 20. 34.

Inveſtituræ renovatio tertio non præjudicat 20. conſil. Modeſtini, n. 14.

Inveſtitura renovari an debeat etiam ab eo, qui feudum non poſſidet 27. conſil. Thoming. n. 13. 27. conſil. Colleg. Francofurt. n. 9.

Inveſtituræ renovatio quando petenda 27. conſ. Thoming. n. 37.

Inveſtituræ renovatio jure Saxonico quando requiratur 31. 9.

Inveſtituræ tenor non immutandus, 20. conſil. Modeſtini, num. 30. & 13.

Inveſtituræ tenor in materia feudali præſertim in juris Saxonici ſucceſſione potiſſimum attendendus 21. 1.

Inveſtituræ tenor omni naturæ feudorum derogat 21. 2.

Inveſtitura facta ſub conditione non exiſtentium liberorum, an & quando evaneſcat extantibus liberis 20. conſil. Modeſtini, num. 46. & quæſt. 25. num. 17. & 18.

Inveſtitura facta de feudo viventis, ſi is liberos habet, an valeat 25. 19. & 20.

Inveſtituræ petendæ tempus jure Saxonico præfinitum 26. 16.

Digitized by Google

Inveſtituræ mutata etiam jus ſimultaneæ inveſtituræ mutatur 20. conſil. Modeſtini, n. 31.
Inveſtitura facta purè de feudo ab alio poſſeſſo non valet, ibid. num. 39.
Inveſtitura in mortis caſum collata feudo aliam ob cauſam aperto, evaneſcit 25. 37.
Inveſtitura ſub conditione conceſſa (ſi nobis feudum apertum fuerit) an hæredem concedentis obliget 26. 2. 26. 8.
Inveſtituram factam à prælato cum conſenſu Capituli an & quare ſucceſſor ejus ratam habere teneatur 27. conſil. Thomingii, n. 15.
Inveſtitura omni naturæ feudorum derogat, ibidem num. 40.
Inveſtitura de feudo viventis facta poſſeſſoribus nullum detrimentum affert 28. 3.
Inveſtitura de feudo viventis facta feudo alienato expirat 28. 6. & 7.
Inveſtitura ſine traditione jus reale in feudis non tribuit 29. 16. & 17.
Inveſtitura ſine traditione nullum jus in re transfert 29. 33.
Inveſtitura quomodo probetur, & quomodo valeat 30. 1. & 2.
Inveſtitura facta de feudo viventis effectum quando ſortiatur 30. 6.
Inveſtituram impetrare de novo, & eandem renovare, differunt 31. 12.
Inveſtituræ effectus quis 30. 14.
Inveſtitura eandem qualitatem poſſeſſionis transfert in agnatum, quæ fuit penes defunctum 39. 17.
Inveſtitura juſtum præbet titulum poſſeſſionis 39. 43.
Inveſtituræ formam vel legem imponere cuique licet 41. conſil. Colleg. Ingolſtad. num. 50.
Inveſtitura probatur ſpatio 30. annorum 46. 18.
Judex ſuſcipiens alienationem ſuſtinet vices poſſidentis 6. 57.
Jus ad certum tempus limitatum habens poſt illud tempus de re diſponere non poteſt 14. 14.
Jus feudale inter agnatum & filium differentiam conſtituit 1. 111.
Jus noſtrum nobis invitis auferri nequit 6. 20.
Jus retractus etiam in conſentiente locum habet 7. 60.
Jus revocandi à ſuccedendi facultate dependet 6. 63.
Jus revocandi & jus προτιμήσεως plurimum differunt 7. 30.
Jus revocandi, quod vivo & quod defuncto alienatore competit, ex diverſis fontibus deſcendit 8. 18.
Jus ex contractu alterius in futurum eventum tertio quæſitum, voluntate concedentis revocari poteſt 4. 33. Declaratur 4. 60.
Jus feudale ſtrictè interpretandum, neq extra caſus, de quibus loquitur, extendendum 12. 66.
Jus προτιμήσεως, cur minori ſpacio tollatur, quàm jus revocandi, agnatis poſt mortem competens 5. 35.
Jus non plenè quæſitum alicui auferri poteſt 4. 7.
Jus quæſitum tertio ex contractu aliorum ipſo invito tolli non poteſt 4. 22
Jus revocandi à ſuccedendi jure dependet, etiam quando feudum agnato remotiori fuit venditum 8. 34
Jus revocandi feudum quando agnatis competat 7. 59
Jus revocandi ſine precio à ſucceſſione dependet & eatenus competit, quatenus quis ſuccedat 7. 28.
Jus ſine temporis præfinitione conceſſum, regulariter durat ad ſpacium 30 annorum, ut jus adeundi, & hæreditati ſe immiſcendi 8. 35 & 36.
Item jus petendi legitimam 8. 4
Item petitio hæreditatis 8. 5
Item jus annullandi teſtamentum 8. 6
Item jus dicendi contractum nullum 8. 7
Item jus retrahendi rem alienatam 8. 3
Jus ſuccedendi ſpacio duntaxat 30. annorum amittitur, ut apparet ex jure adeundi, & immiſcendi 8. 35. & 36
Jus ſuccedendi tertio, abſq; ipſius facto, quæſitum ab acquirente auferri rurſum poteſt 80.
Jus vaſalli in feudo durare cenſetur, quamdiu atq; hæredes ejus ſuperſtites ſunt 11. 2. Et illud, donec is & hæredes ejus ſuperſtites ſunt alienare poteſt 11. 3. Declaratur 11. 1
Jus vaſalli in feudo filiorum reſpectu, morte ejus non extingvitur, ſed in perſona horum ſuſtinetur 13. 43. 13. 6
Jus idem eſt de toto quod de parte 6. 3
Juri revocandi ſpacio 30. annorum ſolum præſcribitur, feudo vendito extraneo 8. 1. Et quid ſi remotiori agnato venditum fuerit 8. 3
Jure auctoris ſoluto, ſolvitur etiam jus acceptoris 6. 6. 4. 1
Jure προτιμήσεως multis competente partes conſentientium reliquis accreſcunt 7. 2
Jure προτιμήσεως quomodo quis propter lapſum unius anni, excluſus cenſeatur 1. 4
Jure ſuo nemo privandus eſt, niſi lege id exprimatur 8. 3
Jura diverſa ex uno eodemq; fonte promanantia, unica præſcriptione primuntur 8
Jura feudalia revocationem feudi concedentia de paterno ſolum feudo loquuntur. Ex ratione tamen ad novum etiam extenduntur 4. 3
Jura juribus concordanda 2. 3

Jura non ad ea, quæ rarò accidunt, porrigi debent 2. 24.
Jura, quæ diverſis temporibus ſucceſſivè competunt, unius temporis curſu nõ tolluntur 8.22.
Jura, quæ feudum alienatum domino deferunt, quomodo intelligenda 17.7. Et de quo feudo accipienda 17.10. Item reſtringenda ad vitam alienantis 17.14.
Jura ſucceſſivè competentia, uno tempore non tolluntur, neque unum ab altero abſorbetur 12. 48.
Jurium correctio per ſubauditos intellectus non eſt introducenda 5.41.
Judex pœnam lege impoſitam immutare non poteſt 50.35. 50.9.
Juramentum fidelitatis conditionem de poſſibili annexam habet 32 32.
Juramentum fidelitatis, an & quando per procuratorem præſtari poſſit 47.58.& 59.
Juramentum quo reſpectu dicatur individuum 47.3.
Juramentum ultra conſenſum nõ obligat 47.50.
Juramentum quam interpretationem recipiat 47 51.
Juramentum quomodo præſtitum cenſeatur, 47.53.
Juramentum aſſumit qualitates actus, cui adjicitur 47.54.
Jure Saxonico qui in feudo ſuccedant 19.93.
Jure Saxonico nemo ſangvinis jure in feudo ſuccedit præter filium 20. conſil. Modeſtini, numer. 2.
Jure feudali non deciſa ſecundùm jus commune decidenda 19.79. 30.8. 39.23.
Juris communis correctio evitanda 30.8.
Jura non facilè introducunt remedia fruſtratoria 30.11. 31.10.
Jure feudali patri non eſt permiſſum filias legitima defraudare 38.20.
Juris diſpoſitio cum hominis diſpoſitione conjuncta potentior 39. 46.
Jure communi proximiores in gradu ſuccedunt excluſis remotioribus 43.5.& 6.
Juriſdictio aliunde quæſita feudo nondum aperto non devolvitur ad dominum 42.43.
Juriſdictio per ſe ſubſiſtit, & nihil habet commune cum proprietate 42. 44.
Jus ex ſimultanea inveſtitura vaſallo quæſitum ei invito auferri non poteſt 20.11. 20.14.
Jus revocandi feudum illis conceſſum eſt, qui ſuccedunt 20. conſil Modeſtini, num.4.
Jus revocandi feudum ſimul inveſtitis jure Saxonico competit, ibid.num.5.& 7.
Jus commune lege vel conſuetudine expreſſa abrogari poteſt 21.34.
Jus repræſentationis in quibus bonis jure Saxonico locum habeat 23 1. & 3.& 14.
Jus repræſentationis an locum habeat eo caſu, quo graduum computatio conſideratur 23. 2. 23.8.
Jus repræſentationis an in alia etiam diſpoſitione extra ſucceſſionem hæreditariam locum habeat 23. 5.& 6.
Jus repræſentationis cur locum habeat jure Saxonico, de quo tamen nulla inter agnatos in feudalibus ſucceſſio 23.7.
Jus repræſentationis regulariter locum non habet, quando de ſuperſtitibus dictum fuit 23. 13.
Jus repræſentationis ut locum habeat, quæ requirantur 23 15.
Jus repræſentationis in feudis locum habet etjam jure Saxonico 43.2.
Jus repræſentationis in quibus caſibus locum habeat 43.6.
Jus repræſentationis in ſtatutaria ſucceſſione locum habet 43.17.
Jus Saxonicum eatenus obſervandum, quatenus uſu receptum 25.35. 26.18.
Jus nondum planè quæſitum facilius tollitur, quàm perfectè conſtitutum 27. conſil. Thomingii, num.11. 31.6.
Jus Saxonicum circa feuda magis ſimultaneam inveſtituram, quam agnationem conſiderat 27. conſil. Colleg. Francof.n.10.& 23.
Jus vaſallo ſemel quæſitum an ipſi invito auferri debeat 29. 12.
Jus feudale ſtrictè interpretandum 30.8.
Jus commune circa renovationem inveſtituræ non immutatum 31.7.
Jus quærendum facilius tollitur quàm jus quæſitum 40.18. 40.44. 32.42.
Jus feudale conſvetudinarium contraria conſuetudine tolli poteſt 34.41.
Jus ſemel extinctum non amplius reviviſcit 36.3.
Jus feudale ſecundùm jus commune interpretandum 39.31.
Jus commune favorabilius jure ſpeciali 39. 45.
Jus in feudis ex jure civili quæſitum cenſetur 40.17.
Jus penes infeudantem reſidens differt ab eo, quod in ſubvaſallum transfertur 45. 23.
Jus quod plures hæredes domini in vaſallum habent, cenſetur individuum 47.20.
Juſtitiam facere nolle quis dicatur 50.26.

L.

Laici an poſſint aliquid ſtatuere contra libertatem contrahendi matrimonii 41. conſil.Colleg. Ingolſtad.num.1.& 52.
Laici non habent poteſtatem quicquam ſtatuendi de rebus Eccleſiæ, ibid. num. 4.
Legata conditionalia ante diem non tranſmittuntur 25.29.

Leges non judicandæ, ſed ſecundùm eas judicandum 19. 81.

Legis ambiguæ intellectus qui tenendus 50.21.

Legis verbis in dubio inhærendum 19.40.

Legitimam an petat is, qui à ſucceſſione remotus eſt 37. 22.

in Legitimam quæ imputentur 38.51. 38.2.

in Legitimam, quæ imputantur, ſolent conferri 38. 28.

in Legitimam non imputantur, quæ quis ut æs alienum capit 38.84.

in Legitima filiorum in feudo æſtimanda, cur ad precium magis, quàm ad feudum ipſum reſpiciatur 38. 66.

Legitimam non petunt, qui ab inteſtato non ſuccedunt 38.15.

Legitima dicitur portio ejus, in quo quis ab inteſtato ſucceſſurus eſt 38.16.

Legitima à filiis non petitur, cùm feudum ad ſolum primogenitum pertinet 38.19.

Legitimam petere prohibitis non eſt conferendum 38.20.

Legitima filiabus ex feudis an debeatur 38.15. 20. conſil. Fachſii, num. 34. 38. 25.

Legitima debetur de omn[illegible]*bonis patris* 38.26.

Legitima non habet locum in feudis dignitatum 38.49.

Legitima debetur de bonis extantibus tempore mortis 38. 52.

Legitima non debetur liberis in vita patris 38. 57.

Legitima ex feudis quare non petatur 38. 62.

Legitimæ in feudis an habenda ratio 38.8.

Legitimæ æſtimatio quando præſtanda, ubi ea de bonis ipſis perſolvi nequit 38.21.

Legitimæ in jure feudali nuſquam fit mentio 38.7.

Legitima de quibus bonis petatur 38.60.

Legitimæ æſtimatio quando præſtanda 38.30.

Legitimandi facultatem habens à principe an & quando poſſit legitimare ad feuda 40. 6. 7. & 8.

Legitimatio alterius, qui non fuerit dominus feudi, nihil præjudicat domino feudi non conſentienti 40.10.

Legitimatio facta inſcio patre, vel poſt mortem ejus, num obſit agnatis 40.12. 13.

Legitimatio non aufert, ſed differt jus agnatorum 40.23.

in Legitimatione, ut ſubſiſtat, quæ in ea exprimi debeant 40. 27.

Legitimatio inſtar alienationis 40.34.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium, quomodo retròtrahatur ad tempus nativitatis 41. 18.

Legitimatio fieri poteſt, ut legitimatus non ſuccedat patri, niſi in eo quod patri placuerit 41. conſil. Colleg. Ingolſtad. num. 21.

Legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt in feudis, ibid. num. 25. 41. 26. 38. 36.

Legitimati per matrimonium ſub legitime natis veriſimiliter comprehenduntur 41. 22.

Legitimatus per matrimonium dicitur legitimè natus in ſtatutis 41.24.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſubſtitutum, quando de legitimè natis dictum fuit 41.13.

Legitimatus à principe, an ſuccedat in bonis, de quibus pater diſponere non poterat 38.35.

Legitimatus ad feuda, non intelligitur ad feuda dignitatis 41. conſil. Colleg. Ingolſtad. n. 48.

Legitimatus conſentiente patre, ſuccedit etiam extantibus legitimis 40. 14.

Legitimatus an excludat ſubſtitutum 40. 13. 40.36. 40.39.

Legitimorum appellatione veniunt legitimati per matrimonium, etiam in ſtatuto 41.3.

Legitimorum appellatione comprehenditur legitimatus per reſcriptum 41.31.

Lex principaliter diſponens de re aliqua reliquis minus principaliter de ea diſponentibus præferenda 19.35.

Lex de aliquo actu diſponens omnes ſolennitates interveniſſe præſupponit 27.10.

Lex una regulariter declaratur per aliam 50. 20.

Lex dubitans de uno in cæteris habilitatem præſupponit 27.11.

Lex varium habens intellectum, nullum certum præbet argumentum 36.25.

Lex facilius interpretatur propriam diſpoſitionem quàm hominis 41. 17.

Lex una diſponens de materia juris communis, ex eo interpretationem recipit 43. 15.

Lex ſive ſtatuium ſecundùm bonum & æquum interpretanda 45.23. & 24.

Lex generalis declaratur per aliam magis ſpecialem 38.12. 50.22.

Lex incidenter de aliqua re diſponens quomodo declaranda 50. 23.

ſine Lege nihil temerè aſſeverandum 32.25.

Lex una declarat alteram 15.21.

L. Quiſquis C. ad l. Jul. Majeſtat. locum modo habet, in crimine læſæ Majeſtatis 16. 17.

L. 1. C. de annali exceptio. an rectè declaretur à Pinello 8.52. 8.62.

Lege quod permiſſum eſt, fruſtrà precibus impetratur 2.46.

ſine Lege nihil aſſeverandum 1.100.

ſine Lege & contra legem aliquid fieri paria ſunt ibidem.

Legentibus magis quàm conſulentibus doctoribus credendum, cùm in legendo ceſſet cupiditas æris, ſecundùm Alciatum 1.57.

Liberationem non pariunt inducta, ad obligationem 1. 42.

Liberi geſta à parentibus retractare non debent licet bona à majoribus provenerint 13.39.
Libri feudorum à quibus conſcripti 19.30.
Liberi quatenus cenſeantur eſſe domini vivente patre 38.58.
Liberi an impedire patrem poſſint, ne pecuniam in feudum convertat 38.59.
Liberis, quos pater donatione inofficioſa defraudavit legitima, querela competit 38.67.
Linea collateralis jure feudali à directa deſcendentium linea diſtingvitur 19.24. 19.37.
Lineæ collateralis conſideratio à feudi paterni ſucceſſione an rectè removeatur 19.28.
Locatio feudi abſq; conſenſu agnatorum, iis non præjudicat 6.47.

M.

M*Agiſtratus officium ſuum, in dubiis quæſtionibus, interponere debet* 1.113.
Mandatum regulariter morte mandantis expirat 27.34.
Maritus vigore ſtatuti generaliter concepti, dotem lucratur, etiam in præjudicium liberorum primi matrimonii 19.63.
Marzarii doctrina declaratur 38.24.
Maſculus in ſucceſſione feudi quando fœminam excludat 35.7. 35.8.
Maſculus in diverſa linea conſtitutus an fœmina potior ſit in feudo 35.10. 35.18. & 19.
Matrimonii circa legitimationem effectus 41.2.
in Matrimoniali cauſa attenditur jus Canonicum 41.conſil.Colleg.Ingolſtad.num.5.
Matrimonialis cauſa coram judice Eccleſiaſtico tractanda, ibid. num.6.
Matrimonium inſtitutum ab ipſo Deo, ibid. numero octavo.
Matrimonium dicitur veniſſe de ara domini, ibidem num.9.
Matrimonium humano generi immortalitatem tribuit, ibid.num.10.
Matthæi de Afflict. auctoritas refutatur 14.48.
Matth. de Afflict. error. 12.2. 14.48.
Matth. de Afflict. & Cannetii opinio improbatur 6.42. 15.4.
Matth. de Afflictis locus declaratur, & idem erroris convincitur 27.43. 27.45.
Matth. de Afflict. doctrina declaratur 19.24.
Media perſona deficiente, ad ulteriorem deſcendentem non devenitur 34.7.
Meliorationum nomine actio competit hæredibus 42.35.
in Melioratione æſtimanda fructuum non habetur ratio 42.20.& 21.
Mendax petitor carere debet impetratis 20.conſil.Modeſtini,num.37.
Mens contrahentium præſumitur eſſe talis, qualis eſt legis 3.68.
Mens contrahentium potiſſimum attendenda 22.11.
Mens veriſimilis diſponentis ſubtilitati verborum præponderat 41.20.
Metus reverentialis quando excuſet 13.31.
Methodum docendi & ſcribendi commodiſſimam habent, qui aliorum ſententias referunt, & ſuo etiam remigio navigant 1.in princ.
Milites ſacro cuidam ordini addicti, an & quando ad feudum admittendi 33.22.
Militia à patre quæſita filio in legitimam imputatur 38.5.
Mixtum dicitur, in quo qualitates utriusq; ſpeciei ſimul coeunt 3.58.
Modeſtinus Piſtoris juris Saxonici peritiſſimus 22.13.
Modeſtini Piſtoris exquiſita inter tantas occupationes diligentia 22.18.
Modus, ubi pro forma datus eſt, ſtrictè obſervandus 41.11.
Monachus an & quatenus ad feudum admittatur 33.24.
Mora cenſetur eſſe delictum 49.2.
Mora debitoris domino conſentienti nocere non debet 49.3. 49.11. 49.35.
Moram videtur tacitè remittere, qui precium recipit 20. conſil.Fachſii,num.3.
Mora præſupponit obligationem 31.9.
Mutus, ſurdus, vel alioqui imperfectus quatenus ad feudum admittatur 32.1.
Mutus, ſurdus, an & quando feudum novum acquirere & acquiſitum retinere poſſit 32.3. 32.7.
Mutus, ſurdus, an in feudo paterno rectè ſuccedat, & quid de jure Saxonico 32.8. 32.19. 32.14. 32.18.
Muto vel aliâs imperfecto ex feudo relinquenda alimenta 32.11.& 12.
Mutus ex accidenti an feudum paternum rectè retineat 32.15.& 16.
Mutus, ſurdus, &c. ex accidenti, feudum ſemel quæſitum jure Saxonico retinet 32.20.
Mutus, ſurdus vel alioqui inhabilis ex accidenti factus priùs quàm feudum acquirat, iſtud deinde obtinere non poteſt 32.41.
Mulier cur magis ex filiis primi matrimonii unum eligere poſſit, quàm pater in feudis 4.37.

N.

N*Atura potiùs quàm accidens, quando ſpectanda* 41.32.
Naturalem rationem allegare ſufficit 36.22. & 23.
Naturales filii in feudis quare non ſuccedant 40.1.
Naturales filii etiam in feudo materno non ſuccedunt 40.2.

Naturales filii etiam legitimati in feudo non ſuccedunt 40.4.
Naturalis ad feuda legitimatus in iis ſuccedit 40.5. 40.24. 40.37.
Neceſſitas non habet legem 32.51.
Neceſſitas non efficit, ut quis plus juris, quàm ipſe habuerit, transferat 32.54.
Negativa magis negat, quàm affirmatio affirmat 64.48.
Negativa univerſalis etiam minima excludit 19.65.
Negativa univerſalis præcedens verbum denotans potentiam ſignificat impoſſibilitatem, 33.7.
Nemo, quod ipſe non habet, alteri dare poteſt 27.19.
Nemo cum jactura aliena locupletari debet 42.3. 42.29.
Notoria nemo ignorare præſumitur, 20. *conſil. Modeſtini, num.* 34.
Non entis nullæ ſunt qualitates 31.10. 31.15.
Noſtrum, quod eſt invitis, nobis auferri nequit 40.28. 40.30.
Numerus non parit auctoritatem 1.86.

O.

OBertus opinionem reprobatam ultimo loco referre ſolitus 25.30.
Obertus & Gerardus quo tempore vixerint 34.17.
Obertus & Gerardus non ſoli fuerunt autores jurium feudalium ibid.
Obligationem, quæ pariunt, liberationem non faciunt 2.42.
Obligationis conditio ex perſona hæredum immutari debet 22.9.
Obligatio, quæ ad propriam perſonam contrahentium directa eſt, ad hæredes non tranſitoria 26.3.
Obligatio ex perſona hæredum quatenus non mutetur 47.43.
Obligatio pro ſorte, quando extendatur ad id, quod intereſt 49.16.
Odioſorum ea facienda eſt interpretatio, ne diſpoſitio reddatur eluſoria 2.46.
Offerre debet quis id, quod ad conſequendum aliquid prius fieri debet 12.5.
Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum 7.12.
Officium judicis competit filiæ ad adipiſcendam poſſeſſionem feudi 39.6.
Onere duplici quis affici non debet 12.11.
Operas, quas pater filiis ſtipulatus fuit, uni ex iis aſſignare poteſt 4.34.
Opinio communis dicitur, quam majoris auctoritatis Dd tenent 1.88.
Opinio communis in judicando prævalere debet 1.84.
Opinio communis quomodo dijudicanda, & quid potiſſimum ſpectandum 15.50.
Opinio eorum, qui patrem in feudo novo filius præjudicare poſſe putârunt, magis communis eſt 4.63.
Opinio eorum, qui rem ex profeſſo tractârunt, præferenda cæteris, qui perfunctorie rem attigerunt 1.8[illegible]
Opinio eorum, qui tit. an agnatus vel filius, de feudo hæreditario interpretati ſunt, unde deſcenderit 2.21.
Opinio illa tenenda, quæ alias invicem pugnantes in concordiam reducit 3.21.
Opinionis claſſicorum Interpretum auctoritate non præmunitæ in judicando nulla habetur ratio, 1. *in princ.*
Opinionis communis legum textibus deſtitutæ non eſt ducenda ratio 5.[illegible]
Opinionum facta collatione circa feudi hæreditarii revocationem, cui adſtipulandum ſit 14.53.
Opiniones duas referens utram amplecti cenſeatur 3[illegible].
Opinione aliqua relata, cùm ſubjungitur alios aliter ſentire, prior opinio cenſetur approbata 34.24.
Opinio firmioribus rationibus ſubnixa, tenenda 36.30. 41.35. 50.47.
Opinio illa tenenda quam uſus approbavit 41.35.
in Opinionum diverſitate favorabilior amplectenda 50.31.
Opinio illa tenenda quæ pœnarum rigorem mitigat 50.48.
Ordinatio defuncti, jus æqualiter ſuccedendi in feudo, filiis auferre non poteſt 13.[illegible]
Ordinatio Electoris Saxoniæ de ſucceſſione legitimatorum per ſubſequens matrimonium declarata 41.37.

P.

PActa quæ dicantur continere votum captandæ mortis, ut propterea improbanda ſint 25.7.
Pacta in caſum mortis collata, an propterea ſuſpecta 25.8. 25.1[illegible]
Pactum de futura ſucceſſione an & quando bonis moribus adverſetur 27. *conſil. Thoming. n.* [illegible]
Pactum de una perſona non extenditur ad aliam 34.10. 34.43.
Pactum primò acquirentis non ſolùm primum ſucceſſionis gradum, ſed omnes reſpicit 35.21.
Pacto poteſt nova forma dari contractui feudali 41. *conſil. Colleg. Ingolſtad. n.* 28. & [illegible]9.
Pacto fieri poteſt, quod primogenitus tantum ſuccedat, ibid. num 31.
Pœna debet commenſurari delicto 5[illegible].

Parentes dicuntur cognati jure feudali 34.40.
Paria ſunt aliquid exprimere nomine proprio, vel demonſtratione, vel circumſcriptione 3.3.
Paria ſunt ſcire vel ſcire debere 10.6.
Paria ſunt quid licito tempore facere, & in tempus permiſſum conferre 25.6. 27. *conſil. Thoming.n.*23.
Paria ſunt aliquid eſſe per ſe, vel per relationem ad aliud 50.37.
Partem quando faciat is, qui non admittitur ad partem. 7.32.
Pater conſentiente domino, de feudo teſtari poteſt, in præjudicium filiorum 4.75.
Pater conſentiente domino, non ſolum inter liberos de feudo diſponere, ſed etiam in extraneum illud transferre poteſt 4.76.
Pater ut delinquendo jus filiorum tollit, ita etjam conſentiendo 7.57. 16.23.
Pater delinquendo præjudicat filiis 4.39. & *an in contractu res aliter ſeſe habeat* 4.59.
Pater filiis in feudo novo præjudicare non poteſt, quando proprium filiorum factum in acquirendo feudo intervenit 4.91. *modò conſentiente patre hoc factum fuerit* 4.93.
Pater filiis in feudo novo præjudicans non tenetur aliquid in compenſationem relinquere 4.78.
Pater filios beneficio à legibus indulto defraudare non poteſt. 13.16. 13.71.
Pater in feudo filiorum contemplatione quæſito, filiis præjudicare non poteſt 4.88.
Pater jura filiorum auferre non poteſt 4.17.
Pater an in feudo hæreditario novo filiis ſine conſenſu domini præjudicare poſſit 4.84.
Pater non poteſt auferre filiæ jus in dote quæſitum ex ſtipulatione 4.17.
Pater ſine conſenſu domini, in extraneum alienando feudum, filiis præjudicat 4.82.
Pater ſine conſenſu domini non poteſt præjudicare filiis in feudo novo, etiamſi inter ipſos filios ſolum diſponat 4.61. 4.81. & 83.
Pater ſive gratuitò ſive pecunia interveniente feudum acquiſierit, filiis præjudicare poteſt 4.77.
Pater in feudo novo filiis an præjudicare poſſit. 4.6. & 7. 4.23. & 24. 4.43. & 44. 4.63.
Pater quando filiis in feudo novo præjudicare poſſit 20.15.
Pater emens feudum precium iſtud filiis donare cenſetur 38.63. & 65.
Patris occaſione quæſita in legitimam referuntur 38.6.
Patriæ poteſtatis in jure feudali nulla ducitur ratio 13.21.
Patientia longiſſimi temporis eſt inſtar expreſſi conſenſus 20. *conſ. Modeſt. n.*34.
Pœnitentia habet locum in donatione cauſa mortis 4.30.
Pecunia alterius ſine cauſâ apud alium manere non debet 10.30.
Perſona cujus reſpectu quis conſenſit, ceſſante, convaleſcit jus conſentientis 7.39.
Permiſſo uno ex duobus prohibitis alterum an permiſſum cenſeatur. 49.9. 44.33.
Perſeverantia efficit ut quis ob contumaciam feudo privetur. 50.29.
Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem 39.39.
Petitio hæreditatis non datur contra agnatum poſſidentem 39.40.
Philippi Decii auctoritas in materia feudi hæreditarii improbata 1.83.
Philoſophi omnes autore Cicerone quærunt, & nihil certi dicunt, 1. *in pr.*
Pietatis ratio obſtat filiis, quò minus feuda revocare poſſint 13.61.
Pignus in feudo absq; conſenſu agnatorum conſtitutum, in ipſorum incommodum cedere non poteſt 6.46.
Pignus pro elocandis filiabus vel ſororibus in feudo conſtitutum ab agnatis agnoſci debet 6.67. & 68.
Plenitudo poteſtatis quid 40.39.
Plures præſumtiones fortiores una 39.48.
Plures defectus magis afficiunt quàm unus 43.7.
Plures defectus ex antiquitate temporis non ſupplentur 43.10.
Pluribus exiſtentibus impedimentis aliud alio remedio tolli poteſt 43.18.
Plures quando collectivè quando diſtributivè conſiderentur 47.5.
Poſita in conditione, nunquam intelliguntur eſſe in diſpoſitione 5.11.
Poſſeſſio feudi ad filios transmittitur. 19.46.
Poſſeſſio ſine traditione nunquam tranſit in conceſſionibus conditionalibus 29.25.
Poſſeſſio ultimò inveſtitum, contrà ſimul inveſtitum non tuetur 29.43.
Poſſeſſio ei non adjudicanda, cui jus commune reſiſtit 39.29.
in Poſſeſſorio recuperandæ regulariter de dominio excipere non licet. 39.30.
Poſſeſſor in pari causâ in poſſeſſione tuendus 39.38.
Poſſeſſionis retinendæ cauſa favorabilior quàm adipiſcendæ 39.44.
Poſſeſſio temporis immemorialis quid operetur 46.22.
Poſſeſſione contra dominum requirentem titulum quomodo ſe vaſallus tueatur 46.24.
Poſſeſſione niti ſine allegatione tituli, quando ſit tutius 46.25.
Poſſeſſio quibus in caſibus absq; recuperandi ſpe amittatur 50.18. 50.46.
Poſſidens ultra tempus immemoriale non tenetur allegare titulum. 46.23.

Præcedentia declarant ſequentia 19.29.

Præjudicari per contractum cui poteſt, eidem etiam per delictum 16.13. 16.23.

Prælati ſucceſſor an & quatenus teneatur ratam habere inveſtituram ab anteceſſore factam 27.conſ.Thoming.n.5.& 24.

Prælati ſucceſſor an teneatur ratam habere inveſtituram anteceſſoris, in caſum mortis alterius factam. Et quid in promiſſione de inveſtiendo 27. conſil. Colleg. Francofurt.n. 6.7. 11.& 21.

Præſentia & taciturnitas quando conſenſum arguat 7.4.

Præſcribitur nihil abſque temporis curſu 8.58.

Præſcribi poſſe rem alienari prohibitam differt à quæſtione, utrum præſcriptio iſta obſit aliis 8.66. 8.70.

Præſcriptio contra alium adimpleta an alteri obſit, differt à quæſtione, utrum contra ipſum præſcriptio impleta ſit 8.55.

Præſcriptio contra defunctum impleta, obeſt filiis in feudis 8.76.

Præſcriptio contra unum impleta non obeſt reliquis agnatis, etiam hæredibus 8.72. Idq́ locum habet etiam in præſcriptione centenaria 8.73.& 74.

Præſcriptio contra unum adimpleta, an obſtet reliquis agnatis 8.41 8.45 8.55.

Præſcriptio cur introducta 8.45.

Præſcriptio in bonis reſtitutioni ſubjectis locum habet 8.46.

Præſcriptio longiſſimi temporis in rebus alienari prohibitis locum habet 8.47. 8.65.

Præſcriptio non currit, ante actionem natam 8.61.

Præſcriptio non currit contra non valentem agere 8.59. licet verba admodum præciſa fuerint 8.60.

Præſcriptio non currit non valenti agere 8.24. 8.52. 8.59.

Præſcriptio non obeſt, etiamſi quis feudum ab extraneo comparaverit 8.75.

Præſcriptio ob impedimentum facti non ceſſat, ſed ex cauſa datur reſtitutio 13.32.

Præſcriptio poſſeſſorem tutum reddit perpetuò 8.48. 8.51. 8.67.

Præſcriptio quando citatione, quando item litis conteſtatione interrumpatur 12.45.

Præſcriptio tricennalis etiam in feudis locum habet 5.43.

Præſcriptio 30. annorum in feudalibus regulariter locum habet 8.9.

Præſcriptio 30. annorum in jure revocandi incipit currere à morte alienantis 8.40.

Præſcriptio venit nomine alienationis 8.44.

Præſcriptionis effectus dividi non debet 8.49. 8.68.

Præſcriptionis effectus quatenus conſiderandus 8.67.

Præſcriptionis effectus, qui in allodialibus locum habet, cur ad feudalia non rectè accommodetur 8.63.

Præſcriptionis tempus non currit contra agnatum, ſuperſtite alio proximiore 8.57.

Præſcriptione 30. annorum agnatus etiam ignorans à jure ἀπ[illegible] ſubmovetur 12.36.

Præſcriptione 30. annorum, omnis actio tollitur, licet quis ignoraverit 12.37.

in Præſcriptionibus quæ lucrum excludunt, tempus contra minorem currit 12.34.

Præſcriptione excluſus propria culpa jus ſuum cenſetur amiſiſſe 20. conſil. Modeſtini numer.19.

Præſcriptione quæſitum unà cum feudo aperto ad dominum devolvitur 42.51. & 53. & 55.

Præſcriptio alioqui prohibita locum quando habeat 46.27.

Præſcriptionem alleganti incumbit probatio 46.28.

Præſcriptionis feudalis probatio quæ requirat 46.29.

Precium meliorationis quomodo æſtimandum 42.11.12.13.14.& 16.

Primogenito ratione feudi ſecundo genito conceſſi quando querela competat 38.11.

Principi integrum eſt feudis à ſe conceſſis legem quam vult imponere 19.85.

Princeps juri alterius derogare velle non præſumitur 20.conſ.Modeſt.n.32.

Princeps contrahendo an dominium ſine traditione transferat 28.21.& 22.

Princeps in dubio cenſetur ſequi regulas juris communis 28.22.

Princeps de plenitudine poteſtatis an jus alteri quæſitum auferre poſſit 40.16. 40.19.& 20. 40.43.

Princeps ſine cauſa alicui quando præjudicare poſſit 40.21.

Princeps legitimando in dubio non cenſetur voluiſſe præjudicare agnatis 40.25.

Princeps in dubio cenſetur potius uti poteſtate ordinaria quàm abſoluta 40.26.

Princeps reſtituendo natalibus patri non præjudicat 40.31.

Princeps non poteſt inveſtire filiam in præjudicium agnatorum 40.32.

Princeps utens plenitudine poteſtatis ſine cauſa peccat 40.40.

Princeps poteſtatem abſolutam non niſi juſta de cauſa exercere debet 40.41.

Princeps juſtitiam & veritatem colere debet 40.42.

Princeps in dubio non cenſetur fiſco præjudicare voluiſſe 45.1[illegible].

Principali conceſſo quando concedatur acceſſorium 49.14. 49.25.
Privilegia principum intelligenda ſine præjudicio tertii 20.conſ.Modeſt.n.1.
Privilegiatus qui tractat de damno vitando utitur privilegio contra privilegiatum 41. conſ. Colleg.Ingolſt.n.36.
Privationis pœna,niſi in caſibus in jure expreſſis non infligenda 27. conſ. Thomingii numer.12.
Privatio præſupponit habitum 29.17.
Privationis pœna quibus caſibus locum habeat 31.8. 32.26.
Privationis pœna locum non babet, niſi expreſſa fuerit 50.32.
ex Propinquitate de moribus & probitate hominis judicatur 15.10. 15.19.
Proximiores qui dicantur 15.11. 15.15.
Pupillo non currit annus juri προτιμήσεως deſtinatus 12.32.
Præſumitur nemo elegiſſe viam, per quam voluntas ſua impugnari poſſit 1.106.
Præſumitur nemo ſibimetipſi contrarius eſſe 1.105.
Precium jure redimendi conceſſo, intelligitur illud,quod emtor dedit, ſi de precio nil ſit adjectum 12.12.
Precium quod, agnatus recuperans feudum emtori refundere debet,intelligitur id, quod emtor dedit, licet excedat juſtam æſtimationem 12.9.
Precii ubi ſit mentio, de venditione actum intelligitur 12.15.
Precio doloſè aucto,ad juſtam æſtimationem recurrendum 12.13.
Precii oblatio in revocatione quo caſu neceſſaria 12.5.
Precii reſiduum,quo carius rem comparaverat, non poteſt repetere is, à quo res evicta fuit jure retractus 10.26.
Precia rerum non ex affectione ſingulorum conſtituuntur, ſed ex communi æſtimatione 12.7.
Precibus fruſtra impetratur,quod lege permiſſum eſt 2.46.
Privationis pœna nunquam locum habet,niſi ſit expreſſa 15.40.
Privatus re ad vitam tantummodo conceſſa, eo defuncto,res ad alium tranſit 15.41.
Privilegia jure communi conceſſa privata auctoritate tolli non poſſunt 4.9.
Probare debet,qui aliquid lege cautum eſſe aſſerit 13.36.
Proprietas dictionis (hæres) tantummodo cauſam præbuit diſtinctioni inter feudum ex pacto & hæreditarium 2.13.
προτιμήσεως jus An agnatus amittat, ſi requiſitus emere noluerit 12.58. 12.61.& 62.
προτιμήσεως jus cur locum non babeat in re alteri infeudata 12.16.ſaltem locum habet in rebus tranſlatis titulo oneroſo 12.17. Non competit re alienata titulo lucrativo 11.18.
προτιμήσεως jus exigit precii reſtitutionem 12.3.
προτιμήσεως jus quare introductum 11.8. 11.18.
προτιμήσεως jus proximioribus indultum an filiis competat 13.15. 13.72.
προτιμήσεως jus ſive retractus locum habet in feudis 11.9.
προτιμήσεως jus ſtrictè accipiendum 12.67.
in προτιμήσεως jure non ſufficit offerre fidejuſſores vel pignora loco precii 12.6.
jure προτιμήσεως feudum revocari poteſt etiam ab alio poſſeſſum 12.1.
ex jure προτιμήσεως regulariter res non niſi intra annum redimi poteſt 12.19. 12.20.
Probare debet, qui nititur jure in re aliena 46.6.
Procurator ab Epiſcopo conſtitutus, etiam cum conſenſu Capituli, an & quando eo mortuo ceſſet 27.13. 27.20. 27.33.
Prohibitum una via, id alia non eſt permiſſum 37.conſ.Thoming.n.31.
Prohibitio hominis cum legis prohibitione conjuncta plus operatur 44.31.
Promittens de ſuo facto, tenetur etiam de facto ejus,cujus hæres eſt 26.10.
Promiſſa ſervari debent 34.19.
Propinquitas ſanguinis & affinitatis an quare & quatenus infeudationem ab Epiſcopo factam impediat 27.conſ. Thomingii nu.2.ibid. n.19.& 20. 27.conſ.Colleg.Francofurd. n. 8. & 22.
Proprio facto quæſitum potentius , quàm id quod aliunde provenit 32.17.
Proximiores in inveſtitura nominati gradatim ad ſucceſſionem vocati cenſentur 21.4.
Proximior inveſtitus duplici jure in ſucceſſione nititur 21.18. 21.35.
Publica utilitas antecedit debitum legitimæ 38.9.

Q.

Qualitas extrinſeca minimè præſumitur 1.77.
Qualitas requiſita à lege,eodem tempore à lege præfinito adeſſe debet 6.42.
Qualitates non entis nullæ ſunt 3.58.
Qualitates præcedentis clauſulæ , in ſequenti clauſula, quæ dependet ex priori, cenſentur repetitæ. 5.10.
Qualitates plures quando requiruntur, omnes ut concurrant neceſſe eſt 3.19. 3.38.
Qualitatibus pluribus concurrentibus ab eo, quod eſt potentius denominatio fieri debet 3.58.

Quali-

Digitized by Google

Qualitas adjuncta verbo ſecundum tempus verbi intelligenda 36.26. 41.4.
Qualitas poſſeſſionis paternæ cenſetur continuata in hæredem 39.3.
Qualitas requiſita tempore actus intervenire debet 41.5.
Quæſtionibus dubiis magiſtratus officio ſuccurrendum eſt 1.11.
Querela extrajudicialis non interrumpit annum Tempus juri προτιμήσεως præfinitum 12.44.
Querelæ inofficioſæ donationis in feudo uni ex liberis conceſſo, quando competat 38.10.
Querela inofficioſi contra titulum oneroſum non competit 38.68.
Quem de evictione tenet actio, hunc agentem repellit exceptio 9.6.
Quibuscunq́, dictio, refertur ad habiles, non prorſus extraneos 1.38.
Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari 6.34.
Quod profertur cum adjuncto, non eſt ſimpliciter tale 3.9. 3.20.
Quod ab initio non valet, ex poſtfacto non convaleſcit 25.14.

R.

Radice infecta infectum eſt omne id, quod inde deſcendit 34.5.
Ratio Baldi, ob quam filio delictum patris obeſſe exiſtimat improbata 16.19. *Alia ejusdem ratio refutata* 16.20.
Ratio ejus, quod præſcriptio contra defunctum adimpleta, non obſit agnatis 8.56.
Ratio eorum, qui putant propterea filio delictum patris obeſſe, quia cenſetur eadem perſona cum patre, & eo vivo jus quæſitum habet, improbata 16.18.
Ratio exacta in feudalibus non requiritur 2.26.
Ratio naturalis ſemper eſt ſequenda 15.34.
Ratio revocandi jus concedens agnatis, an etiam in filiis locum habeat 13.10. 13.66.
Ratio ubi eſt eadem, idem jus eſſe debet 6.32.
Rationem naturalem allegare ſufficit 15 34.
Ratione quævis diſpoſitio declaratur 15.37.
Rationes & auctoritates confirmant ſententias 1.82.
Ratio ſtatuti an anxiè inquirenda 19.80.
Ratio eadem idem jus conſtituit 20.27. 39.20.
Ratio verbis ut anima corpori dominatur 27.25.
Ratio reſtringit dictum etiamſi expreſſa non ſit ibid.
Ratio unà cum reddi ſolummodò poteſt, ea pro expreſſa habetur ibid.
Ratio ubi una tantum aſſignari poteſt, quid operetur 33.28.
Rationem naturalem quæ ad omnia rectè reſpondet, allegare ſufficit 32.29.
Rationis generalitas quid operetur 34.19.
Ratio generalis extendit ſpecialem diſpoſitionem 35.25.
Ratio & mens legis potius quàm verba conſideranda 35.24. 39.10.
Ratione ceſſante, ceſſat diſpoſitio 39.19.
Ratione certa diſpoſitum in uno cenſetur etiam diſpoſitum in caſu diverſo 39.20.
Ratio reſtringit, & extendit diſpoſitionem 43.14. 44.22.
Redimendi facultas ſolum proximiori conceſſa eſt 12.65.
Redimendi ſive προτιμήσεως jus à quo tempore incipiat 12.52.
Regula juris qui nititur, cenſetur habere fundatam intentionem 8.32. 13.40. *Et illi, qui aſſerit, regulæ in certo caſu locum non eſſe, fides non habenda* 4.4.
Regulæ in dubio inſiſtendum ibid. & 27.47.
Regula L. ex qua perſona ff. de reg. jur. ejus efficaciæ non eſt, ut magis ad æſtimationem, quam ad ipſam portionem hæreditariam reſpiciatur 9.23.
Regulæ inhærendum donec contrarium doceatur 36.15. 39.13.
*Regulæ, quod pactum de non ſuccedendo non valeat, limitatio 41 conſ. colleg. Ingolſtad. n.*20.
Regula l. quoties, an in ſimultanea inveſtitura locum habeat 29.32.
Regula l. quoties, in quibus caſibus ceſſet 29.38.
Relatio ad ea, quæ proximè antecedunt, facienda eſt 5.34.
Relatio ad ea potiſſimum eſt facienda, quæ clauſulæ ſequenti maximè conveniunt 5.35.
Relatio ita fieri debet, ut ſingula ſingulis referantur 5.52. *Et procedit in uno eodemq́ vocabulo ad diverſa relato.* ibid.
Relatio locum non habet, quando introduceretur correctio juris communis 5.42.
Relatio majoris convenientiæ gratia ad proximè præcedentia fieri debet 5.36.
Relatio non ſolet fieri ad ea, quæ certam & abſolutam habent determinationem 5.39.
Relatio nunquam admittitur, quando aliquid abſurdi inde ſequitur 5.45.
Relatio tantum fieri debet ad ea, in quibus major & plenior eſt ratio 5.38.
Relatio ad proxima facienda non ad remota 35.24.
Relativorum uno dato, alterum etiam ut detur, neceſſe eſt. 44.21.
Rem quamq́ origine ſua metimur 34.18.

Reme-

Remedium. l. fin. C. de Ed. Di. Adr. toll. quando competat 39.7. 39.33. 39.41.
Remedia adipiſcendæ poſſeſſionis jure civili hæredi indulta, quæ ſint 39.24.
Renunciaſſe cenſetur juri ſuo, non utens illo, intra tempus præfinitum 12.21.
Renuncians uni ex multis juribus ſibi competentibus, non cenſetur renunciaſſe cæteris 12.47.
Renunciatio generalis extenditur ad futura, quæ habent cauſam de præſenti 12.53.
Renunciatio non extenditur ad id, quod poſt mortem demum ſupervenit 7.45.
Renunciatio juris non præſumitur, nihilq; quod expreſſum non eſt comprehendit 24.13.
Renunciatio non præſumitur niſi exprimatur 47.47. & 48. 48.5. 48.28.
Renuncians uni juri ex pluribus, non cenſetur renunciaſſe cæteris 48.7.
Repetitio fit cum ſuis qualitatibus 5.11.
Repetitionibus magis, quam conſiliis fidendum 1.87.
Rerum ſuarum moderator quatenus quis eſſe cenſeatur 38.50. & 51. 38.76.
Res à potentiori nomen ſortitur 3.37.
Res prohibita alienari extra familiam revocari poteſt ab iis, qui tum non fuerunt concepti 6.38.
Res reſtitutioni ſubjecta alienari nō poteſt 6.7.
Res ſubjecta reſtitutioni an præſcribatur ante caſum conſtitutionis 8.43. 8.46. 8.64.
Res ſubjecta reſtitutioni manet apud fiſcum, quamdiu ſuperſtes eſt delinquens, & an idem ſit in feudis 15.28.
Res de facili revertitur ad naturam ſuam 36.4. 27.5. 41. conſ. Colleg. Ingolſt. n. 13.
Res ſolitæ infeudari facilè infeudari & alienari abſq; conſenſu Capituli poſſunt 27. conſ. Coll. Francof. n. 15.
Res quando ſuccedat loco precii & ècontra 38.54. 38.56.
Res reſtitutioni ſubjectæ quatenus in legitimæ computationem non veniant 38.85.
Res an in dubio præſumatur talis ut ad omnes hæredes tranſeat 39.4. 39.18.
Res dicitur certa pro eo qui regula nititur 36.16. 39.13.
Res libellaria differt à feudo quoad poſſeſſionem filiis ad dijudicandum 39.21.
Res cum ſuo onere quando tranſeat 47.43.
Rei vendicatio feudi ſucceſſoribus competit 1.29.
Reſcriptum ſpeciale efficacius reſcripto generali 29.8.
Reſcriptum impetratum in rebus matrimonialibus ad inferiores Epiſcopos ſubreptitium præſumitur 41. conſil. Colleg. Ingolſtadenſ. numer. 7.
Reſolvitur aliquid ex iiſdem cauſis ex quibus introducitur 4.27. 4.58.
Reſtitui ignatus, qui agnorans, ſpacio 30. annorum excluſus eſt à jure redimendi, an debeat 12.39. & 40.
Reſtitutio datur minori, adverſus tempus ipſi ignoranti elapſum 12.35.
Reſtitutio locum non habet, quando diſertè diſponitur de eo caſu, in quo alioqui ea concedi ſolet 12.41.
Reſtitutio non niſi ob juſtam læſionis cauſam conceditur 12.43.
Reſtitutioni ſubjectam rem emens precium recuperare poteſt 10.28.
Retinere feudum dicitur, ad quem ſucceſſione defertur 38.24.
Retractus jus conceſſum proximioribus agnatis, competit etiam, quando res fuit vendita agnato remotiori 11.13. 11.19.
Retractus jus non competit re alienata titulo lucrativo. 11.18.
Retractus ſive προτιμήσεως jus qua de cauſa introductum 11.8. 11.18.
Retractus ſive προτιμήσεως jus locum habet in feudis 11.9.
Revocare an poſſit, qui ſequentibus obſtat, ne revocent 6.65.
Revocandi jus agnatis ſolum conceſſum filiis non extantibus, nulla præterea horum ratione habita 13.48.
Revocandi jus agnatis ſucceſſuris conceſſum eſt. 13.5.
Revocandi jus cur etiam remotioribus competat, jus verò redimendi tantum proximioribus ſit indultum 12.72.
Revocandi jus, refuſo precio cur agnatis intra annum tantum competat 12.18.
Revocandi jus duplex agnatis competit 11.21.
Revocato feudo, venditor feudi nullo jure precium ejus retinere poteſt 10.31.
Revocatio feudi precio refuſo, vivo alienatore intra annum fieri poteſt, licet extraneo venditum ſit 12.22.
Revocatio feudi à quibus & quo caſu fieri poſſit & debeat 5.16. 5.19. 5.21. 5.28. 5.30. 5.32. 6.1. & 2. 6.10. & 11. 6.20. 6.30. 6.35. 6.37. 6.55. 6.65. 7.11. 7.13. 7.18. 7.22. 7.30. 9.11. 9.24. 9.28. 9.40. 11.1. 11.5. 11.7. 11.11. 11.17. 13.52. 14.26. 14.45.
Rogatus rem in familia relinquere, poteſt unum eligere, & cur ſecus ſit in feudis 4.38.
Romani opinio refutata 20. conſ. Fachſ. n. 28.

S.

Scire dicitur, qui verè & certò ſcit & omnium qualitatum notitiam habet 12.29.

Scienter

Scienter emens feudum, plurimum differt ab emente ſcienter rem alienam 10.29.

Scienter permittens alium inveſtiri de feudo jus ſuum quod in eo habuit amittit 20. conſ. Modeſtini n.33.

Sententiarum collatio veritatem doctrinæ illuſtrat 1.81.

à Separatis nihil inferendum 30.7.

Sepulchri familiaris & hæreditarii differentia 1.3.

Servitus feudo in præjudicium agnatorum imponi nequit 6.48.

Siculi & Neapolitani feuda ſedulò examinant, & in torculari ponere ſolent 1.85.

Simpliciter, dictio, quomodo accipienda 13.31.

Simultanea inveſtitura obligationem quandam reciprocam quò ad jus ſuccedendi introducit 24.1.

Simultaneè inveſtitis, quorum proprium factum non acceſſit, in jure quæſito præjudicari poteſt 20.18.

Sine lege nihil tenerè aſſeverandum 13.35.

Sine lege vel contra legem aliquid fieri, paria ſunt ibid.

Societas altero ſociorum bonis cedente an diſſolvatur 24.2.

Specialiter expreſſum cenſetur id, quod denotatur verbis unam ſpeciem tantummodo deſignantibus 3.3.

Specialia plura concurrere non debent 39.30. 43.11.

in ſpiritualibus ex ſola conceſſione jus in re transfertur 29.19.

Statutum quod reducit rem ad terminos juris communis valet 41. conſ. Colleg. Ingolſtad. num.14.

Statutum de excludendis à ſucceſſione filiabus dotatis valet ibid. n.15. 16.17. & 23.

Statutum & conſuetudo vim legis obtinent ibid. num.18.

Statutum quamvis iniquum tamen eſt validum ibid. n.42.

Statutum invalidum probationem validam reddens valet ibid. n. 44.

Statutum dicitur rationabile licet non appareat ob quam cauſam moti ſint ſtatuentes ibid. num. 49.

Statutum circa ſucceſſionem ab unaquaq; familia condi poteſt ibid. n.50.

Statutum laicorum non poteſt diſponere de iis quæ ſpectant ad Eccleſiam ibid n.3.

Statuti verba ſtrictè accipienda 20.36.

Statuto induci poteſt ut licita ſit feudi alienatio irrequiſito domino 41. conſ. Colleg. Ingolſtad. num.32.

Statuto induci poteſt ut maritus ſecundus dotem in totum lucretur excluſis filiis ibid. numer.38.

Statuto inducitur ut non prohibitum fiat prohibitum, & è contra ibid. n.45.

Statuta juri communi an & quando convenienter intelligenda 19.47. & 48. 19.79.

Statuta ultra non extendenda quam verbis expreſſum eſt 19.49.

Statuta ita interpretanda ne quis indebitè damnum patiatur 19.50.

Statuta ita intelligenda ut rationi ſint conſentanea, & ne quid abſurdi ex iis proveniat 19.51. & 52.

Statuta de lucro dotis ad quæ feuda pertineant 38.29. 38.38.

Subinfeudare quando liceat 44.5.

Subinfeudans dominium quoddam retinet ratione ſubinfeudati 44.3. 45.2.

Subinfeudans an teneatur requirere conſenſum domini ſuperioris 45.6. 45.11. 45.1. 45.12. & 13. 45.16. & 17.

Subinfeudans an vaſallo alienanti conſentire poſſit 45.4.

Subinfeudans propriè dicitur dominus vaſalli ſubinfeudati 45.19.

Subinfeudatus alienans feudum an juri domini ſuperioris præjudicet 45.21.

Subinfeudatio ut valeat quæ requirantur 44.4.

Subinfeudatio quibus pactis fieri debeat ibid.

Subtilitate verborum nimia voluntates contrahentium intervertuntur 1.108.

Subſtitutus excludit legitimatum ex dignitate ſubſtituentis 41.9.

Subſtituti nulla habetur ratio quando vaſallus feudum amittit 33.5.

Succedendi jus à morte demum poſſeſſoris rectè conſervatur, & in iis ſolum bonis, quæ quis poſt mortem reliquit 4.53.

Succedendi jus facultatem revocandi bona alienata non tribuit filiis ibid.

Succedens in jus alterius, non debet eſſe melioris conditionis, quàm auctor ipſius fuit 7.55.

Succeſſionis feudalis origo & proceſſus 4.52.

Succeſſorium edictum in jure [illegible] locum an habeat 12.64. & 65. 12.71.

Succedens per viam privationis non tenetur de facto anteceſſoris 26.23.

Succedendi jus an à ſola inveſtitura an vero etiam ab agnatione dependeat 21.19. & 20.

Succedendi facultas pacto alicui rectè conceditur 20. conſ. Modeſt. n.6.

Succedentes jure repræſentationis in ſtirpes vocantur 22.1.

Succeſſio inter agnatos jure Saxonico penitus ſublata ab inveſtitura dependet 21.20. 21.31.

Succeſſionis natura eſt ut jus remotioris non extingvat propter proximiores, ſed ſuſpendat 36.14. 36.28.

Succeſſionis natura in feudis pactis expreſſis in totum immutari poteſt: Et quare 41. conſil. Colleg. Ingolſt. n. 27.
Succeſſionis jus alicui de novo tributum quid operetur 43.16.
Succeſſor Epiſcopi an & quatenus inveſtituram de feudo adhuc viventis factam ratam habere teneatur 27.1. 27.40.
Succeſſor in dignitate Eccleſiaſtica non ſucceſſionis jure, ſed ex electione ſuccedit, ideoq; factum anteceſſoris non præſtat 27.3.
Succeſſor Epiſcopi ut teneatur ratam habere inveſtituram anteceſſoris, quæ requirantur 27.46.
Sufficit aliquid operari ſecundum naturam rei 10.15.
Sumtus meliorationis feudi an hæres rectè repetat 42.1. 42.6.
Superflua eſſe non cenſentur, quæ majoris declarationis gratia adduntur 3.53. *ſic etiam quando exprimuntur ea, quæ tacitè inſunt* 3.54.
Superfluum non dicitur quod majoris evidentiæ gratia exprimitur 35.26.
Surrogatum quando recipiat naturam ejus in cujus locum ſurrogatum eſt 20.28. 21.15. 21.32. 38.53. & 55.

T.

TAcens doloſè & fraudulenter pro conſentiente habetur 7.5.
Taciturnitas non nocet, quando quis ſcire potuit, jus ſuum ſibi integrum eſſe 8.30.
Taciti & expreſſi idem eſt judicium 20. *conſ. Modeſt. n.* 33. & *quæſt.* 34. *n.* 27.
Tempus regulariter ignoranti non currit 12. 26.
Tempus petendæ inveſtituræ præfinitum ad jus revocandi non rectè accommodatur ab interpretibus 8.39.
Tempus unum non operatur circa ea, quæ ſucceſſivè veniunt 8.23.
Temporis curſus ab eo tempore computatur, à quo agendi facultas inchoatur 12.24.
Tempora à diverſis diſpoſitionibus limitata, confundi non debent 8.21.
Tertio jus in ſpe quæſitum, à quo ipſi auferri poſſit 4.32.
Teſtari poteſt pater de feudo hæreditario 1. 61.
Teſtator, etiam rem propriam hæredis legare poteſt 4.35.
Teſtes inhabiles in defectum aliorum quando admittantur 43.8.
Textus à Apocryphus relutus à Baldo declaratur 13.74.
Text. art. 52. *lib.* 1. *Specul. Saxon.* 13.79. }
Textus in cap. 31. Lehnrecht 13. 80. }
Et in art. 9. *lib.* 1. *Specul. Saxon.* 13.81. } *declarat.*
Et in cap. 55. Lehnrecht 13.82. }
Text. art. 21. *lib.* 1. Landrecht. 2. 51. }
Textus c. 1. *An agnatus vel filius de feudo hæreditario an intelligendus* 1.50 1.71.
Textus c. Titius. ſi de feud. defunct. intelligendus de feudo antiquo 5.4.
Textus c. Titius. ſi de feud. defunct. in materia revocatoria feudi primas tenet 5.3.
Textus c. Titius. ſi de feudo defunct. an de filiorum, an vero de agnatorum revocatione agat 13.8. 13.55. 13.64.
Textus in c. Titius. an de duabus partibus feudi à Titio venditis, an verò de una tantum intelligendus 5.6. & 7.
Text. c. Titius, cur de filiorum revocatione nihil agat 5.26.
Tex. c. Titius, non eſſe correctum 5.8.
Text. in c. Titius. verſ. Quod ſi Tit. de filiorum, an de agnatorum revocatione intelligendus 5.10.
Text. in verſ. fin. c. Titius. utrum ad omnia præcedentia, vel tantum ad proxima referendus ſit 5.27.
Text. in c. Titius, an de uno, an verò de pluribus filiis loquatur 5.12.
Text. c. Titius, de feudo ex pacto & providentia intelligendus 5.5.
Text. in c. 1. *de ſucceſſione feudi declaratur* 13.62.
Text. in c. 1. *§. porro. Qualiter olim feudum poterat alien. declaratur* 17.2.
Text. in c. 1. *verſ. Item ſi fuerint. Quibus mod. feud. amitt. ab autore aliter, quàm à Sonsbeccio declaratus* 4.15. 4.69.
Text. in c. 1. *de ſucceſſ. feudi in contractibus & in feudo novo locum habet, & quibus caſibus intelligendus* 4.7. 4.64.
Text. in c. 1. *An agnatus vel filius, de quo feudo intelligendus* 1.50. 1.71. 2.2. 2.6. 2.10. 2.29.
Text. in c. ſi vaſallus culpam. Si de feudo defuncti. Et c. 1. *Si vaſallus feudo privetur. de feudo ex pacto intelligendos eſſe, non autem de feudo ſimpliciter conceſſo* 15.17. 16.12.
Text. in §. fin. Quæ fuerit prima cauſ. benefic. amitt. de feudo antiquo intelligendus 17.11. *Declaratur latius* 15.26. 15.38. 15.47.
Text. in §. ſed etiam res. c. 1. *per quos fiat inveſt. inducitur* 6.15. 12.71. *Declaratur* 6.24. 11. 12.

Digitized by Google

Text. in §. Sed etiam res. c. 1. per quos fiat inveſt. an de filio revocante intelligatur 13.9. 13. 65.
Text. in §. præterea ſi quis. de prohib. feud. alienat. per Frider. de feudo antiquo intelligendus 17.5.
Text. in c. 1. de alienat. feud. pater. declaratur 6. 12. 6.21.
Text. in cap. 1. §. ſi verò cum domini de alienat. feud. declaratur 6.16. 6.26.
Text. in §. Cornelio. L. Statius. de jur fiſci. quatenus in feudis locum habeat 15.8. 15.40. & 41.
Text. in c. 1. An ille qui interf. frat. Dom. ſui. Declaratur. 15. 15. 15. 26. & latius 15.47.
Text. in §. fin. in c. Extraordinar. declaratur 15. 30. Sed rectius 15.45.
Text. in §. cum feudum hæreditarium in c. Extraordin. declaratur 15.46.
Text. in §. fin. de capit. corradi declaratur 15.29. 15.42. 15.47.
Text. in c. 5. & c. 57. juris Saxonici feudalis declaratur 20.12.
Textus articuli 32. Lehnrecht. declaratur 23.4.
Textus in capite quinto, Lehnrecht. declaratur 26.15.
Textus in capite undecimo, Lehnrecht. declaratur 25.33.
Textus in capite ſeptimo & capit. 11. juris Saxonici feudalis declaratur 20, conſil. Fachſii n. 27.
Text. in artic. 21. juris Saxonici feudalis declaratur 19.42. 19.60. 19.75.
Text. in cap. 32. juris feudalis Saxonici declaratur 23. 4. & oſtenditur de quo feudo intelligi debeat 19.56.
Textus in c. 5. & c. 57. juris Saxonici feudalis declaratur 20.12.
Textus in c. 11. c. 15. & c. 59. Lehnrecht. declaratur 31.10.
Text. in c. 2. Lehnrecht. & in art. 25. lib. 1. Spec. Saxon. declaratur 33.12.
Textus juris Saxonici ad tranſmiſſionem requirentes poſſeſſionem & de geding diſponentes ad ſimultaneam inveſtituram non accommodandi 20.10.
Textus in c. 1. ſi vaſall. feud. priv. declaratur 19. 9. 19.11. 19.18. 19.34.
Text. in § hoc quoq. de ſucc. feud. explicatur 19. 15. 19.20. 19.28. & 29.
Textus in c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. declaratur 19 16. 19.32.
Textus in §. hoc quoq. ſciendum. de his qui feud. dar. poſſunt explanatus 19.20. 19. 24. Item 19. 28. & 29.
Textus in c. Titius. ſi de feud. defunct. declaratur 20. conſ. Fachſ. n. 17.
Textus in c. 1. qui ſucceſſ. teneant declaratur 27.41.
Text. in §. mutus Epiſcopum vel abbatem &c. declaratur 32.12. 3[illegible]
Textus in c. mutus vel ſurdus vel alioqui imperfectus &c. declaratur 52. 2[illegible]
Text. in c. qui clericus. ſi de feud. defunct. & c. [illegible] in c. 1. de feudo fœminæ. & in c. 1. de milite vaſallo & c. declaratus 33.4 33.6 33.8
Text. in c. 1. de feudo fœmineo declaratur 34.[illegible] 34.4. 34.27. 34.29.
Text. in c. 1. de natura ſucceſſionis feudi declaratur 34.2[illegible]
Textus in c. jugales in capit. extraordinariis declaratur 34.2[illegible]
Textus in titul. An maritus ſuccedat uxori in beneficio, de quo feudo intelligendus 34. 26.
Textus in c. 1. in fin. Quemad. feudum ad filiam pertineat declaratur 34. 4[illegible]
Textus in c. 1. §. ſimiliter. de capit. qui curiam vendidit. declaratur 35.6. 35.2[illegible]
Text. in c. 1. §. quinetiam. Epiſc. vel abbat. declaratur 36.24 & 25.
Textus in c. 1. §. Inter filiam: ſi de feud. defunct. quando locum habeat 39.[illegible]
Textus in l. in fundo. de rei vend. declaratur 42. 15. 42.18. 42.17. 42.19.
Text. in l. debitor: §. fin. ad Trebell. declaratur 42.54.
Textus in c. fin. ſi de feud. inveſt. cont ſit. & §. fin. Apud quem vel quos declaratur 4[illegible] & 28.
Textus in §. ſin verò. qual. olim. feud poter. alien. declaratur 44.20. 44.26.
Text. in §. illud c. Imperialem. declaratur 4[illegible] 45.10. 45.18.
Text. in §. cum plures. in capit. extraord. declaratur 47.8. 47.12. 47.1[illegible]
Text. in c. ſatis bene. de probib. feud. alien. per Lothari. declaratur 47. 42.
Text. in c. ſi quis inveſtitus. in c. extraord. declaratur 47.4[illegible]
Textus in §. ſi nummos. l. ſi quis pro eo. de fid[illegible] declaratur 49.1[illegible]
Text. in §. illud. quæ fuer. prim. cauſ. benef. declaratur & Oberti eſſe oſtenditur 50.13. [illegible] 42. 50.24.
Textus generaliter loquens generaliter intelligendus [illegible]
Tit. an agnat. vel filius an jure Saxon[illegible] habeat 2.4 & 40.
Tit. an agnat. vel filius, an loquatur de ſucceſſione in bonis allodialibus 2.1[illegible]
Tit an agnat. vel fil. in quibus caſibus locum habeat vel non 11. 2[illegible]
Tit. an agnat. vel fil. cur reſtringatur ad feudum ex pacto 2,1[illegible]

Tit. qui ſucceſſ. teneantur. intelligendus eſt de inveſtitura ſine conſenſu Capituli facta de bonis ſolitis infeudari 27.26. 27.29.
Tit. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis &c. in quibus caſibus procedat 35.5.
Tituli allegatio una cum poſſeſſione quando ſit neceſſaria 46.26.
Titulum ſuæ poſſeſſionis an indicare quis cogatur 46.1. 46.7.& 8.
Tranſmiſſio an à jure hæreditario differat 19.43. 19.77.
Ttranſmittendi facultas jure Saxonico à poſſeſſione dependet 19.59.
Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes 32.12.

V.

VAſallus alienans feudum cenſetur agnatos defraudare beneficio legis 9.42.
Vaſallus cenſetur habere in feudo tantummodo jus limitatum ad vitam, & gravatus poſt mortem reſtituere 6.4. 14.13.
Vaſallus exæquatur uſufructuario 13.42.
Vaſallus nihil in præjudicium agnatorum de feudo diſponere poteſt 6.45.
Vaſallus non niſi ad vitam de feudo diſponere poteſt, ſicut uſufructuarius 6.5.
Vaſallus non petens inveſtituram cur agnatis præjudicet 18.6.
Vaſallo culpam in alium non in Dominum committente, feudum devolvitur ſtatim ad agnatos 15.1. 15.3.
Vaſallus ob non petitam intra annum & menſem inveſtituram feudum amittit 27. conſil. Thomingii n. 10.
Vaſallus an & quando bona feudalia alteri in feudum dare poſſit 29.10.
Vaſallus non poſſidens renovationem inveſtituræ petere an teneatur 31.1. 31.3.
Vaſallus an per ſubſtitutum ſervire poſſit 32.6. 32.35.
Vaſallus ſine culpa feudo non privandus 32.27.
Vaſallus ob ſervitia omiſſa feudum non perdit, quando ſervire non potuit 32.31.
Vaſallus quando per ſubſtitutum rectè ſerviat 33.10.
Vaſallus non poteſt irrequiſito domino feudum alienare 41. conſ. Colleg. Ingolſtad. n. 35.
Vaſallus fortius jus habet in feudo quàm uſufructuarius in uſufructu 42.48.
Vaſallus in feudo domino non præjudicat 44.10.
Vaſallus vaſalli mei vaſallus non eſt 45.8.
Vaſallus titulum ſuæ poſſeſſionis domino indicare tenetur 46.2. 46.8. 46.12.
Vaſallus qui ſciens negat rem eſſe feudalem feudum amittit 46.13.
Vaſallus qui longiſſimo tempore poſſedit feudum non tenetur ad edendum titulum 46.15. 46.20. & 21.
Vaſallus utile dominium ſpacio 30. annorum præſcribit 46.15.
Vaſallus domino juramentum fidelitatis præſtare tenetur 47.1.
Vaſallus an omnibus hæredibus domini fidelitatem juret 47.19. 47.22. 47.24.
Vaſallus pro uno feudo non recognoſcit plures dominos 47.23. 47.25.
Vaſallus dominum contra Imperatorem non tenetur juvare 47.32. & 33.
Vaſallus juvare dominum ſecundum contra antiquiorem an poſſit 47.36.
Vaſallus curans ſe de alio feudo inveſtiri à domino priorem dominum ignorante ad quid teneatur 47.37.
Vaſallus antiquiori domino perſonale ſervitium præſtare & poſteriori per ſubſtitutum ſervire an poſſit 47.38. & 39.
Vaſallus domino primo requirenti ſervitium præſtat 47.57.
Vaſalli jus in feudo ſolum ad vitam ejus durat 44.14.
Ubi eadem eſt cauſa idem ſequitur effectus 21.23.
Vendere alicui qui cogitur, ſi ille requiſitus emere noluerit, liberè vendere poteſt 12.59. Declaratur 12.63.
Vendere rem ſuam nemo invitus cogitur 9.31.
Vendens rem conſanguineo, poteſt deinde eam in extraneum tranſlatam, retrahere jure προτιμήσεως 7.41.
Venditor nominis evictionem promittens quatenus teneatur 10.16.
Venditor cui rei tradendæ copia non eſt præſtando intereſſe liberatur 25.24.
Venditor ante traditionem dominium non transfert 29.16.
Venditor an ſit idoneus teſtis pro emtore 20. conſ. Fachſ. n. 8.
Verbum unum, ad plura relatum, cuilibet ſuam qualitatem tribuit 8.27.
Verbum unum & idem ad diverſa relatum diverſo modo accipitur 8.26.
Verba Andr. de Iſern. ponderanda, non transcurrenda ſunt 3.52.
Verba cenſentur addita ad majorem expreſſionem 3.55. 3.69.
Verba cenſentur appoſita ad declarandam naturam rei 3.69.
Verba clara nullam interpretationem recipiunt 15.10.
Verba contractus ſunt inſtar formæ quæ dat eſſe rei 1.60.
Verba cujusvis diſpoſitionis ſunt accipienda ſecundum ſubjectam materiam, veluti in inveſtitura,

Digitized by Google

ſtura, etiamſi propriæ ſignificationi repugnent 1.102.
Verba cui non conveniunt, nec diſpoſitio convenire debet 6.44.
Verba etiam minima aliquid operentur 3.13.
Verba ex veriſimili mente diſponentium interpretationem recipiunt 1.107.
Verba finalia c. Titius. eſſe intelligenda ſolum de jure [illegible] 8.38.
Verba generalia an ejus ſint efficaciæ, ut propterea feudum ad extraneos hæredes transeat 1.37.
Verba generalia intelligenda ſunt, rebus in eodem ſtatu perſiſtentibus 6.44.
Verba generalia legum ex veriſimili ratione reſtrictionem quandam recipiunt 4.64.
Verba generalia plerunq; reſtringuntur, ne alteri damnum præter ipſius culpam inferatur 6.44.
Verba in propria & potentiori ſignificatione intelligenda ſunt. 3.37.
Verba indefinitè prolata, verificantur in quolibet ſubjectorum 6.23.
Verba inveſtituræ potiſſimum conſideranda 3.9. Etiamſi naturæ feudorum adverſentur 1.4.
Verba inveſtituræ ſecundum propriam naturam feudi accipienda 1.76.
Verba inveſtiturarum cum effectu intelligenda 1.7.
Verba inveſtiturarum eo ſenſu ſunt percipienda, ut naturæ & juri communi feudorum, quoad ejus fieri poſſit, minus derogent 1.112.
Verba ita ſunt intelligenda, ne ſint ſuperflua 3.13. 3.34. Et an id ſit perpetuum 3.53. 3.69.
Verba ita ſunt accipienda, ut jus commune minus lædant 3.14.
Verba legum ex ratione potiſſimum interpretationem & reſtrictionem recipiunt 6.44.
Verba non ſunt ſuperflua, quæ removent dubitationem, & effectum habent legitimum 3.69.
Verba prolata ad unum effectum contrarium operari non debet 3.66.
Verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſunt 3.15.
Verba ſecundum communem uſum loquendi intelligenda ſunt 1.110. 3.6. Declaratur 3.48.
Verba ſecundum mentem & intentionem proferentium accipienda 3.11. 1.66. Nec curanda verborum qualias, ſi de mente diſponentis conſtat 3.11.149.
Verba ſecundum ſubjectam materiam intelligenda, & ut naturæ rei conveniant etiam contra propriam eorum ſignificationem 1.102. Idque etiam in inveſtitura obtinet 1.103.
Verba regulariter ex ratione interpretationem recipiunt 8.25.
Verba ſequentia ad omnia præcedentia referenda ſunt 5.49.
Verba ſub eadem determinatione poſita æqualiter determinari debent 5.50. Niſi omnium ſit eadem ratio 5.51.
Verborum ſubtilitate nimia voluntates contrahentium intervertuntur 1.108.
Verbum (vererben) quid ſignificet 19.45. 19.78.
Verbum perdere: in §. illud. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amitt. quomodo intelligatur 50.25. 50.12.
Verbum perdat & amittat quomodo differant 50.15. 50.41.
Verba: ſecundum gradus prærogativam, nach rechter Sipzal / denotant ordinem gradus 21.3.
Verba (nach rechter Sipzal) in inveſtitura uſurpata quid deſignent 23.10. 23.12.
Verba ſtatutorum diligenter conſideranda 19.60.
Verba generalia generaliter intelligenda 27.4.
ubi Verba ſunt clara non admittitur mentis interpretatio 34.10.
Verba legum intelligenda de actu valido 27.9.
Verba in pactis & contractibus potiſſimum inſpicienda 27. conſil. Thomingii numero. 38.
Verba ſubtilius inſectando verus ipſorum ſenſus amittitur 35.26.
Verba ſunt propriè intelligenda 30.17.
Verba ſignificantiſſimum noſtræ voluntatis teſtimonium 36.20.
Verba verè & naturaliter non autem per fictionem intelligenda 41.6. 41.29.
Verba cum effectu intelligenda 41.7.
Verba ex jure communi interpretationem recipiunt 41.16.
Verba contrahentium ſecundum jus commune interpretanda 41.23.
Verba non ſunt Judaicè intelligenda 41.28.
Verba teſtatoris naturaliter potius quàm civiliter intelligenda 41.31.
verba ſtatuti ſtrictè accipienda 42.38.
Verba cujusvis diſpoſitionis intelliguntur rebus ſic ſtantibus 48.1.
Verba quando dicantur ſuperflua 48.33. 34. & 35.

Verborum

Verborum proprietas potiſſimum conſideranda præſertim verò in inveſtituris 33.9.
Verborum ſubtili interpretatione ſæpè peccatur 41. 21.
ex Verborum effectu de voluntate diſponentis judicandum 41.27.
Verbis ſtatutorum claris & apertis ſtandum & nulla illis affingenda interpretatio 19. 73.& 74. 19.79.
Verbis per ſe claris inhærendum 32. 33.
Veritatem potius propoſitam habere poſſunt, qui à perturbationibus animi ſunt vacui, quàm qui cauſis indulgent 1.86.
Viam, qua diſpoſitio ſua impugnetur, nemo elegiſſe cenſetur 1.106.
Vitium naturale, cur magis obſtet agnato, ne feudum obtinere poſſit quàm accidentales 32.34.
Vixiſſe non cenſetur, qui ſubitò mortuus eſt 36. 31.
Ultima voluntas pleniorem recipit interpretationem quàm contractus 13.4.
Una & eadem res diverſo jure cenſeri non debet 5. 44.
Univerſalibus verbis evictione promiſſa comprehenditur etiam caſus, qui alioqui ex natura rei non veniret 10.19.
Unita feudo deſtinatione vaſalli illo aperto an ad dominum tranſeant 42.42.
Uno ex pluribus ſimul inveſtitis defuncto reliquorum portio augetur per jus non deſcendi 22. 22.
Univerſalis dictio (nulla) interpretationem quando recipiat 19.69.
Univerſalis dictio (omnis) nihil excludit 20.conſil. Modeſtini, num.9.
Univerſalis negativa omne juris remedium tollit 44.19.
Univerſalium dictionum natura quæ ſit 19.61. & 62. 19.66.
Vocabulum unum & idem ſæpè generis & etjam ſpeciei ſignificationem habet, ut adoptio, juriſdictio, feudum ex pacto 1.14.
Vocabula adjuncta immutant naturam eorum, quibus adjunguntur 3.7.*Declaratur* 3.49.
Vocabula hæc, feudum antiquum, vel paternum promiſcuè uſurpantur 5.2.
Vocabulorum diverſitas ſeparatas denotat ſpecies 1.6.
Vocabulum (in infinitum) Item (perpetuum) quam habeat ſignificationem 19.33.
Vocabulorum generalitas in ſtatutis quid operetur 19.62.
Vocabulorum collectivorum vis & poteſtas quæ ſit 22.15.
Voluntas fortius declaratur factis quàm verbis 20.conſil.Modeſtini,num.26.
Voluntas & potentia ad quemvis actum expediendum neceſſaria 29.23.
Voluntas contrahentium ad ea, quæ rarò fiunt, non accommodatur 34. 4.
Voluntas acquirentis feudum in quocunq; ſucceſſionis gradu conſideranda 36.19.
Voluntas verbis magis exprimitur, quàm præſumtione tacita colligitur 36.20.
Voluntas & facultas ad quemlibet actum expediendum ſufficiunt 38.74.
Voluntatis mutatio non præſumitur 36.29.
Votum captandæ mortis jure commune improbatum 20.3.
Votum captandæ mortis intra certum tempus reſtrictum periculoſius eſt, quàm cui nullum tempus eſt præfinitum 27.27.
Uſusfructus patri non ſemper competit in bonis filiorum 13. 20.
Uſufructuarius nihil diſponere poteſt, poſt mortem de re, in qua uſumfructum habet 14. 16.
Uſufructuario defuncto jus, quod quis ab eo habuit, extingvitur 44.15.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

LIPSIÆ,
Typis & Sumtibus HENNINGI GROSII Senioris Bibliopolæ.



Excudebat GEORGIUS LIGER.

ANNO

M. DC. XXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google